UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUEVO
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

CONCINA
Theologia
Christiana
. 1. 2.

UA
TÓNOMA
NERAL DE E
BX1751
.C61
1768
v.1-2
c.1

1080044466

# THEOLOGIA
## CHRISTIANA
## DOGMATICO-MORALIS.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEON
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
Rollo 12 MICROFILMADO 6/17/82

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
FONDO BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO DE NUEVO LEON
132753
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# THEOLOGIA CHRISTIANA DOGMATICO-MORALIS

*AUCTORE*

## F. DANIELE CONCINA

ORDINIS PRÆDICATORUM.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS PRIMUS

## IN DECALOGUM.

*ACCEDIT DE VITA ET STUDIIS AUCTORIS COMMENTARIUS HISTORICUS NUNC PRIMUM LOCUPLETATUS.*

46458

ROMÆ, MDCCLXVIII.
*SUPERIORUM PERMISSU.*

PROSTANT VENALES VENETIIS
APUD SIMONEM OCCHI
*CUM PRIVILEGIO EXCELLENTISSIMI SENATUS.*

BX1751
C61
1768
V.1

Patiemur ne igitur extingui, aut opprimi veritatem? Ego vero libentius vel sub hoc onere defecerim.... Cur desperemus veritatem ipsam contra fallacem captiosamque facundiam, sua propria vi & claritate valituram? Illi quidem sese patronos veritatis profiteri solent. Sed quis potest eam defendere quam non didicit; aut illustrare apud alios quam ipse non novit? Magnum videor polliceri; sed cælesti opus est munere, ut nobis facultas ac tempus ad proposita persequenda tribuatur. Quod si vita est optanda sapienti, profecto nullam aliam ob caussam vivere optaverim quam ut aliquid efficiam quod vita dignum sit, & quod utilitatem legentibus, etsi non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiæ rivus est, ad vivendum tamen afferat; quod est maxime necessarium. Quo perfecto, satis me vixisse arbitrabor, & officium hominis impleviſſe, si labor meus aliquos homines ab erroribus liberatos, ad iter cæleste direxerit. LACTANTIUS *de Opific. hominis cap.* XXI.

(V)

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

# BENEDICTO XIV. P. O. M.

F. DANIEL CONCINA O. P.

FELICITATEM.

*Pus istud ut SANCTITATI TUÆ inscriberem, atque consecravem, præ multis, impulerunt caussæ duæ, quarum hæc princeps est, quod TU ingentes ad illud aggrediendum perficiendumque animes mibi feceris, & pro eo quo erga sacrarum litterarum cultum zelo flagras, etiam persuaseris. Neque enim TIBI sat*



est

*est una manu tenere gladium, quo his impeditissimis temporibus, inter tot furentes procellas, Principatus TUI illæso iuta, tranquillam pacem, rerum opulentiam conserves; altera manu stringere calamum, quo universam Ecclesiam Sapientiæ TUÆ a Deo concreditam illustres, doceas, & ab erroribus studeas vindicare: intra hæc, inquam, confinia, tametsi latissima, coercere vasta molimina TUA haudquaquam voluisti; sed ultra progressus, utpote strenuus sacræ militiæ Moderator & Dux, ceteros, ut TUA, a longe saliem, vestigia premant, TUAQUE imitentur, quoad eorum fert conditio, exempla virtutum, qua voce, qua doctissimis Epistolis, allicis, hortaris, & adiectis stimulis pervigere non intermittis. Quid quod arma etiam, & quidem utraque parte acutissima, quibus bellum Domini præliemur, porrigere nobis abundantissime pergis? Quem quippe latet, magna illa TUA auro cedroque digna volumina iam pridem edita, quæque in dies repetitis elegantissimis typis prodeunt, amplum esse armamentarium, unde & sacrorum Canonum studiosi viri Ecclesiasticæ Disciplinæ documenta, & vei theologicæ Professores divinæ scientiæ reserata arcana hauriunt? Quantum egomet ex Operibus TUIS profecerim, & quam frequenter in hac, quam TIBI inscribo, Christiana Theologia resones Nomen TUUM immortale; quam copiosa sint testimonia ex Libris TUIS decerpta, quibus & meas confirmo sententias, & aliorum refello erreres, qui legent, intelligent. Sileo doctissimas lucubrationes quas inter gravissimas apostolicæ sollicitudinis curas & molestissima negotia, emittere ad evangelici gregis TUI institutionem non cessas. At silere nequaquam valeo erectas in celeberrimis Academiis Cathedras, e quibus eruditi viri doctrinam TUAM publice interpretantur, & docent. Quantum hoc ad Nominis TUI dignitatem æternamque gloriæ famam conferat, illud est argumento, quod vix mortalium aliquis similem hactenus assecutus honorem fuerit, ut scilicet invidentiæ, & simultatis tela ita feliciter fis prætergressus, ut vitam agens conspicere aperta Gymnasia, institutas Cathedras, delectos Professores, qui suam traderent propugnarentque doctrinam, meruerit.*

*Hæc omnia uni TIBI BENEDICTE SAPIENTISSIME, reservata erant, quæ TE, præter expectationem, & quodlibet aliud cogitantem ad hunc Pontificatum extulere. Non me fugit, vix hæc apud seram posteritatem fidem inventura; quin plures existimabunt, me illorum more loqui qui in Operum dedicatione assentari Mæcenatibus consuescunt. At, ne in hanc adduci suspicionem queant, pandamus fas est splendidissimam illam præ ceteris virtutem quæ TIBI ad hanc præcelsam dignitatem viam aperuit. Patebit vero hæc cuicumque memoria repetenti, fundamentum primum cui hanc Deus superstruxit Apostolicam Cathedram, non aliud nisi veritatem esse. Veritas illam excitavit, veritate illa fiat, veritate pugnat. Quandoquidem Christo IESU vigente: Quem dicunt homines esse Filium hominis? ceteris silentibus, Petrus clamavit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Et continuo au-*



*dite Petrus mevuit:* Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. *Hanc TU veritatis viam a primis annis tam firmo arripuisti animo, ut nullum partium studium sive in tot voluminibus componendis, sive in Promotoris fidei munere per viginti annorum intervallum obeundo, fucum aliquem facere TIBI potuerit. Non obfecundantis fortunæ illicium, neque adversantis tenebrosus aspectus, non æmulorum hostiumve timor, non progrediendi ad maiora cupiditas, non amittendarum dignitatum periculum, TE ab asserenda veritate, & ab innocentia vindicanda abducere umquam valuerunt. Immo inter ipsa verum discrimina, proculcatis humanis rationibus, contemptisque mundanæ prudentiæ consiliis, quæ silentium & dissimulationem suggerebant, in arenam, occasione data, prodisti Patronus veritatis intrepidus, quo miseros & calamitosos sublevare, oppressos erigere & consolari, improbosque detervere posses. Sileo exempla multa, & quidem egregia, quæ TE Petri Apostolorum Principis strenuum imitatorem, eiusque in confitenda veritate vestigiis insistentem referunt. Qui hanc TUAM invictam fortitudinem, qua rerum humanarum præstigia contempsisti, ut veritatem in tuto collocaves, serio meditabuntur, tum intelligent, tantum me a vitio tibi velicandi abesse dum Pontificatus TUI aliqua perstringo facinora, quin potius me facultate destitutum cognoscent qua celebrare pro meritis præconia TUA valeam.*

*Et ecce, BENEDICTE INVICTISSIME, causam alteram manifestatam, cur mea magnopere interfit hanc quam adornavi Christianam Theologiam, tuo supremo Throno sistere protegendam. Quam promptum validumque auxilium sperare a TE, supra omnium rerum vicissitudines erecto, & in altissimo dignitatis fastigio constituto, sibi non debet; si ita comparatus a natura es, ut iam tum depressæ innocentiæ patrocinium susceperis, cum in privata forte positus domicabas? Quid plura? Si iam inde usque sensit validissimum Patrocinii TUI præsidium, cum primum hanc Apostolicam Cathedram quam felicissime moderavit, occupasti. Ut TE Orbis Catholicus Pontificem summum adoravit, confestim Constitutiones duas sapientia, eruditione, cumulataque prudentia refertas spectavit, quibus divinus Christianæ Religionis cultus ab Indorum superstitione purgatus refulget, plaudentibus omnibus, vel ipsis Novatoribus, nedum Catholicis. Vidit collapsam ieiuntorum disciplinam instauratam, castitatem a molliori doctrina assertam, iustitiam a fenore vindicatam. Vidit Patriarchatum Matonitarum in Romano fœdere confirmatum, Episcopum Augustanum in sacrarum imaginum cultu instructum, & cetera plurima, quæ ego in Epistolis, quibus duo alia opera SANCTITATI TUÆ inscripsi, fusius enarravi.*

*Verum quamquam magna illa sunt quæ ad Religionem amplificandam, moresque informandos hactenus peregisti, quæque plures illustrare Pontificatus valent; maiora tamen adhuc a BENEDICTO XIV. exspectat di-*

divina Theologia, cuius ego vulnera aliqua altius inflicta patefaciam; non sane in alium finem, nisi ut inde constet præsidii TUI impertiendi necessitas summa. Dicam itaque, elapsum iam sæculum cum dimidio & amplius esse ex quo Christiana morum Doctrina pravarum opinionum impetum, & atrocissimas persecutiones iustinet a novo illo opinandi modo quem ALEXANDER VII. decessor TUUS, cum evangelica simplicitate sanctumque Ecclesiæ Patrum doctrina hostiliter pugnantem declaravit, quemque ingentem corruptelam, ultimaque clades Reipublicæ Christianæ parturum prædixit, si fideles eumdem pro conscientiarum norma sequerentur. Sequuntur vero illum non minus constantissimi quam libentissime. Finis & festuit, & quidem cursu vapido, per universum Casuisticæ Theologiæ corpus modus iste, nullumque pene est membrum cui mortalia vulnera non infligat: nullus vastissimæ Scientiæ tractatus illæsus evasit. Non iura scripta modo pervertit, sed insculptam etiam in mentibus hominum a natura legem magna in parte obliteravit. Quid, si sigillatim quæ invexit adversus iustitiam, sobrietatem, pudicitiam, sinceramque fidem, omnesque virtutes cum theologicas, tum morales; si quæ pro honestandis ludis, choreis, perturbis, & vitiis ceteris, aut iis quæ ad manifesta flagitia inducunt, inaudita paradoxa recenserem? Vix veritas est adeo luculenta, vix doctrina adeo inconcussa, cuius modus iste sub simulatione & specie benignitatis, candorem non denigret, obscuretque splendorem. Verum enim vero liceat depresso innocenti coram clementissimo augustissimoque innocentiæ Patrono BENEDICTO XIV. tenuium vocis extollere, & grandiore audenti animo inclamare. Nihil fervet est tam luxum, nihil tam nefarium, nihil tam turpe, ne dicam impium, quod ut pium, ut honestum, ut sanctum depingi mirifico vagæ & nullis terminis circumscriptæ probabilitatis penicillo non queat. Hoc malorum omnium caput, hic pestiferus fons, unde animarum funestissimum exitium manat, ut post ALEXANDRUM VII. & VEN. INNOCENTIUM XI. testatur universus Gallicanus Clerus, tacet Evangelium Christi, BEATISSIME PONTIFEX, silent Ecclesiæ Patres, Conciliorum Canones, & Apostolicæ Sedis Diplomata cavillatoriis interpretamentis obsidentur, & arrodunturque; squalet, amisso colore optimo, & deformata facie, scientiarum Regina in plurium Casuistarum voluminibus. Conflatam videmus Theologiam ex mundi oblectamentis & Evangelii mandatis mixtam, ad politicas boni & æqui regulas, atque ad morum & voluntatum varietatem accommodatissimam. Inventa est via tertia media, nec omnino lata & spatiosa, ut evitetur manifestus horror, & conscientiæ latratus quadantenus suppeditentur; nec ullo modo arcta & angusta, ut delicatioribus hominum illecebris indulgeatur, ut mundus & Evangelium in unam coeant societatem, & aspera in vias planas convertantur. Via ista media, quoniam exquisitis opinionum coloribus depicta, plures fortasse in orcum detrudit animas quam extrema spatiosa. Hæc enim apette, illa ex infidiis



fidiis stragem inducit. Si qui forent qui iusto altius hæc a me exaggerari mussitarent, legant Dialogum typis non ita pridem in lucem editum, in quo percelebris vir * Hæresim & Casuisticam nonnullorum, veluti sorores duas colloquentes, & super cladibus Ecclesiæ inflictis decertantes, inducit. Sub terribili horridoque apparatu scelera, discordias, cruenta bella, tumultus, perduelliones, impietatem, discissa Regna, humani sanguinis crudelissimam effusionem, incendia, quæ in Religionem, in Fidem Christianam intulit soror Hæresis, & flammas quas in dies aliquo aut novi, aut renovati erroris vento perflat, eloquentiæ ubertate refert. Nihilosecius palmam adiudicat sorori Casuisticæ, quod hæc sine tumultu, sine strepitu, sine clamore, immo cum ingenti populorum, & magnatum favore & plausu, lenocinante suavi benignitate, plus merum corruptione quam illa fidei perversione Christi Regno nocuerit. Quid quod Patres uno ore testantur; utiles quodammodo hæreses esse; contra vero numquam dæmonem adversus Christi Ecclesiam sævire immanius, furere perniciosius, quam cum intra eiusdem sinum sub prudentis indulgentiæ larva, & pacis obtentu opiniones innovat eo moribus noxiores, quo humanitati benigniores? Et ecce in pace amaritudo mea amarissima; quoniam ex morum corruptela hæreses omnes eruperunt. Quid quod Heterodoxi ipsi, Lutherani & Calvinistæ, novarum opinionum portenta ab hoc recensito modo pavsa, Romanæ Ecclesiæ adscribere evantes, & insultantes non cessant? Illa doctrina, inquiunt, est alicuius Ecclesiæ propria quæ in eadem Ecclesia communis est. Docent autem Casuistæ (vesumuni illi) doctrinam quam benignam vocant, suis consectariis ornatam communem esse inter Ecclesiæ Romanæ Doctores; quam propositionem adductis testimoniis evincunt. Ecclesiæ ergo Romanæ propria est. Quod sophisma sane insidiosissimum penitus ego hocce in opere labefactavi, a quo tamen numquam eluctari molliores doctrinæ fautores poterunt, nisi ea quæ hactenus obstinate defensitarunt, prorsus improbent & detestentur.

Verum tam longe abesse videntur ut ab inceptis pedem referant, quin e contrario pro hoc opinandi modo, & sententiis quæ inde proficiscuntur, veluti pro aris & focis belligerant, & eos qui hanc veneficam corruptelarum radicem avertuncare nituntur, qua libellis famosis, qua dolis mellito sermone tectis proscindere, & in hæresis etiam suspitionem adducere exquisita arte conantur. Quilibet istius Theologiæ tractatus in fronte præfert cum propositiones ab hac Sancta Sede proscriptas, tum alias plurimas proscribendas ex libris celebriorum Moralistarum decerptas. Et hæc sunt crimina ob quæ adversarii clamant obnubilari hinc splendorem suum, denigrari famam, imminui penes populos existimationem, inutilesque fieri in vinea Domini ministros. Quæ ut præcaverant mala, occidi homines istos, nedum calumniis prosterni posse, docent Theologi nonnulli; & eam cruentam doctri-

* Vincentius Gravina Tom. II. Venet. edit.

*doctrinam publicis typis evulgare haudquaquam reformidarunt. Adeo horrenda monstra erumpunt hoc illuminatissimo sæculo, in quo omnium eruditorum, vel ipsorum Ecclesiæ Patrum, opera ad severiorem criticen exiguntur, indicantur nævi, castigantur errata, quin ullus reclamet. Et cum ad critices & evangelicæ legis amussim Moralistarum doctrinas, e quibus unicum æternæ salutis nostræ negotium pendet, revocamus, continuo maledici, calumniatores, Tutioristæ, Rigoristæ, Iansenistæ traducimur, ac si ad nimii rigoris extremum vergeret ætas nostra. Tum solum excitantur turbæ, & clamores cum in Casuistas criticen exercemus. Aut verum est in istorum libris menda quæ proscribenda denuntiamus, reperiri; aut secus. Si secundum, palinodiam spondemus. Si primum, cur lamentantur?*

*Habet nunc, BENEDICTE SAPIENTISSIME, expositam malorum caussam. Porro Theologia Christiana hoc a TE implorat auxilium, ut inflicta sibi vulnera, denigratam famam, obscuratumque castissimæ suæ veritatis splendorem reparare pro ea qua vales suprema potestate non dedigneris. Id autem efficacissime a TE præstitum iri credunt docti pariqueviri, si propositiones plurimas ex variis Moralistarum libris collectas, tamquam eiusdem divinæ Theologiæ veritati & sanctitati infestas pernicio-sasque merita censura, prout summæ TUÆ Providentiæ visum fuerit, confixeris atque damnaveris. Huc Operis istius dedicatio, huc vota mea unice pertinent. Et hoc est præclarum illud facinus quod innumera alia heroica TUA coronare gesta debet, atque gloriæ TUÆ complementum imponere. Hoc a TE expectant suspirantque & Catholici omnes sanioris doctrinæ assertores, & vel ipsi Heterodoxi doctores, qui suscipiunt magnoque in pretio habent Sapientiam TUAM, & hos Casuistarum opinationes sibi scandalo esse, clamare & improperare non desinunt. Idque in caussa fuit, cur ego tanta libertate aujus fuerim deformatam Ethicæ faciem TIBI repræsentare; ut scilicet istorum ora obstruerem, intelligerentque Novatores isti, recensita commenta nonnullis Casuistis tribuenda esse, secus huic Apostolicæ Sedi, quæ nihil prius habet quam errores omnes, sive fidei sive morum integritati adversos, exterminare. Decessores TUI, ALEXANDER VII. Ven. INNOCENTIUS XI. ALEXANDER VIII. tres & quadraginta supra centum propositiones proscripsere, pluresque in aliud opportunum tempus damnandas distulerunt. Innumeras post medii amplius sæculi intervallum evulgarunt Moralistæ iuniores, quin & ipsas proscriptas lepidis distinctiunculis vanisque commentis, de more censuris subducere & damnationis vim elevare studiosissime auxi sunt. Tantam pravarum opinionum congeriem augeri & grassari Deus permisit, donec PONTIFEX sederet BENEDICTUS XIV. qui profunda doctrina, rara eruditione, diuturna experientia, magnaque solertia ornatus, in illas omnes anathema tandem pronuntiaret tempore hoc magnopere opportuno, quo, truculentissimo bello extincto, universa Europa tranquilla pace fruitur. Accedit, nihil Christianarum omnium Ecclesiarum redintegrandæ concordiæ magis conducere, quam Moralem*



*lem doctrinam ad suum pristinum splendorem revocatam. Compertum omnibus est, Lutherum ceterosque Hæresiarchas ex nonnullorum Concionatorum atque Theologorum doctrinis, Romanæ Ecclesiæ disciplinæ haudquaquam consentaneis, nefariæ secessionis prætextum arripuisse. Extollebant isti plus iusto exteriora quædam pietatis exercitia, cæremoniasque amplificabant ultra christianæ prudentiæ metas, neglecta interea evangelica doctrina, solidaque morum reformatione. Hinc, quæremus Tridentinis Patribus, undenam tot hæreseum monstra erupissent? Ex corrupta morum disciplina, reposuit splendidissimum illius Concilii iubar & ornamentum, Bartholomæus de Martyribus Archiepiscopus Braccarensis, quem Sanctorum fastis adscribendum, TE curante, certo speramus. His impedimentis, quæ, sicut descisscendi ansam præbuere, ita regressui obsistunt, sublatis, omnia fere ad hanc exoptatissimam reconciliationem conspirare, TE felicissime regnante, videntur. Siquidem tam alta SANCTITATIS TUÆ apud ipsos Protestantium doctiores, prudentioresque existimatio viget, ut vix elapsa sæcula Pontificatum habuerint sacro fœderi instaurando firmandoque opportuniorem. TE quippe illi ipsi luculentissimis præconiis publicis typis editis, rei litterariæ & pulcherrimæ eruditionis STATOREM & fautorem (*) concelebrant. Per TE auream ætatem universo eruditio Orbi infusum iri ominantur. O faustissimum BENEDICTI XIV. Apostolatum, tam fulgentissimis triumphis usquequaque coruscantem, si hæc etiam ad universalis lætitiæ cumulum omnium Ecclesiarum renovata confœderatio accedat. Quod sin minus pro votis successerit, omnes saltem fatebuntur, hoc esse facinus tam Magno, tam Sapienti PONTIFICI audendum.*

*Age porro, SANCTISSIME PATER, innocentiæ & veritatis vindex acerrime, & post plurimas quas hactenus promulgasti, emitte tandem solemnem CONSTITUTIONEM, Sapientia, & Cathedra TUA dignam qua, proscriptis laxis opinionibus, ad suum primævum splendorem, & nativam maiestatem resurgat Christiana Theologia. Et continuo, quemadmodum nunc apertæ sunt gymnasia, e quibus TUA Sacrorum Rituum doctrina, qua colendi & discernendi Sancti sint, publice traditur, sic tum Theologica LAMBERTINIANA CATHEDRA erigetur, huic in finem destinata, ut proscriptæ ab hac Sancta Sede sententiæ vero in sensu exponantur; ut Summorum Pontificum Constitutiones quæ improbant superstitiosos ritus in divinum cultum invectos; ut doctrina sana, qua homines evadere sancti, æternamque comparare felicitatem valeant; ut denique hæc omnia adversus captiosa paradoxa illorum qui extenuare damnatas theses, circumvenire Pontificias Constitutiones, eludere Divinas Leges solent, defendantur & vindicentur. Sujcipe, SANCTISSIME PONTIFEX, ea qua soles humanitate incredibili, hoc, tametsi exiguum, grati animi, & observantiæ erga TE meæ testimonium. Nec enim ob favorem, & magna*

(*) Act. Lipsiens. Vide Tom. I. de Ser. D. B. edit. Patav.

*gna quibus me ornasti beneficia gratiam TIBI rependere acceptiorem valeo, quam aliquod laboris mei opus, in publicam Ecclesiæ utilitatem elucubratum, Maiestati TUÆ offerre, atque demisso animo, ut præsto, consecrare. Ardentissimis interim precibus a Deo Optimo Maximo implorare non cessabo ut TE, PATER BEATISSIME, per longam annorum seriem sospitem atque superstitem ad communem absolutamque Ecclesiæ universæ felicitatem, ad Reipublicæ litterariæ splendorem, ad oppressorum innocentum levamen & consolationem fervet, Et Pedibus TUIS sacratissimis provolutus, eosdem humillime exosculor.*

D. IOH.

DIONYSII SANDELLII

*PATAVINI*

DE

# DANIELIS CONCINÆ

*VITA ET SCRIPTIS*

# COMMENTARIUS.

EDITIO ALTERA,

EMENDATA ET AUCTA.

*Hic invidiæ fines virtute reliquit*
*Humanumque modum.*
Cl. Claud. de Laud. Stilic. Lib. III.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

REVERENDISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO

# D. BENEDICTO SAVOLDO

PATRICIO BRIXIANO

AC ABBATI PRÆSTANTISSIMO

EX ORDINE CANONICORUM REGULAR. LATERANENSIUM

COMMENTARII AUCTOR

FELICITATEM.

Recte ac sapienter, PRÆSUL PRÆCLARISSIME, communi quodam consensu Scriptorum stabilitum decretumque est, ut qui Opus aliquod confectum publicum in lucem aves emittere, is Patronum adsciscat sibi moribus doctrinaque clarissimum, in quo & firmum adversus obtrectatores præsidium nanciscatur, & eidem splendidis auspiciis insignisque concilies dignitatem. Eo quidem cum quivis publicum experturus judicium indigeat, a me tamen, Opus invidiæ plenum aggresso, valde implorandus quærendusque fuit, seu qui

perpetuam sim orationem habiturus de Daniele Concina, qui etsi gravissimos habuerit laudatores, plurimos tamen eosque acerrimos adversarios est nactus, quemadmodum sæpe magnis viris evenire quotidie conspicimus. At vero quamquam ego ipse conqueri, ac vitiari non injuria possim, incidisse me scilicet in eas tempora, quibus non dicam viverum, sed nec ipsa mortuorum facta sine periculo jam laudari possunt, habes tamen unde ipse me consoler; obtigisse nempe meo Operi Te Patronum ac vindicem, qui litteris moribusque spectabilis, atque cunctis egregiis viris probatissimus & ipse decus ingens afferre, & importunas vociferationum querelas possis comprimere. Ut enim exordiar a generis claritate, quam arbitria hominum supra cæteras quasi corporis animique dotes extulere, jam quamplurimi sciverunt, Mœcenas clarissime, sis sanguine illustris, ac Avorum imaginibus clarus, præclara quotquot facinora Gentis Tuæ, atque decora vel percensere, vel indicare. Annalium memoria compertissimum est Familiam Savoldo inter vetustiores Brixiæ, Cœnomanorum Principis urbis, profapias censeri, Virosque domi, bellique clarissimos extulisse. Manet fama nunquam sane moritura Josephi Savoldo, qui in exercitu Ferdinandi Mariæ, Bavariæ Electoris ac Ducis, constantia fide, animique magnitudine maxime inclaruit, atque ab eodem Principe inter Aulicos Consiliarios cooptatus, a Leopoldo demum Romanorum Imperatore Sacri Constantiniani Ordinis insignibus, atque equestri dignitate ornatus auctusque fuit xxix. Junii Anni mdclvi. Hujus præclara facinora, virtutesque æmulatus ejus germanus frater Laurentius Imperatori eidem ita se probavit, ut collata fratri dignitate tum se quoque ornari, tum eandem ad cæteros Familiæ consecuturos Nepotes, ac posteros extendi, ac promanare obtinuerit verbis honorificentissimis, regioque diplomate ab eodem Imperatore Leopoldo Viennæ in Austria subscripto die xi. mensis Julii Anni mdclxxxii. atque ab inclyta, ac plane immortali Venetorum Republica gratissime excepto. Recolebat enim memoria Imperator summus non tam Laurentii Savoldo virtutem, quam ejus Familiæ merita in Regiam Domum. Ferdinandus enim Hungariæ Bohemiæque Rex iv., ejusdem Leopoldi frater una cum Anna Maria Hispaniarum Regina, ac postremo etiam Augusta Imperatrix Margarita Hispaniarum infans, ac Leopoldi exin uxor, Brixiam transeuntes a Savoldis tum Patriæ Deputatis ingenti decore, atque devotione excepti sunt. Hanc porro dignitatem inter equestres Ordines clarissimam, egregie modo gestat, ac tuetur Eques ornatissimus Joseph Savoldo, Germanus Tui frater, qui præclaris obitis magistratibus, muneribusque gravissimis Patriæ Civibusque vivit carissimus. Sed æquum haud fuerit in Familiæ tuæ laudibus enarrandis ultra immorari. Ornentur Avorum meritis, titulisque, qui tamquam nudæ corniculæ alio plumas surripere decent, unde ornati procedant; his Tu haudquaquam indiges, Præsul clarissime, qui purioribus ornamentis, virtute nimirum & ingenio partis, ita abundas, diffluis, atque coruscas, ut non tam modus mihi in tanta copia quærendus sit, quam summopere laborandum, ut orationem meam ad modestiam Tui, moderationemque submittam, ne aliquid imprudenti excidat, quod au-





res tuæ ferre vix possint. Ex quo enim celeberrimo Canonicorum Regularium Lateranensium Ordini nomen dedisti, tanto cum laude humanas, divinasque litteras pro eleganti ingenio arripuisti, ut eadem Superiorum imperio in clarissimis Gymnasiis Vicetiæ, Patavii, Veronæ, ac Brixiæ non levi auditorum utilitate, ac nominis, doctrinæque celebritate professus sis. Quæ tua in litteras, inque Ordinem merita effecerunt, ut gravissimi Patres Te quamprimum in Abbatum numerum cooptarint; cooptatum autem illustri Brixiano S. Afræ Monasterio præfecerint, omnium maxima gratulatione. Jam vero non ita facile dixerim, qua prudentia, vigilantia, atque cunctatum præsidio ornamentoque virtutum amplissimum juxta ac gravissimum Præsulis onus, ac munus sustinueris. Recordabor id unum, innotuisse scilicet cunctis, Te ex eorum paucorum Præsidum numero fuisse, qui canonum, legumque tenacissimi omnia ad instituti normam atque propositum geri volunt, ipsi prius exsequentes, quæ ab aliis poscunt. Quæ quum in oculos omnium incurrerent, cæteri ultro honorer Tibi conlati fuissent, nisi rara prorsus, ac singularis modestia tua restitisset. Qua virtute, omnium maxima, quum tantopere excellas, semperque digna laudibus perficias, nunquam vero ea de Te prædicari sinas, ipse etiam cogor orationis meæ filum abrumpere, atque huic quasi consistere, ubi ceu per latissimum campum excurrere, atque exspatiari possem. Silentio tamen minime præieream Te amicitia florere hominum nobilissimorum, ab iisque omnibus diligi, atque observari, apud quos in pretio, atque in honore sunt virtutes & litteræ. Comparaverunt hanc nimirum Tibi aurei mores, variarumque disciplinarum cognitio. Enim vero humanarum, divinarumque studio scientiarum cultum græcarum litterarum adjecisti, queis egregie perpolitus es a Panagioto, homine illo Synopeo, qui eas jam propemodum extorres in Patriam tuam, altricem summorum hominum, primus revocavit. Humaniores, amœnioresque Musæ semper Tibi in deliciis fuere, hanc quæque causa rarum librorum supellectilem diligentia, curaque summa comparasti. Rem Diplomaticam non leviter quoque attigisti, Teque Viri Clarissimi consuluere sæpius, rati professio præsidii plurimum causæ accessurum suæ, ubi constitisset suffragium Tui. Vir enim eruditissimus P. Eusebius Amort e Canonicis Regularibus Polingæ Libros de imitatione Christi Ven. Thomæ a Kempis vindicaturus a Te prolatum Judicium de Codice Avonensi in sua Morali Certitudine edito Augustæ Windelicorum Anno mdcclxiv. evulgavit una cum aliis suffragiis bonorum præclarissimorum. At vero illustrat hasce omnes virtutes tuas eximius, ac insignis morum candor, ad quem Te jugiter puriorie castitatisque ethices studio comparasti. Quod unum, si alia momenta defuissent, mihi satis causæ esse poterat, cur Danielis Concinæ Vitam tibi confecrarem, qui ut optime noscit, in Christiano ethice adserenda, atque vindicanda maxime desudavit. Ergo, Præsul clarissime, sub auspiciis tuis modo prodeuntem vitam ejus excipe, & pro tua sapientia, atque dignitate defende. Sunt enim plures, qui se castigatioris ethices non amatores tantum, sed plane professores jactant; at prodire in publicum, ac lucem vehementer timent, & palam profiteri, contestarique detrectant, quod voce garriunt, ac labiis fortasse tantum, atque cla-

*moribus, non animo, non veri amore præstantur. Tu vero horres istos vehementer, ac detestarit, ut plane execrari debent; & ingenua, ac præclara veritatis indole delectatus, foves eos patrocinio tuo atque adjuvas, qui veri patres suscipiunt, atque ea aggrediuntur, quæ licet invidiæ plurimum præseferre levibus, timidisque animis videantur, eriguntque tamen, atque Christianæ ethices cultores non fictos quidem, sed germanos plane solantur, virosque iis addunt ad majora obeunda. Extabit proinde patrocinium, quod* DANIELIS CONCINÆ *Vitæ suscepisti, tanquam invicti pectoris tui pro Christiana philosophia documentum; extabit etiam apud posteros, si tantum mihi de scriptis meis polliceri licet, obsequentis mei erga Te, Præsul laudatissime, animi monumentum: tenue quidem si ipsius pondus inspicias, at non contemnendum, si scribentis vota consideres, qui in Te summa est fide, summa religione. Utinam tamen par dignitati, atque sapientiæ tuæ testimonium dare possem! Nullus profecto esset, qui me in Te colendo, atque observando superaret.*

*Scribebam Patavii Kalend. Februar. A.* MDCCLXVII.

*PRÆ-*



# PRÆFATIO.

HOnoratorum Virorum, qui præclaris scriptis, ac gestis Catholicam Ecclesiam illustrarunt, recordatione, & vera commemoratione virtutum, potiorem Ecclesiasticorum Scriptorum Historiæ partem constitui nemo diffitebitur, nisi qui in ea plane hospes sit, ac peregrinus. Hoc quum plurimi cognovissent cum veteres, tum nostræ ætatis scriptores, multam operam, studiumque in commendanda eorum hominum memoria posuerunt, quorum gesta, atque scripta exteris incitamenta, & exempla esse poterant ad imitandum. Quæ omnia cum verissima sint, ut ego quidem reor, multis per mirum visum est, neminem hactenus DANIELIS CONCINÆ, laudatissimi ex Ordine Prædicatorum Concionatoris, atque Theologi, gesta, scriptorumque fortunam, ac fatum scribenda suscepisse. Hoc certe ab obitu ejus plures poposcerunt, apud quos vivit etiam nunc eius nomen, & insignium virtutum commendatio. At horum vota ferre irrita fuere: nam prodierunt quidem *de Vita & studiis Danielis* CONCINÆ Commentarii duo, sed adeo leves, atque jejuni, ut an per brevis elogii titulum promereantur, dubitare fortasse quispiam possit non immerito. Causas porro cur id contigerit, nec vacat, nec libet exquirere. Fortasse ii, qui hoc muneris suscipere, & recte, absoluteque poterant perficere, ex CONCINÆ persona invisa nonnullis, qui si quid male gesserunt non redargui memoria Scriptorum sed defendi volent oblivione, & silentio, ab ejus laudatione abstinuerunt, ex qua sibi aspera, & infausta verebantur; quemadmodum contigit olim Aruleno Rustico, & Herennio Senecioni, quibus, auctore Tacito, capitale fuit, quod prior Paetum Thraseam, alter vero Priscum Helvidium laudaller. In quos non solum, sed in libros quoque eorum lavitum est, delegato Triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in Comitio, ac Foro urerentur, unde vox Populi Romani, & libertas Senatus, & conscientia generis humani aboleri credebatur. Sæva profecto, ac nostris fortasse non multum absimilia tempora infesta virtutibus. His aliisque de causis, si mihi suspicari licet, exterriti, atque exturbati Veneti PP. in quorum sinu CONCINA exspiravit, id præstare detrectarunt, quod boni quique voluissent. Dum interea ignari rerum, ac temporum homines ipso religiosissimos, atque doctissimos ignaviæ, nullisque in mortuum hominem amoris incusarent, accidit, ut ipse qui scribo, conventui interessem, in quo de commendanda posteritati CONCINÆ memoria, paulo pleniore narratione, ac

antea

antea factum fuisset, agebatur. Post multos sermones ultro citroque habitos, quum alii Concinæ inimicorum gratiam odiumque metuerent, alii denique inopiam monumentorum deplorarent, mihi tandem, quem ab hujusmodi opere minime alienum noverant, Danielis Concinæ Vitæ perscribendæ onus impositum est. Quod ipse quidem tunc temporis, & horum precibus, si tamen hoc nomine appellare vota amicorum fas est, & præclaris monumentis, quæ non absque labore collegeram, excitatus, suscepi libentissime. Sed scribere ingressum deterruit me non gratia Concinæ inimicorum, sed oneris impositi magnitudo, pene ut desperarem præstare posse. Quæ in dubitatione mea diu versarer, collegi me aliquando, atque constitui eam mihi rationem ineundam, ut sin minus omnia, quæ deberem, ea saltem solverem quæ possem, ne aut amicis meique studiosis recepisse visus essem, quæ implere non poteram, quod erat impudentiæ; aut id non effecisse, quæ poteram, quod negligentiæ ignaviæque meæ tribuendum fuisset. Ergo cœptis ultra manus admovi, etsi durum opus me omnino suscepisse uberius animadverterem, quod a principio minime cogitaram. Sed cum paululum processissem, atque cognossem a me esse multa narranda, quæ Patres Societatis vix deglutirent, hærere denuo aliquandiu cœpi; res enim mihi ab humanitate aliena videbatur iis parum honorifica, ac decora referre, qui hac nostra tempestate gravissimis infortuniis opprimuntur. At ab hac dubietate, mitioribusque sensu emersit citius animus, dum cogitatione revolveret, quæ iidem Patres Societatis post Concinæ obitum præstiterunt, & debachationum, ac conviciorum, quibus nunc temporis pios, compulsosque manes ejus exturbare nituntur, sine Dei offensione reminiscerentur. Statim enim ac vir insignis, totoque ævo venerabilis mortuus est, non quievere ii, sed quasi redintegrato prælio acrius in hominem insurreserunt, qui jam voces non habet aut manus, unde sibi impositas strophas, notasque nigras, atque terrimas conterere possit. Funus ejus, quod bonis omnibus luctuosum, ac peracerbum fuit, nullo, imo insigni injuria renuntiarunt *Annalium Litterariorum Italiæ* Auctores, qui suis aliquin addictos, & si aliquando nullius doctrinæ hominem, longa panegyri laudare, ac prosequi solent. P. Franciscus Antonius *Zaccharias*, horum Annalium præcipuus Architectus, & vivorum, atque mortuorum vere discerptor immitissimus, Concinæ memoriam, ac nomen lacerare pluries, atque dissipare crudeliter conatus est. Quum enim Angelus *Franzoja*, Theologus Patavinus, Theologiam Moralem P. *Busembaum*, ad eamque Supplementa, atque additiones ad tritinam revocasset, & Concinam, ac *Patuzzium*, quorum fuerat usus laboribus, præclaro, sed vero elogio extulisset, hoc ille vehementer exulceratus, & pene actus in furdrem, *Expostulationem*, quam enormi vocabulorum abusu *Amicam* inscripsit, ad *Franzojam* dedit, in qua sub *Irenæi Veneti* larva contumeliosissime Coscinam, ejusque apologistam *Patuzzium* excepit, furiasque in perdoctos viros exprompsit commodissimas non modo ad vivos commovendos, verumetiam ad mortuos e cineribus, mediisque busis excitandos. En specimen violentæ orationis, atque inauditæ feritatis: *Miseret profecto me tui, qui non intelle-*



*xeris operis tui duces, atque præmonstratores non potuisse a te* ineptiores, & famosiores *deligi, quam tuos illos* Concinam, *atque* Eranistem. *Nam quid demum te maneat, nisi ut a veritate cum ipsis aberres, tuamque famam in summum discrimen adducas, si quando respueris, ne quidquam doleas? At quod præterea* scriptores illos per totam late litterariam Rempublicam ignominia notatos, pessimos dialecticos, calumniatores terrimos *tot laudibus cumularis, id ecquidem credas, aut impudentis hominis est, qualem non esse te scio, aut insanientis, qualem te esse nollem....* Effrontem *dicere debueras ..... At* conviciatorem *in omnium Ordinum doctissimorum Theologorum famam crudelissime grassantem ferre illi ne* ( PP. Societatis ) *patienter debuerant, tantamque licentiam minime cohibere? Quam bellus homo es, qui* vexatores *eos habeas, qui se suaque jura tueantur;* Virum integerrimum, ac vexationes *passum appelles, qui alios non tam vexarit, quam omni crudelitate lacerarit .... Utinam* silentio *illum prosequutus esses; fama certe tua confulsiisses, quam, dum ista de* sannione *illo Theologo te scribere non puduit, miserrime projecisti.* Quis non exhorreat, dum mortuum hominem, & in bonorum omnium pace, atque amore defunctum tam immaniter laceratum a Societatis Jesu alumno audit, ac legit? Sed quia maledicendi cupiditas modum nescit, idem scriptor in dissertatione quadam *de Casuisticæ Theologiæ Originibus*, denuo injuriis, & ineptis ironiis Concinam momordit, ac risit; nec dubitandum quin idem facturus sit quousque poterit; donec tandem Concinæ nomen, si superis placet, invidum, atque exsecrandum evadat, qui jugis ipsius sociorumque ejus scopus fuit. Ferreus ergo sit, qui loqui cum possit silentium amet. Quare ne malevolorum magis, quam innocentis viri a me ratio haberi videretur, cœptum Commentarium prosecutus sum, & licet otio usus non omnino opportuno, Divini tamen Numinis auxilio fretus absolvi; eumque modo exhibeo Ecclesiasticæ eruditionis persludiosis, ceu complementum earum contentionum, quæ hac nostra tempestate de Probabilitate habitæ sunt. Quod ut copiosius, ac verius efficerem a Viro amicissimo plura Concinæ Adversaria, & scriptiones, atque Epistolas fere ducentas, ab amplissimis viris ad eundem datas, allecutus sum. Ex his Epistolis plus quam quinquaginta selegi, atque ad Commentarii calcem vulgavi, unde adpareat num Concina *per totam late litterariam Rempublicam sit ignominia notatus*. Cæteras vero modo penitus omittere visum est, ne livoris, aut invidiæ caussa fuisse a me hoc muneris, atque officii susceptum aliqui suspicarentur. Scio quid ad hæc nonnulli responsuri sint; testimonia scilicet hujusmodi nullius esse momenti, ceu profecta ab hominibus, ut ipsi dicunt, furiosis, & Societatis Jesu hostibus acerbissimis. Sed cruda hæc solatia sunt, & futiles exceptiones ad eludenda piissimorum, & doctissimorum Virorum suffragia excogitatæ. Hic enim adversus in Societatem animus probandus est, non vero jactitandus, ut sæpe, pro arbitrio, alias nemo unquam cujuscumque testis, tametsi locupletissimi, fide revinci posset, cum nemo sit, ut inquit Scriptor e Gallia clarissimus, qui inanes illas odii, inimicitiarum, ac simultatis exceptiones statim non obtrudat, quoties adversum sibi

testimonium experitur. Stabit ergo hisce præclaris Epistolis integritatis, ac veritatis præsumptio, cui tot illæ volaticæ querulorum oblocutiones officere nequaquam poterunt. Atque hæc quidem testimonia eo pluris facienda sunt, quæ privatis epistolis concluduntur. Solent enim in his homines rectius, atque apertius expromere sensus animorum, eaque communicare, quæ aliquando palam dicere, ac vulgare justis de caussis prohibentur. Nunc de tota Commentarii ratione pauca loquar, cætera lector facillime deprehendet. Ac primo quidem cum illud maxime propositum Historico esse debeat, ne quid falsi dicat, sed veritatem continuo præ oculis habeat, curavi diligenter, ut quæcumque a me dicenda essent, ea firmis, solidisque niterentur monumentis, unde narratio nostra integre, & sincere contexta non magis apud posteros haberet propter rerum magnitudinem admirationis, quam fidei propter veritatem. Quare in factis percensendis cum epistolas, quas evulgamus, tum alios scriptores, qui eadem retulerunt, quorumque narrationes vix quantum ad leves circumstantias dubietate notantur, in subsidium vocavimus. Quæ ad Concinæ mores, totiusque vitæ disciplinam spectant ex scriptis hausimus ejus Concellitarum, quorum aliorumque testimonia edere non dubitabimus, si occasio, atque necessitas postulabunt. Quæ vero librorum ejus fatum, atque fortunam respiciunt, ea abunde, ac prolixe Concina ipse in libello complexus est, cujus hic est titulus: *Memorie spettanti alle Opere stampate. Si narrano le occasioni, vicende, accidenti occorsi nella pubblicazione di quasi ciaschedun libro*; in quo pleraque etiam de ejus studiorum initio, atque Apostolico ministerio continentur: solebat enim, ubi librum aliquem in vulgus emisisset, cuncta in commentarios referre, quæ alicujus momenti erant, quorumque propterea nonnulla lucubrationum suarum Præfationibus inseruit. Ex his nos quoque multa excerpsimus, quum ab adversariis ejus numquam fuerint, aut falsitatis expostulata, aut convicta. Cæterum si quid falsi, aut narratum a nobis sit, aut temere creditum, id revocare protinus parati erimus, ubi certis perspicuisque argumentis nostra fuerit narratio dejecta. Neque enim Danielis Concinæ historia aut mendaciis ornari desiderat, aut fulciri debet. Testor autem ingenue me plura prætermisisse in obsequium Societatis. Ego enim etsi plerosque ejus alumnos reprehenderim, Eandem tamen maxime suspicio, ac post viros piissimos, atque doctissimos eam esse censendam reor inter Cœtus illustriores, qui militantem decorant Ecclesiam, fateorque omnino viros omni ætate extulisse pietate, & litteris spectatissimos, quorum merita laudarem ipse primus impense, si se se offerret occasio. Hinc ubicumque de ejusdem filiis a me sermo habebitur, non ecquidem omnes reprehendisse videri volo, sed eos tantum, qui indigna proculdubio adversus Concinam præstiterunt, quorumque facta a sapientioribus PP. Societatis improbata fuisse meritissime conlici potest. Opus tamen ægre mollior invidiæ plenum, quippe qui querelas ne tum quidem gratas esse noverim, quum necessarias. At qui scriptionem nostram molestæ laturi sunt, ii caussam sibi imputare debent, qui flagitiosis scriptionibus nos ad veram exprimendam Concinæ imaginem compulerunt. Jam vero quum nonnulli Pa-



tres Societatis quoties sibi adversa, aut parum propitia scripta in vulgus sunt edita, in more positum habeant, ea tamquam mendacissima traducere, eorumque auctores conviciis onerare, jam quid eorum plerique de me, deque Commentario meo dicturi sint, plane non suspicor modo, sed intelligo. At dum ringentur fervidi homines, frontem ferient, atque probra, & convicia in me proferent, *quorum omne haud portet centum vatis incita remis*, ego non cadam animis, sed eo modo, quo potero, scriptionem tutari conabor meam, nec patiar unquam, ut ea injustis accusationibus dilaceretur. Constitueram ab initio prolixis enarrationibus, ac scholiis Commentarium exornare, & librorum omnium specimina exhibere, qui ab utraque certantium parte vulgati sunt. At hoc quum invidiæ nonnullis, tædii vero plerisque multum habere videretur, a proposito modo recessi; aliqua fortasse prolaturus in altera elucubratione, quam, accedentibus curis majoribus, retentam animo evulgabimus, ubi otio commodiori perfruemur. Potuissem autem Operi meo pretium, ac dignitatem aliquam conciliare, si eorum institutum sequi voluissem, qui scriptiones suas roborare, atque munire solent citationibus Catalogorum, Memoriarum, Ephemeridum, aliorumque librorum nescio quorum, unde selectæ eruditionis, & prodigiosæ doctrinæ famam aucupari, seu verius furari plerumque solent. At quum avidi lectores ex locis hujuscemodi vix aliquid bonæ frugis extundant, sed se se inutiliter, ut plurimum, torqueant, facillime passus sum, ut abiret ilta eruditio hominum levissimorum. Quare quidquid de Commentario meo dicturi sint quidam Ephemeridographi, sive scilicet bene, sive male, perinde erit; nolo enim cum iis bellum inire, qui tam fœcundo, vastoque ingenio sunt præditi, ut qualibet hebdomada, vel mense Opus emittant. Reliquum est, ut ad eos me vertam, qui Commentarium hunc vel perlegere, vel versare volverint. Hos enim ergo hortor, ut monumenta ipsi considerent, quibus ego innixus Danielis Concinæ vitam conscripsi. Ita enim futurum reor, ut non tantum deferant vociferationibus Concinæ adversariorum, quorum plerique ita affecti sunt, ut nec minimas de eo ferre laudes possint, quas summas ceteroquin mereretur, si ad eorum placita, & dogmata adlaborasset. Pecudis est, hominis nempe ratione non utentis, indicta caussa hominem damnare, ejusque famam ac nomen colligere ex ore inimicorum a quibus ego gratiam mirabiliter iniissem, si quæ in Concinæ laudem profero, alto silentio involvissem, & præclara monumenta, luce dignissima, tenebris addixissem. Utinam tamen is essem, qui magnum Virum Danielem Concinam & pro dignitate laudare, & exacte ejus in Ecclesiam merita efferre possem! Sed probe cognosco quam sit mihi curata suppellex. Quamquam id præstare sane conatus sum, etsi variis distentus officiis, tædiique plenis occupationibus. Quare egregios scriptores pro aberiori Commentarii ornatu consului, horumque sensus pro re nata usurpare nec minimum dubitavi, unde ornatius Concinæ virtutes pingerem, & verius præclara facinora commonstrarem. Atqui qualecumque demum sit Opus a me contextum, ab istarum studiosis rerum me neutiquam reprehensum iri pertimesco, qui saltem metu omni, ac cupiditate

vacuus, fecutusque quandam ingenii mei libertatem argumentum omnium primus fusieri oratione petractare contenderim, quod multis non levem timorem semper incussit. Si quis vero in Dominicana Familia fuerit, qui fortasse non tantum ægre ferat me hoc muneris aggressum fuisse, sed Opus etiam reprehendat meum, ecquidem his non valde commovear, dummodo illud effatum consideret:

*Hæc mala sunt: sed tu non melioa facis.*

IN-



# INDEX CAPITUM COMMENTARII.


CAP. I. *Danielis Concinæ ortus, genus, parentes, & educatio.* pag. 1

CAP. II. *In Ord. Prad. coaptatus sedulo in studia litterarum incumbit.* 2

CAP. III. *Dum Philosophiam docet sacri eratoris munus obire statuit, & fauste auspicatur.* ibid.

CAP. IV. *Commentarium duplicem adversus Raph.* de Fornasio, & Bollandistas *evulgat.* P. Cattrattini O. P. *criminationes, & Jo:* Limpenii S. J. *querelæ indicantur.* 4

CAP. V. *Dictionarium* Jo: Pontasii *emendat, & illustrat.* 5

CAP. VI. *Disciplinam Apostolico-monasticam in vulgus emittit.* 6

CAP. VII. *Origo, & progressus controversiæ de jejunio cum esu carnium conjungendo.* 7

CAP. VIII. *In Copellottum, & Casalium librum emittit:* La Quaresima appellante *inscriptum.* 8

CAP. IX. *Quadragesimam appellantem impugnant PP. Franciscus* Berlendi Cler. Regul., *atque Hercules* Monti S. J. *Quorum alteri P. Antoninus* Valsecchi O. P. *alteri Concina respondet.* ibid.

CAP. X. *P. Pius Thomas Millante* Vindicias Regularium *scribit adversus* Disciplinam Apostolico-monasticam, *cujus frustra Concinæ adversarii proscriptionem moliuntur.* 10

CAP. XI. *Controversiam* de jejunio cum esu carnium conjungendo *binis Encyclicis* Benedictus XIV. *definit, quæ a Concina illustrantur.* 11

CAP. XII. *De* Probabilismi & Rigorismi Historia *a Concina scripta, deque iis, quæ editionem præcesserunt.* 12

CAP. XIII. *Concinianas Incubrationes de paupertate Monachorum perstringit P. Gundisalvus* Carrattini O. P., *cujus Opus Romæ discussum vix proscriptionem effugit. Habitæ Congregationis historia enarratur.* 16

CAP. XIV. *De primis Jacob.* Sanvitalis, *Nicolai* Ghetii, *Francisci Ant.* Zachariæ, *& aliorum Jesuitarum in* Historiam Probabilismi, & Rigorismi *motionibus, deque Vincentii Mariæ* Dinelli, *& Danielis Concinæ in ipsos responsis.* 18

CAP. XV. *Historia Dissertationis editæ a P. Bernardino* Benzi S. J. *in Casus reservatos Venetæ Diœceseos; adversus quam Concina* Epistolas Theologico-morales *scribit.* 22

CAP. XVI. *De P.* Scarponii S. J. *satyra* Scudiscio *inscripta, atque adversus Concinam, aliosque vulgata.* 25

CAP. XVII. *Bentianæ Dissertationis vindicias infelici exitu obit P. Jo: Baptista* Faure S. J. 26

CAP. XVIII. *Auctor anonymus S. J. cerberean* Palinodiam *sub nomine Danielis Concinæ conscribit, eamque inexpiabili scelere illius socii quaquaversum vulgant.* 27

CAP. XIX. *De cæteris libellis a PP.* Turani, Curti, Poli, *aliisque Soc. J. in* Bentii *defensionem vulgatis.* 32

CAP. XX. *Bernardini* Bentii *Apologistæ respondet P. Jo: Vincentius* Patuzzius O. P. *Reseratur etiam Opus hactenus inedituum Caroli Ant.* Donadonis, *Episcopi Sebenicensis, adversus eandem P.* Bentii *doctrinam.* 34

CAP. XXI. *Nonnulli PP. S. J., atque inter alios Franciscus Ant.* Zaccharias PP. *Ord. SS. Rosarii Venetiarum Sapientissimi Senatus indignationi objicere, & populum ad nefariam in eosdem seditionem ornare, exquisita calumnia, studeut.* 35

CAP. XXII. *De PP.* Lecchii & Bovii S. J. *scriptionibus adversus* Historiam Probabilismi, & Rigorismi. 38

CAP. XXIII. *Rescriptum* Benedicti XIV. *ad Archiepiscopum Compostellanum Commentatio illustrat, & sui vindicias adversus PP.* Millante & Carattinum *vulgat.* 39

CAP. XXIV. *Adversus PP.* Lecchium & Bovium *IV. Paradoxorum librum evulgat, qui cum in Italia, tum in Galliis præsertim miro favore excipitur.* 41

CAP. XXV. *De libris PP. Francisci* Richelmii & *Gasparis* Gagnæ S. J. *adversus* Historiam Probabilismi, *deque Concina in eosdem Epistolis.* 42

CAP. XXVI. *Encyclicam* Benedicti XIV.

*R. P. adversus famus illustrat, & Nicolai* Broederlenii, *Scipionis* Maffei, *aliorumque doctrinas variis elucubrationibus convellit.* 44

Cap. XXVII. *Sub auspiciis* Benedicti XIV. *R. P.* Theologiam Christianam *publici juris facit.* 47

Cap. XXVIII. *Adversus Concinæ ofores Epistolas* Theologico-morales *scribit P. Jo. Vincentius* Patuzzius *sub nomine Eusebii* Eranilitis. 53

Cap. XXIX. *P. Ignatius* Vicecomes *Præpositus Generalis S. J.* Theologiæ Christianæ *damnationem a* Benedicto XIV. *frustra pertentat. Vulgantur hac de re aunc primum PP. Societatis, & Danielis Concinæ scripiones.* 55

Cap. XXX. *Declarationem dictat* Benedictus XIV. *eamque Concina evulgat. Ridiculi atque inanes ex ea clamores, ac strepitus Concinæ inimicorum.* 70

Cap. XXXI. *Historia vulgatæ* Declarationis *a P. Nicolao* Ghetio *S. J. ob librum præpostere editum:* De Principiis Moralis Philosophiæ &c. 75

Cap. XXXII. *De scriptionibus PP. Jacobi* Sanvitalis, *Carolis* Noceti, *Philiberti* Balliæ *aliorumque S. J. adversus* Theologiam Christianam, & Epistolas Theologico-morales, *deque iis, quas Concina ipse,* Patuzzius, Dinellius *aliique iisdem obtulerunt.* 82

Cap. XXXIII. *Adversus* Spectacula Theatralia, *& Catholicæ Religionis hostes libros duos vulgat.* 87

Cap. XXXIV. *Cardinalis Thomæ Mariæ* Ferrari *Vitam scribit, & sui Librum de* Spectaculis Theatralibus *a Scipionis* Maffei, *& P.* Blanchi *Minoritæ criminationibus vindicat.* 88

Cap. XXXV. *De scriptis apologetitis PP.* Patuzzii, Dinellii, Migliolii *adversus PP.* Zaccchariam, Ballam, *aliosque Concinæ Operum Censores minus æques.* 91

Cap. XXXVI. *De aliquot illustrium Virorum lucubrationibus, in quibus Concinæ mores, & dogmata defenduntur.* 95

Cap. XXXVII. *De posthumis, ineditisque Concinæ Operibus.* 97

Cap. XXXVIII. *De nonnullis scriptionibus Concinæ adjudicatis, ac præsertim de Apologia* Animadvertionum *Celsi* Migliavacca *contra Scipionem* Maffejum. 99

Cap. XXXIX. *De Danielis Concinæ moribus, atque virtutibus; ac primo de ejus in Deum Fide, & præstanti Religionis cultu.* 101

Cap. XL. *Spes, ac Fiducia ejusdem in Deum.* 102

Cap. XLI. *Eximia in Deum Charitas, & orandi ac contemplandi studium.* 103

Cap. XLII. *Incensus animarum Zelus, & Benevolentia in sui adversarios, sibique infensos.* ibid.

Cap. XLIII. *Ejusdem insignis animi constantia, ac fortitus.* 106

Cap. XLIV. *Demissio, & animi modestia.* 111

Cap. XLV. *Vita quotidianæ asperitas, & disciplina.* 112

Cap. XLVI. *Ingens Ecclesiæ utilitas ex Apostolico ministerio, ac libris editis allata.* 113

Cap. XLVII. *Gratia ejus, & Amicitia apud præclarissimos Viros.* 114

Cap. XLVIII. *Æger Roma discedit, & Lucam ad thermales aquas pergit.* 115

Cap. XLIX. *Florentiæ Venetiis redux diem ultimum obit.* 116

Cap. L. *Corporis forma, & habitus.* 118

Cap. Ultimum. *Ingenium, & doctrina.* 119





# INDEX

## *CLARORUM VIRORUM*

### Quorum Epistolæ ad Danielem Concinam evulgantur.

Amici *Aloysius LIV. pag.* 154.
Benedictus XIV. *XIII.* 130. *XXIII.* 135. *XXIX.* 138. *XXX. p.* 139. *LVI.* 156.
A Bergomo *P. Cajetanus Maria Ord. Cappucc. VII.* 127.
A Brixia *P. Gaudentius Ord. Cappucc. IX.* 128.
Brocquevielle Honoratus Nicol. *XXVIII.* 138.
Carolus Emmanuel *Rex Sardiniæ &c. LI.* 153.
Conrad *P. Nepomucenus Ord. S. B. XLVI.* 148.
Du-Four *P. O. P. XLII.* 141.
Enriquez *Henricus Card. XXXVIII.* 142. *XXXIX.* ibid. *XLIII.* 145. *XLV.* 148. *XLVIII.* 150. *XLIX.* ibid.
Gauceran *P. Gabriel O. P. XLVII.* 149.
Gentis *P. Dominicus O. P. Archiep. Antuerp. XXXVII.* 141.
Giuli *P. Ægidius Maria S. J. XVIII.* 133. *XIX.* ibid. *XX.* 134. *XXI.* ibid. *XXII.* ibid. *XXVI.* 137.
Gratius *Hyacinthus. XI* 129.
Jo: M. *Camaldulensis XVI.* 132.
De Lauro *P. Thomas Maria O. P. XXXVI.* 141.
A Lotharingia *P. Thomas Ord. Cappucc. XLI.* 144.
Majoral *Andreas Archiep. Valent. XLIV.* 146.
A Monte Regali *P. Michael Angelus Ord. Cappucc. XXIV.* 140. *L.* 151. *LIII.* 153.
Monti *Philippus Card. V.* 127. *XII.* 130.
Muratorius *Lud. Ant. II.* 124.
Ossorius *Eques. LII.* 153.
Passionæus *Dominicus Card. I.* 124. *IV.* 125. *VI.* 127. *VIII.* 128. *IX.* 129. *XIV.* 131. *XV.* ibid. *XVII.* 133. *XXIV.* 135. *XXV.* 136. *XXXI.* 139. *LV.* 155.
A Regio Lepidi *P. Michael Angelus Ord. Cappucc. S. P. A. Concionator. XXXIV.* 140.
Spinellius *S. Card. XXVII.* 137. *XXXIII.* 140.
Tamburinus *Fortunatus Card. XXXII.* 139. *XXXV.* 141.
A Turre *Petrus Aloysius Monach. Cassin. III.* 125.
Vulpius *Jo: Ant. Præf. Pat. XL.* 143.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DE DANIELIS CONCINÆ
## *VITA ET SCRIPTIS*
# COMMENTARIUS.

## CAPUT I.

*Ortus ejus, genus, parentes, & educatio.*

DANIEL CONCINA, celeberrimus ævi nostri Theologus, & Ecclesiastes, quem non pauci Scriptores ortum Venetiis crediderunt, Patriam habuit *Clauzetum*, Provinciæ Forojulienſis pagum in Diœcesi Utinensi. Natus est autem anno Reparatæ Salutis MDCLXXXVII. VII. Id. Octobris, dieque insequenti in Divi Jacobi Parœcia sacro baptismate tinctus, & Daniel appellatus; ea fortasse de caussa, quod pagus ille septimo circiter lapide distet ab illustri castro *S. Danielis*, ex quo prodiit Justus *Fantuninus*, Archiepiscopus Ancyranus; vir eos inter, qui optimas artes excoluere, nulli secundus.

Parentes ipsi fuerunt Petrus *Concinæ* q. Leonardi, accerrimi vir ingenii, & Pasqua *Cecconia*. Quamquam porro honestum genus fortitus sit, non defuere tamen qui per summam calumniam atque impudentiam ipsi natalium obiecerint ignobilitatem (1). Hoc sane honoratorum virorum fatum est, ut postleaquam, rerum præclare gestarum gloria vitæque innocentia, magnum sibi nomen deculque fecerunt, a male feriatis stemmatum quæsitoribus, petulanti illa demum atque ignava injuria pulsentur. Ut bonis, quæ fortunæ dicuntur, abundabant Danielis *Concinæ* Parentes, sic copiosam sobolem, Deo largiente, susceptam, optime alere atque instituere potuerunt. Sex mares tulere, an etiam aliquot feminas mihi incompertum. Horum natu maximus non multos annos inter mortales exegit. Daniel, de quo scripturi sumus, secundo loco, ut vocant, natus est. Huic succedit *Nicolaus*, *Leonardus* antea dictus (illud enim nomen tum solum asciverit, cum in Ordinem Prædicatorum admissus est) qui præstantis ingenii, eximiæque doctrinæ famam indeptus, Veneti Senatus amplissimo edicto, in Patavino Gymnasio Metaphysicen docuit, & plura nec vulgaria suorum studiorum monumenta edidit in vulgus, quæ P. Joannes Bernardus Maria *de Rubeis* recensuit (2). Fratris sui certaminum, ac laborum extitit sedulus atque curiosus inspector, at nec commilito unquam, nec adjutor. Pulmonari vomica extinctus est ineunte anno MDCCLXIII. ætatis anno sexagesimo nono, eumque laudavit Joannes *Lamius*, clarissimus Ephemeridographus Florentinus. Post *Nicolaum* recensendus est *Petrus*, qui, in sortem Domini vocatus, in eodem Patavino Athenæo theologiæ lauream meruit. Hunc sequitur *Jacobus*, qui, rei domesticæ cura suscepta, familiæ cum opes auxit, tum eandem honoribus ita nobilitavit, ut Conciniana Domus inter claras, atque illustres Provinciæ Forojulienſis familias modo censeatur. *Balthassar* denique, natu minimus, inter Franciscanos Fratres, quos *Conventuales* appellitant, adscriptus, ipso ætatis flore decessit; magnus, ut licuit conjicere, vir evasurus, si ipsi diuturnior lucis usura contigisset. Hæc unius familiæ natorum recensio, magnum, ut ego quidem reor, illius elogium est, & satis congrua laudatio.

His ce in antecessum constitutis, cæterorum more Historicorum, nunc ceptum Commentarium prosequar. Daniel igitur primos ætatis annos puerilitèr, ut mos est pueris, transegit; desunt enim mihi prodigia, queis plerique clarorum virorum vitas gestorumque initia mirabiliter exornant. Cum primum per ætatem licuit, latinis litteris in Patria imbutus est ab Joanne *Elero*, Grammaticorum apud suos exactissimo. Grandioris vero facti cursum in litteris maxime retardavit inopia præceptorum, ut in pagis sæpe contingit; quamvis ingenio esset scien-



(1) *Inter alios Auctor infamis libelli:* Ritrattazione di F. Daniello Concina *inscripti*, *de quo infra erit sermo.*

(2) *In Commentario de rebus Congregationis B. Jacobi Salomonii Ord. Prædicat. pag.* 488.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL

# DE DANIELIS CONCINÆ
## *VITA ET SCRIPTIS*
# COMMENTARIUS.

## CAPUT I.

*Ortus ejus, genus, parentes, & educatio.*

DANIEL CONCINA, celeberrimus ævi nostri Theologus, & Ecclesiastes, quem non pauci Scriptores ortum Venetiis crediderunt, Patriam habuit *Clauzetum*, Provinciæ Forojulienſis pagum in Diœcesi Utinensi. Natus est autem anno Reparatæ Salutis MDCLXXXVII. VII. Id. Octobris, dieque insequenti in Divi Jacobi Parœcia sacro baptismate tinctus, & Daniel appellatus; ea fortasse de caussa, quod pagus ille septimo circiter lapide distet ab illustri castro *S. Danielis*, ex quo prodiit Justus *Fantuninus*, Archiepiscopus Ancyranus; vir eos inter, qui optimas artes excoluere, nulli secundus.

Parentes ipsi fuerunt Petrus *Concinæ* q. Leonardi, accerrimi vir ingenii, & Pasqua *Cecconia*. Quamquam porro honestum genus fortitus sit, non defuere tamen qui per summam calumniam atque impudentiam ipsi natalium obiecerint ignobilitatem (1). Hoc sane honoratorum virorum fatum est, ut postleaquam, rerum præclare gestarum gloria vitæque innocentia, magnum sibi nomen deculque fecerunt, a male feriatis stemmatum quæsitoribus, petulanti illa demum atque ignava injuria pulsentur. Ut bonis, quæ fortunæ dicuntur, abundabant Danielis *Concinæ* Parentes, sic copiosam sobolem, Deo largiente, susceptam, optime alere atque instituere potuerunt. Sex mares tulere, an etiam aliquot feminas mihi incompertum. Horum natu maximus non multos annos inter mortales exegit. Daniel, de quo scripturi sumus, secundo loco, ut vocant, natus est. Huic succedit *Nicolaus*, *Leonardus* antea dictus (illud enim nomen tum solum asciverit, cum in Ordinem Prædicatorum admissus est) qui præstantis ingenii, eximiæque doctrinæ famam indeptus, Veneti Senatus amplissimo edicto, in Patavino Gymnasio Metaphysicen docuit, & plura nec vulgaria suorum studiorum monumenta edidit in vulgus, quæ P. Joannes Bernardus Maria *de Rubeis* recensuit (2). Fratris sui certaminum, ac laborum extitit sedulus atque curiosus inspector, at nec commilito unquam, nec adjutor. Pulmonari vomica extinctus est ineunte anno MDCCLXIII. ætatis anno sexagesimo nono, eumque laudavit Joannes *Lamius*, clarissimus Ephemeridographus Florentinus. Post *Nicolaum* recensendus est *Petrus*, qui, in sortem Domini vocatus, in eodem Patavino Athenæo theologiæ lauream meruit. Hunc sequitur *Jacobus*, qui, rei domesticæ cura suscepta, familiæ cum opes auxit, tum eandem honoribus ita nobilitavit, ut Conciniana Domus inter claras, atque illustres Provinciæ Forojulienſis familias modo censeatur. *Balthassar* denique, natu minimus, inter Franciscanos Fratres, quos *Conventuales* appellitant, adscriptus, ipso ætatis flore decessit; magnus, ut licuit conjicere, vir evasurus, si ipsi diuturnior lucis usura contigisset. Hæc unius familiæ natorum recensio, magnum, ut ego quidem reor, illius elogium est, & satis congrua laudatio.

His ce in antecessum constitutis, cæterorum more Historicorum, nunc ceptum Commentarium prosequar. Daniel igitur primos ætatis annos puerilitèr, ut mos est pueris, transegit; desunt enim mihi prodigia, queis plerique clarorum virorum vitas gestorumque initia mirabiliter exornant. Cum primum per ætatem licuit, latinis litteris in Patria imbutus est ab Joanne *Elero*, Grammaticorum apud suos exactissimo. Grandioris vero facti cursum in litteris maxime retardavit inopia præceptorum, ut in pagis sæpe contingit; quamvis ingenio esset scien-



(1) *Inter alios Auctor infamis libelli:* Ritrattazione di F. Daniello Concina *inscripti*, *de quo infra erit sermo.*

(2) *In Commentario de rebus Congregationis B. Jacobi Salomonii Ord. Prædicat. pag.* 488.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL

tiarum cupidissimo. Interea parens, quo filii animum litteris moribusque informaret, atque excoleret, eum Goritiam, ad Collegium scientiarum & artium PP. Societatis Jesu, statim misit. At hic frustra quærita institutorum fortuna, quæ in pago desiderabatur; præceptores nanque nactus natione Germanos, queis italice, latinæque musæ vel nunquam vel perraro favent, nulla elegantiorum litterarum notitia potuit animum informare. Habuit tamen, unde iisdem Patribus grarias rependeret quam maximas; moribus namque egregie excultus est: quemadmodum ipse non semel, grati animi caussa, ex scripto confirmavit (1).

## CAPUT II.

*In Ord. Præd. cooptatus sedulo in studia litterarum incumbit.*

APatre domum vocatus, quodnam vitæ genus eligeret, animo cœpit revolvere. Venerat ei sæpius in mentem nomen dandi Societati Jesu; at duabus potissimum de caussis, se avulsum fuisse, consequenti tempore testatus est; altera nimirum, quod is cœtus, splendidis domibus cultuque insigni resplendens, evangelicam paupertatem humilitatemque non admodum sibi præseferre videretur; altera vero, quod ex eo facile egredi quis posset, facilisque etiam expelli. Igitur, postquam supremum Numen accurata supplicatione consuluisset, cæteris Institutis celeberrimam *B. Jacobi Salomonii* Ord. Præd. Congregationem, eou sibi suique genio apprime opportunam, antetulit, probatusque illico Patrum suffragiis omnibus anno MDCCVII. mense martio, in eandem *Comelliani*, in Cœnobio SS. Martini & Rosæ, coopratus est. Hic morum institutorem habuit P. Angelum *Rosa* Lucensem, sub quo arreptam optimæ vitæ rationem feliciter & sancte est prolecutus; exactoque probationis anno, more Majorum, solemnia vota sacramento firmavit decimo septimo Kalend. April. anni insequentis. Tum vero quietem ac secessum nactus, multo cum animi fervore philosophicis disciplinis animum adjunxit, in iisque sese acerrime exercuit; postquam ea, quæ pietatis erant, accuratissime implevisset. Triennio in philosophiæ pulvere transacto, theologicis rebus in collegio Sanctissimi Rosarii Venetiarum incubuit, usus præceptoribus PP. Dominico *Andreassio*, & Joanne Alberto *Zanchio*, quorum nomina in laudatæ Congregationis Historia haud obscura sunt. Grande adhuc tunc erat fatum rerum theologicarum: exultabant fere omnes in quisquiliis, & triclis ac apinis vescebantur. Purioris theologiæ, ecclesiasticæ historiæ, & veræ eruditionis nomina vix audiebantur. In hoc genere litterarum octo annos Concina defudavit, ita tamen, ut ad solidiores litteras aliquando respiceret; ad quas excolendas ab *Andreassio* fuisse excitatum puto, qui elegantiores, utiliores que musas eam in Congregationem primus induxit.

(1) *Cap. XIII. §. 1. Præfat. ad* Christianam Theologiam, *tum Tom. I. pag.* 124. Defensionis Decretorum Concilii Tridentini &c. *& alias in locis, quæ, necessitate compulsus, Patribus Societatis sæpius objecit.*

## CAPUT III.

*Dum Philosophiam docet, sacri oratoris munus obire statuit, & fauste auspicatur.*

COnsueto absoluto curriculo studiorum, atque missione habita a scholastico ludo, Philosophiam Forojulii docere jussus est anno MDCCXVII. Quod ægre tulit: nam cupiebat vehementer immorari Venetiis, ubi, affluens copia librorum, iis disciplinis devovere animum facilius poterat, quarum perdiscendarum summo desiderio tenebatur. Hanc autem repugnantiam, animique motum expertus, tacite admodum ipse secum expendit: quodnam genus litterarum homo sacris destinatus, atque Dominicani Ordinis alumnus, posset, ac deberet excolere. Versabat ipsius animum ea jugiter cogitatio: monasticæ professionis hominem, supremique Numinis famulatui addictum, in id nervis omnibus debere contendere, ut corporis animique dotes in illius gloriam, atque laudem cedant, qui naturæ cunctarumque rerum est auctor: non posse proinde in iis disciplinis operam locare, quæ ab eo scopo abiunt, longeque abducunt. Hæc diu multumque meditatus, & Dei voluntate explorata fervidissimis precibus, se ad Apostolicum obeundum ministerium sensit excitari atque impelli. Quo in proposito etiam confirmatus est a P. Ambrosio *Palmerio*, ejusdem Ordinis atque Congregationis, qui, licet luminibus captus, XL. annos ecclesiasten lege-



legerat, summa cum omnium adprobatione. Itaque, jam non dubius eam Dei vocem esse, in id muneris ex ea hora statuit toto pectore incumbere, quod antea aversabatur, gravissimo opinionis errore deceptus. Quidquid inde a docendi munere superetat temporis (supererat autem plurimum viro otii impatientissimo) in id totum impendit. Italicam in primis linguam excoluit: qua a Germanis edoctus præceptoribus neque hilum profecerat; imo laborare etiam debuit, ut, quod Goritiæ hauserat, dedisceret: quemadmodum iis plerumque contingit, qui a magistris minime bonis eruduntur. Optimos hinc etrusci idiomatis scriptores diurna, nocturnaque manu versans stylum suum ad eorum imitationem subigere, ac castigare cæpit. Cujus quidem laboris uberrimum postea fructum tulit: nam eam est allecutus dicendi copiam, atque elegantiam, quam licet expalitam omnino non ausim pronunciare; audientium tamen ac legentium animo non injucundam dicere non dubitaverim. Atque in illius quidem linguæ, ac sapore percipiundo uberius etiam profecisset, si de stylo potius, quam de rebus fuisset sollicitus. Quo nomine commendandus quaminaxime videtur, ceu qui eam dicendi vim, atque formam, in quam naturæ impulsi ferebatur, perpolire, seque magis ac magis in ea conformare curaverit. Ut vero difficilia, atque asperiora sunt initia rerum, cum primis ad scribendum se contulit, tantum incommodi, ac difficultatis experiebatur, ut id, quod animo conceperat, se nunquam crederet consecuturum. Atqui animum non despondit; sed fretus Dei auxilio ardua quæque pertentanda ratus, unam quovis mense concionem, licet rudem incultamve, elaborare statuit. Hinc toto triennio, quo Forojulii philosophiam docuit, conciones ultra XXX. compoluit, easque postea expolivit, dum ibidem denuo eandem disciplinam profiteretur. Scribendi interim difficultatem temperaverat usus, qui optimus scribendi dicendique magister habetur; minuerat vero fastidium egregia rerum divinarum, sacrorumque Bibliorum, quam sibi affidua labore paraverat, cognitio, ingenique supellex. Harum studio rerum numquam intermissam Sanctorum Patrum lectionem adhecit, lectitavitque præcipue Chrysostomum, atque Augustinum; quorum tamen loca doctrinarum se in miscellaneis suis omisisse vehementer postea indoluit. Ita porro secreto, cæterisque quibuscumque inscis hanc operam posuit, ut nemo ipsum tunc præ manibus conciones habere suspicari potuerit. Quod ei pro votis facilius etiam cessit: nam & scholæ munera obibat diligentissime; & a sociis suis ad id muneris ineptus putabatur.

Igitur, quinque post annos in componendis concionibus insumtos, integrum absolutumque quadragesimalium dierum cursum perfecit. Ad ætatem usque annorum XXXII. e suggestu dixerat numquam. Petita inde facultate, sacris Dominici Adventus diebus in majori Forojulii Ecclesia sacrum ministerium exorsus est cum civium plausu, tum maxime suorum consellitarum admiratione, quibus stuporem injecerat canora ejus suavisque vox, quæ cum nec minimam audiretur dum hymnos concineret, eo in templo adeo clare personabat, ut remotiores anguli, abditioresque recessus eandem exciperent. Integras postmodum conciones memoriæ, qua valebat plurimum, ita mandavit, ut omnes, dierum quatuor spatio, recitaret. Antequam tamen magni nominis Ecclesiarum suggestibus sese committeret, in pagis, ac castris satis frequentibus ecclesiasten egit, dum interea theologicas disciplinas Forojulii profiteretur, multique ad eum audiendum libenter concurrerent. Inde in Ecclesia Parochiali Portus-Naonis, vulgo *Pordenone*, Lugi tum apud suos, postmodum Florentiæ in celeberrimo templo S. Mariæ Novellæ concionatus est. Qua in urbe tanta omnium acclamatione dixit, ut ab Episcopis evocari postmodum ad Ecclesias sibi concreditas coeperit. A. MDCCXVII. rem gratam facturus P. Gulielmo *Malo*, qui Ordinis Præd. Procuratoris Generalis, ut vocant, munere egregie functus est, Bononiæ quadragesimales pariter conciones habuit, summa totius doctissimæ urbis gratulatione, ac præcipue Card. celeberrimi Thomæ *Ruffi*, Romanis Pontificis ablegati, cujus amicitia exinde, atque benevolentia perpetuo est usus. Anno insequenti, curante Vincentio Ludovico *Gottio*, qui purpuratorum Patrum senatum plurimum illustravit, idem munus obivit Romæ in Minervitano S. M. Templo. Hinc fama prædicationis ejus in urbe urbium vulgata, & celerrime cæteras quoque pervadente, sacri oratoris munus in illustrioribus Italiæ civitatibus exercuit, clarissimumque nomen, & insignis præconii celebritatem adeptus est, quemadmodum

dum uberius suo loco declarabimus. Atque hæc quidem de initio Apostolici Danielis Concinæ ministerii dicta sufficiant. In quibus expendis, si nonnullis longior visus sum, ii videant, ne quæ ipsis leviora sunt ac superflua, pari modo apud cæteros esse arbitrentur.

## CAPUT IV.

*Commentarium duplicem adversus Raph.* de Pornasio, & Bollandistas *evulgat.* P. Cattratni *O. P. criminationes, & Jo:* Limpenii *S. J. querelæ indicantur.*

ROmæ igitur, ita uti modo dicebamus, Apostolici muneris caussa degens, tæpe cum P. Thoma *Ripoll*, Generali Magistro totius Ordinis Prædicatorum, frequentes habebat sermones de rebus ad Instituti initia, atque leges spectantibus. Die quadam, qua de paupertate sermo intercesserat, obtulit Concinæ *Rippolitus P.* Raphaelis *de Pornasio* opusculum *de communi & proprio Religiosorum*; quod non ita multo sub nomine Vincentii Mariæ Card. *Orsinii*, Archiepiscopi Beneventani, ac postmodum Romani Pontificis, recusum fuerat, & nuncupatum P. Thomæ *Pipia*, qui & ejusdem Prædicatoriæ familiæ præses supremus, & purpureis insignibus honestatus fuit. Vel ipsa Operis inscriptione commotus est Concina, paupertatis amantissimus, ac fidissimus custos; cumque illud perlegisset, ejus illico confutationem meditatus est. Ut vero rem doctrinæ soliditate, ac pondere monumentorum versaret, insignioribus quibusdam Ordinis archivis atque bibliothecis perlustrandis non levem operam impendit. Mediolani anno MDCCXXXI. ex mss. Ambrosii *Taegii*, queis reformatio notissimi Cœnobii S. Mariæ Gratiarum continentur, plura in rem suam hausit. Nonnulla quoque habuit a Ticinensi Bibliotheca. Multo majora vero est nactus Neapoli in Monasterio S. Dominici, ubi aliquot menses post habitas quadragesimales conciones commoratus est, hujus negotii caussa. Ergo bonæ frugis monumentis potius *Commentarium duplicem* illico adornavit, ac sub adscititio nomine Caroli Antonii *Plantammea* vulgavit cum hoc titulo: *Commentarius Historico-Apologeticus in duas dissertationes tributus; quarum altera anticriticis animadversionibus refellit ea, quæ adversus paupertatis disciplinam, a D. Patriarcha* Dominico *constitutam, intemperantiore critice scripta prodiderunt continuatores* Bollandi; *altera eandem disciplinam a laxioribus P. Raphaelis de Porsalio interpretamentis vindicat. Accedit dissertatio historica de origine disciplinæ regularis, primum in Ordinem Prædicatorum per B. Raymundum de Vineis,* XXIII. *Magistrum Generalem ejusdem Ordinis, instauratæ, & quæstiuncula moralis de regularibus personatis.* 4. Venetiis MDCCXXXVI. apud. Steph. Monti. Quo firmius *Pornasium* refutaret, dissertationem I. adversus *Bollandistas* præmisit, uti titulus admonet. Jam dudum vel in ipsius vulgi fabulam venerat quorumdam Ordinis Minorum historicorum adsertio; Divum scilicet *Dominicum* numeroso illi florarum capitulo, a B. Patriarcha *Francisco* coacto, interfuisse; ibique cum alia, tum præcipue paupertatis disciplinam, fundis, ac reditibus vacuam, stabilire, atque formare didicisse. Lepidam hanc historiolam, quam prodigiis, nenisque exornatam, initio FF. Minores tyrunculis, quos in ordinem recipiebant, præinere lolebant, præter alios jam egregie refutaverant PP. *Quetif & Echard* (1), celeberrimi Biographi Ordinis Prædicatorum. At Agiographi Antuerpienses, quos rebus suis parum æquos jure meritoque Dominicani sæpe dixerunt, minoriticæ fabulæ patrocinio fulcepto, duos illos emunctæ naris homines importuna critice castigare adnisi sunt. Id muneris obivit *P. Cuperus*, qui insuper illustriora Divi *Dominici* facinora, etsi firmis solidisque superstructa monumentis, in controversiam, ac disputationem conjecit (2). Atqui tamen hunc virum, divum *Dominicum* peculiari cultu fuisse prosecutum, prædicant ejus laudatores. Mortui hominis pieratem vel carpere, vel immiuere mihi non est animus; exoraverim tamen superos, ne talem mihi tribuant religionem. Concina ergo in prima dissertatione Minoritarum fabulam, a *Bollandistis* quodammodo etiam propugnatam, omni argumentorum genere convellit. In secunda *Pornasium* exagitat, qui seculi sui disciplinam circa monasticam paupertatem, illam eandem esse crediderat quæ Ordinis initio servata

(1) Scriptor. Ord. Præd. *Tom. I. Diss. III. pag. 77.*
(2) *In* Actis Sanctorum *Tom. I. Augusti in Comment. prævijs ad Act. S. Dom.* §. 33. & 34.



vata fuit, demonstratque rerum communitatem apud FF. Prædicatores ab ipsis D. Patriarchæ *Dominici* temporibus viguisse. In historica dissertatione Raymundi *de Vineis* pias curas atque molimina refert. Quæstiunculam denique moralem instituit contra nonnullos Theologos, qui definiverant: Regulares, theatra & spectacula personaros frequentantes, nec excommunicationem incurrere, nec lethaliter peccare. Commentarium hunc, ne cito nimis nonnullorum animos exasperaret, absque sui nomine (opportunis tamen consuetisque pro illius impressione obtentis facultatibus) in vulgus emisit. Qua etiam ratione explorare voluit illorum voluntatem, quos sibi adversarios futuros in majoris momenti libro verebatur.

Non ita multo post hujus Commentarii evulgationem P. Gundalvus *Carrattinus* Ligur Ord. Præd. in Gymnasio Veronensi S. Anastasiæ ea tempestate sacræ Theologiæ professor non ineruditus, ad Danielem *Concinam*, dissimulato nomine, dedit epistolam, in qua, scurrilitatibus, & ironiis male consarcinatis, *Commentarium duplicem* & ejus auctorem carpit, atque insolentissime reprehendit. Epistolam hanc edere ab initio constitueram, ut *Carratini* fautores furoris ejus, atque in Concinam inclementiæ novum haberent argumentum: sed, re melius postmodum considerata, non latis esse causæ putavi pios vexare hominis manes, quem certo ejus certaminis jam poenituit quod cum eo infeliciter gessit. Monuisse solum sat fuerit, hoc ea *Carratinum* arcto, presloque calamo comprehendisse, quæ longa & exaggerata oratione protulit in *Vita Clausstrali*, cujus suo loco erit mentio. *Bollandistæ*, secundum morem cæterorum Societatis hominum, *P. Cupernm* a Concina exagitatum fuisse ægre admodum pertulerunt: at cum nihil haberent, unde convulsam causam sustentarent, *Commentarii duplicis* inscriptionem criminati sunt, & *Cuperi* consilium excusare quodammodo fategerunt. Potuit hanc operam Joannes *Limpenius*, eruditus *Cuperi* laudator (1). Nolim ego certare de titulo. Cætera, quæ *Limpenius* adfert in *Cuperi* excusationem, levissima sunt, nec merentur ut in iis expungendis ipse laborem, & a majoris momenti rebus percensendis supersedeam. Atqui, clamat *Limpenius*, iniquo prorsus animo Concina *Cuperum* exagitavit, qui, libratis utriusque partis momentis, controversiam sub judice reliquit, atque ad Dominicanos demum pertinere affirmavit, *Speculi* illius, cujus auctoritate Minoritæ Divi *Dominici* præstantiam in florarum capitulo stabiliunt, elevare fidem, ac demonstrare immerito adscribi auctori S. Francisco æquali. At vero injustum omnino, o *Limpeni*, Prædicatoribus onus imposuit *Cuperus*. Hanc enim spartam jam optime ornaverat *P. Echard*, cujus ille argumenta adeo morosa critice fugillat, vellicat, & torquet, ut nodum in scirpo quærere voluisse videatur: meritissime proinde a Concina castigatus est, atque de animo in PP. Prædicatores parum æquo expositulatus. Quodsi *Cupero*, insigni in D. *Dominicum* religione, ut narrant, affecto, licuit illam versare fabulam, iniquus ne Concina habendus erit, dum Parentis sui acta a Minoritatum neniis, eorumque patronis vindicavit?

## CAPUT V.

*Dictionarium* Jo: Pontasii *emendat & illustrat.*

EDitum Parisiis *Dictionarium casuum conscientiæ* ab Jo: *Pontas*, presbytero S. Facultatis Parisiensis, summis fuerat laudibus exceptum. Post varias gallicas editiones latio donatum prodiit Luxemburgi A. MDCCXXXI. Ex hac editione, multis ad Gallorum placita opinionibus reserta, occasionem est nactus P. Eusebius *Amori* Canonicus Regularis Pollingæ, novam faciendi versionem, quæ proparetur etiam Theologis aliarum gentium. Quare ex ea non solum plura *Pontasii* placita dispunxit, sed ita multa reseidit ac mutavit, ut non tam vertisse, quam opus contraxisse visus sit. Prodiit hæc versio Augustæ Windelicorum A. MDCCXXXIII., variaque de ea fuere judicia Theologorum, quæ dum excutiuntur, Antonius *Bertoli*, Venetus Typographus, tertiam parare editionem voluit, Augustanæ, & Luxemburgensis nævis expertem, ac quidquid bonæ frugis utraque præfert, continentem. Ad id operis Concinam delegit, cujus studio ac labore celeberrimum Dictionarium Venetiis editum est Anno MDCCXXXVIII. accessitque ipsi: *Fr. Danielis* Concinæ *Ord. Præd. præfatio ad lectorem, & animadversiones critico-morales in mendas Pontasianas, cum actuario duorum casuum, qui in hoc Dictionario*

(1) *Act. SS. Tom. VI. Augusti in elogio P. Gullielmi* Cuperi *c. 2. §. 19.*

*nario desiderabantur. P. Amort*, ut abs se factam *Pontasii* editionem tutaretur, Concinæ respondit, edito Augustæ A. MDCCXXXIX. opusculo ita inscripto: *Controversiæ novæ morales recenter motæ in nova editione* Pontasii *Venetâ. Amortio* satisfacere Concina decreverat: sed incæpto abstinuit, cum alterum Theologum navare hanc operam audiviſſet (1). Emendavit tamen nonnulla ejusdem placita (2), nec tuitionum obstante amicitia, quam cum eodem inierat.

## CAPUT VI.

*Disciplinam Apostolico-monasticam in vulgus emittit.*

EVulgato duplici *Commentario* gravis Concinam cura coquebat alterius eadem de re operis vulgandi *Disciplina Apostolico-monastica* inscripti, cujus fuerat signifer *Commentarius duplex*. A. MDCCXXXVIII. Romæ in Basilica S. Laurentii ad Damasum verbi Dei præco delectus viros doctissimos consuluit de inito a se, suscepto que molimine; a quibus excitatus ardentius in opus incubuit. Qui interim politico supercilio sacrorum curas ministrorum intuentur, Apostolicam prædicationem non satis bene Concinæ cessuram pronuntiaverant propter editum *Commentarium duplicem*, quo exulcerati credebantur animi multorum. At Concina, tota plaudente urbe, iis diebus & auditus, & humanissime ab Romanæ Aulæ primoribus, ac præcipue a Card. *Ottobono* exceptus est. Quare quieverunt, qui ciere turbas fortasse cogitaverant. Venetias redux Opus ab se confectum, atque Annibali *Albano*, Episcopo Sabinensi, & S. R. E. Card. Camerario dedicatum, prælo subjecit cum hac epigraphe: *Disciplina Apostolico-monastica dissertationibus theologicis illustrata, & induas partes tributa, in quarum una de voto paupertatis vita communi circumscripto, in altera de cæteris ejusdem disciplinæ capitibus præcipuis disseritur. Accedunt selecta quædam veterum Theologorum monumenta*. Venetiis ex Typogr. Balleon. A. MDCCXXXIX. Universi hujusce operis, quo illustrius, ac perfectius hac in materia nullum hactenus prodiit, systema hujusmodi est. Claustrales omnes, vi saltem præcepti, exactæ bonorum communitati, cujusque privati peculii vacuæ, devincti sunt; quemadmodum cum Canonistæ, tum Theologi docent. Professio autem monastica mutuum includit contractum, quo claustrales cuncta, tum præsentia, tum futura bona, dominio Religionis subjiciunt, & solemni voto consecrant. Religio vicissim victum & vestitum, seu omnia necessaria alumnis suis, & bene valentibus & infirmis, de communi patrimonio se collaturam spondet eodem ritu & solemnitate. Si autem Religio suo desit muneri; videlicet si negligat aut omittat necessaria alumnis suppeditare, continuo in his jus naturæ consurgit, quemlibet præcedens contractum, vi cujus religiosus induitria propria victum, vestitumque sibi comparare possit. Axioma illud: *Quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio*, supponit exactam communitatem; alioquin si monasterium nollet nec induere nec alere monachum, tum ipse usum saltem rerum necessariarum ad vitam alendam velliendamve, naturæ lege sibi comparare, seu retinere posset, cum animi promptitudine omnia in communem usum conferendi, quoties monasterii præses de communi necessaria submoniret. Religiosi, qui hanc promtitudinem animi non habent, sunt in statu gravis culpæ, sicut & prælati, qui pro viribi negligunt exactæ communitatis observantiam, rejectis peculiis, dum id absque scandalo, & reipsa præstare valent. Quot laudibus eximium opus pii quique doctique viri profecuti sint, dici vix possit. Extant ad Concinam non Italorum modo, sed Germanorum, Hispanorum, Gallorum, aliarumque gentium illustrium virorum epistolæ, ubertimum ex ejus opere collectum, colligendumque fructum referentes. Non defuere tamen, qui non modo mussitarint, sed & palam reprehendere Concinam sint ausi, quasi monachis cunctis jugulum præbuisset. At hi quidem, licet clamitarent, & magna se habere momenta jactarent, operis tamen soliditate deterriti nihil evulgarunt, si PP. Gundisalvum *Carrattinum* & Pium Thomam *Millante*, ex Ord. Præd. excipias, quorum scripta, atque molimina opportuno loco narrabimus.

(1) Adversus meas observationes *P. Amort* edidit opusculum inscriptum *Controversiæ novæ morales*, ubi doctrinam suam meis confutationibus afferere, & novis confirmare documentis studet. At, illæso firmoque manente amicitiæ fœdere, dicere mihi licet, nihil in hoc opusculo deprehendi, quod *Animadversiones* meas vel tantillum debilitet. Imo viris doctis opusculi prætati doctrina magnopere displicuit, eamque & ratione & Scripturæ sacræ auctoritate refelleruat. Scriptum adhuc ineditum est temporum calamitate: at lucem alpiciet opportuno tempore. Quare libenter ego abstineo a refellendo opusculo *P. Amort* amici mei, quem magni facio ob ejus merita, doctrinæque integritatem, zelumque instaurandæ disciplinæ tum Monasticæ, tum Ecclesiasticæ. *Concina Diss. IV. libri inscripti* Usura Contractus Trini §. IV. n. 1. & 2. pag. 243. (2) *Loc. cit.*



## CAPUT VII.

*Origo & progressus controversiæ de jejunio cum esu carnium conjungendo.*

QUO interim tempore Concina modo memoratum opus typis commiserat, concertatio *de jejunio cum esu carnium conjungendo* in Æmilia exorta fervescebat. Hujus exordium & caulas ab initio proponere necessarium est, tum quod cognitis causis cætera etiam facilius intelliguntur, tum quod hujus narratione lumen affulgebit iis, quæ sumus dicturi. Igitur A. MDCCXXXVI. Fidentinus Episcopus, vulgo di *Borgo S. Donnino*, edicto lato, caverat: eos, qui ob ciborum quadragesimalium fastidium carnibus vescebantur, ad jejunii leges, atque custodiam nihilominus obstringi. Dura ac non ferenda visa est nonnullis optimi Antistitis præceptio. Initio in plurimorum aures mussitatum; inde justum mandatum palam irrideri captum, improbari, ac contemni. Has voces favebant, iisque addebant robur confessarii non pauci, qui fideles ad le accedentes, liberalitate summa & damnanda indulgentia a jejunio eximebant. Alexander *Mantegatius*, presbyter Placentinus, elegantissima dissertatione (1) Fidentini antistitis edicti satis opportune æquitatem demonstravit, ac vindicias scripsit. *Mantegatii* dissertationi, latino idiomate exaratæ, *Diatriben* italicam opposuit Petrus *Capellettus*, presbyter pariter Placentinus (2), eamque suffragio suo munivit Archipresbyter Bartholomæus *Casalius*. *Mantegatius*, comparata sibi ex scripto Lud. Antonii *Muratorii* sententia, adversus *Capellettum* quamcitissime responsum adornavit (3) una cum suffragio *Muratorii*, quod viro mitissimi ingenii perincommodum accidit (4). Aliis deinde se se controversiæ immiscentibus multæ scriptiones vulgatæ sunt, præcipue ab Antonio Ab. *Carbonara*, & P. Benedicto Maria *Brignole*, quorum ille *Mantegatii*, hic vero *Capellotti* opinionem tuebatur: quas omnes elucubrationes, cum editas, tum manu exaratas percensere ut longum sit, sic minime necessarium. *Capellettus* interea, in consortium vocato Bartholomæo *Casalio*, post duos annos adversus *Mantegatium*, edita *Dissertatione Theologico-morali*, decertavit (5); quamvis nonnulli putaverint hanc non absque Theseo fuisse elaboratam; sed holce presbyteros nomen, Herculem vero *Montium* Jesuitam operam locasse (6). Quisquis tamen hujus dissertatio-

(1) De jejunio cum esu carnium conjungendo. Placentiæ MDCCXXXVII. Typis Jacopatil.
(2) Dell' incompatibilità del Digiuno col mangiar delle carni. In Piacenza MDCCXXXVII. per il Bazacchi.
(3) Giudizio del dottissimo Sig. Dottore, e Proposto Ludovico Antonio Muratori intorno alla dissertazione latina *De jejunio cum esu carnium conjungendo* del Sig. Dottore in sagra Teologia ec. Alessandro Mantegazzi, esibito in una lettera al Sig. D. Bartolommeo Casali Arciprete di Stadera, in risposta alla Diatriba del Dott. Pietro Copellotti. In Piacenza MDCCXXXVII. *Adversus hanc* Copellotti *Diatribam alterum quoque opusculum editum est sic inscriptum:* Nuova maniera di comporre in prosa criticando in volgar lingua, tratta dalla Diatriba dell' incompatibilità del Digiuno col mangiar delle carni del Dottor Pietro Copellotti *stampata l' anno* MDCCXXXVII. In Piacenza per il Giacopazzi Stampator Vescovile MDCCXXXIX.
(4) *Jo: Franciscus Soli in Vita Patrui sui Lud. Ant.* Muratorii. *Cap. IX. §. VIII.*
(5) Dissertazione Teologico-Morale critica intorno all' incompatibilità del Digiuno col mangiar delle carni. Opera dell' Ab. Pietro Copellotti Teologo dell' Eminentiss. Card. Trojano de Acquaviva; e di Bartolommeo Casali in risposta all' apologia della dissertazione del Dottor Alessandro Mantegazzi, 8. *In Venezia per Gio: Battista Recurti* MDCCXXXVIII. *Quamvis hunc annum præferat isthæc dissertatio, certum tamen est, atque exploratum nonnisi A.* MDCCXXXIX. *Venetias fuisse transmissam*, ibique editam.
(6) *Jo: Franciscus* Soli Muratorius *loco cit.*

rationis auctor habendus sit, parum profuerit ulterius inquirere. Id certo constat, A. MDCCXXXIX. Venetias, ut typis cuderetur in *Recurti* officina, transmissam fuisse. In hujus autographum, quum incidisset Concina, & curiole carpisset evolvere, typographum dehortatus est, ne illum e prælo suo exire sineret librum, in quo opinio sacris jejunii legibus, ut sui quidem ferebat ententia, adversa tradebatur. Sed frustra. Quoniam igitur typographum ab eo consilio avocare non poterat, ab eodem est consecutus graviorum theologorum testimonia, quorum ingentem numerum ii presbyteri consarcinaverant, exscribendi facultatem. Hoc paucarum spatio horarum in officina confecto, operi adlaborando illico manus adjecit, quo egregie Ecclesiastici jejunii vim tutatus est.

## CAPUT VIII.

*In Copellottum & Casalium librum emittit: La Quaresima appellante inscriptum.*

PRodituræ, ut modo diximus, *Theologico-moralis dissertationis* fundamentorum Concina apprime conscius, dierum circiter XXV. intervallo, celeritate scilicet summa, Opus absolvit quod non ita multo post editam illam dissertationem cum hoc titulo vulgatum est: *La Quaresima appellante dal foro contenzioso di alcuni recenti Casisti al tribunale del buon senso, e della buona fede del popolo Cristiano sopra quel suo precetto del digiuno da accoppiarsi coll' uso delle carni, permesso pel solo nocumento del cibo quaresimale.* 4. In Venezia MDCCXXXIX. presso Simone Occhi. Hocce in libro sacræ inediæ tristitiæque leges fortissime vindicavit, & quadragesimalium ciborum usu, jejunii tempore, exemptos, ad illius observationem teneri demonstravit. Quam male auctores cum *Diatriba*, tum *Theologico-moralis dissertationis* Romanos Pontifices, Canonistas, Theologos laudaverint, ac e suis partibus stare jactaverint, singulari eruditione evicit. Defendit etiam scripta *Mantegatii* ac *Muratorii*, quos antea sibi neque beneficio neque injuria notos hac occasione obstrinxit. Verum Opus, quod solus Ecclesiasticarum legum amor pepererat, multos ipsi adversarios excitavit, qui eum nunquam quiescere fiverunt, & post fata etiam, quando livor, qui pascitur in vivis, extingui dicitur, ejus cineres exturbarunt. Cum primum prodiit Concinianum Opus, ut multis laudibus exceptum est, sic etiam susurrationibus, atque querelis est improbatum ab iis, qui ea, quæ carni & sanguini placent, fovere solent. Facinus indignum dicebant, tot sapientissimos Doctores (ita Casistas appellabant) ludibrio habitos. Quæ querela atque vox cæteris quidem ad conflandam Concinæ invidiam atrocior atque aptior erat; nam ex hoc mendacio falsas atque ridiculas consecutiones deduxerunt, quas pudet referre. Neque Operis quidem inscriptioni pepercerunt; quasi Concina Theologicam controversiam, alioquin perviam, ad Christianorum sensum deferendo, eorum in Italia firmare opinionem, atque augere numerum vellet, qui in Galliis, ob notissimum illud Pontificium diploma, *Bulla Unigenitus* nuncupatum, tumultus motusque civerunt. Quamquam vero hæc aliaque *facis* multa magno apparatu verborum homines proferrent, præceptis eruditi ex hara Epicuri depromptis, ac propterea brevi in nihilum abitura liceret conjicere, e te tamen sua esse duxit iis occurrere in secunda sui Operis editione, quæ eodem anno MDCCXXXIX. typis Simonis Occhii curata est: in qua *Apologetica Præfatione*, omnem maculam, omnesque criminationes procul abs se nervose rejecit. Dum hac ratione jurgiis ulterioribus iviise obviam paraverat, ferocissima scripto in vulgus edita est, qua ea recruduerunt, quæ sopita merito credebantur.

## CAPUT IX.

*Quadragesimam appellantem impugnant PP. Franciscus* Berlendi *Cler. Regul., atque Hercules* Monti *S. J. Quorum alteri P. Antoninus* Vallecchi *P. P. alteri Concina respondet.*

ANtequam teterrimam P. Herculis *Montii* in Danielem *Concinam* scriptionem percenseam, de P. Francisci *Berlendii* opusculo pauca dicere operæ pretium fuerit. Hic indignatus Antoninum *Dianam* a Concina fuisse exagitatum castigatumque, libellum mole quidem minimum, at ineptiis & dicteriis maximum, confecit; cumque eundem Venetiis edere nequiviset propter immodestiam, rerumque scurrilitatem, ad Lucenses typos confugit, ibidemque publicari curavit cum hoc titulo: *Lettera responsiva ad un amico intorno al libro intitolato* Quaresima Appellante, *e sua Prefazione Apologetica*. In Lucca per Salv. e Gian. Domenico Maresçandoli MDCCXXXIX. Ubi rumor pervasit *Berlendium* in Concinam stylum acuisse, epistolæ hujus perlegendæ cupido multos incessit: nomen scilicet, quod sibi *Berlendius* ex edito altero opusculo in Chaldæorum & Pythagoræorum cabalas fecerat, Operi dignitatem aliquam ac pretium tribuere videbatur. At nomen auctoris, ut sæpe contingit, illos quoque fefellit. Præter infinitas ineptias, nigros sales, & ingentem copiam similitudinum ex Mythologia (quæ Gentilium Theologia dicta est) desumptarum, nihil doctrinæ ac nervorum adinventum, quod hujusce Cabalomachi in rebus Theologicis peritiam aliquo modo aut tueretur, aut sustentaret. Totus enim deridendo Concinæ implicitus, quæstionis propositæ facillime oblivicitur & hac illaeque incertus vagatur. Quod non ejus equidem ingenio, quod maxime in alio Opere suspexi, aut memoriæ tribuerim infirmitati, sed verius desperatæ causæ patrocinio. Berlendianæ hujusce epistolæ parvitatem demonstravit luculentissime P. Antoninus *Vallecchius* Veronensis O. P., Concionator olim percelebris, & modo in Patavino Athenæo Primarius fac. Theologiæ professor; cujus responsio abhinc fuit nomine edita est Venetiis cum hoc titulo: *Riflessioni* sopra la Lettera Responsiva ad un Amico *intorno alla Quaresima Appellante*. 8. Venezia appresso Simone Occhi MDCCXL. In hac porro egregiam viri doctrinam justa ac lingulazem modestiam atque urbanitatem admirari fas est. *Berlendius Vallecchii* Animadversiones in examen vocavit: at anti-criticum Opus lucem adhuc expectat. Hujus tamen specimen ac memoriam servavit auctor anonymus cujusdam levissimæ epistolæ, editæ Brixiæ anno MDCCL. cum hac epigraphe: *Lettera istorico-critica di un Sacerdote sopra tre punti concernenti la questione del Probabilismo, e Probabilissimo*. Extat de *Berlendii* & *Vallecchii* Opusculis judicium Viri Cl. Apostoli *Zeni*, cujus verbis fidem firmamus hactenus enarratorum (1).

Eodem anno MDCCXL. P. Hercules *Montius* Mutinensis, in Parmensibus Jesuitarum scholis Theologiæ professor præferocis ingenii, *Quadrasimæ appellantis* impugnationem aggressus est; ac curante *P. Cacciatore* Jesuita, ut exiit fama, homine amarulento, Lucæ dissimulato nomine, ac furtivis typis, libellum edidit, qui vix titulum immodestiæ vacuum habet: *Difesa della Dissertazione Teologico-morale critica de' Signori Alb. Pietro* Copellotti, *e Bartolommeo* Casali, *esposta in alcune Riflessioni sopra il libello intitolato*: la Quaresima appellante. Hocce in libro *Montius* iræ, ac furori laxatis habenis omne convicii genus evomuit, hominemque, a quo bellus haud fuerat, cinica licentia defricare studuit. Notam jam dudum malorum litigatorum ars est, ut tum maxime ad maledicta confugiant, dum eorum ratio fugit. Hac methodo *Montius* perpetuo usus libum confecit, qui juré meritoque famosus-libellus nominari potest. Vel minimum enim in dissussione controversiæ de jejunio consilens, id unum sibi propositisse visus est, ut Concinam cunctorum hominum nequissimum traduceret. Hinc furiis omnibus agitatus eum sæpe vocat *falsarium, scurram, mendacem, circulatorem, fanaticum, ignarum, hypocritam*, aliisque homo Jesuita probrolis titulis, & nominibus Concinam excipit, ex quibus infrunitam scriptoris audaciam, pellimamque desperatæ causæ advocationem clare quivis agnoscit. Neve illad calumniæ genus omitteret, quo benigniores Theologi callioris doctrinæ vindi-

(B)

ces-

(1) *In Volumine 3. Epistolarum ejusd. Zeni pag. 270. in epistola Venetiis scripta ad Marchionem Josephum* Gravisium. Il libro *della Quaresima appellante* del P. Concina fa tuttavia molto strepito. I suoi Avversarj strilliano, ma al vento vanno i lor colpi. Il P. *Berlendi* Teatino, uomo per altro di merito, e di dottrina, ha fatto stampare in Lucca, non avendone avuta la permissione in Venezia, una lettera assai caricata di strapazzi contro la persona di quel dotto e buon religioso, ma niente a proposito per abbatterne le ragioni, e sostenere la sua causa. A questa lettera è stata data una risposta assai forte e modesta da un altro Domenicano dell' Osservanza, che è il Padre Antonino *Vallecchi* Veronese, la quale ricevera V. S. Illustrissima con questa mia, parendomi cosa degna d'esserle presentata ec. *& epistola 133. ejusd. Voluminis ad Annibalem Ab.* Oliverium *pag.* 209. Il libro del nostro *P. Concina*, intitolato *la Quaresima appellante*, da voi forse veduto, fa qui ed altrove un grande strepito, e da pertutto è lodato, benedetto, ed applaudito ec.

ces onerare solent, pium virum *Calvini*, *Melanthonis*, *Lutheri*, aliorumque, quos ipse odit cane pejus & angue, discipulum vocat (1); ne una quidem, quod perminum est, pagina Conciniani Operi indigitata, unde auctor tam æva tamque aspera promeruerit. Calumnia autem omnium iniquissima ea est, qua Concinam multiplices illos Theologorum textus aut depravasse, aut detruncare admisisse commiserint. Hac tanta confidentia Concinam lacessit, ut incredibili animositate quidam capti illius librum ne salutare quidem voluerint. Ut vero qui moribus virtutibus omnibus Concinam spoliare decreverat, ab eo quoque omnem ingenii laudem eriperet, enormi impostura libellum exordiur, publicaque fidei corruptorem clamitat, bifrerans Concinam *Dissertationis Theologico-moralis* censorem delectum hujus autographum plures menses penes se retinuisse, eodemque tempore paratæ confutationem (2). Famosum hunc libellum accepit Concina eodem A. MDCCXL. quo scilicet Patavii in majori Ecclesia concionabatur. Quamvis autem non unus Concinæ esset auctor, ut illius nullam rationem haberet, ipse tamen non tam suam, quam Christianæ ethices causam agi prudenter animadvertens, *Apologeticam dissertationem* compoluit, quæ tamen ob varios casus non est edita nisi ad calcem tomi secundi *Historiæ Probabilismi & Rigorismi*. Ex quo loco deinde excerpta tertiæ editioni *Quadragesimæ appellantis* adnexa est. In hac dissertatione Concina eam, quam sibi *Montius* conflaverat, invidiam non acerbitate, sed lenire comitate maluit; habita temporum hominumque ratione, quod sapientis semper, cordatique viri est habitum. Quare contumelias quibusnumque surda aure prætermittis, Operis sui invictissimam apologiam conficit: se XXV. circiter dierum spatio librum suum confecisse, nihilque ex *Copelloti* & *Casalii* autographo in officina exstante præter PP. & Theologorum aliquot testimonia exscripsisse, sancte atque ingenue testatur; cujus rei vades, atque testes dat quotquot sui munerum & officiorum conscios esse oportebat: censorem *Theologico-moralis* dissertationis Venetiis in humanis agere, ejusque suffragium in Veneto Sanctissimæ Inquisitionis archivo, ut moris est, asservari, ac posse *Montium* cu-



riositati suæ facere satis si velit. His aliisque in sui apologiam prolatis, *Montii* libelli examen aggreditur, & quam falso sibi textuum Theologorum mutilationem objecerit, tantta evidentia demonstrat, ut *Montii* imprudentiam vel ipsos typographos suspexisse memoriæ proditum sit. *Montius* ex ferocissima ira, vehementique indignatione in se reversus, ne mutilare quidem est ausus, tactique, ut mirius interpretor, pœnitens, aliqua ex parte silentio rem emendavit. Quamquam non defuere qui dixerint, sinisse *Montium* eo quia omne jam acerbitatis virus effudisset, nec jam ultra haberet, quo virtervidi ingenii acrius Concinam laceraret. Ex furiosissima interim hac *Montii* apologia necessaria confectione deduci posse plerisque visum est, illum auctorem eorum librorum esse, qui sub *Copellotti* & *Casalii* nomine prodierunt: cum incredibile fere sit tam atroci crimine sui conscientiam maculare voluisse, ut alieni ingenii fœtus propugnaret.

## CAPUT X.

*P. Pius Thomas Millante* Vindicias Regularium *scribit adversus* Disciplinam Apostolico-monasticam, *cujus frustra Concinæ adversarii proscriptionem moliuntur.*

VIx hac procella defunctus aliis ab adversariis Concina impetitur. P. Pius Thomas *Millante* in Neopolitano Athenæo tunc fac. Theologiæ Professor, ac postmodum Stabiarum Episcopus, editum a Concina Opus de monastica paupertate vulgato libello pessundare conatus est. En ejus inscriptio: *Fr. Pii Thomæ* Millante ex-*Vicarii Generalis S. Mariæ Sanitatis Ord. Prædi., S. Theologiæ Magistri, & in Regia Neapolitana studiorum Universitate Primarii Professoris* Vindiciæ Regularium *in causa monastica paupertatis*. 4. Neapoli MDCCXL. ex Typographia Mutiana. Dominicanum hominem, ex editis jam exercitationibus in plures a Romanis Pontificibus proscriptas propositiones non inclatum, mirati plerique sunt tam acriter in Concinam exarsisse, & placita Probabilistarum, quæ olim irriserat, in Opere excepisse. A Neapolitano Archiepiscopo hac de re severe fuisse reprehensum, ipsumque postea sibi displicuisse de vulgatis *Vin-*

*Vindiciis*, plerique scripserunt. Dum vero Monachis gratificari contendit *Millante*, in invidiam maximam apud eos venit; quotum est ingentior numerus: concedit enim determinatam pecuniæ summam Doctoribus, cæterisque in studiis litterarum impallescentibus, reficiendi fovendique animi causa, ignaros vero nulloque infignitos titulo quotcumque bonorum usu, ac possessione destituit, incongruum esse dictitans: ut *asini pascantur dum boves arant*. Hanc *Millantis* paleam quo cum incondita eruditionis opusculo, in quo cum incondita eruditione admirabilis confusio rerum, perturbatioque decertat, nullum afferre responsum Concina decreverat, ceu quo sui causam nullibi convulsam cognoscerer; sed aliis exinde permotus cautis, edito apologetico Opere ea omnis solvit, quæ alicujus momenti esse visa sunt. Latus interea *Millante* exit per amicos, ut *Trevoltinensium Ephemeridum* scriptores cum laude sui Opus nuntiarent; unde gratiarum actiones a Monachis etiam longinquis consequeretur. Hi homines, qui alioquin tam multos præclaros Italorum libros alto silentio premunt, exacerbato jam animo in Concinam propter ipsius in *Bollandistas* dissertationem, quod *Millante* vehementissime optabat, implevere, sed eo quidem proposito, ut acrem jam exortam adelphomachiam ulterius promoverent: quemadmodum Concina, illorum artium apprime gnarus, observavit in animadversionibus adversus illud *Trevoltinensium* Patrum judicium (1). At graviora hujusmodi *Pindaicis* fuerunt, quæ plerique in Concinam excogitarunt; quo enim pii hominis conatus frangerent, *Disciplinam Apostolico-monasticam* ad S. Congregationem *Indicis* in Urbe, ut solemni decreto notaretur, detulerunt. Grave ipsi faciebat negotium ea res, qui horum tentaminum vim probe noverat. Hoc modo tot eodem tempore adversariis circumseptus jam quo se verteret, ignorabat, & gemebundus Dei, in quo unice confidebat, terventius implorabat opem. Monachi, itque præsertim, qui Romæ Sacris Congregationibus intererant, Conciniani Operis proscriptionem urgebant. P. Aloysius Nicol. *Ridolphius* S. P. A. Magister, Concinæ cætera amicitia devinctus, nihil omisit quod horum votis optatum exitum posset afferre. Card. Annibal *Albanus*, cujus sub auspiciis prodiit Concinæ lucubratio, ad Monachorum castra transierat. Ita fere vel in moderatis animis ab hominum studiis excitati motus ipla etiam sacra amicitiæ & benevolentiæ fœdera turbant. At protegente rem Numine, post diuturnum gravissimumque examen, nihil in eximio libro repertum spongia dignum; demonstratumque contra fuit a viris, ea in Congregatione præclarissimis, monasticæ paupertatis causam ab eo fuisse vere, ac sapienter actam.

(1) *Pag.* 106. 110. 111. *& alibi. Dabimus inferius specimen mendaciorum, & calumniarum, quæ totus* Montii *libellus exundat.* (2) *Pag.* 1. & 87.

## CAPUT XI.

*Controversiam* de jejunio cum esu carnium conjungendo *binis Encyclicis* Benedictus XIV. *definit, quæ a Concina illustrantur.*

DUm multa adversus *Disciplinam Apostolico-monasticam* Concinæ adversarii molirentur, controversia *de jejunio cum carnium esu conjungendo*, cujus ortum progressumque narravimus, ad *Benedictii XIV.* aures tandem pervenit, qui sanioris doctrinæ vindex acerrimus, custosque eximius, statuit ipse eam opinationem accurate statim expendere, & consultationem adhibere etiam hominum doctissimorum. Post diligens hinc peractum examen, sententiam a Concina strenue adstructam probavit, illique contrariam Apostolica auctoritate confixit. Quare die XXV. Maii A. MDCCXXXV. dedit Encyclicam ad Archiepiscopos, Episcopos, cæteroliquem Ecclesiarum rectores, in qua ab exemtis usu ciborum quadragesimalium ob naulcam atque fastidium *unicam comestionem servandam esse* sanxit (2) Quo animi gaudio Pontificium Oraculum Concina suspexerit, qua vero infilitia ejusdem adversarii exceperint, conjicere facilionum est. Initio tristes mœrentesque querebantur; inde commenta varia sparserunt ad Apostolicæ definitionis vim eludendam. Alii eam *Encyclicam* non præceptum, sed merum consilium præsesse dice-

(1) *Ad calcem libri inscripti*: Esplicazione di quattro Paradossi ec. *Venetus* Litterariarum Ephemeridum *scribillator ad.* 1742. *num.* 42. *sub die* 27. *Octobris*, *cum* Vindicias P. Millantis *nuncuparet*, *duplex mendacium more suo protulit. Vide* Monitum *præfixum Tom. II.* Historiæ Probabilismi & Rigorismi.

(2) *In Encyclica* Non ambigimus. Servandam scilicet esse unicam comestionem, sicut alias hic Romæ ac nos ipli hoc anno urgentibus causis dispensantes expresse præscripsimus... conscientiam uniuscujusque vestrum onerandam esse duximus.

 bant:

bant: alii acutius, atque adeo fraudolentius, continere utique præceptum, sed hoc Monachot tantum, eosque item populos obstringere, qui a quadragesimalibus cibis dispensationem assecuti fuerant. Non defuerunt etiam qui perverse confingerent, prodisse Encyclicam illam a *Benedicto XIV.* tamquam privato Doctore, ac propterea ab altero Pontifice abrogandam fore aliquando. Hæc aliaque edita in vulgus ab irreligiosis hominibus Concinæ calcaria addiderunt ad Apostolicarum litterarum interpretationem, illa strationemque suscipiendam. Jam fere Opus absolverat, quum *Benedictus XIV.* eorum, quæ in eadem a se Encyclicam vulgata fuerant, certior redditus, die XXII. Augusti ejusdem anni, aliud, quod incipit *In suprema*, edidit diploma, in quo quinam prioris sit sensus, contra ac Apollolicæ Sedi mos sit, explicat, & contumax nonnullorum ingenium reprehendit (1). Nova hæc lætitiæ causa Concinæ fuit, qui ab ie factam primi diplomatis illustrationem, ejusdem Pontificis sensibus apprime congruere, ex secundo diplomate animadvertit. E re sua prorsus esse duxit, hoc postremum etiam diploma illustrare, atque aliquot phrases perpendere, queis jejunii dignitas ac præstantia, & gravissimum, quod incumbit fidelibus illius religiole servandi, onus comprehenditur. Editum est Concinæ Opus cum hac inscriptione: *La Disciplina antica e moderna della Romana Chiesa intorno al sacro quaresimale digiuno, espressa ne' due Brevi*: Non ambigimus, ea In suprema *del Regnante Sommo Pontefice* Benedetto XIV., *illustrata con osservazioni storiche, critiche e Teologiche*. 4. Venezia MDCCXLII. prello Simone Occhi. Bonis plane avibus librum inscripsit Dominico *Passionæo*, Card. illi amplissimo ac spectatissimo, inque Reipublicæ Christianæ gravissimis, maximisque negotiis cognito, atque inprimis probato; qui licet antea, modestiæ caussa, Operum inscriptiones recusasset hominum præclarissimorum, Concinæ tamen pietate, insignique doctrina permotus, nusquam etiam quammaxime ejusdem zelum in dedicatoria epistola ad se transmissa, ut suis sub auspiciis prodiret Concinianus liber, ultro concessit (2). Nec habuit unde peniteret tantæ humanitatis; probatus est enim cum a multis egregiis viris, tum præcipue ab ipso Christi Vicario insigni elogio perornatus. Concina vero sibi optime consuluit; nam mœcenas pius atque doctissimus, præsidio omnino eum a divina providentia ad maximos pro Christiana Republica subeundos labores fore delectum, illius patrocinium suscepit, & pro re nata sustinuit invictissime.

(1) *In Encyclica quæ incipit* In Suprema. Non defuerunt, qui, per humanas & hominibus a Christiana pœnitentia abhorrentibus duntaxat dignas illationes, ibi aliisque persuadeant, unicam potissimum comestionem servare &c. cum multitudini quidem indiscriminatim, non vero singulis dispensatur. *Inde subjicit* «Nemine excepto unicam comestionem servandam declaramus, & edicimus, quemadmodum.... *unicuique* expresse præscribimus, atque præcipimus.

(2) *Epist. I. pag.* 3.

## CAP. XII.

*De Probabilismi & Rigorismi Historia a Coustæ scripta, deque iis, quæ editionem præcesserunt.*

EXpediti modo a minoris momenti rebus, potiorem Concinianæ historiæ partem ingredimur, de *Probabilismi & Rigorismi Historia*, deque iis, quæ hujus editionem præcesserunt, dicturi. Qui Concinam id operis suscepisse volunt ad inclytæ Societati Jesu insignem conflandam invidiam, ii maximam ipsi, & quod pluris refert, veritati injuriam faciunt. Quamquam porro aliud consilii, atque propositi Concinæ fuisse jam egregii Scriptores, atque imprimis *Patuzzius*, demonstrarint; juvabit tamen rem ab initio repetere, variosque percensere casus, quorum notitiam eo gratius lectores excepturos confidimus, quod eos nemo hactenus mandaverit monumentis litterarum. Qui itaque *Probabilismi Historiam* a Concina in vulgus emissam dolent, ii sibi caussam imputare debent, dum ipli tam atrociter atque indigne insultarunt. *Copellottus* atque *Casalius*, ea in *Dissertatione Theologico-moralis critica*, quam in *Mantegatium & Muratorium* editam diximus, longa oratione de probabilitate *reflexa*, atque *directa* sermonem fecerant. Concina dissertationis hujusce impugnator, atque everior, eandem quoque probabilitatis doctrinam vertere volvit; at levi tantum calamo, nam suliorem orationem ab instituto suo habebat alienam. P. Hercules *Montius*, furiosus Concinæ adversarius, & duorum illorum Presbyterorum vindex,



dex, uti cætera, sic etiam traditam a Concina probabilitatis notionem petulantibus verbis reprehendit, eumque monuit, ut *Copellottum*, *Casalium*, *Segnerium*, *Camargum*, *Elizaldam* adiret, si de Probabilismo loqui, aut scribere ulterius vellet (1). Qua hominis petulantia Concina provocatus, totis viribus, jugique studio in doctrinam de probabilitate incubuit, diurna nocturnaque manu indicatos sibi ab *Montio* scriptores versando, unde suarum vigiliarum fructum modestissimo admonitori posset ostendere. Quare septem circiter mensium spatio librum non parvi voluminis confecit ita inscriptum: *La Morale Evangelica contenente i punti fondamentali*; quem titulum postea sustulit ea propter, quæ modo narrabimus. Itaque complerum, absolutumque Opus hujusmodi suæ Congregationis Vicario Generali de more obtulit, ut Theologorum Ordinis suffragio probatum in lucem posset emitti. Ab eodem Vicario delectus est Operis censor Vir Cl. P. Jo: Bernardus Maria *de Rubeis*, qui tamen demandatam provinciam ab se procul rejecit. Hujus exemplum alii secuti nemo est inventus, qui censoris personam sustinere voluerit; nondum enim pulvere excusso, timebant plerique rebus suis, & PP. Societatis plus æquo verebantur. Ita Concina ab iis delectus, in quibus confidebat quammaxime, hæsit aliquamdiu doleus & anceps quid ageret. Tandem rem totam communicavit cum sui amicissimo P. Josepho Augustino *Orsio*, quem S. P. A. Magistrum, ac demum Cardinalem vidimus; qui, operis ferente Card. Nereo *Corsinio*, Dominicanæ Familiæ protectore, censorem delegendum curavit P. Fortunatum *Tamburinum*, qui & ipse sacra purpura ornatus est. Hic vero, accuratissime Concinæ libro discusso, grande suffragium pro editione confecit. At rebus postmodum diligentius consideratis, incommodum *Orsio* atque *Corsinio* est visum a consuetudo more recedere. Itaque *Corsinius* MS. ad supremum Ordinis Præd. Præsulem detulit, rogans vir de eodem optime meritus, ut Theologorum judicio subjiceretur, & celeriter illius edendi facultas Concinæ fieret. Designati illico censores fuerunt PP. Thomas Augustinus *Ricchinius*, tum Generalis sui Ordinis, ut vocant, assistens, & modo S. P. A. Magister, ac Pius Thomas *Schiara*, Bibliothecarius Cafanatensis, nuhc vero Sacræ *Indicis* Congregationi a secretis. Hi ultra annum anum Opus perscrutati mutarunt plura, multa vero pro communi genio relegarunt. Concina interim sui operis edendi facultatem ad græcas kalendas sibi videns differri, per epistolam censores admonuit: paratum esse le autographum præsulo committere: mirari admodum in tam longum tempus extrahi censorium suffragium: id si ultra differrent, traditurum se Opus homini legibus ordinis minime subjecto, cujus sub nomine statim prodisset. Hisce obfirmati animi sensibus perculsi prædicti censores, Operis apographum una cum approbatione, & Generalis Præsidis facultate, Venetias ad fidei Quæsitorem miserunt, ipsum hortati, ne idem amplius Concinæ traderet, sed partes identidem suppeditaret typographo præsto subjiciendas; verebantur enim, & jure quidem, ne tot lituris variationibusque detectis, aliquod iniret consilii, ut bono plane omine evenit: nam fidei Quæsitor, vel nulla sive consilii, sive precis habita ratione, integrum MS. in manus typographi conjecit. Concina ex diutina mora suspicatus id, quod revera acciderat, librum suum a typographo citra difficultatem ullam obtinuit, eumque evolvere, ac præter plura, quæ jugeati admiratione detruncata conspexit, ipsam quoque inscriptionem in hanc commutatam vidit: *Giustificazione di F. Daniele Concina*. Quo præpositero titulo, infamiæ minime vacuo, commotus censores ixpius enixe rogavit, ut illum expungerent, aiterumque pro arbitrio subrogarent.

(1) Difesa della Dissertatione ec. *pag.* 19. *& seq. ubi hæc habet:* Perchè il vostro Popolo si accorge che siete digiuno di tale quæstione vi prega a farvi istruire dai Signori *Copellotti*, e *Casali*, e poi rispondere. Troppo di voi avete presunto, o Signor Appellante, col pretender di saper render piane in poche righe le più erte difficoltà, ed agevoli le più impacciate. Se vi foste contentato di prima studiare che scrivere, avreste veduto quanto sia difficile, anche in molto, mettere in chiaro la spinosa difficoltà. Il vostro *Elizalda*, da voi chiamato Teologo Sapientissimo, v'avrebbe insegnato, che a metttere in chiaro il sistema del probabilismo, aveva avuto bisogno di scrivere un volume. Il vostro *Camargo* ... il vostro Tirso *Gonzalez* ec. E voi pretendete in poche righe di darcene una giusta idea? Siete pure il *buon figliuolo*, caro mio Appellante, siete pure il *buon figliuolo*.

rent. At rem, alioquin æquissimam, frustra diu multumque deprecabatur; id namque responsi accipiebat: vulgare Opus delineret, si inscriptio displiceret. Tunc non amplius dubitans, tituli (quamvis hic in facultate sibi a Præside pro illius editione facta legeretur) aliarumque mutationem rerum censorum arbitrio contigisse, piaculum nullum fore censuit, si aliquanto etiam sibi indulgeret, & plenam perfectamque texeret apologiam. Versavit proinde incubationem denuo, iisque deletis, quæ consilio non optimo immutata fuerant, & restitutis, quæ pari erant momento expuncta, ultra medietatem illud auxit, & insigni dedicatione Cardinali Neveo *Corsinio* inscripsum publici juris fecit cum hoc titulo: *Della Storia del Probabilismo, e Rigorismo dissertazioni Teologiche, morali, critiche, nelle quali si spiegano, e dalle sottigliezze de moderni Probabilisti si difendono i principj fondamentali della Teologia Cristiana. Si aggiugne nella fine una breve confutazione di certo libretto intitolato:* Difesa della Dissertazione ec. *del Signori* Copellotti, *e* Casali *contra l'altro libro, che ha per titolo:* La Quaresima Appellante. 4. Venezia MDCCLIII. apprefso Simone Occhi. Tom. II. De hujus Operis dignitate, atque præstantia, post plurimos egregios Scriptores, qui de eo locuti sunt, supervacuum, seu potius ridiculum, & ineptum foret alia subjicere. Quamquam vero multa sint nomina, quibus celebratur, hoc tamen eum primis titulo efferri debet; quod nullum in Italia Opus, pari libertate, catholico utique digna Theologo, ad ea tempora conscriptum prodiisset. Sane Itali omnes, qui antea adversus pernicioſam probabilitatis doctrinam scripserant, eo involuero, & circuitione verborum tenus suos expromserant, ut quantopere pugnam averlarentur, & Probabilismi fautores pertimescerent, vel in ipsis titulis, atque Operum limine patefacerent. At vero illa metus momenta, quamvis non tam facile ipernenda, nihili habuit Concina, sed timore quocumque pedibus subjecto, eam navare operam statuit, quæ pro temporum conditione, reipsumque statu multum Ecclesiæ profutura esset. Hac igitur in Historia, optimo ac laudatissimo consilio, aggressus est demonstrare, quam sint infirma Probabilismi fundamenta, quamque ille Christianorum moribus labem, atque perniciem inferat. Opus universum in quinque prolixas dissertationes, duobus magnæ molis voluminibus comprehensas, tributum est. In duabus primis dissertationibus Probabilismi ac Rigorismi Historia pertingitur, & duæ primæ, Paullo *Segneria* fallo adjudicatæ epistolæ, convelluntur. In tertia Probabilismi fundamenta, sane debilia, excutiuntur, & tertia *Segneri* epistola refutatur. Quarta dissertatio veram, germanamque Christianæ ethices imaginem repræsentat, vividisque exprimit coloribus. In postrema demum plura scitu dignissima, & opportuna quammaxime pertractantur; atque inprimis de cura, diligentiaque disseritur, qua uti Christifideles debent in conscientiæ arbitris, ac judicibus deligendis. Hæc aliaque satis multa in hac Historia Concina pertractat, quæ singula referre opus non est, quum ea teratur manibus omnium studiosorum. Ad calcem Tomi II. *dissertatio apologetica* reperitur, quam adversus P. *Monzi* libellum antea elaboratam supra indigitavimus. Prodiit autem hoc Opus exeunte Anno MDCCXIII., quamvis anno insequenti evulgatum titulos præferat. Reprehenditur tamen a nonnullis Concina, quod Operi suo *Probabilismi & Rigorismi Historia* genuino titulo, potiorem illius partem in convellendo Probabilismo consumserit. At censoram præviderat Concina ipse, qui propterea non uno in loco testatus est, sibi propositum haud fuisse absolutam exhibendi Probabilismi & Rigorismi Historiam, quam se vulgaturos polliciti fuerant eruditi fratres *Ballerinii*, sed illius tantum historia, atque fato debatis, quem infirmis fundamentis tota Probabilismum machina ingredicata est, demonstrandi, ut præstitit luculentissime. Quamquam qui ob hanc rem Concinam carpunt, ii mihi ne quidem eruditem operis titulum legisse videntur. Laudarunt egregium Opus plures doctissimi Viri (1), atque

(1) *Consule Epist. III. pag. 5. IV. pag. 9. V. pag. 11. VII. pag. 13. XV. pag. 25. Inter multa vero elogia, quæ hoc percensere possem, Elegiam subjiciam, quæ licet nunquam edita, ad plurimorum tamen manus pervenit.*

*In laudem R. A. P. Danielis* Concinæ
*eruditissimi & doctissimi scriptoris*
Historiæ de Probabilismo.

Quam



que inprimis *Benedictus XIV.*, qui supremo Prædicatoriæ Familiæ Præsuli gratulatus est, quod hujus alumnus tantum Opus, Ordini æque ac Ecclesiæ utile & gloriosum, confecisset. Nullum deinceps laudis genus fuit, quod in Concinam liberalissime non effuderit, quum ea de Historia sermo haberetur (1). Audita hinc Pontificis sapientissimi, & Romanæ Aulæ procerum secunda admurmuratione, cura successit in animis multorum sententiæ commutatio. Qui illi Historiæ ineptus titulus adversati fuerant, in communi bonorum gaudio & ipsi per Epistolas Concinæ gratulati sunt, & perhonorifica Romani Pontificis, aliorumque suffragia retulerunt. Atqui in tanta acclamatione multorum hominum, PP. Societatis eam primo Historiam flocci facere, & typographi infortunium deplorare visi sunt; crescente autem in dies illius celebritate debacchari ac furere, eam a nullius nominis auctore compositam, Socieratis Jesu hostes infensissimo, scribillatore notario, atque bipedum scelestissimo clamitantes. Ubi hæc levis tantum mentis homines occupare viderunt, solidiora remedia, pari tamen exitu, adhibuerunt, uti suo loco dicemus. Tantam vero jam, ut modo innuebam, de Concinæ doctrina opinionem imbiberat *Benedictus XIV.* ut dignum te, dignum Pontifice facinus meditatus Concinam in partem vocare voluerit. Quo enim grave corruptæ ethices magistris vulnus infligeret, plura una simul placita Casuistarum damnare sibi in animum induxit. Cumque ex Probabilismi Historia optime noviſset quam foret Concina in illorum lectione exercitus, Cardinali *Passionei* in mandatis dedit, ut sui propositum Concinæ aperiret (2), eumque suo nomine urgeret ad propositionum syllogem conficiendam, quæ morum integritati noxiæ viderentur. Concina, summi Sacerdotis mandato accepto, trium mensium spatio impositam provinciam explevit, ultra quam forte aut Pontifex optaret, aut opus esse lvideretur. Nam CCXXVI. propositiones ex Casuistarum libris excerptas, ad *Passionæum* misit, Pontifici sapientissimo exhibendas. Ego autem licet Concinæ zelum atque industriam impense laudem, hac tamen in re consilio eius non parum detraxerim. Enim vero ignorare non poterat, Cardinalis *Bellugæ* aliorumque edoctus exemplo, nimiam judicandam fore eam propositionum seriem, quam ut damnari, aut examinari etiam posset. Certe P. Jo: Vincentius *Patuzzius*, qui acutius rem viderat, Concinæ erat auctor, ut denas tantum, vel quindenas ex præcipuis seligeret: fieri enim hac via facilius posse, ut res optatum exitum haberet, quem ex tam ingenti numero desperare omnino licebat. Ac revera res ita cessit. Mole oburi judices, ac aliis etiam negotiis pertractandis, discutiendisque implicisti, ne unam quidem, quod ego noverim,

QUam bene tu, Daniel, Moralia *Concina* tractans
Nos Jesuitarum fallere scripta doces!
Mussitat a contra, blaterat, stridetque latratque
Illorum nimio turba furore fremens.
Sed fremat illa, velit quantum, maledicta vomatque,
Atque tua innumeris obruat opprobriis.
Tu Daniel taceas, quamvis mordebere verbis;
Sed vera effari nam tua dicta probant.
Sic senlere Sophi, sentit sic turba virorum.
Quis est justitiæ nonnisi carus amor.
Quam tuico Historiam scripsisti idiomate, versam
Et Galli, & Dacii nunc idioma legit.
Hinc plausisse tibi Gallos, plausisse Latinos
Hæc fuerit merito gloria summa tibi.
Interea missis frater nunc *Gherius* armis
Ridendus sileat nunc, pudeatque sui.
Rideadi sileant *Vitalis*, *Gagnaque* fratres:
Heu fuerat melius quos silusisse prius!
Illorum meritos sibilos, meritoque cachinnos
Namque satis vulgat Dominicana cohors:
Vulgabitque diu, donec monumenta librorum
Extabunt, & te, *Concina*, fama canet.

(1) *Epist. IV. pag. 6. & seqq.* (2) *Ibid.*

rim, propositionem ad trutinam revocarunt, Pontifice etiam gravissimis de caulis alio avocato. Ita nimia illa collectione in alterum recuturum Pontificem dilata est præclaræ facinoris gloria, quod lumine laudari poterat, si peractum fuisset. Nunquam tamen delituit Concina hortari Pontificem, ad id, quod antea intenderat, perficiendum; abs le collecta, propositiones ipsi in memoriam revocando (1). Quod si id, quod optabat tam vehementer, minime est affectus, effecit tamen incubationibus suis, ut propositiones nonnullæ admodum pernicioſæ Apostolico mucrone configerentur.

## CAPUT XIII.

*Concinianas incubationes de paupertate Monachorum perstringit P. Gundisalvus* Carrattini *O. P., cujus Opus Romæ discussum vix proscriptionem effugit. Habita Congregationis historia enarratur.*

ANtequam rerum, quæ *Probabilissimi & Rigoristæ Historiam* consecutæ sunt, narrationem exordiar, prosequar hoc loci, quæ *Disciplinæ Apostolico-monasticæ* causa contigerant; ne chronologicum ordinem, ultra quam licet, videar negligere. Itaque P. Gundisalvus *Carrattinus*, cujus supra meminimus, exacerbato jam animo in Concinam ob *duplicem commentarium*, ubi nihil se illa arroganti epistola, de qua jam diximus (2) profecisse comperuit fed illum contra animosiorem factum *Disciplinam Apostolico-monasticam* vulgasse, vehementer exarsit: eumque parum præsidii in *Millantii Vindiciis* agnoscreret, utrumque Concinæ librum satis ipsillo volumine, fele & amaritudine exundanti, excepit. Ergo conquisitis undique subsidiis, & quam plurimis in sui societatem facillime pertractis, trium fere annorum labore opus conseruavit, atque edidit cum hac epigraphe: *Vita Clausstralis a Christo Servatore exemplo, atque hortatu inducta, ab Apostolis more comprobata, & a SS. Patriarchis toto orbe propagata, ac diffusa, variis dissertationibus illustrata. Opus critico-historico-Theologicum in tres partes tributum, in quarum altera agitur de Voto paupertatis adversus Auctorem* Commentarii duplicis, & Disciplinæ Apostolico-Monasticæ. 4. Veronæ MDCCXLIII. ex typographia Seminarii apud Augustinum Carattonium. Quo cauſſæ sue uberios præsidium quæreret *Carrattinus*, suum opus inscripsit P. Aloysio Mariæ *Lucino*, S. Officii tunc in Urbe Generali Commissario, ac poſtea S. R. E. Cardinali. Nec frustra indigait enim admodum eum *Lucini*, tum aliorum patrocinio, ad vitandam, quam vix effugit, libri sui proscriptionem, ut in Historia Congregationis, hujus ejusdem Operis cauſſa habitæ, dicemus. *Carrattinus* ergo, ut longiorem operam in Conciniani libri confutatione poluerat, sic fuliorem rem versavit, & majora etiam paradoxa contenit. Negat in primis, clauſtrales omnes sive voto, sive præcepto exactæ bonorum communitati esse devinctos. Peculium non modo ob juitam cauſſam ex prælatorum dispensatione licitum interdum esſe, sed pro virili etiam hujus usum viguisse in illo Hieroſolymitano Collegio, a D. Luca descripto in Actibus cap. II. & IV.; evincere studet, Millies in toto Opere repetit, nullum e Patriarchis Religiosorum Ordinum, nullum Conciliorum, nullumque Pontificem moderatum peculium interdixisse unquam, aut perfectam rerum communitatem præcepiſſe. Ex quibus aliisque plura conlectaria Concina deduxit quæ a monaſtica professione omnimode abhorrent. Ingenio autem Carattonius, *Millante* præferocior amariſſime, & inclementer adversarium exsipit, atque infantis buccis multiplices injurias, & debacchationes intorquet; ejusque consilia perverte ubique interpretatur. Tanta tamen erat etiam tum apud suos Concinæ probitatis, doctrinæque fama, ut *Carrattinus* ipse insigni encomio sui oblitus ipsum extulerit (3). Talis

(1) *In Commentario præcipue Encycliæ ejusd. Pontificis adversus usuram, in quo pag.* VIII. *Epistolæ nuncupatoriæ* Benedictum XIV. *sic alloquitur:* Triginta supra CCC. propositiones, quas, curante piæ memoriæ Cardinali *Bellugæ*, Archiepiscopo Hispaniarum proscribendas supremo tuo judicio subjecerunt, ducentæque aliæ aliunde ad te datæ, tuam exspectant censuram, qua a Christiana Theologia exterminentur.

(2) *Cap. IV.* (3) *In Præfat.* Vitæ Clausstralis *pag.* 17. In hoc uno Concellitam meum procul a veritate abscessisse deprehendo, in cæteris vero ut virum commendatissimum, & de sacra Theologia, divini Verbi prædicatione, & Christiana morali optime emerentissimum habeo, habent omnes, quibus verior & tutior moralis cordi est.



Talis enim vir fuit Concina, ut ne vituperare quidem eum inimici ejus possent, quin simul laudarent. Quamquam vero ignoret nemo injuste omnino Concinam a *Millante*, atque *Carrattino* præcipue tam atrociter exceptum fuisse; quam tamen enormiter horum debacchationibus plurimi, præsertim Jesuitæ, abusi sint, dici vix potest. Arbitrati nanque se impune lacerare hominem posse, atque hilares in maledicendo homini socios se ex eadem Familia esse nactos, aspera cuncta, atque dicta indigna sine fœnore ab illdem mutuarunt, ut famam hominis confidentius, ac tutius dissiparent. Hos inter excelluit P. Jacobus *Sanvitalis*, qui hanc viam mire dilexit, uti non uno in loco observabimus. Evulgato igitur a *Carrattino* Opere, quod in cœlum usque quidam esse rebant, Concinæ responsione opus esse visum est. Quam, accedente doctissimorum virorum impulsu, celerrime adornavit cum hoc titulo: *Defensio Decretorum Concilii Tridentini & Apostolicarum Constitutionum Ecclesiæ Romanæ in causa paupertatis monasticæ adversus duos libros inscriptos*, Vita Clausstralis, & Vindiciæ Regularium. Librum hunc statim ad Card. *Passionæum* misit, adjecta censura novem propositionum ex *Vita Clausstrali* excerptarum, ex quibus aliisque hanc proscriptione dignam fore demonstrabat. *Passionæus*, re cum *Benedicto XIV.* communicata, *Carrattini* librum ad sacram *Indicis* detulit Congregationem. Delectus est censor *Vitæ Clausstralis* homo quidam Augustinianus, Sacrarii Apostolici Præfectus, qui in peculii abusu educatus, *Carrattini* se præbuit acerrimum defensorem. Accedebant hujus voluntari Monachi sane non pauci, quorum graviſſima cauſſa agebatur. At auctore *Passionæo*, qui negotium studio partium pertractari cognoverat, alter censor delectus est P. Aloysius Maria *a Turre*, Procurator Gener. Monachorum Cassinensium, vir laudatissimus. Hic tres menses accurato facto examine, *Carrattini* librum proscribendum esse nervosa scriptione demonstravit. Tanto in discrimine *Carrattini* fautores diu noctuque laborarunt, unde tam infausium ictum, atque omen averterent. Inter hos & auctoritate & amicitiis eminebat *Lucinus*, *Carrattini* mœcenas, qui illius Congregationis Consultorum monachorum suffragio fretus, longa oratione adversus Concinæ librum disseruit, multa addendo, quam auctor aut cogitasset unquam, aut vellet. Hac ratione ea die *Carrattinus* proscriptionem effugit, quam erat plurimorum judicio subiturus. Quo interim *Lucinus* suffragii P. Aloysii *a Turre* eladeret vim, atque ab hac ambage sese extricaret, Sacrarii Apostolici Præfecti votum in medium adduxit. Ita rebus in anciptiti consistutis tertium censorem delegerunt PP. Congregationis, Cardinalem videlicet *Besutium*, cujus insignis erat opinio morum atque litterarum. Hoc tempore P. Thomas Augustinus *Ricchinius*, cætera Concinæ amicus, scriptionem ejuidem Congregationis Patribus obtulit, in qua *Disciplinam Apostolico-monasticam* exaggerata oratione peritrinxit. Tandem *Besutius* post plures in *Carrattiniani* libri discussione consumtos menses satis sibi coram Patribus videri dixit, si *Carrattinius* lenas Operis sui propositiones castigaret; nondum enim privati peculii erat ablitus, quo anteriori anno, dum inter Monachos ageret, fuerat usus. *Carrattinus* de insperato exitu gestiens, lætusque epistolam edidit in vulgus, cujus hæc est inscriptio: *Epistola* EΞHΓHTIKH *quarumdam Operis* Vita Clausstralis *propositionum, ab auctore ejusdem Operis ad amicum scripta, & per modum appendicis Operi adnexa;* Veronæ ex Ordinis Cœnobio apud Martyrem Anastasiam idibus Nov. MDCCXLIV. In hac epistola *Carrattinus* plerasque propositiones emendavit, quas ingenti strepitu verborum & mirabili jactatione defenderat. At ritu priori, ac furore nescio quo, iterum abreptus, retinxit denuo, quæ in Concinam inclementer intorserat. Atque hoc modo proscriptionem sui Operis *Carrattinus*, tantorum hominum patrocinio adjutus, effugit; ac in Concinam non solum acriter debachatus est, sed abusus etiam clementia Patrum, ea in epistola, contra ac horum sententia foret, se gessit quasi victor, & suarum adlertionum contexit deformitatem, nec plerasque ita correxit, atque emendavit, quemadmodum a PP. petebatur. Cæterum erant quamplures, qui illius libri proscriptionem omnino vellent, atque inter istos *Passionæus*, quo inscio Congregatio est habita (1). Monachi deinde, præteriti haud obliti discriminis, veritique ne Concina quid gravius



esl. *Utrum vero Concina, an ipse a vero abscesserit hac in causa, ex dicendis satis clare constabit,*

(1) *Epist. XVI. pag.* 27. *& seq.*

(quamquam nescio an aliquid solidius *Disciplina Apostolico-monastica* scribi possit) aggrederetur, a supremis judicibus, ne ultra quid demum aut *Carrattino* reponeret, aut vulgaret, impetrarunt. Silentii præceptum sibi a supremo Ordinis Præd. Præsule indicti eo, quo par erat, obsequio Concina excepit: indoluit tamen vehementer ab iis, quos veræ germanæque paupertatis tutores agnoscebat, nullo suo in libro deprehenso vitio, sed contradicentium tantum habita ratione, sibi silentium imponi, atque aditum obstrui ad sui vindicias evulgandas. Cæterum ne quid damni caussæ accederet, a Pontifice deinceps suæ elucubrationis edendæ facultatem allectus est, ut suo loco dicemus.

## CAPUT XIV.

*De primis Jacob. Sanvitalis, Nicolai Ghetii, Francisci Ant. Zachariæ, & aliorum Jesuitarum in* Historiam Probabilismi & Rigorismi *molitionibus, deque Vincentii Mariæ* Dinellii *& Danielis Concinæ in istos responsis.*

QUamquam PP. Societatis, uti jam diximus, *Probabilismi & Rigorismi Historiam* initio aspernari viderentur, aggerrime tamen ferebant adeo avide ab Italis aliisque populis exceptam, ac laudatam fuisse. Clericos primum permultos, aliosque sibi devinctissimos ab illius lectione avocare conati sunt, tam indigna in Concinam evomentes, ac si esset actum de libris *Calvini, Lutheri*, aliorumque majorum gentium Hæreticorum. Inde pium, doctumque Feltriæ Sacerdotem, *Ridolphium* agnomine, ab illius latio donandæ consilio abiterruerunt, quemadmodum ex epistola cujusdam sacerdotis, *Ridolphii* nomine ad Simonem *Occhium*, honestissimum typographum, scripta clare dignoscitur (1). Erat tamen major Historiæ illius dignitas ac pondus, quam ut inanibus vocibus, aut multiplici injecto terrore ejus præstantia labefactari, atque extingui posset. Quæ cum PP. Societatis optime norient, non diu differendam judicarunt Operis impugnationem, quod sibi tantopere displicebat. Primus in hanc Historiam stylum acuit P. Jacobus *Sanvitalis*, qui malo sane consilio sese certamini immiscere voluit, cui ea ætate sustinendo erat omnium infirmissimus. Post varia incassum tentata, ut Venetiis quendam libellum edere posset (nam ejus Socii infirmitatis hominis apprime gnari id impediverant) Lucæ tandem eum decem circiter foliis comprehensum A. MDCCXLIV. in vulgus edidit, ita inscriptum: *Giustificazione di più personaggi, e di altri soggetti ragguardevoli contro le accuse diffamate a loro pregiudizio*. Non est cui de hujusce libri pretio ipse differam; cum plerimi jam scriptores meridiana luce clariora monstraverint tum libelli hujusce senis inepcias, tum cæterorum quos deinde adversus Concinam scripsit. Certe ubique ratiocinatur adeo frigide, jejune atque insulse, ut non dicam ullam eruditionem acumenve, sed nec sensum quidem communem habuisse videatur. Quare Probabilistarum causa minime bona hujus patroni insicita deterior est facta: quidquid contra dictitaverit P. Franciscus Antonius *Zacharias*, qui miserrimos *Sanvitalis* libros sua illa in *Litterariam Historia* ubique prædicat & extollit. Quamquam porro plerique *Sanvitalis* summopere misererentur, ejusque exactam ætatem in eratorum tantorum partem vocarent, stylum tamen ejus fere omnes damnarunt, quo Concinam est insectatus, summamque in invidiam adducere conatus est; mutuando ab aliis scriptoribus quidquid malignitatis, atque

(1) .... Quando vede il P. Concina, lo prego a riverirlo in mio nome, e significargli che il Sig. *Ridolfi*, il quale aveva cominciato, anzi era inoltrato nella traduzione in latino della *Storia del Probabilismo* per uso della Germania, è stato ne passati giorni costretto a sospenderla da questi due Gesuiti con mille minaccie; conciechè il povver uomo, che si trova in poco buona fortuna, ha dovuto promettere di non avanzarsi nell'opera intrapresa. Tanto esso mi ha commesso di far intendere al P. Concina, da cui ebbe da qualche tempo la facoltà di tradurre la detta Storia. *Feltre li 26. Giugno 1744. Quæ cum ita sint, mirum videtur, neminem e Dominicana Familia hactenus id oneris suscepisse. Occurrit tamen ipse Concina hisce impedimentis, suæ Historiæ compendio confecto, atque præmisso Tomo II.* Apparatus ad Christianam Theologiam. *Ceterum hujusce versionis opinio occuparverat ea ætate plurimos, quorum alii brevi prodituram, alii factam vulgarunt; veluti auctor Elegiæ, quam edidimus, in laudem ejusdem Historiæ.*



que invidiæ nancisci potuit. In *Sanvitalem* sermonem edidit P. Vincentius Maria *Dinellius O. P.*, metrico carmine compositum, & prolixis enarrationibus illustratum, atque ita inscriptum: *De Querelis Probabilistarum ad Danielem Concinam*. 4. Veronæ (vere Lucæ) MDCCXLIV. In quo sermone *Dinellius* eleganter & solide Concinianæ Historiæ præstantiam celebrat, & *Sanvitalis* libelli præstantiam & solide Concinianæ Historiæ præstantiam celebrat, & *Sanvitalis* libelli patefacit insulsitatem, atque mendacia. *Sanvitalis* scripsit alterum libellum cui titulum indidit: *Querele della Giustificazione*, in quo cum ipsi incumberet *Dinellio* respondere, totus fuit in Concinæ fama diffipanda, injurias & mendacia recoquendo, quæ *Millante & Carrattinus* furore perciti in eumdem Concinam evomuerant. *Dinellius* illico *secundum Sermonem* in eumdem vulgavit; Concina vero sui apologiam texuit cum hoc titulo: *Osservazioni critiche-morali in difesa della Storia del Probabilismo, e del Rigorismo contro il libro intitolato:* Giustificazione di più personaggi ed altri soggetti ragguardevoli ec. Quod Opus apologeticum Anno MDCCXLIV. a se compositum, nonnisi insequenti evulgavit, compulsus jactationibus Jesuitarum, qui silentium ejus operis difficultatem interpretabantur. Quanquam igitur *Sanvitalis* libelli Probabilistarum caussæ magis ac magis desperationem suaderent, doctique homines illos ubique risu ac jocis excepissent, Jesuitæ tamen, ita ut ipsis mos est, in communis caussæ defensionem ipsis etiam utebantur ad eam promendam vocem, quam docti viri nihili faciunt: *jam responsum est*. At cum hæc vox non ita pronis auribus exciperetur, ut prudentes viros posset decipere, fortiores milites excitarunt, quorum legionem jam prænuntiaverat *P. Montius*. Inter holce milites ad instructissimam *Probabilismi & Rigorismi Historiæ* machinam diruendam designatos, primo loco occurrit P. Nicolaus *Ghetius*, elegantis ingenii vir, atque editis aliis libris illustris. Hic *Specimen supplementorum* adlaboravit, queis *Probabilismi Historia* sibi indigere visa est. Post abiolutum duorum fere annorum tempore Opus, obtentamque a Præside suæ Societatis illius evulgandi facultatem, secundum præscripta Fidei Quæsitori Mediolani, ubi cudendum erat, pro illius etiam adprobatione obtinenda traditum est; abeoque delecto censore adprobatur. At inopinato Fidei Quæsitor primo Ghetiani libri titulum, inde censoris suffragium, postremo autographum Operis a supremis in Urbe Judicibus Romam jubetur transmittere. *Ghetius* ex rei novitate rem male sibi parari ominatus, Opus suum recuperare satius duxit, & Lucam mittere ad Joannem Dominicum *Manstium*, celeberrimum nostræ ætatis probabilistam; quo agente *Ghetii* Opus prælo subjicitur. Sed vix inchoata editio intercipitur. Cujus rei in caussa fuit Joannes *Lamius*, vir velint nolint ejus Adversarii, doctissimus, atque editis libris in tota litteraram Republica celeberrimus; conscius enim ipse sese imbutam scriptionem adversus se, a Societatis homine compositam e Lucensibus typis prodituram, gravissimam ad Generalem Præsulem Societatis Jesu epistolam dedit, in eaque ipsi in memoriam revocavit: plures e cætu, quem moderabatur, acerbitate plenis scriptionibus innocuos, virtuteque præstantes viros vexare ac proscindere: horum arrogantiam grande Societati damnum inferre, cui occurrere, dum poterat, necessario debebat: quod si id facere neglexisset, doctos prudentesque viros in eam ituros sententiam, famosos libellos totius Societatis suffragio comprobari; ac propterea privatorum hominum deliramentis totam fœdari Societatem. Officiosissime respondit *Lamio* Præsul Societatis: acturum nempe se, ne quid in ipsum a suis exaratum Lucæ prodeat. Verbis præter morem respondit eventus: nam ipso Præsule intercedente, Lucensis Magistratus prodituræ adversus *Lamium* satyræ vulgationem inhibuit; quam quoque fortunam expertus est *Ghetii* liber in Concinam, cujus ea in epistola *Lamius* opportune meminerat. At post menses, nitentibus quammaxime *Ghetii* patronis, quos hic calus vehementer afflixerat, editio rursum incœpta est, ea adjecta conditione, ut paginæ statim ac e prælo exibant, Romam corrigendæ, castigandæque mitterentur. Quibus perfectis, vulgatum est cum titulo: *Saggio di supplementi Teologici morali critici, di cui abbisogna la* Storia del Probabilismo e Rigorismo. In Lucca MDCCXLIV. Opus hoc septem dialogos continet, in quibus equites duo Philander atque Eudoxius colloquuntur; quos *Probabilismi & Rigorismi Historia* perterrefactos *Ghetius* solatur, & bono esse animo jubet. Quum vero ipse Concinianæ Historiæ confutationem magnæ molis opus esse noviset, hac illacque propterea excurrens, in non magni momenti rebus moratur, & minuta vellicando, omissa

missa discussione rerum gravissimarum, Historiæ Illius dignitatem atque inconcussam fidem prodit evidentissime. Concina, Apostolici muneris caussa Romam properans, Lucam pervenit eo ferme tempore, quo absoluta fuerat horum dialogorum editio; cujus etiam circumstantias habuit eo loci perspectas. Comparatum horum exemplum secum Florentiam detulit, atque in Cœnobio S. Marci non ultra duas hebdomadas commoratus illidem responsionem paravit. Quamvis enim sui Historiam nullo in capite a *Ghetio* labefactatam facile deprehendisset, verebatur tamen ne elegans, & captiosa forma scriptionis multos deciperet, ut sæpe contingit. *Ghetius* tamen patronos excitaverat suos, ut Concinæ apologiæ editionem impedirent. Verum ii, qui librorum editioni præsunt, tentaminis iniquitate comperta, ultro libri vulgationem concesserant (1). Itaque Venetiis A. MDCCXLV. editum est, cum hujusmodi inscriptione: *Esame Teologico del Libro intitolato*: Saggio di Supplementi Teologici morali critici, di cui abbisogna la Storia del Probabilismo e Rigorismo &c. *stampato in Lucca l'anno 1744. dal R. P. Nicolò* Ghezzi. In Pelaro (*Venetiis*) MDCCXLV. appresso Nicola Gavelli. In quo apologetico Opere Concina adversarii sui pottora momenta discussit, suamque Historiam vindicavit (2). At nimia celeritate usus nonnulla prætermisit, quæ *Ghetio* cavillandi materiem præbuerunt. Quamvis porro optaverim, ut Concina longiori examine *Ghetii* dialogos excussisset, summam tamen ejus ingenii promptitudinem, animique præsentiam maxime fulpicio, quo *Ghetii* librum, diuturna opera, ac duorum fere annorum labore confectum, nervose exagitavit tredecim spatio dierum, quemadmodum sancte affirmarunt Florentini Monasterii Patres, quorum testimonium plus fidei habiturum puto, quam *Ghetii* sociorumque ejus admirationem. Ut vero PP. Societatis cencta, quæ Concina in Historiæ suæ defensionem vulgaturus esset, oppugnare acerbissime constituerant, sic non ita multo post editos duos illos, quos memoravimus, libros pugnam redintegrarunt. Jacobus *Sanvitalis*, quamvis satis a Concina exagitatus, tamen magistrii nescius, libellum alterum scripsit, cui hunc titulum indidit: *Spiegazione breve e sincera di alcune proposizioni inserite nella* Giustificazioni di più personaggi, *e risposta alle* Osservazione critiche e morali. In Lucca MDCCXLV. per Giuseppe Salani, e Vincenzo Giuntini. In hoc paucarum pagina rum libello senex iste sibi per omnia similis, (si stylum excipias, quo amarissimo utitur) solita absurda, nenias & ineptias ita congessit, ut fere totus ad lectorum solatium esset hete exscribendus. Sed ultra quam nostri muneris esset, peregisse arbitramur, illius integro titulo recitato: quam rationem servabimus ubicunque *Sanvitalis* scriptionum mentio habebitur. Atque hæc quidem adversus primum apologeticum Concinæ Opus. Alterum vero duo oppugnarunt ejusdem Societatis homines; quorum primus ita librum inscripsit. *Osservazioni sopra i primi capitoli dall'* Esame ec. Bassia presso Francesco Romanetti. Hujus auctor est P. Franciscus *Zaccheri*, vulgo *Zaccharia*, vir, ut amici ejus credunt, doctissimus, ut vero libri ejus testantur, minorum gentium scriptor. Hic Genuæ degens quinque solum Concinlani *Examinis* capita in examen vocare se potuisse scribit, quum per noctem unam illius exemplum penes se tantum habere potuerit. Sit fides penes auctorem. Qua immodestia libellus hic, qui vere tenebrarum opus dici potest, exaratus sit, dicere supervacuum fuerit, quum nemini maledicentia scriptoris ignota sit, & scribendi in sui adversarios aculeata consuetudo. Quo vero pondere momentorum Concinam aggrediatur, ejus in rebus Theologicis innocentia, a clari nominis scriptoribus patefacta, me plura dicere non sinit. Alterius autem libelli in idem *Examen* editi auctor est P. Nicolaus *Ghetius*, qui nonnulla a Concina prætermissa, aut levi tantum calamo indicata, recoxit atque amplificavit in Opere, cujus hæc est inscriptio: *Riflessioni sull'* Esame Teologico ec. *proposto al M. R. P. F. Daniello* Concina *da Nicolò* Ghezzi *della C. di Gesù*. Lucca per i Marescandoli MDCCXLV. Quamvis porro *Ghetius* liberius interdum, quam libero atque ingenuo homine dignum sit, excurrat, atque extra veritatis sepia vagetur,

(1) Novelle Fiorentine *Anni* MDCCXLV. *pag.* 367.

(2) *De hoc Opere ita Jo:* Lamius *In Ephem. Florent. loc. cit. A.* MDCCXLV. Lo temè tanto il suo Avversario, che procurò in Venezia, dove in verità è stampato questo libro, che fosse soppresso; e non sarebbe riuscito al nostro Autore di estarlo, se non avesse dimostrato a chi comanda, di quanta importanza fosse per la buona Morale.



getur, mitius tamen atque humanius, quam cæteri, Concinam excipit. Ipse tamen, & quod magis ridiculum est, *Sanvitalis* quoque, tantopere suas in Concinam jactarunt scriptiones, ut quasi jam publice de falsitate innumeriique mendacii convictum palam postulaverint, & publicis litteris aut ad responsionem edendam, aut ad canendam palinodiam excitarint. At vero post tam solemnes denuntiationes, atque præcepta, artes adhibuerere omnes, ut responsendi facultas Concinæ eriperetur; unde hæc ratione ipsi jam neminem haberent, qui ab se editorum librorum pœcara patefaceret; imperitis vero hominibus rerumque inscius perluaderent, Concinam publice falsitatis convictum, ne mussitare quidem esse ausum. Qua agendi ratione nihil inhumanius nihilque monstruosus excogitari potest. Ac revera quidem post varia media adhibita, quorum excogitatores sunt callidissimi, quod votis cupiebant omnibus, impetrarunt. Pontifex & ipse eorum artibus circumventus, Patribus Congregationis SS. Inquisitionis significavit, avere se, ne quid ultra Concina illis de rebus conscriberet. Concina per id temporis, Neapolim prædicationis caussa properaturus, Romam pervenit, atque eorum, quæ PP. decernere in animo habebant, conscius factus, comite P. *Orlandio* Monachorum Cœlestinorum Procuratore Generali, *Gullielmium* S. Officii Assessorem, ut vocant, convenit, ab eoque Romani Pontificis, Patrumque exploravit voluntatem. *Gullielmius* rerum apprime gnarus, eam Patrum fore sententiam dixit, ut nil ipse ultra *Sanvitali Ghetioque* reponeret. Erant tamen qui Patrum illorum voluntatem extenderent, eaque cautum putarent: interdictum esse Dominicanæ Familiæ alumnis, ac præcipue Concinæ de probabilitate adversus *Ghettum*, cæterosque Societatis homines quid elaborare. Hac in sententia erat P. Thomas *Ripellius* Ord. Prædi., ut jam diximus, Generalis Præses, qui data die 22. Febr. A. MDCCXLVI. epist. Concinam Neapoli agentem commonuit: *sibi a suprema S. Officii Congregatione in mandatis datum, ut expresse inhiberet suis, & nominate ipsi Concinæ, ne quid amplius de Probabilismo adversus* Ghetium *aliosque Societatis Jesu scriptores vulgaretur* (1). Concina eorum, quæ a *Gullielmio* acceperat, memor non sine admiratione sui Prælidis mandatum perlegit. Cupiens interim facti veritatem ultra cognoscere, rem, ut solebat, cum Josepho Augustino *Orsio* contulit. *Orsius* negotii explanationem commendavit Cardinali Nereo *Corsinio*, apud quem gratia plurimum valuit. *Corsinius* rem totam ex ore ipsius Pontificis hausit, obtinuitque ab eo facultatem epistolium ad *Ripellium* scribendi, in quo Pontifex declarabat: *mentem sui fuisse dumtaxat, ut PP. Congregationis S. Officii Concinæ significarent, nolle se amplius novas in* Ghetium & *Sanvitalem scriptiones, ac velle omnino, ut concertatio inter ipsos exorta finiretur. Cæterum posse Concinam ipsum, cæterosque Dominicanæ Familiæ alumnos* Probabilioristi *doctrinam tamquam plausibiliorem atque securiorem docere, ac propugnare*. Quos animi sui sensus Cardinali jussit Pontifex, ut *Ripellio* aperiret; quemadmodum constat ex ejusdem *Corsinii* epistolio, quod hoc evulgamus, ne quis fidem nostram desideret (2). Jesuitæ porro totius machinatio-

(1) La sagra Congregazione del S. Officio con suo viglietto degli 19. andante mi comanda di proibire espressamente, e nominatamente a V. P. R. di non più scrivere sulla materia del Probabilismo contro il P. Nicolò *Ghezzi* ed altri Religiosi della Compagnia di Gesù ec. Roma 22. Febr. 1746.

Confervus in Domino
*Fr. Thomas Ripoll. Mag. Ordinis.*

(2) Il Cardinale *Corsini* Protettore della Religione Domenicana per ordine ricevuto a bocca da N. S. deve spiegare al P. Reverendiss. Generale la mente della Santità Sua circa l'intenzione della Sacra Congregazione del S. Offizio nel comandare, che i suoi Religiosi tralasciassero di scrivere sulle controversie nate recentemente tra il *P. Concina*, e i PP. *Sanvitali* e Ghezzi della Compagnia di Gesù sulla materia del Probabilismo. E' mente adunque di Sua Santità, che ciò s'intenda della privata gara nata tra i detti Padri nello scrivere sul Probabilismo, non volendo tra essi nuovi scritti l'un contro l'altro, nè nuove repliche. Non però ha inteso, nè intende mai, che l'Ordine Domenicano debba tralasciare d'insegnare, di scrivere, e di difendere la dottrina del Probabilioristno ch'è la più plausibile e più sicura. Vuol pertanto No-

tionis auctores, sive quod indictam Concinæ præceptum, quo non obscure sibi ipsis quoque silentium indicebatur, ignorarent, quod non ita facile admiserim, sive quod verius fortasse fuerit, se nescire dissimulantes, ut Concinam acrius vexarent, *Historiam Probabilismi & Rigorismi* impugnare perrexerunt, ut post expolitam concertationem P. *Bentii*, dissertationis cujusdam causa excitaram, exponemus.

## CAPUT XV.

*Historia Dissertationis editæ a P. Bernardino* Benzi *S. J. in Casus reservatos Venetæ Diœceseos; adversus quam* Concina Epistolas Theologico-morales *scribit.*

ANtequam postremos eosque validiores PP. Societatis in *Probabilismi & Rigorismi Historiam* conatus memorem, celeberrimæ modo concertationis historiam hoc loci exordiar, & prosequar, in qua quid furor, animusque Jesuitarum in Concinam ferox sane ac truculentus, excogitaverit, quam verissime fieri poterit, aperiam. Dabit mihi propterea lector hanc veniam, ut priore illa concertatione paululum dimissa, ab eaque digressus, ea hic percenseam, quæ Bentianæ dissertationis causa contigerunt, ne nimium quam licet, chronologico neglecto ordine rerum, vagari atque excurrere videar incertus. Id quod fidentius etiam libentiusque exequor, ut legentium animi, *Probabilismi & Rigorismi* nominum jam fortasse pertæsi, novæ controversiæ expositione recreentur, si tamen citra indignationem audiri, legique ea possunt, quæ contra omnes Ecclesiæ sanctiones, saltoris ethices dogmata, ac Christianæ charitatis regulas peracta sunt. Amariorem sane calamum expolulare videtur series rerum narrandarum; sed temperabo mihi ac modum statuam, ne in idem, quod Concinæ inimicis sæpius exprobraturus sum, incidam vitium procacitatis. Itaque A. MDCCXLIII., eodem scilicet tempore, quo bellum Concinam inter & Jesuitas ob *Quadragesimum Appellantem* & *Probabilismi Historiam* fervebat, P. Bernardinus *Bentius*, Venetus Jesuita dissertationem edidit ita inscriptam: *Dissertatio in Casus reservatos Venetæ Diœceseos*. Venetiis typis Lazzaroni MDCCXLIII. in 4. ac in 8. Casum VIII. hisce conceptum verbis: *Qualibet impudicitia cum Monialibus facta, vel quocumque modo attentata*, explanaturus *Bentius*, inter alia hujusmodi quæstiones sibi proposuit: *an reservationi afficiatur, qui cum Moniali peragat, vel attentet actus subimpudicos de se ventrales*, v. g. *vellicare genas, mammillas tangere, & solum ex pravo affectu vel ex prava intentione mortales*; cui ita satisfecit. *R. Negative: nam juxta nostram regulam ocluvam, nonnisi peccata per externam malitiam mortalia reservantur*. Fere per annum Concinam latuit ista hæc dissertatio. At quia enormis hæc & scandali plena sententia offenderat multos, ita non defuere qui illius quærerent oppugnatorem. Duo ex Capuccinorum familia Patres Hieronymus a *Castro Franco*, & Felix a *Venetiis* eam dissertationem ad Concinam detulerunt, ut læsam a *Bentio* castitatem defenderet. Concina tunc temporis & sacris dissentus concionibus, & Christianæ Theologiæ, in quam toto pectore incumbebat, elaborandæ intentus, se tum illorum votis satisfacere haud posse respondit: facturum autem postea, cum opportuniorem occasionem, ac tempus necessarium habuisset. Interim P. Fulgentius *Cuniliatus* Ord. Præd., eximiæ pietatis & doctrinæ Theologus, *Bentium* admonere decrevit; probavitque Concina pii hominis consilium. Ulus est autem ad id opera Canonici *Oker*; qui per epistolam *Bentium* hortatus est, ut ab le traditam in Casus VIII. explanatione doctrinam vel revocaret, antequam scandalum ulterius crescseret, vel, quod erat factu facillimum, ea sublata pagina, aliam in ejus locum sufficeret. Sed frustra. *Bentius* propositi tenax tantum abfuit a pii admonitoris consilio excipiendo, ut potius, die 4. Januarii A. MDCCXLIV. data ad eumdem epistola, sententiam suam defendere conatus sit (1) eosque reprehenderit, qui contra sentirent. Ubi malum serpere quotidie latius, & ipsa patientia corroborari *Bentii* doctrinam Concina sensit, non diu dissulit Bentianæ dissertationis refutationem. Itaque duas latinas epistolas ita inscriptas edidit: *Epistolæ Theologico-morales ad Illustrissimum & Reverendissimum N. N. adversus librum inscriptum*: Dissertatio in Casus reservatos Venetæ Diœceseos. 4. *Venetiis* MDCCXLIV. In quibus valido & vehementi stylo, quemadmodum opus erat, cuni recensitam *Bentii* (cujus tamen nomen silentio præsit) doctrinam, cum alia singularia placita eiusdem discussit, & magno pondere monumentorum Theologicorum egregie penitrinxit. Summo proborum omnium favore exceptæ fuere hujusmodi epistolæ, & non multo post cum Romæ, tum Lucæ, & Venetiis denuo editæ sunt. Concina deinde de tradita a *Bentio* doctrina Josephum Augustinum *Ussium*, tum Sac. Congregationis *Indicis* a secretis, certiorem fecit. *Ursius* idem cum *Benedicto XIV.* communicavit, qui dictis ejus vix fidem habens justit, ut Bentiana dissertatio epistolarum fasciculo, quo Apostolicæ Sedis ad Venetorum Rempublicam ablegati epistolæ conciuduntur, adjungeretur. Tum vero, ea non sine animi mœrore perlecta, justit ut eadem ad sacram S. Officii Congregationem deferretur, unde, opportuno examine, damnaretur. Fama inde Bentianæ doctrinæ ubique vulgata, obstupuerunt plerique, qui hujusmodi doctrina instauratam quodammodo lectam videbant ea longe deteriorem, quam quæ olim inter *Anabaptistas* exorta fuit, quorum non pauci etsi eximendum pœna putaverint, non tamen crimine absolverunt juvenem illum, quem alii, coacto conventu, excommunicationi subjiciendum arbitrabantur, quod manus in sinum virginis sibi desponsatæ injecisset (1). Harum rerum Jesuitæ minime ignari, in iis circumstantiis artes omnes in sui præsidium vocarunt. Incredibile dictu est quot quantaque in Concinam per domos inimorum atque nobilium dictitaverint. Nullum convicii genus fuit, quod in illum non expueret eorum facer furor. Graviora postmodum meditati, P. *Villarium*, Jesuitam Venetiis agentem, & magnæ existimationis hominem, totius conjurationis executorem delegerunt. Hic suorum sociorum adhortationibus compulsus ad Marcum *Fuscarenum*, Virum amplissimum, atque unum e Patavinæ Academiæ Triumviris, se contulit, eique significavit, *Bentium* Veneti Patriarchæ jussu dissertationem illam, cujus causa tot rumores audiebantur, adlaborasse: hanc ipsummet Præsulem suo probasse suffragio, ac Parochis commendasse, ut *id ipsum susperent omnes*. Marcus *Fuscarenus*, homo cetera oculatissimus, hominis pietatis & doctrinæ fama notissimi oratione commotus, hamum voravit. *Villarius* tum ubi se verba non inutiliter fecisse novit, *Fuscarenum* acrius in sententiam suam traducere sensim perrexit, atque in Concinam incitare: hanc scilicet *Bentii* dissertationis oppugnatione se factiosum hominem, tumultarium, ac publicæ quietis perturbatorem manifestasse; ceu qui probatum a tanto Præsule Opus adeo insolenter exagitasset: optimum propterea sibi consilium videri *Fuscareno* suggessit, si Concinianas epistolas, in admissi ab illarum auctore criminis pœnam, sua auctoritate supprimendas curasset, quæcumque causæ ratio esset habenda. His omnibus plenam adhibens fidem *Fuscarenus* publico in Magistratu sociis suis Concinæ epistolarum suppressionem commendavit non modo, sed pro ea obtinenda gravis-

Nostro Signore che di ciò sua Paternità Reverendiss. renda inteso tutti quei suoi Religiosi, alle orecchie dei quali fosse pervenuto il primo suo ordine, che per altro resterà fermo solamente quanto agli scritti detti di sopra ec. *Epistolii hujusce exemplar Concinæ missit* Ursius, *ex cujus epistola illud excripsimus*.

(1) Primieramente da una parte la Dissertatione del *P. Benzi* prima di stamparsi (oltre a publici Revisori) è stata riveduta da più Teologi: dall'altra parte la medesima disser-



dissertazione dopo la stampa seguita fin dal principio della passata Quaresima è stata letta da moltissimi Confessori Secolari, e Regolati, Parochi, ed altri Ecclesiastici anche di carattere più distinto; eppure nessuno d'essi per l'addietro ha condannata detta dissertazione. Secondariamente il *P. Benzi*, benchè, come è a me noto, egli si crede capacissimo di errare, non è sì facile che abbia errato in questa materia, mentre da 24. anni, e di questi 15. in Venezia assiste al Confessionale, e per otto anni (oltre al suo privato studio Teologico) ha insegnata la Teologia morale ec. *Allatis hinc aliquot Theologorum doctrinis propriam opinationem propugnare ac tutari nititur. Hanc porro epistolam* Bentius *ad* Okerum *misit tanquam ab altero homine in sui apologiam compositam, revera tamen a se conscriptam, suique mentem præferentem, ut constat ex initio alterius epistolæ ejusdem* Bentii *ad citatum Canonicum* Oker: Mando a V. S. Riveritiss. l'acclusa lettera (*ideste eam, cujus fragmentum modo adduxi*) contenente il mio sentimento intorno al consaputo caso, acciochè Ella possa prevalersene, mostrandola a chi, e come la sua savierza giudicherà opportuno ec.

(1) *Petrus* Bayle *Art.* Mamillaires.

tionis auctores, sive quod indictam Concinæ præceptum, quo non obscure sibi ipsis quoque silentium indicebatur, ignorarent, quod non ita facile admiserim, sive quod verius fortasse fuerit, se nescire dissimulantes, ut Concinam acrius vexarent, *Historiam Probabilismi & Rigorismi* impugnare perrexerunt, ut post expolitam concertationem P. *Bentii*, dissertationis cujusdam causa excitaram, exponemus.

## CAPUT XV.

*Historia Dissertationis editæ a P. Bernardino* Benzi *S. J. in Casus reservatos Venetæ Diœceseos; adversus quam* Concina Epistolas Theologico-morales *scribit.*

ANtequam postremos eosque validiores PP. Societatis in *Probabilismi & Rigorismi Historiam* conatus memorem, celeberrimæ modo concertationis historiam hoc loci exordiar, & prosequar, in qua quid furor, animusque Jesuitarum in Concinam ferox sane ac truculentus, excogitaverit, quam verissime fieri poterit, aperiam. Dabit mihi propterea lector hanc veniam, ut priore illa concertatione paululum dimissa, ab eaque digressus, ea hic percenseam, quæ Bentianæ dissertationis causa contigerunt, ne nimium quam licet, chronologico neglecto ordine rerum, vagari atque excurrere videar incertus. Id quod fidentius etiam libentiusque exequor, ut legentium animi, *Probabilismi & Rigorismi* nominum jam fortasse pertæsi, novæ controversiæ expositione recreentur, si tamen citra indignationem audiri, legique ea possunt, quæ contra omnes Ecclesiæ sanctiones, saltoris ethices dogmata, ac Christianæ charitatis regulas peracta sunt. Amariorem sane calamum expolulare videtur series rerum narrandarum; sed temperabo mihi ac modum statuam, ne in idem, quod Concinæ inimicis sæpius exprobraturus sum, incidam vitium procacitatis. Itaque A. MDCCXLIII., eodem scilicet tempore, quo bellum Concinam inter & Jesuitas ob *Quadragesimum Appellantem* & *Probabilismi Historiam* fervebat, P. Bernardinus *Bentius*, Venetus Jesuita dissertationem edidit ita inscriptam: *Dissertatio in Casus reservatos Venetæ Diœceseos*. Venetiis typis Lazzaroni MDCCXLIII. in 4. ac in 8. Casum VIII. hisce conceptum verbis: *Qualibet impudicitia cum Monialibus facta, vel quocumque modo attentata*, explanaturus *Bentius*, inter alia hujusmodi quæstiones sibi proposuit: *an reservationi afficiatur, qui cum Moniali peragat, vel attentet actus subimpudicos de se ventrales*, v. g. *vellicare genas, mammillas tangere, & solum ex pravo affectu vel ex prava intentione mortales*; cui ita satisfecit. *R. Negative: nam juxta nostram regulam ocluvam, nonnisi peccata per externam malitiam mortalia reservantur*. Fere per annum Concinam latuit ista hæc dissertatio. At quia enormis hæc & scandali plena sententia offenderat multos, ita non defuere qui illius quærerent oppugnatorem. Duo ex Capuccinorum familia Patres Hieronymus a *Castro Franco*, & Felix a *Venetiis* eam dissertationem ad Concinam detulerunt, ut læsam a *Bentio* castitatem defenderet. Concina tunc temporis & sacris dissentus concionibus, & Christianæ Theologiæ, in quam toto pectore incumbebat, elaborandæ intentus, se tum illorum votis satisfacere haud posse respondit: facturum autem postea, cum opportuniorem occasionem, ac tempus necessarium habuisset. Interim P. Fulgentius *Cuniliatus* Ord. Præd., eximiæ pietatis & doctrinæ Theologus, *Bentium* admonere decrevit; probavitque Concina pii hominis consilium. Ulus est autem ad id opera Canonici *Oker*; qui per epistolam *Bentium* hortatus est, ut ab le traditam in Casus VIII. explanatione doctrinam vel revocaret, antequam scandalum ulterius crescseret, vel, quod erat factu facillimum, ea sublata pagina, aliam in ejus locum sufficeret. Sed frustra. *Bentius* propositi tenax tantum abfuit a pii admonitoris consilio excipiendo, ut potius, die 4. Januarii A. MDCCXLIV. data ad eumdem epistola, sententiam suam defendere conatus sit (1) eosque reprehenderit, qui contra sentirent. Ubi malum serpere quotidie latius, & ipsa patientia corroborari *Bentii* doctrinam Concina sensit, non diu dissulit Bentianæ dissertationis refutationem. Itaque duas latinas epistolas ita inscriptas edidit: *Epistolæ Theologico-morales ad Illustrissimum & Reverendissimum N. N. adversus librum inscriptum*: Dissertatio in Casus reservatos Venetæ Diœceseos. 4. *Venetiis* MDCCXLIV. In quibus valido & vehementi stylo, quemadmodum opus erat, cuni recensitam *Bentii* (cujus tamen nomen silentio præsit) doctrinam, cum alia singularia placita eiusdem discussit, & magno pondere monumentorum Theologicorum egregie penitrinxit. Summo proborum omnium favore exceptæ fuere hujusmodi epistolæ, & non multo post cum Romæ, tum Lucæ, & Venetiis denuo editæ sunt. Concina deinde de tradita a *Bentio* doctrina Josephum Augustinum *Ussium*, tum Sac. Congregationis *Indicis* a secretis, certiorem fecit. *Ursius* idem cum *Benedicto XIV.* communicavit, qui dictis ejus vix fidem habens justit, ut Bentiana dissertatio epistolarum fasciculo, quo Apostolicæ Sedis ad Venetorum Rempublicam ablegati epistolæ conciuduntur, adjungeretur. Tum vero, ea non sine animi mœrore perlecta, justit ut eadem ad sacram S. Officii Congregationem deferretur, unde, opportuno examine, damnaretur. Fama inde Bentianæ doctrinæ ubique vulgata, obstupuerunt plerique, qui hujusmodi doctrina instauratam quodammodo lectam videbant ea longe deteriorem, quam quæ olim inter *Anabaptistas* exorta fuit, quorum non pauci etsi eximendum pœna putaverint, non tamen crimine absolverunt juvenem illum, quem alii, coacto conventu, excommunicationi subjiciendum arbitrabantur, quod manus in sinum virginis sibi desponsatæ injecisset (1). Harum rerum Jesuitæ minime ignari, in iis circumstantiis artes omnes in sui præsidium vocarunt. Incredibile dictu est quot quantaque in Concinam per domos inimorum atque nobilium dictitaverint. Nullum convicii genus fuit, quod in illum non expueret eorum facer furor. Graviora postmodum meditati, P. *Villarium*, Jesuitam Venetiis agentem, & magnæ existimationis hominem, totius conjurationis executorem delegerunt. Hic suorum sociorum adhortationibus compulsus ad Marcum *Fuscarenum*, Virum amplissimum, atque unum e Patavinæ Academiæ Triumviris, se contulit, eique significavit, *Bentium* Veneti Patriarchæ jussu dissertationem illam, cujus causa tot rumores audiebantur, adlaborasse: hanc ipsummet Præsulem suo probasse suffragio, ac Parochis commendasse, ut *id ipsum susperent omnes*. Marcus *Fuscarenus*, homo cetera oculatissimus, hominis pietatis & doctrinæ fama notissimi oratione commotus, hamum voravit. *Villarius* tum ubi se verba non inutiliter fecisse novit, *Fuscarenum* acrius in sententiam suam traducere sensim perrexit, atque in Concinam incitare: hanc scilicet *Bentii* dissertationis oppugnatione se factiosum hominem, tumultarium, ac publicæ quietis perturbatorem manifestasse; ceu qui probatum a tanto Præsule Opus adeo insolenter exagitasset: optimum propterea sibi consilium videri *Fuscareno* suggessit, si Concinianas epistolas, in admissi ab illarum auctore criminis pœnam, sua auctoritate supprimendas curasset, quæcumque causæ ratio esset habenda. His omnibus plenam adhibens fidem *Fuscarenus* publico in Magistratu sociis suis Concinæ epistolarum suppressionem commendavit non modo, sed pro ea obtinenda gravis-

Nostro Signore che di ciò sua Paternità Reverendiss. renda inteso tutti quei suoi Religiosi, alle orecchie dei quali fosse pervenuto il primo suo ordine, che per altro resterà fermo solamente quanto agli scritti detti di sopra ec. *Epistolii hujusce exemplar Concinæ missit* Ursius, *ex cujus epistola illud excripsimus*.

(1) Primieramente da una parte la Dissertatione del *P. Benzi* prima di stamparsi (oltre a publici Revisori) è stata riveduta da più Teologi: dall'altra parte la medesima disser-



dissertazione dopo la stampa seguita fin dal principio della passata Quaresima è stata letta da moltissimi Confessori Secolari, e Regolati, Parochi, ed altri Ecclesiastici anche di carattere più distinto; eppure nessuno d'essi per l'addietro ha condannata detta dissertazione. Secondariamente il *P. Benzi*, benchè, come è a me noto, egli si crede capacissimo di errare, non è sì facile che abbia errato in questa materia, mentre da 24. anni, e di questi 15. in Venezia assiste al Confessionale, e per otto anni (oltre al suo privato studio Teologico) ha insegnata la Teologia morale ec. *Allatis hinc aliquot Theologorum doctrinis propriam opinationem propugnare ac tutari nititur. Hanc porro epistolam* Bentius *ad* Okerum *misit tanquam ab altero homine in sui apologiam compositam, revera tamen a se conscriptam, suique mentem præferentem, ut constat ex initio alterius epistolæ ejusdem* Bentii *ad citatum Canonicum* Oker: Mando a V. S. Riveritiss. l'acclusa lettera (*ideste eam, cujus fragmentum modo adduxi*) contenente il mio sentimento intorno al consaputo caso, acciochè Ella possa prevalersene, mostrandola a chi, e come la sua savierza giudicherà opportuno ec.

(1) *Petrus* Bayle *Art.* Mamillaires.

gravissime, ut solebat, disseruit. At obstitit ipsi *Paschalicus*, alter rei litterariæ curator, qui historiam omnem jam antea probe cognoverat. Tum Concina *Paschalici* nomine atque consilio ad *Fuscarenum* accessit, totamque seriem rerum ipsi accuratissime exposuit. Acris ingenii Senator tum iis, quæ a *Paschalico* audierat, tum Concinæ narratione edoctus, a sententia discessit, lapsque a *Villario* belle captum atque deceptum fatsus est. Quod exinde non sine animi stupore narrare solitus fuit, vix oculis credere suis affirmans, religiosum hominem, quem magni semper fecerat, tam fideliter ad sibi illudendum accessisse. Quæ quidem omnia tum a *Fuscareno* ipso, altisque gravissimis viris narrata sæpius iis, qui tunc temporis Venetiis aderant, non erit cur Jesuitæ in dubium vocent. Quamquam hæc omnia, atque alia omni suspicione falsi, dubioque eximunt ea, quæ Jesuitas postmodum in *Bentii* defensionem, & Concinæ dedecus perfecisse constat. Hæc vero, aliaque in Concinam tentamina, & jugis vociferatio Jesuitarum notiorem controversiam effecerant. Dicteria, jurgia & injuriæ in Concinam usque eo creverant, ut in triviis, in sympolis, altisque locis religioso viro maledicerentur, nullusque rei haberetur mentio frequentior, quam an tangere *mammillas monialium*, earumque *vellicare genas* lethale crimen esset habendum. Plerique quæstionis minime solliciti, seu verius ignari, hasce vociferationes joco excipiebant: alii pro aris & focis Jesuitarum doctrinam sustinebant, & Concinam omni genere conviciorum onerabant: alii denique politico supercilio agitatæ concertationis exitum expectare visi sunt: probi vero pliique viri lugere ac tristari. Jesuitæ Romæ (ubi scilicet fortioribus erat opus patronis) existentes palam *Bentii* vindicias sumserunt, S. R. E. Cardinalibus, & sacrarum Congregationum Consultoribus scriptione oblata, in qua Concina atra bile, & furore percitus traducebatur. Testimonia insuper ac suffragia Dominicanorum Auctorum ostentabant, ut imperitis rerum *Bentii* doctrinam Dominicanis communem esse venditarent. At ubi rem ad triarios redactam, & *Bentium* ab enormi errore excusari haud posse comperere, fati præscii, Concinæ quoque *Theologico-morales epistolas* tanquam livore plenas, ad sacram Congregationem, nigro theta notandas, detulerunt. Tum iis, quorum intererat sententiam ferre, omni vi atque calliditate persuadere conati sunt, optimum ea in re remedium esse, Concinianas quoque epistolas proscribere, atque utrique parti exinde silentium imponere. Dum hæc molirentur, & inani spe Concinianarum epistolarum damnationis animos solarentur multorum fere trepidantium, die 16. Aprilis A. MDCCXLIV. solemni Congregationis sanctissimæ Inquisitionis decreto, *Bentii* dissertatio carbone notatur, tanquam continens propositiones *respective falsas*, *male sonantes*, *scandalosas & piarum aurium offensivas*. Quo decreto pariter Summus Pontifex damnavit quæcumque scriptiones sive jam editas, sive prodituras in *Bentii* defensionem (1). Adeo tanto Pontifici cordi erat, ut fœda doctrina uno ictu periret. Neque satis hisce consultum putans scandalo, quod intulerat *Bentii* dissertatio, voluit Pontifex, ut hujus auctor publico scripto palinodiam caneret, quod celerrime, & libentissime etiam, ut accepimus, præstitit (2). Hunc deinde, quem Venetus Patriarcha sua in Diœcesi sacras

(1) Eademque prohibitione (Sanctissimus D. N. D. Benedictus PP. XIV.) damnat & vetat quælcumque scripturas, seu libros editos, vel edendos ejusdem libri defensionem continentes. *Post quæ hæc alia subdit:* Hunc itaque librum seu libros sic damnatos ac prohibitos idem SS. D. N. vetat, ne quis cujuscumque sit status & conditionis, ullo modo, & sub quocumque prætextu, iterum imprimere, vel imprimi facere, vel transcribere, aut etiam impressum, vel impressos, aut transcriptos apud se retinere, & legere audeat. Sed ipsum aut ipsis Ordinariis locorum, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim & cum effectu tradere, & consignare teneatur sub pœnis in Indice librorum contentis.

(2) Cum in meo Libello, cui titulus est: *Dissertatio in Casus Reservatos Venetæ Diœceseos*, impresso Venetiis A. MDCCXLIII. nonnulla mihi exciderint, quæ audio multorum aures offendisse, quæque ego re melius considerata probanda non esse dico, ex animi mei sententia revoco, & retracto propositionem qua asserui: *Vellicare genas & mammillas tangere monialium esse actus subimpuditos, de se veniales & solum ex pravo affectu, vel ex prava intentione mortales*, tanquam rem falsam, male



sacras Fidelium exhomologeses excipiendi auctoritate privaverat, Jesuitæ, inito concilio, Paravium ablegarunt: Publicato exinde Venetiis Apostolico decreto, quo *Bentii* dissertatio damnabatur, quæsam consilio pudorque PP. Societatis, eorumque studiosos incesserit, facile quivis intelliget: tot enim in Concinam declamationes curiosos quoque summam in expectationem adduxerant, quinam exitus controversiæ esset futurus. Major pars, quid effutiret, ignorabat: nonnulli Pontificem studio partium laborasse impie dixerunt: alii alia, quæ referre non vacat, excogitarunt. Rumores tamen ledere, ac extinguere Jesuitæ perspicui, a rei Litterariæ curatoribus, agentibus quammaxime eorum patronis, obtinuerunt, ut tam proscriptæ dissertationis, quam Concinæ epistolarum publica vetaretur alienatio. At hoc levis momenti fuit: nam Concinianæ epistolæ privatim quotidie divendebantur. Insuper præterea typographis ne eadem denuo ederent, sed cum hoc Archibibliopolæ suggestio potius, quam rei litterariæ curatorum mandatum haberetur, post tres menses, cautæ tamen, prælo subjectæ sunt. Qua vero religione PP. nonnulli Societatis Romanorum judicum adversus *Bentium* sententiam exceperint, ex multiplicibus scriptionibus conflabit, quas percenseam, postquam nonnulla de satyra, a P. *Scarponio* edita, protulero.

## CAPUT XVI.

*De P. Scarponi S. J. satyra, scudicelo inscripta, atque adversus Concinam ubique vulgata.*

ANtequam bene multas nonnullorum PP. Societatis Jesu satyricas scriptiones percenseam, quas in proscriptæ Bernardini *Bentii* doctrinæ vindicias evulgarunt, liceat mihi nonnulla dicere de satyra illa, *scudicelo* dicta, quæ manu exarata ad manus multorum pervenit, & plerosque excitavit ad tantæ acerbitatis investigationem. Igitur satyrici hujusce poematis vulgandi causa hæc fuit. Mense Iextili A. MDCCXLIII. disputa-



le lonantem, piarum aurium offensivam, & scandalosam. Insuper declaro me improbando ipsetaliter recensitam propositionem nolle alias a me in eo libello scriptas probare, si quas minus caute, vel minus opportune scriptas prudens lector deprehenderit; sed eo omnia superiorum judicio, ac determinationi S. R. E. reverenter subjicio, paratus revocare & improbare quæcumque ab ea reprobantur.

*Bernardinus* Benzi *Soc. Jesu.*

nium non esse conjungendum putaverant. Harum commemoratione rerum furentes plerique homines Societatis satyram, *Scandisco* nuncupatam, Perusiis disseminarunt, auctore præcipuo, atque architecto eodem P. *Scarponio*, cujus modo meminimus. Ad specimen maledici carminis, quod adhuc delitescit, hæc fuerit hoc exhibere primos versus, qui hujusmodi sunt:

*O qui ubbe tue bene ser Apollo*
*E' a capo, ma di quelle più robuste*
*Più dee ed ma fraton tra capo e collo,*

In hac autem farcta P. *Scarponius* cum multis modis doctrinique homines, tum præsertim Concinam laceravit; cujus elucubrationi plena nervorum atque doctrinæ, *Benedictum XIII.* non leviter impulerat ad edendum quod diploma, quod *Scarponio Archiepiscopo* objecit. Rem hanc totam per epistolam indicavit Concinæ Hyacinthus *Gratianus*, (1) Perusinæ urbis Bibliothecarius; cujus nos alias servamus epistolas, quæ a nobis, si opus fuerit, vulgabuntur. Interim post editum cinicum carmen P. *Scarponius*, Perusiis abire coactus, Senis Theologici obeundi muneris causa confedit. Ibi die quadam Caium conscientiæ, ut vocant, solaturus in Archiepiscopi Senatum atrio in nonnullos hæreticorum Danielem Concinam, & Narcisum talem *ab Alexandro* rejecit; illud addens præter multa, *Theologiam Christianam* haud fuisse proscriptam, quemadmodum æquum erat, eo quod *Benedictus XIII.* effet inscripta (2). Quasi vero jam facillime e memoria hominum excidisset P. *Noberti*, pusillum, sortitissimique olim e Cappuccinorum familia hominis, fatum, cujus commentaria, eidem sapientissimo Pontifici nuncupata, nemo ignorat fuisse proscripta.

## CAPUT XVII.

*Bentianæ Dissertationis vindicias infelici exitu edit P. Jac Baptista Faure S. J.*

BEntianæ dissertatione tam claris formulis proscripta, atque ad canendam palinodiam auctore compulsa, exorta controversio finita ac plane absoluta credebatur. At vero præter opinionem spem, quasi tam solemni decreto cerebertino Congregationis Patres clathecum cecinissent ad vehementes atque atrox bellum committendum, quamplures ex Societate Jesu homines in aream descenderunt, eo fine atque consilio, ut & *Bentii* proscriptam doctrinam defenderent, & Concinam tanquam damnationis auctorem immaniter lacerarent. Quod igitur primo religiosi animi vir sibi tam facile in animum induxisset, hoc primus omnium est ausus P. Joannes Baptista *Faure*, qui Romæ, hoc est in loco omnium gentium & sub ipsorum judicum oculis, libellum edidit, hunc titulum præterentem: *Alle Autore delle due epistole contro la Dissertazione del Cassi riservati in Venezia Avvito salutevole, acciò conoschi se stesso.* Napoli MDCCXLIV. cum hac Divi Augustini ex libro *de Trinitate* sententia: *Gratanter suscipit oculum columbinum pulcherrima & modestissima charitas, dentem autem caninum vel cavitat acutissima humilitas.* Libellum hunc, quem vere *Monitum* pestiferum dixeris, ubique spargere Jesuitæ; & præter alios hujus cum laude meminit Venetus *Litterariarum Ephemeridum* confarcinator, cum rerum Theologicarum, tum omnium aliarum disciplinarum plane infelix (1). Post primum hoc *monitum*, secundum etiam lucem adipexit, priori non absimile; nec mirum: eundem enim auctorem habet: qui virus suum in primo non omnino effudisse ratus, in hoc secundo totum evomuit. *Monitum* hoc secundum vulgatum esse post editum decretum a lac. Congregatione adversus *Bentii* dissertationem, au-

(1) *Epist.* x. *pag.* 18.
(2) *Narrat in facti auctor infelix versionis, Observat. 6. ad Epist. II. pag.* 101. *editionis Venetæ apud* Bettinellum A. MDCCLX.
(3) Novelle della Republica delle lettere *Ad ann.* MDCCXLIV. *pag.* 357. *Mirator autem, nescions admirationem esse ignorantiæ signum, auctorem in sui præsidium SS. Thomæ, Antonini, Bonaventuræ testimonia asserre, atque laudare; nihil prorsus sollicitus an bene vel male horum Patrum doctrinas auctor adhuc verit.*



auctor ipse fatetur (1), qui licet, ut fucum imperitis faciat, se *Bentii* defensionem sulcipere nolle protestetur, revera tamen arbitrem dealbare conatur, & nihil faciendas esse demonstrare nititur Concinianas epistolas, quæ tamen permotos illius Congregationis Patres *Bentii* doctrinam damnasse vel ipsi Jesuitæ fatti sunt (2). *Monita* hæc quamvis initio cauta & diligenter sparsa, *in Urbe* tamen *omnium gnara*, ut Taciti sententia utar, *& nihil reticente*, dissipata sunt non ita occultissime, ut nosci non potuerint ab iis, qui ad præposteras atque sceleritas hujusmodi scriptiones impediendas quotidie advigilant. Re itaque ad S. P. A. Magistrum delata ejus jussu inquisitio peracta est. Immisso sacellitio quingenta exempla *Monitorum* in officina *Settarii*, Romani Bibliopolæ adinventa sunt. *Settarius* illico in carcerem conjectus, judicumque subjectus examini fallax est, ex *Mainardi* typographio duo illa *monita* prodisse; PP. vero *Faurium* & *Castellinium* Jesuitæ edicioni illorum præfuisse. At revera satellites apud *Faurium Monitorum* autographum reperere. At ipse chirographo jam fere convictus, ubi tandem se vidit in occultandi criminis desperationem adductum, juramenti religione interposita affirmavit, se illa *Monita* ex alio antigrapho exscripsisse. Sceleris tamen ab eo admissi argumenta erant adeo clara, ut dies aliquot spiritualia, ut vocant, exercitia peragere, jejunia insuper ac flagella perferre coactus sit. *Castellinius* quæ pœna mulctatus fuerit, mihi incompertum. Nullam tamen pertusilio crediderim, tam levi inflicta pestilissimo auctori. *Settarius* tumtus inter & loquestrationes rerum suarum miserrime interiit; suamque uxorem viduam reliquit, quæ miram, dum visit, *Monitorum* illorum energiam flebiliter prædicavit: *Mariolas* vero justa legum prælectura non modicum auri summam peperit. Proh scriptorum pestilentiam! quæ & mulieres subare maritos, & mariupis mercenariorum hominum potuerint excetere. Magnum tamen cæcos bibliopolis & typographis exemplum, ut certa ratione moderentur appetitionibus suis, neque aut fallacibus promissis, aut auri spe se unquam adduci sinant, ut edicta Principum eludant, & amarulentis hominibus causam præbeant, operamque præstent exercendæ acerbitatis.

## CAPUT XVIII.

*Auctor anonymus S. J. cerberesm Palinodiam sub nomine Danielis Concinæ conscribit, eamque inexpiabili scelere illius facit quæ quæ versum vulgant.*

ETsi ea, quæ P. *Faurio* contigerunt, ad cæteros ejusdem socios ipsiores meliorisque efficiendos satis superque valuissent, nihil tamen ab iis impetratum est, quod ipsos aut timore pœnæ perculsos, aut aliqua in Patrum Romanorum decretum reverentia affectos demonstraret. Nam furentes plerique eorum procuraverunt denuo Patrum illorum sententiam, & Concinam acrius, atque inhumanius lacerarunt. Inter illos audacia insigni & sceleris atrocitate maxime meritoque notatus auctor infamis Palinodiæ, sub nomine Danielis Concinæ vulgatæ, de qua modo scripturi sum. Ergo PP. Societatis post implorata Deorum hominumque fidem, post lacerata tribunalia, post denique omnem fere Europam adversus Concinam excitatam, atque incensam, quo aliqua & quidem non levis dedecoris nota pio homini inureretur, novo, at non inaudito calumniæ genere, ipsum dejicere pertentarunt, quem innumeris jam antea technis, atque cuniculis prosternere frustra cogitarant. Norum est, quod D. Hieronymo, Doctori omnium maximo accidit, cui adversarii ejus pestilens doctrinarum capita affinxerunt. Nostra vero sunt, quæ Henrico *Norisio*, Augustinianæ doctrinæ vindici præclarissimo contigerunt (3) quam ut a me indigeant commemorari. Hoc eodem artificio in sui subsidium vocato, PP. nonnulli Societatis terrimam Palinodiam sub nomine Danielis Concinæ ediderunt cum diabolica, atque mendacissima hac inscriptione: *Ritrattazione solenne di tutte le ingiurie, falsificazioni, calunnie, contumelie, imposture, ribalderie stampate in vari libri da Fra Da-*

(D 2) *niele*

(1) *Pag.* 5. (2) *Præter alios auctor libri inscripti:* Iudicium cuiusdam viri &c. *de quo infra. Alii autem maximi ponderis apud PP. Congregationis exstitisse Concinæ epistolas testantur, ut inter cæteros Card. Philippus* Monti. *Vide Epistolam XI. pag.* 20. (3) *Tom.* I. *Operum ejusd. Card. edit. Veronensis A.* MDCCXXII. *Palinodia sub ejus nomine edita revocatur & castigatur.*

niello Concina, *Domenicano Gavotto contro la Venerabile Compagnia di Gesù, da aggiungersi per modo di Appendice alle due infami lettere Teologico-morali contro il P. P. Benzi della medesima Compagnia*. In Venezia MDCCXLIV. appresso Simone Occhi sotto il segno d'Italia, con licenza de' Superiori e privilegio. Horribilis sane libellus, & quo tetrius ne ab ipsis quidem furiis excogitari nil possit. Horruit animus ad monstra mendaciorum, ad effrenatam impudentiam, atque indomitum furorem auctoris. Negant sane peritiores, atque ad maledicendum comparati quidquam ad hanc diem aut contumeliosius, aut impudentius, aut omnino tenebris dignius in lucem prodidisse. Vulgi ignavissimi judicio religiosum virum, Musis severioribus deditum, sibi ipsi manus inferentem fillit Pasinodiæ Auctor, & innocuum atque piissimum hominem inducit coram vilissima pleheve ventiam pollutantem. Inde post ridiculas strophas, & male incultas contumelias atque calumnias tibias infiana grandiores Concinam prorsus barbare ac inhumaniter vivicomburio, aut saltem trirremibus mulctandum esse pronuntiat; atque bestiam aliisque nominibus appellare non dubitat. *Bestia più che bestiale, bestia in superlativo grado*. F. *Concina per tante bugie, calunnie, contumelie, e scandalose impertinenze ha meritato d'essere bruciato vivo, o almeno a dire poco, la galera in vita*. O hominis excitatem amariori fletu deplorandam! Talem ne Concinam reputabat, atque suppliciis censebat dignum, quem mortalium optimi, ipseque Christi in terris Vicarius venerati sunt? Potuisset equidem aliquem fabulæ colorem addere, atque maledictorum protervitatem, & mendaciorum licentiam effusissimam aliquo modo contegere, sed a perfidia deterret sua, dum Concinæ mores & dogmata peracerbe omnino, atque inlenter lacerare conatus est, non aliud meruit in scriptionis suæ laudem audire, quam ea verba D. Hieronymi (1): *voluntatem mentiendi habuit, artem mentiendi non habuit*. Ita tepe multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiæ defensio interclusa respirat, quando ii, quorum eminet audacia, atque projecta est, a consilius malitiæ deferuntur. Sane ut primum venire in manus hominum hic libellus cepit, non illi contigit, quod nulli fere hac quidem nostra tempestate non contingit, ut si non omnes, at certe aliquos benignos lectores nancisceretur. Incredibile est enim, quam fuerit statim ab omnibus uno consensu, atque una prope voce repudiatus. Omnibus petulantia, contumelia, obscenitas, calumnia, intemperantia, denique impietas non ferenda videbatur. Quinimmo plurimos extitisse constat, qui nonnisi aliquot perfectis periodis, rerum ac verborum insolentia, atque malignitate commoti non passi sint diutius apud se tantam pellem versari, atque in ignem continuo nefastas chartas conjecerint. Usque adeo non modo litterati, atque honesti hominis, sed ne hominis quidem scriptum esse illud judicabant. Neque vero satis credidit se visum iri maledicum effrons scribillator, nisi non modo Danielis Concinæ, verum etiam duobus aliis ejusdem Dominicanæ Familiæ viris sane præclarissimis, Josepho scilicet Augustino *Orsio* & Thomæ Mariæ *Mamachio*, ore impurissimo maledicaret (2). Cur autem hos potissimum lacesseret, in eosque furialiter incurreret, etsi ab hujusmodi hominibus, qui impetu, non consilio in agendo feruntur, ratio factorum non sit repetenda, arbitror tamen id ipsum rabie percitum fecisse, eo quod *Orsius* doctissimos libros in Ambrosium *Cattaneum*, aliosque mendacii patronos nugacissimos scripserit, ut ipse etiam innuit; *Mamachius* vero, pluribus oblatis occasionibus de iisdem benemerendi, Societati studere detrectaverit. Ut vero tot criminibus cumulum adderet, dignumque libello fastigium imponeret, *Benzii* apologiam homo plane ignarus rerum Theologicarum aggreditur; unde iniquo sane judicio a sapientissimis atque æquissimis in urbe Patribus illum damnatum esse lector valeat deducere. Quod crimen atrocissimum est, & Apostolicæ Sedi admodum injuriosum. Ego quidem cum primum Palinodiam hanc ad manus habui, eandem cum prolixis enarrationibus denuo vulgare cogitaveram, ut ejus auctorem pro meritis, ac pro viribus castigarem: sed inceptо abstinui, ubi ea cogitatio animum subisset, partem scilicet hanc non scriptoris, sed Prætoris esse. At ne lector plus æquo meiratum in hunc scri-

pro-

(1) *Lib. III. in* RUT.
(2) *Pag.* 24. & 33.



ptorem putet, Palinodiæ lineamenta adferre juste auctor habendus sit, non ita facile est pro certo constituere. Comes Jo: Maria Mazzu-

(1) *Pag.* 1. *& segg.* F. Concina è comparso sul teatro del pubblico tante volte a farvi la parte d'impostore, di bugiardo, d'ipocrita, e di scellerato calunniatore, che ha cagionato disonore al fragrante Scapolare, che porta in dosso, e scandalo a tutto il genere umano con una sfacciatissima maldicenza. Peccatore indegno di misericordia, che illuminato finalmente a conoscere la gravezza de' peccati commessi colle stampe, per puro motivo di rendersi capace d'assoluzione si è ritratto, acciò ognuno anche lapesse che non è morto impenitente. Ma finalmente si è ravveduto per cancellare le lunghe impressioni che forse han fatto nell'animo degl'incauti le sue imposture. Che ha scritto contro la Compagnia per pura malignità, e per un allio antico, che ha nudrito verso di lei per invidia del buon concetto e stima, e finalmente per ambizione d'acquistar nome. Uomo di bassa nascita, di poco sapere, e di cattiva opinione tra' Frati: che non ha disperato di uscire da' suoi stracci, come ha fatto un altro Frate, di cui Concina è egualmente ignorante, ma assai più temerario ed animoso. Debole di cervello. Che ha procurato di sedurre le gente semplice, ed ha inserito nella Storia del *Probabilismo* bugie non prima intese, contumelie inudite, e falsificazioni d'invenzione affatto nuova con dottrine assai scarse, e tolte di peso da altri, e malamente infilzate; e che però ebbe cattivo incontro presso tutte le oneste persone ed intendenti. Niuno avrebbe potuto approvare tante e sì manifeste mutilazioni, alterazioni ne' testi, e tante falsità ne' racconti. Tutti si stomacarono di sì continua maldicenza, e si strontata; mentre esso andava trattenendo la sua baggianeria. Che aspettava di essere strapazzato de' Gesuiti, ma che non gli era riuscito d'inquietarli; mentre disdegnavano di battersi con tra Concina. Quindi vedendo che non uscivano dal suo primo contegno, fu quasi per impicciarsi di rabbia. Fece poi l'ultimo tentativo contro il P. *Benzi*, e scrisse gli contro due sanguinole declamazioni a modo di lettere, e calcò sì ipietatamente la mano non solo contro di lui, ma contro la sua rispettabile Religione che peggio non avrebbe saputo fare, se avesse scritto contro una setta di eretici dichiarati. Finalmente ha sfrontatamente ritrattato la sua parzia, e dalla loro modestia ha preso nuovo ardire di replicare le offese. Nello scriver libri ha avuto niun principio di onestà, e molto meno alcun zelo dell'onor di Dio; avendo mormorato per zelo, e infamato per esso. Incapace di zelo dell'onor di Dio, e bisognoso di emendar la vita. Uomo senza coscienza che odia il suo prossimo; e briccone che ha scritto con tutta quella impertinenza, di cui è capace un fratacchio malnato e malcreato come lui. Pieno di grossolane malizie dettate dallo spirito di malevolenza, e di furore; l'essere sconcertato, ignorante e temerario sono i suoi caratteri. Uomo per tanti titoli infame, e che deve soddisfare alla sua coscienza per accostarsi a' Sacramenti senza rimorso. Asino che si è scatenato contro un innocente scrittore P. *Benzi* con tutti quelli improperj che possono addattarsi ad un maestro d'empietà e di eresie, e che si è ingegnato di metterlo in ridicolo con una grazia da far lobrigare all'istante qualunque corpo più sfitico; degno perciò che se gli sbatta una ventresca sul muso per carità. Con gran malvagità ha bruttamente calunniato un tal soggetto con farlo autore di scellerazgini non mai da lui figurate, e all'olio de' sciocchi ha preso in impresitito da *Falcole*, e da altri moderni eretici frati assai vecchie per infamare e distruggere la Compagnia di Gesù. Frate pidocchioso, buono solamente a mentire arditamente, a impostorare il mondo, e di notoria malvagità, e di ammirabile prefunzione. Ipocrita che ha infegnato la strada più stretta, ed esso è andato per la larga. Tutti convengono che la dottrina de' Gesuiti è la più stretta. Ha dato un gran saggio di enorme malizia, e di infame ignoranza, e di superbia; ed ha procurato di comparire uomo timorato di Dio, e la sua passione è stata di far la figura di dotto, che lo ha fatto prevaricare. Frate d'ignoranza palpabile, testa di cirriolo incapace di conoscere i suoi spropositi enormissimi, anche di lingua latina, cui non ha mai studiato: ha mostrato di capir poco in Teologia, anzi di esser privo del senso comune. Bestia più che bestia, e bestia in superlativo grado, che adduce autorità, che cajzano come la sella al por-

*Marzucchellus* famam per ea tempora exiisse memorat (1) quæ infamem scriptionem PP. Iulio *Cordara*, vel *Tornello*, ac dæmique Francisco Ant. *Zaccharia* adiudicaret. Homines quidem sunt confecti ex Societate, atque ad exercendam maledicentiæ dentem naturæ acerbitate paratissimi. Alii & fortasse verius illius auctorem faciunt P. *Corsonium*, pariter Iesuitam, qui Venetiis degens alibi libellis in Concinam evulgatis operam & favorem præstitit. At quisquis tandem fuerit totamis auctor libelli, Legi Corneliæ illuserit, & latuerit mortales iudices; ultorem certe latere non potest Deum. Quod si Dei singulari misericordia atque clementia inter vivos adhuc degit auctor infelix, audiat & videat, si tamen phreneticus, ac plane cæcus quidquam intelligere aut videre potest, quid præstare necesse habeat, ut tam atrocis sceleris a supremo Numine misericordiam ac veniam allequatur: *Necesse est, præter factorum facti sui coram Deo pœnitentiam, ea, quæ in honestum virum, Deo servum, crimina vexavit, revocare eum, conterritisque scriptis mendacia sua, ac maledica scripta retellere, ac refutare, & se falsum dixisse, atque adeo esse mentitum, jurejurando etiam si opus fuerit confiteri: ita ut apud eos, ad quorum aures confiata ab ipso calumnia pervenit (quæ semper nisi revocetur, exurabit veluti quædam falsorum criminum testimonium) omnis de rerum scriptorumque fides quantum in ipso est, abrogetur, nulla habita propriæ famæ ratione: quum justitia postulet, ut alteri restituatur quidquid ablatum per infamiam fuerit. Ex violatione quippe justitiæ restitutionis consequitur obligatio. Quamobrem ad canendam palinodiam divinis & humanis legibus, quibus eum relaxari nefas, astringitur. Atque hoc illi remedium utpote necessarium, si quidem salvus esse vult, omnino adhibendum est. Sibi autem sugue scelleri adceptum referat, si pari, vel majori etiam cum sua fama detrimento, aliorum ab se violatæ existimationi adigitur consulere. Scisne enim ac velene hoc certe grave sibi onus imposuit* (2). Hæc est obligatio, qua sceleſti libelli auctor obstringitur; una cum iis omnibus PP. Societatis, qui illum quacumversum divulgarunt. Nulla enim non dicam Italiæ, sed & aliarum diffitatum regionum urbs fuit, ad quam ille non pervenerit: Romæ, Venetiis, & Lucæ præcipue, xxx. foliorum thatu pretio, ab iis vendebatur. Cumque putidis mendaciis nullam haberi fidem videlicet, hoc alterum, ceu dignum patella operculum, millis typographis, adhuncxerunt: *La Ritrattazione è scritta con una penna un po sfemperata: abbonda di qualche frizze, o di qualche sale; per altro è un capo d'opera.* Proh iniqui ac maligni laudatores! ecquilnam usi malus & infamis *Opus magnum* appellare potest fœtidum cadaver, rabiem undique, ac venenum spirans, & vel ipsa fame pressas comiculas suffocare atque procul ejicere? At cessit quidem hominibus istis res ex sententia, quum ea ætate quamplurimos lacerent, in qua pœnæ abrogatæ videntur, quæ ab utroque jure, Pontificio nimirum ac Cæsareo, adversus libellorum famosorum auctores, atque divulgatores sancitæ sunt (1). Quod etsi ferri in aliis aliquo modo possit, in religiosis tamen hominibus, qui cæteris caritatem & dilectionem prolequendo, exemplo præire debent, tu non ferenda videtur. Ne quid tamen silentio ob-



volvere videamur, quod infamiam mingere, a Palinodiæ auctore tanſtissimæ Societati Jesu infamam possit, placet adjicere tam præpoteri facinoris conscium factum supremum Præsidem Societatis vehementer indolnisse, damno ingenti perpendo, quod Societati desperati quidam inferebant. Ingemuisse etiam quamplures tanſtissimus hujusce Coetus viros memoriæ proditum est. Ex quibus multi sperabant brevi cinitæ scriptionis auctorem pœnas daturum. At frustra. Nusquam enim ille, quod tamen erat ipsis facillimum, reperiri potuit. Imposes etiam evaserunt ii omnes utique notissimi, qui non modo eam Palinodiam ubique spargerunt, sed etiam denuo impriemendam curarunt, ut infra obſervabimus. At vero Concinæ famæ consultum voleus *Benedictus XIV.* Palinodiam illam solemni decreto configi jussit, die xvi. Junii eiusdem A. MDCCXLIV. (2). Multi iode auctores Concinæ erant, ut se omni ope tucretur: accusatorum calumnias & improbitatem, præsertim sux existimationis ac famæ periculo, redarguerer. Sane omnes, qui intimius Concinam non noverant, cum jore gestum ulcrum, teque a tanto discrimine acerrime vindicarare parabant. Rei, de qua Concina cogitabat erat nunquam, fidem conciliare alquam

*prehendit.* Lagomarsinius *V. Sermonum sub nomine patricii* Lucii Sectani *emisit, in quo postquam etrusci poematis auctorem omni commentorum genere profedidit, eatum tandem confidentiæ, ut vocant, protulit ab Universitate quadam solutum, ac definitum, quæ argumentis, demonstratur. Ex his ea nos legimus, exepag. 34. n. IV. quæ adversus Sectanum facere, & quidem recte, videbantur. Poterit hinc lector perpendere, atque secum ipse conferarere, quantum potuerit fuere ad canendam palinodiam obstringitur auctor infamis in Concinam scriptionis. Ut Sermonis V. L. Sectani indignitatem quivis habeat perspectam, fac Lamii adeat* Menippeam I., *sub nomine* M. Thymoleontis *Londinensium A.* si ɔɔ CCXXXVII. Adversus improbos litterarum, bonarumque artium olores.

(1) *A Concinio pare excommunicatusve majori* C. qui alterius §. 9. tt. 2. *Credi autem caſtali sententia* L. Un C. de famosis Libellis *epistendi crimen vindicatur.*

(2) Feria 4. die 17. Junii 1744. Sacra Congregatio Eminentiss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana contra Hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum habita in Conventu S. Mariæ supra Minervam, de mandato Sanctissimi D. N. *Benedicti* Papæ XIV. præsenti decreto prohibet & damnat, ut *libellum famosum*, nonnulla folia impressa, quorum titulus: *Ritrattazione &c.* Hæc itaque folia sic prohibita, & damnata Sac. eadem Congregatio de mandato, ut supra, verat, ne cuis, cuiscumque sit status & conditionis, audeat ullo modo & sub quocumque pretexto imprimere, vel imprimi facere, neque impressa apud se retinere, & legere valeat; sed ipsa Ordinariis locorum, aut hereticæ pravitatis Inquisitoribus statim, & cum effectu tradere, & consignare teneatur sub pœnis in indice librorum prohibitorum contentis. *Paullus Ant. Capellonus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.*

Die 27. Junii 1744. supradictum Decretum affixum & publicatum fuit ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, & aliis solitis locis &c.

quam videbatur quædam inscriptio typis Romæ, atque Venetiis evulgata hisce expressa verbis *Ristrattazione et Operetta curiosa che può servire di supplemento alla morale pratica de' Gesuiti*. Cum vero in tumore multa fingantur impune, omnia credantur facilius, si malæ ac fœdatæ conscientiæ præcipua ratio aliqua habeatur, eo factum, ut inscriptio tantere vulgata Jesuitas mirum in modum perterreferet. Veriante simul hinc eorum animum ira metuque Pontificem exorarunt, ut Concinam, quem id molliri falso cogitabant, a proposito removeret. Pontifex, proscripta Palinodia, satis Concinæ nomini consultum arbitratus, mandavit Carrerio, Sedis Apostolicæ ad Venetam Rempublicam Nuncio, ut Ejus nomine Concinæ quamlibet adversus Palinodiam interdiceret reipsi necessem, addens: *& solemne decretis sanctæ eius sedis fuisse constitutum, ut non esse tuti esset iniuria lacessere sit; eas enim cunctas in se fore puta*. Tranquillo larsque animo auditis sanctissimi Hierarchæ jussionibus, epistolam illico ad ipsum dedit, cujus fere hæc erat summa: *se videlicet unquam, de responsione famosi libelli facienda, multique annos in sub titulo cogitasse: sibi quidem propria manuta retinenti, quamvis ea quidem negligenda haud sit, nemini antiquum esse, et nimis infelicem atque miserum se iudicaturum, si eas nomium Christiana patientia iniurias perferre dilucisset, quæ sui persona unice spectarent. Quod vero ipse sanctitas illata probra in se velit suscipere, id summe ipsius stigmatum, quæ se quidem agnoscit, nullum afferebat. Quid si*, concludebat, *nullum aliud mihi afferebatur ante oculos evangelicæ humilitatis exemplum, hoc solum tanti Pontificis mihi animum abunde faceret ad quælibet iniurias constantissime tolerandas*. Hac Concinæ epistola summopere gravatus Pontifex, data ad ipsum pariter epistola, *animi sui moderationem rarum, humilitatis & obedientiæ exemplum* appellare non dubitavit; atque gratias quam maximas Deo agendas dixit, quem tot egregiorum animi lenitum, quibus Concinæ attribuebat epistola, noverat auctorem (1). Jesuitæ securi hoc modo Concinam in sui delectionem nihil scripturum, proculcato utroque decreto, damnatissimam Palinodiam rursus prælo subjecerunt, & quod abjectissimi & vilissimi animi est, hominis famam dissipare perrexerunt, cujus manus tot præceptis devinxerant. Palinodiam illam vulgavit ubique P. *Faucetius*, Jesuitarum audacissimus, alii vero ex eadem Societate scriptores *Bentii* apologiam professi confidentissime sunt, ut libelli demonstrant, quos modo recenebo.

## CAPUT XIX.

*De exteris libellis a PP.* Turani, Curti, Poli, *aliisque Soc. J. in* Bentii *defensionem vulgatis.*

ANno a Palinodiæ editione insequenti P. Dominicus Maria *Turanius* opusculum edidit Venetiis furtivis typis, cujus hic est titulus: *Judicium cujusdam Viri Theologi. Prof. ad amicum Confessorem Montalbani*. Contra auctoris voluntatem *judicium* hoc lucem vidisse, *Sanvitales*, *Zaccharias* aliique scripsere. At *Turanius*, quem immemisse etiam licet ejus dicunt, nullum doloris præbuit argumentum, unde ipsi, aliique haberetur fides. At vero utcumque acciderit res, illud minime incertum, Jesuitas, cum hoc *judicium* secundas aures nanciscit viditent, iterum Lucæ commisisse prælo, tribus aliis adjectis ea de re opusculis, quæ, enormi vocabulorum abusu, editor hoc titulo insignivit: *R. P. Danielis* Concinæ *dominici opitulorum Theologico-moralium adversus opuscula hoc quattuor vere aurea Eusebii* Philalethes *D. D. D.* Horum omnium opusculorum specimina præbet *Parrennius* in *Epistola ad amicum* (2), post quem nos etiam de illdem breviter nonnulla dicemus; neque enim licuit ad manus habere cunctas hasce damnatissimas scriptiones. *Turanius* itaque, ut *Bentii* adversum a censura vindicet, ita sacris novi Instrumenti litteris, sacramentis, liturgiis, sanctorumque virorum exemplis abutitur, ut vere eundem Batavus Ephemeridographus *eruditos Theologum* appellaverit. *Bentio* deinde nonnihil tractitur (3) quod barbaro vocabulo *subimpudicus* usus sit, præterquam vocibus *Latinorum boni ævi*, id est *subobscenus*, *subturpis* etc. Quapropter inquit (4): *barbaries reprehendi poterit: sensus vero a nullo eordate viro & sano homine reprehendi poterit*. Denique post aliquarum rerum examen *nihil novi*, vel *absurdi* in *Bentii* dissertatione contineri censet (5) si illa styli excipiatur inelegantia. Quare ad judices studio partium vacuos se convertens concludit (1): *videant nunc aqui judices, an miser hic scriptor* (Bentius) *ob istud quæsitum meruerit contra se excitare tantum & tam publicum incendium*. Pauca nunc de tribus aliis ejusdem furfuris libellis. Primum epistola quædam est ad Episcopum quendam, qui causam turbarum scisitarum fuisse confingitur, quæ ex Concinæ epistolis exortæ sunt. Secundum animadversiones quasdam complectitur super actis apotheosis Ven. Servi Dei Simeonis *de Roxas*, qui infirmos curaturus *mulierum mammillas* aliquando tetigerat. In tertio denique quærit auctor: *an aliquid novi vel absurdi reperiatur in quadam particula dissertationis P.* Bentii? Cujus post diligens examen ita respondet (2): *nec novi aliquid, nec absurdi continet, nisi forte contra grammaticam; vocabulum quippe subimpudicus non inventitur apud boni ævi scriptores latinos. Quapropter in P.* Benzi *supponente dari in mundo actus subimpudicos, reprehendi quidem poterit barbaries vocabuli, non vero sensus & doctrina*. Atque hi omnes scriptores licet consilia tegere conati sint, revera tamen ipsis erat propositum *Bentii* doctrinam tutari, & inique omnino eam fuisse Romæ notatam ostendere. Qua vindicitarum ratione Romanos judices non tantum rerum Theologicarum insciti laborasse, dum *Bentium* damnarunt, sed & vim vocabuli *subobscenus* ignorasse, atque adeo contra leges Grammaticorum peccasse, præclare somniarunt. Credet autem fortasse quispiam istos Aristarchos styli barbariem in *Bentio* reprehendentes, suas illas paginas, innumeris certe fœdisque erroribus consuprates, *Terentii* & *Plauti* salibus condisse, ac Tullianæ eloquentiæ floscullis exornasse. Atqui fragmenta quæ adtulimus, satis superque tuadent: eos usos esse stylo Gothica barbarie infusato, ac merito omnino istos *aureorum Opusculorum* auctores inter deteriores ferreæ ætatis scriptores fore numerandos. Horum omnium quos hactenus nominavimus, *Bentii* apologistarum audaciam vicit P. Joseph *Poli*, Jesuita Bergomensis. Hic, quod nemo antea ex instituto fuerat ausus, probare aggressus est eandem *Bentii* doctrinam a D. *Thoma* Aquinate fuisse propugnatam, atque clarissime traditam. En libelli clanculum editi præclara inscriptio: *Dottrina di S. Tommaso proposta alla considerazione dei saggi, e sinceri amatori della verità, acciocchè possano formare un retto giudizio sopra la prima lettera scritta dal P. Daniele* Concina *contro il P. Bernardino* Benzi, *autore sopra i Casi riservati nel veneto Patriarcato*: Hæc dicit Dominus: facite judicium & justitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris. *Jeremiæ cap.* 22. Inter cætera paradoxa, illud nec parvum nec leve est, quo turpissime comminiscitur, non aliud inter D. Thomæ ac *Bentii* doctrinam discrimen intercedere, nisi quod *Bentius* severius ac rigidius præ D. Thoma Aquinate opinatus sit; damnando videlicet, ut veniales noxas actus illos, *vellicaregenas*, & *mammillas tangere monialium*, quos S. Doctor ut actiones mere indifferentes habuerit, ex quibus *Bentium* rigoristam potius, quam benignæ doctrinæ adfertorem habendum esse concludit (3). Ultimo denique opusculi in *Bentii* apologiam editi auctor est P. Franciscus *Curti*, qui primam Concinæ epistolam quingentis & septem annotationibus italicis defædatam vulgavit cum hac epigraphe: *Epistola prima Theologico-moralis ad Illustrissimum & Reverendissimum N. N. adversus librum inscriptum* Dissertatio &c. *Editione quarta, corretta ed accresciuta con alcune annotazioni*. Annotationes illæ fatuis nigrisque salibus sunt refertissimæ: quos tamen ceu Juvenalis sales, & Horatianas argutias propinare credidit illepidus jocator. Convicia & probra non desunt, queis non tantum Concina, quam Ordo Prædicatorum discerpitur. At quod magis mirere, *Moniti* auctor testatur annotationes italicas solatii caussa fuisse conscriptas ac postmodum editas, quum ad cujusdam equitis manus pervenissent. Ita benignioris doctrinæ vindices recreandi animi ergo facillime Apostolicæ Sedis decreta proculcant, & proborum conterunt nomen, non utique sine scandalo atque admiratione hominum hæreticorum.

(1) *Epist. XII.* (2) *Extat ad calcem Tomi II.* Epistolarum Theologico-Moralium. (3) §. *IV.* (4) *Pag.* 12. (5) *Pag.* 15.



(1) *Pag.* 18. (2) *Pag.* 44. (3) *Pag.* 23.

## CAPUT XX.

*Bernardini* Bentii *Apologistis respondet P. Jo: Vincentius* Paturzius O. P. *Recenseturetiam Opus hactenus ineditum Caroli Ant.* Donadonis, *Episcopi Sebenicensis, adversus eandem P.* Bentii *doctrinam.*

REcensitis hactenus Libellis nemo unus respondere cogitasset, nisi *Polius* putidam doctrinam D. *Thomæ* Aquinati impudentissime tribuisset. Suadebat silentium cum ipsa levitas opusculorum, tum Romanorum PP. decretum, quo quæcumque scriptiones sive jam editæ, sive edendæ in *Bentii* defensionem damnabantur. *Polii* tamen in Angelicum Doctorem irreverentia multis stimulos addidit ad tam enormem calumniam dispungendam. Quoniam igitur Concina, tum elucubrationibus de *fenore* componendis intentus, in id operam locare non poterat suam, hoc idem perfecit P. Joannes Vincentius *Paturzius*, non tam multorum adhortationibus, quam sui præcipue in Doctorem Angelicum religione excitatus. Apologetico in hoc Opere *Polium* cæteroquin tam nervose, ac solide exagitavit, tamque præclare Angelici Doctoris vindicias egit, ut Theologis hominibus ne dubitationis quidem umbram reliquisse visus sit. Eximia hæc lucubratio a *Paturzio* conscripta Anno MDCCLV. propter nonnulla, quæ intercessere, nonnisi Anno MDCCLVI. Lucæ prodiit typis Philippi Mariæ Benedini hoc titulo insignita: *Difesa della dottrina dell' Angelico Dottor S. Tommaso sopra l' Articolo quarto della questione* 154. 2. 2. Quoniam vero in hujus clarissimi viri mentionem sæpe numero incurram, hic me locus admonere videtur, ut quæ mihi de ejus virtutibus, ac editis libris cognita sunt, silentio minime præteream. Hic Veronæ, summorum hominum altricis, natus primo hujusce sæculi anno, ætatis suæ XVII. Ordinis Prædicatorum amplexus est. Humanarum, divinarumque rerum professor adlectus rivulos doctrinarum, quibus pro eleganti ingenio pectus compleverat, viginti & amplius annos uberrime effudit. Quo tempore jugi contentione dogmata Ecclesiæ Catholicæ adversus heterodoxorum hominum deliramenta defendere nunquam destitit, & castiorem ethicen a Casuistarum commentis asserere. Plures edidit libros omni doctrina refertissimos, queis clarissimum nomen & famam indeptus est, ut non semel proinde Viris Principibus ad publica Gymnasia invitatus sit. Nemo vel leviter eruditus Operis celebritatem ignorat, quod *De futuro impiorum statu* inscriptum est, in quo adversus Deistas, nuperos Origenistas, Socinianos, aliosque Novatores Ecclesiæ Catholicæ doctrinam de pœnarum inferni veritate, qualitate, atque æternitate asseruit atque illustravit. Quod tanto fuit exceptum plausu Eruditorum, ut ab iis etiam laudes extorserit, qui Dominicanæ Familiæ scriptores sæpissime reprehendunt, perraro laudant. Ea est egregiorum Operum vis atque species. Ad hujus deinde argumenti absolutam tractationem celeberrimam dissertationem conscripsit, Henrichetto Virginio *Natta*, Albæ Pompejæ Episcopo, ac S. R. E. Card. præclarissimo inscriptam *De sede inferni in Terris quærenda* adversus *Swindium* Doctorem Anglum, qui eam in sole esse locandam docuerat. Qua occasione etiam sensum Ecclesiæ Catholicæ de articulo Symboli Apostolici *Descendit ad Inferos* a *Bocharti*, *Crameri*, aliorumque interpretationibus vindicavit. Sed non est cur singulas viri doctissimi elucubrationes ipse percenseam, quæ omnium teruntur manibus Eruditorum. Eminent tamen inter illas *Epistolæ Theologico-morales*, quarum alibi sermo recurret, atque altera *De Regula proximæ humanarum actionum* lucubratio, in qua tanta ingenii vi & claritate, sententiarum firmitate, & pondere monumentorum Probabilistarum argumenta, argutias, & machinas destruxit, ut in eos nemine fortius, ac felicius pugnasse fine ira & odio judicantibus videatur. Accipiat porro summus Vir leve hoc de ejus meritis pro re nata testimonium, nec obscuri ac plane ignoti hominis officium deprecari velit. Quamquam porro *Paturzii* Opus adversus Theologos Mammillaritas causam horum ita jugulaverit, ut aliis scriptionibus opus haud sit, ad plenioremtamen Bentianæ dissertationis historiam hoc etiam loci non videtur mentio, ac laus prætereunda Caroli Antonii *Donadonis*, ex Ordine Franciscano Minorum Conventualium Episcopi Sebenicensis assumpti. Hic zelo religionis, & Danielis Concinæ studio accensus, librum conscripsit adversus P. *Bentium*, qui tamen lucem adhuc expectat, ut alia plura ejusdem Præsulis, nonis Januarii A. MDCCLVI. humanis rebus exemti. Opus ab se confectum testamento, quod scripsit 15. Januarii A. MDCCLI., cavit, atque præcepit Carolo Felici nepoti suo, ut ad Concinæ,



næ, vel ad ejus fratris Nicolai manus perferendum curaret; quemadmodum patet ex ejusdem Testamenti particula, quam a publico Scriba excerptam heic edere necessarium fuerit (1); ne inéditos libros, ut plurimi solent, jactare videamur, quorum auctores fortasse nonnisi titulos reliquerunt. Hoc Episcopi Sebenicensis adversus *Bentium* Opus in ejusdem præsulis elogio prætermisit P. Franciscus Ant. *Zaccharias* (2); qui contra memorat alias elucubrationes tum editas, tum mss.; atque inter illas, inquit, *è la seguente così terribile contra* la Regolata divozione *del* Muratori, *che il Signor Propposto* Soli *nella vita di suo Zio si contentò di accennarla senza trasferiverne il troppo odioso titolo*. Operis epigraphen inde quamvis satis prolixam adfert, & gestiens lætusque integram recitat. Dubitare quispiam possit scriptorem hunc, qui Litteratorum Italiæ arcanorum se conscium apprime jactat, Episcopi Sebenicensis Opus adversus *Bentium* habuisse quidem perspectum, sed callide occultasse secundum eam methodum nempe, qua scriptiones adversus suos, quantum potest, silentio involvit. Sed quavis de caussa demum accidere res, nobis saltem itaci non poterit, quod integram libri adversus *Bentium* inscriptionem retulerimus, si non majori, at certe illi æquali, quam ipse adversus magnum *Muratorium* profert, acerbitate exaratam. Atque hæc quidem cunctæ scriptiones sunt, quæ a *Bentii* apologistis, ejusque oppugnatoribus conscriptæ sunt. Nunc facti narrationem exsequar, quod erit odii ac furoris PP. Soc. in Conclnam, ejusque Concellitas documentum ad memoriam posteritatis insigne.

## CAPUT XXI.

*Nonnulli PP. S. J., atque inter alios Franciscus Ant.* Zaccharia, *PP. Ord. Præd. SS. Rosarii Venetiarum Sapientissimi Senatus indignationi objicere, & populum ad nefariam in eosdem seditionem armare, exquisita calumnia student.*

TEterrima illa scriptionum omnium ficta Palinodia, omnesque libelli injuriarum pleni, queis Concinam omni existimatione dejicere pertentarunt Jesuitæ, cum non satis suo in religiosum virum explendo furori viderentur, ingenti, atque atroci machinatione celebertimam B. *Jacobi Salomonii* Congregationem, cujus Concina alumnus erat præclarissimus, Veneti Principis indignationi objicere ac prosternere cogitarunt, iis artibus atque conatibus, queis ipsos nios etse recens Gallicanæ Ecclesiæ Historia narrat. Conjurationis totius, ac sævæ procellæ caussa atque initia hæc fuere. Observatum a nobis est supra, Venetum Patriarcham, fœdam *Bentii* doctrinam stomachatum, a sacris audiendis confessionibus eundem removisse. Jesuitæ hac re magis ac ma-



(1) *Li seguenti particolari si leggono nell' ultimo Testamento del q. Illustrissimo, e Reverendissimo Monsig. Fra Carlo Antonio* Donadoni, *fu Vescovo di Sebenico de dì* 15. *Gennajo* 1751., *presentato in cedola nelle mani di me Nodaro, e Vice-Cancelliere infrascritto li sette Agosto* 1754. *in un piego & sigillato, il quale Testamento aperto, & pubblicato li sette Gennajo* 1756.

*Omissis &c.*

Et quando non mi fortisse di stampare il voluminoso, e faticoso manoscritto di vicino a trenta quinterni di carta, ligato in carta pecora, e conservato in una casletta fatta a posta, che porta il titolo: *Il Pavlatorio delle Monache chiuso in faccia alla insolente, e scandalosa nuova dottrina di sua Riverenza Bernardino* Benzi *Gesuita, e vendicato dalle impostture tentate contro il P. Daniello* Concina *dell' Ordine de' Predicatori*; prego il mio Erede, o Commissario d' inviarlo colli altri soprascritti al Sig. Carlo Felice mio Nipote, affinchè questo solo però lo faccia consegnare al P. Danielle *Concina*; perchè per lui è stato da me lavorato, e posso scrivere poco men che ordinato, onde ne faccia uso, e rilevi l'attenta parzialità che ho avuto di unirmi a lui, e servirlo. Et quando non si ritrovasse in Venezia, lo faccia consegnare al Padre *Concina* suo fratello, che fu Metafisico pubblico in Padova, Domenicano anch' egli.

*Omissis &c.*

*Primo Semonich N. P. e V. Cancelliere al Civile di Sebenico Loco* ✠ *Sigill. ha fatto estrarre dalle proprie note, incontrato, sottoscritto, e segnato.*

(2) Annali Letterari d' Italia *Lib. III. Cap. III. §. I. pag. 216. & seq.*

gis exacerbati, posteaquam *Bentius* Patavio, quo migraverat, Venetias rediisset, curandum omnino existimarunt, ut pristino obeundo muneri restitueretur. Ut vero facilius voti compotes fierent, PP. Joannem Bernardum Mariam *De Rubeis*, & Danielem Concinam sacretis epistolis hortati sunt, atque oblecrarunt etiam, ut ad id operam impenderent suam; eorum enim alter apud Venetum Patriarcham valebat gratia plurimum, alter vero tum Romæ degens multum posse eorum judicio putabatur. Preces autem non satis roboris habituras ad rei assecutionem arbitrati, minas quoque expresserunt, admonentes illos: grande infortunium *Gratiæ disgratia* ipsis totique Congregationi, cujus erant filii, imminere, si rem obire vel recusassent, vel segniter egissent: jam tum enim moliebantur Venetum Senatum adversus Dominicanos Patres commovere, atque tetertrima calumnia in Christos Domini populum ad nefariam seditionem armare. Quamquam porro epistolæ hujusmodi non leviter illorum Patrum animum commovissent, neuter tamen tentare voluit quod poscebatur; tum quia Veneti Patriarchæ animus non ita facile flecti potuisset; propterea quod nihil ea de re immutare, antequam sibi Romanorum judicum voluntas innotesceret, decrevisset; tum quod nulla habenda videbatur earum ratio epistolarum, quæ brevi morerentur, quemadmodum ullius generis scriptionibus contingere quotidie conspicimus. Verum ingenti eorum damno res aliter accidit: jussiones namque suas nihili factas cum vidissent, ineunte Anno MDCCXLVII., horrendam calumniam in vulgus disparunt: Venetos nempe *Dominicanos Patres ultra centum quinquaginta millia aureorum fauori Genuæ posuisse*; eo nempe tempore, quo clarissima hæc Ligurum Urbs, Longobardia a Gallis Hispanisque relicta, Austriacorum armis premebatur. Fabulæ totum Æsopum olenti pauci initio fidem habuerunt: plerique vero obstupuere, Jesuitas hæc evulgare, quorum ingentes divitiæ, atque in ultimas usque Orbis partes negotiationes nemini ignotæ esse poterant. At vero ii, ut majorem veritatis speciem calumniæ conciliarent, & per se ipsi, & per emissarios oppido epistolam quasi Genuæ scriptam jactarunt, & quaquaversum sparserunt; in qua revera Dominicanos Fratres ingentem illam auri summam Genuæ lucro posuisse dicebatur. Calumniæ huic omnium iniquissimæ pondus addidit Vir quidam in primis nobilis ex Societate Jesu, qui per eos forte dies Genua Venetias venerat, & publici muneris obeundi caussa in Germaniam ad Cæsarem properabat (1). Hic rem ita se habere, quemadmodum fama vulgaverat, testatus est, & juramento etiam confirmavit, quidquid conficto illo atque iniquo epistolio tradebatur. Tum vero testimonium hoc, prolatum ab homine publicorum tractandorum munerum insigniis perornato, ubique fama celerrime vulgante, dici vix potest, quot quantique dictis fidem habuerint. Qui etiam contionem, ac dolum antea suspicabantur, tam illustri testificatione audita vulgato rumori illico consensere. Hinc magna in religiosos viros conflata invidia. Horrebat & detestabatur homines Venetus populus, quos cum ad eam diem pauperrimos credidisset, tantam postmodum auri argentique copiam alienam in urbem imprudenti, ac insano consilio transtulisse sentiret. Rumor vero atque debacchatio ita creverat, ut præ dicteriis insanientis vulgi jam non auderent cœnobio pedem efferre. Pervenerat quoque calumniæ fama ad thronum, ubi rumoribus sæpe locus est. In re tam atroci, atque periculosa ii homines, qui antea bonæ conscientiæ freti testimonio hæserant, quid inirent consilii vix noverant. Re cum gravissimis viris communicata, ab actione quacumque temperandum abstinendumque visum est, ne calumniæ, quæ forte brevi extingueretur, aliqua accederet fides, ac rumor magis ac magis percrebesceret. At nulla hujus aut sedandæ aut extinguendæ spe affulgente, sed magis rumore manante, eosque brevi a tota Venetorum ditione expellendos denunciante, postquam inimicorum impetus totamque belli procellam, ultra quam par videbatur, invicto animo sustinuissent, in postremo discrimine nequaquam lenibus opus esse remediis rati, omni ope enitendum censuerunt, ut in se constatam artificiosissime invidiam dissiparent. Veneti ergo Senatus Patribus eas exhibere meditabantur commentorias epistolas, quarum

(1) *Parco modo ejus nomini, sed si opus fuerit, evulgabo, id tantum animadvertisse contentus, fuisse quidem Viennam ad Imperialem Aulam, sed irrito itinere, ac labore; nam non admissus quamcitissime domum reversus est, nec tempus est nactus ulterius calumniæ disseminandæ, quam perjurio Venetis confirmaverat.*



rum supra meminimus. At vero hæ, quæ initio prolatæ non obscura vestigia fuissent ad fraudis cubilia commonstranda, tam sero exhibitæ nihili eorum innocentiæ manifestandæ profuturas optime noverunt propter gratiam atque potentiam adversariorum, qui totam Venetorum urbem præcipue suas in partes exquisito artificio pertraxerant. Sic nimia eorum patientia nihil profuere cautibus hujusmodi epistolæ, quæ initio tumultus Venetorum PP. aciem perstringere summopere poterant, & religiosos homines a tam gravi timore, atque periculo liberare; ea ferme ratione, qua olim D. Patriarcham *Ignatium*, prolata in medium epistola, causam jugulasse memoriæ proditum est (1) cujusdam Michaelis Hispani, qui in se suosque sævam procellam excitaverat. Hisce igitur in irritum cedentibus, cætera cuncta ii Patres præstiterunt, quæ opportuna judicarunt. At jusjurandum quod Faorio Probabilistæ profuit, nihil sanctioris doctrinæ vindicum caussam juvit; hæserat enim nimis in animis plurimorum admissi criminis opinio, quam ut jurejurando, vel quavis alia testificatione divelli, aut extirpari posset. Cum igitur res Venetiis sententia flueret, læti successu adversarii totius illius Congregationis celeberrimæ consternationem hilari vultu spectabant, & ruinam præstolabantur. At Veneti Senatus Patres, totius æquitatis parentes, in tam gravi negotio nihil præcipitanter oportere decerni optime, ac sapientissime arbitrati, communi consilio totam rem ipsi cognoscere, ac investigare non dubitant. Quare non Genuæ solum, ubi monstrum cubare mendax fama retulerat, sed etiam in aliis Europæ urbibus Reipublicæ Administris mandarunt, ut rei huic dignoscendæ investigandæque diligenter incumberent. Verum post multam operam nihil auri repertum est non Genuæ modo, sed nec uspiam alibi ab iis Patribus positum. Atque hac maxime ratione diu suppressa, atque occultata veritas extulit aliquando sese, ac malitia superata processit in medium, quæque machinamenta diabolus ad eam Congregationem deformandam, atque adeo præfocandam artificiose paraverat, ea ipsa, moderante rem Numine, in eorum maxime dedecus atque ignominiam cessere, qui totam conspirationem sceluisque constaverant. Cum vero calumniæ quam facillime confingantur, ægre vero ex hominum animis evellantur, eo factum, ut quamvis ii Patres multorum testimonio innocentissimi declarati fuissent, hæserit tamen in plerisque concepta opinio, jactura sane illorum non levi, qui intentatæ persecutionis damna longam ad tempus pertulerunt. Nunc tamen depulsa pernitus & eradicata, celeberrimam hoc Dominicanæ Familiæ Collegium altius in dies exsurgit, habebiturque semper tanquam insultre Christianæ ethices præsidium, Ordinis Præd. ornamentum, atque insignis Venetorum munificentiæ documentum. Calumniæ hujus iniquissimæ meminit *Patuzzius* (2); hujus vero historiam complexus est P. Bonaventura *a Coccaleo* (3) Ordinis Cappucinorum. P. Franciscus Antonius *Zaccharia*, Prædicatorum Familiæ, atque illi maxime Congregationi denigrandæ semper intentus, enormem calumniam sua in *Historia Litteraria* impudentissime recensuit (4). Cumque jam ejus falsitatem quique homines nossent, ipseque auctor Historiæ de calumnia a suis conficta a *Patuzzio* (5) abunde edoctus fuisset, qua tamen est expudorata fronte, eandem denuo recoxit in quibusdam epistolis, quas in sui, suæque Historiæ defensionem evulgavit. In his liquidem vafro artificio rem ita involvit, ut quamvis navrationem illam uti calumniam habere se simulet, ut *Patuzzio* gratificetur, a quo mitius, quam par videbatur, fuerat de impostura expostulatus, re tamen vera scelus confictum a suis, atque a se in *Historia Litteraria* relatum novis adductis testimoniis confirmare studet, ac *Patuzzii* argumenta satis non esse scribit (6) ad calumniam tam atrocem dispungendam. Jam vero

(1) *Jo: Petrus* Maffejus *Lib.* 2. de Vita S. Ignatii *Cap. VIII.*
(2) Latera tregesima seconda in difesa della *Storia del Probabilismo* ec. §. XLVII.
(3) Lettere di Ragguaglio ec. *sub allcititio nomine* Rambaldi Norimenis *Epist. XI. §. XIV. & segg.*
(4) *Tom. VI. Hist. Litt. pag. 397. in hæc verba?* E quanto al denaro posto in Piazze forestiere a frutto, ne ha avuti *Eranzide* in Venezia de' *Domestici Esempli*, comechè *pericolosi ec.*
(5) *Tom. II. & VI.* Epistolarum Theologico-Moralium, *de quibus infra; ac in Epist. X. Operis, cujus inscriptio est*: Osservazioni sopra *la Storia Letteraria ec.*
(6) Difesa della Storia Letteraria d' Italia, e del suo Autore. *Lett. VII.* I Leggitori dell' Era-

vero *Patuzzius* ipsum, sociosque ejus, qui venerant in partem criminis, non uno in loco reprehendit, factumque ab iis evulgatum puram, putamque calumniam fuisse coram Orbe toto testatus est. Hoc idem distinctius præstitere alii, atque inter alios P. Bonaventura a *Coccalea*, qui exacte integram facti seriem exposuit, & Venetum Senatum eam in rem diligenter, uti erat opus, inquisiisse fuse conscripsit. Mirum profecto scriptorem illum, qui se compositum ad benemerendum de omnibus gloriatur, alia argumenta postulasse! quæ etiam si prolata fuissent, de sententia vix decessisset, quemadmodum Eruditis compertum est aliis in casibus contigisse, in quibus de falsitate apertissime convictus est. Jam vero unum restabat, ut quemadmodum Veneti PP. Prædicatores declarati innocentes ab Senatu Sapientissimo fuerant, iidem publicum innocentes ab Senatu Sapientissimo fuerant, iidem publicum innocentiæ, fideique suæ ab eodem testimonium (quod facile obtinuissent) postulassent, atque toti Orbi terrarum hoc modo PP. plurimos Societatis tam enormis calumniæ esse architectos, vulgatoresque nuntiavissent. Hoc certe *Historiæ Litterariæ* auctor visus est popposcisse, dum allata a *Patuzzio* aliisque argumenta sui narrationem haud infirmare scripitavit. Qua in re judicium in hoc scriptore quisquis desideret, dum publicum popposcit testimonium, quod suæ Societati æternum hirturam infamiam intulisset. Alia porro in hac rem dici possent, nisi mea in sanctissimam Societatem Jesu veneratio animum avocaret. Illud autem permirum cuilibet, & portento non absimile videretur, nisi protinus hujusce scriptoris, ac multorum sociorum ejus infensus in Prædicatorum familiam animus ænigma dissolveret, *Historiæ Litterariæ* auctorem scilicet, qui se critices artis non peritum modo, sed prosæ patronum ac vindicem venditat, non animadvertisse in gravissimis rebus, in quibus honestimorum hominum fama, atque existimatio agitur, non vulgi circumforaneos rumusculos captandos, nec suis suspicionibus esse fidendum, sed certissimis, ac plene perspicuis argumentis, ut olim dixit P. Lagomarsinus, non deco sapientem, sed sanum duci oportere. At iple, allique ipsi similes plurimi, his omnibus proculcatis, Christianæ critices, seu verius caritatis regulis, tum Concinam, tum Concellitas ejus crudeliter lacerarunt; ea certe solum de causa, quod noxiis morum doctrinis bellum intulissent, ac secum ad suorum placita sentire detrectassent. Hoc sane propositum, quod eorum plerique, ingenti totius Societatis damno, tenuerunt, extremum hac nostra ætate jam periculum ac fatum jure ipsis minatur. Isti enim homines, qui maxime honorati atque illustres hodie vivèrent, dum in florentissimis Regnis, qui esse poterant, esse noluerunt, nulli jam sunt, æternaque posteris suis acerbæ recordationis monimenta reliquerunt. Magnum profecto cæteris exemplum, ut tandem aliquando moderentur rebus suis, atque cum quid secum ipsi meditantur, aut moliuntur, reminiscantur supremis æterni Patris sedibus assidere justitiam; si modo adhuc suam consistere Societatem velint, quæ Catholicam Ecclesiam mirabiliter juvit, & illustravit.

## CAPUT XXII.

*De PP.* Lecchii & Bovii *S.J. scriptionibus adversus* Historiam Probabilismi & Rigorismi.

ENarratis hactenus iis omnibus, quæ ad concertationem, P. Bernardini *Bovii* dissertationis causa exortam, spectare videbantur, nunc cætera eaque tane fortiora, PP. Societatis adversus *Probabilismi* Historiam tentamina percensenda sunt; ut quantum quidem ego polliceri audeo, absolutam habeant cassioris doctrinæ vindices notitiam acerrimæ disputationis. Itaque PP. Societatis post infinitas in hanc Historiam emissas voces, ac post non parvi voluminis editos in eandem libros, non satis hæc esse arbitrati ad celerrimum illius cursum interrumpendum, atque avertendam ingentem cladem, quam Probabilisticæ inferebat doctrinæ, fortiores milites excitarunt, quoniam *Sanvitalis Ghetinque* scriptionibus parum profecerant. Hi fuere P. Franciscus *Lecchius* & P. *Bovius*, alter clari nominis Mathe-

Eranistiche Lettere veggano essi, se le ragioni che vi si recano a tal comprovarlo (*per fatto calunnioso e bugiardo*) ne li persuadono. *Plura alia ibi leguntur de illa enormi calumnia, quam ipse tamen Historiæ Auctor historiolam* (frattarello) *appellat, quæ longam mereretur commentationem, si perversum hujusce scriptoris genium persequi juvet necessum, aut opportunum.*



seos professor, alter vero in Theologica Mediolani Societatis palæstra veteranus miles, & morum sanctitate doctrinaque spectatissimus. Hi duo homines, quum libros suos in Italia edere prohibiti fuissent, ad Helvetios incommodo itinere, & ingenti sumtu se contulerunt, in eaque regione Abbatis Einsildensis, Societatis, ut ipsi dicunt, devotissimi, usi patrocinio eoldem typis vulgarunt. Suscepti a sui sociis itineris caussam a *Sanvitali* relatam (1), ut ineptam summæ levitatis fuerit percensere. Lecchius hunc libro suo indidit titulum: *Avvertenze contreappposte all'Istoria del Probabilismo*. In Einsilden A. MDCCXLIV. appresso Gio: Eberardo Kailin; *Bovius* vero ita suam Dissertationem inscripsit: *Dell'uso delle Opinioni in materie morali Dissertazione Teologica, in cui si espongono semplicemente l'origine, e lo stato della quistione colle sentenze di diversi Dottori Cattolici*, apud eundem. *Lecchius* elegantis ingenii vir concinna dicendi forma, urbanisque salibus interspersa usus est. At cum Historiæ illius fundamenta firmissima diruere impossibile judicasset, cæterorum more, prætermissis scilicet præcipuis capitibus rebusque cunctis gravissimis, in levis momenti rebus universum Opus infumsit. Quæ cum perfecit, licet sociorum suorum immodestiam in scribendo non sit secutus, non pauca tamen miscuit, ac mutuavit a PP. *Carrattino* & *Millante*, quemadmodum alii ante ipsum fecerant; quasi alio deprompturis injuriis quivis sine crimine lacerari possit. Tulit ingentes laudes *Lecchius* ab iis præcipue, qui morales quæstiones idem esse putant, ac versare parabolas, cursum fluminum moderari ac sistere, & pontes efficere. *Bovii* autem Operis scopus ex titulo satis adparet. Cæteris ipse callidior, doctiores probabilitas æmulatus innumeris subtilitatibus Probabilismum contexit. Qua in re maximam caussæ suæ utilitatem obvenire posse probabilistis semper visum est. Cæterum modestissime caussam suam egit, neque Concinæ ullpiam, aut ejus Historiæ meminit, quam convellendam ex instituto minime fuisceperat. Hinc manifestum est insigne P. *Sanvitalis* mendacium, qui *Bovii* & *Lecchii* operam omnino necessariam fuisse putavit (2) *ut vivæ, ac sinceræ haberetur* Concinæ, *Jesuitarum multorum hostis imago, atque destrueretur deformis, indignaque facies Catholicæ Ecclesiæ, quam ille suis in libris expresserat*. Ita ferme latine sonant ejus italica verba. Insigne hoc est, ut monui, *Sanvitalis* mendacium; nam *Lecchius* ingenua, atque urbana scriptione usus est: *Bovius* vero nec Concinæ, nec Probabilismi Historiæ unquam mentionem fecit, ut modo animadverti. *Lecchio* & *Bovio* objecit Concina *IV. Paradoxorum* librum, cujus præstantiam atque fortunam, post recensitas duas alias ejusdem elucubrationes, persequemur.

## CAPUT XXIII.

*Rescriptum* Benedicti XIV. *Ad Archiepiscopum Compostellanum Commentario illustrat, & sui vindicias adversus PP.* Millante & Carrattinum *vulgat.*

HOc loci mentio facienda est editi a Concina Commentarii in *Rescriptum Benedicti XIV.* ad Archiepiscopum Compostellæ. Evulgatis iis duobus diplomatibus, quorum supra meminimus (3), contraria interpretamenta in insigni Hispaniarum Compostellana Diœcesi orta sunt, atque institutæ disputationes. Compostellanus Archiepiscopus optimo consilio rem totam *Benedicto XIV.* aperuit, qui collaudato in primis cum ipsius Archipræsulis, tum universæ Hispanicæ gentis zelo ac religione, *Rescriptum* ad eundem dedit, in quo plenissime postulatis ejus satisfecit. Concina, duobus jam scriptis de jejunio libris, nihil jam ultra hac de re conscribere cogitaverat; at ex præteritis futura conjiciens, non defuturos scilicet, qui Pontificium *Rescriptum*, aut nimis rigidum, aut arbitrarium nulliusve fere momenti traduxissent, hujusce *Rescripti* illustrationem, suadente etiam Card. Dominico *Passionco* (4) aggressus est, perscitque A. MDCCXLIV., atque insequenti vulgavit cum hac inscriptione: *In Rescriptum Benedicti XIV. ad postulata septem Archiepiscopi Compostellæ, jejunii legem spectantia Commentarius Theologicus.* 4. Venetiis apud Simonem Occhi MDCCXLV. In quo Commentario vere clarissimeque ostendit: Pontificem propositis sibi dubiis ea dedisse responsa, quæ & legis natura & justæ dispensationis regulæ postulabant; nihil denique novi oneris imposuisse, sed id declarasse duntaxat, quod sacræ inediæ tristitiæque

(1) Paradossi veri ec. *pag.* 29. (2) Paradossi veri ec. pag. 34. (3) Cap. XI. (4) *Epist. XIII. pag.* 21. *& seq. & XIV. pag.* 24.

rieque jura præscribunt. Insigni encomio Concinianum hunc commentarium laudavit ejusd. cæptor F. *Silvester* Merani, Episcopus Porphirienſis, & Sacrarii Apostolici Præfectus (1). *Benedictus* vero *XIV.* qua voluntate, animique gaudio cum priora Concinæ de jejunio volumina, tum præſens Opus exceperit, ex eo fit manifeſtum, quod ſumma dignatione ejuſdem non ſemel cum laude meminerit (2). Quæ quidem præclara doctiſſimi Pontificis teſtimonia haud obſcura ſunt Concinianæ virtutis monumenta, nec ulla unquam ejus adverſariorum invidia evaneſcent. Comperta hæc *Benedicti XIV.* in Concinam exiſtimatio cauſſam præbuit doctis auctoribus *Excerpti totius Italicæ, necnon Helveticæ Litteraturæ*, ut *Referiptum* hactenus laudatum recenſentes, ejuſdem Pontificis in Concinam dignationis memoriam ſervarent (3). Hoc eodem Anno MDCCXLV. Vindicias ſui adverſus PP. *Millante*, & *Carrattinum* vulgare tentavit. Dederat Anno MDCCXLIII. Kalend. Junii ad *Benedictum XIV.* epiſtolam, in qua id expoſcebat in hæc ferme verba: *ſe quidem de paupertate monachorum libros ediſſe duos, eaſque in iis docuiſſe ſententias, quas non ſolum Theologi, ac Canoniſtæ peritiores, verum etiam probabiliſmi aſſecla profiterentur: at nihilominus Veronæ librum prodiiſſe adverſus ſe non noxiis tantum, ſed omnino depravatis opinationibus refertum, quæ multas utique reprobandas laudarent conſuetudines monachorum. In hanc ſcriptionem ſe vindicias ſcripſiſſe ſui, ac proinde ab eodem petere ac flagitare, ut & illas edat, & SS. ejus nomini liceret ſibi confecrare. Ex jam vulgatis libellis cognoviſſe quidem quantopere ſibi eſſet a multorum acerbitate pertimeſcendum; ſed hæc omnia parvi facere, ac prorſus contemnere, magiſque vereri ne animæ ſuæ detrimentum facturus eſſet: niſi rerum omnium reſpectum abſcinderet, eaque aggrederetur, ad quæ perficienda conſcientiæ ſtimulis ac voce movebatur.* Probavit hæc Pontifex: ſed monachorum clamoribus exturbatus Concinæ reſcripſit, ut ſuarum vindiciarum editionem in aliud opportunius tempus differret; donec ſcilicet eorum vota preceſque frigeſcerent; qui ſuperiorum elucubrationum pondere adhuc premebantur. Monachorum inde precibus Concinæ ſilentium indictum eſt, ut ſupra eſt animadverſum: hinc Opus ab ipſo multo antea compoſitum delituit ad A. uſque MDCCXLV. Quo anno quum Romæ in Baſilica Principis Apoſtolorum Evangelii præconis officio ſungeretur, ad Pontificem ſupplex acceſſit, cum eo de vi a monachis ſibi illata, ne ſui vindicias ederet, conqueſtus eſt. Pontifex, rei æquitate comperta, libri ſuis ſub auſpiciis evulgandi facultatem ultro ac libenter largitus eſt. Quare prodiit cum hoc titulo: *Defenſio Decretorum Concilii Tridentini, & Apoſtolicarum Conſtitutionum Romanæ*

(1) Vir doctiſſimus P. Daniel *Concina* Ord. Præd., quem alias Probabiliſtarum, quæ dicunt, malleum appellare conſuevi, in Opere quod noviſſime inſcripſit: *In Referiptum Benedicti XIV.* tanta eruditionis copia, tanta ingenii vi propoſitum exſequitur, & effrænes quorumdam Caſuiſtarum opiniones circa diſpenſatorum jejunium refellit, ut plane gaudendum ſit, & D. O. M. gratiæ agendæ ſint quamplurimæ, talem ævo noſtro datum fuiſſe Pontificem zelo, integritate, judicio, doctrinaque ſummum, qui puriorem, in eo capite diſciplinam, edita lege, inſtauraret, & depravatis prædictorum diſpenſatorum moribus tandiu optatum modum imponeret.

(2) *Tum in Encyclica* Libentiſſime, *in qua hæc leguntur*: Non defuerunt etiam præſtantes inter italos Theologi, qui Litteras noſtras Apoſtolicas datas A. MDCCXLII. egregiis Commentariis illuſtrarunt. Idem contigit reſponſo, quod ſecimus Archiepiſcopo Compoſtellæ die octava Junii, quod ſane integrum ſuis Libris præfigendum curarunt. *Extat hæc epiſtola Tom.* 1. *Bullarii* Benedicti XIV. *pag.* 523. *Tum etiam in Libro X. aurei Operis* De Synodo Dioeceſana *cap.* 3. *num.* 2.: Ea admixtio, ſeu carnium una cum piſcibus comeſtio ob adjunctum ſcandalum, a quo vix ſejungi poterat, jure ac merito etiam ſub pœna excommunicationis fuit in præfatis Synodis interdicta; quemadmodum bene ponderat Daniel *Concina* in ſuo Commentario Theologico ad poſtulata Archiepiſcopi Compoſtellani §. 1. num. 30.

(3) *Tom. II. Anni* MDCCLVIII. *pag.* 205. *In Elogio* Benedicti XIV. Quum Compoſtellæ Epiſcopus, in Decretis Pontificis de jejunio Anno 1741. promulgatis hæreret, ſuavi eruditionis apparatu ſcrupulos exemit: hæc ipſa reſponſa Daniel *Concina*, cujus judicio, in rebus ad doctrinam moralem ſpectantibus, Pontifex multum tribuebat, Commentario edito perfecutus eſt.



*manæ Eccleſiæ adverſus Libros inſcriptos*: Vita Clamſtralis, & Vindiciæ Regularium. 4. Tom. II. Bononiæ (Venetiis) MDCCXLV. Quo in Opere doctrinam abs ſe in *Diſciplina Apoſtolico-monaſtica* adlertam non defendit ſolum, ſed Epiſtolam quoque *Exegeticam* P. *Carrattini*, & Cenſuram in ſui libri mox laudatum, caſtigavit. Hoc eodem anno duas alias elucubrationes adverſus PP. *Sanvitalem* & *Ghetium*, quas ſupra (1) ceu commodioti in loco, memoravimus, publici juris fecit. Adverſus eumdem P. *Carrattinum* Concina, rogante quodam Monacho Caſſinenſi, epiſtolam ſcripſit, quæ vulgata eſt cum hac inſcriptione: *Epiſtola* ad Polycarpum *Virum Cl., in qua B. Nicolai* Juſtiniani *Veneti Monachatus a fabulis, vaniſque commentis aſſeritur*. 4. Tridenti A. MDCCXLVI. ac Venetiis A. MDCCLV. Alia epiſtola ad *Amicum* adverſus *Carrattinum* Venetiis hac de re vulgata eſt A. MDCCXLIII. auctore, ut accepi, Nicolao Ant. *Juſtiniano* Monacho Caſſinenſi, & modo Veronenſium probatiſſimo, ac doctiſſimo Epiſcopo. Hunc exitum habuit celeberrima de paupertate Monachorum controverſia, in cujus ortu, atque progreſſu eos Concina acriores, acerbioreſque expertus eſt, quos omnium judicio mitiores habere debuerat.

## CAPUT XXIV.

*Adverſus PP.* Lecchium & Bovium *IV. Paradoxorum librum evulgat, qui cum in Italia, tum in Galliis præcipue mire favore excipitur.*

Ecclesiastico Ecclesiastico Ecclesiastico

strat. Refert deinde ejus doctrinam fuisse doctorum virorum oculis subjectam; inde recensitum *Mansii* tractatum ad sacram *Indicis* Congregationem delatum dignum esse habitum proscriptione (1). Hæc cum non bene legisset P. *Sarteschius*, dum Concinam falsitatis nititur expostulare, duo ipse mendacia scribit (2). Primum mendacium est: Concinam libellum *Mansii* sacræ *Indicis* Congregationi denuntiasse, ut *Sarteschius* putat, alter enim id præstitit, quemadmodum Concina ipse eidem *Sarteschio* significavit (3). Secundum mendacium est: Concinam eo loci scripsisse *Mansii* Tractatum fuisse damnatum; id enim unum asseruit, illum proscriptione dignum fuisse judicatum, nec minimum sollicitus, cur non id postea corrigerit. Differunt autem hæc duo inter se plurimum. Opus aliquod fore dignum proscriptione, & revera configi anathemate. Sed ad propositum redeamus. Concina postquam eo toto *Paradoxo P. Mansii* doctrinam exposuisset, atque castigasset, ejusdem latinam ad se datam epistolam refert, & subjectis brevibus enarrationibus nec inurbane nec inerudite perstringit. Inde animadversiones suas in *Lecchii & Bovii* (4) libros proponit, easque subjungit, quas in *Trevolzianarum* Ephemeridum scriptores paraverat, adversus quos extat: *Addizione di alcune brevi Osservazioni sull' Estratto, che i RR. PP. Trevoltziani hanno fatto del Libro del P.* Millante *intitolato*: Vindiciæ Regularium &c. Hæc sunt, quæ Concina complexus est in *quatuor Paradoxorum* libro, qui inter illustriora, ac maxime nostra ætate peropportuna opera merito recenletur. P. Jacobus *Sanvitalis*, cum præ lenectute, atque oculorum infirma acie hujus Concinæ Operis splendorem ferre non posset, miserrimam Lucæ edidit opellam sic inscriptam: *Paradossi veri contrapposti al libro intitolato*: Elpicazione di quatro Paradoffi, che sono in voga nel nostro secolo. *Esame pur anche di certo libro intitolato*: Riflessioni sopra le avvertenze e dissertazione *contrapposte alla Storia del Probabilismo*. In Aquileja MDCCXLVI. Concinæ interim libro ubique vulgato, summaque cum laude excepto, nulla senis hæsisse conatuum habita ratione, auctoris nomen non solum in Italia, sed in aliis etiam regionibus evalit. Gallice redditus omnium approbationem ac suffragia meruit. Prodiit hæc versio Avenione, huncque titulum in fronte gerit: *Explication de quatre Paradoxes qui sont en vogue dans notre siecle; avec une Preface, dans là quelle on rende compte de ce qui s'est passé en Italie a l'occasion de l'Histoire du Probabilisme, & de la condemnation des nouveaux Manuillaires. Par le R. P. Daniel* Concina, *Dominicain de Venise. A Lucques* MDCCXLVI. *sous les auspices de M. le Cardinal* Quirini, *Evêque de Bresse, & Bibliothecaire du Vatican. Ouvrage traduit de l'Italien, & augmenté d'une Relation exacte des disputes sur la morale, qui se sont elevées par de la les monts depuis 1739. & un Recueil des Decrets portés par N. S. P. le Pape Benoit XIV. contre plusieurs opinions relachés. Par M. le Chevalier* Philalethi *Venetien*. A Avignon chez Jean Girard Rue Mercerie MDCCLII. in 12. Quanam de causa *Philalethes* versionem aggressus sit, sua in epistola Concinæ exposuit. Sub hoc nomine vero latet eximius vir, Italis non ignotus P. Franciscus *Du Four* Ord. Præd. in Tolosana Academia Regius sacræ Theologiæ Professor, qui se Gallicæ versionis auctorem altera in epistola Concinæ manifestavit (5). Tanto porro plausu Gallia universa Concinæ librum excepit, ut quatuor editiones ibidem curatæ fuerint, atque illico per vastissimam regionem dispersæ, ut ex alia colligitur ejusdem P. *Du Four* epistola, data Tolosæ die 2. Aprilis Anni MDCCLIII., in qua inter cætera hæc scribit: *J'avois ecrit a Paris; & je demandois une demi-douzaine d'exemplaires des Paradoxes, que je voulois vous envoier. On m'a répondu qu'il n'en restoit plus aucun; que le quatre editions qu'en a faites ont été enlevées dans le moment où elles ont paru; & que cet Ouvrage à eu un succès au de là de toute expression. Je transcrie volontiers ces paroles; parceque l'eloge qu'elles renferment vous regarde uniquement. Je*

(1) §. XXIII. (2) De Scriptoribus Congregationis Clericorum Regul. Matris Dei *P.* 354. (3) *Vide* §. III. *Appendicis ad Librum inscriptum*: De Teatri Moderni ec. *pag.* 359. (4) Profundam & doctam, *ut P. Francisci* Zachariæ *verbis utar*, *P.* Bovii *Dissertationem egregie exagitavit Petrus* Ballerinus *in* Moralium Actionum Regula, *edita Venetiis apud Sim. Occhi* MDCCLVI. *Unde queri amplius non poterit leviter tantum eandem* Bovii *Dissertationem a Concina extussam fuisse*.

(5) *Epist. XXXVII. pag.* 56.



*Je suis donc rèduit, mon très Reverend Pere, à vous envoier seulement deux exemplaires qui mai restoient, l'un reliè, l'autre brochè .... Desque vous en aurès fait la lecture; aiés la bonté de me communiquer vos observations. On y aura égard dans les editions qui suivront; je suis persuadè qu'il s'en fera encore plus d'une*. Cogitaverat idem P. *Du Four* Historiam Probabilismi & Rigorismi Gallico idiomati reddere. An versionem, cui manus admoverat, absolverit, mihi non exploratum. Erat tamen hæc res maxime optanda, unde Galli clarius dignoscerent suos quoque eosque fortissimos habere Italiam recte morum doctrinæ propugnatores, atque imperterritos Vindices.

## CAPUT XXV.

*De libris PP. Francisci* Richelmii *& Gasparis* Gagnæ *S. J. adversus* Historiam Probabilismi, *deque Concinæ in eosdem Epistolis*.

QUum igitur *Lecchii Boviique* scriptiones non multum animos eorum consolarentur, qui Concinianæ Historiæ adversabantur, alii eandem ipsam ornandam susceperunt; Joannes scilicet Franciscus *Richelmius*, qui eadem de re jam infeliciter cum Petro *Ballerinio* conflixerat, & Gaspar Joseph *Gagna*. Hi duo libros non parvæ molis Anno MDCCXLVI. evulgarunt, quamvis anteriori anno editos frons eorum admoneat. *Richelmius* hic Opus suum inscripsit: *Saggio di avvertimenti sopra l'Opera del P.* Concina *intitolata: Della* Storia del Probabilismo ec. In Lubiana MDCCXLV.; sed revera Venetiis apud Andream *Poletti*. Atque hic eodem fere modo se gessit, ac cæteri ejusdem socii, qui Concinianam Historiam labefactare aggressi sunt; magni nempe momenti rebus dissimulatis plures adeo ridiculas, & ad nauseam repetitas animadversiones congessit, ut eundem cum *Sanvitali* comparare minime dubitaverim. *Gagna* vero hunc indidit libro suo titulum: *Lettere di Eugenio Apologista delle Dissertazioni della* Storia del Probabilismo e del Rigorismo *ad un Collega del P. Daniello* Concina. In 4. Lubiana MDCCXLV. Atque hic *Gagna* liber cæteris hactenus in Concinam editis mole major, subtilior etiam & captiosior est habitus, atque idoneus ad eos decipiendos, qui in externo verborum cortice hærent. Incredibili enim animositate, ac temulentia Concinam excipit, victoriæ semper, atque intrepide crocitat, cunctasque in subsidium sui vocat artes, quibus levis mentis homines facillime capiuntur. Il contra, qui librum hunc apprime verlarunt, ejusque viscera sunt perscrutati, non modo decantatum ab Jesuitis in eo robur non invenerunt, sed etiam pejorem, ac debiliorem cæteris judicarunt. Magni voluminis Opus in quatuordecim epistolas, totidem dialogis expressas, divisum est, in quibus loquentes inducuntur Eugenius, qui Concinæ personam gerit, Theopilus, Arcades, Episcopus, Reverendissimus Abbas, qui se *Archiepiscopum* profitetur, Canonicus, Vicarius Foraneus, Episcopi æditus, Valerianus & Placidus præsbyteri, Regens Franciscanus, Carmelitæ duo, Clerici Regulares, Somaschenles, & alii una cum Seminarii Alumnorum turba, Comitissæ cuidam in Comitem iratæ plaudentium. Neve quid ad hanc comicam repræsentationem desideraretur, munera etiam & potiones recreandis animis *Gagna* opportune introduxit, una cum musicis instrumentis aliisque similibus rebus, quibus callidi homines eum plurimum exultant & delectantur, tum desperatæ causæ patrocinium quærere solent. Adversus *Richelmium* & *Gagnam* scripsit Concina quatuor epistolas, quæ manu exaratæ in quibusdam Bibliothecis inveniuntur. En earum inscriptio: *Lettere ai RR. PP.* Richelmi e Gagna *Autori delle due Opere intitolate* Saggio di avvertimenti ec. e Lettere di Eugenio Apologista &c. *contro la Storia del Probabilismo e del Rigorismo*. Harum epistolarum specimen exhibet *Patuzzius* (1), qui etiam Concinianam Historiam adversus hosce duos scriptores strenue vindicavit. Jesuitæ summis celebrarunt laudibus *Gagnæ* epistolas, earumque præstantiam ubique jactarunt. Cumque hic Romam migrasset, illuc a Pontifice vocatum e Gallia Subalpina dixerunt eo quod de facie nosse hominem cuperet vehementer, qui tam egregie de *Probabilismi Historia* triumpharet. Adeo nihil neglexerunt, quo fabulis etiam confictis, famam scriptoribus suis conciliarent. Grata Societas *Gagnam* ad Provincialatus, ut dicunt, extulit honorem ac munus, qui tamen ob multiplices aberrationes gradu quocun-

(1) Lettera ad un Amico §. XCIX.

strat. Refert deinde ejus doctrinam fuisse doctorum virorum oculis subjectam; inde recensitum *Mansii* tractatum ad sacram *Indicis* Congregationem delatum dignum esse habitum proscriptione (1). Hæc cum non bene legisset P. *Sarteschius*, dum Concinam falsitatis nititur expostulare, duo ipse mendacia scribit (2). Primum mendacium est: Concinam libellum *Mansii* sacræ *Indicis* Congregationi denuntiasse, ut *Sarteschius* putat, alter enim id præstitit, quemadmodum Concina ipse eidem *Sarteschio* significavit (3). Secundum mendacium est: Concinam eo loci scripsisse *Mansii* Tractatum fuisse damnatum; id enim unum asseruit, illum proscriptione dignum fuisse judicatum, nec minimum sollicitus, cur non id postea corrigerit. Differunt autem hæc duo inter se plurimum. Opus aliquod fore dignum proscriptione, & revera configi anathemate. Sed ad propositum redeamus. Concina postquam eo toto *Paradoxo P. Mansii* doctrinam exposuisset, atque castigasset, ejusdem latinam ad se datam epistolam refert, & subjectis brevibus enarrationibus nec inurbane nec inerudite perstringit. Inde animadversiones suas in *Lecchii & Bovii* (4) libros proponit, easque subjungit, quas in *Trevolzianarum* Ephemeridum scriptores paraverat, adversus quos extat: *Addizione di alcune brevi Osservazioni sull' Estratto, che i RR. PP. Trevoltziani hanno fatto del Libro del P.* Millante *intitolato*: Vindiciæ Regularium &c. Hæc sunt, quæ Concina complexus est in *quatuor Paradoxorum* libro, qui inter illustriora, ac maxime nostra ætate peropportuna opera merito recenletur. P. Jacobus *Sanvitalis*, cum præ lenectute, atque oculorum infirma acie hujus Concinæ Operis splendorem ferre non posset, miserrimam Lucæ edidit opellam sic inscriptam: *Paradossi veri contrapposti al libro intitolato*: Elpicazione di quatro Paradoffi, che sono in voga nel nostro secolo. *Esame pur anche di certo libro intitolato*: Riflessioni sopra le avvertenze e dissertazione *contrapposte alla Storia del Probabilismo*. In Aquileja MDCCXLVI. Concinæ interim libro ubique vulgato, summaque cum laude excepto, nulla senis hæsisse conatuum habita ratione, auctoris nomen non solum in Italia, sed in aliis etiam regionibus evalit. Gallice redditus omnium approbationem ac suffragia meruit. Prodiit hæc versio Avenione, huncque titulum in fronte gerit: *Explication de quatre Paradoxes qui sont en vogue dans notre siecle; avec une Preface, dans là quelle on rende compte de ce qui s'est passé en Italie a l'occasion de l'Histoire du Probabilisme, & de la condemnation des nouveaux Manuillaires. Par le R. P. Daniel* Concina, *Dominicain de Venise. A Lucques* MDCCXLVI. *sous les auspices de M. le Cardinal* Quirini, *Evêque de Bresse, & Bibliothecaire du Vatican. Ouvrage traduit de l'Italien, & augmenté d'une Relation exacte des disputes sur la morale, qui se sont elevées par de la les monts depuis 1739. & un Recueil des Decrets portés par N. S. P. le Pape Benoit XIV. contre plusieurs opinions relachés. Par M. le Chevalier* Philalethi *Venetien*. A Avignon chez Jean Girard Rue Mercerie MDCCLII. in 12. Quanam de causa *Philalethes* versionem aggressus sit, sua in epistola Concinæ exposuit. Sub hoc nomine vero latet eximius vir, Italis non ignotus P. Franciscus *Du Four* Ord. Præd. in Tolosana Academia Regius sacræ Theologiæ Professor, qui se Gallicæ versionis auctorem altera in epistola Concinæ manifestavit (5). Tanto porro plausu Gallia universa Concinæ librum excepit, ut quatuor editiones ibidem curatæ fuerint, atque illico per vastissimam regionem dispersæ, ut ex alia colligitur ejusdem P. *Du Four* epistola, data Tolosæ die 2. Aprilis Anni MDCCLIII., in qua inter cætera hæc scribit: *J'avois ecrit a Paris; & je demandois une demi-douzaine d'exemplaires des Paradoxes, que je voulois vous envoier. On m'a répondu qu'il n'en restoit plus aucun; que le quatre editions qu'en a faites ont été enlevées dans le moment où elles ont paru; & que cet Ouvrage à eu un succès au de là de toute expression. Je transcrie volontiers ces paroles; parceque l'eloge qu'elles renferment vous regarde uniquement. Je*

(1) §. XXIII. (2) De Scriptoribus Congregationis Clericorum Regul. Matris Dei *P.* 354. (3) *Vide* §. III. *Appendicis ad Librum inscriptum*: De Teatri Moderni ec. *pag.* 359. (4) Profundam & doctam, *ut P. Francisci* Zachariæ *verbis utar*, *P.* Bovii *Dissertationem egregie exagitavit Petrus* Ballerinus *in* Moralium Actionum Regula, *edita Venetiis apud Sim. Occhi* MDCCLVI. *Unde queri amplius non poterit leviter tantum eandem* Bovii *Dissertationem a Concina extussam fuisse*.

(5) *Epist. XXXVII. pag.* 56.



*Je suis donc rèduit, mon très Reverend Pere, à vous envoier seulement deux exemplaires qui mai restoient, l'un reliè, l'autre brochè .... Desque vous en aurès fait la lecture; aiés la bonté de me communiquer vos observations. On y aura égard dans les editions qui suivront; je suis persuadè qu'il s'en fera encore plus d'une*. Cogitaverat idem P. *Du Four* Historiam Probabilismi & Rigorismi Gallico idiomati reddere. An versionem, cui manus admoverat, absolverit, mihi non exploratum. Erat tamen hæc res maxime optanda, unde Galli clarius dignoscerent suos quoque eosque fortissimos habere Italiam recte morum doctrinæ propugnatores, atque imperterritos Vindices.

## CAPUT XXV.

*De libris PP. Francisci* Richelmii *& Gasparis* Gagnæ *S. J. adversus* Historiam Probabilismi, *deque Concinæ in eosdem Epistolis*.

QUum igitur *Lecchii Boviique* scriptiones non multum animos eorum consolarentur, qui Concinianæ Historiæ adversabantur, alii eandem ipsam ornandam susceperunt; Joannes scilicet Franciscus *Richelmius*, qui eadem de re jam infeliciter cum Petro *Ballerinio* conflixerat, & Gaspar Joseph *Gagna*. Hi duo libros non parvæ molis Anno MDCCXLVI. evulgarunt, quamvis anteriori anno editos frons eorum admoneat. *Richelmius* hic Opus suum inscripsit: *Saggio di avvertimenti sopra l'Opera del P.* Concina *intitolata: Della* Storia del Probabilismo ec. In Lubiana MDCCXLV.; sed revera Venetiis apud Andream *Poletti*. Atque hic eodem fere modo se gessit, ac cæteri ejusdem socii, qui Concinianam Historiam labefactare aggressi sunt; magni nempe momenti rebus dissimulatis plures adeo ridiculas, & ad nauseam repetitas animadversiones congessit, ut eundem cum *Sanvitali* comparare minime dubitaverim. *Gagna* vero hunc indidit libro suo titulum: *Lettere di Eugenio Apologista delle Dissertazioni della* Storia del Probabilismo e del Rigorismo *ad un Collega del P. Daniello* Concina. In 4. Lubiana MDCCXLV. Atque hic *Gagna* liber cæteris hactenus in Concinam editis mole major, subtilior etiam & captiosior est habitus, atque idoneus ad eos decipiendos, qui in externo verborum cortice hærent. Incredibili enim animositate, ac temulentia Concinam excipit, victoriæ semper, atque intrepide crocitat, cunctasque in subsidium sui vocat artes, quibus levis mentis homines facillime capiuntur. Il contra, qui librum hunc apprime verlarunt, ejusque viscera sunt perscrutati, non modo decantatum ab Jesuitis in eo robur non invenerunt, sed etiam pejorem, ac debiliorem cæteris judicarunt. Magni voluminis Opus in quatuordecim epistolas, totidem dialogis expressas, divisum est, in quibus loquentes inducuntur Eugenius, qui Concinæ personam gerit, Theopilus, Arcades, Episcopus, Reverendissimus Abbas, qui se *Archiepiscopum* profitetur, Canonicus, Vicarius Foraneus, Episcopi æditus, Valerianus & Placidus præsbyteri, Regens Franciscanus, Carmelitæ duo, Clerici Regulares, Somaschenles, & alii una cum Seminarii Alumnorum turba, Comitissæ cuidam in Comitem iratæ plaudentium. Neve quid ad hanc comicam repræsentationem desideraretur, munera etiam & potiones recreandis animis *Gagna* opportune introduxit, una cum musicis instrumentis aliisque similibus rebus, quibus callidi homines eum plurimum exultant & delectantur, tum desperatæ causæ patrocinium quærere solent. Adversus *Richelmium* & *Gagnam* scripsit Concina quatuor epistolas, quæ manu exaratæ in quibusdam Bibliothecis inveniuntur. En earum inscriptio: *Lettere ai RR. PP.* Richelmi e Gagna *Autori delle due Opere intitolate* Saggio di avvertimenti ec. e Lettere di Eugenio Apologista &c. *contro la Storia del Probabilismo e del Rigorismo*. Harum epistolarum specimen exhibet *Patuzzius* (1), qui etiam Concinianam Historiam adversus hosce duos scriptores strenue vindicavit. Jesuitæ summis celebrarunt laudibus *Gagnæ* epistolas, earumque præstantiam ubique jactarunt. Cumque hic Romam migrasset, illuc a Pontifice vocatum e Gallia Subalpina dixerunt eo quod de facie nosse hominem cuperet vehementer, qui tam egregie de *Probabilismi Historia* triumpharet. Adeo nihil neglexerunt, quo fabulis etiam confictis, famam scriptoribus suis conciliarent. Grata Societas *Gagnam* ad Provincialatus, ut dicunt, extulit honorem ac munus, qui tamen ob multiplices aberrationes gradu quocun-

(1) Lettera ad un Amico §. XCIX.

que dejici, ac privari jure meritoque debuisset.

## CAPUT XXVI.

*Encyclicam* Benedicti XIV. *R. P. adversus fœnus illustrat, & Nicolai* Broedersenii, *Scipionis* Maffei, *aliorumque doctrinas variis elucubrationibus convellit.*

UT ingenti Concina Christianæ ethices vitio, fanioriique illustrandæ, ac promovendæ studio agebatur, ita pro re nata operam ad id suam semper impendit. Pervicæ Theologis hominibus sunt, non ea tantum concertationes, quæ inter scriptores Catholicæ societatis exstiterunt, sed illæ etiam, quæ inter Acatholicos, ac præcipue Jo: *Cloppenburgium*, & Claudium *Salmasium* de fœnore exstiterè. Anno MDCCXLIII. Nicolaus *Broedersenius* Ultrajectinus, inter cæteras scriptiones, *de usuris licitis, & illicitis* librum conscripsit, ac edidit, in quo pro viribus præter alia defendit: moderatum fœnus a pauperibus exactum adversari caritati; secus vero, si a mercatoribus, aliisque opulentis hominibus excipiatur. Marchio Scipio *Maffejus*, qui plura argumenta versavit, quæ intacta relinquere communi eruditorum judicio debuisset, quo se multiplici eruditione, doctrinaque perpolitum ostenderet, hoc etiam argumenti genus pertractandum sumsit in libro, quem Benedicto XIV. inscripsit, cuique titulum fecit: *Dell' impiego del Denaro*; in quo ut *Broedersenio* arctius, pressiusque inhæreret, doctrinam ejus, ac placita synopsi complexus est. Hinc Ultrajectini hominis opinationes, quæ cum propter idioma, tum propter loci distantiam in Italia minus eruditis vix erant compertæ, Veronensis Equitis studio brevi notissimæ cunctis evaserunt. Cujus dum plerique vituperarent doctrinam & non immerito reprehenderent, *Benedictus XIV.* Pontifex vigilantissimus Anno MDCCLV. coacto conventu hujusmodi de fœnore controversias statuit expendere, & malo occurrere, quod imminere dicebatur. Hoc eodem anno Concina, poti habitas in Basilica S. Petri quadragesimales conciones, ad Pontificem, in Arce Ganduiphi commorantem, accessit, uti supra etiam indigitavimus. Ibi vehementi laterum dolore vexatus est, proximeque ad mortem accessit. Qua occasione pleraque de repentino ejus morbo narrata sunt, quæ percenlere non satis causæ esse arbitramur; eo vel maxime quod brevi convaluerit, cura præcipue *Lepori*, Pontificis Archiatri celeberrimi. Hoc igitur in loco degens Pontificem conveniebat sæpissime, cumque illo de rebus, quæ maximo Ecclesiæ bono, atque utilitati fuissent, sermones habebat frequentissimos. Injecta *de usuris* commemoratione, Pontifex conventum doctorum virorum le cogere velle significavit, atque a Concina petere quemnam ex Societate Jesu, cujus Theologum unum illi interesse volebat, ipse legulet. Tum Concina sibi quammaxime idoneum fore P. Ægidium *Giuli* respondit, cujus mores atque doctrinam tota Romana Urbs jure meritoque prædicabat. Cumque *Leuzzenius* sibi opportuniorem videri P. *Turanium* dixisset, Pontifex, habita ratione etiam Concinæ commendationis, utrumque, *Turanium* videlicet, ac *Giulium*, delegit. Ergo Congregatio coacta est, ipsique interfuere ex purpuratis PP. *Gentilis*, *Cavalchinius*, *Besutius* & *Tamburinius*: ex Prælulum ordine *Accivillerius* atque *Malvezius*; ex cœtibus vero Regularium Concina ipse, *Sergius* ex Piis Operariis, *Blancus* Minorita, *Giulius* ac *Turanius* S. J., Aloysius *a Turre* Monachus Cassinensis, *Orlandius* ex Ordine Monachorum Cœlestinorum, & *Baldinius* Cler. Somasch., quorum tres postremi Procuratoris Generalis officio apud suos fungebantur. Hac in Congregatione, cujus Historiam Concina in Commentarios retulit, Pontifex, atque Theologi doctrinam *Maffei* ad tratinam revocarunt; indeque *Benedictus XIV.* Decretalem edidit Kalend. Novemb. A. MDCCLV., quæ incipit *Vix pervenit*, in qua fœnus omne damnavit, suasitque Concinæ, ut eandem *Commentario* illustraret. Quem ubi confecisset, omniaque jam pro editione parasset, ab eo edendo superfedere debuit, ita suadente Pontifice, quem Maffejani nominis cultores Cardinales Sylvius *Valens Gonzaga*, *Reverius*, aliique exoravérant, ne Conciniani Commentarii sua voluntate concederet evulgationem. Interim Concina hoc tempore opere & labore frustratus Neapolim A. MDCCXLVI. concessit ad conciones habendas in majori Ecclesia urbis celeberrimæ. Ibi damnum, quod *Maffei* liber inferebat, cognovit, viris doctis ac piis referentibus, eumque urgentibus ad Maffejanæ doctrinæ confutationem. Hæsit aliquandiu Concina cum propter amicitiam, quam a multis annis cum eodem *Maffejo* in-





iuerat, tum propter ejus nomen, quod partim propriis meritis, partim vero & potissimum fautorum studio celeberrimum evaserat. Sed vicit tandem, ut vincere profecto debebat, amor veritatis. Itaque Neapoli consistens adversus *Maffeium*, ejusque antesignanum *Broedersenium* librum conscripsit, cui, ut regioni, in qua scribebat, utilior esset, Neapolitani Regni adversus usuram decreta & leges inserunt, eadem concta communicante Josepho *Cyrillo*, Jurisconsulto doctissimo, & Regalis potestatis defensore. Inde sub auspiciis splendidissimis Caroli *Borbonii*, tum Siciliæ, nunc Hispaniarum Regis augustissimi, edidit cum hac epigraphe: *Esposizione del Dogma, che la Chiesa propone a credersi intorno all' usura, colla confutazione del libro intitolato*: Dell' impiego del Denaro. 4. In Napoli per Pietro Palumbo Anno MDCCXLVI. Romam inde redux, quum *Maffei* fautorum studia friguissent, ipse vero nunquam non vigilaret, Commentarii edendi facultatem allecutus est, eumque evulgavit sub ejusdem Pontificis patrocinio cum hoc titulo: *In Epistolam Encyclicam* Benedicti XIV. *adversus usuram Commentarius, quo illustrata doctrina Catholica, Nicolai* Broedersen *& aliorum errores refelluntur*. 4. Romæ ex Typographia Palladis apud Nicol. & Marcum Palearinos. Anno MDCCXLVI. Commentarium hunc Concina, expositis in antecessum usurariæ hæreseos origine, progressu atque incremento, in tres dissertationes partitur. In prima Catholicæ doctrinæ capita, & quæ adversus *errorem dogmaticum* in Decretali Epistola stabilita sunt, plana facit. In altera casuisticæ controversiæ statum exponit, & potissima adversus eos momenta percenset, qui Catholicum dogma adversus fœnus probantes, hoc confictis ad libitum titulis reapse enervant, atque in nihilum redigunt. Tertia demum dissertatio tertiæ partis Pontificiæ Epistolæ continet interpretationem. Laudarunt Commentarium hunc præter alios Viri doctissimi Thomas Antonius *de Emaldis*, *Benedicto XIV.* ab epistolis latinis, atque in Romano Archigymnasio sacrorum Canonum Professor; & Jos: Laurentius *Berti* tum Bibliothecæ Angelicæ Præfectus, ac postmodum in Pisano Athenæo Historiæ Ecclesiasticæ Professor, & S. C. M. Theologus; quorum testimonia ineptus sim, si omittere (*a*). Eodem anno alterum adversus

(1) *Thomas* de Emaldis *in Commentarii censura*: Decretalem epistolam, qua Sanctissimus Pontifex *Benedictus XIV.* Catholicæ Ecclesiæ doctrinam adversus quæ de fœnore opiniones irrepserant, constabilivit, atque firmavit, & una simul prudentissimas, atque sanctissimas præstituit regulas, quibus in contractibus aliisque negotiationibus ab usura cavendum esset, commentatus est eruditissimus Vir Daniel *Concina*, ex Dominicana Familia, non tam sacrarum concionum laude, quam multiplici librorum editione in litteraria Republica clarus. Hoc itaque privati Doctoris Commentarium cum inspexerim, & quoad vires ferebant meæ, undequaque scrutatus sim, tanta doctrina refertum, tanta methodo, ac perspicuitate elucubratum inveni, ut mihi ipsum perlegenti luculentissime apparuerit nihil in hac falebrosa, & *perdifficili* materia potuisse melius a Pontifice Maximo definiri, nihil ab eodem prudentius omitti. *Jos: Laur. Berti in Censura pariter ejusdem Operis verba hæc sunt*: Theologicum Opus, cui titulus: *in Epistolam Encyclicam Benedicti XIV. Commentarius*, studio & cura eximii Viri P. Danielis *Concinæ* elaboratum summa animi jucunditate perlegi.... Egregius enim Auctor Thomisticæ scholæ præsidio munitus, & adversus laxiores opiniones stylum exercens, in id maxime incumbit, ut legentes non delectet tantum, verum etiam maximam illis afferat utilitatem; idque præsertim præstat in hoc eruditissimo Commentario, in quo confutat Nicolai *Broedersen* & aliorum circa usuras pestilentem falsissimamque doctrinam; simulque occasione accepta exagitat, atque ex Pontificiæ Epistolæ inconcussis præceptionibus, & monitis celeberrimis oppugnat, quæ circa eandem materiam benigniores quidam Catholici nuper tradiderunt. Quapropter *Commentarium* hunc ego quidem (salvo meliori judicio) dignum arbitror, ut proferatur in lucem, tum ad redarguendam, revincendamque illorum perversitatem, qui pecunias, sive res alias dando mutuas, ipsumque mutuum fucis obtegendo, fœdissima usuræ labe inquinantur: tum ad omnes commonefaciendos instruendosque, ut Sanctissimi æque ac Sapientissimi Pontificis Sacro-sanctas institutiones præ oculis habeant & custodiant. *Laudarunt hoc idem Opus homines libris editis clarissimi PP. Antonius* Bremond, *& Thomas Augustinus* Ricchinius.

sus usuram librum evulgavit, in quo demonstrare aggressus est, Contractum, quem *Trinum* vocant, usuraria lue infectum. Operis titulus hic est: *Usura Contractus Trini dissertationibus historico-Theologicis demonstrata adversus mollioris ethices Casuistas, & Nicolaum* Broerdersen..... *Accedunt Appendices duæ ad Commentarium Auctoris adversus usuram*. 4. Romæ ex Typographia Palladis apud Nicolaum & Marcum Palearinos An. MDCCXLVI. Inscriptum est Angelo Mariæ Cardinali *Quirino*, & quinque prolixas complectitur dissertationes, quas cum superiori Commentario in Encyclicam *Benedicti XIV.* edere decreverat: aliis tamen aliter sentientibus separatim ab illo vulgatæ sunt. Quare mirum nemini videri debet, si ea incommoda inde consecuta sint, quæ Operum divisionem sequi plerumque solent; ingens nimirum tædium & labor, atque earumdem rerum repetitio (1). Cum vero in priore *Commentario*, atque etiam præcipue in dissertatione V. modo recensiti Operis P. Viti *Pichler* Jesuitæ, ac Professoris olim in Academia Ingolstadiensi, qui usuram licet, jure naturali ac divino veritam, alto tamen dominio Principum & consuetudinis vi licitam fieri posse docuerat, doctrinam oppugnasset, P. Franciscus *Zech*, Jesuita pariter atque in Academia illa Professor, vehementer exarduit, atque prædecessoris sui vindicias acturus, dissertationem *inauguralem*, verbis insolentissimis confarcinatam, scripsit, & Concinam maximam invidiam vocare conatus est apud sui mœcenatem *Jo: Theodorum*, Cardinalem, & Episcopum Leodiensem. En *dissertationis* hujusce *inauguralis* inscriptio, quam addere poterunt Eruditi novæ editioni *Charlatanariæ Eruditorum* Jo: Burchardi *Menckenii*: *Rigor moderatus doctrinæ Pontificiæ circa usuras a SS. D. N.* Benedicto XIV. *per Epistolam Encyclicam Episcopis Italiæ traditus, ab Ingolstadiensi Academia constanter assertus*. Dissertatio I., *inauguralis sancti rigoris Specimina exhibens, quam cum annexis corollariis, Deo Auspice, annuente inclyto Collegio Juridico in eadem alma, & Catholica Bavariæ Universitate Ingolstadiensi, præside F. Francisco* Zech *S. I. S. Theologiæ, & SS. Canonum Doctore, hermique Professore publico, & Juris Primario, post consueta rigorosa examina, pro licentia summos in utroque jure honores consequendi, publicæ concertationi subjecit Franciscus Joseph* Barth, *insignis Ecclesiæ Collegiatæ ad S. Cyriacum Wissentaigæ Canon. Capit. I.V. Cand. Mense Decembri A.* MDCCXLVII. *Ingolstadii Typis Jo: Pauli Schleig Typographi Acad.* Dissertationem hanc ex Bavaria ad se perhumaniter transmissam Concina accepit, & post gratias quammaximas liberali homini actas eandem breviter perstrinxit (2): Anno MDCCXLIX. P. *Zech* II. edidit *Dissertationem Inauguralem*, in qua, quod sane ridiculum est, se ipsum in duas partitur personas: alteram nimirum P. *Pichleri*; alteram vero Professoris Ingolstadiensis. Ut *Pichleri* discipulus Concinam mordet germano more, atque ejus doctrinam carpit; contra vero ut Professor Ingolstadiensis eandem doctrinam cum ipso improbat ac refellit. Quod præclarum inventum meritissime Concina irrisit (3). Duabus hisce dissertationibus idem P. *Zech* tertiam adjecit, quem Concina non secus ac priores paucis perstrixit (4). Inter cætera autem hujusce *Theologiæ Professoris, & sacrorum Canonum Doctoris Publici & Juris Primarii* errata, unum crassum ac pingue non est prætermittendum. Ibi enim (5) Concinam reprehensurus testimonio quodam, ex Constitutione CXIII. *Benedicti XIV.* delumpto, ac data *Ven. Fratri Archiepiscopo S. Dominici in Insula Hispaniola*, Civitatem S. Dominici in Insula Hispaniola pro Dominicano Archiepiscopo nescio quo enormiter accepit. Atque hæc maxime congrua & accommoda ratione tam multiplices in se vulgatas scriptiones Concina castigavit. Si enim cunctarum ab eodem separatim ratio habita fuisset, extremam nunquam imposuisset manum *Theologiæ Christianæ*, quæ potissimum ejus Opus est, quæque ipsi famam peperit nunquam interituram. Antequam ad ea, quæ hujusce Theologiæ editionem consecuta sunt, accedam, opusculum a Concina editum de potionis indicæ, quam cocholatam vocant, jejunii tempore usu, referendum est. Dum Anno MDCCXLVIII. Romæ concionaretur, atque

(1) *Vid. Dissert. I. ejusd. Operis cap. I. §. XVIII. pag.* 10.
(2) *Præfat. ad* Christianam Theologiam *Cap. XI.*
(3) *Tom. I. Apparatus ad* Christ. Theol.
(4) *In lib.* De Spectaculis Theatralibus *Dissert. I. Cap. XIX. §. XIII. pag.* 158.
(5) Dissert. III. Inaugurali §. 320.



atque e publico suggestu jejunii abusus, quos inter immoderatum cocholatis hausum adnumeraverat, Christiana libertate damnasset, delicatioris vitæ homines veluti injuria affecti per urbem disseminarunt, Concinam imprudenter, atque nimis rigide docuisse, *omnes indiscriminatim peccare mortaliter, qui jejunii tempore potionem indicam degustassent*. Ut ab hac calumnia se purgaret, atque Evangelicam, quam insinuaverat, doctrinam confirmaret, altera luce ab eodem suggestu, maxima populi frequentia, ut mos erat, adstante, omnes auditores in testimonium vocat; ac talia se unquam protulisse ingenuo ore fatetur verba recitans, quæ in priore concione ipsi rectus morum doctrinæ zelus dictaverat. Verum cum ejusmodi sincera protestatio veluti doctrinæ suæ de potione cocholatis rejectio apud benigniores Theologos, eorumque assecias audiret, perque omnes urbes propagaretur, ne laxior de jejunio doctrina abs gravitate viri & loci majestate, unde prodisse calumniola fama ferebatur, majores vires acquireret, satius consultum esse duxit prælo committere opusculum, cujus hic est titulus: *Memorie storiche sopra l'uso della Cioccolata in tempo di Digiuno, esposte in una lettera a Monsig. Illustriss. e Reverendiss. Arcivescovo N. N.* In 8. Venezia presso Simoni Occhi MDCCXLVIII. Huic opusculo P. Jacobus *Sanvitalis* libellum oppoluit sic inscriptum: *Memorie veridice contrapposte alle* Memorie Storiche *sull'uso del Cioccolate in giorno di digiuno* sine sui nomine, loci & Typographi. Hoc sane opusculum miserrimum jure appellavit Joannes *Lamius* (1) cujus judicio consensuros quotquot illud perlegerint, nullus dubito. Brevem, & urbanam responsionem *Sanvitali* ab Anonymo Scriptore factam inter adversaria nostra servamus, cujus titulum, qui hujusmodi est, placet exscribere: *Risposta obsequiosa alla Scrittura dell' appositore del Libro del P. Concina circa l'uso della cioccolata ec.* Concinæ gratulatum fuisse R. Pontificem & Cardinales octo ob editam modo recensitam lucubrationem memorat hic Anonymus versus finem (2).

## CAPUT XXVII.

*Sub auspiciis* Benedicti XIV. *R. P.* Theologiam Christianam *publici juris facit.*

GRavis jam pridiem, ac magna Concinam incesserat cura in tanta de Christiana morali copia librorum, licentiæ hominum nimis frena laxantium, Theologicum Opus elaborandi, quo casuistarum ethices cultoribus sublidium ferret, & grassanti laxitati, atque indulgentiæ firmum obtaculum opponeret. *Benedictus XIV.* acerrimus æstimator ingeniorum, aliique viri sane gravissimi, quibus ejus zelus, doctrina, fides, atque constantia erant perspectissima, ipsi jam sponte currenti calcaria addiderant ad id operis perficiendum, ex quo ingentem Catholicis scholis obventuram utilitatem sibi merito pollicebantur. Atque hoc quidem Opus, cui Concinam ante Annum MDCCXL. manus admovisse comperio, ceterius quidem absolvisset, nisi & sacris habendis concionibus, & advertariorum suorum telis, ac criminationibus retundendis dilentus fuisset. Mirum sane cuilibet ejus labores consideranti videbitur, tam egregio atque insigni Operi inter frequentes assiduasque acerrimas procellas extremas manus imponere potuisse. Itaque Anno MDCCXLIX. editio Venetiis cœpta est, & MDCCLI. absoluta XII. Tomis, ut vocant, in 4. cum hac inscriptione:

(1) *Novelle Letterarie* MDCCXLIX. *Pag.* 643. E' stato stampato alla macchia un sciocco, insulso, e dispregievolissimo libretto contro l'Opera del P. Daniello *Concina* intorno alla cioccolata, le possa beversi in tempo di digiuno ec. Il suo titolo è il seguente: *Memorie juridiche ec.* stampato l'anno 1748. Non vi voleva se non un Avvocato ignorante come questo, per difendere una causa spallata quanto quella, che si sostiene dagli irragionevoli amatori della cioccolata, acciochè si potesse dire *dignum patella operculum*. Se il P. *Concina* avesse tutti gli Antigoniti di questa tempra, non avrebbe avuto di bisogno di lagnarsi col suo P. Generale di esser solo a difendere la dottrina, e gl' impegni di tutto l' Ordine; ma non avrebbe ancora avuta l' onorifica risposta, che in tanto non aveva altri ajuti, in quanto da se solo bastava contro tutti.

(2) Sua Santità medesima si è degnata di scrivere di proprio pugno benignissimamente al detto P. *Concina* una lettera (come pure hanno fatto lo stesso otto Eminentissimi Cardinali) di congratulazione, e commendazione, le quali lettere egli per modestia non vuol dare alla luce, quantunque pregato dagli amatori della verità, anche fuori della sua Religione.

ne: *Theologia Christiana Dogmatico-moralis, Auctore Fr. Daniele* Concina *O. P. a.* Romæ MDCCXLIX. Proftant Venetiis apud Simonem Occhi. Universum hoc Opus, quod integrum, absolutumque corpus complectitur eorum doctrinæ controversiarum, necenati omnium maximo *Benedicto XIV.* inscriptum est; nec alteri profecto consecrandum erat, quam totius Ecclesiæ summo Sacerdoti, qui ipsum ad ingens, & proficuum Opus absolvendum impulerat. Præfatio ad instar Prologi Galeati capita XIV. complectitur. In his de Christianæ ethices dignitate, deque fluvio, quo perfractari debet, opportune, & subsori calamo disserit. Cap. XIII. ejusd. Præfationis panegyris exhibetur *inclytæ Societatis Jesu*, in qua auctor elogia satis multa in eam liberalissime congessit, eo nempe consilio, ut illis ora, si superis placuisset, obtrueret, qui ipsum animo malevolentia fussio, ac furore agitato Societatis scriptorum placita castigasse calumniabantur, unde horum Parenti invidiam, atque infamiam conflaret. Postremum denique caput piissimo ad *Christum Jesum alloquio* concluditur, ex quo uno haud obscure dignoscitur, qua mente, quove proposito ad *Theologiam Christianam* conscribendam accesserit. Quoad universi Operis divisionem spectat, in IV. primis Tomis decem mandata Decalogi, in quinto vero quinque Ecclesiæ præcepta versat atque illustrat. In sexto jus naturale & Gentium pertractat. In septimo difficillimas de justitia & jure quæstiones resolvit. Nonum in explicando vindicandoque a Calustarum commentis Pœnitentiæ Sacramento insumit. Decimum tandem tractatus de tribus aliis Sacramentis, nimirum extrema Unctione, Ordine & Matrimonio comprehendit, ac alia multa de simonia, censuris, vitiis, peccatis, virtutibus ac beatitudinibus, animarum rectoribus apprime necessaria. Decem hæc volumina *Apparatus* consequitur in duos Tomos divisus; in quorum primo præter plura reperitur collectio Constitutionum, Decretorum ac Brevium ad evertendos cum fidei, tum morum errores a Romanis Pontificibus editorum. In secundo, præmissa concitentiæ notione ejusque divisione, regulam moralis honestatis exponit, & Probabilismi ac Rigorismi Historiam perstringit. Cuique fere volumini universi Operis Catalogum prosecriptarum ab Ecclesia propositionum, aliarumque a Casuistis excerptarum præmittit, alios secutus celeberrimos Theologos. Propositiones morum integritati noxiæ ab ipso ex Casuistis collectæ sunt numero circiter DXXVIII, ex quibus CCXLVIII. ex Societatis Jesu scriptoribus extraxit. De Operis pretio singillatim differere operosum nimis, & longum foret. Cui methodo Concina insistere qui nolle percupidus est, consulat Tomum primum *Apparatus*, in quo de *Locis Theologicis* disserit. Qua enim gravitate ibi loquentem intuebitur, eadem omnino in toto eximio Opere comperiet disputantem. Maxima bonorum omnium adprobatione ac plausu eximium Opus exceptum fuisse, cum edita in vulgus, tum quæ primo nos evulgamus, testimonia demonstrant. Longa pariter, atque adeo tædii plena res foret, singulos percensere scriptores, qui aut *Christianæ Theologiæ* ejusque auctoris cum laude meminerunt, aut ea satis in libris usi sunt. Ex plurimis duos solum audire præstabit, Angelum videlicet *Franzojam* (1) & Ubaldum *Mignon*, qui præclaro justoque encomio Concinæ Opus

(1) *In* Theologia Morum *P. Herman.* Busembaum *ad trutinam revocata, atque edita Venetiis A.* MDCCLX. *apud Simonem Occhi. Pag. enim XII. Præfat. hæc scribit:* Verum hic silentio prætereundus non est P. Daniel *Concina* Ord. Præd. Obl. Vir integerrimus & Theologus sanæ doctrinæ & vastæ eruditionis laude eximius, cujus ego laboribus valde usus sum, cuique hoc meum qualecumque Opus plurimum se debere profitetur. Hic solidæ Theologiæ acerrimus assertor, ac imperterritus probabilium opinatorum malleus, multas gravesque a suis adversariis vexationes, contumelias, calumnias passus est; sed ejus gloriosum nomen ab Eulebio *Eranisto*, Theol. doctissimo, egregie defensum, & jure illustratum, adeo his obscuratum non est, ut apud æquos rerum æstimatores clarius emicet. Sed ille non tam laude, quæ ejus dignitati æqualis reperiri vix potest, quam silentio & admiratione prosequendus est. *Et pag.* XVII. Animadversionum *In Prodromum:* Itti ergo ab omnibus attente legendi sunt, ac præsertim a Tyronibus, qui ingenio ad dignoscendas fallaces a solidis doctrinas non valent .... *Concina*, qui XII. Tomis *Christianam Theologiam* fuse, erudite, ac solide tractavit, innumerosque morales casus complexus, saniorem doctrinam



pus celebravit (1). At infinitus, ut antea dixi, sermo habendus esset, si cunctas laudes a clari nominis scriptoribus Concinæ tributas colligere in animo esset. Delata in Gallias, atque Hispanias *Christiana Theologia* summam fortunam experta est, ingenti Ecclesiæ Catholicæ utilitate. Atque in Hispania præcipue mirum est dictu quam avide perlecta sit. Testimonia minime dubia habenda sunt Viri præclarissimi Henrici *Henriquezii*, ad Hispaniarum Regem Nuncii Apostolici, epistolæ, quas nos primo

nam contra dominantem laxitatem, & subtiles cavillationes, acerrime tutatus est. *Navata ab* Franzoja *opera, & tributæ Concinæ laudes adeo Jesuitis displicuere, ut eorum unus sub larvato nomine* Irenæi *Veneti in nova editione Theologiæ* PP. Busembaum, & Lacroix *acrem* expostulationem ad Franzojam *dederit, in qua* Concinam, *ac* Paturzium *appellare non dubitavit* Scriptores per totam late litterariam Rempublicam ignominia notatos, pessimos dialecticos, calumniatores teterrimos &c. *ut diximus in præfatione. Animadvertere tamen placet P.* Busembaum *Theologiam Moralem, cum additionibus P.* Lacroix, *& Supplemento P. Francisci Antonii* Zachariæ, *denuo recusam A.* MDCCLVII. *primo Tolosani, exin Burdigalensis Senatus jussu carnificis manu fuisse combustam, triremium pœna Typographis indicta, qui eandem ultra imprimere cogitassent. Adversus quam sententiam a quodam imprudenter epistola evulgata, Parisiensis Senatus Decreto idem fatum, quod Theologia* Busembaum *&c., experta est. Ridicule ergo, atque imperite prorsus gloriatur* Litterariæ *auctor* Historiæ, *post Concinæ labores de nova* Busembai editione *captum fuisse in Italia consilium.*

(1) *Ubaldi* Mignonii *Cl. Reg. Schol. Piar. S. R. M. Augusti III. Poloniarum Regis a sacris Consiliis, & in Aula Romana Promovendorum ad Episcopatum examinatoris Theologi* Noctium Sarmaticarum Vigiliæ. *Typis Brunsbergensibus Soc. Jesu & Varsaviensibus &c. Anno* MDCCLI. *pag.* 27. Ut florem hunc & delectum Moralis scientiæ, illamque auream mediocritatem inter extrema tutiorem adsequamur, Ecclesiæ leges a sacris olim Conventibus latæ, simulque Theologorum momenta expendantur. Et ne forte magno scribentium agmine rerumque mole obruare, ubi, utraque conferendo, judicium feras, etsi multi sunt, & graves hujusce ordinis duces, quos equidem sic honoravit sapientiæ fama, ut quosdam quasi oracula suspiciantur, unum & alterum in medium proferam, meo judicio cautories, ut quam minimis intervallis hæc tam longa, & perdifficilis peregrinatio contineatur. *Thomæ* igitur *Aquinati*, cui primas deferunt quotquot Theologica cujulvis generis tradunt; cum quo collati cæteri omnes quintæ classis omnimode videri possunt, Danielem *Concinam*, qui nuperis explanationibus totam hanc disciplinam mirabiliter illustravit, & *Genettum* Gallorum Antistitem, Canonum eruditione, & sententiarum maturitate gravissimum, aut si quos alios ejusdem notæ, & centuriæ Viros malueris consectaneos adjungere, ut viam faciant, mihi maxime probaretur. Alter Theologorum curriculum premit, alter canones, severiorem scilicet disciplinam, quæ ex illo pœnu depromitur, consectatur. Sic alter alterum temperabit. Et canonicæ severitatis jussa, Theologica ratiocinatione mitescent, & Theologica ratiocinatio plus aliquando sophistica, & peracuta, libramento quodam adhibito, ab Ecclesiæ regulis, & institutis non ita procul abscedet. Quod si quis limis oculis hæc tua studia respexerit, id enim commune mortalium est philautia laborare, si me audis, minimum fatagas. Effrænata & corrupta morum licentia plerique abripiuntur, palpari amant, blandeque attrectari. Quare iis magistris conniventibus magis libentius assident, & aggregantur, quam aliis longe doctissimis, qui deploratis vulneribus manus adhibent peritiores. O te beatum ter & quater, si jure posset de te prædicare, quod *Senecæ* gloriabatur: *Quæ ego scio*, summus ille philosophus dictitabat, *non probat populus, quæ probat populus ego nescio. (ep.* 29.) Tu vero egregie de re Christiana merebere, si hanc docendi viam virtutibus patentiorem insisteris, illudque efficies, ut qui tibi dant operam auditores de omni statu, consilioque totius vitæ sapienter judicent; haud optima quæque rati, quæ magno assensu recepta sunt, sed quæ magnis momentis valent. Alterum quippe est ad similitudinem vivere, quod est pecudis; alterum ad rationem, quod est hominis in aperto, & perspicua veri luce versantis.

mo evulgamus (1). Atque huic ampliſſimo, ac piiſſimo viro, qui deinceps ob egregia merita inter purpuratos Patres cooptatus eſt, & Ravennæ cum Pontificia poteſtate præ-

(1) *Epiſt. XXIV. pag. 49. XXVIII. pag. 58. XL. pag. 65. XLII. pag. 70. Quia vero res nimis longa fuiſſet cunctas publici juris facere piiſſimi, doctiſſimique Cardinalis epiſtolas, ideo harum aliquot fragmenta tantum hic exhibemus, reſecatis pluribus, quæ PP. Societatis admodum diſplicerent.*

Non ſaprei dirle quanto mi abbian rapito i due primi Tomi della *Teologia Criſtiana*: ho detto, e dico tutto giorno, che deſidererei l'eſterminio di tutti gli altri libri di Morale per reſtar queſto ſolo: onde attendo con vera ſmania i ſeguenti .... Qui le Opere di V. P. M. R. corrono per le mani di tutti, e le veggo citate in varj libri de' Spagnuoli, uſciti in queſti ultimi anni: ſebbene quattro quinti de' noſtri Caſiſti ſieno Probabiliſti, e laſſivi, pure le ſuddette ſon piacciute, e la dottrina in particolare del digiuno è ſtata nobilmente eſpoſta in queſto idioma da un certo Padre *Rodriquez* Ciſtercienſe: che ſiccome egli è inſigne Medico, così contro alla facilità delle diſpenſe cita tutti gli antichi, e moderni Medici, e tratta la materia da' fondamenti in modo, da far credere nulle almeno due terzi delle diſpenſe, che ſi accordano .... Già ſi ſono commeſſi varj corpi della *Teologia Criſtiana*; onde forſe ſi divolgherà prima in Ilpagna, che in Germania, ed in Francia: maſſime ſe foſſe preſto pubblicato tutto il reſto dell'Opera. Non perda di grazia dunque tempo: laſci ogni altra occupazione fino alla totale perfezione di queſta, che darà a lei un Paradiſo centuplicato per la ſalvezza che otterrà a tant'altri. Le calunnie, le ingiurie, le cabale ceſſeranno, e ſi dileguerranno; ed in tanto inſenſibilmente cadrà il torbido regno del Probabiliſmo, con ritornare in vigore la ſanta e vera morale de' primi ſecoli della Chieſa ec. *Madrid 27. Genajo* 1750.

Sappia che qui ſi van leggendo i primi quattro Tomi della *Teologia Criſtiana*. Non avrei creduto mai che doveſſe tanto piacere. I Domenicani, ed i Scolopi ne han già fatto commettere 200. corpi: poi ne verran col tempo altre centinaja; già che prevedo che qui ſarà fuor di modo applaudita, e forſe ancora fuor di modo impugnata. In una parola ſarà di gran giovamento, e ſpero che per eſſa ſi ſcemerà di molto il fermento probabiliſtico ec. *Madrid 17. Marzo* 1750.

Finora ognuno che legge i primi Tomi, ne rimane egualmente rapito e perſuaſo. I più non vi trovano nè poco nè molto di rigoriſmo: qualcuno trova duro quelle tre once di collazione, ed il laſciare la deliziosa bevanda della Cioccolata. Ma queſte non tolgono il gran vantaggio della ſana dottrina nelle coſe più eſſenziali ec. *Branjuez 26. Maggio* 1750.

Qui ſono uſciti di freſco varj libri, ma tutti in idioma ſpagnuolo, per la retta oſſervanza de' Diplomi Pontificj nel Digiuno. I ſuoi trattati vi ſon citati per tutto ec. *Madrid 1. Settembre* 1750.

In Madrid i Tomi della *Teologia Criſtiana* paſſan dalle mani di uno in quelle d'un altro. Non ſi può dire quanto piacciano, e ſieno applauditi, e fin taluno le ne moſtra eſtatico, e rapito. In varie Città di queſti Regni ſon capitati i primi ſei Tomi: nè sò fin ora che abbiano oppoſitori. Non ſaprei dire a V. P. M. R. quanto io ne goda, conſiderando il gran profitto ſpirituale, che ne verrà ai fedeli: non ſi potea ſcrivere con maggior ſolidità, con più vaſta erudizione, con accorgimento, e prudenza incomparabile, e quel che più piace, con una certa unzione che penetra fino alle midolle. Così qui i buoni aſpettano con impazienza tutta l'Opera ec. *Madrid 23. Febbrajo* 1751.

Sento le tempeſte, calunnie, perſecuzioni, che ſoffre per la cauſa di Dio, cioè per la *Teologia Criſtiana*. Spero che preſto tutto ſi calmerà. Qui uomini di ſanta vita, ed in particolare il Padre Maeſtro *Puga*, e l'attuale Priore di Valverde (Religioſo canonizzabile, e dottiſſimo) pregano Dio *gemitibus inenarrabilibus* per la detta cauſa ec. *Madrid 28. Settemb.* 1751.

Tomo a dirle quel che già le ſignificai in altre mie, che è incredibile ed inenarrabile l'applauſo che riſcuotono in Ilpagna, e ſingolarmente nel Regno di Valenza, le ſuo Ope-



præfuit, tum *Theologia Chriſtiana*, tum cæterorum Concinæ Operum in Hiſpaniarum Regnis vaſtiſſimis propagatio debetur. Hic ſane ſuperatis difficultatibus, quas plurimi injecerant, vaniſque terroribus ex Hiſpanorum Bibliopolarum, qui *Chriſtianam Theologiam* proſcribendam fore otioſorum hominum vocibus capti crediderant, animo depulſis, ejectiſque effecit, ut brevi tota Hiſpania Concinianis libris abundaret, cum antea propter exemplarium caritatem incredibili fere pretio divenderentur (1). Memoriæ proditum eſt P. *Ravagum*, Jeſuitam Hiſpaniarum Regi a Confeſſionibus, quo *Chriſtianæ Theologiæ* curſum in Hiſpania ſiſteret, rem Romanæ Aulæ injuriam pertentaſſe. Sualit videlicet Regi e re ſua eſſe, ac Regno valde proficuum fore, ſi clericis beneficia in Hiſpania conferrentur; ea namque Romæ eos plerumque accipere, qui morum doctrinæque omnis vacui ſunt; idque in magnam Eccleſiarum Hiſpaniæ perniciem vergere. Quod & ſi ſpeciem aliquam zeli, ac veritatis videretur præferre, eo tamen erat ab callidiſſimo homine conſilio dictum, atque tentatum, ut ablata Sedi Apoſtolicæ beneficiorum quorumdam in iis Regnis conferendorum auctoritate, ea deinde ad ipſius ſocietatis ejus arbitrium diſtribuerentur: quæ ampla potiti facultate gregariorum militum numerum augere poterant, eoſque, ſpe premii, a *Chriſtiana Theologia*, aliiſque librorum, qui ipſorum palato non ſaperent, lectione avocare. Hoc *Ravagi* tentamen non auſim ego pro certo ponere, cum ab iis mandatum litteris ſit, quorum eſt inimicus atque infenſus animus in Societatem Jeſu compertus. Alia tamen in *Chriſtianam Theologiam* P. *Ravagus* molitus eſt, quæ certa atque explorata cum ſint, a me fine erroris formidine narrabuntur. Cæterum quæ hactenus PP. Societatis in hoc Theologicum maximumque Opus excogitarunt, nec minimum aut dignitati ejus, aut nomini, quod ingens ex eo auctor collegit, potuerunt officere; tantumque profecto abeſt, ut tot criminationes, atque cenſuræ ſane innumerabiles, obſcurare Concinæ nomen, aut doctrinam poſſint, ut contra maltum ſplendoris, & gloriæ ei potius afferant, certiſſimumque & ampliſſimum ſint illius præſtantiæ teſtimonium. Spectabitur profecto eximium Opus tanquam liberiorum Caſuiſtarum malleus, & fatum, ſemperque ad illud Eccleſiaſticæ doctrinæ perſtudioſi confugient, unde aut arma adverſus indociles corruptæ doctrinæ magiſtros accipiant, aut purioris ethices rivulos conſectentur. Quæ tamen omnia non ea ſunt a me ſententia, conſilioque dicta, quaſi omnia, quæ Concina ſcripſit aut perfecta eſſe putem, aut talia eſſe legentibus perſuadere velim. Neminem latet magnos ſcriptores labi aliquando, & oneri cedere, ac indulgere ingeniorum ſuorum voluptati. Neque enim ſemper intendunt animum, & nonnumquam fatigantur. Summi enim ſunt, homines tamen. Id unum me nec injuria Concinæ adhærere, ac vindicare arbitror poſſe, *Theologiam Chriſtianam* inter illuſtriores ævi noſtri Theologorum fœtus fore cenſendam, maximamque Eccleſiæ Catholicæ adtuliſſe utilitatem atque ſubſidium, noſtris præſertim moribus, atque temporibus, quibus mirum in modum prolapſa, atque e loco dejecta ſuo ſanctiori morum doctrina, licentia, atque opinandi libertas ita invaluerat, ut omnium ope, atque ingenio refrenanda, ac coercenda videretur. Quæ cum ante oculos obverſarentur multorum, pauciſſimi tamen adinventi ſunt, qui tantæ Caſuiſtarum turbæ leſe opponere auſi ſint, eorumque paradoxa, atque portenta, aureis inaudita temporibus, palam caſtigare, ac refutare, quemadmodum Concinam feciſſe

(G 2) qui-

Opere. Tutti gridano contro il Padre *Llobet* per averne fatto venire un sì limitato numero di corpi. Ad altri Librai ne ſon pur giunti degli altri, che ſi vendono fino ad una doppia d'oro il Tomo. Si domandano tutte le Opere di lei a qualunque prezzo. Due eſemplari delle lettere più che Provinciali che ho preſſo di me, vanno in giro per queſte Provincie ec. *Branjuez 20. Giugno* 1752.

Non ſi può dire quanto bene qui facciano le ſue Opere, e quanto univerſalmente ſieno gradite, ed approvate: il P. *Llobet* ſuo vero appaſſionato, gliene ſcriverà molto; ma dirà ſempre meno del vero .... Prego V. P. a far copiare, e rivedere *quam citius* il ſuo Compendio della *Teologia Criſtiana*, e a farlo ſtampare più che ſollecitamente, poichè farà gran bene nel Criſtianeſimo; maſſime in queſte Provincie ec. *Madrid 17. Aprile* 1753.

(1) *Epiſt. modo recenſita. A.* MDCCLII. 20. *Junii.*

quivis fatebitur, qui vel unicam ejusdem pagellam perlegere ac salutare voluerit. Sed de Opere, quod nec laudibus crescere nostris potest, nec indiget, nimis multa videor dixisse. Quæ contra plerique protulere, cum a *Patuzzio* egregie refutata sint, non desiderant orationem, aut vindicias meas. Animadvertisse tamen placet inepte omnino, atque imperite Hieronymum *Tartarottum*, Scipionem *Maffejum*, aliosque ipsis similes, qui nec in præclaro albo Theologorum habiti sunt, nec habebuntur unquam, ex pauculis non latis casligate conscriptis, nec ad criticen severiorem exactis, occasionem sumsisse tantopere declamandi adversus *Theologiam Christianam*, ejusque auctorem tanquam hominem obelæ naris traduxisse. Est profecto iniqua in omni re acculanda, prætermissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque selectio. Hisce vere, ut arbitror, in *Theologia Christiana* laudem dictis, antequam ejus fatum atque fortunam memorem, sermonem hoc loci instituam de præstantissimis *Epistolis Theologico-moralibus*, quarum duo volumina, eo Theologico Opere sub prælo sudante, singulari prorsus divinæ Providentiæ consilio, in lucem prodierunt. Iis namque Concinæ nomen, quod dissipari mirum in modum cœperat, illustratum est, & veritas, quæ oppressa credebatur, egregie vindicata.

## CAPUT XXVIII.

*Adversus Concinæ ofores* Epistolas Theologico-morales *scribit P. Jo: Vincentius* Patuzzius *sub nomine Eusebii* Eranistis.

Anno MDCCXLVIII. P. Jacobus *Sanvitalis* libellum edidit in vulgus mole quidem exiguum, sed odii acerbitate, sed maledicendi licentia adeo immanem, ut tantum ignis, ac ferocitatis in homine exactæ ætatis, atque jam jam supremi judicis conspectum subituro, extitisse omnes summopere admirarentur. En libelli Lucæ editi inscriptio: *Raccolta di molte proposizioni estratte dalla* Storia del Probabilismo, e Rigorismo, *impugnate come opposte al vero*. At habuerat duces iple, & quidem maximos quos sequeretur, quorumque aspera, atque amarulenta vestigia premeret. Præiverant ipsi P. Hercules *Montius*, infamis auctor Palinodiæ & alii, quorum jam a nobis mentio est habita. Hisce scriptionibus fere nihil Concina reposuerat, partim adversariorum gratia, ac potentia præpeditus, partim vero quod iis unice sui personam lacerari, ac dissipari vir humillimus nosset, ac lætaretur. At vero quamquam ea maledictorum sors sit, ut in eximia, ac singulari dignitate hominem facta sua sponte extinguantur, ac veluti refrigerentur, quemadmodum ignis in aquam conjectus; fuerant tamen ea calliditate atque arte in eum sparsa, ut ejus adversarii ultra spem benignos lectores auditoresque se nanciscì conspicerent; atque brevi Concinam summam in invidiam esse adducendum secum ipsi gestirent. Accedente libellis editis contumelioſa eorundem jugique vociferatione severior in eum concepta rabies, quam laxioris ethices nimius incedebat amor, ita demum exarserat, ut pene multi in eximium virum furere viderentur. In compitis, & circuis cuncta in ipsum collata maledicta; non illa quidem nobilioris speciei, sed e triviis, ac fornicibus desumpta. Insidiæ erant ubique structæ, & calumniæ quam appositissime ad veritatis imaginem confictæ. Quæ quidem primum domos nobilium, aliorumque exinde cujusvis generis multorum hominum circumlatæ celebratæque sermonibus (quippe quas partim in deterius persuasio, partim adversariorum exquisitum artificium excitabat) ad Romanæ Ecclesiæ Proceres, aliosque sæculi Principes pervenerant. Vulgus, ut est pluma & folio levius, quem ſrpe multo cum gaudio e sacro pulpito dicentem, aliaque pietatis opera exsequentem conspexerat, repente contemnere, & exsecrari acerbius in dies cœpit. Plerique vero licet magna ex parte fictas criminationes putarent, tamen rati subesse profecto nescio quid, sanioris ethices vindicandæ studio contectum, quod tantæ invidiæ flammam foveret, vel immutata, vel labefactata in eum penitus voluntate ferebantur; atque, ut uno verbo multa complectar, tanta erat Conciniani nominis exsecratio, ut in plerisque Civitatibus, in iisque præcipue, in quibus PP. Societatis summa rerum potiuntur, horrerent multi ad tanti viri memoriam, pauci vero vix tacita admurmuratione auderent eius nomen in aures insusurrare, ne in adstantium incurrerent reprehensiones. Is erat Concinæ nominis status, & famæ pessima conditio. Tanto in discrimine, quo veritatis, atque Christianæ doctrinæ sectatores trepidare, atque timere fere cogebantur, D. O. M.,



O. M., qui veritatem oppugnari quidem, expugnari vero nunquam sinit, eam egregiis viris mentem injecit, ut, dum Concina Ecclesiæ ulteriorem navaret operam, ipsi veri partes susciperent, & Christianam ethicen tot scriptionibus, vocibusque pulsatam sustineret, ac Concinam præclarum illius adsertorem vindicarent. His tamen Apologistis palmam præripuisse visus est P. Jo: Vincentius *Patuzzius*, qui multa ac magna quæ ad juvandam Ecclesiam Concina præstiterat, atque aggredi impostorum meditabatur, mente ac cogitatione complexus, veritusque ne si quid suspicionis incommodæ, aut si qua dedecoris nota ipsi adhæresceret, vel omnes ipsius conatus irritos redderet, vel magnum cæteris pro Dei Ecclesia agendis rebus impedimentum afferret, causam ejus & patrocinium suscipere constituit. Itaque ejus adversariorum artium apprime gnarus, instructusque iis omnibus, quæ ad solidam absolutamque conficiendam apologiam requirebantur, bonis plane avibus conscripsit evulgavitque sexdecim epistolas, quibus, ut aliorum magis quam suo indulgeret genio, hunc titulum indidit: *Lettere Teologico-morali di Eusebio* Eranille *all' Autore della* Raccolta *delle molte proposizioni* ec. *In difesa dell' Istoria del Probabilismo del P. Daniello* Concina: in 8. Tom. II. In Trento (Venetiis apud Sim. Occhi MDCCLI.). Momenta in Præfatione recenset queis permotus Concinæ vindicias aggressus est; idque tum ibidem tum alibi adeo diligenter & vere exsequitur, ut nemo sanus ipsum, aut Concinam ultra protracti certaminis incusare possit. *Sanvitalem* autem præ cæteris confutandum suscepit, quod pervicax hic senex cum pauca admodum e peno suo promere posset, omnia convicia, maledicta, atque momenta si quæ tamen expiscari potuit, a sociis suis acceperit. Quare optime *Patuzzius* hunc præ cæteris castigavit; cujus confutatione cæteri quoque uno ictu cecidissent. Ubi tamen causæ ratio postulare visa est, nominatim etiam *Ghettum*, *Gagnam* aliosque confutavit, quo nullum relinqueretur effugium Concinæ adversariis. Harum epistolarum dignitatem ac pondus agnovere quotquot præjudiciis vacui sunt homines, agnoverunt & Jesuitæ ipsi, qui amarissime earum evulgationem pertulerunt. Sane ea doctorum hominum sententia est; nihil in hoc genere, post celeberrimas Blasii *Paschalis* epistolas, politius ac solidius prodiisse. Elucet ubique firmissimæ doctrinæ supellex, mira rerum Theologicarum, atque Casuisticarum eruditio, admirabilis propemodum ratiocinandi vis, qua adversarios Concinæ insequitur, & in desperationem adducit. Cumque ab apologeticis hujusce generis libris modestia atque urbanitas longius abesse propemodum hac nostra ætate soleant, ita Concinæ vindicias egit *Patuzzius*, ut de stylo, deque scriptionis ratione queri nonnisi ii injuria possint, qui mollioris ethices magistros paullo asperioribus verbis tractari ægre ferunt. Cæterum tanto bonorum plausu ea exceptæ epistolæ sunt, ut gratias supremo Numini maximas plerique egerint, quod talem tantumque virum adeo opportuno tempore excitasset. Ego certe quamvis Concinæ ingenium, ejusque Opera post viros celeberrimos maxime suspiciam, arbitror tamen nedum opportunas, immo maxime necessarias fuisse *Patuzzii* epistolas, ne Christiana ethice, tam multiplicibus impetita scriptionibus, apud minus doctos tantis cavillationibus atque tricis succubuisse videretur. Etsi enim multæ adversus Concinam PP. Societatis scriptiones profecto miserrimæ essent, illorumque causse proderent apertissimam desperationem, erant tamen nonnullæ quæ plurimos deceperant, ex eorum utique numero, qui aut ingenio ad fallacias, ac sophismata dignoscenda non valent, aut utrisque certantium partis momenta æqua lance librare dedignantur, aut denique quorum mens mirabili artificio ita fuerat infuscata, ut pecudes æmulati omnia adversus Concinam scripta tamquam verissima prædicarent. Ita sane querundam opuscolorum pondus, si quod in ipsis reperiebatur, jugi auctorum commendatione erat auctum per quaicumque partes, & eorum falsitas, a nemine eo, quo necesse erat, modo patefacta atque oppugnata, esse quodammodo supra pulcherrimam veri naturam erigere, caputque extollere videbatur. Mala tamen res, non in Concinam tantum, quam in ejus universum Ordinem parabatur, nisi statim *Patuzzius* accurrisset ad incorruptæ ethices dogmata, quæ semper Prædicatorum Familia conjectata est, sustinenda, atque vindicanda. Hinc singulari prorsus commendatione, atque laude talis tantusque vir ab tam clara, deque Ecclesia meritissima Familia prosequendus est. Ac quemadmodum olim celebratus est, & nunc etiam jure effertur Thomas *Lemosius*, qui in celeberrimis Congre-

gregationibus *de Divinæ Gratiæ auxiliis* tutissimam verissimamque doctrinam SS. Augustini & Thomæ egregie defendit in magno totius orbis Theatro, ita *Patuzzii* memoria annalium honore excipienda est, „ in furiosissimis de *Probabilitate* concertationibus sanctorem, atque castigatiorem nostrorum doctrinam admirabili perspicuitate, doctrina, ingenio, atque eruditione ita tutatus est, ut latis magnifice ostenderit vetus illud in Ordine Prædicatorum pro recta ethice pugnandi studium, nec sopiri temporibus, nec extingui unquam posse. Quare singulari Dei Providentiæ id maxime tribuendum est, Concinæ vero non inter postremas laudes ponendum, quod in magno nominis, doctrinæque dilcrimine talis tantusque surrexerit apologista. Quæ viri celeberrimi in harum epistolarum auctorum elogia protulerunt, notissima sunt, nec opus esse videtur, ut in iis recitandis ipse laborem. Multorum laudibus hoc ipse adjiciam; jam non amplius jure Italiam queri ut antea posse, neque tam aperte Galliæ *Paschalis* Epistolas invidere. Habet enim jam, liquidem sanis oculis uti velit, in *Patuzzii* epistolis quidquid gratiæ, leporis, elegantiæ, eruditionis in *Paschali* tantopere demiratur. Hominem habet sine livoris & doctrinæ suspicione innocui hominis cautiam agentem, & firmam probatamque doctrinam eximia methodo, atque nervola oratione ubique proponentem. Ita lacerasum crudeliter Concinæ nomen celeberrimi apologistæ hujus clarum cœpit exfurgere, & fugatis nebulis, depulsisque aliquot nigrioribus maculis vividius quam antea coruscare. Atqui, quod maximi faciendum est, ii, qui captiosis scriptionibus decepti a Concinæ castris discesserant, veritati hominibus apertis in eadem denuo se recceperunt, & Concinæ nomen atque doctrinam magno deinceps in pretio habuerunt. Quia vero *Patuzzii* præcipuus scopus erat, *Probabilismi*, ac *Rigorismi Historiam* tutari, ejusque integram, atque inconcussam monstrare fidem, hinc in id ingenii omnes nervos ita intendit, ut, plane de Concinæ adversariis triumphasse quivis fateri debeat, qui, studio partium sepposito, edita in utramque partem conferre scripta voluerit. Hæc sane una omnium Eruditorum vox fuit, ubi *Eranistis* epistolæ prodierunt in lucem; quemadmodum etiam indicat epigramma non ignobile, quod per id temporis vulgatum est (1). Jesuitæ autem sicuti editos a Concina in sui vindicias libros refellere, & carpere cogitabant quotidie, ita insignis hujusce apologistæ epistolas, in quibus grande robur non poterant non agnoscere, existimatione dejicere primum pertentarunt; in publicis Gymnasiis aliisque locis exclamando eadem *ex Diaboli officina* prodisse (2), aliaque blaterando, quæ evidentissime demonstrarent, quam vehemens esset eorum dolor, quamque ægre ferrent cunctorum in eas epistolas suffragia eruditorum. Magistratus inde adversus eadem armarunt, ut a sæculi Principibus favore obtinerent, quod assequi ab Ecclesiasticis judicibus ratione non poterant; curarunt scilicet illarum suppressionem, nec omnimode frustra, quamvis per breve admodum temporis spatium, atque unica in urbe voti sint compotes facti (3). Postremo ubi se his parum proficere cognoverunt, eas quaquaversum exagitare adnisi sunt infelicissimo eventu. Horum conatuum historiam alium in locum transferam, ac modo eorum narrationem complectar, quæ iidem homines in *Christianam Theologiam*, tentamine omnium maximo, moliti sunt pari successu.

CA-

(1) *In laudem A. R. P. Pii Vincentii* Patuzzii, *qui defendendam suscepit Historiam Probabilismi.*

Ut Jesuitarum ultrenæ maledicta retundas,
Falsisque perspicue, quæ vomuere, probes;
Tam bene, *Patuzzi*, tractas, tam fortiter arma,
Quam bene tractari, ac fortiter arma queunt:
Scilicet expugnas *Vitalem*, *Gagnaque* Patres,
Se quoque confossum *Gheius* ipse dolet.
Confodis atque alios pugnantes *Concina* contra,
Historici faciens scripta pugnate magis.
Sic perhibent clare doctorum corda virorum;
Nam te pugnantem gloria certa manet.

(2) *Vid Pag. XXX. Præfat. Tomi III.* Epistolarum Theologico-moralium *Eusebii* Eranistis *Edit. A.* MDCCLIII. (3) *Loco mox cit.*



## CAPUT XXIX.

*P. Ignatius* Vicecomes *Præpositus Generalis S. J.* Theologiæ christianæ *damnationem a* Benedicto XIV. *frustra pertentat. Vulgantur hæc de re nunc primum PP. Societatis & Danielis* Concinæ *scriptiones.*

EX jam dictis satis apertum atque clarum puto, qua acie mentis, quave diligentia cunctas Concinæ lucubrationes spectarent, atque perpenderent PP. Societatis, unde auctori aut pellem aliquam aut invidiam conflarent. Evulgata *Theologia Christiana* ardentius in id operis incubuere, & sedula jugique cura eam corperunt excutere, suaque in eximium Opus animadversiones evulgare quaquaversum. Partes has (quod ridiculum plane visum est Theologis hominibus) sibi sumsit cum primis P. Franciscus Antonius *Zacharia*, qui in sua *Litteraria Historia*, quam non inepte quidam *Diogenis Canem* appellarunt, nihil omisit, quo operis dignitati, & auctori detraheret (1). Alii exinde operam eandem navarunt uti dicemus; & hodierna etiam luce, quavis arrepta occasione, criticen suam in eandem exercent. At postquam octo hujusce *Christianæ Theologiæ* volumina edita fuissent, eaque magno contemptu, animadversionibus quidvis aliud quam Theologum sapientibus, Reipublicæ nuntiallet Litterariæ Auctor Historiæ, IX. tandem volumen a Concina vulgatum est. In hoc autem quum demonstret ipse P. Franciscum *Suarez*, celeberrimum S. J. Theologum Exhomologesim per epistolas, ceu probabilem opinionem judicasse, mirum dictu quam exarserint odio, qui *Christianam Theologiam* jam cribrandam susceperant. Aucti hinc eorum conatus & studia. Hoc unum eorum diligentiæ atque criticæ severitatis argumentum fuerit, quod ne typographicis quidem erratis, quæ vitari vix possunt, pepercerint, eaque inepte sane in Operis auctorem tamquam gravissima capita delictorum conjecerint. Ex tot inde curis, tantoque examine collectam levitatum, & mendaciorum sarraginem, post inauguratum totius Societatis Præsidem P. Ignatium *Vicecomitem* (quod quidem contigit die 4. Julii Anno MDCCLI.) Generali Societatis Congregationi obtulere, unde Conscripti Patres, quid e re Societatis foret, decernerent. Hi magno perpenso volumine, atque non tam hujus, quam fautorum & procerum ratione habita, dignum studiis suis, dignum initio novi Præsulis Magistratus facinus judicaverunt, totum negotium ad *Benedictum XIV.* sapientissimum Pontificem deferre, cunctaque adhibere artes, queis *Christianæ Theologiæ*, qua grave vulnus Societatis scriptoribus jactabatur infictum, optatissimam proscriptionem assequerentur; atque ita uno ictu Concinæ nomen doctrinamque crudeliter, invidiaque summa prosternerent. Tam grande ergo volumen, in quo ultra peccata CCC. sibi collegisse videbantur, miratus Præsul Societatis, auditisque servidissimis Conscriptorum Patrum votis, ac precibus, post varias multasque, ut in gravis rei negotio opus erat, habitas sessiones, stipatus sociis suis, quos *Assistentes* vocant, ad majorem Societatis ostendendam Pontifici majestatem atque potentiam, obiato totius Societatis Nomine supplici libello, in ingens discrimen *Christianam Theologiam*, ejusque Auctorem Concinam magno apparatu, artificioque vocavit. In hoc autem libello postulabat a Pontifice Præsul Societatis, ut Theologos legeret, qui multiplices Concinæ aberrationes, atque peccata ab se animadversa cum *Christianæ Theologia* conferrent, atque inspicerent num proscribenda foret, quemadmodum ardentissime tota Societas flagitabat. Pontifex, spisso inspecto volumine, *rem difficilem*, inquit, *postulastis*; exactam nimirum tantarum rerum collationem. Suadere propterea eos cœpit, hortarique consultius esse: ingens illud censurarum volumen *Theologiæ Christianæ* tomis opponere, ac typis vulgare: quod si fecissent, se postea utrique parti silentium indicturum. At Præsul Societatis, qui majora petebat, veritus, ne si hoc perageretur, ingenti periculo ac damno paterent suorum artes atque mendacia, restitit Pontifici omnino, eumque ab hac cogitatione atque consilio avocare conatus est. Pontifex ergo consilium sui auribus minime pronis exceptum videns, (quod jam procul dubio suspicatus fuerat) ut celeberrimæ Societatis votis aliqua ex parte satisfaceret,

(1) *Tom. II.* Histor. Litter. *pag. 49. & seq. tum in aliis ejusd. Hist. Tomis. P.* Zachariam *castigavit primo P.* Patuzzius *cum in epist. ad Amicum. §. CXV. & seq. tum in aliis epistol.* Theologico-moralibus; *atque præcipue in* Observationibus Litterariis *adversus eand. Hist. ut suo loco dicemus.*

gregationibus *de Divinæ Gratiæ auxiliis* tutissimam verissimamque doctrinam SS. Augustini & Thomæ egregie defendit in magno totius orbis Theatro, ita *Patuzzii* memoria annalium honore excipienda est, „ in furiosissimis de *Probabilitate* concertationibus sanctorem, atque castigatiorem nostrorum doctrinam admirabili perspicuitate, doctrina, ingenio, atque eruditione ita tutatus est, ut latis magnifice ostenderit vetus illud in Ordine Prædicatorum pro recta ethice pugnandi studium, nec sopiri temporibus, nec extingui unquam posse. Quare singulari Dei Providentiæ id maxime tribuendum est, Concinæ vero non inter postremas laudes ponendum, quod in magno nominis, doctrinæque dilcrimine talis tantusque surrexerit apologista. Quæ viri celeberrimi in harum epistolarum auctorum elogia protulerunt, notissima sunt, nec opus esse videtur, ut in iis recitandis ipse laborem. Multorum laudibus hoc ipse adjiciam; jam non amplius jure Italiam queri ut antea posse, neque tam aperte Galliæ *Paschalis* Epistolas invidere. Habet enim jam, liquidem sanis oculis uti velit, in *Patuzzii* epistolis quidquid gratiæ, leporis, elegantiæ, eruditionis in *Paschali* tantopere demiratur. Hominem habet sine livoris & doctrinæ suspicione innocui hominis cautiam agentem, & firmam probatamque doctrinam eximia methodo, atque nervola oratione ubique proponentem. Ita lacerasum crudeliter Concinæ nomen celeberrimi apologistæ hujus clarum cœpit exfurgere, & fugatis nebulis, depulsisque aliquot nigrioribus maculis vividius quam antea coruscare. Atqui, quod maximi faciendum est, ii, qui captiosis scriptionibus decepti a Concinæ castris discesserant, veritati hominibus apertis in eadem denuo se recceperunt, & Concinæ nomen atque doctrinam magno deinceps in pretio habuerunt. Quia vero *Patuzzii* præcipuus scopus erat, *Probabilismi*, ac *Rigorismi Historiam* tutari, ejusque integram, atque inconcussam monstrare fidem, hinc in id ingenii omnes nervos ita intendit, ut, plane de Concinæ adversariis triumphasse quivis fateri debeat, qui, studio partium sepposito, edita in utramque partem conferre scripta voluerit. Hæc sane una omnium Eruditorum vox fuit, ubi *Eranistis* epistolæ prodierunt in lucem; quemadmodum etiam indicat epigramma non ignobile, quod per id temporis vulgatum est (1). Jesuitæ autem sicuti editos a Concina in sui vindicias libros refellere, & carpere cogitabant quotidie, ita insignis hujusce apologistæ epistolas, in quibus grande robur non poterant non agnoscere, existimatione dejicere primum pertentarunt; in publicis Gymnasiis aliisque locis exclamando eadem *ex Diaboli officina* prodisse (2), aliaque blaterando, quæ evidentissime demonstrarent, quam vehemens esset eorum dolor, quamque ægre ferrent cunctorum in eas epistolas suffragia eruditorum. Magistratus inde adversus eadem armarunt, ut a sæculi Principibus favore obtinerent, quod assequi ab Ecclesiasticis judicibus ratione non poterant; curarunt scilicet illarum suppressionem, nec omnimode frustra, quamvis per breve admodum temporis spatium, atque unica in urbe voti sint compotes facti (3). Postremo ubi se his parum proficere cognoverunt, eas quaquaversum exagitare adnisi sunt infelicissimo eventu. Horum conatuum historiam alium in locum transferam, ac modo eorum narrationem complectar, quæ iidem homines in *Christianam Theologiam*, tentamine omnium maximo, moliti sunt pari successu.

CA-

(1) *In laudem A. R. P. Pii Vincentii* Patuzzii, *qui defendendam suscepit Historiam Probabilismi.*

Ut Jesuitarum ultrenæ maledicta retundas,
Falsisque perspicue, quæ vomuere, probes;
Tam bene, *Patuzzi*, tractas, tam fortiter arma,
Quam bene tractari, ac fortiter arma queunt:
Scilicet expugnas *Vitalem*, *Gagnaque* Patres,
Se quoque confossum *Gheius* ipse dolet.
Confodis atque alios pugnantes *Concina* contra,
Historici faciens scripta pugnate magis.
Sic perhibent clare doctorum corda virorum;
Nam te pugnantem gloria certa manet.

(2) *Vid Pag. XXX. Præfat. Tomi III.* Epistolarum Theologico-moralium *Eusebii* Eranistis *Edit. A.* MDCCLIII. (3) *Loco mox cit.*



## CAPUT XXIX.

*P. Ignatius* Vicecomes *Præpositus Generalis S. J.* Theologiæ christianæ *damnationem a* Benedicto XIV. *frustra pertentat. Vulgantur hæc de re nunc primum PP. Societatis & Danielis* Concinæ *scriptiones.*

EX jam dictis satis apertum atque clarum puto, qua acie mentis, quave diligentia cunctas Concinæ lucubrationes spectarent, atque perpenderent PP. Societatis, unde auctori aut pellem aliquam aut invidiam conflarent. Evulgata *Theologia Christiana* ardentius in id operis incubuere, & sedula jugique cura eam corperunt excutere, suaque in eximium Opus animadversiones evulgare quaquaversum. Partes has (quod ridiculum plane visum est Theologis hominibus) sibi sumsit cum primis P. Franciscus Antonius *Zacharia*, qui in sua *Litteraria Historia*, quam non inepte quidam *Diogenis Canem* appellarunt, nihil omisit, quo operis dignitati, & auctori detraheret (1). Alii exinde operam eandem navarunt uti dicemus; & hodierna etiam luce, quavis arrepta occasione, criticen suam in eandem exercent. At postquam octo hujusce *Christianæ Theologiæ* volumina edita fuissent, eaque magno contemptu, animadversionibus quidvis aliud quam Theologum sapientibus, Reipublicæ nuntiallet Litterariæ Auctor Historiæ, IX. tandem volumen a Concina vulgatum est. In hoc autem quum demonstret ipse P. Franciscum *Suarez*, celeberrimum S. J. Theologum Exhomologesim per epistolas, ceu probabilem opinionem judicasse, mirum dictu quam exarserint odio, qui *Christianam Theologiam* jam cribrandam susceperant. Aucti hinc eorum conatus & studia. Hoc unum eorum diligentiæ atque criticæ severitatis argumentum fuerit, quod ne typographicis quidem erratis, quæ vitari vix possunt, pepercerint, eaque inepte sane in Operis auctorem tamquam gravissima capita delictorum conjecerint. Ex tot inde curis, tantoque examine collectam levitatum, & mendaciorum sarraginem, post inauguratum totius Societatis Præsidem P. Ignatium *Vicecomitem* (quod quidem contigit die 4. Julii Anno MDCCLI.) Generali Societatis Congregationi obtulere, unde Conscripti Patres, quid e re Societatis foret, decernerent. Hi magno perpenso volumine, atque non tam hujus, quam fautorum & procerum ratione habita, dignum studiis suis, dignum initio novi Præsulis Magistratus facinus judicaverunt, totum negotium ad *Benedictum XIV.* sapientissimum Pontificem deferre, cunctaque adhibere artes, queis *Christianæ Theologiæ*, qua grave vulnus Societatis scriptoribus jactabatur infictum, optatissimam proscriptionem assequerentur; atque ita uno ictu Concinæ nomen doctrinamque crudeliter, invidiaque summa prosternerent. Tam grande ergo volumen, in quo ultra peccata CCC. sibi collegisse videbantur, miratus Præsul Societatis, auditisque servidissimis Conscriptorum Patrum votis, ac precibus, post varias multasque, ut in gravis rei negotio opus erat, habitas sessiones, stipatus sociis suis, quos *Assistentes* vocant, ad majorem Societatis ostendendam Pontifici majestatem atque potentiam, obiato totius Societatis Nomine supplici libello, in ingens discrimen *Christianam Theologiam*, ejusque Auctorem Concinam magno apparatu, artificioque vocavit. In hoc autem libello postulabat a Pontifice Præsul Societatis, ut Theologos legeret, qui multiplices Concinæ aberrationes, atque peccata ab se animadversa cum *Christianæ Theologia* conferrent, atque inspicerent num proscribenda foret, quemadmodum ardentissime tota Societas flagitabat. Pontifex, spisso inspecto volumine, *rem difficilem*, inquit, *postulastis*; exactam nimirum tantarum rerum collationem. Suadere propterea eos cœpit, hortarique consultius esse: ingens illud censurarum volumen *Theologiæ Christianæ* tomis opponere, ac typis vulgare: quod si fecissent, se postea utrique parti silentium indicturum. At Præsul Societatis, qui majora petebat, veritus, ne si hoc perageretur, ingenti periculo ac damno paterent suorum artes atque mendacia, restitit Pontifici omnino, eumque ab hac cogitatione atque consilio avocare conatus est. Pontifex ergo consilium sui auribus minime pronis exceptum videns, (quod jam procul dubio suspicatus fuerat) ut celeberrimæ Societatis votis aliqua ex parte satisfaceret,

(1) *Tom. II.* Histor. Litter. *pag. 49. & seq. tum in aliis ejusd. Hist. Tomis. P.* Zachariam *castigavit primo P.* Patuzzius *cum in epist. ad Amicum. §. CXV. & seq. tum in aliis epistol.* Theologico-moralibus; *atque præcipue in* Observationibus Litterariis *adversus eand. Hist. ut suo loco dicemus.*

ceret, tres delegit Theologos; scilicet P. Thomam *Sergium* ex piis Operariis, P. *Mancinum* Ordinis Minimorum, & P. *Pezzolum* Aretinum Cl. Reg., hominem doctum, atque hac nostra ætate optimone porpurei galeri notissimum. His ergo, Prælule supremo Societatis, atque ex *Adstantibus* uno ad se vocatis, præcepit Pontifex, ut illius adversus Concinam ab illdem confarcinati voluminis, magni momenti rerum tantum ratione habita, breviarium conficerent. Tunc ad hoc muneris obeundum Præsul Societatis hosce Theologos exorare visus est. Verum illi Jesuitas ad implenda vota Pontificis aptiores sibi videri responderunt; tum quod ipsi, cribratis jam diligentissime *Theologiæ Christianæ* Tomis, omnium essent apprime conscii rerum, quæ dignæ castigatione viderentur; tum quod causam acturi suam in id diligentius ac profundius incubuissent. Placuit Præsidi Societatis allata ab hisce Theologis excusatio, quam fortasse non subeundus labor, sed assiduitas pepererat. Delegit ipse proinde P. Carolum *Nocetum*, e suo Cetu non obscuri nominis poetam. Hic magno labore, admirabili calliditate, & fervore summo, primum libellum supplicem contraxit, illisque epitomen confecit. Hanc demum libelli supplicis ad initar Pontifici obtulit Mense Sextili supremus Præsul, denuo renovatis expositisque totius Familiæ suæ votis, aliarumque etiam gentium humillime supplicantium precibus; consuevere enim, cum de rebus est actum sibi maxime congruis, & proficuis, Virorum nobilium implorare fidem, horumque vota RR. PP. exhibere, ut ex Historia *de Divinæ Gratiæ Auxiliis* manifestum est. Nos ne horum PP. in Concinam querelarum, quæstumque momenta ac pondus aut dissimulare, aut aspernari videamur, hæc totum eorundem supplicem libellum, ex autographo diligentissime exscriptum, vulgamus (1), hortamurque PP. Socie-

## LIBELLUS
### PP. S. J. adversus Danielem *Concinam*.

(1) *Sette sono le ragioni, per cui i PP. della Compagnia domandano la proibizione della Morale del P.* Concina.

*La prima si è l'attribuirsi a' PP. della Compagnia, cioè agli Scrittori di essa, opinioni oltre modo lasse, tutto che da loro non insegnate, siccome consta da luoghi citati dal P.* Concina *medesimo, che ne storpia, ed altera il senso.*

*La seconda si riduce alle censure, di che, prevenendo il giudizio della S. Sede, accagiona non poche sentenze de' PP. Gesuiti.*

*La terza consiste nell' artifizio usato dal P.* Concina *negl' indici, facendo ivi comparire gli Autori Gesuiti difensori di mostruose opinioni.*

*La quarta si è, che il P.* Concina *premette ad ogni Dissertazione un elenco di proposizioni condannabili con poco riguardo al Giudizio eziandio della Chiesa.*

*La quinta si riduce ad una perpetua industria di far comparire i Gesuiti come Autori della Morale corrotta.*

*La sesta di non risparmiare neppure le regole di S.* Ignazio, *i Pontefici medesimi, e le Sagre Congregazioni di Roma.*

*La settima in aver pigliato da' libri contro a' Gesuiti tutto ciò, che in essi contiensi in discredito della loro Morale.*

Momenta isthæc, non levis sane ponderis, si vera fuissent, Libellus supplex consequebatur in hæc verba.

### BEATISSIME PATER.

*Cum P.* Concina *Theologiam quandam Moralem, in plures Tomos distributam, typis ediderit, quæ Societatis Jesu, ejusque Scriptorum famam graviter ledit, Præpositus Generalis ejusdem Societatis, ad Sanctitatis Vestræ pedes humiliter provolutus, pro justa aliqua hujus damni reparatione demississime supplicat, & rationes, ob quas hujus Operis cursus inhibendus esse videtur, quam brevissime poterit, hic subnectit.*

*Prima ratio sunt calumniæ, & impostura, quarum ecce hic breve specimen.*

P. Concina *tom. 1. pag. 65. in Elencho propositionum, quas recenset, ut damnabiles:*

Et quidem in praxi existimo, nunquam, aut rarissime denegandam absolutionem ob doctrinæ Christianæ ignorantiam: quia rustici ignorantes non habent commode Doctorem,



Societatis, ut nostrum hocce antigraphon fuit. Ut vero Pontifex unico veluti intuitu cum eo comparent, quod Pontifici oblatum to, causæ meritum, justaque postulantium vo-

rem, nec Confessor potest illos instruere, nec illi majorem addiscendi capacitatem habent, Thomas *Sanchez* lib. II. Summæ cap. 3. n. 21.

*Thomas* Sanchez *loco citato.*

Et quidem in praxi existimo, nunquam, aut rarissime denegandam absolutionem ob doctrinæ Christianæ ignorantiam: quia rustici ignorantes non habent commode doctorem, & Confessor potest illos instruere, nec ipsi majorem addiscendi capacitatem habent.

*Et illum numerum* 21. Sanchez *sic ordiitur.*

Ex his deducitur, teneri Confessarios interrogare Pœnitentes doctrinam Christianam, quoties probabiliter judicari potest, fore ut illam ignorent.

*Quamobrem sensus* Sanchez *est, rarissime denegandam esse absolutionem rusticis ignorantibus Doctrinam Christianam, quia Confessor potest, & tenetur illos instruere. Et* Concina *effingit, quod dicat, rarissime denegandam istis esse absolutionem, nec Confessarios posse illos instruere.*

Concina *tom. 2. p. 4. in Elencho propositionum, quas recenset ut damnabiles.*

Nemo ex necessariis ad suum statum conservandum tenetur eleemosynam pauperibus elargiri, nisi extrema necessitate laborent. P. Matthæus *Moya* tom. 1. tract. 6. disp. 6. quæst. 4. §. 3. n. 21.

Moya *tom. tract. disp. & quæst. citatis, sed* §. 5. n. 23.

Præceptum eleemosynæ obligare in extrema necessitate ad subveniendum proximo ex necessariis ad statum, etiamsi ex eo patiaris grave damnum in dignitate, & fastu externo; est communis Doctorum sententia, & verissima.

Concina *tom. 1. pag. 165.*

Licitum ne duellum est ad evitandum periculum vitæ, honoris, aut fortunarum? Respondeo, non modo acceptare licite duellum ad ejusmodi declinanda mala, verum indicere etiam te illud posse, docent ... *Sanchez* lib. 2. in Decalogum c. 9. 39. n. 8.

*de p.s.* 166. *sic repetit.*

Excusandi tamen sunt perdocti Salmanticenses, de re Theologica optime meriti, mihique variis titulis magnopere colendi, quod ante damnatam propositionem scripserint, & quod a *Sanchez* prius traditam doctrinam acceperint.

Sanchez loco citato.

Tertia causa est defensio vitæ propriæ, & ob hanc causam non licet sponte duellum acceptare, quia, etsi liceat vim vi repellere, se ab invasore defendendo, etiam eum necando, quando aliter vita defendi nequit; at hoc non est duellum, sed quando ex condicto sponte inducitur, aut acceptatur certamen; quod non est vitam defendere, sed eam periculo exponere.

*& n. 9. sic pergit* Sanchez.

Quarta causa est defensio proprii honoris ... at dicendum est, hanc non esse justam acceptandi duelli causam, sed esse culpam mortalem acceptare.

*De periculo fortunarum ne verbum quidem apud* Sanchez, *qui eam quæstionem non attingit. Si* Concina *noluit defendere Jesuitam* Sanchez, *ut defendit Salmanticenses, falsum esse, scribendo contradictoria, turpissime calumniatus.*

Concina *tom. 2. pag. 417.*

Beneficiarius omittens officium Divinum uno, aut altero die, vel per octo, aut decem dies, tenetur ne restituere fructus correspondentes tali tempori? Negant plures recentiores Probabilistæ. Paulus *Layman* tract. 7. c. 5. n. 1.

Paulus Layman, *non loco preparam citato a* Concina, *sed lib. 4. tract. 2. c. 5.*

Beneficiatus, post primum semestre canonicas horas dicere omittens, ante judicis sententiam restituere tenetur fructus, tempori negligentiæ correspondentes, eo pacto, ut si *v.g.* 360. annuos aureos ex beneficio uno, vel pluribus percipiat, unum aureum in usum piorum erogare coatur ob integrum unius die intermissum officium; dimidium aurei vero ob intermissum officium matutinum cum laudibus. Ita habetur in dicti

voces agnoscerent, in Libelli fronte septem sex acceptum, adstante Præside Societatis, locaverant rationes italice exaratas. Ponti- atque ex Adstantibus uno, libellum treis illis,

Constitutionibus Concilii Lateranensis, & Pii V. & consentiunt Doctores communiter contra Sylvestrum (*Dominicanum*) verbo *Clericus* 2. q. 23.

Etsi vero Sotus (*Dominicanus*) lib. 10. quæst. 5. a. 6. 3. Reiol. c. 13. n. 10. in fine, quibus favet Bartholomæus Medina (*Dominicanus*) cit. §. 11. Lopez (*Dominicanus*) part. 2. Instruct. c. 95. in ea opinione fuerint, quod Beneficiatus, uno, aut altero anni die officium Canonicum prætermittens, ad nullam fructuum restitutionem obligetur, quia neque pius, & clemens Dominus de salario tamuli detulit ob unius, vel alterius diei negligentiam servitium, si reliquorum, sicuti oportebat, præstitum fuit; reliqui tamen Doctores fere communiter repugnant, quia in Constitutione Pii V. clare exprimitur, non tantum ob unius diei; sed etiam unicæ horæ culpabilem officii, omissionem restituendi obligationem pro rata incumbere.

Concina *tom.* 2. *pag.* 426.

Nec minorem laxitatem prodit, quod subdit *Leander* ex *Bonacina*, *Laymano*, & aliis, posse nempe extendere hanc fructuum applicationem ad sorores, fratres, & matrem, non solum si sint mendici, sed etiam si necessariis ad decentiam personæ, & status careant.

Layman *citatus superius lib. IV. tract.* 2. *cap.* 5.

Illud recte admonet *Navarrus* c. 7. de Oratione n. 34. quem reliqui sequuntur, si ipsemet Beneficiatus pauper sit, tunc fructus restituendos eidem per modum eleemosynæ applicari posse. Tametsi consultum erit hoc casu, si Confessarius aliam similem satisfactionem imperat. *V. G.* ut oret, vel sacrificet pro defuncto Fundatore, sicuti monet *Suarez* citat. cap. 30. n. 19.

*Et ne verbum quidem habet de sororibus, fratribus, matre, & multominus de defectu necessariorum ad decentiam status, & personæ.*

Concina *tom.* 2. *pag.* 403.

Qui solus nequit, cum socio vero potest, officium persolvere, tenetur ne socium adhibere, si commode eo uti potest? ... *Filliucius ..., Laymanus ...* distinctione utuntur. Si oculis caligans, vel cæcus effectus solitus erat socium adhibere in recitandis horis, antequam impedimentum contraheret, tenetur socium adhibere, ut penitus solvat; secus vero qui talem non habebat consuetudinem. Hæc distinctio inanis est, & rationis vacua. Consuetudo enim adhibendi socium, nullum novum inducit jus, vel obligationem.

Filliucius *tract.* 23. *cap.* 9. *n.* 29.

Qui non potest dicere solos, si possit cum socio, & illum habeat ad manum sine magno incommodo, tenetur horas recitare, quia hoc ipso, quod facile potest cum socio, non potest dici impotens. Idem dicendum de cæco, si memoriter sciat horas, vel cum socio possit alternos versus Psalmorum dicere.

*Ubi ne verbum quidem de illa distinctione, vel consuetudine, si solitus erat socium adhibere.*

Layman *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 6.

Si aliquis, qui cum socio recitare solitus ante non fuit, ob incidentem morbum *V. G.* oculorum, solus recitare non potest, non est obligatus (*notetur, Beatissime Pater, ad quid*) ut socium, sive famulum stipendio conducat, nisi facile id fieri queat.

*Ubi, ut est evidens, non liberat ab obligatione recitandi ob illam consuetudinem, sed ob stipendium solvendum.*

Concina *tom.* 3. *pag.* 117. *in Elencho propositionum, quas proponit ut damnandas.*

Si vovisti redimere jacturam temporis, comprehendisti ludum etiam moderatum, itemque ludum pro alio, quia vere luderes cum jactura temporis. Poteris tamen per alium ludere, licet aspiciendo perdas tempus. *La-Croix* lib. 3. part. 1. num. 454.

La-Croix *loco citato*.

Si voluisti (vovendo abstinentiam a ludo) redimere jacturam temporis, comprehendisti ludum



illis, quos nominavimus, Theologis tradidit, unde etiam atque etiam considerarent, ac sibi demum, ita ut e fide censerent

cumque *Theologia Christiana* conferrent, sua,

sti ludum etiam moderatum, itemque lusum pro alio, quia vere luderes cum jactura temporis. Poteris tamen per alium ludere, licet aspiciendo perdas tempus.

*Accusatio.*

*Calumnia fiat in permutatione illius verbi* voluisti *in* vovisti. *Nam si quis vovit non perdere tempus; non perdere tempus est materia voti, & violat votum, qui in quacunque re E. G. in aspiciendo ludum alienum, perdit tempus. At si quis vovendo abstinentiam a ludo suo personali, voluit non perdere tempus, ut dicit: La-Croix; non perdere tempus est causa finalis voti; & materia voti est abstinentia a ludo personali. Porro, licet adsint in aliqua circumstantia ratio, seu finis voti; si tamen non adsit materia promissa, votum non obligat in conscientia, ut solide ostendit Suarez tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de voto cap.* 3. *n.* 9. *Aliter in casu nostro, qui vovisset abstinere a ludo suo personali ex hoc fine, ne perdat tempus, violaret votum confabulando cum amicis, rusticando, & aliis similibus incumbendo, in quibus perditur tempus.*

Concina *tom.* 3. *pag.* 390.

Duo hic docet *Tamburinus*, quorum unum certissime falsum est, nempe quod jurans sine animo jurandi non juret; quæ propositio ab Ecclesia damnata est, ut infra videbimus.

*Et in Indice sic ponit.*

*Tamburinus* laxas docet propositiones de juramento ... & aliam damnatam sine animo jurandi.

*Propositio* 25. *damnata* ab Inn. XI. *est hæc:*

*Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.*

*Hæc autem propositio:* Jurans sine animo jurandi, non jurat: *nunquam est inter damnatas. Et defenditur cum plurimis a* Suarez lib. 1. de juramento *cap.* 1. *n.* 8. *his verbis:* Nihilominus dicendum est, intentionem jurandi esse omnino necessariam ad constitutionem, ut sic dicam, juramenti, & ad veritatem ejus in essendo: sine intentione jurandi fictum juramentum est, non re verum, etiam Gallertio, in quam cadit, revera sit. Ita sentiunt Doctores omnes, quos infra referam.

*Accusatio.*

*Ergo inique Concina calumniatus est, tum in Libro, tum in Indice* Tamburinum, *tanquam docentem propositionem damnatam.*

Concina *tom.* 4. *pag.* 408.

Culpa ne gravis est aspectus membrorum turpium sive mulieris, sive viri? Respondeo... *Sanchez* lib. 9. de Matrim. disp. 46. *n.* 21. *Navarrus*, & alii negant.

Sanchez *libro, & disput. citatis, n.* 22.

Absque urgenti necessitate virum conspicere verecunda fœminæ, aut e contra, mortale est, quamvis non ex libidine fiat, sed ex indiscreta mortificatione aut curiositate, quia valde honestati naturali adversatur... Deinde quia aspectus talis est urgentissimus luxuriæ stimulus, & gravissimo illius periculo expositus. Atque idem credo de partibus valde vicinis membris pudendis ob eadem rationes.

*Cap. vero* 21. *citato a* Concina *nihil habet de aspectu membrorum turpium.*

Concina *tom.* 4. *pag.* 444.

Datur ne materiæ parvitas in genere luxuriæ? R. Affirmant *Escobar* Theol. Moral. tract. 1. exam. 8. cap. 3. Less. lib. 4. de jure ca. 3. dub. 8. *n.* 49.

Escobar *loco citato*.

Datur ne in rebus venereis parvitas materiæ? Minime. Cum enim nulla sit tam exigua fornicatio, quin sit peccatum mortale, & delectatio morosa in hac materia erit peccatum mortale.

Lessius *libro, capite, & dubio citatis, sed n.* 59. *non* 49., *ut perperam* Concina, *post allata argumenta pro sententia admittente parvitatem, sic subdit:* Hæc sententia videri potest alicui probabilis, & speculative vera. Unde in eam valde inclinat *Navarrus*, eamque tenet Martinus *de Magistris*, & aliqui Recentiores. Verum communior

sua, renuntiarent. Litteris mandatum est, ejus incorruptisque peragerent, censores istos prudentissimum Pontificem, quo rem se- jurejurando obstrinxisse, ne cum quoquam hoc

nior sententia est, in istis esse peccatum mortiferum, quæ & mihi probatur, tum quia communior, tum quia tutius est, ut omnia illa quammaxime virentur.

Concina *tom. 3. pag. 214.*

*Postquam retulit, & pluribus sarcasmis irrisit opinionem* P. Vivæ *de potu chocolatis ita subdit:*

Interim hæc opinio, quam P. Viva pia intentione reputavit probabilem, mihi non modo falsa est, sed scandali plena.

*Et in Judice hæc scribit:* Viva P. Dominicus laxa docet de potu chocolatæ.

Viva in Trutina *ad propositionem 29. Alexand. VII. n. 20. ad quem locum se remittit in sua Theologia Morali, post multa excogitata a* Concina, *sic habet:*

Communior tamen sententia in praxi tenenda est, quod scilicet jejunium violet. Verum qui cum laudatis Doctoribus velles, esse potum usualem, atque adeo non frangere jejunium, advertat oportet, quod apte notat inter alios idem *Brancatius* in suo eruditissimo opusculo de potu chocolatis, tunc illum habere rationem potus usualis, quando sumitur in ea quantite, qua Indi eam sumere solent ad sedandam sitim.

*Utrum* Viva *docuit laxe, & scandali plena de potu chocolatis, an vero* Concina *censura superaddat impostaram, penes Sanctitatem vestram judicium est.*

*Plurima aliæ impostæ prætermittuntur, ne Sanctitati vestræ tædium creetur. Plusquam centum Theologis designatis sunt exhibita, qui de illis testari possunt.*

*Secunda ratio inhibendi eorsum hujus Theologiæ sunt convicia, notæ, censuræ, a Decreto* Innocentii XI. *graviter prohibita. Omnes Tomi hujusmodi rebus plenissimi sunt. Brevissimum tantum specimen hic subjicietur.*

*Tom. 1. pag. 289.* Quis unquam hiscere ausus fuerit, si dixerimus Casuistarum plures futilissimis distinctiunculis frequenter elevare sacrarum legum auctoritatem? Si dixerimus, tantum apud ipsos valere quaidam blitricas distinctiones?

*Tom. 2. pag. 53.* Divitum ergo Confessarii Christi Evangelium, Patrum doctrinam, non *Diana*, non *Tamburini*, non *La-Croix* opiniunculas præ oculis habeant: *Pag. 167.* Non minus falsa, & erronea est sequens propositio, quam docet P. Paulus *Layman*: *Pag. 196.* Sententia *Palat*, & *Mendoza*, sed & erronea quoque est: *Pag. 291.* Hæc opinio est plusquam falsa, & scandali plena.

*Tom. 3. pag. 4.* Hæc opinio ex se suam prodit laxitatem, ne dicam horrorem: *Pag. 30.* Horrent hæc piæ aures, & magis detestatione, quam impugnatione rejici illa debent: *Pag. 52.* Hæc mihi monstruosa videntur paradoxa.... vel erronea commenta: *Pag. 103.* Audi *Leandrum*, summa, & horrenda laxitate Probabilizantem: *Pag. 171.* Et tamen La-croix hujusmodi monstra, ut certas morum regulas, obtrudit. *Pag. 339.* Quæ propositio falsa omnino mihi est, & scandali plena.

*Tom. 4. pag. 141. Loquens de quadam doctrina P. Suarez:* Hoc non modo Evangelicæ, sed ethnicæ quoque Philosophiæ repugnat: *Pag. 148.* Hæc conclusio laxa, & falsa est, Scripturarum, & Patrum doctrinæ adversa, & horrorem incutit: *Pag. 152.* Sit ne hæc doctrina antievangelica, alii judicent.

*Sed notatu dignissimum est, Beatissime Pater, quod habet eadem tom. 4. pag. 206. ubi sic.*

Hæc sunt monstra, & portenta omnium horrendissima, quorum in universa Ethnicorum Morali Philosophia nec leve vestigium occurrit. En Probabilismi abortivos fœtus, & inaudita laxitatis commenta... Detestabilior insuper est *Leandri*, aliorumque doctrina.... Quod quam sit scelestum, quam inhumanum, quam monstruosum, nemo rationis compos non videt. Quorsum, inquies, tum acris declamatio? Ut hinc colligas, quanta sit his, & similibus Theologis fides adhibenda. Qui enim præfatas opiniones in publicum obtrudere audent, qui eadem pœnitentibus confulendas asfirmant, digni ne sunt, ut Magistrorum loco in animarum regimine habeantur? (*Noverit Sanctitas Vestra quos designet*). Si enim vel ipsa prima naturæ principia evellere, si vel insita naturæ lumina tanta tenebrarum caligine obducere pertentarunt; inferas velim, quæ in obscurioribus controversiis dicturi sint.... Eo pertinent verba hæc mea,



hoc de negotio communicarent. Sed hi summi Sacerdotis sacramenti, quod abscondere bonum erat, quamcitissime immemores, pe ad Cœnobium, in quo P. *Mancinus* morabamea, (*animadvertat quæso Sanctitas Vestra, quomodo disertis verbis præfateatur in hac sua Theologia, nempe amandare in malam crucem Casuistas, præsertim Jesuitas, omnemque ipsis fidem adimere, nec suspectos solum, sed abominabiles reddere*) ut te admoneam, ne in rebus dubiis nullam his Auctoribus fidem adhibeas, nec quidquam eorumdem auctoritati tribuas. Si enim in tanta naturæ lumine excutiunt, & paradoxa adeo immania cudere non erubescunt, numquid in difficillimis quæstionibus veritatem tibi pandent? .... Hæc illis duntaxæ displicebunt, qui partium studio præoccupati non tam communi profectui, quam vanæ existimationi student. Cæterum arridebunt omnibus æquis rerum arbitris, qui æternam animarum salutem privatorum hominum quorumdam judicio, & famæ præferendam sciunt.

*Beatissime Pater, hæc pauca ex aliquibus tomis decerpsisse sufficiat; cæterum pro certo habeat Sanctitas Vestra, quemadmodum designati Theologi testari possunt, nullum esse tomum, nullam dissertationem, nullum caput, immo ferme nullam paginam, quæ hujusmodi vel notis, vel convitiis, vel censuris, vel injectionis debacchationibus non sit referta.*

*Tertia ratio est multiplicium artificium texendi Indices. Paucissima hic exempla subnectuntur, ne patientia Sanctitatis Vestræ, & clementia abutamur.*

*Verbo* Sanchez *tom. 1.*: Sanchez (P. Thomæ) de infidelibus doctrina, Pyrrhonismum invehens in religionis negotio. Ejusdem laxa doctrina. Alia ejusdem in damnatis propositionibus contenta doctrina.

*Tom. 2.*: docet propositionem 51. damnatam ab *Inn. XI.* Item laxam de cooperatione ad peccatum .... Item laxam de recitatione officii.

*Tom. 3.*: Laxe, & monstrole docet, pro divinatione acceptum, non esse restituendum, modo Divinans sit usus arte Diaboli ... Laxe docet, jurare posse ut vera, quæ cognoscimus tantum conjectura probabili .... Docet multas propositiones laxas, & nonnullas damnatas de æquivocationibus, & restrictionibus mentalibus. Justa de causa Auctor esse probatur propositionum 27. & 28. damnatarum ab *Inn. XI.*

*Tom. 4.*: Laxam de luxuria sententiam docet, & aliam de eadem pariter laxam .... Alias laxas propositiones docet de mendacio.

*Tom. 5.*: Laxam propositionem docet de præcepto audiendi Missam, & aliam laxam de jejunio. Laxe etiamsi a jejunio &c.

*Verbo* Tamburinus (P. Thomas) laxam opinionem docet de sepultura, decedentibus in loco duelli concludenda .... Aliæ ejusdem laxæ de scandalo propositiones .... Ejusdem damnata ab *Innoc. XI.* propositio 51. de cooperatione ad peccatum .... Alia ejusdem laxa propositio in materia Religionis. Aliæ ejusdem laxæ sententiæ .... Alia laxa de Missa, & horis canonicis .... Alia laxa de eisdem horis canonicis in choro recitandis .... Alia laxa de eisdem ob dubium tenuitatis Beneficii.

*Et quolibet alio Tomo, Beatissime Pater, Verbo* Tamburinus *legantur similes Indices, & aliquando atrociores.*

Verbo Viva. Tom. 3. *Viva* (P. Dominicus) Laxas docet propositiones de juramento ... Male adjudicat Tamburino propositionem damnatam de jurante sine animo jurandi .... Caute legendus est in expositione damnatarum propositionum .... Non recedit a sensu propositionis 25. damnatæ ab *Inn. XI.* .... Restrictionem non pure mentalem defendit usu duplicis scientiæ, communicabilis, & incommunicabilis .... Exteriditque ad omnes homines, gravi causa urgente .... Et ad rusticos, quando commoda non occurrit restrictio externa. Doctrina ejusmodi recidit in ipsam propositionem proscriptam .... Male contendit, propositiones damnatas de restrictionibus mentalibus damnatas esse solum in earum obvio sensu, non vero, ut sunt in eorum Auctoribus .... (*obiter notetur*, Innoc. XI. *aperte profiteri, se illas propositiones damnare, sicut jacent*) .... Hæc doctrina favet Jansenismo, & falsa esse videtur ... Ejus commentaria in propositiones damnatas caute sunt legenda.

*Tom. 4.* Damnatam propositionem de homicidio ob defensionem honoris & famæ male

rabatur, quodque *Trinitas Montium* dicitur, ventitabant, ibique cum PP. Societatis de modo, quo res componi ad eorum sententiam posset, confidentia summa loquele abjudicat *P. Anico* .... Pejorem ea, aut saltem æque noxiam propositionem docet .... Et aliam laxam .... Et alias pariter laxas .... Et aliam laxam, enervantem propositionem 31. damnatam ab *Innoc. XI.* & aliam pariter laxam .... Et aliam laxam de occasione proxima .... Laxam docet sententiam adversus sinceritatem Confessionis .... Aliæ ejusdem laxæ propositiones de furto. Laxam de occulta compensatione sententiam docet. Laxam docet sententiam de mendacio .... Improbatur, ut scandalosa, ejus doctrina, qua ait, non peccare contra justitiam eum, qui imponit alicui falsa crimina ad tuendam propriam famam.

*Scandalosa hæc doctrina, Sanctissime Pater, nusquam reperitur in P.* Viva, *qui in expositione propositionis* 43. *&* 44. Innoc. XI. *n.* 11. *apertissime docet contradictorium his verbis:* Si advertatur ad ea, quæ diximus, in aperto erit .... esse illicitum, tum contra veracitatem, tum contra justitiam imponere alteri falsum crimen, etiamsi dicatur, id fieri ad defensionem.

*Sed ut recentiores ad Indices, & ne infinita simus; similes prædictis sunt omnes prorsus Indices, quos in quolibet ferme Tomo* Concina *attexit Verbo* Tamburinus. *Verbo* Viva. *Verbo* La-Croix. *Verbo* Layman. *Verbo* Gobat, *& reliquis Jesuitis, ut intuitu oculi legenti patebit.*

*In quo quidem malitioso artificio plurima ponderanda sunt.*

*Primum. Conglobatio illa non interrupta laxitatum, sub unico aspectu proposita, multo majorem abominationem conciliat Auctoribus, quam si sparsim in opere legerentur, vel saltem cum iis aliis eorum rectis sententiis intermisceretur.*

*Secundum. Ipse* Concina *millies citat in decursu operis eosdem Jesuitas pro confirmandis opinionibus, quas & ipse approbat; & tamen in Indicibus nusquam meminit earum opinionum, quas, ipso duce, recte docuerunt, sed de industria coacervavit id solum, quod eorum famæ nocere potest.*

*Tertium. Multas ejusmodi sententias docuerunt Dominicani. Aliquos ingenue citat in corpore Librorum ipse* Concina. *Multo plures Theologis, a Sanctitate Vestra designatis, sunt exhibiti; & tamen in Indicibus in solos Jesuitas exoneratur invidia.*

*Quartum. Plures sententiæ, quas in Indice appellat laxas, aut laxæ non sunt, vel a* Concina *multum deformatæ, atque adulteratæ, ut prædicti Theologi luculentissimi testes esse possunt.*

*Quarta ratio est. Quia initio ferme omnium Dissertationum texit elenchum propositionum, quas affert ut damnandas. Qua in re privatus homo erigit tribunal; antevertit judicium Sanctæ Sedis, & quantum est in se, palam, & apud omnes vulgato typis opere proposiciones prædamnat.*

*Quinta ratio est. Quia in tota hac Theologia summo studio conatur persuadere, Jesuitas fuisse Auctores propositionum damnatarum, quod unice ad desiderium debonorandi Auctores Jesuitas, non ad zelum animarum referendum esse videtur. Quicumque enim Auctores fuerint earum propositionum, satis consultum est laxitati doctrinæ moralis per illarum damnationem. Hujus studii, & solicitudinis Concinianæ exemplum proferam.*

*Tom. 9. a pag. 580. ad 600. omnem movet lapidem, ut persuadeat, P.* Suarez *docuisse sententiam de Confessione inter absentes, damnatam a* Clemente VIII. *Cum vero ex verbis* Suarezii *id ostendere nunquam potuerit, confugit ad externa argumenta. Angelicam Bibliothecam excussit, & nescio quod monumentum chartaceum, ad rem suam faciens, extraxit, & typis vulgavit, qui tamen codex chartaceus, cujus sit Auctoris, & cujus auctoritatis, ignoratur.*

*Ut vero facilius hæc omnia omnes referent, ita scribit in Indice Verbo* Suarez *e* Suarez (*F. Franciscus*) .... Quomodo Decretum *Clementis VIII.*, eam opinionem damnantis, sit interpretatus. Decreta, quæ circa hanc interpretationem a *Paulo V.* emanaverunt. Ante Decretum *Clementis VIII.* opinionem de Confessione epistolari, ut probabilem propugnaverat *Suarez*. Evincitur testimoniis Theologorum .... Ineluctabili producto Documento demonstratur.

*Ubi*



quebantur. P. *Mancinus*, homo Calaber, atque Jesuitarum ad insaniam usque studiosissimus, Probabilista, *Molina* sectator, ius *Theologiam Christianam* dignam proscriptio-

*Ubi præter superaddictum studium appingendi Jesuitis per fas, & nefas propositiones damnatas, duo notanda sunt.*

*Primum. Sæpissime citat eum laude P.* Suarez *in hac Theologia tota; & tamen in Indicibus nihil est, quod ad laudem* Suarii *pertineat, sed solum quod putavit pertinere ad vituperationem.*

*Secundum. In hoc tomo 9. pag. 614. sincere fatetur, quatuor Dominicanos, Petrum de* Tarantasia, Paludanum, S. Antoninum, *Petrum* Soto, *aliosque defendisse sententiam damnatam*: Hos ego igitur (*Concina*) aliquid humani passos esse, & talem opinionem docuisse, candide fateor; *& tamen in Indice Sanctitas Vestra* Suarezium *leget, Dominicanos non leget.*

*Sexta ratio. Sunt quædam injuriosa, quæ in personas veneratione dignissimas redundant. Tria tantum exempla proferam.*

*Primum. Tom. 2. pag.* 139. *versans quandam Regulam S. Ignatii, quæ sic habet*: Ad majorem in spiritu profectum, & præcipue ad majorem utilitatem propriam, contentus esse quisque debet, ut omnes errores, & defectus ipsius, & res quæcumque, quæ notatæ in eo, & observatæ fuerint, Superioribus per quemvis, qui extra Confessionem eas acceperit, manifestentur: *Concina subdit*: Quod in hac controversia mihi facesset negotium, illud est, quod nulla Religio disciplinam profitetur perfectiorem illa, quam Christus ipse in suo Apostolico Collegio instituit. Hanc perfectionem omnes Sacri Ordines tequendam amplectuntur. Porro Christus Dominus ea omnia præcipit, quæ ad hunc finem obtinendum conducunt. Inter alia autem præcipit, secreto corrigendum esse delinquentem fratrem. Qui contendunt (*nempe S. Ignatius*) melius efficaciusque incolumem disciplinam Evangelicam consistere, si, neglecto fraterne correctionis ordine, immediate ad Prælatum denunciandum delictum afferatur; hi profecto Evangelium corrigere, regulasque perfectiores, ac prudentiores præscribere velle videntur.

*Quam hoc sit honorificum sancto Legislatori, summisque Pontificibus, Institutum nostrum approbantibus, & sub pœna excommunicationis prohibentibus, ne quæ ejus pars directe, vel indirecte impugnetur, nemo non videt.*

*Secundum. Tom. 2. pag.* 104. *defendens, esse veritum jure divino, ne Beneficiarii testentur in favorem consanguineorum; ita scribit*:

Objicies 8. Pontifices in dies facultatem tum Beneficiariis, tum ipsis Episcopis Regularibus, testandi etiam in usus profanos, nempe in favorem consanguineorum, concedunt. Falla ergo oppolita sententia. Respondeo. Non de eo, quod Pontifices summi peragunt, sed de eo, quod suis constitutionibus agendum præscribunt, modo disputamus. Plura impertiuntur Pontifices summi, inquit S. Bernardus, aut mendacio decepti, aut importunitate victi ... Futile itaque est, & vanissimum sophisma istud, a Pontificum dispensatione petitum.

*Igitur Pontifices, qui prædictam facultatem concesserunt, fuerunt sæcordes, vel debiles, aut mendacio decepti, aut importunitate devicti concesserunt aliquid fieri, quod a lege divina vetitum est.*

*Tertium est. Tom. 8. pag.* 390. *recensens, ut ipse ait, invictas causas communionem sacrilegarum, sic scribit*: Quid de ipsis personis Deo consecratis dicam? Monales simoniæ reus, quod perpetrant, dum a puellis ad habitum Religionis admittendis dotem, & vitalitium exigunt, falso ut plurimum titulo paupertatis Monasterii incrustant.

*Igitur, Beatissime Pater, non Moniales modo simoniam committunt, sed Pontifices, & sacra Congregatio Cardinalium ad simoniam cooperantur, dum facultatem admittendi puellas non concedunt, nisi dotem persolvant.*

*Septima ratio est. Quia P.* Concina *in hac sua Theologia rescripsit, & recoxit quidquid contra Societatis Auctores scripserunt* Montaltius *in* Litteris Provincialibus, Wendrochius *in suis notis, Auctor* Theologiæ Moralis Jesuitarum, *Vincentius* Baronius *in*

Ethi-

ptione fore prædicabat vehementissime, pro eaque obtinenda nervis omnibus contendendum esse exclamabat; inferas profecto se plurimum emolumenti capturum, si res ex Jesuitarum sententia cessisset. Nefas inde, atque a majestate tua alienum ducens *Benedictus XIV.* indicta causa, damnare hominem, quem magni faciebat, contractum sibique oblatum a PP. Societatis libellum die XXIX. Augusti S. Sabinæ facra P. Antonino *Bremond*, Ord. Præd. Generali Magistro, dedit, ab eoque eundem Concina accepit, ut responsum eidem faceret, uti Pontifex flagitabat. Tum Concina quo incorruptius procederet, libellum exactissime non ipse solum exscripsit, sed idem etiam faciendum curavit tum a P. Vincentio Maria *Dinelli*, tum ab altero secundum P. *Bremondi* justas. Quo peracto duas quam celerrime adornavit responsiones, alteram latino, alteram vero italico exaratam idiomate, in qua postrema primæ evulgandæ responsionis facultatem a Pontifice precabatur. Hæ duæ scriptiones exhibitæ Pontifici a P. *Bremondo* die XXI. Septembris admirabilem casurum rerum mutationem. Exaggeratas in Concinam accusationes, potioremque harum partem esse confictam, illico animadvertit sagacissimus æque ac doctissimus Pontifex; quare Calabri illius hominis, aliorumque cum eo crocitantium voces compressit dicens: *de proscriptione* Theologiæ Christianæ *ne verbum quidem audire se velle, sed unice de eo esse sollicitum: an revera illo in Opere sententiæ moribus perniciosæ reperirentur, falso per injuriam & calumniam adscriptæ Scriptoribus Sodalitii.* Denegavit autem Concinæ latinæ responsionis evulgandæ facultatem, eo quod in ea rum ei fortissime tueretur, tum Jesuitas perstringeret acerbissime. Neque minus sane ab homine spectari poterat, qui tantam in invidiam nominisque discrimen se vocatum viderat, adeo injustis falsisque accusationibus. Nobis hanc latinam apologeticam scriptionem, præter nudum schediasma, videre non contigit, licet nulli labori, ac perquisitioni pepercerimus; nacti tamen sumus autographon italicæ responsionis, cujus titulus latine sic sonat: *Libellus supplex F. Danielis* Concinæ *oblatus* Benedicto XIV. *die* XXI. *Septembris* A. MDCCLI. *adversus Libellum supplicem a P.* Vice-Comite *Generali Jesuitarum porrectum eidem Pontifici nomine totius Societatis, congregatæ in Congregatione Generali, in qua idem P.* Vice-comes *Generalis inauguratus est.* In hoc porro libello latinæ scriptionis sæpe mentionem facit, ex eoque colligitur multo ampliorem italica extitisse. Evulgato a nobis libello supplici PP. Societatis, æquum modo fuerit, responsionem eidem a Concina factam publici juris facere; unde prudens, doctusque lector possit dignoscere quænam ratio habenda sit tot clamorum PP. Societatis. Ut vero inedita hæc hactenus Concinæ lucubratio, gratior & acceptior, iis præsertim qui linguam italicam non callent, evadat, a nobis latio donabitur, ad sensum mentemque auctoris adamussim atque scrupulosius expressa (1). Interim PP. Societatis & Pontifi-

Ethica Christiana, *& præsertim Henricus* a S. Ignatio in Ethica Amoris, *qui omnes damnati sunt. Hos ipse non imitandos solum, sed severe verbatim a se exscribendos, & detestate superandos proposuit, ut Theologi designati tutari possunt, ut quæ probra, contra Societatem in istis damnatis libris dispersa, ab omnibus legi non poterant, in hac Concinniana Theologia collecta, & aucta impense jam a quolibet de vulgo legi possint.*

*Cum igitur, Beatissime Pater, nullus hactenus liber ne ab Hæreticis quidem prodierit Societati nostræ infensior, ac perniciosior: nullus qui pluribus impostoris, convictis, censuris, & injuriosis debachationibus scateat: nullus qui venenum, contra Societatem in aliis dispersum, plenius in unum colligat: præditus Præpositus Generalis tum suo, tum universæ Societatis in Comitiis Generalibus congregata nomine, damni hujus reparationem, atque Operis proscriptionem a Sanctitate Vestra supplitter, ac demississime petit. Quod si concesserit, immortalia sua erga Ordinem nostrum merita novi hujus beneficii accessione munificentissime cumulabit.*

*Beatissime Pater.*

(1) *Fr. Daniel* Concina *ad Sanctitatis Tuæ pedes humillime provolutus exponit; quatenus momenta atque rationes, quas RR. PP. Societatis adversus* Theologiam Christianam *protulerunt, ejusdem Theologiæ satis firmam conficiunt apologiam. Indicabo S. V. quidquid veri, ac falsi opponitur mihi.*

*Opp.*



ficis sensum, & Concinæ scriptionum minime ignari, ac plane diffidentes se assequi posse, quod votis majoribus expetebant, connatus, & stratagemmata auxere. Romano Pon-

*Oppositio I.* In Theologia Christiana *cuique tractatui damnatarum lazarumque opinionum Elenchus præmittitur; quo modo judicium Ecclesiæ præveniatur.*

*Responsio. In hujusmodi Elencho præmittendo illustriores Theologos secutus sum.* Card. Pallavicinus, *cujus verba in adjuncta huic libello scriptione profero, sic esse faciendum docet. Imitatus etiam sum P.* Francolinum, *qui pariter Elenchum præmittit propositionum ex operibus* Merbesii, Juvenini, *ac Præsulis* Genetti *excerptarum, quas Rigorismi fuligine tinctas esse arbitratur. Falsum autem est me Ecclesiæ judicium prævenire, quia centum in locis me, tanquam privatum Theologum eas referre opiniones, easque superiorum judicio subjicere ac reservare, protestatus sum.*

*Opp. II. Opiniones laxæ in Elenchis collectæ alteratæ sunt, ac deformatæ.*

℟. *Ex quingentis circiter laxis opinionibus, collectis ex Casuistis Carmelitis, Trinitariis, Jesuitis, Clericis Regul. aliisque scriptoribus sæcularibus in mea* Theolog. Christ., *tres mihi tantum opponuntur; una scilicet ex* P. Moya *tanquam ab ipso propugnata, quum tantum referatur: altera ex P.* Sanchez, *in qua typorum error irrepsit; Nec scilicet loco Et; tertia demum ex P.* Lacroixio, *in qua etiam typographicus occurrit error;* Vovisti *nempe loco* Voluisti. *Aliæ propositiones, præter ipsas, alteratæ non asseruntur. Tria igitur ista errata in adjuncta scriptione retracto.*

*Opp. III. In novem* Christ. Theolog. *Tomis sex Jesuitarum Casuistarum citationes falsæ occurrunt,* Sanchezii *scilicet,* Laymani, Escobarii, *ac* Filliucii.

℟. *Hæ omnes sex citationes ex PP.* Salmanticensibus *desumptæ sunt, qui nunquam, quod ego sciam, a PP.* Viva, La-croixio *aliisque de his expostulati sunt. Nihil frequentius ingentium scriptoribus voluminum evenit, quam in citandis Auctoribus aberrare, ut fortasse Sanctitas Tua experta est. Ceterum, cum hisce de rebus admodum levibus, parvique momenti neque litem intendere, nec contentionem movere velim, sex mihi objectas citationes libens rejicio, atque retracto. Atque hi quidem errores sunt in* Theolog. Christ. *deprehensi, mihique oppositi. Cæteræ omnes oppositiones quæ falsæ evidenter sunt, aut falsa continent ratiocinia, quemadmodum breviter hic innuam, plura in adjuncta scriptione prolaturus.*

*Opp. IV.* In Theologia Christiana *contentui habetur D. Ignatius circa renuntiationem secretæ correctionis. Ad id demonstrandum verba proferuntur ex Tom. II. pag. 139. quæ hujusmodi sunt:* Quod in hac controversia mihi negotium facessit, illud est, quod nulla Religio disciplinam profitetur perfectiorem illa, quam Christus ipse in suo Apostolico Collegio instituit. Hanc perfectionem omnes sacri Ordines sequendam commendum conducunt. Inter alia autem præcipit secreto corrigendum esse delinquentem fratrem. Qui contendunt melius efficaciusque incolumem Disciplinam Evangelicam consistere, si, neglecto fraternæ correctionis ordine, immediate ad Prælatum denuntiandum delictum asseratur, hi profecto Evangelium corrigere, regulasque perfectiores, ac prudentiores præscribere videntur.

℟. *Eodem in loco propositæ hujus difficultatis ita immediate eidem respondetur, ut qui difficultatem pertegerit, idem etiam responsum videre compellatur.* Hoc mihi, inquio, difficultatem ingerit. Nec ob id tamen improbo, si quid sapientes sanctique Viri oppositum statuerunt; quin illis, utpote divino perfusis lumine falces submitto, & UTROQUE POLLICE SUBSCRIBO. *At a supplicantibus opponitur difficultas, atque effertur, responsio vero occultatur, altoque premitur silentio. Detruncatio hæc, B. P., non equidem in novem* Theologiæ Christ. *Tomis adparet, sed in libello supplici Tibi Romano P. porrecto observatur, unde coram Catholica Ecclesia ad publicam* Theolog. Christ. *damnationem compellaris. Factum, etsi fere incredibile, verum tamen est.*

*Opp. V. Auctor* Theolog. Christ. *docet obligationem, qua adstricti sunt Episcopi ac Beneficiati superflua pauperibus erogandi, juris esse divini, ad justitiam, vel ad caritatem saltem pertinentis. Oppositioni vero, quam adversus hanc doctrinam Theologi in-*

Pontifici, S. R. E. Cardinalibus, aliisque nobilium Virorum epistolas exhibuere, Concinam Theologiæ proscriptionem flagitantium; totoque ferme eo tempore, quo magnum negotium sub judice fuit, nihil omittere intentatum, ut favore potentium virorum obtinerent, quod ratione se assequi posse desperabant. Et quamvis non magna & faustitiusque benignivorem ethicen confutasse. *At quia non eadem dixi, atque sensi cum* Gobato, Escobario, Sanchezio, Tamburino, Viva, La-croixio, Bulembaum, *ut ex animo atque conscientia nec dicere, nec sentire poteram, ideo ne propterea Societati injurias, atque inimicus ero reputandus? Quamquam etiam horum Casuistarum piam intentionem, aditum scilicet ad Paradisum reddendi faciliorem, semper justificavi, atque excusare conatus sum. Hoc totum luculenter in adjuncta scriptione demonstratur. Accusatio vero ex indiciis, quos ipse non composui, petita, mei vindicias conficit; quia indices solum manifestant, quod in Opere universo pertractatur; cumque accusatores nihil aliusjus momenti in IX. tomis expiscari potuerint, ad Indices confugerunt. Nihilofecius neque hoc ipsis prodest. Indicabo eorsim, quæ in* Indice Verborum *IX. Tomi in laudem Jesuitarum exhibentur. In Littera A. Albertus de Albertis* S. I. Theologus præstantissimus invehitur adversus Confessariorum ignorantiam & laxitatem. *In Littera B. Bellarminus* Robertus S. R. E. Card. S. I. quanti merito faciendus pag. 334. Venerab. Card. Bellarminus quem ego pluris facio, quam sexcentos Casuistas, quos citant ex. *In Littera C. Cardenas Jo:* laudatur, quia Probabilismum recte coercuit. *In Littera E. Elizalde Michael* Soc. Jesu doctissimus Theologus. *In Littera I.* Jesuitæ sapientiores & doctissimi nimiam Confessariorum laxitatem deplorant. *In Littera S.* Societas Jesu vetat laxas opiniones a suis doceri. *Suarez P. Franciscus Soc. Jesu* Theologus præstantissimus a nota contradictionis eximitur. *In Littera T. Terillus P. Antonius Soc. Jesu.* Theologus insignis invectivam a quamplurimis Theologis laxissimum conqueritur. *At vero delatores mei ex novem Tomis modo unam, modo aliam periodum abstraxerunt; sin quibus monstruosas opiniones ipse detestor, insuperque invectivas atque detestationes adversus enormes horrendosque errores intortas expressere, ac si in earumdem Auctores essent contorta. Atque id, quod fidem superare videtur, opiniones occultant, & invectivas solum manifestant. Indigitabo cursim aliquot ex quingentis circiter noxiis, pernitiosisque opinionibus, contra quas vocem extuli. I. Occidi homo propter pomum potest, ubi de honoris agitur defensione. II. Licet calumniare innocentem, & occidere calumniatorem, a quibus obventurum infamiam dubitatur. III. Blasphemus ex habitu non committit novam actualè peccatum mortale, quando sine advertentia blasphemat: imo probabilius est non peccare, cum etiam est habitualiter dispositus ad blasphemandum cum advertentia. IV. In aliquo casu Christianus, letbali peccato cognito fœdatus, Christi corpus sumere potest, non præmissa confessione, aut contritione. V. Famuli præparare possunt Dominæ, ejusque amasio ejulas ad libidinem excitantes, atque lectum mollius componere floribusque exornare, ut majori commoditate, uberiorique delectatione fornicari possint. Potuissem ne ego, vel debebam horrendas hasce opinationes, millenasque ipsis similes, pacato animo refutare, vel sine gemitu ac clamore rejicere? Ita ne vero hujusmodi invectivæ in opiniones intortæ tam aperta violentia in Casuistas ipsos regerentur? Si quis Casuistarum hæretica dogmata adversus fidem catholicam disseminavit, quemadmodum errores contra bonos mores docuerunt, jam ex hæresim sapere nemini unquam licebit dicere, quin statim aut ut maledicus audiat, aut calumniatoris notam incurrat. Ut ergo paucis multa complectar, præter sex falsas citationes, quas ex Salmanticensibus hausi, quasque, licet aliquo modo ut vere ex parte sustineri possent, ut jurgia fugiam, pleno ore retracto: præter errores duos; alterum typorum quidem; alterum vero quod erraverim in quadam ex damnato P. Moyæ libro opinione exscribenda, evidens est cæteras omnes accusationes esse falsas, & accusantium injustitias patefacere. Supplicantes testes Theologos vocant ad eorum, quæ narrant, stabiliendam veritatem. Ego vero S.T. exoro, ut scribendum curet ad* Enriquezium *Sedis Apostolicæ Matritii Nuntium, ad Card. Amelecum* a Lanceis, *ad* Caracciolum *ejusd. S. Sedis ad Venetos legatum, ad Augustinum* Spinulam *Savonensium Antistitem, ad* Bragadenum *Episcopum Veronæ, ad* Radettum *Episcopum Bergomi, ad* Guilielmium *Archiepiscopum Urbinatem, ad* Recchum *Episcopum Cupræ Montanæ, ad* Vignolium *Episcopum Septempedæ, ut ex conscientia contestentur,*





*Opposita VI.* In Theologia Christi. *injuria, ac calumnia afficitur P.* Tamburinus, *qui defendit cum quis dicit:* juro per Deum, *non jurare, quando restrictione mentali intendit se non invocare nomen Dei. In* Theologia *autem* Christi. *defenditur hanc propositionem damnatam esse in propp. 25. & 26. Venerab.* Innocentii XI. *Hoc autem, inquitur, falsum est, quia hanc propositionem docet P. Suarez; atque inde concludunt:* Ergo inique Concina calumniatus est Tamburinum. *Pari modo, addunt, etiam se gerit erga P.* Vivam.

R. *In adjuncta scriptione propositiones binas damnatas, atque verba affero P.* Tamburini, *quæ materialiter eadem sunt ac damnatæ propositionis; formaliter vero continent sensum, quemadmodum ego evidenter, ut mihi quidem videtur, demonstro. At suppomamus argumentationes meas esse falsas; jam hanc confectionem haud possunt adversarii deducere; ergo* Concina inique calumniatus est; *sed recta consecutio esset ista:* ergo pessime Concina argumentatus est. *At si ratiocinationes meæ, quæ opponentibus minime placent totidem calumniæ sunt, & ego, & omnes Antiprobabilistæ tenentibus minime placent totidem calumniæ sunt, & ego, & omnes Antiprobabilistæ tenentibus erimus calumniatores. Pari modo opinio a me recitatur P.* Vivæ, *quam in Theologia Morali docuit, quamque exacte a me exscriptam esse confitentur; at me Theologum hunc onerare dicunt, quia P.* Viva *temperat eam opinionem; absorberi scilicet posse, jejunii tempore, cocolatam toties quoties libuerit, in sua* Trutina, *ad quam Lectores mittit. At* Trutina *edita est A. 1708. cursus vero ejusdem Theologiæ Moralis A. 1721. Juxta omnes leges flandum est ultimis. P.* Viva *in sua* Theologia *restringit, quod in* Trutina *docuit.*

*Oppositio VII. Novem* Theologiæ Christi. *Tomi contumeliis, injuriis, atque debacchationibus conspersi sunt contra Casuistas, ac præsertim Jesuitas, qui tanquam Auctores damnatarum propositionum traduuntur. Indices verborum malitioso artificio sunt contexti, in iisque Jesuita nunquam laudantur, sed solum ceu opinionum laxarum magistri memorantur.*

R. *Si vel unica in novem* Christi. Theologiæ *Tomis contumelia, atque injuria reperitur contra Societatem, aut aliquem privatum Jesuitam, carnificis manu comburantur. Dicam ultra, Si Jesuitæ sapientiores, ipsaque Societas cæteris clarius in mea Theologia non resplendent, aut quavis data occasione Societatis scriptores non laudantur, ac præconiis non extollantur, me pœnæ cuicunque subjicio. Legatur §. 1. adjuncta scriptionis, ubi demonstratur opinationes aliorum cætuum Casuistarum, & præsertim Dominicanorum severius refutari, ac castigari. A vero ergo abhorret me pro cæteris Societatis Jesu Casuistas vulnerare voluisse. Quod affirmo, ex parte fatetur etiam in Historia sua P. Franciscus Ant.* Zaccharias. *Card.* Bellarminus, Tolerus, Pallavicinus, Vitelleschius, Comitolus, Blanchus, Elizalda, Camargus, *Albertus* de Albertis, *Encrerius* de Bonis, Munieſſa, Gonzalezius, *qui lucidiora Societatis astra reputantur, magistrorum loco a vix habentur. Omnes eam, quam ipse profiteor, doctrinam docent, atque omnes a me & in Opere, & in ejus Indice adeo frequenter laudantur, ut tantam liberalitatem, laudumque copiam in eosdem complures docti Viri reprehenderint. Atque ab his Scriptoribus Societatis, neutiquam vero a* Paschali, *aut* Wendrochio, *aut Henrico* a S. Ignatio, *ut falso opponunt, prolixe, atque multiplices exscripsi textus, ac millies prædico, & repeto insignes hosce Jesuitas cæteris validius, fortius-*

fausta, sed sibi potius adversa ex Pontificio possent, ac deberent ore colligere, fautorum tamen ipe, ac potentia elati, multa cum inepta tum falsa jactabant in vulgus, ut fama præcurrens ea nuntiaret, quorum ipsi maximo desiderio tenebantur. Hinc quasi Pontifex sapientissimus ignavissimi vulgi desideria, ac mendacem famam in promenda sententia securus esset, per compita & trivia exclamabant: brevi Concinam tot tantarumque injuriarum, quibus Societatem affixerat, pœnas datutum; atque solemnem numerisque omnibus absolutam palinodiam jussu Romani Pontificis editurum. Tristiores denique, acerbioresque terribili, licet insanissimo augurio, vociferabantur: Ecclesiasticorum sententia judicum obscurissimo carcere esse claudendum, atque igni & aqua interdicendum; unde non amplius scribillationibus suis Ecclesiam, atque universum infestare orbem posset. Tanta erat PP. Societatis in Concinam acerbitatis atque odii magnitudo. Concina licet hujusmodi clamorum, ac vociferationum, quæ grandes animas & magno nomine tutas raro percutiunt, nullam habendam esse rationem duceret, in tanta tamen adversus se officiorum, atque precantium multitudine dormitandum haud esse facillime intellexit. Etsi autem ipse quoque opibus & genere florentium hominum implorare opem posset, decrevit nihilominus sola ratione causam tutari suam, minime nescius hanc sæpe vicisse opes & gratiam. Quare ut sui inimicorum propositum S. R. E. Cardinalibus manifestaret, atque toti Romanæ Urbi causam probaret suam, brevissimam sed pondere maximam scriptionem composuit, in qua non alia de causa se apud Summum Pontificem accusatum demonstrabat, quam quod in *Theologia Christiana*, calligatiori ethice ubique tradita, benigniorisque doctrinæ magistros exagitasset. Scriptio hæc ejus causam mirabiliter juvit, multisque oculos adperuit, qui *Theologiæ Christianæ* damnationem & urgebant, & præcelabantur. Magnum sane hujus scriptionis est pondus, ac plura complectitur, quæ longam desiderarent orationem. Quam instituere sine grandi invidia cum mihi non liceat, licebit saltem eam hic recitare latinis redditam litteris, ut quisque inde longius cogitatione excurrat, ejusque robur agnoscat (1). Dum Concina solius causæ bonitati, ac Supremi Numinis, cujus opem

*quid ipsi, quid suarum Diœceseon doctiores viri de* Theologia Christiana *sentiant, quam jam quidam in Apuliæ, Siciliæque Seminariis legere, ac profiteri cœperunt. Certe supplicantes severiori diligentia novem tomos perscrutati sunt. Quidquid potuere mali collegerunt. At vero cunctæ abberrationes ad paucos, eosque innocentissimos errores reducuntur: nihilofectus concludere non dubitant:* Nullius hactenus Liber, ne ab Hæreticis quidem prodiit Societati nostræ infensior, ac pernicisior, nullus qui pluribus impostoris, conviciis, censuris & injuriosis debacchationibus scateat, qui venenum contra Societatem in aliis dispersum plenius in unum colligat &c. *Tremendissimas hasce perlegens censuras, confusione repletus, lacrymisque obrutus quid promam nescio prater illud:* digna factis non recipio, *quia graviora propter peccata admissa promereor. Quamquam accusationes gravissimæ non ideo adversus me afferuntur, ut mea peccata puniantur, sed ut exterminetur* Theologia Christiana, *quæ, ut ex tacita adversariorum meorum confessione deducitur, sanissimam continet doctrinam, quum ne unam quidem afferre potuerint propositionem aut nimis rigidam, aut nimis laxam, neque mihi aut Rigoristæ, aut Laxistæ notam imsserint.*

*Tu quidem, B. P., meus Dominus es, meusque Mæcenas clementissimus. In cæteris dijudicandis factis meis tui misericordiam deprecor, ac posco: at vero in hac causa severissimus tui imploro flagitoque justitiam. Quæcumque admisi adversus veritatem, paratissimus sum revocare, ut revera indicator errores retractavi, alios revocaturus libentissime, ubi mihi innotuerint. Famosi libelli adversus me scripti atque vulgati, atroces persecutiones, quas pertuli, non effecere, ut mei lamentationes gemitusque ad Sanctitatem Tuam deferrem, nec turbabo te unquam, cum quæsto fuerit de mei personæ animum miserrima. Id unum postulo, ut si adversarii mei urgere rem adversus* Theologiam Christianam *perrexerint, justitia utaris severiore. Sanctitatis Tuæ interim supremis me subjicio dispositionibus, ac dum sanctissimos pedes exosculor adpromitto, me ad tui voluntatem ita compositum, ut nullum filium me obsequentiorem sis reperturus.*

(1)

Censura.

Conten-



opem quotidie per ea tempora ferventius implorabat, auxilio innixus ethices Christiæ næ patrocinium ageret admodum strenue ac invicte, adversariorum ejus studia non frigebant,

*Contenta in libello supplici porrecto regnanti S. P.* Benedicto *XIV. a Reverendissimo P.* Vicecomite, *Generali Jesuitarum nomine totius Societatis adversus novem tomos* Theologiæ Christianæ.

Cum igitur, B. P., nullus hactenus liber, ne ab Hæreticis quidem prodierit Societati nostræ infensior, ac pernicisior, nullus qui pluribus impostoris, conviciis, censuris, & injuriosis debacchationibus scateat: nullus qui venenum contra Societatem in aliis dispersum plenius in unum colligat: prædictus Præpositus Generalis, tum suo, tum universæ Societatis, in Comitiis generalibus congregatæ, nomine damni hujus reparationem, atque Operis proscriptionem a S. V. suppliciter, ac demississime petit. Quod si concesserit, immortalia sua erga Ordinem nostrum merita, novi hujus beneficii accessione, munificentissime cumulabit.

*Censura.*

*Contenta in libello supplici porrecto S. P.* Innocentio XII. *a quinque* Assistentibus *Societatis Jesu adversus librum Reverendissimi Tyrsi* Gonzalezii *Generalis ejusdem.*

Assistentes Societatis Jesu pedibus vestræ Sanctitatis &c. P. Tyrsus *Gonzalez* Generalis jam a duobus annis, & amplius totam Societatem *lacessit*. Primo. Prætextu cujusdam libri, quem scripsit de *Opinione probabili*, olim rejecti a P. *Oliva* ... Hic ut paucis multa complectamur *Libellos famosos & incredibiliter maledicos* spargit contra nostram Societatem, quibus non modo Delingani Operis *falsitates & contumelias* complectitur, sed etiam auget & amplificat ... Hic suos Assistentes ... *graviter lacessit in suis libellis* ... Interea tenemur S. V. pedibus advolvi supplicantes primo, ut illam P. Generalis *acerbitatem & conatus*, qua potest, auctoritate coerceat. 2. Ut a scripturis & *libellis* abstinere jubeat, quos *amaritudinis felle & invidioso infestas nomine* proseminat. 3. Ut quæ scripsit *contra veritatem & famam Societatis* in dictis libellis, revocet.

Pachanus *de Casanucca* Assistens Hispaniæ.
Jo: *Bonier* Assistens Galliæ.
Julius *Balbus* Assistens Italiæ.
Ant. *del Rego* Assistens Lusitaniæ.
Eusebius *Truchses* Assistens Germaniæ.

*Conclusio I.*

*Lucc meridiana clarius est Tyrsum* Gonzalez *nullam contumeliam, nullam maledicta, nullos famosos libellos, nullas denique injurias adversus suam Societatem scripsisse, sed contra hanc semper esse tutatum, atque laudasse suo in libro edito Romæ & Delingæ. Hæc prima propositio inconcussa est: ergo consecutio necessaria est; Assistentes Societatis eum accusare tanquam hominem* incredibiliter maledicum, *calumniatorem & obtrectatorem Societatis Jesu hac sola de causa, quod laxam refutaverit doctrinam, & castiorem defenderit.*

*Conclusio II.*

*Censores Jesuitæ delecti, ac designati a Congregatione Generali, & fortasse multo ante ipsam post longum, ac rigidum examen* Theologiæ P. Concinæ *nec verbum quidem expiscari potuerunt injuriosum aut adversus Societatem, aut quemcumque privatum Jesuitam: sed contra laudes, & elogia ubique per* Theologiam Christianam *dispersa esse natos. Prima hæc propositio constat cum ex libello supplici, porrecto Summo Pontifici a P. Generali Jesuitarum, tum ex Operibus P.* Concinæ. *Prima consecutio: ergo tota Societas congregata* in Comitiis Generalibus *accusat, & reprehendit libros P.* Concinæ, *ceu pessimos libros Hæreticorum, injuriosos, & pernicisos Societati Jesu ob id duntaxat, quod in ipsis laxæ opiniones convellantur, sanioraque doctrina, atque sacro-sancto Evangelio conformior defendatur. Consecutio secunda: ergo tota Societas Jesu congregata in* Comitiis Generalibus *se declarat, ac profitetur fautricem laxarum opinionum, & adversam sanioribus doctrinis, atque Evangelio conformioribus. Consecutio tertia: Ergo Jesuitæ non jam amplius privatim, sed* in corpore *persequuntur tamquam obtrectatorem & calumnia-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gebant, nec minimum remittebantur. Spectabatur ab ipsis *Theologia Christiana* damnatio tanquam insigne, ac per omne ævum celebrandum facinus, & illustrissimus ac nulli par triumphus Societatis. Totus hinc Orbis summam fuerat in expectationem adductus; quum alii, & quidem numero plures, ad Societatis potentiam respicientes, *Theologiam Christianam* nigro theta notandam, interque pestilentiores libros hæreticorum collocandam dicerent; alii e contra incorruptam a Concina traditam doctrinam considerantes, eum ex rata procella, atque discrimine victorem rediturum verius prædicarent. Urgentibus interea quamplurimis Pontificem, ut rei finem tantopere exoptatum imponeret, coram eodem tum libelli supplicis PP. Societatis, tum Concinæ responsionum lectio est habita. Quibus peractis Pontifex hisce scriptionibus denuo accurate consideratis, mandavit delectis illis tribus Theologis, ut declarationem ipsi conficerent, in qua typographica errata, falsæ nonnullæ citationes, aliaque hujusce generis (nam graviora mendæ non inveniebantur in *Theologia Christiana*) revocarentur. Hi unanimi consensu scripnionem a Pontifice justam adlaborarunt, in eaque præter modum Concinam onerarunt: erant enim omnes Patribus Societatis addictissimi, quamvis P. *Mancinus* exteris antecelleret, & præ studio iis favendi perfectissime furere videretur. Pontifex scriptionem livore studioque partium infectam cum legisset, in magna frequentia hominum, *Non vogliamo*, inquit, *che quel Galantuomo del* Concina *sia aggravato*. Hinc rem hac ratione componi difficulter posse animadvertens, memorabili exemplo, sedare jurgia & clamores extinguere per se ipse aggressus est.

## CAPUT XXX.

*Declarationem dictat* Benedictus XIV. *eamque Concina evulgat. Ridiculi atque inanes ex ea clamores, ac strepitus Concinæ inimicorum.*

SI vanum sane ac lepidum Augurum unquam genus fuit, eo tum maxime tempore habitum est, postquam PP. Societatis asperiora in *Theologiam Christianam* ejusque auctorem jactassent. *Benedictus XIV.* Pontifex sapientissimus cum causam esse nullam noscet, quare aut proscribi mereretur *Theologia Christiana*, aut ad canendam Palinodiam auctor impelli, statuit per se ipse finem concertationi exemplo memorabili imponere: erat enim pertæsus infinitarum lamentationum PP. Societatis. Quare ad se vocato Præfule *Giampè* italicam *Declarationem* ipsi dictavit, in qua Concinianæ responsionis ad libellum supplicem PP. Societatis, quem edidimus, ordinem ac materiam fere & modum secutus est, ut facile quivis potest animadvertere. Hanc autem *Declarationem* P. Antonino *Bremondio* tradidit jubens, ut eam Concina latinam faceret, & *Theologiæ Christianæ* altero prodituro voluminí adjungeret cum hoc titulo: *Declaratio & sinceræ Protestatio F. Danielis* Concinæ *super aliquibus oppositionibus factis contra Tomos suæ* Theologiæ Christianæ Dogmatico-moralis *recens typis editos*. Quo gaudio, quave gestientis animi significatione eandem *a Bremondio* acceperit, non semel litteris mandatum est (1). Quo interim R. P. justa exequeretur, curavit, ut P. Vincentius Maria *Dinellius Declarationem* illam latinis litteris exprimeret; verebatur enim ne si id ipse feciset, alium ac præseferebant, Pontificis verbis sensum tribuisse diceretur. Quibus a P. *Dinellio* peractis, P. *Bremondius* hortari Concinam cessabat nunquam, ut *Declarationem* latino simul italicoque

*niatorem Societatis P.* Concinam *hac sola de causa, quod laxas & scandalosas opiniationes oppugnet, defendat autem sanas doctrinas, legi sacro-sancti Evangelii conformes.*

P. Concina *se paratum promtumque declarat ad confirmandas plenissima evidentia recentiss confectiones, cum voce, tum scriptis, coram majestate sapientissimi regnantis Pontificis* Benedicti XIV., *eique sacro Cardinalium Collegio adversus doctiores, eloquentioresque Jesuitas, Reverendissimo P. Generali conjunctos. Quod si ipse P.* Concina *in probationibus defecerit, se ipsum libentissime subjicit severioribus pœnis.*

(1) *Accepta a P.* Bremondio Declaratione, *a Pontifice confecta, Concinam dixisse ad eundem ferunt*: Mi se volè, ve ne fasso una ogni settimana.



coque idiomate vulgaret. Cui consilio, quod Concina quo tenderet facile intellexerat, continuo restitit: haud decere inquiens, libro latine conscripto italicam admiscere scriptionem, quæ alendæ multicrularum curiosirati unice inserviisset. Die XXV. Novembris ejusdem A. MDCCLI. Romanum Pontificem acturus gratias convenit, eumque his verbis Pontifex allocutus est: *vi volevamo aggravare i Teologi con una scrittura cariata, ma abbiamo dettata la volgate. E' stadotta ancora in latino?* Cui Concina: *Padre Santo sì*. Tum Pontifex cum audiisset *Declarationem a Dinellio* latinis litteris redditam fuisse: *Non l'hai dunque tradotta tu? Perchè hai una lingua da leone.* Cui Concina: *Padre Santo, per isbranare gli spropositi grossi dei Gesuiti vi vogliono leoni ed orsi. Sappia però V. S. che quando io ho ragione, non più temo tutti i Gesuiti insieme di quel, che tema il cuoco de' Cappuccini ec.* His, atque aliis, quæ reverentia quadam in PP. Societatis impedior quominus evulgem, subrilit Pontifex humanissimus, eamque adhortatus ad ibrenue propugnandam Christianam ethicen benignissime dimisit. Posthæc *Declaratio* Venetias ad Simonem *Occhium* transmilla est, jussumque est illi, ut eandem primo *Apparatui ad Christianam Theologiam* volumini adjungeret, atque ejusdem exempla C. Pontifici Auctori exhibendas Romam mitteret quam celerrime. Fervente porro acerrime concertationis, universæque Societatis rumore, Jo: Lamius Reipubliceæ Litterarum notum fecit (1): Præpositum Generalem Societatis Jesu de CCLXXX. peccatis Danielem Concinam coram Summo Pontifice expostulasse: quorum quum fuisset examen institutum, præter unicam propositionem P. *Mojæ*, scriptori damnatissimo, falso adjudicatam, in cæteris omnibus capitibus immanem accusationem defeciise, atque falsissimam esse repertam. Hoc æque adeo tulit Præpositus Societatis, ut cum Pontifice non solum gravissime conquestus sit; sed etiam, grandem sibi irroganam injuriam arbitratus, ad Cæsarem sui causam detulerit: cujus jussu coactus est Joannes *Lamius* (ut ferme hisce in casibus Litterati cedunt) narrationem suam castigare (2): qui voluit insuper partem *Declarationis a* Concina vulgatæ suis Ephemeridibus inserere. (3) Pontifex vero, qui Præpositi Generalis animum ultra exacerbare inopportunum ducebat, *Declarationis* abs se confectæ exemplaria & impatienter expectabat, & postulabat frequentissime. Tum P. *Bremond* ad sedandum animum Pontificis, die XXX. Decembris Concinæ, ac P. Pio Thomæ *Mamachio* justit, ut *Declarationem* pararent, quam die insequenti, quamvis S. Silvestro sacra, prælo committere in animo habebat. Quæ dum agitantur, Hieronymus *Chinettius*, publicus curior Venetorum, optatissima *Declarationis* exemplaria ad Concinam detulit, quæ illico a *Bremondio* Pontifici allata sunt, ab eoque tradita Præfuli Societatis. Quibus gratiarum actionibus, quave lætitiæ specie ea PP. Societatis exceperint, conjecturis assequi facilius est, quam verbis explicare dicendo. At revera omnino erat necessum, ut triumphum actori quoquomodo, id *Declarationi* ponderis lætitiæ significationibus conciliarent, quod ex se non præferre quilibet cognovisset. Hinc unico fere momento centum illis exemplis a Pontifice acceptis hac illacque dissipatis, eandem Nonis Januarii Anni insequentis MDCCLII.

Typis

(1) Novelle Letterarie *Mensis Decemb. A.* MDCCLI. *col.* 811. Il Reverendissimo *P. Visconti*, Generale della Compagnia di Gesù, presentò alla Santità di *Benedetto XIV.* una scrittà contro l'Opera voluminosa del P. Daniello *Concina*, coll'esporvi l'averci ritrovate 280. falsità contro gl' Autori della sua Compagnia, le quali aveva notate in altrettanti Articoli. Il Papa avendo esaminati detti Articoli, trovò non esser nell'Opera suddetta, se non una falsità di una opinione attribuita al P. *Moja*, ch' è d'un altro, nel che non è gran cosa, che il P. *Concina* sbagliasse. Sicchè per lo contrario trovò l'accusa insussistente in 279. capi.

(2) Novelle Letterarie *Mensis Jan. A.* MDCCLII. *pag.* 21. *n.* 2. *Vera tamen fuere, quæ* Jo: Lamius *retulit. Enimvero narrato ejus ad primum libellum supplicem PP. Societatis referendo est, in quo procul dubio plus quam* CCC. *falsitates* ex Theologia Christiana *ei collegisse putabant. At si harum ratio vel exactissima habeatur, manifeste constabit, harum potiorem partem esse confictam; aliquot autem aberrationes facillime excusari posse; ideoque in eo duntaxat Concinam peccasse, quod opinionem* P. Mojæ, *tamquam auctori adjudicaverit, quum ab eodem falsum referatur.*

(3) Novelle di Firenze *ad A.* MDCCLII. *col.* 1747.

Typis *Rubei*, Romani Typographi, denuo curarunt imprimendam, & per totum terrarum orbem sparserunt. In Romana Professorum Societatis Domo cuilibet poscenti, ac non volenti etiam ab janitore dono tradebatur; ne quem forte pœniteret pecunias suas tam male collocasse. Oneraverant etiam Medicos hujus *Declarationis* (cui tamen Retractationis, sive Palinodiæ ineptissimæ nomen indideram) exemplaribus, qui tum, circulatorum, ut sæpe, assumpta persona, eadem infirmis libentissime largiebantur, quod in Medicis perrarum est. Egregium tamen pharmacum; quo nullum salubrius propinare poterant stomacho adversus *Christianam Theologiam* laborantibus. Quæ tempore distributionis hujusce *Declarationis* contigerunt, cum ab aliis jam scriptoribus mandata sint litteris, non erit cur ipse denuo memorem. Factum solum referam, quod etsi aliquibus fortasse parvum, atque ridiculum videri possit, dicam tamen ego vel ideo ut rideatur. Cardinalis *Caraffa* exemplaria quatuor hujusce *Declarationis* habere cupiens ex famulis unum ad janitorem Professorum Domus Societatis misit, ut suis verbis quatuor emeret exempla Concinianæ *Declarationis*. Quod cum a janitore famulus petiisset, tum ille audacissime respondit, quemadmodum hujusce generis hominibus mos est: *Che comprare! Qui non si vende, ma si dona. Bisogna che Fra* Concina *sparga per Roma questa falsità. Ma il fatemo ritrattare anche di questa bugia.* Quæ quidem iisdem verbis Cardinali retulit famulus, adstante etiam P. *Orlandio*, Cœlestinorum Ordinis Proc. Generali. Confessarii quoque Monialium in Ginecæis, Ludimagistri in scholis magno clamore Concinæ *Retractationem*, ut nomen ab ipsis *Declarationi* inditum usurpem, denuntiarunt: quarum quidem rerum nisi tota Italia esset testis, viventibus hæc quidem falsa, posteris autem incredibilia viderentur. Pueri hinc, ut protaci plerumque ingenio sunt, ubi in Dominicanos incurrissent, insolentissime interpellare solebant, & tandem eos *Palinodiam* canere debuisse vociferabantur. His non similia solum, sed indigniora etiam vulgarunt in aliis ab Italia dissitis regionibus, in quibus propter distantiam locorum adeo seriem rerum confuderant, & mendaciis ornaverant, ut quid pro certo esset ponendum, difficillime constitui posset. Hinc frequentes ad Concinam insignium virorum epistolæ, facti quærentium veritatem. Horum vocibus fidem conciliabant aliquam ex Ordine Minorum non pauci, quos suam in sententiam pertraxerant iis de caussis, quas facile cognoscere quilibet potest. Atque his quidem in hanc formam scribebant: *Fratrem* Concinam *Theologiam suam tandem coram Pontifice abjurasse*. Pervasit commentum hoc puditissimum ipsam quoque Brasilicam oram (1). In hac enim excitata controversia de *Censu Personali* & *Trino Contractu* inter P. *Benedictum a Rhedigio* ex Ord. Cappuccinorum & nonnullos alios diversorum Ordinum alumnos, quum ille Concinæ testimonium laudasset, isti hisce vocibus respondérunt: *o P. Benedetto! non vi cagiona errore allegar un tal uomo contro il censo personale, uomo di tanto perverso ingegno, e di tanto sospetto, che il Pontefice a fargli molto favore gliel mandò, che si disdicesse di molte cose, che avea scritto, e non ritrovò altro rimedio che farlo per evitar d'essere abbracciato, o carcerato in perpetua, come consta dalla sua ritrattazione*: Declaratio & protestatio sincera Fr. Danielis *Concinæ* contra Tomos suæ *Theologiæ Christianæ Dogmatico-moralis* recens typis editos. *Ma via favi ammesse, ma che vale poi Fr. Daniel* Concina *rivoltuoso, e di mala coscienza* (2)? Hæc aliaque id genus infinita PP. Societatis in vulgus ediderunt, unde Concinam caussa cecidisse persuaderent imperitis. Jam vero permirum est eos, qui omnibus hominibus prudentiores a quibuldam judicantur, tam leviter se egisse, tamque jactasse editam a Concina *Declaratiuncula*. Horum plausus inanissimos secutus P. Franciscus Antonius *Zaccharias* hanc eandem ovans in *Litterariæ Historiæ* recudit (3), atque demonstrare aggressus est, Palinodiæ nomen ipsi optime convenire, ad eamque esse formam compositam, qua equites nobilesque viri veniam delinquis injuriis petere in more positum habent (4). Quo figmento sane ridiculo & se virum minime nobilem demonstravit, & sensum verbis affinxit adeo absurdum, & ab Ecclesiastica praxi abhorrentem, ut Litterariæ Historiæ auctorem talia scripsisse pudere omnino debuisset. Sane desiderari in Concinia-

(1) *Epist. XLV. pag.* 73. (2) *Epist. XLV. pag.* 73. *& seqq.*
(3) *Tom. IV. Histor. Litt.*
(4) *Vol. IV. Pag.* 1. *lib. I. cap. III. n. VI. pag.* 44.



ciniana *Declaratione* omnes veræ Palinodiæ notas, ac formulas quivis vel leviter eruditus cognoscere potest; quod cum a *Patuzzio* (1), aliisque (2) meridiana luce clarius demonstratum sit, necesse non est, ut ego hac de re alia verba faciam. Pernegare autem PP. Societatis nullum pro sua caussa fore *Declarationis* pondus non agnovisse res esset ineptissima. Fuerunt enim in celeberrima hac Familia, & modo etiam multi in ea floreat moribus doctrinaque præstantissimi Viri, qui non eodem, quo plerique, vortice præcipiti abrepti quodnam sociorum suorum caussæ adversus Concinam meritum esset, optime cognoverunt (3). Illud quoque notissimum est Societati addictos, quum Jesuitas tantopere lætos, atque hilares ob illam *Declarationem* viderent, eorum cerebrum evolasse palam dixisse. Ipsi PP. Societatis quum *Declarationem* in linguam italicam versam vulgassent, unde meliorem fortunam experirentur, eandem postea suppressérunt, cum deteriorem nancisci viderent, atque a cultris suis plurimos discedere non sine indignatione conspicerent. Per eos dies, quibus adeo sibi iidem plaudebant, *Hymni duo* in lucem manu exarati prodierunt, quos ob poeticos elegantiam, rerumque veritatem hic edere visum est (4). Horum auctor habetur P. *Domaneschius* Cremonensis Ord. Præd. acris inge-

(1) *Osservazioni sopra la Storia Letterar. ec. Lett. IV. §. II.*
(2) *Lettere di Ragguaglio &c. Lett. IV. pag.* 82. *§. VI. & seqq.*
(3) *Epist. XIX. pag.* 30. *& XXIII. pag.* 35.
(4) *Ignatianorum Hymnus*

*Pro victoria adversus P.* Concinam *reportata.*

O vos qui quidquam sapitis,
Omnes nobiscum canite,
Quam tulimus victoriam
Contra Danielem *Concinam*.
Hic tandem quidquid scripserat
Adversus nos innoxios,
Ignatianos filios,
Retractat, delet, improbat.
Retractationem legite,
Quæ omnium manu teritur,
Quæque Danielis proprio
Vulgata fuit calamo.
Si quis, inquit, ostenderit
In refellendis hostibus
Me falsi quidquam dicere
Libenter illud revoco.
Si quæ laxior opinio
Aliquibus Theologis
Adscribitur immerito,
Illud delendum censeo.
Si quis irreverentiæ
Supremos in Pontifices
Reum me demonstraverit,
Me terra, & cœlum puniant.
Si quis cum de Monialibus
Identidem disserui,
Erraße me probaverit,
Hunc quoque errorem reprobo.

*Recta Sapientum Responsio.*

Si quidquam ergo sapimus,
Victoriam, quam canitis,
Adversus Patrem *Concinam*
Nos canere non possumus.

Si viris ex Hæreticis
Sententias exscripsero
Adversus Jesu Socios,
Paratus sum expungere.
Si quam quoque sententiam
In damnabilium numero
Injuste collocavero,
Hinc statim removebitur.
Si quid tandem peccaverim,
Si quidquam contumeliæ,
Si fraudis vel injuriæ
Alterius quidquam excidit,
Quod nisi præter animum
Excidere non potuit,
Retracto cuncta ingenue,
Nego, detestor, improbo.
Hæc est Danielis *Concinæ*
Expressa Retractatio:
Qua sane pro Adversariis
Nil scribi potest melius.
O vos ergo, qui sapitis,
Omnes nobiscum canite,
Quam tulimus victoriam
Adversus Fratrem *Concinam*.

*Ignatianorum Hymni*

*FINIS.*

Declarationem legimus,
Qua quidem nihil sanctius;
Sed quæ non habet proprias
Retractationis formulas.

ingenii & singularis eruditionis vir, cujus plurimas alias hujusce modi scriptiones, Musis faventibus elaboratas, Eruditi laudarunt; spreverunt vero nonnulli, atque cæteros inter P. *Zaccharias* qui cuncta vituperat, quæ sui palato non sapiunt. Illud vero ex tot eorum supplicationibus, atque clamoribus incredibilibus effectum est, ut Concinianæ Theologiæ dignitas, atque præstantia admodum sit aucta, ejusque fama in ultimas usque terras conscenderit. Ita enim tota litteraria Respublica cognovit apertissime, quam injustæ fuissent delatorum criminationes, quamque intolerabiles eorumdem questus ac gemitus. Hinc docti homines summopere Concinam demirati sunt, quod in Opere XII. magnæ molis voluminum (ubi fas est obrepere somnum) ea tantum errata admisisset, in quæ labitur vel facillime cujusque libelli scriptor. Gravior autem PP. Societatis in Concinam injuria videbitur, si observare non pigeat, aliquot errata, quæcumque demum sint, quæ in *Theologia Christiana* notantur, a Concina jam antea fuisse detecta, ipsumque propterea de iisdem emendandis in postremo volumine, ut scriptores solent, cogitasse. Sed PP. Societatis nulla in Concinam patientia uti voluerunt. Sane erat ita comparatus, ut sive ipse admissa errata, sive indicata ab aliis cognovisset, ea protinus rejiceret, seque in errorem esse lapsum statim fateretur, rogaretque amicos, & inimicos, ut si quid abs se peccatum animadvertissent, aperire non dedignarentur, quemadmodum libros ejus perlegenti manifestum est. Quare quum edita *Theologia Christiana*, FF. Minores quos ab acuminato capitis integumento Cappuccinos vocant, quandam scriptionem per Hispaniam, aliasque regiones sparsissent, in qua P. Martino *Torrecilla*, e suo cœtu Theologo laxas nonnullas adjudicatas opiniones con-

Si quis, inquit, offenderit
In refellendis hostibus
Me falsi quidquam dicere,
Libenter illud revoco.
Ergo ne quidquam revocat?
Vos vos primum ostendite
Erasse P. *Concinam*,
Retractabitque protinus.
Quod si legantur singula
Declarationis capita,
Eadem prorsus utitur
Conditionata methodo.
Quæ nil negat, nil asserit,
Nisi probata fuerint,
Quæ adnexa est conditio,
Ut docent Dialectici.
Nunc rogo vos Theologi
His, qui fatentur crimina,
Conditione adhibita,
Debetur ne absolutio?
Hæc verba *erravi*, *fateor*,
Quæ quidquam retractantibus
Vester præscribit *Lecchius*,
Sunt ne in *Danielis* folio?
In eo sunt, quæ *Faurius*
*Danieli* nostro affinxerat,
Sed jam ut scitis publico
Damnata sunt judicio?
Angelicum consulite,
Ejusque sane ingenuam
Protestationem legite,
Hisce conceptam terminis:

„ Si male quidquam dixerim
„ Vel minus bene, veniam, (*Op.* 15.)
„ Et correctionem postulo;
„ Retractat ne, quæ scripserat?
Sed quid plura commemorem?
Ipsa suprema veritas
Qua certe nihil æquius,
Negat, quæ semel dixerat?
Non puto, & tamen impii
Pharisæorum Principis
Percutienti famulo
Responsum affert simile:
„ Si mala fassus fuero,
„ De malo testimonium
„ Tu palam, inquit, perhibe;
„ Si bene, cur me percutis?
His certe valde similis,
Si justo res criterio
Spectetur, judicabitur
*Danielis* Protestatio.
Nos ergo, si quid sapimus,
Victoriam quam canitis
Adversus Patrem *Concinam*,
Nos canere non possumus.
Meliore canet cantico
Hanc *Daniel* victoriam,
Quod nullam sui syllabam
Proscripserit Ecclesia.
Vos vero flete *Bentium*,
Vestrum flete *Coloniam*,
Aliosque, quorum integra
Proscripta sunt volumina.

FINIS.



conquerebantur, Concina statim ac hujus certior est factus, *Monitum* (1) edidit, in quo ingenue fassus est, se utpote ignarum Hispani idiomatis propositiones P. *Torrecillæ* adscriptas, ex libello supplici excerpsisse, quem curante Card. *Belluga*, *Clementi* primum XI., exin *Innocentio XIII.*, ac postremo *Benedicto* XIV. Hispaniarum plures Episcopi exhibuerant. Quis porro credidisset hosce Præsules incuria laborasse, minusque sincere in perscensendis P. *Torrecillæ* opinionibus se gessisse? Quum vero fama longe lateque vulgasset, de innumeris peccatis coram Pontifice fuisse Concinam expostulatum, quorum vel nulla probare potuerant accusatores, PP. Societatis, ne se injuste Concinam reprehendisse viderentur, *Christianæ Theologiæ* impugnationem aggressi clarius illustriusque causæ infirmitatem suæ, atque accusationum suarum injustitiam patefecerunt. Mirum autem omnibus visum est, religiosos nempe viros, ipsumque Præsidem Societatis Danieli Concinæ tanta confidentia dicam scripsisse, eumque ceu tantorum peccatorum reum, quæ probare nunquam potuissent, ad Pontificem sapientissimum detulisse. Ineptum porro, ac ridiculum plane illorum effugium est, qui in libello supplici aliquot solum errata, non vero omnia contenta fuisse scripserunt. Cum enim cuilibet oculos habenti compertissimum sit, vel levis admodum esse ponderis errata, quæ pro Concinæ damnatione obtruserunt, quis erit tam stupidus, qui vel majora in *Theologia Christiana* peccata reperiri putet, vel horum aliquot a PP. Societatis prætermissa imprudenter fuisse? Hoc sane quum multis persuadere ex scripto pertentassent, ea plane nullius momenti fuisse evidentissime ostendit tum Concina ipse, tum præcipue *Dinellius* in elegantissimis, doctissimisque epistolis adversus P. *Nocetum*, qui ad confutandam Concinæ aberrationum epitomen delectus, uti supra diximus, amarissime tulit scriptionem suam non tantum roboris habuisse ad implenda vota totius suæ Societatis, nempe ad obtinendam Concinii Operis damnationem. Æquum enim erat, & suorum causæ magis proficuum, si altum imposterum tenuissent silentium, ea etiam de causa, quod Pontifex æquissimus, a se dictata *Declaratione*, finem concertationi imposuisset. Enim vero qua fortuna cum P. *Nocetus*, tum ejus Socii censoriam virgam in *Christianam Theologiam* exteuderint, aperiemus, postquam ea percensita a nobis fuerint, quæ P. Nicolao *Ghetio* contigerunt.

## CAPUT XXXI.

*Historia vulgatæ* Declarationis *a P. Nicolao* Ghetio *S. J. ob librum præpostere editum:* De Principiis Moralis Philosophiæ &c.

QUum hactenus mirati simus plausus PP. Societatis, horumque clamores ob editam a Concina *Declarationem* exaudivetimus patientissime, abs re non fuerit pauca dicere de P. Nicolai *Ghetii* S. J. *Declaratione*, cui si quis veræ absolutæque Palinodiæ, sive, si mavis, *Declarationis* nomen indiderit, rectius incorruptiusque judicaverit. Non equidem id mihi propositum est, quid *Ghetii Declaratio* contineat fuse prosequi, sed Historiam tantummodo perstringere, atque aliqua ejusdem capita, unde illius naturam agnoscas, indicare. Itaque P. Nicolaus *Ghetius*, postquam libro, quod: *De' Principj della Morale Filosofia, riscontrati co' Principj della Cattolica Religione* inscribitur, extremam manum imposuisset, optimeque nesset doctrinam ab se traditam a multis hauri probatam iri; ut Fidei Quæsitoris Mediolani, ubi vulgandus erat, censuram declinaret, aliam a consueta inire viam statuit, atque ad Clarissimum Virum Marchionem Joannem Lucam *Pallavicinum*, Jesuiticæ Familiæ devotissimum, qui ea tempestate Mediolanum, *Mariæ Theresiæ*, Austriacorum Reginæ nomine, gubernabat, supplex accessit, oravitque per se, ac per patronos, ut sibi, prætermissa Fidei Quæsitoris facultate, suum libellum in Ducali Typographia liceret evulgare. Annuit Gubernator PP. Societatis favere solitus, ea tamen conditione adjecta, ut prius Opus a *Ghetio* elaboratum Ecclesiastici alicujus censoris suffragio probaretur. Quo facile reperto, Opus prælo subjectum est. Re ad Fidei Quæsitoris aures perlata, ne officio deesset suo, præposteram libri editionem impediendam esse necessarium judicavit. Negotium tamen erat periculi alerque plenum: nam res agebatur cum Regio Typographo. Antequaam vero aggrederetur quidquam, supremos in Urbe Judices consuluit, quorum tamen responsa plures recipiebant difficultates, atque nihilo faciliorem reddebant rem. Varias post consulta-

(K 2)

(1) *Extat Tom I.* Apparatus ad Theol. Christ. *pag.* 1.

ingenii & singularis eruditionis vir, cujus plurimas alias hujusce modi scriptiones, Musis faventibus elaboratas, Eruditi laudarunt; spreverunt vero nonnulli, atque cæteros inter P. *Zaccharias* qui cuncta vituperat, quæ sui palato non sapiunt. Illud vero ex tot eorum supplicationibus, atque clamoribus incredibilibus effectum est, ut Concinianæ Theologiæ dignitas, atque præstantia admodum sit aucta, ejusque fama in ultimas usque terras conscenderit. Ita enim tota litteraria Respublica cognovit apertissime, quam injustæ fuissent delatorum criminationes, quamque intolerabiles eorumdem questus ac gemitus. Hinc docti homines summopere Concinam demirati sunt, quod in Opere XII. magnæ molis voluminum (ubi fas est obrepere somnum) ea tantum errata admisisset, in quæ labitur vel facillime cujusque libelli scriptor. Gravior autem PP. Societatis in Concinam injuria videbitur, si observare non pigeat, aliquot errata, quæcumque demum sint, quæ in *Theologia Christiana* notantur, a Concina jam antea fuisse detecta, ipsumque propterea de iisdem emendandis in postremo volumine, ut scriptores solent, cogitasse. Sed PP. Societatis nulla in Concinam patientia uti voluerunt. Sane erat ita comparatus, ut sive ipse admissa errata, sive indicata ab aliis cognovisset, ea protinus rejiceret, seque in errorem esse lapsum statim fateretur, rogaretque amicos, & inimicos, ut si quid abs se peccatum animadvertissent, aperire non dedignarentur, quemadmodum libros ejus perlegenti manifestum est. Quare quum edita *Theologia Christiana*, FF. Minores quos ab acuminato capitis integumento Cappuccinos vocant, quandam scriptionem per Hispaniam, aliasque regiones sparsissent, in qua P. Martino *Torrecilla*, e suo cœtu Theologo laxas nonnullas adjudicatas opiniones con-

Si quis, inquit, offenderit
In refellendis hostibus
Me falsi quidquam dicere,
Libenter illud revoco.
Ergo ne quidquam revocat?
Vos vos primum ostendite
Erasse P. *Concinam*,
Retractabitque protinus.
Quod si legantur singula
Declarationis capita,
Eadem prorsus utitur
Conditionata methodo.
Quæ nil negat, nil asserit,
Nisi probata fuerint,
Quæ adnexa est conditio,
Ut docent Dialectici.
Nunc rogo vos Theologi
His, qui fatentur crimina,
Conditione adhibita,
Debetur ne absolutio?
Hæc verba *erravi*, *fateor*,
Quæ quidquam retractantibus
Vester præscribit *Lecchius*,
Sunt ne in *Danielis* folio?
In eo sunt, quæ *Faurius*
*Danieli* nostro affinxerat,
Sed jam ut scitis publico
Damnata sunt judicio?
Angelicum consulite,
Ejusque sane ingenuam
Protestationem legite,
Hisce conceptam terminis:

„ Si male quidquam dixerim
„ Vel minus bene, veniam, (*Op.* 15.)
„ Et correctionem postulo;
„ Retractat ne, quæ scripserat?
Sed quid plura commemorem?
Ipsa suprema veritas
Qua certe nihil æquius,
Negat, quæ semel dixerat?
Non puto, & tamen impii
Pharisæorum Principis
Percutienti famulo
Responsum affert simile:
„ Si mala fassus fuero,
„ De malo testimonium
„ Tu palam, inquit, perhibe;
„ Si bene, cur me percutis?
His certe valde similis,
Si justo res criterio
Spectetur, judicabitur
*Danielis* Protestatio.
Nos ergo, si quid sapimus,
Victoriam quam canitis
Adversus Patrem *Concinam*,
Nos canere non possumus.
Meliore canet cantico
Hanc *Daniel* victoriam,
Quod nullam sui syllabam
Proscripserit Ecclesia.
Vos vero flete *Bentium*,
Vestrum flete *Coloniam*,
Aliosque, quorum integra
Proscripta sunt volumina.

FINIS.



conquerebantur, Concina statim ac hujus certior est factus, *Monitum* (1) edidit, in quo ingenue fassus est, se utpote ignarum Hispani idiomatis propositiones P. *Torrecillæ* adscriptas, ex libello supplici excerpsisse, quem curante Card. *Belluga*, *Clementi* primum XI., exin *Innocentio XIII.*, ac postremo *Benedicto* XIV. Hispaniarum plures Episcopi exhibuerant. Quis porro credidisset hosce Præsules incuria laborasse, minusque sincere in perscensendis P. *Torrecillæ* opinionibus se gessisse? Quum vero fama longe lateque vulgasset, de innumeris peccatis coram Pontifice fuisse Concinam expostulatum, quorum vel nulla probare potuerant accusatores, PP. Societatis, ne se injuste Concinam reprehendisse viderentur, *Christianæ Theologiæ* impugnationem aggressi clarius illustriusque causæ infirmitatem suæ, atque accusationum suarum injustitiam patefecerunt. Mirum autem omnibus visum est, religiosos nempe viros, ipsumque Præsidem Societatis Danieli Concinæ tanta confidentia dicam scripsisse, eumque ceu tantorum peccatorum reum, quæ probare nunquam potuissent, ad Pontificem sapientissimum detulisse. Ineptum porro, ac ridiculum plane illorum effugium est, qui in libello supplici aliquot solum errata, non vero omnia contenta fuisse scripserunt. Cum enim cuilibet oculos habenti compertissimum sit, vel levis admodum esse ponderis errata, quæ pro Concinæ damnatione obtruserunt, quis erit tam stupidus, qui vel majora in *Theologia Christiana* peccata reperiri putet, vel horum aliquot a PP. Societatis prætermissa imprudenter fuisse? Hoc sane quum multis persuadere ex scripto pertentassent, ea plane nullius momenti fuisse evidentissime ostendit tum Concina ipse, tum præcipue *Dinellius* in elegantissimis, doctissimisque epistolis adversus P. *Nocetum*, qui ad confutandam Concinæ aberrationum epitomen delectus, uti supra diximus, amarissime tulit scriptionem suam non tantum roboris habuisse ad implenda vota totius suæ Societatis, nempe ad obtinendam Concinii Operis damnationem. Æquum enim erat, & suorum causæ magis proficuum, si altum imposterum tenuissent silentium, ea etiam de causa, quod Pontifex æquissimus, a se dictata *Declaratione*, finem concertationi imposuisset. Enim vero qua fortuna cum P. *Nocetus*, tum ejus Socii censoriam virgam in *Christianam Theologiam* exteuderint, aperiemus, postquam ea percensita a nobis fuerint, quæ P. Nicolao *Ghetio* contigerunt.

## CAPUT XXXI.

*Historia vulgatæ* Declarationis *a P. Nicolao* Ghetio *S. J. ob librum præpostere editum:* De Principiis Moralis Philosophiæ &c.

QUum hactenus mirati simus plausus PP. Societatis, horumque clamores ob editam a Concina *Declarationem* exaudivetimus patientissime, abs re non fuerit pauca dicere de P. Nicolai *Ghetii* S. J. *Declaratione*, cui si quis veræ absolutæque Palinodiæ, sive, si mavis, *Declarationis* nomen indiderit, rectius incorruptiusque judicaverit. Non equidem id mihi propositum est, quid *Ghetii Declaratio* contineat fuse prosequi, sed Historiam tantummodo perstringere, atque aliqua ejusdem capita, unde illius naturam agnoscas, indicare. Itaque P. Nicolaus *Ghetius*, postquam libro, quod: *De' Principj della Morale Filosofia, riscontrati co' Principj della Cattolica Religione* inscribitur, extremam manum imposuisset, optimeque nesset doctrinam ab se traditam a multis hauri probatam iri; ut Fidei Quæsitoris Mediolani, ubi vulgandus erat, censuram declinaret, aliam a consueta inire viam statuit, atque ad Clarissimum Virum Marchionem Joannem Lucam *Pallavicinum*, Jesuiticæ Familiæ devotissimum, qui ea tempestate Mediolanum, *Mariæ Theresiæ*, Austriacorum Reginæ nomine, gubernabat, supplex accessit, oravitque per se, ac per patronos, ut sibi, prætermissa Fidei Quæsitoris facultate, suum libellum in Ducali Typographia liceret evulgare. Annuit Gubernator PP. Societatis favere solitus, ea tamen conditione adjecta, ut prius Opus a *Ghetio* elaboratum Ecclesiastici alicujus censoris suffragio probaretur. Quo facile reperto, Opus prælo subjectum est. Re ad Fidei Quæsitoris aures perlata, ne officio deesset suo, præposteram libri editionem impediendam esse necessarium judicavit. Negotium tamen erat periculi alerque plenum: nam res agebatur cum Regio Typographo. Antequaam vero aggrederetur quidquam, supremos in Urbe Judices consuluit, quorum tamen responsa plures recipiebant difficultates, atque nihilo faciliorem reddebant rem. Varias post consulta-

(K 2)

(1) *Extat Tom I.* Apparatus ad Theol. Christ. *pag.* 1.

sultationes, atque media excogitata, in eam sententiam concessit: ad præpollerum tentamen frangendum, debitamque Ecclesiasticis Personis reverentiam tribuendam, opera utendum esse hominis illius, qui semet Ghetiani Operis censorem creaverat, nulla habita ratione delegationis Fidei Quæsitoris, ad quem censores librorum spectat deligere. Hunc ergo hominem (is erat Carolus *Guenzati Congreg. Oblatorum Sac. Theolog. Doctor, ejusdemque Facultatis olim in sacro Collegio Helvetico Lector*, postmodum vero *Parochus in Metropolitana Mediolanensi Ecclesia*, quemadmodum ejus subscriptio fert) ad se vocatum P. *Wahemartius*, tum Sanctissimæ Inquisitionis Commissarius, ut vocant, gravi objurgatione increpuit, Romanorumque judicum, quam incurrerat, indignationem exposuit: oportere propterea ipsum malo mederi dum posset, si declinare quoque eas pœnas vellet, quas æqui illi juxta ac severi Judices intulissent. Qua brevi oratione exteritus le promtum, paratumque præbuit ad cuncta exsequenda, quæ ille opportuna, atque necessaria crediderit. Eo tunc res est deducta, ut ipse apud Gubernatorem supra laudatum ageret, unde ab se confectam adprobationem ea conditione acceptaret, quasi Fidei Quæsitoris jussu condita fuisset. Rebus hoc modo compositis, *Ghetii* Operis editio continuata, atque absoluta est Mediolani Anno MDCCLII. Malum tamen ab Auctore cœptum consilium & præpotens agendi modus plures ex S. R. E. Cardinalibus, aliisque vehementem in suspicionem adduxerat librum ejus multiplici indigere castigatione. Quare Fidei Quæsitori in mandatis datum, ut illico ejusdem Operis exemplum Romam transmitteret. Ibi judicio subjectum hominum sapientissimorum plurimis adeo mendis, ac peccatis scatere deprehensum est, ut damnandum procul dubio multi confiderent. At PP. Societatis, ne quid tale accideret, totis viribus laborarunt, cum apud Card. Angelum Mariam *Quirinum*, Sacræ *Indicis* Congregationis Præfectum, tum apud Card. *Landinum*, quem politici homines, animorumque perscrutatores rebus magis aliis, quam animo, Jesuitarum partibus studuisse dicunt. Horum aliorumque patrocinio adjutus *Ghetius* proscriptionem evitavit, qua profecto dignum fuisse, & gravissima exhibita per eos dies Patribus censura invicte demonstrabat, & leveritas abiis itidem in scriptores alios, qui tractari longe mitius debuissent, adhibita persuadebat (1). Id unum ergo placuit Patribus, ut *Ghetius* publica *Declaratione*, ac *Protestatione* cum errata emendaret, tum dubia, atque artificiose scripta exponeret, atque explanaret. Edidit ergo in vulgus *Declarationem*, sed ita caute, ut paucis procul dubio innotuisset, nisi sanioris doctrinæ vindices eam denuo impressam quaquaversum vulgassent, suisque demum lucubrationibus inseruissent (2). Quare cum ad omnium manus,

(1) *Vid.* Nouvelles Ecclesiastiques *ad A.* MDCCLIV. *p.* 185. *&* *A.* MDCCLV. *pag.* 116.

(2) *Hanc* Declarationem *fere totam suis in libris, quorum jam meminimus, retulerunt PP. Patuzzius, & Bonaventura a* Coccaleo, *qui insuper perductis animadversionibus demonstrarunt ingens discrimen, quod inter hanc intercedit, atque illam quam Concina edidit. Legi etiam meretur Auctor doctissimus libri inscripti*: Supplemento ai Tomi IV. & V. della *Storia Letteraria d'Italia, vulgati Lucæ A.* MDCCLIV. *Typis Philippi Mariæ Benedini; ibi enim Lib. II. pag.* 232. *& seqq. tota* Ghetii Declaratio *recenseturr, illustratur, & non semel castigatur; eamque nos ex eodem transcriptam per extensum hic edimus, ideo etiam quod Commentarii Auctor adeo nimis prosequæ stylo ejusdem meminerit.*

VIII. *Dichiarazione e Protesta dell' Autore.*

Quando uscì alla luce il mio Libro intitolato: *De Principi della Morale Filosofia, ec...* parve ad alcuni che io avessi contravenuto alle Apostoliche Constituzioni e Decreti, riprovando e censurando come erronee alcune opinioni difese da Autori Cattolici; e che in oltre nel suddetto mio Libro si contenessero proposizioni, le quali potessero esser prese in un cattivo senso, e non conforme alla sana Dottrina. Quindi essendo pervenute alla notizia della Sacra Congregazione dell' Indice le opposizioni fatte al suddetto mio Libro, dopo un conveniente, e maturo esame del medesimo, ha Ella stimato necessario, che si facciano dall' Autore in alcuni luoghi le dichiarazioni, e muzazioni, che bisogneranno, per mettere a coperto la Dottrina in esso contenuta da qualunque contrario sospetto, e prelervare i Lettori da qualsivoglia inciampo, in cui



nus, notitiamque pervenerit, opus non est, hæc XII. capita sane gravissima, quæ *Ghetius* in ea exponenda sim longior. Continet vel retractare, vel explicare, aut cassigare

cui potrebbero cadere, se non si dichiarasse meglio dall' Autore il senso, in cui da esso sono state proferite tali proposizioni: massime, che si tratta di materie per loro natura assai difficili, e spinose, e queste trattate vengono nel volgare idioma, talmente che passando sotto gli occhi di persone imperite nella Theologica facoltà, potrebbero più agevolmente prendere qualche abbaglio. Per obbedire dunque al venerati comandamenti della Sacra Congregazione, e per manifestari i sentimenti Cattolici, che per Divina mercè nutrisco nella mente, e nel cuore, ho distesa la seguente Dichiarazione intorno ai luoghi, che per ordine della stessa Sacra Congregazione mi sono stati indicati, la quale voglio, che sia premessa in fronte del Libro, e sia considerata come parte dell' Opera, e che coerentemente ad essa s' intenda quanto si troverà da me scritto nel decorso del Libro.

1. Dichiaro, che ove nel Dialogo 6. pag. 150. e seg. prendo a confutare l' opinione di que' Teologi, i quali negano, che potesse Iddio creare l' Uomo con quell' istessa concupiscenza, cui nasce ora soggetto, non intendo di censurare come erronea una tale sentenza, la quale è sostenuta da Cattolici, ed insigni Autori lontanissimi dal Giansenismo; nè in altro senso la chiamo Gianseniana, se non perchè venne singolarmente adottata da Giansenio, cui prendo di mira in quel Dialogo, come nel precedente. E così parimenti quanto all' espressioni, o qualificazioni dure, ed aspre, che ho usate trattando di questa opinione, intendo, e dichiaro, che non riguardino questa sentenza in istessa considerata, che non soggiace a censura, ma solo la maniera, con cui vien difesa da Giansenio, e l' uso, ch' egli ne fa.

2. Nello stesso Dialogo pagg. 157. e 158. chiamo la Concupiscenza indifferente alla colpa, ed alla virtù, e la rassomiglio alla Spada, ch' è indifferente all' offesa, e alla difesa. Non intendo conciò d' oppormi a Sant' Agostino, il quale dimostra contro Giuliano, essere la Concupiscenza per sè stessa cattiva; nè contravenire alla definizione del Concilio di Trento, il quale dichiara, che la nostra Concupiscenza *ex peccato est, & ad peccatum inclinat*. La chiamo indifferente alla virtù e al vizio, in quanto non necessita a peccare, nè toglie la libertà d' indifferenza al bene, e al male, come vogliono i Novatori, e dà alla Virtù occasione d' esercitarsi nel vincerla. Nè in altro senso vuol prendersi il paragone da me recato della spada, il quale assolutamente preso, non è, nè può essere proprio, ed adequato.

3. Riprovo ed impugno alla pag. 236. e seg., come errore de' Giansenisti, l' opinione, che risonde la riprovazione d' alcuni nel peccato originale, quantunque debba essere loro rimesso. Ma non comprendo con ciò in tale errore que' Teologi i quali probabilmente difendono, essere il peccato originale motivo della riprovazione negativa, anche in que' reprobi, ai quali fu rimesso: perchè, sebbene i Teologi affermano, che per la colpa originale eziandio rimessa, stabilisca Iddio di non conferire ai detti reprobi la perseveranza finale, ch' è un dono, ed un beneficio sempre indebito, non negano però in Dio la sincera volontà di salvar tutti, nè dicono co' Giansenisti, che si priva d' ogni Grazia attuale necessaria per ben operare, e si lascia in quella fatale necessità di operar male, che secondo Giansenio è l' effetto del peccato originale. Qua è l' errore da me combattuto in quel Dialogo, non già l' opinione accennata di sopra.

4. Alla pag. 288. dico potersi disputare tra' Cattolici, se S. Agostino abbia ammessa, o nò la Grazia necessitante, il che vuole intendersi per modo e figura di concessione, e d' ipotesi; colicchè abbia questo senso: Quand' anche disputare lecitamente si potesse tra' Cattolici, se tal Grazia sia stata ammessa da S. Agostino, non può nondimeno recarsi in dubbio, se sia stata proferita dalla Chiesa, da cui debbono i Giansenisti più che da Sant' Agostino prendere la decisione della loro Causa. Ma per togliere ogni equivoco, ed oscurità al mio sentimento, confesso, non potersi dubitare da verun Cattolico, se S. Agostino abbia, o nò ammesso una Grazia, che tolga il libero arbitrio: perchè essendo stata nelle materie importanti ed essenziali della Grazia adottata la di lui Dottrina dalla Chiesa, siccome non può disputarsi, se questa ammet-

gare coactus est; atque ea inpriuris, quæ in D. Augustinum aliosque PP. irreverenter prorsus ac falso protulerat. At nihilominus post gravissimos admissos errores insigni elogio ammetta, o nò la Grazia necessitante; così memeoto S. Agostino può mettersi in dubbio da alcun Cattolico, che abbia riprovata la Grazia necessitante. Tale è stato realmente, ed è il mio sentimento. Contutto ciò, perchè non mi sono spiegato colla dovuta chiarezza, anzi la mia propofizione, *prout jacet*, può avere cattivo senso, voglio, ed intendo, che la medesima non si prenda, se non nel senso predetto.

5. E' sembrato a taluno, che alle pag. 295., 300., e 318. io metta in dubbio, se la Dottrina di S. Agostino in materia della grazia sia stata approvata dalla Chiesa. So, che nella materia della Grazia è stata sempre dalla Chiesa in forma speciale, e superiore agli altri Padri lodata, commendata, e seguita la Dottrina di S. Agostino, e che da suoi Scritti contro i Pelagiani, ed altri Eretici sono stati bene spesso tratti i Canoni e Decreti de' Concili, e de' Sommi Pontefici appartenenti a tal materia. Con tutto ciò mi pare, che da questo non s'inferisca, che tutto ciò, che trovasi ne' medesimi Libri di S. Agostino, indistintamente, e senza alcuna limitazione o restrizione s'abbia a considerare quasi un Dogma Cattolico, ed un Articolo di Fede; cosicchè non sia lecito ad un Cattolico scostarsi dalla di lui opinione e dottrina in qualunque punto non deciso dalla Chiesa; ma tuttavia nelle Scuole disputato, e controverso. Tale, e non altro è stato, ed è il mio sentimento circa la Dottrina di Sant' Agostino, che sarà sempre da me venerata con quel rispetto, che *merita per se* stessa, e per il giudizio, che ne ha portato in tutti i secoli la Cattolica Chiesa.

6. Pare altresì, che nel Dialogo 8. del libro 2. io censuri, come Giansenismo, il sistema di que' Teologi, che riponendo l'efficacia della Divina Grazia nella Dilettazione celeste superiore di gradi alla terrena, rigettano nondimeno le cinque Proposizioni di Gianlenio, e che in oltre io dica, essere un tal sistema espressamente condannato dalla Chiesa. So che vi sono Autori Cattolici, i quali ammettendo, che nonostante qualunque dilettazione superiore, che si trova nell'anima, la medesima sia sempre fornita di libertà d'indifferenza, e d'una vera attiva potenza alla parte opposta, talmente che ai Giusti non siano mai impossibili i Divini Precetti, nè manchi loro la Grazia, per cui si rendono loro possibili, difendono come Cattolico il suddetto sistema, intorno al quale non ha finora proferito la Chiesa alcun giudizio. Per conseguenza quanto ho detto in tutto quel Dialogo, per mostrare la conformità di questo sistema colla dottrina di Gianlenio, e cogli errori contenuti nelle cinque Propolizioni, mi protesto, e dichiaro averlo detto *argumentandi gratia*, come si pratica nelle Scuole, dove impugnando la sentenza contraria, si procura, per via di discorso Teologico, dimostrare, che la medesima abbia connessione e affinità con qualche Dottrina proscritta dalla Chiesa; ma non si pretende perciò, che tale opinione rimanga già proscritta. Avverto pertanto il Lettore, che in questo senso solamente intendo, che sia presa la taccia di Gianlenismo da me data in quel Dialogo al mentovato Sistema.

7. Affermo alla pag. 433. essersi insegnate da molti Santi Padri opinioni contrarie al naturale diritto; ma non ho inteso di affermare con ciò, che i Santi Padri abbiano insegnate opinioni o contro i primi principi del jus naturale, o contro le conclusioni prossime ed immediate, che dallo stesso derivano, il che sarebbe irreverenza, e temerità. Il sentimento mio deve restringersi alle cose, che riguardano le conclusioni remote, intorno alle quali durano anch'oggi varie dispute fra' Scrittori Cattolici, mettendosi molte volte in questione fra i Teologi, e Canonisti, se una tal cosa sia proibita dal Jus naturale, o dal Jus divino positivo, oppure dal solo Jus ecclesiastico. Rispetto a tali conclusioni remote, che deduconsi dal Jus naturale, potendo darsi ignoranza invincibile, ho preteso di parlare nell'accennato luogo del mio Libro. Di quelle, ed in questo senso bramo, che sia spiegato ed inteso da chi lo leggerà.

8. Tutto ciò, che alla pag. 557. ho scritto dell'Anima Mondiale, voglio che s'intenda cattolicamente, (*come mai Dio buono!*) non giammai nell'ovvio, e reo senso de' Poeti, e Filosofi da me lodati: imperciocchè, sebbene coll'affermare, che IDDIO E' VERA FORMA, E VERA ANIMA DEL MONDO, io mi sia servito di tali termini nel senso metaforico ed analogico, non già nel proprio e naturale di tali vocaboli; nè altro io abbia inteso di dire, se non che Iddio è causa universale, efficiente, infinita, la quale coll'intima sua presenza, immensità, e concorso immediato dà propriamente, e veramente ad ogni cosa l'essere, il moto, e la vita; nulladimeno, perchè mi sono confusamente ed oscuramente spiegato, rifiuto, e rigetto ogni modo di dire, che sembrar possa favorevole al Sistema de' Stoici, riprovato dalla Cattolica Religione.



gio celebratus est a P. Francisco Antonio *Zaccharia*, qui sicut omnes Societatis scriptores, seque ipsum in *Litteraria Historia* laudat & extollit, ita Vol. 4. P. I. p. 148. *Ghetium* appellare

9. Riferisco alla pag. 866. la Lettera di S. Agostino a San Girolamo, nella quale afferma il Santo Dottore, essere stata a' suoi tempi quistione, se in qualche caso sia lecito all'Uomo dabbene e Cristiano la bugia officiosa; e conchiude, che in pratica può ciascuno seguire quella parte che vuole. Da ciò non parmi, che segua, aver io stimato, che Sant'Agostino dia per lecito l'uso della bugia officiosa; mentre ho sempre tenuto, e tengo per certissimo, che il Santo Dottore ha insegnato espressamente il contrario nel suo libro *De mendacio*, e nell'Enchiridion, in cui vi è il ristretto del medesimo Libro. Dico pertanto, che nel luogo da me citato, ha voluto il Santo Dottore accennar solamente per modo di concessione, che quantunque della suddetta opinione pensar potesse ciascuno, come più gli piaceva, non perciò disputar si doveva, se i sagri Autori avessero qualche volta mentito, ch'era il punto della sua controversia con S. Girolamo.

10. Ho scritto alla pag. 962. avere generalmente in tutte le materie morali più d'autorità i Teologi del nostro Secolo, che i Teologi degli antichi Secoli, ancora più luminosi; ed alla pag. 970. valere più nelle materie spettanti alla coscienza un buon Sommista, che tutti i Padri. Non vorrei, che da ciò s'inferisse, avere io sentimenti poco rispettosi ai Padri, e Teologi antichi. Tengo, e dichiaro, che in peso d'autorità i Padri debbono assolutamente preferirsi ai Calisti, o Sommisti del nostro Secolo, come parmi essermi espresso alla pag. 963. Ma perchè alcune quistioni morali o non furono trattate *ex professo* dai Padri, e più diligentemente furono esaminate dai Teologi posteriori, su la scorta però sempre della loro autorità, e dottrina, o perchè varie altre appartenenti al Jus Ecclesiastico, per le Nuove Leggi, e varia disciplina della Chiesa, non potevano saperli, e trattarli dai Padri, e Teologi antichi; dico, doversi in queste consultare i moderni Dottori; e in questo solo senso concedo ai secondi qualche sorta di preferenza sugli Antichi.

11. Alla pag. 858. ho dato per fatto notissimo, che prima della nascita del Giansenismo, cioè a dire per un Secolo quasi intiero, tutte le Università, tutte le Scuole, tutti i Teologi, e tutti i Vescovi, che di tal tempo trattarono di queste materie, tutti d'unanime sentimento insegnarono lecito l'uso dell'opinione meno probabile. Un tal fatto vien da me asserito su la fede ed autorità del P. Des-Camps nel suo Libretto intitolato *Quæstio Facti*. Ma perchè sento, che gravi Autori l'hanno posto in dubbio, ed altri hanno procurato di mostrarne l'insussistenza, non esigo maggior fede al mio detto di quella, che merita il fatto medesimo, e l'autore, da cui l'ho preso. Avverto inoltre, che non ho inteso di dire, che tutti i Teologi, che hanno vissuto in quel periodo di tempo, abbiano tenuto, ed insegnato il Probabilismo: perchè siccome tra gli Scrittori, che gli avevano preceduti, ve n'erano stati indubitatamente de' contrarj al Probabilismo, così niuno può asserire, che tutti abbiano preferita l'opinione de' Scrittori loro contemporanei a quella degli Antichi. Ho inteso dunque di parlare di quelli, che in detto spazio di tempo hanno stampato libri; e quanto a questo fatto pure, lascio il suo luogo alla verità.

12. Nel Dialogo 6. ed 8. è sembrato ad alcuni, che io dia la taccia di Rigorista, e Giansenista a tutti gl'Impugnatori del Probabilismo. Ma per dir vero, Rigoristi io chiamo soltanto quelli Antiprobabilisti, i quali facendo sempre tra le opinioni scelta di quelle, che sono più rigide, ancorchè molte volte non siano le più sode, e le meglio

lare non veretur: *Gran Filosofo, bravo Teologo, e felicissimo Spunitore de' suoi concetti.* Inter cætera vera P. *Ghetii* peccata, unum est, quod ad rem nostram facit. Extat hoc in

glio fondate, si pregiano di professare una Morale severa e rigida, biasimando, e censurando sempre come lasse, e irragionevoli l'altrui sentenze, quantunque fondate talvolta su buone, e sode ragioni. Tra i Giansenisti poi non è mai stato mio intendimento d'annoverare tanti Probabilioristi Cattolici di vari Istituti, e della stessa mia Compagnia, che nulla certamente hanno di comune cogli errori di quel partito. Una tal nota pretendo soltanto darla ai Seguaci di Giansenio, i quali per colorire la loro pertinace disubbidienza alle Decisioni della Chiesa, ed alle Apostoliche Costituzioni, e per accreditarsi in qualche modo nel pubblico, hanno affettato il titolo di Difensori della Morale severa, ed hanno dichiarata una guerra aperta al Probabilismo.

Nel fine dell'opera instituisco un paragone tra il Probabilismo, e i Dogmi della Fede, e tra l'arti de' Probabilioristi, e quelle de' Novatori. Or dichiaro, che un tal confronto non è adequato; nè intendo di paragonare ai Novatori, ed alle maliziose loro arti i Probabilioristi Cattolici, ma i soli Giansenisti, e qualunque altro, che imitasse i maligni e biasimevoli loro artifizj.

Finalmente protesto, che se per entro il mio Libro s'incontrasse qualche altra espressione meno cauta, e moderata, o qualche censura troppo acre delle opinioni delle Scuole Cattoliche, alle quali professo tutta la dovuta stima, intendo di rivocarla, e di sottomettermi al giudizio della Chiesa, ed ai sentimenti della Santa Sede Apostolica, di cui sono ubbidientissimo Figlio.

IX. Questa è la *Dichiarazione e Protesta*, che in adempimento de' supremi comandi della Sacra Congregazione dell'Indice, a' quali s'aggiunsero pur gli ordini del suo Generale, pubblicar dovette il P. Niccolò Ghezzi, toccante alquanti errori de' principali che contiene la sua Opera. Dissi *de' principali*, giacchè molti e molti altri abbagli ed assurdità in quella s'incontrano, e si ponno facilmente discuoprire dagl'intendenti, da' quali la Sacra Congregazione non ha stimato quel pregiudizio poter derivare ne' semplici, che dagli altri compresi e specificati nella Dichiarazione. Fra le tante altre stravaganze che vi si trovano, accennar voglio sol questa a miei Leggitori. Alla pag. 100. così il P. Ghezzi ragiona pel suo *Teotimo* (chi le dice si tende come costui, veramente *πὸ ἐαυτὸν τινα?*) „ Del rimanente, a dir vero, que' pochi „ Teologi, che da un secolo in qua hanno preso a combattere il Probabilismo, ben „ possono contarsi per nulla a petto dell'autorità di tutti gli antichi secoli della Chie„ sa, in cui nel darsi lecito l'uso delle opinioni probabili, mai non trovasi fatta la „ restrizione alle opinioni soltanto notabilmente prevalenti in probabilità, e del secolo „ dopo il Medina, quando cominciatosi a distinguere nelle Scuole tra più e manco „ probabile, da tutti i Dottori insegnossi, da tutti i Confessori seguissi, e da tutti i „ Fedeli praticossi il solo Probabilismo, e ciò in faccia alla Chiesa, senza che la „ Chiesa abbia mai reclamato per disingannare i suoi Figliuoli da un errore sì comu„ ne, e sì funesto. Una autorità di questa fatta (messe ancora da parte tutte l'altre „ ragioni si concludenti a favore del Probabilismo) una tale autorità, dico, ben è ba„ stevole a fondare una assoluta morale certezza della di lui verità. " Ed ecco con sì bel modo provato, che chi opera giusta i dettami del Probabilismo, opera con *Morale Certezza*, con *quella appunto*, che di sopra asserì il P. Ghezzi, *richiedersi* da' soli Giansenisti, e che *tutti i Cattolici negano essere necessaria, ec.* Ma se questo degno Religioso ne avesse dette ancor di più tonde, e di peggiori, e più pernicciose, che le notate nella *Dichiarazione*, si sarebbe nulla ostante dimostrato allo Storico suo Confratello (pag. 148.) *un Gran Filosofo, Bravo Teologo, e Felicissimo Spunitore de' suoi concetti*. Tal'è l'applauso fra gli altri che fa a quest'Opera e all'Autor suo, come già dicemmo, lo Storico; e avvertasi che, quantunque non sian poste *per modo di annotazioni sotto al teste*, giusta la regola che si è prefissa nella Prefazione a questo volume, (pag. IX.) devonsi tali espressioni a lui attribuire, e ben si vede, che gli uscirono propriamente dal cuore. Ma come sarà possibile, che lo Storico abbia



in Dialogo VI. & VIII., in quibus tetram Rigoristarum Jansenistarumque notam Probabilismi oppugnatoribus appingit. Quam propositionem explanare modis omnibus conatus est. Alii videant, num quæ profert in sui excusationem a Romanis Judicibus coactus, consilium ejus possint contegere. Probabilismi sane ætatis nostræ familiare est, eos

bia a rattenersi mai sempre dentro gli angusti confini che si è prefisso, senza che gli trascorra un sol passo, qualora massimamente in alcuno sfogo di amicizia e fraterna Carità venga a rompere riguardo all'opere, o alle opinioni di alcuni suoi Confratelli, come di sopra col suo *Amico* P. Venturi, e quivi col P. Ghezzi ha praticato? S'egli però non ne può a meno, la faccia pure con buona pace, ch'io per me non sono sì indiscreto e *inesorabile*, che ad un giogo così duro e importabile astringer lo voglia. Altro bel tratto del nostro Storico stimo bene di riferire, per cui dà contezza del Dialogo VIII. ch'è l'ultimo del primo tomo, in cui sotto il titolo di *Giansenismo travisato* si propone il Cattolico Sistema dell'Agostiniana Scuola, e il P. *Reggente*, come vedemmo, ci vien per questo appunto introdotto, qual Interlocutore. „ Noi quasi vorremmo (così lo Storico pag. 147.) „ ch'egli avesse tralasciato questo Dialogo, non perchè crediamo, ch'egli non tolga „ con buon successo a questo *Giansenismo travisato* la maschera; non perchè non re„ putiamo con esso lui, che sia più da temere tal *Giansenismo*, massimamente per l'„ Italia, che l'altro aperto de' *Giansenisti* Oltramontani; non perchè il P. Ghezzi „ niente più dica, che detto hanno su questa materia il *Tournely* Dottor *Sorbonico*, e „ 'l grande Arcivescovo di *Cambray*, e l'*Arcivescovo di Vienna nel Delfinato*, ed altri „ molti insigni „ (oh questo epiteto ci va a meraviglia!) "Vescovi e Dottori di *Fran*„ *cia*; ma perchè il contrario partito potrebbe facilmente follevargli contro una fiera „ burrasca. Vorremmo almeno, ch'egli in questo Dialogo, e sì pure nel quinto " (ove c'entra un *Monaco*) „ certi Interlocutori non avesse introdotti, da che potrebbe alcun „ ceto di persone, e qualche Scuola, o a torto, o a ragione, reputarsi aggravata ed „ offesa. Ma checchè ne avvenga, è da desiderar sommamente che senza spirito di „ passione si disamini da tutti questo Dialogo. " Si consoli però lo Storico, che questo appunto si è fatto, com'egli pur bramava, dalla Sagra Congregazione dell'Indice (ch'ei non dirà mai si lasci portare da *spirito di passione* in somiglianti giudizj,) di quel Dialogo non meno, che di tutta l'Opera del suo P. Ghezzi: e siccome sopra alcuni abbagli ed errori più rilevanti di quella, così ancor sopra questo, che il soggetto forma di tutto quel Dialogo, e che tanto è ingiurioso non che alle Scuole Cattoliche, alla Santa Sede medesima, da cui in più Decreti, e Costituzioni affatto immuni dichiarati vennero dalla nota di *Giansenismo*, ed elenti da ogni condanna i loro Sistemi, obbligato fu l'Autore dalla stessa S. Congregazione a *dichiararsi* nella forma prescritta, che in buon senso vuol dire a *ritrattarsi* pubblicamente. Ecco dove andò a terminare il *checchè ne avvenga* dello Storico, e i timori ch'egli mostrò avere fin d'allora di qualche brutto accidente, o *Fiera Burrasca* all'Opera del suo Confratello. Di tutto però il successo a questi fatale non vorrà di presente il P. Storico accagionarne la *Condizione de' tempi*, o i maneggi del *contrario Partito*, da che in somiglianti giudizj non suole esser condotto quel supremo e integerrimo Tribunale; ma bibbene gli errori notabili, le ardite e strane propofizioni, le sentenze erronee e false, che in quell'Opera si trovan difese, delle quali più d'una v'ha, che dagli stessi supremi Tribunali di Roma negli anni addietro venne proscritta. *Meritò*, potrà adunque dire anch'egli, (Genes. 42.) *merito hæc patimur .... idcirco venit super nos ista tribulatio*. Resterebbemi alcuna cosa a dire sopra la lunga nota, che nella pag. 142. e segg. inserita venne dallo Storico; ma senza ch'io vi getti il tempo, basterà a rimostrare la ingiustizia e la inutilità delle poche censure che ivi fa al P. Berti, il solo consultare, com'io feci, il di lui *Ragionamento Apologetico* alla pag. 77. e segg. e il Tomo I. della sua Apologia, Dissert. II. cap. I. nn. X. XI. e XII. Io prego i miei Leggitori di farlo, e resteranno molto meravigliati della franchezza dello Storico in replicatamente insorgere contro il P. Berti, per cose in cui è già stato convinto pienamente, e sopra le quali più non dovrebbe zittire.

eos omnes tanquam *Jansenistas*, & *Rigoristas* traducere & infamare, qui castionem, verioremque ethicen docent. Hinc necesse est, ut coerceantur identidem hujusmodi scriptores, qui nulla de causa quamfacillime probos doctosque viros hac infamia immaniter diffarpunt. Id quidem plures ex Societate homines ausi sunt, a quibus cæpta est hæc hæresis, cum primum damnata fuit, plurimum adjuvari. Nam quæ odio, ut par erat, habita ab omnibus fuisset, eorum opera in viros Catholicos, & egregios Scriptores malitiose translata exoi quodammodo deformitate cœpit, & minus quam re ipsa est, perniciosa judicari. Hac sane ratione Molinistæ ad extremam pene doctisque scriptoribus conflandam invidiam, quos repudiato, ut licet ac decet, *Molina*, doctrinam tueri videbant Augustinianam, atque in moribus illam, quam Christus in Evangelio, SS. PP., ac tutissima ratio suadent, & præcipiunt, eos omnes *Rigoristas*, atque *Jansenistas* appellare non dubitarunt. Hoc tantum malum, cui plures Pontifices obviam iverant, admodum promovit P. *Decolonia S. J.* in *Bibliotheca Janseniana*, in qua omnium Ordinum multos & magnos viros Jansenistis annumerando, hæresim deterrimam multo maxime illustrem reddidit, effecitque, ut Jansenista, si qui tamen sunt, quod negant viri doctissimi, jactare possint, se cum præclaris insignium scholarum alumnis commune habere fatum & causam, ut præclare animadvertit *Romanus Philalethes* (1). Hic interim fuit exitus Ghetii Dialogorum, pro quibus edendis primum, exin ne proscriberentur, ut boni doctique viri deflerabant, eaium terræ miscuit Societas tota. Propositum certe fuerat illorum Auctori cunctos castigatioris doctrinæ vindices, ac præcipue Concinam, cujus libros ferebat ægerrime, infamia notare, & nigra Rigoristarum Jansenistarumque calumnia difcerpere, nisi hominis licentiam, licet mitius, Romani Judices coercuissent. Cæterum antequam palinodiam Ghetius caneret, illius Dialogos jam excuderat, atque graviter pertrinxerat ipse Concina in libro *De revulsa Religione* adversus Atheos aliosque hujusce furiuris viros.

(1) *Latet sub hac nomine vir cl. P. Thomas Augustinus* Ricchinius, *qui A.* MDCCL., *quo erat Sac. Congregationi* Indicis *a Secretis, vulgavit epistolam ita inscriptam:* Romani *Philalethis* ad Theologum *Lovaniensem Epistola* de julia *Bibliotheca Janseniana* proscriptione. *Est autem scripta adversus epistolam quandam larvati e Societate hominis, qui, assumta Doctoris Sorbonici persona, dum* Ricchinium *lacessere videri vult, atque insectari, viam sibi & improbo cuique patefecit ad ipsam Cardinalium Congregationem* Indicis *& Pontificem O. M. per latus administri impune feriendum. Mentitus hic* Doctor Sorbonicus *cum* Ricchinium, *tum quoque Concinam contumeliose habuit in altera Epistola apologetica, quam omni posthabito pudore in Ricchinium deinceps scripsit.*

## CAPUT XXXII.

*De scriptionibus PP. Jacobi* Sanvitalis, *Caroli* Noceti, *Philiberti* Ballae *aliorumque S. J. adversus* Theologiam Christianam, *& Epistolas* Theologico-morales, *deque iis, quas Concina ipse*, Paturzius, Dinellius *aliique isdem objecerunt.*

PRopositum erat hoc loci cæteras Concinæ lucubrationes referre; sed quum antea percenseudæ sint variæ Jesuitarum adversus *Christianam Theologiam* scriptiones, ideo Historiam modo eorum comprehendam quæ eximii Operis editionem consecuta sunt, dicturus inde de postremis Concinianis libris. Referam pariter scriptiones adversus *Epistolas Theologico-morales* a *Patuzzio* editas, eaique simul, quas impavidus vir non in sui tantum, quam Concinianæ Theologiæ apologiam deinceps evulgavit. P. Jacobus *Sanvitalis* præter omnium expectationem primo Eranilicas epistolas exaptare præsumpsit, ediditque in vulgus hoc opusculum: *Lettere Teologico-morali a difesa della Storia del Probabilismo esaminate, e dimostrate infette di falsità.* In Trento A. MDCCLII. Quod deinde cum aliquibus additionibus Tridentini & Lucæ A. MDCCLII. denuo editum est. Inde duo alia edidit opuscula adversus *Theologiam Christianam*, quorum primum hunc titulum habet: *Raccolta seconda di varie proposizioni estratte da' Tomi di certa Teologia intitolata:* Cristiana Dogmatica-Morale, *ed impugnate come opposte al vero.* In Lucca A. MDCCLII. Per Giuseppe Salani e Vincenzo Giuntini; alterum veto hanc epigraphen præfert: *Offervazioni rimarcabili sui due ultimi Tomi undecimo, e duodecimo di certa Teologia intitolata:* Cristiana Dogmatica-Morale. 8. In Lucca A. MDCCLIII. Superiori anno prodierat Romæ inscriptio quædam infamis in hæc verba: *Supplimenti di alcune professioni estratte dalla* Teologia Cristiana *del famosissimo P.* Concina, *e da aggiugnersi alla Ritrattazione pubblicata dal medesimo in Roma ec.* Excudebant Romæ ad Minervam A. MDCCLII. Hæredes *Dominici Stringigulæ*. Quibus postremis verbis, ut Concina animadvertit (1) D. Patriarcham Dominicum, SS. Inquisitionis auctorem, carpit homo, cui pernit frons. Hoc enim supremum Fidei Tribunal licam dilstrictam, & carnificinam Hæretici Transalpini vocant. Ad hanc Hæreticorum phrasim alludens hujusmodi libelli auctor *Dominicum* stringere gulam ait, ejusdemque filios appellat *Hæredes Dominici Stringigulæ*. P. Franciscus Antonius *Zaccharias* ea impudentia, verborumque acerbitate, qua priora Concinæ sua in Historia exceperat volumina, eadem in cætera intemperantissimam criticen perpetuo exercuit. His omnibus aliisque scriptis Concina nihil respondit, cum quod non satis causæ potabat esse, quare a gravioribus rebus animum avocaret, cum quod optime sciret non defuturos, qui sui vindicias aggrederentur. Adversus *Sanvitalem* primo prodiit liber ita inscriptus: *Note antocritiche di Eudosso Filerio sulla risposta del M. R. P. Giacomo* Sanvitale *alle Lettere Teologico-morali di Eusebio* Eranitte. 8. In Trento (Lugani) MDCCLII. Exinde epistolæ tres vulgatæ sunt cum hoc titulo: *Lettere di Adelfo Cariteo e Filaminclo Arunio sul libretto pubblicato in rispesta alle Lettere Teologico-morali di Eusebio* Eranitte. In Trento MDCCLII. Primam, ac tertiam ex his Epistolis scripsit Paullus *Paturzius*, P. Pii Vincentii *Paturzii* germanus Frater, & Concionator hac nostra ætate clarissimus. Quis autem secundæ Epistolæ auctor sit, mihi fateor incompertum. Id cuique prænideris vacuo animo eit, hosce duos scriptores admirabili elegantia, ac eximia doctrina *Paturzii* arcto presfoque calamo vindicias agere, & P. *Sanvitalem* insulsitatem, atque mendacia ad miraculum demonstrare. *Sanvitalis* hisce quoque epistolis voluit occurrere, sed vix confarcinato libello die 2. Augusti, homo summis maximisque pro probabilitica doctrina perfunctus laboribus, mortuus est: alicujus apud posteros celebritatis futurus, si decem annos



*edita:* Cristiana Dogmatica-Morale. 8. In Lucca A. MDCCLII. Superiori anno prodierat Romæ inscriptio quædam infamis in hæc verba: *Supplimenti di alcune professioni estratte dalla* Teologia Cristiana *del famosissimo P.* Concina, *e da aggiugnersi alla Ritrattazione pubblicata dal medesimo in Roma ec.* Excudebant Romæ ad Minervam A. MDCCLII. Hæredes *Dominici Stringigulæ*. Quibus postremis verbis, ut Concina animadvertit (1) D. Patriarcham Dominicum, SS. Inquisitionis auctorem, carpit homo, cui pernit frons. Hoc enim supremum Fidei Tribunal licam dilstrictam, & carnificinam Hæretici Transalpini vocant. Ad hanc Hæreticorum phrasim alludens hujusmodi libelli auctor *Dominicum* stringere gulam ait, ejusdemque filios appellat *Hæredes Dominici Stringigulæ*. P. Franciscus Antonius *Zaccharias* ea impudentia, verborumque acerbitate, qua priora Concinæ sua in Historia exceperat volumina, eadem in cætera intemperantissimam criticen perpetuo exercuit. His omnibus aliisque scriptis Concina nihil respondit, cum quod non satis causæ potabat esse, quare a gravioribus rebus animum avocaret, cum quod optime sciret non defuturos, qui sui vindicias aggrederentur. Adversus *Sanvitalem* primo prodiit liber ita inscriptus: *Note antocritiche di Eudosso Filerio sulla risposta del M. R. P. Giacomo* Sanvitale *alle Lettere Teologico-morali di Eusebio* Eranitte. 8. In Trento (Lugani) MDCCLII. Exinde epistolæ tres vulgatæ sunt cum hoc titulo: *Lettere di Adelfo Cariteo e Filaminclo Arunio sul libretto pubblicato in rispesta alle Lettere Teologico-morali di Eusebio* Eranitte. In Trento MDCCLII. Primam, ac tertiam ex his Epistolis scripsit Paullus *Paturzius*, P. Pii Vincentii *Paturzii* germanus Frater, & Concionator hac nostra ætate clarissimus. Quis autem secundæ Epistolæ auctor sit, mihi fateor incompertum. Id cuique prænideris vacuo animo eit, hosce duos scriptores admirabili elegantia, ac eximia doctrina *Paturzii* arcto presfoque calamo vindicias agere, & P. *Sanvitalem* insulsitatem, atque mendacia ad miraculum demonstrare. *Sanvitalis* hisce quoque epistolis voluit occurrere, sed vix confarcinato libello die 2. Augusti, homo summis maximisque pro probabilitica doctrina perfunctus laboribus, mortuus est: alicujus apud posteros celebritatis futurus, si decem annos ante obiisset. Vitam ejus prægrandi voluminе complexus est vir eruditissimus Joannes Andreas *Barottus*, Bibliothecarius Ferrariensis, qui tamen de libris a *Sanvitali* adversus Concinam aliisque scriptis altum ubique silentium tenuit; veritus, ut ego quidem interpretor, ne, vel illorum titulis recitatis, pleraque magna & mira, quæ de eo narravit, fidem omnem amitterent. Tam præclara tamen sunt, atque nota, quæ patravit P. *Sanvitalis*, miracula præter omnium confuendinem Sanctorum, ut ominari omnino fas sit, hæc eadem Apotheosim impeditura, quam ipsi *Barottus*, PP. Societatis jure studiosissimus, præparavit. Post *Sanvitalis* mortem, lucem vidit responsio ab eodem modo memoratis epistolis facta, sed personarum nominibus adeo deformatis, ut non inepte quidam scripserit, fuisse eam a *Sanvitali* obscuro in loco confectam, in quo periscilla nancisci non potuerit; ita enim titulus est: *Lettere de' Signori* Arideo, *e* Filarmondo Arenio *esaminate, e dimostrate infette di falsità.* In Lucca MDCCLII. per Giuseppe Salani, e Vincenzo Giuntini. Quæ quidem lucubratio, aliaque omnia hujusce viri de Probabilitate Opuscula nulla alicujus arte, sed se ipsis periturunt, nullamque affecuta sunt hominum recordationem. At P. *Paturzius*, quo sui epistolas & nomen, atque Concinæ Probabilismi Historiam, & *Theologiam Christianam* vindicaret, sexdecim alias elaboravit Epistolas adversus *Sanvitalis*, *Zaccheriæ*, aliorumque censuras. Quæ dum ederentur P. Carolus *Nocetus* Jesuita, cujus a nobis supra mentio est habita, adversus *Theologiam Christianam* primam Operis sui partem edidit ita inscriptam: *Veritas Vindicata, sive permulta sententiæ Auctorum Societatis Jesu in* Theologia Christiana Dogmatico-morali *minus sincere relatæ, juxtaque integritati a quodam ejusdem Societatis Theologo restitutæ*, a. Lucæ A. MDCCLII. typis Philippi Mariæ Benedini; atque iterum Romæ, & Venetiis MDCCLVII. ex Typographia Remondiniana, ac demum in Hispania, uti dicemus. Hoc in libro *Nocetus* magnam operam poluit, ut Concinæ elevaret fidem, atque eo in *Libello Supplici* Romano Pontifici exhibito, non omnia gravissima Concinæ errata contenta fuisse demonstraret. In Operis Præfatione iniquissimam calumniam recoxit, quam jampridem

(1) *In Libro de* Spectaculis Theatralibus *in Parergo pag. XLIV.*

*Sanvitalis*, aliique scriptores, ac demum tota Societas in Concinam intorserant; ipsum scilicet in sua *Theologia Christiana* exscripsisse *quidquid falso & maledice* contra Societatem scripserunt *Paschalis*, *Wendrockius*, Henricus *a S. Ignatio*, & Vincentius *Baronius*. Quod si verum fuisset, supervacuum omnino erat, ut *Nocetus* tantopere laboraret in auferenda quacumque a Concina fide. Sat enim superque fuisset illorum *maledicorum* hominum proferre sententias, cumque Concinianis conferre, quo modo de *Christiana Theologia* actum fuisset. Quod cum millies diserint PP. Societatis, numquam vero nec semel probaverint, teterrimam jam constat calumniam esse, ad extremam Concinæ conflandam invidiam excogitatam. *Noceti* itaque liber, ut dixi, editus est dum jam fere *Epistolarum Theologico-moralium* editio ad finem properaret. In eum proinde *Patuzzius* animadversiones scripsit, adjecta Epistolis *Appendice*, in qua, si quid est in *Noceti* libro alicujus momenti, convulsum, ac confutatum plenissime apparet. Epistolæ ergo vulgatæ sunt cum hoc titulo: *Lettere Teologico-morali in continuazione della difesa della Storia* del Probabilismo, *e* Rigorismo ec. *del P. Daniello* Concina, *date in luce da Eusebio* Eraniste. *Si aggiungono alcune osservazioni sul nuovo libro pubblicato col titolo di* Veritas Vindicata. 8. Tom. II. In Trento (*Venetiis*) MDCCLIII. His in epistolis *Patuzzius* cum sui nomen, atque doctrinam, tum vero Concinianam *Historiam Probabilismi*, atque *Theologiam* summa eruditione, doctrinæ soliditate, omni denique pondere theologicæ rationis acerrime & fortissime defendit, tantoque in lumine *Sanvitalis*, fosiorumque ejus objectorum falsitatem collocavit, ut jam absolutam convertationem esse doctis hominibus videretur. Cum vero PP. Societatis *Noceti* librum maxime laudarent, atque Romæ, aliisque in urbibus viris nobilibus impertirent, P. Vincentius Maria *Dinellius* Ordin. Præd., Theologus Casanatensis, illius confutationem optimo consilio suscepit, atque edere Romæ Ann. MDCCLIII. epistolas cœpit ita infrascriptas: *De Danielis* Concinæ *in indiculis, describendisque Casuistarum locis summa fide, ac diligentia Epistolæ*. Quæ quidem decem numero Romæ primum editæ, Venetiis postmodum curante Simone *Occhio* simul collectæ prodierunt A. MCCCLIV. in iisque incredibiles comminationes, peccata, insulsitates, & mendacia putidissima Caroli Noceti, deteguntur, castigantur, & dissipantur. Ex his autem cum tertiam *Benedicto XIV. Dinellius* offerret, quæsivit ab eo Pontifex: putaret ne omnia posse defendere, quæ Concinæ fuerant objecta, uti promisserat, & falsa demonstrare? Cui cum nihil hæsitans respondisset: omnino, paucis exceptis, in quæ facile labitur vel unius libelli scriptor, falsa omnia & ad libidinem conficta se demonstraturum: *gratulamur*, inquit Pontifex, *optimo viro, de cujus probitate, atque innocentia nunquam sane dubitavimus* (1). *Nocetus* inde magna sui Operis parte dissipata, aliam editionem Romæ curavit eodem A. MDCCLIII. typis Generosi Salomoni, & quo *Dinellium* a severa, quam in prima epistola animadverterat, sui Operis critice atque confutatione revocaret, in hanc quoque epistolam suas animadversiones novæ editioni adjecit. Atqui confutum ejus optime *Dinellius* subodoratus calliditum elusit hominem, & Concinianæ fidei, atque integritatis vindicias ad finem usque, doctis viris plaudentibus, persecutus est. Quæ Epistolæ per Galliam, Germaniam, Hispaniamque vulgatæ, & diffusæ Concinianum nomen, atque doctrinam ubertime illustrarunt. *Noceti* vero socii alia ex parte *Dinellium* a molello sibi proposito suscepti sque vindiciis revocare pertentarunt. Plures nempe equites, nobilesque viros, apud quos ille gratia valebat plurimum, obtestarunt, eorumque precibus implorarunt fidem, ut *Dinellio* persuaderent, ne ultra Concinæ apologiam ageret. Quod hi eo modo, eaque supplicationis compositione executi sunt, ut *Dinellio* potius id, de quo requirebantur, proderent, quam quod efficaciter aut illud se velle, aut se cupere a longe demonstrarent (2). Erat sane iniqua res, Concinæ Apologistas exturbare, ut ipsi interea commodius lacerare, ac dissipare eum possent. P. *Ravagus* Jesuita, ut diximus, Hispaniarum Regi a Confessionibus, P. Caroli *Noceti* librum sumtibus suis in Hispania, ubi sum-

(1) Dinellius *Epist.* 10. *De quo equidem testimonio, vivente Pontifice a* Dinellio *relato, dubitare nefas esset.*

(2) *Id memorat Auctor supra cit. animadversionum ad Epist. Ab.* Covet, *observatione A. ad Epist. III. pag.* 161.



summo in pretio erat *Theologia Christiana*, imprimendum curavit. Tum Dominicani doctiores, ac præcipue PP. *Hernandezius*, *Puga*, ac *Llobettus*, vitæ sanctitate, atque doctrina spectatissimi, prælo & ipsi subjecerunt *Dinellii* Epistolas *Matriti typis Francisci Saverii* Garzia *in via Capellanorum*, adjectis insignibus censorum testimoniis, quorum partem hoc afferre nec inutile, nec injucundum lectoribus fuerit (1). Quæ qui-

(1) *P. Jannes Antonius* Ponce *Ordinis Minimorum.*

Jam vero si materiem spectes, non ea tenuis quidem aut ullo modo despectui habenda, sed admodum sublimis, si quæ alia forsan. Non enim privatam quamque causam auctor agit, aut unius duntaxat hominis, quantumlibet celebratissimi, nomen, honorem, famamve vindicat, sed publicam, sed communem, quaque, me judice, ni egregie fallar, nulla alla communior, nulla hominum institutis magis propria, aut Religioni nostræ plus esse possit consentanea. Dum enim haccine in Epistola Danielem *Concinam* vindicandum assumit, quid aliud sane agit, quam ut divinæ, humanæque leges sartæ tectæ serventur, pura vigeant hominum instituta, incurrupti in Christiana Republica mores persistant? Quid tandem? Ut ubique gentium lex Domini sancta, & immaculata, eloquiaque casta, integræ sacrorum canonum sanctiones, Conciliorum intemerata decreta, inviolata Pontificum statuta cordibus fidelium omnium alte infigantur, ac in eorum vita, moribus, institutis, & actis, sine errorum nævo, sine vitiorum labe resplendeant? Quod aliud, amabo, Danielis *Concinæ* studium, quæ alia tanti viri contentio, quid in tot, tamque præclaris editis a se libris scopus alius, nisi ut jura omnia, legesque omnes, quibus humana ratio regenda, mores hominum moderandi, quibus Christiana Respublica continenda, universaque Dei Ecclesia ornanda, & illustranda est, nativæ puritati restitueret, ac propriæ rectitudini, qua per se potiuntur, modis omnibus redderet? Proinde igitur unius hominis causa, eadem totius Christianæ gentis una esse videtur, quæque pro uno Daniele *Concina* defensio instituta fuerit, severioris Ecclesiæ disciplinæ, ac vetustorum canonum, legumque sanctarum reparatio non abs re judicabitur. Norat integerrimus hic vir, zelo Religionis succensus, corrigendorumque morum desiderio flagrans, norat sane, quam esset difficile, ut divinæ legis lucerna mentes hominum illustraret, dum laxarum opinionum tenebræ penitus non excuterentur ... Noverat hæc, inquam, gravissimus Theologus, quem Danielem *Concinam* intelligi volo: nec modo noverat, sed sæpe secum tacita mente volvebat, opiniones, quas jam nostra ætate infinitas propemodum esse constat, speciosa divinæ legis allevandæ causa excogitatas, Evangelicique jugi leniendi ergo adinventas, esse profecto nihil aliud, quam spatiola retia ad illigandas animas, quam amplissimos laqueos ad eadem implicandas. Perpendebat, cœlestem portam quæ ducit ad vitam, ore veritatis angustam, ex hominum deterrimis flagitiis angustiorem, ex nimia tandem, quod ad mores attinet, opinandi prurigine angustissimam in dies effici ... Quid hæc, atque alia infelicis conditionis hominum damna, animarumque incommoda, secum sedula meditatione versans piissimus Theologus, quid, inquam, salutis hominum cupidissimus *Concina* faceret? Taceret ne? Dissimularet ne? Forian aliquantisper tacuit, ac dissimulavit aliquando, ut conceptum sermonem opportunius depromeret, ut altius sine cessatione clamaret, & quasi tuba exaltaret vocem suam, vocem utique salutarem, vocem revera Evangelicam, Deique ministro dignam. Clamavit tandem, pravos hominum mores objurgando, vitia quæque ardenter suggillando, deviantes a vero opiniones nervose refutando, indulgentes justo nimis libertati studiose coercendo, divinis, humanisque legibus modo quoque vim importantes, aut earum nitorem deturpantes solide refellendo. Hæc, aliaque id generis ut præstaret, tot conscriptis libris clamavit, neutiquam vero, ut Christianos scriptores injuriis appeteret, salibus morderet, convitiis lacesseret, non ut Catholicos magistros erroris nota inureret, aut doctos viros censura alla gravaret, vitiis quippe hominum, eorum item erratis, non hominibus ipsis, bellum indixit.

P. Eusebius a *Qurutana*, Clericorum Regularium P. Minorum Ex-Provincialis Doctor Complutensis, Concionator Regius, atque Examinator Synodalis Archiepiscopatus Toletani.

Sum-

quidem de Concinæ virtutis doctrinæque præstantia testimonia ab hominibus profecta, quibus Concina neque injuria, neque beneficio, sed iisdem tantum erat cognitus, maximi ponderis sunt, & ab inimicis, atque incuriosis laudum eludi difficulter possunt. Sui quoque causam Concina adversus *Nocetium* egit, atque epistolas octo elaboravit cum hoc titulo: *Ad R. P. Carolum* Nocetium *epistolæ octo de singularibus argumentis in epistolam libro inscripto* Veritas Vindicata *contentis. Accedunt opiniones laxæ quamplurimæ ex variis Casuistis collectæ, item censura R. P. Eusebii* Amott, *Canonici Lateranensis in Theologiam moralem R. P. L. C. Item Epistola Nona ad eumd. P.* Nocetium *de nonnullis ejusdem Antithesis in Epistol. Ill. P. M. Dinelli*. Quæ a Concina multo ante compositæ Anno solum MDCCXV. vulgatæ Venetiis sunt apud Simonem *Occhi*; nam PP. Societatis, faventibus maximeque subsidium eorum patronis serentibus, obtinuerant, ut nihil amplius a *Concina* ac *Patuzzio* scriptum Venetiis vulgaretur. Angebantur interea animo PP. Societatis, & *Epistolarum Theologico-moralium* fortunam, quam ubique experiebantur, ferebant ægerrime. *Sanvitalis* scriptiones nec minimum earum pretium imminuerant, imo potius auxerant dignitatem. Qui ipsorum partibus studebant, nemi-nem adhuc alicujus ponderis illis præbuisse responsum mirabantur, & illarum vim atque robur non assecuti perfecte, eos hortabantur, ut tandem aliquando dignum aliquid promerent, quo se se extricare possent, iisque respondere a quibus premebantur. Preces, atque exhortationes hujusce-modi non in irritum cessere. Duos post annos ab illarum evulgatione P. Philibertus *Balla* Pedemontanus, in Taurinensibus Scholis Societatis Rhetor exercitatus, optatissimam responsionem afferre Eruditis epistolis cœpit. P. *Gagna* apologia præcipue suscepta. *Balla* Operis inscriptio hæc est: *Risposta alle* Lettere Teologico-morali *del P. N. N. sotto il nome di Eusebio* Eraniste. In Modena MDCCLIII. & MDCCLIV. atque iterum *Venetiis* MDCCLV. *apud Remondinum*, cui editioni addita est *Epistola V.* de qua, post panca, sermo instituetur. Initio duas Epistolas P. *Balla* in vulgus edidit, inde alteram post duos menses; optimo profecto artificio, quod aliis plerisque eumdem sociis admodum placuit & profuit. Hæc enim parvæ molis scriptiunculæ & commodius emuntur, & leguntur, atque hoc modo plerisque delicati animi viros decipiunt, qui alicujus voluminis libros tamquam intensissimos valetudinis inimicos refugiunt. Hisce quatuor epistolis P. *Balla* subruere, atque convellere tentavit, quæ *Patuzzius* primis in Epistolis longa & firma oratione adversus P. Gasparem *Gagnam* disputaverat. Quod ut præstaret cunctas Rhetorum artes in sui subsidium vocavit: eo quidem eventu, ut felicius cæteris quibuscumque sociis suis pugnaverit, cum nihil tam incredibile sit, quod veritatis specie aliqua vestiri haud possit, illisque decipere, qui in externo hærent verborum cortice, & scrutari librorum viscera aut dedignantur, aut id præstando minime idonei sunt. Ita proinde, qui *Sanvitalis* libellos laudaverant, quantopere *Balla* plauerint, conjicere promptum est. Creverat usque adeo rumor & plausus, ut P. *Patuzzium* causa cecidisse non pauci dicerent; docti vero homines *Ballæ* ingenium atque calliditatem, *Patuzzii* autem inconcussas, nullaque expugnabiles arte epistolas prædicarent. Revera P. *Patuzzius* libentissime in arenam adversus *Ballam* descendit; iis etiam permotus multorum vocibus, qui mirum nihil esse dictitarant, ipsum eundem de sene illo Jacobo *Sanvitali* tam egregie triumphasse. Ergo quo materiam varietate uberius, distinctiusque, sexdecim scripsit epistolas, quas edidit cum hac epigraphe: *Lettere Teologico-morali in continuazione della difesa della Storia del Probabilismo, e Rigorismo ec. del P. Daniello* Concina, *ovvero confutazione della Risposta pubblicata dal* M. R. P. B. *della Compagnia di Gesù contro i due primi tomi delle Lettere di Eusebio* Eraniste. 8. Tom. II. In Trento (Venetiis) Ann. MDCCLIV. Ut totis ingenii viribus de spe-ratam causam sustinere conatus fuerat P. *Balla*, ita pari contentione *Patuzzius* optimam sustinuit, & fortissime Rethoris hominis cuniculos & technas patefecit, disjecitque grandi ingenii sui, & doctrinæ commendatione. Dum porro hæ epistolæ sub prælo sudarent, *Quartam* edidit *Epistolam* P. *Balla*, cujus præcipua capita *Patuzzius* (1) adjecta iis Appendice, optimo successu excussit, atque demonstravit clarissime, obnubilari quidem aliquando veritatem, opprimi vero atque extingui nunquam posse. Cæteras *Patuzzii*, aliorumque lucubrationes in Concinæ apologiam editas post percensita ejusdem Opera memorabimus.

## CAPUT XXXIII.

*Adversus* Spectacula Theatralia *& Catholicæ Religionis hostes libros duos vulgat.*

ANno itaque MDCCLIII. Venetiis Typis Simonis *Occhi* bonæ frugis opusculum vulgavit sic inscriptum: *Istruzione de' Confessori, e dei Penitenti per amministrare, e frequentare degnamente il SS. Sagramento della Penitenza*. Hoc imperitissime more suo *declamatorem* appellavit *Ephemeridum Venetarum* scribillator (2). Periculi inde plenum argumentum Concina versandum sumsit; pugnam scilicet aggressus est in *Theatralia Spectacula*, quæ moribus hominum noxia quam maxime spiritualis doctrinæ Magistri semper judicarunt. Quamquam porro cognoscerent non defuturos sibi adversarios quamplurimos, quo tamen Christianorum saluti consulendi desiderio ferebatur, quocumque pedibus timore subjecto, dissertationes tres accuratissime conscripsit, ediditque sic inscriptas: *De Spectaculis Theatralibus Christiano cuique tum Laico tum Clerico vetitis Dissertationes duæ. Accedit Dissertatio tertia de Presbyteris personatis*. 4. Romæ A. MDCCLIII. ex Typographia Apollinea apud Hæredes Jo: Laurentii Barbiellini. Probatum Opus doctissimorum suffragiis virorum Cyrilli *Riga*, Thomæ Mariæ *Mamachii*, Petri Francisci *Foggnii*, ac Hieronymi *Bugatti* dedicatum est Præsuli præclarissimo Andreæ *Majorat*, Archiepiscopo Valentino, cui quam gratum, acceptumque extiterit, epistola ejusdem declarat ad Concinam data (3). Hoc in libro, qui cæteris hoc de argumento editis absolutior illustriorque merito habetur, quam Christianorum moribus officiant, quamque fugienda sint Theatralia Spectacula, magna eruditionis copia, atque doctrina demonstrat. Dissertatione I. (4) in examen vocat Ludovici Ant. *Muratorii*, & Marchionis Scipionis *Maffei* sententias, quorum alter in libro de *Publica Felicitate*, alter vero in *Theatro Italico* licitum quidem comœdiarum, fabularumque usum voluerunt, sed castigatione tantum hodierna dramata indigere falsi fuerant. Quod consilium quam vanum sit, quamque chimæricum, Concina ostendit, ac præcipue rectam Sanctorum Patrum mentem adversus *Maffeium* exponit. Extat quoque in hac prima Dissertatione (5) confutatio cujusdam Italicæ Orationis in mimicæ artis laudem editæ a Joanne *Blancho*, sive ut iple nominari vult, *Jano Planco* Medico Ariminensi. Qui omnium sapientum, si qui tamen erant, ritu & joco in magna hominum frequentia Antoniam *Cavallucciam* mimam pro concione laudavit, tantoque honore verborum mimicam artem prosecutus est, atque concives suos adhortatus ad eandem pro viribus excolendam, ut tristes mœrentesque ex conventu discesserint Ariminenses, veriti, ne Janus, Æsculapio valedicto, mimicæ arti nomen

(1) *P.* Patuzzii *ad* Ballæ *Epistolas Responsiones ignoravisse videtur Com. Jo: Maria* Mazzochellus *in art. P.* Balla *Operis inscripti:* Scrittori di Italia; *nam, responsionibus Patuzzii ad IV. priores Ballæ epistolas silentio involutis, animadversiones tantum memorat a Patuzzio adversus V. Ballæ epistolam vulgatas.*

(2) Novelle della Repubblica delle Lettere *ad A.* MDCCLIV. *pag.* 91.

(3) *Epist. XXXIX. pag.* 60. (4) *Cap. XII.* (5) *Cap. XXIX.*



Summa cum voluptate legi, & frequenter cum profectu lego, *Theologiam* vere *Christianam*, aliaque Opera aurea Danielis *Concinæ* Ord. Prædi. In his vir clarissimus sæpe provocat, ut vel unum verbum, non dicam contumeliosum, sed vel minus officiosum erga perinsignem Societatem, ejusque præclaros scriptores, a se dictum objiciant, quod præstare nunquam potuerunt ... Legi quoque librum, cui titulus: *Veritas Vindicata*, maximo studio elucubratum ab eloquentissimo Carolo *Nocetio* S. J. Nuperrime vero, supremo jubente senatu, legi epistolas primam & secundam diligentissimi P. Vincentii Mariæ *Dinellii*, Cathedratici Catanatensis ejusdem Ord. Prædi. Et certo affirmo, secundam post primæ iteratam impressionem, non modo posse denuo cudi; ... sed etiam, ut mea fert sententia, iterum, iterumque vulgandam, ut sartus, tectusque sit pientissimi doctissimique Theologi honor, & quod caput est, ut Opus zuro, cedroque dignum, qualis habetur laudata *Theologia Christiana*, fugatis alienis nebulis, splendidiore luce perfruatur. Istud est, clamante conscientia, judicium meum. Sic sentio coram Deo, & sic pro veritate profiteor coram hominibus.

men daret. Caterum totum argumentum tam uberrime, tam docte pertractavit, ut ejus inimiticres cum non multa, quæ reprehenderent, haberent, plurima vero egregia nanciscerentur, hæc ex aliis scriptoribus ipsum mutuasse scripitaverint. Ante hoc adversus Theatra Opus jam elaboraverat, suadente *Benedicto XIV.*, alterum *de Revelata Religione* in Atheos alioſque, quod confectum ab ipso A. MDCCLII, nonniſi poſt duos annos vulgatum eſt cum hac epigraphe: *Della Religione Rivelata contro gli Ateiſti, Deiſti, Materialiſti, ed Indifferentiſti Libri cinque.* 4. Tom. II. In Veneria appreſſo Simone Occhi A. MDCCLIV. Magnum in hujus Operis editione dedit Concina patientiæ documentum. Inſcripſerat iſtud *Carolo Emanueli*, Regi Sardiniæ ſemper Auguſto. Tum vero juxta morem nuncupatoriam epiſtolam Regis ejuſdem Adminiſtro Romæ degenti tradideral, ut videret, num ad tanti Regis majeſtatem ſcripta crederetur. Hic eandem P. Julio *Cordara*, Jeſuitæ Subalpino, quemadmodum ſolebat, communicavit. Qui occaſione arrepta Concinæ patientiam fatigandi ſe illius cenſorem adeo morioſum præbuit, ut eandem Concina ſæpius refingere, ac murare coactus ſit, atque ita ultra undecim menſes Operis ſui protrahere evulgationem (1). Ad iſtius tandem confecta arbitrium, Opus vulgatum eſt, & Sapientiſſimo Regi admodum probatum (2). Quamquam ego librum hunc inter illuſtriora Concinæ Opera cenſere non auſim, ſua tamen haud carere utilitate indubium eſt. Ut cæteræ Concinæ lucubrationes, ſic etiam iſthæc Probabiliſtis diſplicuit. Maledicentiæ cauſſam ipſis fortaſſe dederit Operis iſtius liber IV, in quo veriſſime ex Heterodoxorum etiam hominum ſententia demonſtrare nititur: Evangelicæ ethices corruptionem ad incredulitatem perducere, in eamque corruptæ doctrinæ magiſtros toto pondere ferri. Cum vero in libro hujuſce Operis quinto binas Lud. Ant. *Muratorii* propoſitiones in Opere *de vera Chriſtianorum devotione* contentas defendiſſet adverſus Benedictum *Plazza*, A. MDCCLV. hic in Concinam Panormi evulgavit epiſtolam, cui P. *Preſtinus* Ord. Præd. eodem anno reſpondit.

(1) *Id clave cognoſcitur ex teſtimonio, quod de Danielis Concinæ virtutibus ſcripſit Marchio Aloyſius* Capriata, *qui ad illius finem hæc de re modo narrata ſcribit*: La pazienza in eſſo ebbe un gran luogo, ed occaſione d'eſſere eſercitata, ſe non altro in undici meſi, che aſpettoſſi l'accettazione del *Re di Sardegna* per eſſergli dedicata *l'Opera contro gli Increduli*, e dovette comporre almeno cinque o ſei dediche, prima che s'incontraſſe il genio di quello Miniſtro, o per meglio dire del *P. Cordara* Geſuita, con il quale tutto quanto conſultava il Conte di *Riveta* Miniſtro, ed il buon Geſuita tirava a ſtancare il P. *Concina*, affinchè deſiſteſſe dall'impegno ec.

(2) *Epiſt. XLVI. pag.* 79. *&* *XLVII. pag.* 80.

(3) *Vide præter alios Auctores* Ephemeridum Eccleſiaſticarum *ad Annum* MDCCLV. *pag.* 116.

(4) *Lib. II. Cap. 6. §. XI*

## CAPUT XXXIV.

*Cardinalis Thomæ Mariæ* Ferrarii *Vitam ſcribit, & ſui Librum de* Spectaculis Theatralibus *a Scipionis* Maffei, *& P.* Blanchi *Minoritæ criminationibus vindicat.*

ANno inſequenti ab memorati Operis evulgatione, *Benedicto XIV.* rem gratam facturus, Cardinalis Thomæ *Ferrarii* ex Ord. Præd., olim ejuſdem Pontificis præceptoris vitam tribus libris complexus eſt, atque eidem inſcriptam edidit cum hoc titulo. *De Vita ac rebus geſtis P. Thomæ Mariæ* Ferrarii *Ord. Præd. S. R. E. Cardinalis Tituli S. Clementis Libri tres.* 4. Romæ A MDCCLV. apud Hæredes Jo: Laur. Barbiellini. Ægre hunc Commentarium tuliſſe multos exploratum eſt; continet enim præclara hominis geſta, qui caſſioris ethices vindex, & Singulium rituum impugnator extitit acerrimus. Sed ægrius etiam tuliſſent, ſi ita uti a Concina conſcriptus fuit, lucem vidiſſet. At malo plane fato nobilior ex eo pars ablata fuit (3), ea ſcilicet, in qua Concina præclaris monumentis oſtendebat quantopere Cardinalis doctiſſimus laboraſſet, ne Pontifex *Clemens XI.* Conſtitutionem illam, *Bulla Unigenitus* nuncupatam, quæ jugis Romanorum Pontificum ſollicitudinis fons fuit, & Gallicanæ Eccleſiæ turbarum cauſſa, evulgaret. At de præclara *Ferrarii* in eo negotio opera altum ſilentium Concina, ablata ex ejus autographo integra narratione rerum, ſervare coactus eſt, nihilque proferre potuit præter pauca verba quæ hujuſmodi ſunt (4): *Altera, qua Sedem Apoſtolicam ſolli-*



*ſollicitam habuit controverſia*, de Queſnellianis propoſitionibus *fuit; quarum examini, ac ſedulæ diſcuſſioni vires omnes ac labores intendit Noſter, & diu noctuque animum appulit. Scripta prolixa edidit ſumma doctrina, & ampla eruditione referta; eoque in preſto habita ab eodem Summo Pontifice* Clemente XI., *ut poſt obitum Dei Servi, omnia ſibi tradi, veluti opulentiſſimum theſaurum, interpoſito præcepto, voluerit.* Quorum hæc ſpectent, harum ſtudioſi rerum, quibus hæc ſcribimus, facile dignoſcent. Quamquam etiam non deſunt ſcriptores, quorum opera Cardinalis doctiſſimi ea in cauſſa labores poſteritati narrati ſunt. Reſtat modo, ut de apologetico Opere a Concina edito adverſus Scipionem *Maffeium* & P. *Blanchum* diſſeramus. Ac in primis placet admonere quantum invidia, atque partium ſtudium poſſint: Jam enim valido, ac vehementi ſtylo adverſus Theatralia Spectacula ſcripſerant pii doctique homines, inter quos *Boſſuetus*, *Mariana*, *Lamius*, *Vulpius*, *Duguetius*, *Segnerius*, *Nicolius*, *Laufrediuus*, *S. Carolus Borromæus*, aliique, quin ullus unquam aut iis acerbe contradicere aulus fuerit, aut bellum atrox indixerit. At ergo Concinam diverſo plane modo res ceſſit. Truces in eum criminationes ubique vulgatæ, & mordaciſſimæ ſcriptiones, aliaque hujuſmodi, quaſi minus, horumque ſtudioſos vellicando orbis deſtructionem meditatus fuiſſet, hominelque cunctos in eremum voluiſſet conjicere. Neque hic conſtitere criminationes, ſed publicis monumentis litterarum ab iis Concina impugnatus eſt, qui nervis omnibus pro Inſtituti ratione vindicias ejus agere, optimamque cauſſam ſuſtentare debuerant. Itaque non multo poſt editum de *Theatralibus Spectaculis* librum P. *Blanchus* Ordinis Minorum, vir ex bello, quod cum Petro *Jannonio*, celeberrimo Neapolitano Juris Conſulto, geſſit, notiſſimus, Arcadis nomine, *Paſtor Lauriſo*, adſcito, quod proprio decertare rem nimis indecoram, atque indignam putaret, Conciniani Operis impugnationem non eſt veritus evulgare cum hoc titulo: *Dei vizj, e dei diſetti del moderno Teatro Ragionamenti ſei.* 4. Roma MDCCLII. Anno eodem *Maffeius* impugnationem ſui ab Concina factam decrevit expendere, atque librum vulgavit ſic inſcriptum: *De Theatri antichi, e moderni Trattato.* In Verona. In quo Concinam amariori ſtilo eſt inſectatus, eumque tum aliarum rerum, tum præcipue antiquitatum ignarum perpetuo traduxit. Verum cavere in primis ipſe debebat, ne dum Concinam imperitiæ arguit, eſſe ipſe antiquitatum Chriſtianarum minus peritus videretur; rebus enim claris atque perſpicuis neque confidentia offundi tenebræ, neque noctes, ut ita loquar, contumelias conviciiſque obduci poſſunt, quemadmodum præclare more ſuo monet P. *Mamachius* (1). Minoritæ porro ſcriptoris, atque *Maffei* ſcopus is eſt, ut velint: Theatra, quæ hodiernis diebus in uſu ſunt, utpote veteribus caſtigatiora frequentari poſſe: Patres eadem damnaſſe propter idololatriam atque impietatem: qui aliter arbitretur cinicum hominem, atque rigidum Theologum habendum eſſe. His, aliiſque momentis ſcriptores iſti, cum iiſque alii ſatis multi mimorum mimarumque patrocinium ſuſtentari poſſe ſibi in animum induxere; & Concinam probris appetiverunt, quod tam dulce ſolatium, animiſque fatigatis levamen auferre conſtituiſſet. Non tamen defuere, qui eius propoſitum collaudarent, atque in primis Jo: Antonius *Vulpius*, cujus hoc de argumento extat ad Concinam elegantiſſima epiſtola (2). Alii vero Conciniano Opere perluſtrato ſcenicas repræſentationes ultro interdixerunt (3), uti declarabimus. Neque ſane aliter judicare poteſt, qui ad horum temporum Italorum comœdias paululum reſpexerit; tot enim futilibus, ineptis, inurbanis, frigidiſque jocis abundant, ut nihil aliud propoſitum habere videantur, niſi cachinnum pueris, & mulierculis, aut hominum fœci viliſſimæ ritum quacumque ratione excitare. Sunt alia plura ſpecie venuſtatis, elegantiæ, leporis, humanitatis fallentia, inſidiarum plena, veneni ac peſtilentiæ, quibus Poetæ nequam hoc tempore gratiam populi aucupantur, & moribus perniciem inferunt. In hac ſchola virgines docentur a teneris unguiculis inceſtos amores meditari: hic adulteriorum exempla proponuntur: diſcunt enim quomodo cuſtodum & mariti cura falli poſſit, quomodo admittendi amantes, qua ratione ſpecies quædam pudicitiæ ſervanda ſit, ac ſimul remotis arbitris libidini atque intemperantiæ fræna laxanda. Quæ omnia non dicam jam in *Fagiolii* co-

(M) mœdiis,

(1) Origin. & Antiquit. Chriſtian. *lib. III. pag.* 143.

(2) *Epiſt. XXXIV. pag.* 51. (3) *Epiſt. XLIX. pag.* 82.

mœdiis, quæ obsoleverunt, sed & in iis observare licet, quas duo notissimi ævi nostri Mimographi Petrus *Clarius*, & Carolus *Goldonius* composuerunt; quos tamen homines quidam Theatrorum reformatores, atque magistros præclarissimos appellare haudquaquam dubitant. Nævis, ac periculo non carent fabulæ nemorenses, seu pastoralia dramata ad musicam accommodata. Poematum hoc est genus corruptissimum; in quo pietas, innocentia, ac virtus a personis colloquentibus deridetur, & peccandi licentia semper colore aliquo excusatur, vel jocis, & facetiis obtegitur. Hac de causa merito apud probos, & frugi viros vitio non carent cujusdam celeberrimi Dramatologi Tragœdiæ, quem ego quidem proprio nomine appellarem, ac reprehenderem, si non ita multos amatores haberet. Quæ omnia cum ita sint, atque a sano homine in dubium vocari non possint, mirari subit cur Concina, qui pro viribus pestem hanc e Christiana societate extirpare cogitaverat, tam acriter, ac severe exceptus sit. Veronenses præ cæteris quampluria i Scipionis *Maffei* ad miraculum studiosi, Concinæ scriptionem detestati sunt, ejusque vel castigatissimos sensus injuriæ loco conspexerunt. Philippus Rosa *Mirandus* Theonino dente Concinam momordit, ejusque in *Maffejum* censuras sua manu in invidiam apud Gurcenses Episcopum adducere conatus est. Qui hujusce poetæ furorem ultra nosse desiderat, dedicationem legat, quam ipse Tragœdiæ suæ, *Teonoe* nuncupatæ, præfixit, & Veronæ edidit A. MDCCLV. typis Antonii *Andreonii*. Neque hic constitit Veronensium in Concinam tumultus. Horum non pauci collectionem quandam adversus Concinam, a Jesuitarum religiosissimos Cœnobii S. Anastasiæ Viros meditati sunt, cui titulum hunc indiderant: *Imposture, villanie, e strapazzi sparsi nelle Opere del P.* Concina, *ec.* cujus quidem collectionis paginas aliquot edi-

tas fuisse, ac postmodum saniori consilio suppressas indubium est. Curam hanc pessimam sibi sumpserat quidam Desideratus *Pindemontius*, homo in litteraria Republica obscurissimus, & rabidus, sed edentulus olor Dominicanorum; Maffejo autem adeo addictus, ut librum, quem ille evulgare erubescebat, ipse proprio nomine ediderit (1). Cæterum qui *Maffei* modestiam, atque urbanitatem in Concinam nolcere volunt, curiositati suæ abunde facere satis possunt, cum memoratum adversus Concinam librum perlegendo, cum alterum *La Magia annichilata* inscriptum, ubi Lib. III. cap. ultimo clarissime adparet qua moderatione Christianum Theologum Marchio hic, atque Eques reprehendere aulus sit. Franciscus quoque *Seguierius* Nemausensis, *Maffei* affecta, Tomo V. periodici Operis, quod inscribitur: *Memorie per servire*, Epistolam inseruit, in qua homo Botanicus præclara magistri sui censet facinora, ejusque *de Gratia, Usura, & Theatris* libros prædicat, atque extollit. Ejusdem Operis Tomo II. Anonymi Epistola recitatur, in qua dum *Maffei* pro Theatris Tractatus in cœlum effertur, Concina ad imum deprimitur, & plurimis oneratur maledictis. Hunc castigavit ipse Concina; strophas hujusmodi dissimulare alioquin solitus (2). In tanta tamen adversantium turba Concina sibi non defuit, sed apologiam Operis sui adversus *Maffejum*, & *Blanchum* aliosque contexuit, atque *Benedicto XIV.* inscriptam cum hac Epigraphe vulgavit: *De' Teatri Antichi, e Moderni contrarj alla professione Cristiana Libri due del P. Daniello* Concina *in conferma delle sue Dissertazioni* de Spectaculis Theatralibus *alla Santità di N. S.* Benedetto XIV. 4. In Roma MDCCLV. presso gli Eredi Barbiellini. Quod Opus gravi admodum, & vero encomio celebravit Petrus *Moresius*. Hoc porro in Libro Concina *Maffei* & *Blanchi* effugia, quanvis in priori jam

(1) Risposta universale alle opposizioni fatte alle Opere del Signor Marchese Maffei. *Prodiit ineunte A.* MDCCLIV. *Continet autem hic Liber, qui perpetuo argumentum omnium maximum litterariæ philautiæ a mortalibus spectabitur, laudes omnes & elogia, chronologico ordine digesta, cum typis edita, tum mss., queis Scipio* Maffejus *ornatus est. Mirum profecto equitem hunc, cui alioquin litteræ multum debent, tanta exnedoxia laborasse, & tot elogia, quæ apud se servabat, in manus hominis conjecisse nullius in Republica litterarum nominis? Quis vero non miretur* Pindemontium *talem hunc congeriem laudum titulum indidisse, ac esse ratum satis ea esse factum viris præclarissimis, a quibus* Maffejus *egregie castigatus est? Novum sane in censuras genus responsionis, omnibus antea inauditum temporibus.*

(2) *In Appendice ad librum* De Teatri antichi, e moderni contrarj *ec. pag.* 343.



jam libro detecta, atque convulsa, uberius, solidiusque confutavit. Postremum a Concina editum opusculum impugnationem continet Dissertationis cujusdam Romæ a PP. Societatis publice propositæ (1), cujus Auctor contendit: peccatoribus in eadem flagitia frequenter relabentibus esse administranda Pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramenta, quoties Sacerdoti *exomologesin* excipienti sistunt se, atque dicunt, se vere dolere de admissis criminibus, ac impositorum absque Divini Numinis offensione vitam acturos. Huic doctrinæ ab unanimi hominum cœtu propositæ Concina sese opposuit in Dissertatione, cujus hic est titulus: *Fr. Danielis* Concinæ *Ord. Præd. De Sacramentali absolutione impertienda, aut differenda Recidivis Consuetudinariis Dissertatio Theologica ad Eminentissimum Nerium Card.* Corsinium, *ejusdem Ordinis Patronum vigilantissimum*. 4. Romæ MCCCLV. apud Hæredes Jo: Laurentii Barbiellini. Probata est Dissertatio hæc a viris doctissimis Jo: *Bottario*, Carolo *Massonio*, Petro Francisco *Foggnio*, aliisque. In ea autem Concina tuetur: peccatores recidivos absolutione indignos habendos, nisi vetere exuto homine novum incipiant induere: nempe peccandi consuetudine, causlisque sublatis, talem ingrediantur vitæ rationem, qualem ore profitentur & spondent. Anno insequenti Parisiis isthæc dissertatio in Gallicam linguam conversa est (2); & sicuti detestatione insigni a Gallis exceptus fugrat P. *Pichonis de frequenti communione* liber, sic maximo gaudio, atque adprobatione iidem Danielis Concinæ lucubrationem exceperunt, atque laudarunt. Fuit hæc postremum summi viri pro Christiana ethice studii atque amoris monumentum. Nec diverso sane modo, aut melius laboribus suis maximis finem homo imponere poterat, qui a cassioris doctrinæ vindiciis exorius toto vitæ tempore, innumeris factatus procellis, afflictisque incommodis, pro ea fortissime decertavit. Ergo ante quam de moribus ejus atque virtutibus, quod unum reliquum videtur esse, differere incipiam, de nonnullis pro eo apologeticis scriptis, deque posthumis, ineditisque e-

justdem lucubrationibus, verba facienda sunt.

## CAPUT XXXV.

*De scriptis apologeticis PP.* Patuzzii, Dinelli, Migliolii *adversus PP.* Zachariam, Ballam *aliosque Concinæ Operum censores minus æquos.*

P. Franciscus Ant. *Zaccharias* in *Historia Litteraria*, aliisque scriptionibus Concinam perpetuo insectatus acriter est, ac tum quidem acerbius ac insolentius cum de *Theologia Christiana* sermonem instituit. Novum sane hoc non accidit doctis viris, quibus notum est: illum sociosque ejus vituperare eos semper, atque maledictis insectari, qui doctrinas tuentur aut Molinisticæ scholæ contrarias, aut ethicen castigatiorem profitendo paulo durius excipiunt horribilium, noxiarumque magistros doctrinarum. Hæc omnia, quæ alioquin summæ maximæque laudi ducenda sunt, displicent plerisque PP. Societatis, quorum amarulenta, ac plena acerbitatis scripta in egregios viros compertissima sunt. Ex his tamen nemo inclementius ludibrio est habitus Danielæ Concinæ, cujus etiam pios manes post fata P. *Zaccharias* aliique exturbarunt. Hunc Aristarchum sæpe monuerat P. *Patuzzius*, ut scilicet aut a cœptis cessaret, aut majori in hominem tot nominibus suspiciendum moderatione uteretur. At quum ipse, licet *Patuzzii* doctrinæ, atque admirabilis propemodum ingenii vis minime ignarus, virgam censoriam in Concinam quotidie extenderet, & strophas ridiculas, atque criminationes sine fine congereret, *Patuzzius* hominis ferocitatem castigandam, atque conterendam esse ne dum opportunum, sed necessarium etiam duxit. Quare Anno MDCCLV. *Animadversiones* in *Historiam Litterariam* præcipue confecit, in quibus in examen vocavit quæcumque ille adversus Concinam, & *Epistolas Theologico-morales* fallo, atque inconsulto protulerat. Jam vero quum primum, ac fere secundum harum *Animadversionum* volumen esset impressum, ignis in Typographia, ca-

(M 2) su

(1) Libri primi Decretalium selectas Theses Congregatio Sacerdotum in Dom. Profess. Rom. Soc. Jesu DDD. præmittitur Dissertatio Theologica a Sacerdote ejusdem Congregationis habita labente hoc anno MDCCLIV. Romæ ex Typographia Ant. De Rubeis. *Libellus inscriptus Card. Aloysio* Matthæi; *Auctor vero est* P. Andreuccius *S. J.*

(2) Nouvelles Ecclesiastiques *A.* MDCCLVI. *pag.* 120.

su nescio quo, excitatus cuncta primi voluminis exempla, & non modicam alterius partem consumpsit. Perierunt hoc fato plura novæ editionis Operum S. Thomæ Aquinatis, & P. *Scaramelli* S. J. exemplaria. Vulgata incendii fama, P. *Zaccharias* illico P. *Patuzzii Animadversionum* fragmenta quædam, quæ voratrices flammas effugerant, assecutus est. Tanta fuit emissariorum ejus diligentia. Hæc ceu magno sibi emolumento futura statim vertavit; eoque etiam libentius, quod per id temporis Historiæ luæ apologiam, onus sane arduum ac perdifficile, conficeret. Suspicatus inde, ut quivis facillime cogitasset, *Patuzzii* opus denuo proditurum, lepido sane consilio, eorum fragmentorum confutationem meditatus est, editis Anno MDCCLV. tribus Epistolis, quarum est inscriptio hæc: *Lettere a preservativo contro due Tomi il Eusebio* Eraniste, *sfrazionatamente incendiati in Venezia, quando l'Autore ne preservasse una novella ristampa* (1). Quo modo *Patuzzii* Epistolarum pondus eludere, bonos quosdam homines anticipata critice eidem inimicos reddere, seque etiam ab onere gravissimo Epistolis, ubi denuo lucem vidissent, respondendi, liberare cogitavit. At nihil hoccce consilii ipsi, sociisque ejus profuit. Nam *Patuzzius* cum alterum Epistolarum antigraphon servaret penes se, alteramque etiam apud Typographum invenisset, eas ad incudem denuo revocavit, & magni ponderis monumenta, quæ hactenus frustra quæsiverat, bono plane omne obtinuit. Cumque P. *Bella* Epistolam V. adversus Concinam, & *Epistolas Theologico-morales* circa ea tempora vulgassset, suas in hanc quoque animadversiones Operi adjecit, quod sub auspiciis nobilissimi, doctissimique hominis Marci *Fustareni* editum est cum hac inscriptione: *Osservazioni sopra varj punti d'istoria Letteraria esposte in alcune lettere da Eusebio* Eraniste al M. R. P. *Francesco Antonio* Zaccaria; *con due appendici, altra in risposta alla quinta Lettera del P. Filiberto* Balla, *altra di documenti* ec. In 8. Tomi II. In Venezia presso Simone Occhi. A. MDCCLVI. Ita tane excitatum incendium, quod forte supremi Numinis occulta voluntate accidisse P. *Zaccharias*, ut *Patuzzio* metum incuteret, quasi tremebundus prædicaverat, in eorum utique damnum recidit, qui eo tartabantur; effecitque ut qui divina scrutari sibi fas esse ducunt, verius fortasse dicerent, elementorum omnium Rectorem & Dominum illud permisisse, ut ornatior institoriorque liber prodiret, in quo doctrina & mores viri defendebantur de Catholica Ecclesia meritissimi. In his autem epistolis, pari eruditione & doctrina scriptis, qua hactenus percensitæ, *Patuzzius* egregie Litteratorum Italiæ, totiusque mundi censoris indolem, genium, & doctrinam pinxit, & cum le, tum Concinam ab ipsius locorumque ejus criminationibus, & præposteris censuris vindicavit. P. *Bellæ* autem Epistolæ V. præcipuarum rerum examen instituit tantum, at ab accuratiori critice superfedit; cum audivisset illi refellendæ, novisque auctoris *Istoriæ Litterariæ* strophis exagitandis alterum Theologum manus admoviffe. Revera eodem anno P. Camillus *Miglioius* Cremonensis, Congregationis S. Sabinæ Ord. Præd. doctus alumnus, Epistolas vulgavit cum hac epigraphe: *Lettere di* Agenore *a* Filarco *suo Amico intorno la quinta Letteta del P. Filiberto* Balla, e le *censure di Francesco Antonio* Zaccaria *nel Tom. VIII. della* Storia Letteraria *in difesa del P.* Concina, *e di Eusebio* Eranisse ec. In 8. Tom. II. In Venezia MDCCLVI. Laudari merito debet P. *Miglioli* consilium, ejusque Opus probandum cum clarorum hominum vindicias fulciperit, eorumque doctrinam, rerum Theologicarum non vulgari peritia instructus, defenderit: at erat optandum, ut pressius ac ornatius scripsisset, nec pleraque millies a *Patuzzio*, aliisque convulsa, ac plane refutata denuo recoxisset. Contra has epistolas perstrepuit P. *Zaccharias*, cujus tamen censuras in *Miglioium*, *Concinam*, *Patuzzium* aliosque *tenues sine corpore vitas* merito dictitaveris. Eodem in censu locandæ sunt animadversiones, quas in P. *Dinellium* vulgavit P. Hieronymus *Lagomarsinius* celebratissimus Ariolus Grammaticorum, & *existimator magis metuendus latinitatis, quam sciptor mirabilis*, ut sapienter de Laurentio *Valla* scripsit Philippus *Bonamicus* (1). Igitur P. *Lagomarsinius*, unde nemo jam amplius miraretur in tam celebri de *Probabilitate* concertatione neminem Grammaticorum apparuisse, horum trutina expendere voluit *Dinellii* I. Epistolam ejusque Sermones de *Querelis Probabilistarum*. Ediderat ergo Tridenti furiosam vete, ac flagitiosam Epistolam, cujus inscriptio singularis hæc est: *Rev. P. Hieronymi* Lagomarsinii *S. J. Litterarum exemplum ad Jo: Vincentium* Lucensem, *quibus judicium fertur de aliquot locis libelli Romæ Menfe Septembris A.* 1753. *vulgati hoc titulo:* Fr. Vincentii Mariæ *Dinellii* Cathedratici Casanatensis Ord. Præd. ad Carolum *Nocetium* S. J. Theologum &c. *Epistolæ*. In hac scriptione *Lagomarsinius*, qui sui *manfuetudinem inauditam* inflatis buccis olim per se ipse prædicavit (2), more Grammaticorum, qui ferocissimi sunt, quorumque bella sunt plena cædis, atque turbarum, *Dinellium* vocat hominem *stultissimum*, *insanissimum*, aliisque lacerat convitiis, quorum specimen placet exhibere (3), ut magis ac magis quivis homo sanus cognoscat, qua acerbitate atque insolentia aliqui scriptores Societatis Dominicanos soleant profcindere. Quare autem tantopere furiis agitatus *Lagomarsinius* sit, nonnisi levem, nec ita facile probabilem causam afferre possumus; qualem scilicet Grammatici magni faciunt, quos constat gerris, ac nugis facillime in furorem agi. Edita igitur prima a *Dinellio* Epistola, *Lagomarsinius*, quum hanc a Luca Florentiæ accepisset, sui judicium ad Cl. Virum Jo: Dominicum *Manfium* per epistolam scripsit. Quæ Epistola cum *Manfio* per urbem Lucam incedenti excidisset, ad *Dinellium* missa est, qui eam, antequam ad *Lagomarsinii* manus devenisset, perlegit, & quæ in ea secretiora erant ad amicos, tum ad absentes per litteras detulit. Sic rem narrat *Lagomarsinius* (4), qui novis inde probris, & exquisitis injuriis *Dinellium* afficit, eundem appellans *calumniatorem*, *convicciatorem*, *mendacem*, *impudentem*, *stultum*, *amentem*, *flagitii* denique, *libidinis*, ac *petulantiæ* reum. Cessere hæc omnia *Lagomarsinio* impune, nec tamen unus inventus est, qui furialem libellum miratus sit. Notum est enim paulo eruditis, quam atrociter Joanni *Lamio*, Eduardo *Corsinio*, Ubaldo *Miguonio*, Josepho Augustino *Orsio*, Dominico *Lazzarinio*, Antonio Mariæ *Salvinio* aliisque viris, quorum aliqui decora Italiæ fuerunt, maledixerit. Quamquam porro tanto conatui, atque licentiæ nullum effet relponsum præbendum, voluit tamen *Dinellius* hominis impudentiam patefacere, seque defendere a censuris omnium iniquissimis. Hinc duas scripsit Epistolas A. MDCCLVI. quas cum hac inscriptione Romæ vulgavit: F. *Vincentii Mariæ* Dinelli *Ord. Præd. Cathedratici Casanatensis ad Carolum* Nocetum, *& Hieronymum* Logamarsinum *Presbb. e Soc. Jesu* de Grammaticis quibusdam Triticis *Epistolæ*. *Dinellius* præclara *Lagomarsinii* facinora adversus Pædagogos percenset, ejus ingenium ac virtutem expendit, seque ab eo inhumaniter esse laceratum demonstrat. Errores inde contra Grammaticorum metuenda præcepta, quos in Epistola sui, ac sermonibus reperisse *Lagomarsinius* gloriabatur, *Dinellius* versat, & si immerito ab eo reprehensum evincit, nisi velit illustrium scriptorum auctoritati valedisere. Quoad vero Epistolam spectat a *Lagomarsinio* ad *Manfium* missam, atque a se perlectam, hæc scribit

(1) *Exant in libello, cujus est titulus*: Difesa della *Storia Letteraria* e del suo Autore contro le *Lettere Teologico-morali* di certo P. Eusebio *Eraniste*, ed altre Lettere di un mascherato Rambaldo *Norimene* ec. Sotto la protezione di S. A. S. il Sig. Duca di Modena *ec. ec. In Modena* MDCCLV. *a spese Remondini. Non puduit autem P.* Zachariam *Card.* Quirino *librum hunc consecrare, in quo plura injuriosa in doctos sapientesque viros inveniuntur.*



(1) *In lib.* De claris Pontificiarum Epistolarum scriptoribus.
(2) *In Enarrationibus ad V. Serm. L.* Sectani *pag.* 18.
(3) *Pag.* 31. Nec intelligit homo insanissimus (*Dinellius*) nisi forte mavult hominem se ridiculum, atque Divorum oforem, quam insanissimum dici .... Gaudere vero eum, quod in hominum neque conviciatorum, neque calumniatorum societate vivat, tam est incredibile, quam æthiopem Galatarum, deformem formolorum, ebriorum societate posse gaudere. *Et pag.* 36. Tu Tu *Dinelli*, quem natum nescieba-quem in fornice natum, in rivio educatum, non professione maledicum, non fine pudore ac fronte, non denique prorsus mente captum, ac furiosum credebamus, aut credimus. *Et pag.* 40. Sed de stultitia tua (*Dinelli*) tu videris. Nos de impudentia tua videre pergamus.
(4) *Pag.* 37.

bit (1): *Nam quid tam falsum, quam tuas ad* Mansium *litteras, ab eo resignatas, legisse me, secretiorumque rerum, quas continebant, amicos, qui Romæ versabantur, fecisse certiores? Sunt hæc testor, eas litteras tam a* Mansio, *ut scribis, lectas, nescio quem reperisse, atque ad me inclusas alteri epistolæ mississe, quæ sic habebat*: De te, *Dinelli*, his in litteris agitur. Itaque ad te mittendas putavi, ut cognoscas, quæ sit *Lagomarsini* de sermonibus tuis sententia. *Quid autem feciſſem? An litteras, quas ad me missas vidiſſem, legendas non putaſſem, ut quo ſpectarent, cognoſcerem? Quis enim ſuſpicatus fuiſſet, eas excidiſſe per Urbem Liciam incedenti* Mansio? *Sed ubi quid rei eſſet animadverti, ad eumdem continuo* Mansium *ſcripſi*, ibi ut caveret; vereri namque me, ut minus fidis familiaribus uteretur; qui ſi quid in ejus cubiculo reperirent, ſurriperent, atque ad alios mitterent. *Hanc ego epiſtolam, in qua litteras tuas illas occluſeram, obſignatam eidem reddi curavi. Scriptum autem a me Romam cuiquam amicorum nunquam fuit, legiſſe eas me, aut vidiſſe quidquam in tuis ſcriptis eorum ſecretorum, quæ tamen cujuſmodi eſſent, non indicas, ſimile. Deinde nego, nulla in iis litteris fuerunt, ut dicis, ſecretiora. Nam quotidiana illa quorumdam veſtrorum de Dominicanis Bajaniſmi, aut Janſeniſmi ſuſpectis in ſecretioribus rebus qui numeraſſem?* Cui interim fides habenda ſit, an *Dinellio* ſanioris doctrinæ profeſſori, ac Theologo non inerudito; an vero *Lagomarſinio* iracundo Grammatico, & Probabiliſtæ, videant ſapientiores, ſi tamen in hac controverſia finienda ſapientiorum judicio, ac ſententia opus eſt. Ego certe eum noverim *Lagomarſinium* plura mendacia in ſcriptis ſuis miſcuiſſe, non ſatis cauſſæ habeo, cur hac in re ipſi fidem habendam putem. Ergo *Dinellio* ad Epiſtolæ II. finem properanti Libellus P. *Zaccariæ* ſociorumque ejus offertur: *obſignata jam epiſtola*, inquit (2), *redditus mihi ab Ægio eſt Libellus Zaccherii Rufi rabulæ, ſatoris litium perpetuarum; qui inſcribitur*: Giudizio degli Autori della *Storia Letteraria* intorno l'ultimo Libro de *Teatri* del P. Daniele *Concina* indirizzato dal Sig. Conte D. R. al Sig. Abb. O. B. Editus hic Libellus eſt Venetiis A. MDCCLVI., in eoque P. *Zaccariæ* luculentius præbet ſuæ acerbitatis, ac livoris in Concinianam documentum, quemadmodum demonſtrat *Dinellius*, qui cum ſe, tum Concinam ab ejus criminationibus tuetur. At quum *Lagomarſinii*, ac *Zaccariæ* etiam ſcriptionum ſcopus eo ſpectaret, ut ſe Grammaticorum legum ignarum traduceret, ideo *Dinellius* primum monet: ſe de Theologicis rebus ſermonem inſtituiſſe; inde *Lagomarſinium* (poterat quoque monitum ad P. *Zaccariam* extendere) hortatur, nè amplius de rebus Theologicis quidquam loquatur, ſed contra intra Grammaticorum ſepta vagetur (2). Poſtremo tandem quarumdam phraſium indicem cogit ab optimis latini idiomatis ſcriptoribus adhibitarum, quas tamen *Lagomarſinius*, & *Zaccharias* reprehenderant, imo hic ultimus litteratior ceu *Beſtialitates* notaverat. En Indicis hujuſce titulus: *Fraſi di alcuni antichi Scrittori Latini, notate come errori dal P. Girolamo* Lagomarſini *ne' Sermoni, e nella Epiſtola prima del P. Dinelli Domenicano; alcune delle quali ſono riferite, e chiamate beſtialità dal P.* Zacchieri *Geſuita nella pag. 65. e ſegg. del ſuo piccol libro intitolato*: Giudizio ec. (3). Sed de his nimis fortaſſe multa jam dixi; quamquam adeo injuſta ſunt, & acerba (4), quæ P. *Zaccharias* in Concinam, ejuſque apologiſtas in-

(1) *Epiſt. II. ad* Lagomarſinium §. *XLIX. pag. 495. Venetæ Editionis, in qua aliæ decem ejuſdem* Dinelli *Epiſtolæ in* Concinæ *vindicias inveniuntur.*

(2) *Loc. cit.* §. *LI. pag. 496. memoratæ edit.*

(3) P. Lagomarſinius *cum lineis 26. in Enarrationibus ad V. Serm. L.* Sectani *pag. 26. quidquid de* Auxiliis *Divinæ Gratiæ audiverat, comprehendere ſtatuiſſet, graviter undecies lapſus eſt. Hæc quidem ſecundum eorum ſententiam, qui & ſermonum & enarrationum* Lagomarſinium *auctorem faciunt.*

(4) *Apud* Dinellium *loc. cit. pag. 503.*

(5) *Placet hoc loco nonnulla excribere ex modo laudato* Giudizio *P.* Zacchariæ, *unde moderatum ipſius animum lector agnoſcat. Pag. 13. & ſeqq.* Il P. *Concina* conſella nella ſua eſemplariſſima *Ritrattazione* di aver caluniato il ſuo proſſimo, per eſſer il poverino di debolisſima viſta. Triſto chi li crede. Ne ha adulterati (*di teſti*) a migliaja, eppure non ſi è ito ancora a naſcondere. Noi vorremo ſapere dall' illiterato Fra-



intorquet, ut paucis indicari verbis vix poſſint.

## CAPUT XXXVI.

*De aliquot inluſtrium Virorum lucubrationibus in quibus Concinæ mores, & dogmata defenduntur.*

INgrati animi notam ipſe jure meritoque incurrerem, ſi hoc ſilentio involverem eos viros, ſane præclariſſimos, qui ſuis in ſcriptis Concinæ vindicias egerunt. Memorabo illos ergo, & ſi pro meritis non laudavero eorumdem lucubrationes, juvabit ſaltem eorum meminiſſe in hac cauſſa; magna enim laus eſt, ut ego quidem reor, ob defenſam veritatem, & rejectum mendacium nominari. Ergo inter eos, queis cathedris ethices amatores plurimum debent commemorandus cumprimis eſt Andreas *Luggiattus* Presbyter Veronenſis, qui Anno MDCCLIII. Lucæ typis Philippi Mariæ *Benedini* librum vulgavit cum hoc titulo: *Supplemento, ovvero Oſſervazioni fatte a' tre primi Tomi della Storia Letteraria d' Italia*; in quo plures doctrinæ morum, ſeveriorumque muſarum cultores, tum pro re nata Concinæ cauſſam a cenſuris P. *Zaccariæ* vindicavit; ac Italicæ litteraturæ dignitatem, atque decorum, *Hiſtoria* illa *Litteraria* infuſcatam, erudite tutatus eſt. Hinc cum ſapientum favore liber hujuſmodi fuiſſet exceptus, A. MDCCLV. Supplementum alterum in vulgus emiſit ſic inſcriptum: *Supplemento ai Tomi IV. e V. della Storia Letteraria d' Italia*; quod inde anno ſequenti ad VI. & VII. ejuſdem Hiſtoriæ, emunctæ naris hominibus plaudentibus, extendit. Quo tempore hocce *Supplementum* in lucem prodibat, P. *Bonaventura a Cocciales* ex Ordine Cappuccinorum, Vir de Chriſtiana ethice optime meritus, ſuas epiſtolas cum hoc titulo vulgare cæpit: *Lettere di ragguaglio di Rambaldo* Norimene *al ſuo dilettiſſimo amico D. Luigi* Bravier *intorno alcune Controverſie Letterarie ſuſcitateſi in varie Città dell' Italia*. In Trento A. MDCCLV. per Gio: Battiſta Parone. Duobus inde ſequentibus annis duo alia volumina edidit, in quibus Concinam, ac *Patuzziam* a P. *Zaccariæ*, aliorumque cenſuris docte, & erudite defendit. Dum concertatio de *Spectaculis Theatralibus* acriter vigeret, Auctor Anonymus ex Ordine Minorum, qui ægre tulerat P. *Blanchum* mimorum mimarumque patrociniam ſuſcepiſſe, librum Venetiis edidit A. MDCCLV. in quo Concinæ de eliminandis Theatris placita complexus eſt. En illius titulus: *Saggio, ed Oſſervazioni di Giovanni Ambrogio* Tonilchi *intorno a' Teatri, e Ginochi d' Azzardo*, cujus Operis falſo Danielem Concinam Auctorem facit Scriptor Ephemeridum Venetarum (1). Concinæ doctrinam de *Fœnore* adverſus *Maſſejum* probavit, ac adſeruit alter Anonymus, auctor Operis cujus titulus eſt: *Oſſervazioni critiche, nelle quali ſi confuta il libro intitolato*: Dell' impiego del denaro. In 4. In Lucca A. MDCCLV. Inter Concinæ autem Apologiſtas meritiſſime numerandus eſt Jo: *Lamius*, qui utpote caſtigatioris doctrinæ adſer-

Frate da qual Priore abbia egli avuto la facoltà di graduare in Converſo dell' Ordine, o ſia Torzone il Sig. Marcheſe *Maffei* (*cum* Laicum *Concina & quidem reſte* Maffejum *appellaverat*). Qual fratelco riſentimento ſarebbe egli mai queſto di gittare in ſul viſo a un letterato, ch' ei non ſia Chierico, nè Frate. Ma noi leggendo queſte, ed altre infinite ſomiglianti eſpreſſioni, ingiurioſiſſime, ſtrapazzantiſſime, villaniſſime, ſtomacantiſſime, in una parola *concinianiſſime*, compartiamo vivamente la maligniità di queſto ſcrittore, rendutoſi per la ſua probabiliſtica maldicenza, conſiſtente non in una ſola parola d' ingiuria, e di ſtrapazzo, l'odio è l'infamia dell' univerſo. Circa il ſapere o non ſapere *il Lagomarſini* di Teologia, di Scritture divine, di Concili, di Padri diremo ſenza eſitare, ch' egli in tutte e ſingole tali coſe ne ha ſtudiato, e no ſa da poter leggere in cattedra al P. *Concina*. Certi Buffoncelli della ſfera del P. *Concina*, i quali hanno il baco di comparire buoni latinanti; e lo ſon peſſimi. Sino i Converſi, e Torzoni dell' Ordine maliſſimo ſoddisfatti intuonavano a tutte le ore con voci incondite l' antifona: *audite cœli & obſtupeſcite*. Anzi da più di loro, non però nè i più dotti, e ſaggi, nè i più ſpecchiati, e religioſi tra eſſi, fu riconoſciuto *Concina*, abbracciato, e baciato in fronte qual cariſſimo in Criſto fratello, e qual zelantiſſimo promotore della fratellevole carità, e ſi può dire, che *facti ſunt amici Pilatus, & Herodes in die illa &c.*

(1) Novelle della Repubblica delle Lettere A. MDCCLV. *pag.* 345.

bit (1): *Nam quid tam falsum, quam tuas ad* Mansium *litteras, ab eo resignatas, legisse me, secretiorumque rerum, quas continebant, amicos, qui Romæ versabantur, fecisse certiores? Sunt hæc testor, eas litteras tam a* Mansio, *ut scribis, lectas, nescio quem reperisse, atque ad me inclusas alteri epistolæ mississe, quæ sic habebat*: De te, *Dinelli*, his in litteris agitur. Itaque ad te mittendas putavi, ut cognoscas, quæ sit *Lagomarsini* de sermonibus tuis sententia. *Quid autem feciſſem? An litteras, quas ad me missas vidiſſem, legendas non putaſſem, ut quo ſpectarent, cognoſcerem? Quis enim ſuſpicatus fuiſſet, eas excidiſſe per Urbem Liciam incedenti* Mansio? *Sed ubi quid rei eſſet animadverti, ad eumdem continuo* Mansium *ſcripſi*, ibi ut caveret; vereri namque me, ut minus fidis familiaribus uteretur; qui ſi quid in ejus cubiculo reperirent, ſurriperent, atque ad alios mitterent. *Hanc ego epiſtolam, in qua litteras tuas illas occluſeram, obſignatam eidem reddi curavi. Scriptum autem a me Romam cuiquam amicorum nunquam fuit, legiſſe eas me, aut vidiſſe quidquam in tuis ſcriptis eorum ſecretorum, quæ tamen cujuſmodi eſſent, non indicas, ſimile. Deinde nego, nulla in iis litteris fuerunt, ut dicis, ſecretiora. Nam quotidiana illa quorumdam veſtrorum de Dominicanis Bajaniſmi, aut Janſeniſmi ſuſpectis in ſecretioribus rebus qui numeraſſem?* Cui interim fides habenda ſit, an *Dinellio* ſanioris doctrinæ profeſſori, ac Theologo non inerudito; an vero *Lagomarſinio* iracundo Grammatico, & Probabiliſtæ, videant ſapientiores, ſi tamen in hac controverſia finienda ſapientiorum judicio, ac ſententia opus eſt. Ego certe eum noverim *Lagomarſinium* plura mendacia in ſcriptis ſuis miſcuiſſe, non ſatis cauſſæ habeo, cur hac in re ipſi fidem habendam putem. Ergo *Dinellio* ad Epiſtolæ II. finem properanti Libellus P. *Zaccariæ* ſociorumque ejus offertur: *obſignata jam epiſtola*, inquit (2), *redditus mihi ab Ægio eſt Libellus Zaccherii Rufi rabulæ, ſatoris litium perpetuarum; qui inſcribitur*: Giudizio degli Autori della *Storia Letteraria* intorno l'ultimo Libro de *Teatri* del P. Daniele *Concina* indirizzato dal Sig. Conte D. R. al Sig. Abb. O. B. Editus hic Libellus eſt Venetiis A. MDCCLVI., in eoque P. *Zaccariæ* luculentius præbet ſuæ acerbitatis, ac livoris in Concinianam documentum, quemadmodum demonſtrat *Dinellius*, qui cum ſe, tum Concinam ab ejus criminationibus tuetur. At quum *Lagomarſinii*, ac *Zaccariæ* etiam ſcriptionum ſcopus eo ſpectaret, ut ſe Grammaticorum legum ignarum traduceret, ideo *Dinellius* primum monet: ſe de Theologicis rebus ſermonem inſtituiſſe; inde *Lagomarſinium* (poterat quoque monitum ad P. *Zaccariam* extendere) hortatur, nè amplius de rebus Theologicis quidquam loquatur, ſed contra intra Grammaticorum ſepta vagetur (2). Poſtremo tandem quarumdam phraſium indicem cogit ab optimis latini idiomatis ſcriptoribus adhibitarum, quas tamen *Lagomarſinius*, & *Zaccharias* reprehenderant, imo hic ultimus litteratior ceu *Beſtialitates* notaverat. En Indicis hujuſce titulus: *Fraſi di alcuni antichi Scrittori Latini, notate come errori dal P. Girolamo* Lagomarſini *ne' Sermoni, e nella Epiſtola prima del P. Dinelli Domenicano; alcune delle quali ſono riferite, e chiamate beſtialità dal P.* Zacchieri *Geſuita nella pag. 65. e ſegg. del ſuo piccol libro intitolato*: Giudizio ec. (3). Sed de his nimis fortaſſe multa jam dixi; quamquam adeo injuſta ſunt, & acerba (4), quæ P. *Zaccharias* in Concinam, ejuſque apologiſtas in-

(1) *Epiſt. II. ad* Lagomarſinium §. *XLIX. pag. 495. Venetæ Editionis, in qua aliæ decem ejuſdem* Dinelli *Epiſtolæ in* Concinæ *vindicias inveniuntur.*

(2) *Loc. cit.* §. *LI. pag. 496. memoratæ edit.*

(3) P. Lagomarſinius *cum lineis 26. in Enarrationibus ad V. Serm. L.* Sectani *pag. 26. quidquid de* Auxiliis *Divinæ Gratiæ audiverat, comprehendere ſtatuiſſet, graviter undecies lapſus eſt. Hæc quidem ſecundum eorum ſententiam, qui & ſermonum & enarrationum* Lagomarſinium *auctorem faciunt.*

(4) *Apud* Dinellium *loc. cit. pag. 503.*

(5) *Placet hoc loco nonnulla excribere ex modo laudato* Giudizio *P.* Zacchariæ, *unde moderatum ipſius animum lector agnoſcat. Pag. 13. & ſeqq.* Il P. *Concina* conſella nella ſua eſemplariſſima *Ritrattazione* di aver caluniato il ſuo proſſimo, per eſſer il poverino di debolisſima viſta. Triſto chi li crede. Ne ha adulterati (*di teſti*) a migliaja, eppure non ſi è ito ancora a naſcondere. Noi vorremo ſapere dall' illiterato Fra-



intorquet, ut paucis indicari verbis vix poſſint.

## CAPUT XXXVI.

*De aliquot inluſtrium Virorum lucubrationibus in quibus Concinæ mores, & dogmata defenduntur.*

INgrati animi notam ipſe jure meritoque incurrerem, ſi hoc ſilentio involverem eos viros, ſane præclariſſimos, qui ſuis in ſcriptis Concinæ vindicias egerunt. Memorabo illos ergo, & ſi pro meritis non laudavero eorumdem lucubrationes, juvabit ſaltem eorum meminiſſe in hac cauſſa; magna enim laus eſt, ut ego quidem reor, ob defenſam veritatem, & rejectum mendacium nominari. Ergo inter eos, queis cathedris ethices amatores plurimum debent commemorandus cumprimis eſt Andreas *Luggiattus* Presbyter Veronenſis, qui Anno MDCCLIII. Lucæ typis Philippi Mariæ *Benedini* librum vulgavit cum hoc titulo: *Supplemento, ovvero Oſſervazioni fatte a' tre primi Tomi della Storia Letteraria d' Italia*; in quo plures doctrinæ morum, ſeveriorumque muſarum cultores, tum pro re nata Concinæ cauſſam a cenſuris P. *Zaccariæ* vindicavit; ac Italicæ litteraturæ dignitatem, atque decorum, *Hiſtoria* illa *Litteraria* infuſcatam, erudite tutatus eſt. Hinc cum ſapientum favore liber hujuſmodi fuiſſet exceptus, A. MDCCLV. Supplementum alterum in vulgus emiſit ſic inſcriptum: *Supplemento ai Tomi IV. e V. della Storia Letteraria d' Italia*; quod inde anno ſequenti ad VI. & VII. ejuſdem Hiſtoriæ, emunctæ naris hominibus plaudentibus, extendit. Quo tempore hocce *Supplementum* in lucem prodibat, P. *Bonaventura a Cocciales* ex Ordine Cappuccinorum, Vir de Chriſtiana ethice optime meritus, ſuas epiſtolas cum hoc titulo vulgare cæpit: *Lettere di ragguaglio di Rambaldo* Norimene *al ſuo dilettiſſimo amico D. Luigi* Bravier *intorno alcune Controverſie Letterarie ſuſcitateſi in varie Città dell' Italia*. In Trento A. MDCCLV. per Gio: Battiſta Parone. Duobus inde ſequentibus annis duo alia volumina edidit, in quibus Concinam, ac *Patuzziam* a P. *Zaccariæ*, aliorumque cenſuris docte, & erudite defendit. Dum concertatio de *Spectaculis Theatralibus* acriter vigeret, Auctor Anonymus ex Ordine Minorum, qui ægre tulerat P. *Blanchum* mimorum mimarumque patrociniam ſuſcepiſſe, librum Venetiis edidit A. MDCCLV. in quo Concinæ de eliminandis Theatris placita complexus eſt. En illius titulus: *Saggio, ed Oſſervazioni di Giovanni Ambrogio* Tonilchi *intorno a' Teatri, e Ginochi d' Azzardo*, cujus Operis falſo Danielem Concinam Auctorem facit Scriptor Ephemeridum Venetarum (1). Concinæ doctrinam de *Fœnore* adverſus *Maſſejum* probavit, ac adſeruit alter Anonymus, auctor Operis cujus titulus eſt: *Oſſervazioni critiche, nelle quali ſi confuta il libro intitolato*: Dell' impiego del denaro. In 4. In Lucca A. MDCCLV. Inter Concinæ autem Apologiſtas meritiſſime numerandus eſt Jo: *Lamius*, qui utpote caſtigatioris doctrinæ adſer-

Frate da qual Priore abbia egli avuto la facoltà di graduare in Converſo dell' Ordine, o ſia Torzone il Sig. Marcheſe *Maffei* (*cum* Laicum *Concina & quidem reſte* Maffejum *appellaverat*). Qual fratelco riſentimento ſarebbe egli mai queſto di gittare in ſul viſo a un letterato, ch' ei non ſia Chierico, nè Frate. Ma noi leggendo queſte, ed altre infinite ſomiglianti eſpreſſioni, ingiurioſiſſime, ſtrapazzantiſſime, villaniſſime, ſtomacantiſſime, in una parola *concinianiſſime*, compartiamo vivamente la maligniità di queſto ſcrittore, rendutoſi per la ſua probabiliſtica maldicenza, conſiſtente non in una ſola parola d' ingiuria, e di ſtrapazzo, l'odio è l'infamia dell' univerſo. Circa il ſapere o non ſapere *il Lagomarſini* di Teologia, di Scritture divine, di Concili, di Padri diremo ſenza eſitare, ch' egli in tutte e ſingole tali coſe ne ha ſtudiato, e no ſa da poter leggere in cattedra al P. *Concina*. Certi Buffoncelli della ſfera del P. *Concina*, i quali hanno il baco di comparire buoni latinanti; e lo ſon peſſimi. Sino i Converſi, e Torzoni dell' Ordine maliſſimo ſoddisfatti intuonavano a tutte le ore con voci incondite l' antifona: *audite cœli & obſtupeſcite*. Anzi da più di loro, non però nè i più dotti, e ſaggi, nè i più ſpecchiati, e religioſi tra eſſi, fu riconoſciuto *Concina*, abbracciato, e baciato in fronte qual cariſſimo in Criſto fratello, e qual zelantiſſimo promotore della fratellevole carità, e ſi può dire, che *facti ſunt amici Pilatus, & Herodes in die illa &c.*

(1) Novelle della Repubblica delle Lettere A. MDCCLV. *pag.* 345.

adiertor ac vindex, sic perpetuo Concinæ laudationes laudavit, & virtutes extulit in suis *Ephemeridibus Florentinis*, in quibus cum corruptæ doctrinæ Magistris acre diuturnumque bellum fortissime gessit; quemadmodum Andreas *Luggiattus*, cujus huitusce capitis initio mentionem fecimus. Hic universos *Historiæ Litterariæ* Tomos in examen vocavit, vulgato Tridenti Opere in plura volumina distributo cum hac inscriptione: *Notomia di tutti i Tomi della* Storia Letteraria *d'Italia*. In 8.; in quo quidem erudito, ac peropportuno Opere *Luggiattus* plerosque Viros a P. *Zaccharia* censuris præclare defendit, & Historiæ illius peccata, naviosque gravissimos manifestavit. Horum Concinæ Apologistarum numerum concludet P. Jo: Vincentius *Patuzzius*, qui Concinam non viventem solum, sed mortuum quoque, quod est amoris expressius signum, tutatus est. Accusati PP. Societatis in Galliis de tradita ab nonnullis eorum Viris principibus noxia, ac admodum perniciosa doctrina, hi suorum vindicias Magistratibus obtulerunt; & quasi se absolvendos putassent, si eadem doctrinæ capita aliis affinxissent, hæc eadem D. Thomæ Aquinati adjudicarunt. Parisienses Dominicani illico coram Senatu Angelici Doctoris vindicias egerunt; quos deinde gravissima epistola, ut solet, condolatos, hortatusque est ad frangendos D. Thomæ doctrinæ eorum conatus P. Jo: Thomas de *Boxadors*, spectatissimus Dominicanæ Familiæ supremus Præses. Verum vindiciæ illæ a Parisiensibus actæ, cum sibi minime ex toto placerent, easdem denuo aggressus est P. *Patuzzius*; cumque Anonymus e Societate scriptor Danielem Concinam illam eandem doctrinam esse tutatum vulgasset, iccirco *Patuzzius* ejus quoque apologiam egit in libro, cui titulum indidit: *Lettere apologetiche, ovvero difesa della dottrina dell' Angelico Dottor* S. Tommaso d' *Aquino sulla materia del* Tirannicidio, *data in luce da Eusebio* Eraniste. *Si aggiunge la difesa del R. P. Daniello* Concina *sullo stesso argomento contro l'Autor della lettera ad un Conte*. In Lucca A. MDCCLXIV. Atque hæc mihi quidem de Concinæ Apologistis comperta. Si quis vero omnes, quos habuit adversarios, curiosius scire percupidus fuerit, *Litterariam Historiam* adire poterit, & postquam ex ea solum titulos exscripserit, libros sibi postmodum comparet, ut pede inoffenso valeat sententiam ferre. Scio non defuturos, qui me reprehendent eo quod omnes Danielis Concinæ Apologistas laudaverim, adversariorum vero ejus scripta aut parvi fecerim, aut indicarim tantum. Ego vero tantum abest, ut horum censuras verear, quin potius laudes asperner, si quas ii mihi impertire vellent. Quæ enim adversus Concinæ inimicos scripsi, non meo quidem, quod nullum est, sed aliorum feci judicio fretus, qui causæ viscera scrutati sunt, & quam accuratissime scriptiones omnes excusserunt. Sane multorum hominum præjudicis, partiumque studiis expertium sententia est, probatissimas semper causas Concinam suscepisse defendendas, eaque esse tutatum omni genere argumentorum. Quæ res licet a me possit plurium testimonio virorum confirmari, ne tamen quod alii jam præstiterunt, quodque omnia Concinæ Opera loquuntur, videar refingere, PP. Societatis tantum adhortor ut mentem consulant P. Ægidii *Giuli* (1) qui insigni rerum Theologicarum, & sacrorum canonum peritia floruit, maximoque in pretio semper est habitus cum a doctioribus Romæ viris, tum inprimis a *Benedicto XIV.*, Pontifice illo acerrimi ingenii, & summæ dexteritatis in hominum meritis cognoscendis. Hinc æquitas causarum, quas Concina sustinuit, effecit ut opinionibus ab se defensis Sedes Apostolica immissimo judicio consentiret, quemadmodum ex disputationibus de *Jejunio*, de *Tactibus mamillaribus*, ac denique de *Paupertate Monastica* ab eo habitis constat. Quæ tamen omnia adversariis ejus adeo a veritate antea abhorrere videbantur, ut eadem inter paradoxa collocarent. Alias fortasse opinationes, in quas Concina sapientiorum hominum suffragiis innixus invectus est, consequenti tempore damnabit Christi in Terris Vicarius, quod hactenus non potuit temporum iniquitate. Quum igitur bonitas causarum, quas Concina propugnavit, manifesta sit, debebam ne ego eorum laudare, ac efferre scripta, qui absurdas sententias, & præclaram veri, & æqui faciem denigrare conati sunt? Suspicio sane ex Concinæ adversariis plurimos, eorumque eruditionem, ac merita aliunde mihi nota ipse primus extollerem, si ratio postularet.

CA-

(1) *Vide præcipue Epist. XXIII. pag.* 35.



## CAPUT XXXVII.

*De posthumis inedisque Concinæ Operibus.*

INter posthumas Danielis Concinæ lucubrationes, principem tenet locum *Theologiæ Christianæ* Compendium. Non una causa eum fuisse ad id operis impulsum, manifestum puto ex percensitis laudibus encomiisque, quæ merito ex majori Opere reportavit. Sane ad hoccce Compendium conficiundum urgebatur tum a Viris præclarissimis, qui Christianæ ethices cultum jugiter animis multorum inspirare conabantur, tum illorum præcipue precibus, qui sive magnis voluminibus deterreri, sive his coemendis impares ab eodem *Theologiæ Christianæ* Brevariium fervidissimis votis exposcebant. Annuit his Concina, qui, nulla cujuscumque laboris ratione habita, ea aggredi ac perficere solebat, quæ in Ecclesiæ utilitatem, ac Christifidelium profectum cessura essent. Revera A. MDCCLIII. *Theologiæ Christianæ* Compendium absolvit. Hoc deinde Romæ moroli censoris judicio subjectum est. Qui multa ita calligavit in autographo, addidit, ac mutavit, ut plane deformaverit, & non paucis lituris inficerit. Quare Concinæ Opus inde ad incudem revocanti celerius accidit mors, quam ut sibi objectis censuris posset satisfacere; eo vel maxime quod duobus infequentibus annis, & morbo laboraret gravissimo, & aliis lucubrationibus, quas commemoravimus, supremam deberet manum imponere. Erat tamen post ejus mortem res notissima cum Romæ, tum alibi, reliquisse eum hocce Compendium. Hinc factum, ut qui totius Operis celebritatem, ac famam non sine mœrore noverant, idem Compendii editionem impedire nervis omnibus, ac precibus procuraverint. Jacuit ergo in pulvere ad usque Ann. MDCCLXII., quo *Sapienti, potentique obstetricante manu* (1) in vulgus emissum est cum hac epigraphe: *Theologiæ Christianæ Dogmatico-moralis P. Danielis* Concinæ *O. P. Compendium*. In 4. T. II. Venetiis apud Simonem Occhi A. MDCCLXII. Plurimorum favore fuisse exceptum Editiones multæ declarant, quæ hanc Venetam consecutæ sunt. Eodem A. MDCCLXII. Jacobus & Joseph Fratres *Tasselli*, viri ornatissimi, novam editionem hujusce Compendii aggressi sunt Bononiæ ex Typographia S. Thomæ Aquinatis, in qua eorumdem cura, & impensis libri cudantur. Consecuta licet ægre a Vincentio Cardinali *Malvetio*, ejus Urbis post Prosperum *Lambertinum* Ecclesiæ Archiepiscopo, facultate expta editio est. At vix tuto procuto volumine, sufurrationibus circumventus Card. *Malvetius*, ne ultra editio procederet, justit. Post multas inde preces, atque supplicationes, ne inconstantiæ notam incurreret, annuit ut perficeretur, dummodo primo voluimini Concinæ *Declaratio*, de qua tum adhuc cogitasse PP. Societatis tori doctissimæ Urbi permirum est vitam, adjungeretur. Fuit tamen, ne quid dissimulare videar, opinio multorum, editionem illam non ulla Patrum Societatis aperta intercessione, sed P. *Vidarii* Cl. R. S. Paulli, Archipræsulis Pœnitentiarii, voluntate ac rumore, fuisse suspensam. Revera vir hic solertissimus, licet se Dominicanorum studiosum, quando cum ipse ageret, prædicaret, erat tamen Concinæ Operibus, eorumque encomiastis adversus. Ergo omnibus ad Archiepiscopi voluntatem factis, Bononiense editio absoluta est, quinque Tomis, ut ajunt, in octavo. Quatuor priores Concinianæ Theologiæ Compendium; ad Venetum exemplar exactum, continent; quintus vero præter S. Caroli Borromæi *Monita ad Confessarios*, Canones Pœnitentiales, & nonnullas Apostolicas Constitutiones, *Commentarium* quoque comprehendit *de Vita & Studiis* Auctoris; sed adeo jejunum, ut eloqii laudem vix promereatur. Joannes *Lamius* hujus auctorem facit P. Vincentium Dominicum *Fassinium* ex Ordine Prædicatorum, quem absolutam, atque integram Danielis Concinæ gestorum scriptorumque narrationem audio meditari. Ignoraverim tamen quid novi scripturus sit, cum ipsum opportunis monumentis carere certo sciam. Conatum tamen ejus jure laudo, qui omnium primus Concinæ memoriam post ejus fatum litteris consecravit. Bononiensem editionem aliæ duæ Venetæ consecutæ sunt, nimirum Simonis *Occhi* & Antonii *Zatta*, PP. Societatis Typographi. Atque in hac secunda Simonis *Occhi* editione alter *Commentarius de Vita & Studiis* Concinæ reperitur, auctore Laurentio *Rubeo*, Presbytero Forojulienſi, ut inscriptio monet. Cujus hominis ipse qui scribo post diligentem inquisitionem nullam habere notitiam unquam potui. A.

(1) *Vide* Monitum *Compendio præfixum*.

MDCCLXV. *Agellius* Typographus Luganensis, cum ad manus habuisset Concinæ Autographum expolitius, novam Editionem paravit, quam inscripsit Leopoldo Ernesto, Episcopo Passaviensi ex Comitibus in *Firmian*, Caroli de *Firmian* Germano fratri, quem *Mariæ Theresiæ*, Romanorum Imperatricis Augustissimæ Consiliarium, & Administrum probatissimum Mediolanenses lætpiciunt. Etsi vero in Luganensi hac editione nonnulla sint, quæ in aliis desiderantur, eam tamen ampliorem reddidit Editor, dum in præfatione ceteras *mancas* et e. atque *detruncatas* dixit. His, aliisque inverito offensus Simon *Occhius*, quo incuriæ, seromque augendi suarum immodicæ cupiditatis notam, sibi a Luganensi Typographo inustam, ab se repelleret, folium in vulgus emisit, in quo utriusque editionis collationem instituebat. At intercedente postea viri nobilissimi gratia sedatum est hoc Typographorum bellum, quod sperata fortuna excitaverat. Attamen Simon *Occhius*, quo nihil ab se desideraretur, aliam inde editionem ad Luganensem exegit. Hocce inde Compendium contraxit P. *Gasparinus* Ord. Prædi. & Breviario confecto vulgavit cum hoc titulo: *Manuale* Concinæ, *seu Theologiæ Christianæ Dogmatico-moralis a P. Daniele* Concina *O.P. elucubrata priore exactior.* 8. Tom. II. Mutinæ MDCCLXIII. Prostant Venetiis apud Simonem Occhi. In qua epitome P. *Gasparinus* voluisse videtur illorum vel occupationi, vel inertiæ servire, qui nullam experiuntur eruditionis copiam, nec veterum testimonia, neque auctoritatis loca requirunt, modo habeant de peccatorum notitia, & differentia, quod præcipue pollut interrogantibus, aut consulentibus vel respondere, vel indicare. Tali modo Concinianæ Theologiæ Compendium a studiosis exceptum est, & quotidie excipitur. Quod etsi plerumque Compendiorum scriptoribus, ubi maxime benevolorem ethicen profitentur, contingere soleat, ut *Bolembat*, aliorumque *Medulla* idem faciunt, accidisse tamen Concinæ valde plerique lætpiciunt, qui doctrinam ejus ceu plus æquo rigidiorem apud imperitos, quorum magnus est numerus, fuisse traductam, atque notatam optime noverunt. Hæc una tantum ex Concinæ posthumis lucubrationibus lucem vidit. Extat ab eodem elaborata italico idiomate *Apologia Societatis Jesu*. Hujus unum exemplar extat Romæ in Bibliotheca Casanatensi, aliud vero Florentiæ in Cœnobio S. Marci; ac demique duo alia exempla ejusdem apud suos Venetiis reposuerat Concipa ipse. Titulum interpretari pœtest id, quod latat, nec ipse possunt, nec alii fortasse debent. Hortor tamen Mss. hæredes, ut si quid bonæ frugis continet, ut profecto continebit, illud in lucem proferant. Hac maxime tempestate non vacuus fuerit labor, qua Societas hæc celeberrima mire vexatur. Ego certe, ut quod sentio, dicam, id nitro agrederer, si mihi *Apologia* illius obtinendæ aliqua affulgeret spes. Hoc me tamen spondeo curaturum, ut mihi quodammodo adversus eos contpiam, apud quos jam forte ut teterimus Societatis hostis audio, eo quod Danielem *Concinam* laudaverim. Quos quidem animi mei sensus non metus ullus, aut favor, sed æquitas, sed sincerus amor expressit. Saperoli modo, de paucis, quæ supersunt, inedita Concinæ scripta ediderem. Ac primo quidem de Epistolis adversus PP. *Richeliomum & Gagnam* jam supra dictum (1). Alias epistolas, quæ Venetiis apud suos exstant, de *Probabilitate* scripsit adversus P. *Carpani* S. J. P. Bernardus Maria *de Rubeis* eidem Concinæ *Catechismum* etiam memorat. Plura quoque paraverat pro *Theologia Christiana* augmento, supplementisque, si alia eo vivente editio fuisset facta. Inter has additiones fuerat ingens Volumen *De Justitia & Jure*, quod jam edito tractatui addere decreverat. Post ejus mortem tres aliæ Editiones Venetiis a Simone *Occhio* illius Theologici Operis perfectæ sunt. Postremæ A. MDCCLXIII. in fol. pleraque adjuncta fuerunt ex Mss. Concinæ in Bibliotheca SS. Jo: & Paulli Venetiarum exsistentibus. Reliquit etiam plures *Panegyricas Orationes*, *Conciones*, *quadragesimales*, & Miscellanea quædam Monumentorum, quæ paraverat pro adornanda Historia Congregationis B. Jacobi *Salomonii*, quam postea confecit P. Jo: Bernardus Maria *de Rubeis* (2). Nos pleraque ejus Epistolas, admirabili unctione & zelo exaratas, ad viros gravissimos inter Adversaria nostra custodimus, editum aliquando, si necessitas urgebit. His omnibus adjicienda collectio est CCXX. propositionum ex Caluistis liberioribus excerptarum jussu *Benedicti XIV.*

(1) *Cap. XXV. pag.* 43.
(2) Comment. De Rebus Congreg. B. Jacobi Salomonii &c.



*XIV.* (1). Percensitis cunctis, quæ de notitiam mei pervenerunt Concinæ scriptionibus cum editis, tum manu exaratis, æquum modo fuerit de iis scribere, quas quidam eidem adjudicarunt.

## CAPUT XXXVIII.

*De nonnullis scriptionibus Concinæ adjudicatis, ac præsertim de* Apologia Animadversionum *Celsi* Migliavacca *contra Scipionem Maffeium.*

Anno MDCCLXIV. fervente adhuc *De Jesuita cum ejus earumque compugnato* contentione libellus prodiit Coloniæ cum hoc titulo: *De Principe Gulæ inermodo, ejusque remedio Dialogus Anonymi*. Hujus auctorem a multis Concinam haberi non semel audivi. At vero fortum ejus haud est ita cum plura suadent, tum præcipue stylus a Concinniano plane dissimilis, tum græcæ sententiæ variis in locis admixtæ, quas ipse apponere, utpote græcarum ignarus litterarum, contevit nunquam. Anno anteriori Ferdinandi *Valdesii*, nempe Lud. Ant. *Muratorii* Epistolas, quarum editionem aliqui omni vi impedire conabantur, præsto fuisse decuras varet. Hujus rei memoriam tenuit (2) P. Andreas *Galland*, eruditissimus Veneti Oratorii Presbyter, cujus de Concina testimonium PP. Societatis vehementer displicuisse Eruditis notum est. P. Franciscus Antonius *Zaccharias* Concinam *Maniti* hujusce *Valdesii*, Epistolis præmissi authorem facit (3). Hoc vero jure negat Jo: Franciscus *Soli Muratorius* in Vita Patrui sui, quam alibi laudavimus. Hujusmodi tamen scriptiones Concinæ ab hominum arbitrio adjudicatæ nihil ipsi detrimenti intulerunt, sed ea, cujus modo erit mentio, a *Maffeio*, eruditæ pertludiis eidem adscripta, magnum in diterimen nomen ejus adduxit, ut fuerat illis ab initio propositum machinationis. Ut tota rerum series clarius pateat, rem altius repetam, ut cognitis causis cætera etiam facilius intelligantur. Nemini ignotum est Scipionem *Maffeium Historiam Theologicam* italico idiomate exaratis, in eaque rectam germanamque primorum sæculorum PP. de Gratia, atque Prædestinatione doctrinam fe affecutum credidisse. Atqui operam ejus improbarunt lane non plurimi, qui hominis famæ multo studiosiores, quam alii, qui ipsi assidebant quotidie, ægre tulerunt eam *Maffeium* vertandam materiam intsuepisse, in qua erat hospes plane ac peregrinus. Adversus hanc *Historiam Theologicam* Celsus *Migliavacca*, præclarissimus e Congregatione Canonicorum Regularium SS. Salvatoris Theologus, Italicam Epistolam scripsit, quæ a P. Sala Dominicano, qui in Athenæo Taurinensi Regius postea S. Theologiæ Professor fuit, latinis litteris reddita Francofurti primum, deinde Lucæ A. MDCCL. edita est cum hoc titulo: *Animadversiones in* Hilligrian Theologicam *Dogmatum & Opinionum de Divina Gratia a Cl. Viro Maximone Scipione* Maffeio *elaboratam*; in qua illustris vir demonstrare aggressus est suormes *Maffei* aberrationes, atque errores, qui cum damnatis Pelagianorum dogmatis conveniunt. *Maffeius* tamen nihil externius, solidissimis animadversionibus responsum nesciо quod dare conatus est, in eoque ab injuriis, contra ac equites soleant, non abstinuit. Tum Celsus *Migliavacca* in *Maffeium* sele & amaritudine exundantem libellum vulgavit cum hoc titulo: *Difesa delle Animadversioni ec.* Dum interea hujusce scriptionis auctor lateret, *Maffei* studiosi sibi hoitem finxerunt, quem ferirent, ipsique furenti in animum induxerunt, *Apologiam Animadversionum* Isperi Danielis Concinæ stilum, & animum, ipsique adhuc pertulo erroris esse tantiquam auctori tribuendam. *Maffeius* homo minime Theologus, quidquid multi narrent,

(N 2). quum

(1) *Vid. Cap. XII. hujusce Comment. Pag.* 15.
(2) *In Anecd. ad Catalog. Operum Lud. Ant.* Muratorii, *præfixum ejusd. Libro de* Moderatione Ingeniorum *&c. pag. XLIII. §. XXXV.* Vix annus intercesserat ab editione Operis *De superstitione vitanda*; quum in *Muratorium*, perinde ac si emittrens illud in lucem claritatem ecclesiæ ad æræ bellum perurgendum, complures in ipsum insurrexerunt Scriptores, in primis vero Panormitani, quorum proinde opuscula refutare aggressus est noster Auctor, has epistolas sub nomine Ferdinandi *Valdesii* evulgans; in quibus quidem ed. ulis alius fuisse fertur opera, & consilio R. P. Danielis *Concinæ*, Viri doctissimi, & ip a laude, cujus etiam obtrectante manu emissum fuerit alterum ipsius Opus modo memoratum *De superstitione vitanda*.
(3) Annali Letterari d' Italia *Lib. III. Cap. II. pag.* 220.

quum alioquin rei veritatem nosse quamfacillime ex Concinæ Operibus posset, ut critices regulæ postulare videbantur, sibi assidentibus pienam adhibuit fidem, & Concinam acerræ in se scriptionis auctorem nedum credidit, sed effecit etiam, ut id ipsum alii sentirent. Scripsit enim cum ad *Benedictum XIV.* tum ad nonnullos S. R. E. Cardinales epistolas, in quibus Concinam de eo libello expostulabat, eorumque implorabat fidem. Qui rei indignitate vehementer commoti sunt, & in Concinam labefactata jam vel immutata voluntate esse coeperant. *Maffei* interea studiosi, totiusque auctores machinationis, quo a se excitatum fouerent incendium, crudeliter prorsus, & inhumaniter Viri innocentissimi famam, ac nomen lacerare adnisi sunt, publicis locis cum Venetiis tum alibi horrendo affixo libello, quem publici hoc juris facere operæ pretium duerit (1). Qua in re non tam libelli auctorum inclementia, quam insignis arrogantia suspicienda est, qui contra edicta Principum tam infamem scriptionem publicis in locis spectandam cunctis exhiberunt. Concina hucce in statu rerum, quum innumerabilium virorum multitudinem adversus se incensam noceret, quamvis bonæ conscientiæ inultus testimonio exspectare posset utriusque libelli auctores aliquando detectos iri, scripsit nihilofecius Kalendis Augusti A. MDCCL. ad *Maffejum* epistolam, in qua malo prorsus animo *Apologiam Animadversionum* sibi affictam fuisse declaravit, adjiaque protulit, quibus doctrinam in hac *Apologia* contentam ex toto damnate visus est. Placuit admodum *Maffejo* hujusmodi epistola, qua doctrinam sui confirmatam putabat, placuit etiam suis, qui eum ad ejus evulgationem procul dubio urgere cæperunt. Animadvertens interea *Maffejus* se enormiter religiosum, innoxiumque virum seu amarulenti libelli apud Pontificem aliosque viros gravissimas auctorem detulisse, ad eosdem dedit epistolas, queis se fuisse deceptum fassus est (2). Magno inde evulgandæ epistolæ ad se a Concina datæ desiderio agebatur. At quum ab equitis, hominisque bene compositi dignitate alienum putaret, infelo auctore, privatam edere scriptionem, die XV. Augusti A. MDCCL. ad P. Bernardum Mariam *De Rubeis* epistolam dedit, postulans, ut

*LIBELLUS FAMOSUS*

*Venetiis publicis locis affixus adversus Danielem* Concinam.

(1) Per atto di carità li fa sapere a tutti quanti, che l'infame libello contro il Marchese *Maffei*, intitolato: *Difesa delle Animadversioni*, stampato, come l'anteriore *Animadversioni*, senza nome di Autore, che sono Daniel *Concina* Gavotto, e un tal *Millevacche* Scopetino, del qual libro Simon *Occhi* non ha vergogna di far pompa in Merceria, ed al quale il *Targa* ha mandato qui cinque copie dal Seminario di Verona. Si fa sapere, che è libro niente manco *Eretico* dell'antecedente, e che è inganno il mostrare da principio di *ritrattare*, perchè anzi replica lo stesso, e peggio. Si fa dunque sapere a tutti i *veri Cristiani*, come non si tratta qui d'opinioni differenti di scuole, o di dispute, ma di *Eresia formale*, e che supera *Lutero*, e *Calvino*. Onde nessuno si lasci ingannare da' Partitanti, o da chi non sa. Si fa sapere ancora come le triali, plebee, orribili ingiurie, ma tanto per altro ridicolose, e colle quali hanno infamato le medesimi, che sono in tal libro, contro il Marchese *Maffei*, Cavalier, che per quanto si tiene da tutte le Nazioni, è il primo uomo del secolo, non hanno altro motivo, che l'aver lui difeso la *Religione Cattolica*. Si propone insieme un caso di coscienza: se sia peccato il tenere, che chi pubblica libri tali, o vi dà mano, e nell'istesso tempo dice messa, *creda nella minestra*, e febbene affetta *Rigorissimi sproposititi*, tutte sia *finzione*, e non abbia *Religion nessuna*. Savio Religioso dice, che quel libro è fatto *a casa del Diavolo*.

(2) *Ita fane Concina die 3. Septemb. A.* MDCCL. *ab Amico Romæ existente admonebatur*: Il Sig. Marchese *Maffei* dopo aver anche scritto a S. S., accusandovi per autore della Difesa delle *Animadversioni* &c. facilmente dopo ricevuta la vostra prima lettera ha replicata altra lettera ritrattando l'accusa, come S. S. ha avuta la benignità di dire. Così credo abbia fatto collo altri Eminentissimi, cui prima avea fatta la stessa querela; e me ne chiarirò presto con parlare a quelli, ch'ebbero la bontà di farne meco parola, come v'avvisai ec. *Ex quibus licet certo non constet Maffejum palinodiam cecinisse, fecit tamen hominis pietas, ut eum id præstitisse credam.*



ut hac de re Concinam certiorem faceret, ab eoque ad se missæ Epistolæ evulgandæ impetraret facultatem (1). Sed Concina, qui hominis propositum ignorare non poterat, continuo restitit, nec repetitis Scipionis *Maffei* litteris se de sententia deduci passus est. Noverat enim cum *Maffei*, ac studiosorum ejus consilium, tum cupiebat nulla in re sese opponere Cœlio *Migliavacca*, quem propter eximiam rerum Theologicarum peritiam, sanamque doctrinam magni faciebat. At vero *Maffejus* Concinæ epistolam, licet auctore quammaxime resistente, evulgavit in libello, cui titulum fecit: *Replica all' Anonimo*. Varie hinc extitere de *Maffei* consilio sententiæ; cum alii illum laudarent, alii vero reprehenderent (2). Id sane Concinæ admodum displicuit, qui proterea de *Maffejo* conquestus est (3). Reprehensus autem fuit *Auctor Supplementi*, quod Scipionem *Maffejum* eam a Concina extorsisse epistolam conscripsisset, agente atque intercedente *Caraccioli*, S. A. ad Venetorum Rempublicam Ablegato. At vero *Maffejus* quamquam opera *Caraccioli* usus haud sit pro obtinenda Concinæ epistola, iram tamen suam in eum adeo multis antea impertiverat, ut ad id præstandum Concina omnino compulsus sit. Jam enim nominavimus eos, ad quos *Maffejus* scripserit, magna sane Concinæ invidia, atque detrimine, qui ut notata inurbani, atque maledici scriptoris sibi insultam abs se repelleret, eam ad *Maffejum* dare epistolam coactus est: quod idem cum aliis ei executus, qui *Maffejo* consenserant. Quare quidquid *Maffei* studiosi dixerunt in consilii ejus defensionem, ea certe non suadent potuisse Concinæ ab eodem epistolam evulgari, salva non dicam equitis, sed honesti hominis dignitate. Hoc sane vel ipse *Maffejus* fassus est, ut constat ex epistola, quam ad P. Jo: Bernardum Mariam *de Rubeis* dedit. Laudavit Concinam ea occasione *Maffejus*, in qua de re agebatur sibi fusque profatura; reprehendit vero alibi acerbissime, eumque tanquam hominem factiosum, pullisque doctrinæ infectatus est. Sic pro varietate temporum, ac rerum hominum quoque voluntates, ac studia commutantur.

## CAPUT XXXIX.

*De Danielis Concinæ moribus, atque virtutibus; ac primo de ejus in Deum fide, & præstanti Religionis cultu.*

HActenus Danielis Concinæ Operum varia exposita fortuna, maximique lumini viri percenitis pro ethice Christiana laboribus, de ejus modo virtutibus, ac moribus ingredior scribere; unde merita eruditem in Ecclesiam magis ac magis cognoscantur, & quonam fato tot adversa, atque aspera pertulerit, videant ii, qui omnia ejus dicta, facta, atque molimina ad injuriam interpretati sint. Id vero quo facilius ipse perficiam, præcipua quædam de Concinæ virtutibus, moribus, ac dictis exponam, & quidem quo magis in promtu sint, per species exequar. Cum vero Fides vitæ Christianæ principium, radix, & origo virtutum appel-

(1) Io non vedo miglior via di distrugger affatto l'opinione invalsa, che il P. *Concina* abbia gran parte nel noto indegno libro, che il pubblicare la tenfata lettera, che egli perciò mi ha scritta, dove sono prove evidenti della sua innocenza, e della finissima sua dottrina, accompagnandola con mia poscritta d'avervi piena fede, e di tenerle l'avelli subito fatto; ma perchè *secondo la mia morale non credo lecito pubblicare una lettera senza licenza di chi l'ha scritta*, la supplico farmi grazia di ricercare il piacere dell'istesso P. *Concina*, riverendolo per mia parte, e pregandolo di tal permissione. Mi continui la sua buona grazia, e mi creda con tutto l'ossequio. *Verona 15. Agosto* 1750.

Divotiss. ed obbligatiss. Servitore
*Scipione Maffei*

(2) *Auctor libri inscripti*: Supplemento alla Storia Letteraria *Lib. II.* Lettere di Ragguaglio ec. di Rambaldo *Normene Lett. XXII. pag.* 263.

(3) *In Lib.* De Spectaculis Theatralibus *Diss. I. Cap. XXI.* Ad illustrem hanc Auctorem (*Maffejum*) die 1. Augusti elapso Anno MDCCL. epistolam scripsi, qua significavi, me non esse Auctorem libelli inscripti: *Difesa delle Animadversioni*. De hac Epistola, quam privatim scripsi, quæque, me prorsus repugnante, publicis typis evulgata fuit, plura fileo in editoris obsequium.

appelletur, ideo ab ea exordiemur. Atque hæc quidem in Concina maxime enituit, sive puritatem, sive ardorem ejusdem fidei lumen ac disciplinam hominum mentibus inferendi vellis inspicere. Quæ a puero fidei Catholicæ mysteria didicerat, ea ad obitum usque incorrupte tenuit, invinlateque servavit. Quare nihil in actionibus ejus, moribusque unquam est animadversum, quod aut tantæ virtuti contradiceret, aut hominem in ea minus firmum indicaret. Hujusce virtutis actus pluries quotidie efficere. Deumque maximis exorare precibus solebat, ut is in ea confirmaret, unde constans in Catholicæ Ecclesiæ sinu moreretur. Fixerat porro virtus hæc adeo altas in ejus corde radices, ut continuas infidelium hominum clades lacrymis deploraret obortissimis, subliqueadDeum precibus pro iis implorater opem, & quotcumque posset ad Ecclesiæ Romanæ cœtum adjungere modis omnibus procuraret. Quod cum sæpe, tum maxime eo tempore est observatum, quo apud Roma discessit. Quum enim ad Roncilionis Romani agri cauponam diverisset, inique in magna advenarum frequentia nobilem Anglum, suorum superstitiosæ imburum, esset nactus, eum ad Ecclesiæ suum reducere longis, atque vehementi oratione conatus est. Quod etsi ille minime præstiterit, servidum tamen plumque Concinæ zelum summopere demiratus est, eumque Lapius Florentiæ non multo post commorantem invisit, maximoque in honore habuit. At hæc fidei etiam testimonium minime ambiguum reliquit Concina: eo in libro, quem adversus Atheos, aliosque Romanæ Ecclesiæ osores scripsit, in quo nihil nisi sanctum reperire fas est, atque ad pristinæ, incorruptæque Religionis normam exaratum. Et licet multos Calusiarum libros versaverit, eorumque plurima virulenta dogmata excusserit, nihil tamen ex ipsis fœtoris travit, ut præ cæteris literato viro præstantissimo contigit. Tantum potest vel in animis bene comparatis, atque munitis bellentium quorumdam lectio Calusiarum. Hinc Religione, quæ fidei argumentum, ac declaratio est, maxima inclarnit. Explicari certe vix potest quo animi ardore sensuque ea, quæ Dei sunt, exequeretur. Postquam sacris est initiatus, Religionis hæc argumenta quotidie ausit. A sacrorum operatione mysteriorum nullo unquam, etsi graci incommodo, se retineri passus est. Post inde sacra peracta mysteria genibus supra altcujus sepulcri lapidem in Ecclesia politis dimidiam horam Evangelium perlegebat, ac modo toto corpore supra terram pronus veritates in eo contentas, ac pia mysteria meditabatur, modo lumen poscebat, unde nulla unquam se, aut lucubrationes hæc contagione inquinaret. Quo porro ipse ergo Religionem tenia erat affectus, eodem etiam ab aliis parari, ac tractari ejusdem mysteria rituique labrabat. Id quidem cum ex frequentibus ejus sermonibus notissimum est, tum ex editis libris dignosci facillime potest, quos evulgavit in suosidium Confessariorum, ad eosque accedentium pro expiatione culparum. Ex quibus, aliisque ejusdem lucubrationibus quisnam animadverit quantopere Catholicæ Ecclesiæ venetaretur mysteria, quamque de illorum dignitate, atque præstantia animo opinionem imbibisset. Sanctos, Sanctorumque Reliquias eximio cultu semper est prolecturus, eosque præcipue peculiariter veneratus est, qui Apostolico ministerio inslaruisset, ad quorum normam se totum componere, & effomare perpetuo curavit.

## CAPUT XL.

*Spes, ac Fiducia ejusdem in Deum.*

SPE quoque, atque in supremum Numen fiducia si tantum excelluisse Concinam dixero, minus profecto quam debeam prædicem. Virtus hæc, quam fidei nostræ robur, ac firmamentum Mystici vocant, ita animum ejus occupaverat, ut illa fretus munitusque nec arduis unquam commotus sit, nec periculis minitque deterritus. Quum se undique calumniis laceratum, inimicis circumlequum acerrimis, suoque libros ad suprema Tribunalia delatos complecteret, ac se pene ab omnibus derelictum videret? non cessit animis, sed in Deo unice confisus, in eoque omnem Ipem suam collocans, inse illi causæ patrocinium enixe commendabat. Quod quidem vehementius præstitit, cum de *Theologia Christiana* proscriptione actum est. Validissimi erant adversariorum ejus conatus: patroni non pauci: artes vero ipsorum atque astutiæ maximæ. Tanto in turbine rerum, tantoque in naufragio sui doctrinæque discrimine, nullius fide, aut auxilio implorato, sacris quotidie mysteriis operam Deo Christianæ ethices, quam susceperat, defensionem commendabat, atque precabatur, ut sui in terris Vicarii confirmaret animum, ne ullo unquam artificio, aut circuitione caperetur. Hinc in tot certaminibus, in quibus Evangelicæ doctrinæ caussam egit fortissimæ, amicis, aliisque fatum atrox, & temporum iniquitatem deplorantibus dicere consueverat: *se de felici exitu rerum haud desperare: adversarios quidem sui culmen terræ tuisse: implorare potentium virorum subsidium, artesque omnes exagitare severe iis felicitorem meritò esse, qui unice in Deo confideret, a quo sancta omnia & prospera sibi pollicebatur.* Hinc Dei præpotentis auxilio e tot præliis victor evalit, a quibus de te expedire humana ope vix poterat; quibusque eumdem necessario cessurum innumera exempla demonstrassent. Hoc modo egregiam navavit Ecclesiæ operam; in arduis nempe gravibusque rebus preces ad Deum multiplicans, cum nihil unquam moliretur, antequam ipsam accurata supplicatione consuluisset.



## CAPUT XLI.

*Eximia in Deum Charitas, & orandi ac contemplandi studium.*

SPEM, atque in supremum Numen fiduciam Charitas consequebatur, quæ religiosum Virum, germanumque Evangelii præconem informare debet. Hujus in Concina virtutis cum plurima sunt argumenta, tum ea maxime, quæ ex ejusdem factis, ac libris colligantur. Solus quippe, Dei amore, ejusque gloriæ caussa laborare se fatebatur, & piissimis ad Christum Jesum alloquiis cuncta in ipsum bonorum omnium auctorem, ac terminum referebat. Verba ejus omnia ingentem ipsius in Deum charitatem redolebant. Nemo fere cum eo colloquebatur, quem ipse non aliquo charitatis ihmulo percitum, atque commotum ab se dimitteret. Quod quidem tanta voluptate animi, atque cordis dulcedine perageba, tanto intus æstuabat ardore charitatis, ut & ipse fleret uberrime, & ab audientibus lacrymas fæpissime eliceret. Fuit & illud incensi ejusdem in Deum studii atque amoris argumentum minime obscurum, quod otii quietisque impatientissimus vitam suam, ac mores ita compoiserat, ut semper aliquid aut meditaretur aut ageret, quod ad Dei gloriæ ipsestaret incrementum. Quæ quidem eo æstimari plus debent, atque prædicari, quod ea concepit animo perfecitque, quæ plerique magnas molestias, & aruminas veriti ita refugiebant, ut ne dum ad animum, sed nec admitterent ad aures quidem. Ubi autem scelera perpetrata audivisset, aut in recentes scriptiones Christifidelium morbus pernicioias incidisset, angebatur vehementer animo, & acerba quadam tristitia tabescebat. Zelo inde accensus incredibili, toroque virtu exardescens præstabat ea cuncta, queis aut impedire scelera posset, aut Christi doctrinæ inlatas injurias vindicare. Eximia hæc in Deum Concinæ charitas pepererat in eo orandi, & contemplandi studium frequentissimum. Antequam aut legendis libris, aut scribendis operam daret, orationem præmittere semper consueverat; & licet Apostolico ministerio, lucrifque audiendis confessionibus, atque aliis distineretur rebus sane gravissimis, consueta tamen ac certa ad precandum, propitiandumque Numen spatia temporis decreverat, quæ nulla curarum moles, nulla rerum terenarum occupatio diminueret, aut perturbaret. Lacessitus probris, injuriis, libellis, aliisque rebus similibus, queis vel in sanctitate provectiores aliquando commoventur, ad Crucifixi simulacrum confugiebat, in eoque gloriabatur, ad cujus exemplum tam dura, atque acerba patiebatur. Hinc in dubiis, in prolperis, in adversis ad orationem tanquam ad tutissimam anchoram atque perfugium recurrebat, adeo in hac sperans, ac fidens, ut indubitæ, ac labori hominum nec minimum quidquam deferret. Quod quidem cum omnes Christianæ fidei professores, tum verbi Dei ministros admodum decet, quorum eloquentia sine jugi oratione inanis verborum strepitus merito dicitatur.

## CAPUT XLII.

*Incensus animarum Zelus, & Benevolentia in sui adversarios sibique infensos.*

EX tam incenso in Deum ardore charitatis redundavit in Concina incensissimum illud Animæ, Christi Domini Sanguine redemptæ, adjuvandi studium, quo ingenti totius orbis contentione cum vivus celebratus est, tum mortuus gratæ posteritatis recordatione laudabitur. Atque hoc quidem studium eo in gradu, quem pii doctique viri in Concina observarunt, cum non ita frequenter in multis adpareat, a malignis hominibus ceu rigor intolerabilis, su-

superstitio, & zelus non secundum scientiam traduciturque ineptissime. Ita fere pietatem intrepretantur homines, & depravata plerumque sunt judicia Christianorum. Longum foret exacte rem prosequi, cum ejus singulæ lucubrationes, cunctaque vitæ momenta animarum salutis procurandæ studii totidem sint certa, & luculenta monumenta. Cum primum Apostolicum iniit ministerium nervis omnibus contendit in dies, unde illud majori cum auditorum profectu, fructuque posset obire. Incensa oratione a Domino nec sine lacrymis quotidie flagitabat, ut daret voci sue vocem virtutis, qua a peccatorum veterno excitati homines ad propositæ sanctitatis regulas conformarent se, & meliora charismata æmularentur. Vir minime fucatæ eloquentiæ, nec in singulas voces numerosque sollicitus, ita veris gravibusque sententiis audientium animos percellebat, ut in iis quosdam veluti aculeos relinqueret, a quibus eller auditus. Hinc perorationem ejus non ineptus populi plausus, aut stulta facundiæ commendatio sequebatur, sed alta populi suspiria, gemitusque, & antecactæ vitæ detestatio salutaris. Quare non pauci post auditam concionem eum interpellabant, quamvis sudore madidum, & vehementi oratione fatigatum, unde sui exhomologeses vellet excipere. Quos ipse tam humaniter excipiebat & solabatur, ut quicumque semel ad eum accessissent, pietatem ejus atque doctrinam nunquam desinerent prædicare. Ex fervido porro, incensoque ejus zelo multiplices manarunt ex declamationes, quæ in scriptis ejus observantur, quæque maximam habent vim ad animos commovendos. Hisce uti consueverat sive diceret, sive scripto adlertiones suas manifestaret, posteaquam firmissimis argumentis eas munisset, ac claro in lumine constituisset. Ex quo factum est, ut plurimi vel exacerbato in eum animo, vel imperiti ad rectedistinguendas scripta ejus nudas esse declamationes non minus indocte, quam falso & inepte dictitaverint. Cumque pariter maximum se philosophiæ morum perniciosis subsidium latiturum putaret, si corruptos indisciplinarum quacumque arrepta occasione exagitasset, ex hoc pariter accidit, ut dum ita legeret, a nonnullis incultus sit, quasi magis in aliorum opinionibus convellendis laboraret, quam in stabiliendis suis (1). Concionesque suas contra præcipuos, & quidem multos ætatis nostræ abusus, ac corruptelas elaboraverat, in quas vehementissime invehebatur. Ubi vero malum perniciosius, & medicina opportunior credebatur, is erat ejus orationis impetus, adeo graves veræque sententiæ, ac tanta in omni gestu atque habitu pietas, is denique ardor in oculis emicabat, ut peritissimus quisque rerum æstimator, hunc demum esse Christianum oratorem, germanumque Evangelii præconem palam testaretur. Quam jugi, atque assidua lectione ex patrioribus Christianæ ethices fontibus hauserat ipse doctrinam, eam ut omnes sequerentur, omni ope studioque nitebatur. Cumque vitium probe nosset palpari gaudere, atque veri cultores odisse, nihil frequentius cavebat in scriptionibus suis, quam eos non esse confectandos conscientiarum judices, qui crudeli benignitate vulnera palpant, non resecant, blanduntur ægris, non medentur, angustam denique laxant peccatoribus salutis viam, & falsa securitate delusos in æternum secum interitum facile abripiunt. Hoc animo instructus, hacque liberrate gaudens, eam, quæ in doctrinam morum irreplit, opinandi licentiam, dum quidem spirare potuit, acriter & vehementer insectatus est. Quæ dum est exercitus, a benignioribus Theologis præpostere severitatis nota insimulatus est, ab aliis autem notatus, quasi peculiaris Instituti homines perstringeret, & Christifideles ab eorum Ecclesiis avocaret. A quibus criminationibus eum voce tum scriptis adeo vere solideque defendit se, ut nonnisi maleferiati homines, atque in libris ejus peregrini obductas cicatrices ad hanc usque diem vivas servare pertinent, ægrorum insanientium ad instar, qui medicum ac medicinam odisse solent, tamquam sibi minus usui futuram, imo sive proficuam. Quamquam vero plures haberet hostes, qui atrocissimas adversus ipsum in locis, in quibus erat conciones habiturus, sparserent calumnias, tanta tamen ubique acclamatione dixit, tantamque habuit auditorum frequen-

(1) *Notam hanc Concioni inussit Carolus* Denina *in Lib. II.* De Studio Theologiæ, & Norma Fidei *Cap. I. §. 10. Qui sui demum de Concina judicium Horatiano effato concludit:* Laudatur ab his, culpatur ab illis. *At erat necesse, ut* Denina *& laudantium Concinam, & vituperantium merita, atque naturam expendisset, unde dictum illud, an Concina aptari posset, dignosceret.*



frequentiam, ut concionis horam anteverteret persæpe coactus sit, ne magna accurrentium multitudo, quam Templa vel ampliora non caperent, tumultus turbasque cieret; Sacerdotes vero, qui ante concionem sacris operabantur mysteriis, populi frequentia præpediti, vestes ad aras deponere, ibique consistere non semel compulsi sint. Quare Apostolicum ministerium in illustrioribus Italiæ Civitatibus omnium favore, & frequentia obiit. Romæ sepies in Basilicis augustioribus concionatus est, semperque omnium Ordinum plausus, & admirationem meruit. Pari favore Florentiæ, Bononiæ, Ferrariæ, Mediolani, Brixiæ, Mantuæ, Venetiis, Patavii, Pisauri, Neapoli, aliisque in Urbibus dixit. Tanta tamen fama minime elatus, rudiorem quoque plebem subsidio egentiorem non despexit, sed ad hanc quoque instruendam eruiendamque catechesi curas omnes, cogitationesque convertit. A quo officio summæ pietatis, quod demissum tamen ab indoctis, & gloriosis hominibus appellatur, nunquam avocari potuit ab iis, qui amplissimum suggestum ultro ipsi exhiberant, dummodo eidem officio nuntium remitteret. Imo ardore caritatis excitatus in rudium hominum gratiam postremis vitæ suæ annis Catechismum compositi, qui apud suos adhuc delitescit. Tanto porro æstu fervebat eum plerosque Christianos a recta salutis via longe abscedentes conspiceret, ut aliquando maximo ex offensis Deo illatis dolore affectus dicere consueverit: *se quidem, si sibi ipsi licuisset, etiam si in Judicii notam incursurus esset, proditurum in vias, & palam declamando illos a peccatorum veterno, atque a præcipiti via revocaturum.* Ut vero male factis admodum tristabatur, ita gestiebat effusissime, cum aliquot virorum, ac præcipue Ecclesiasticorum audiret præclaras, atque insignes virtutes prædicari. Tum enim præ lætitia effusus in lacrymas Deo agebat gratias quammaximas, quod senescente jam mundo tales tantosque viros excitaret. Id cum pluries accidit, tum præcipue cum Cardinalis *Quirini*, in extrema inopia rerum, ac vestium propter insignem in pauperes caritatem defuncti, mortem audiviset. Quam porro habuit in proximos caritatem, eandem ad sibi insensos, atque adversarios acerrimos extendit. Difficillimam hanc, atque summam Christianæ perfectionis disciplinam erga PP. Societatis habuisse Concinam, ignari rerum paradoxon putabunt, nosque insanire dicent, qui eum ceu Societatis Jesu amicum, minimeque ipsi infensum exprimere, ac repræsentare audeximus. Fateor me talem tantumque non esse scriptorem, qui possim notam hanc a Concina evellere, quam præter fas, & jus PP. Societatis plerique ipsi inusserunt. Si quid tamen mihi dicere liceat, ut profecto licet, ajo injuste omnino tanquam deterrimum Societatis hostem Concinam traduci. Sane PP. Societatis millies eum acerbitatis, livoris, & odii in Societatem reum palam vocitarunt, at nec semel adjudicata crimina probare potuerunt; ne tum quidem cum sui causam tanto apparatu apud Pontificem egerunt. Ergo unicum Concinæ crimen fuerit, quod plerosque de morali Philosophia scriptores Societatis exagitaverit. Hoc vero utrum injuriæ loco habendum sit, an potius summæ laudi ducendum, facile quivis agnoscere poteit, nec est opus, ut quæstionem ipse evolvam, quam plures auctores mirabiliter pertractaverunt. Plurimos quidem ex Societate scriptores reprehendit ipse, & castigavit: at hoc eo modo præstitit, ut consutio Calusitarum nequaquam officeret Societati, cujus illustriores viros, atque Theologos prolixis, verisque laudibus exornavit. Fœdam Probabilismi tutelam, a plerisque Societati tributam, sæpius in libris suis ab eadem repulit. Tyrsi *Gonzalesii* conatus, pluique pro eadem macula a Societate abstergenda affectus plurimum illustravit; atque in *Theologia Christiana* adeo grande eidem panxit elogium, ut hoc solum argumentum luculentissimum Concinæ in Societatem devotionis esse possit, ad iisque ora obstruenda utique aptum quammaxime, qui illam cantilenam odii, & furoris ad nauseam recinere solent; nisi illi ita essent comparati, ut illico hostium habeant loco, qui cuncta placita, ac dogmata suorum amplecti dedignantur. His aliisque suæ existimationis in Societatem testimoniis minime contentus *Moralem Theologiam* P. Gabrielis *Antoine*, Galli Theologi e Societate doctissimi antea fere ignotam Italis, & quorumdam calliditate occultatam, primus in lucem protulit, auctorque fuit *Balleonio*, Veneto Typographo, ut eandem typis vulgaret suis, timoremque animo ejiceret, ipsi a nonnullis artificiosissime injectum. Ita cura ac studio Concinæ editum primo in Italia Opus est, quod Theologi peritiores, ipseque *Benedictus XIV.* summis laudibus celebrarunt. Illustratum deinde

a P. Philippo *a Carbonesio* O. M. Theologo, non sine ingenti decore Societatis palmam fere peripsit ceteris morum doctrinæ scriptoribus, qui usque eo fuerant in manibus studiosorum. Volgare etiam decreverat egregias elucubrationes PP. *Comitoli*, *Carmargi*, & *Gonzalesii*, sed multa, malo plane fato, avocarunt, & abterruerunt hominem a proposito, quod exequi optabat vehementissime. Hic autem mihi animis adesse eos velim, qui Concinam Societatis seu destructionem, ultimamque fatum in libris suis esse meditatum non minus fallo, quam inepte fabulantur. Talia enim, ac tanta præstitit in decorem Societatis, ut ab inimico animo prodire haudquaquam potuerint. Quod si malevolo, ac irato fuisset in eam corde, atque proposito, potuisset quidem, pluribus sibi pulcherrimis oblatis occasionibus, se se vindicare, eamque pro servido, ac vehementi ingenio vocare in invidiam. At Concina curavit perpetuo hanc opinionem ab animis multorum evellere, cum voce, tum scriptis. Hinc Cardinali cuidam, generis splendore notissimo, sed admodum ætate juveni, qui illum in frequentia hominum tanquam Societatis hostem traduxerat, ac reprehenderat, respondit: *Gratulor Tibi, qui Dei jura æmulatus, cordis mei secreta perscrutari, ac penetrare contendas*. Quare tantum abest, ut ego Concinam ceu Societatis inimicum habeam, ut potius ejusdem tanquam hostes potem *Sanvitalem*, *Zacchariam*, *Ballam*, *Cagnam*, aliosque, qui Probabilismum rejectum a Matre sua, atque a filiis ejus sapientioribus acrimine oppugnarum ita defenderunt, quasi hujus ejusdem basis, ac solidum esset fundamentum. Quam quidem invidiam eidem Societati constasse acerbiores ejus adversarios notissima res est. Quo autem amore Societatem complexus est, eodem & filios ejus est profecutus, & quidem ex ipsis eos, a quibus duriora erat passus. P. Io: Baptistam *Faurium*, a quo immaniter laceratus fuerat, (1) benevolentia singulari dilexit, nullumque lapidem non movit, unde conciliare sibi eundem posset; in ea præsertim verba prorumpens: *Tandem de ratione, non de amicitia disputatio est. Amo ipsum, ac observo, ut Deus mihi testis est* (2). Pari amore alios PP. Societatis coluit. Habuit ex iis non paucos sibi amicitia devinctos, atque inter ceteros PP. *Azzocchium*, *Silvestrium*, *Lanzerium*, atque *Ægidium Gisli*, qui insigni morum candore, & sacrarum literarum præstantia floruit. Hominem hunc, quem *Benedictus XIV*, & Purpurati Patres inlustriores summo habuerant in pretio, Concina mire dilexit, eumque pro re nata cum defendit, tum fortissime sustinuit, ut ipse aliquando fatus est (3). At *Giulius* quidem diverso plane modo, atque acie ac plerique alii ejus locii, Concinæ animum, ac labores spectabat. Homo enim sanctus, ac plane doctus optime noverat Concinæ zelum non a livore, aut odio, sed ab amore veritatis proficisci, quemadmodum socii suis non semel dixisse certum est (4). Nec dubitandum, quin alii quamplurimi ex eadem Societate idem cum *P. Giulio* sensissent palam, nisi timore, metuque ceterorum exterriti concepiam animo de Concina opinionem prodere fuissent prohibiti.

## CAPUT XLIII.

*Ejusdem insignis animi constantia ac firmitas.*

QUas hactenus memoravimus Concinæ virtutes ea animi constantia, atque firmitas confirmabat, ut illustrius exemplum optari quidem fortasse possit, inveniri vero non possit. Ad quoscumque labores assiduus fuit, ad dura, atque aspera fortis,

(1) *Vid. Cap. XVII. Comment.*

(2) In occasione, che il P. *Faure* Gesuita dovea essere a visitare il suo fratello Domenicano in S. Sabina, e ciò penetrato dal P. *Concina*, disse al suo Concellita *Faure*: *Padre, quando il vostro fratello aggradisca d'essere da me riverito, io lo farò volentieri, avvisatemi quando sarà arrivato* (e piangendo soggiunse) *perchè finalmente si disputa la ragione, e non di amicizia, io l'amo, e lo riverro. Iddio mi vede il cuore*. Ma il Padre Gesuita venne si, ma non volle punto discostarsi dalla porta, e parmi, che nè anche sedesse, ed a niun conto volendo scendere le scale, non ha potuto il P. *Concina* riverirlo ec. *Sic plane affirmat Marchio Aloysius* Capriata *in Testimonio de* Concinæ *moribus, atque virtutibus, quod scripsit Romæ die 20. Aprilis* A. MDCCLVI.

(3) *Epist. XVIII. pag.* 29. (4) *Epist. XXI. pag.* 33.



fortis, ad pericula quæcumque impavidus, ad atrociores denique injurias patiens mirum in modum. Peracerbum illud offensæ genus, sparsos nimirum in vulgus libellos terrimos, atque omni iniquitate exundantes, adeo placide moderateque tulit, ut quod toleratu aliis vel gravissimum, vel supra hominum naturam creditur, & judicatur, ipse ne sentire quidem visus sit. Quod si aliquando ingesta in se convicia, & ludibria reputaret apud se, non modo rerum atrocitate non permovebatur, sed contra generosiori quodam animo accendebatur ad majora pro Christianæ ethices causa perferenda. Qua ratione in capita auctorum redibant maledicta, quæ fortis, ac generosus ejus animus aspernabatur. Cum primum bellum adversus mollioris doctrinæ adlertores aggressus est, veluti in altum æstuosumque mare delatus, variis pulsari fluctibus cæpit, ventisque contrariis jactari, quibus ad obitum usque ita fatigatus est, ut totus orbis ad constantiam sane ejus maximam obstupesceret, ac miraretur hominem animo non cadere inter tot procellas, sed mente ita firma consistere atque præsenti, ut nunquam vel a statu naturæ, vel a religiosi dignitate discesserit. Ubi fuit opus, coram Romano Pontifice sui causam contra opes, & gratiam divino auxilio, rerumque innixus æquitati sine ulla dubitatione, metuque constantissime defendit. Contraria quæque, atque aliorum judicio adeo ardua, ut fieri posse nullo modo crederentur, adivit semper, atque in cæptis ita constanter perseveravit, ut eandem semper cordis, & oris tranquillitatem præferret. Hinc non semel graves procellas, quas sustinuerat, commemorantibus dicere consueverat: *ignorasse se* XXV. *annorum spatio* (toto nimirum eo tempore, quo a nonnullis PP. Societatis ob calliotis ethices vindicias libellis injuriisque divexatus est) *quid melancholia, animique tristitia foret*. Et tamen tam atrociter, atque contumeliose est habitus, ut tantæ, tamque diuturnæ cujusvis generis probrorum procellæ eum non succubuisse incredibile plane videretur, nisi tum libri ab eo editi, tum ii, qui cum eo vitam duxerunt, certam indubiamque facerent fidem. Augiæ stabulum repurgandum ipse aggrederer, si cuncta maledicta, quæ in ipsum conlata sunt, vellem in indicem cogere. Operæ tamen pretium fuerit ex infinitis pauca seligere, quasi ad speciem tantæ virtutis (1). Si causam porro ab hujusmodi hominibus quæriveris, quæ ipsos ad tam acri-

(1) ANACEPHALEOSIS ter

*Injuriarum, convitiorum, calumniarum &c. quibus nonnulli S. J. Scriptores Concinam dissipaverunt.*

*P. Hercules* Monti, *Jesuita Mutinensis in lib. edito Lucæ A.* MDCCXL. *atque inscripto*: Difesa della Dissertazione Teologico-morale critica del Sig. Ab. Pietro *Capellotti*, ed Arciprete Bartolommeo *Casali*. *Pag.* 1. *& seqq.* Uomo pieno di livore, e di rabbia, di cervice dura, di mente accecata, di testa calda, e di accesso furore, cui la passione ha tratto di capo ogni regola di buon discorso, il cui zelo è pura malignità, e di esso si serve per pretesto, e del finto rigore per maschera: di raffinata malizia, in cui non si scorge altro manto, che di una falsa carità per colorire di verisimili le sue menzogne: cui la calunnia, la frode, la bugia somministrò materia per iscrivere: animato dalla rabbia di sregolata passione, uomo maligno, o almeno infelsato, indegno di respirare aura di luce, e di verità, troppo ignorante, o troppo maligno, di un animo irriverente, e stolto, in cui non si scopre se non la sola attenzione di circonvenire il popolo Cristiano, ed opprimerlo con fraudolente declamazione. Un impasto d'ingiurie, di calunniose menzogne, ed impeto di rabbia, una confermata ostinazione, ed una irriverente pertinacia, vestita e coperta con arte affatto degna di lui, invasato da furore, trasportato da passione, che il fa cieco al vedere, ed al correre precipitoso. *Discepolo del capo de tremolanti, o fanatici*, da cui ha succhiata la dottrina, e ricopiati i costumi. Che ha bisogno di dichiararsi di non seguire il perfido *Montano*. Un Carriolaro, che troppo si conferma col lingua gio di *Lutero*, o di *Melantone*. Franco nel mentire, cui non si fa torto a crederlo predicatore per le Montagne delle Scevenne, o sia degli Ugonotti, falsario, ingannatore, bugiardo, ipocrita, calunniatore ec.

*P. Franciscus Curti S. J. in Annotationibus ad Epist. I.* Theologico-moralem *Danielis Concinæ, de quibus Cap. XIX. nostri hujusce Commentarii.*

ter Concinæ maledicendum impulerit, an-
dies illico profecto, fuisse ipsos a Concina
provocatos. Cujus responsionis falsitas cum
a P. *Patuzzi* demonstrata sit, idque agno-
verint

*Pag. 9. & segg.* Dottorone in Teologia che ha cacciato dentro bestialità, & caricatu-
re. Può darsi satira più fredda, più irriverente, più indecente? Ragione, che avreb-
be allegata Bertoldino. Come sbeffeggia, anzi bestemmia, i vostri insegnamenti o
S. Tommaso! pensando bastonar quei, ch' esso chiama Probabilisti. Non fa il primo
Alfabeto della Logica. O quante meraviglie! o bravo maresciallo! Cui han messo in
mano le lor armi i signori Rigoristi per portar guerra ai Gesuiti! Schermir così gli
altri, laddove di scherno si è più degno. Questo suo non vedere è simile a quello
minacciato da Dio: *ut videntes non videant, & audientes non intelligant*. Orazione
smunta di ragioni, e gonfia di livore, ed ha un non so che di sapor divoto di quell'
altra: *a Gratia sufficienti libera nos Domine*. Io mi sentirei di dar la mancia a chi
vi trovi altri argomenti, che di ghignate, zannate, mordimenti, gabbi, stupori, e
grandi pucche fanciullesche, e strambotti massic). Lacuna maliziosa. Non ha raggi
alla fronte da oscurare, ma ben tante frodi da svelare, tante calunnie da rivocare,
tante infamazioni da riparare, tante anime da disingannare, e pure non senteli, che
vi si risolva. Bocca rigoristica. Pieno di solite disparate ciarlerie, che in alleanza
con la frode conchiudono ogni sua asserzione. Buon sale di zucca: *Convertere quan-
tum potes. Quis enim convictosus hoc non potest?* (S. Augustinus contra Julianum).
Salta di pero in fico, e di palo in frasca. Si veda cosa elce da questo pentolone. O
indegno sfiorpiamento del Rigorista! o scandalosa sfacciatezza! Lima lima al Teolo-
gone direbbero i putti di Firenze. All' uso de' cani va, e viene, e si caccia per tut-
ti gli usc). O fede umana ove s'è ita! O santo vocabolo di zelo adulterato! Lingua
dettratrite, che appone impunemente calunnie sfacciate a servi, e ministri del Dio
vero, con stampe, e ristampe sediziose alle vicine, e alle lontane genti; e le di cui
frasi, e calunnie suppliscon per la ragione. Bestia. S. Girolamo gli applicherebbe i
ruggiti, ch' ha in più d' un luogo delle sue opere contro a Farisei circonvenitori di
Gesù Cristo. Lingua serpentina, infiammata da Belzebubbo, e farisaica, che torce
la verità. *Calumniare, calumniare, semper aliquid remanet*, dicea cert' altro zelan-
tissimo Riformator dell' Allemagna. Ciurmadore, che vuol vendere lucciole per lan-
terne. Può fingersi commedia più pazza di questa? Cristo, ch' è amorevolezza, e ve-
rità, non può esser l'anima, e lo scopo del decantato suo zelo. *Responde stulto jux-
ta stultitiam ejus. Post hæc & alia nefandissima in Concinam dicta, quæ præterea,
ne longior sim, non dubitat asserere profligata conscientiæ scriptor*: baci la mano, che
con semplici facezie rifondali a critiche tanto svergognate.

*P. Jacobus Sanvitalis Soc. Jesu, in libello cui titulus:* Paradossi veri contrappositi al li-
bro intitolato: *Esplicazione di quattro Paradossi, ec.* In Aquileja *A.* MDCCLXVIII.
*pag.* 3. *& segg.* Il P. Concina è uomo di arditezza sorprendente, che si stenterà a
trovare esempio nelle storie. Oltraggiatore dell' Ordine Benedittino, e de' primari
Teologi della Compagnia dal P. Suarez fino al P. Viva con centinaja di accuse
maledichе, inventate a sfregio della Compagnia. Che spaccia i Monaci Benedittini
per infami violatori della povertà. Scrittore di libri più volte stampati senza la do-
vuta licenza de' Superiori. Non v'ha Comunità, che non abbia *suos filios* al riferi-
re del P. Concina. Il detto è vero, e lo sperimenta il sacro Ordine de' Predicato-
ri, costretto a tollerare un suo fitto peggiore P. Concina, il quale ha lacerata la
fama della massima parte de' suoi Confratelli. Peggio tratta i Superiori di esso Or-
dine. Lo stesso afferma della massima parte de' Monaci, ed altri Regolari. Può stam-
parsi di peggio contro quelli, i quali sono sempre stati ornamento di Santa Chiesa?
*Qual Eretico* ha mai usato d'infuriare contro di loro con calunnie sì acerbe? Non
v'ha errore, in cui cadere non possa l'uomo. Quei che dormono, o rimasero sopi-
ti, devono risvegliarsi, acciò meditino gli estremi incredibili, e fenomeni orrendi,
che veggonsi ne' di lui libri. Non si fa cosa potesse inventar peggio di scrivere ad
infamia della Compagnia. Si prende atroci vendette sopra due eminenti Teologi.
E' ingiusto, che lo splendore di tanti soggetti rimanga offuscato dalle impostture di
un *P.*



verint nonnulli e Societate viri (1), non
videtur necessarium, ut ipse hac de re ulte-
riorem instituam orationem. Etsi vero tan-
tus injuriarum cumulus Conciniano nomini
apud

un P. *Concina*, che gli ha infamati alla scoperta col proprio nome. La di lui pen-
na è ardente di furore contro a Gesuiti, e a loro sfregio iniquo. Ha inventati det-
ti sproposítati, che non possono lavorarli se non in teste pazze. Strilla furiosamente.
E' un arditezza portentosa, che un solo abbia osato di berlagliare il primo centina-
jo, e migliaja di quasi tutti gli ordini di persone. Infidiatore alla buona fama di
tanti. I libri di lui sono i peggiori sopra gli altri usciti in dugent' anni dopo il di
lei Istituto. Compendia in essi quanto di pessimo si trova distribuito negli altri, e
vi aggiunge imputazioni mostruosissime. La Compagnia non ha bisogno di prender
consiglio dal peggior nemico, che la infama a giorni nostri. I suoi libri sono stati
rigettati dai dotti, e saggi con derisione, e disprezzo, anzi con esecrazione dell' in-
tollerabile sua arditezza nel pretendere d' ingannare i letterati con centinaja di falsità,
e di lacerare la fama di quasi tutti gli stati di persone. Ha infamato i primari
Teologi della Compagnia; per questo sono stati costretti i Gesuiti a farlo conoscere
al publico per quello che è, per tenere in piedi la Compagnia contro i libri peggio-
ri, che sieno mai usciti contro di essa, quali sono i Tomi del P. *Concina*, inven-
tore di cabale sopra cabale. I di lui impugnatori esclamano giustizia violata, inno-
cenza pessundata, maldicenza posta in trono, e tesa dominante primaria ne' libri del
P. *Concina*; da cui s'intitolano per argute risposte addentature di cane rabbioso, e
morsicature viperine. Favella della prudenza, mentre negli assunti suoi dimostra di
non averla mai studiata, nè di amarne la pratica in tutti i suoi libri pieni di sorti,
e non decisive maldicenze, improperi, e invettive furiose. Ingiusto, e furioso im-
pugnatore; di cui l'Italia conosce il costume inveterato di inventar cabale. I libri
che ha scritto sulla povertà, sono un argomento incontrastabile per fargli perdere ogni
merito di ottenere credenza; poichè dimostrano in lui un prurito troppo eluberante
di scrivere ad ingiuria altrui quanto la troppa infuocata fantasia tra grandi entusia-
mi gli suggerisce alla mente. Si sono spiegate le imposture inique apposte a Prela-
ti, Parochi, Teologi, Confessori, ec. e sono apparse così enormemente false, che
il solo leggerle cagionava orrore, ed esecrazione. Perlocchè si è confermata la stima
de' Vescovi, de direttori delle coscienze, ed altri che il P. *Concina* aveva macchina-
to di annerire, e gettare a terra. Quai rimproveri maggiori, e peggiori avrebbe po-
tuto vomitare contro ambedue le Religioni di S. Domenico, e della Compagnia un
nemico loro arrabbiatissimo? Al P. *Concina* tutto passa impunito in quello secolo.
De' Protettori suoi si è abusato per sfampare tutte le falsità, che gli sono saltate in
testa ad infamia de' Prelati, de' Parochi, de' Teologi, di Confessori, degli Ordini
regolari, ed anche delle supreme podestà, e di nazioni intere. Ha spacciato ne' libri
suoi i Gesuiti per malvagi, e scelleratissimi Uomini, per Ateisti, politici carnali.
Si è impugnata la di lui storia del Probabilismo per render merlotti i Predicanti
Eretici, che si prevalevano de' libri di esso per dipingere con i di lui orridi, ed ob-
brobriosi colori lo stato presente della vera Chiesa del Signore, qual deturpata, e
contraffatta al dir di lui vergognosamente, e sacrilegamente ne' suoi Ministri Evan-
gelici. Quante parole di lui tante falsità. Invasato dallo spirito di maldicenza ha
violata manifestamente la carità, e la giustizia con numerose calunnie di quasi tutti
gli stati di persone le più illustri, e virtuose di S. Chiesa. Famoso maledico; che ha
violato apertamente l'ottavo precetto della legge di Dio; e con zelo mentito ha in-
famato e strapazzato Vescovi, Parochi, Confessori, Regolari per la massima parte,
e anche l'intera nazione spagnuola. Tutto è impostura, fraudolenza, inganno. Ha
raccolto in due tomi quanto di pessimo è stato scritto da settarj, ed altri malevoli
contro i Gesuiti ec.

*Idem P. Sanvitalis in altero libello inscripto:* Raccolta di molte proposizioni estratte
dalla *Storia del Probabilismo, e Rigorismo ec. In Aquileja A.* MDCCLVIII.

*Pag.* 4. *& segg.* La storia del Probabilismo, e Rigorismo è piena d' invenzioni fantasti-
che,

(1) *Epist. XXIII. pag.* 35.

apud leves, imperitosque homines aliquam viri Concinæ innocentiam optime noverunt, labem intolerit; prudentes tamen, sanique & illorum scriptorum damnarunt scribendi ratio-

che, di fingimenti, di strapazzi: è un mostruoso mosaico di parecchie centinaja di maldicenze ingiuste, d' improperj, di derisioni; per comporre la quale bassa avere una fantasia feconda di fingimenti, ed infocata da passioni turbolente. Ambidue i tomi sono lavorati con artifizi insidiosi, e con fingimenti scaltriti, di cui abbisognava l' autore per affascinare i leggitori, farli travedere, e credere uscito da zelo Appostolico, quello, che è stato sfogo di passioni troppo smoderate: pieni di asserzioni stravolte, e false, pubblicati a discredito enorme di quanto il mondo ha di più stabile nella pietà: di maldicenze inique, di centinaja di falsità con intollerabile arditezza asserrate. Libri, che contengono larve fabbricate in testa infiammata dagli ardori delle passioni smodate, censure false, inique, risposte che sono addentature furiose di cane arrabbiato, e morsicature viperine, che tentano con i sforzi perpetui la strage universale della buona fama, e dell' onore di tutti gli Scrittori più acclamati in quasi tutte le condizioni di persone. Vi sono da per tutto falsità, non vi è un palmo di netto. Il *Concina* è un Lettore d' infimo grado, che solo vanta la primazia nelle maldicenze: che mostra la sua ignoranza, e vomita la sua bile: che è inabile a maneggiar quistioni Teologiche, mostrando il suo vero talento in declamazioni, e invettive ingiuste: che con una incredibile, e portentosa arditezza studia falsità sopra falsità. Autore di falsità per sempre decaduto da ogni merito d' esser creduto, e reso sempre incapace di conseguire fede di veritiero: uomo strascinato dallo spirito furibondo della maldicenza, che intento ad ingannare gli inesperti lettori, tutto inviluppa, tutto confonde, tutto altera senza ordine, e regolamento. Non fa scrivere se non affronta con enormi maldicenze quanto di sublime in dignità, in potenza, in pietà, in sapienza, in zelo rende rispettabile, ammirabile, e glorioso il mondo Cattolico. Scrittore convinto d' aver ricopiate moltissime imposture dai libri dei Settarj, e sospetti di eresia: un fabbricatore di maldicenze nerissime con l' arte famigliare, ed inveterata in lui di mutilare, di alterare, d' interpretare al roverscio, ed alla peggio i fatti, e detti degli altri. Ha macchinato di far credere altrettanti Ateisti molti illustri Dottori: posseduto da tre spiriti rei d' odio, di rabbia, d' invidia, che confederati tra loro ne più violenti bollori non solo in parte, ma perpetuamente hanno dettato alla di lui penna le centinaja di maldicenze ingiuste. Ha violato l' ottavo precetto della legge divina, ove comanda il non dire falso testimonio contro il prossimo, nè nuocere alla di lui buona fama. Non ha solo riempiti i libri suoi di falsità ingiuriose, ma nell' Istoria del Probabilismo ha giurato, che non mentisce, quando è evidente che ha mentito ec.

*P. Franciscus Antonius* Zaccharias *in libello inscripto* Osservazioni ec. *solita sua dicacitate Concinam mordet, eumque vocat Pag. 9. & seqq.* Probabilioriſta Gavotto, che sfoga il viperino suo astio. Di mente imbrogliata, che scrive spropositi, vaneggiatore frenetico da legarsi colle funi d' Ippocrate *Hyppocratis funibus alligandum (ut jam de Joviniano teterrimo Hæretico ab Hieronymo dictum fuit)*. Cervello turbolento, di volto che non arrossisce a rimproveri, che farebbero arrossire ogni altro; di velenoso fiele, e indegno di un Cristiano, non che di un Religioso. Sempre simile a se stesso in dire fanfaluche, e spropositi con declamazioni fanatiche, e maliziose alterazioni ec.

*Auctores vero Opusculorum in defensionem P. Bernardini* Bentii, *cujus doctrina de tactibus mammillaribus Apostolico mucrone confixa fuit, hisce probris Concinam exceperunt* (1) Reo di sfrontata calunnia da non iscusarsi, se non per ragione di una vergognosa ignoranza, di testa carica di spiriti mordaci. Maligno persecutore della buona Teologia, che inferisce conseguenze indegne dell' Asino d' Apulejo. Che maneggia la penna come un furioso maneggerebbe un bastone (2). Uomo di denti maligni, di grande ignoranza, congiunta con altrettanta ardita franchezza: le cui oppo-

(1) *Primo avviso salutevole pag.* 9. 18. 19. 20. & 48.
(2) *Avviso secondo pag.* 14. 15. 17. 21. 22. 23.



rationem, qui cum forent momentis vacui, injuriis, & ludibriis in adversarium contortis decertarunt. Quare Concinæ nomen, quod ex sapientum judicio, non ex vulgi rumore est colligendum, inviolatæ adhuc est, & clarum extabit, quoad usque in terris germanæ Evangelii doctrinæ suus erit honos, & locus. Norunt enim cordati Viri auramentum ab invido, atque iracundo calamo laudabilis, honestique viri in dedecus effulum idem præstare ac umbras, quæ a probatissimis pictoribus adhibitæ, ac juxta positæ illustrant imagines, non obscurant. Miserrima enim profecto esset honoratorum virorum conditio, si infamis scribendi, atque iram expectorandi libido illustrium Operum famam vel mendacem redderet, vel taciturnam. At quos Christiana patientia, robarque inertium firmat, ac regit, ii stellarum fixarum adinstar loco non dimoventur, nec motibus malevolorum incertis, ac reciprocis circumferantur. Sic plane in Concina animadvertimus est: ejus enim firmitas, atque constantia, cessantibus nunquam contumeliis, & flagitiosis scriptionibus, ad obitum usque perduravit. Hinc vere ac sapienter a *Benedicto XIV. intrepidus*, a *Passionco* vero *Novi Testamenti Daniel* (1) appellatus est. Licet vero pro fervido ingenio tantas injurias propulsare posset, conflata tamen odia, jactata convicia, intitutæ criminationes non permoverunt summa constantia, ac gravitate hominem, ut par pari referret; licet aliquando verbis paulo asperioribus usus sit, ubi nimirum vidit Christianæ ethices puritatem immaniter labefactatam. Quæ etsi aliqui reprehendant, erunt tamen plures qui Concinæ patientiam laudaturi sint, si advertant ipsum tam acerbe lacessitum, ac provocatum fuisse.

## CAPUT XLIV.

*Demissio, & animi modestia.*

HArum omnium, quæ in Concina effulserunt, virtutum Christiana humilitas fundamentum fuit. Hujus virtutis laude ita floruit, ut non modo se ineptum, ac nihili haberet prorsus, sed etiam contemni, ut supra est observatum, desiderique optaret vehementer: qui hujusce virtutis gradus supremus, atque perfectior ab interioris vitæ magistris nuncupatur. De se ita humiliter semper sensit, ut mortalium infimum, divinæque opis egentem se haberet, & prædicaret. Quare nec famæ, cui, Tacito auctore, boni quoque sæpe serviunt, indulsit unquam. De rebus suis vix loquebatur cum amicioribus; ingressam autem ab aliis de honoribus sibi habitis commemorationem, aut celerrime abrumpebat, aut si hoc obtinere non posset, tanta nausea fastidioque sui encomiastes audiebat, ut interiorem cordis dupliciem vultu atque oculis non obscure indicaret. Privatæ vero vitæ quanto desiderio teneretur, cumpluries, tum eo tempore maxime declaravit, cum oblatam sibi supremam a P. Thoma *Ripoll* Ord. Præd. Magistro Generali Congregationis suæ præfecturam modestissime recusavit. Erat enim in studio humilitatis ita defixus, & ab honorum insignibus admittendis usque adeo alienus, ut perpetuo carceri mancipari se mallet, quam aliqua dignitate decorari. Quod quidem Romæ, titulorum emporii, adeo de Concina erat pervulgatum, ac manifestum, ut una omnium vox esset: *ceteros quidem in spe fructus ætate, solum* Concinam, *omni abjecta spe, militare*. Quare putidi-

oppositioni tutte riduconsi all' imperizia, e maldicenza: la cui maliziosa passione gli ha annebbiato l' animo a segno di non capire il significato delle parole. Cane affamato che quanto trova addenta e morde: Teologo di poco nome, che ha gli occhi di talpa (1). Gran maligno, che schiamazza non fa se da Predicatore, o da Fanatico: che scrive per astio, e mal talento di malignare. Cane rabbioso, e scrittore, che ha messo sotto i piedi non già solamente il Decalogo, ma la propria riputazione, e per impotente smania d' infamare altrui nulla conta d' infamare se stesso (2). *Has paucas ex millenis, quibus Concina effectus fuit a PP. Societatis, infuriis respondisse sufficiat. Optassent ab id quispiam amicorum stilum in Commentario. At æquum non erat, ut ego probris, & convicijs Veri cultusam agerem probatissimam. Quodsi aliquando mihi quoque nonnulla acerbiuscula, atque amaricata excidunt, sure ac an injuria dicta sint, prudens lector poterit animadvertere.*

(1) *Dottrina di S. Tommaso pag.* 8. 83.
(2) *P.* Ghetius *Principj della Filosofia ec. Tom. II. pag.* 222.

(1) *Epist. XXVII. pag.* 40.

tidiſſimum Auctoris Palinodiæ ſub ejuſdem nomine editæ, *Faurii*, aliorumque ipſis ſimilium mendacium eſt, tot ſuſcepiſſe Concinam labores, ut ad Eccleſiæ honores, titulosque tandem obreperet. Quidquid enim obtrectatores ejus de eo dicere auſi ſint, illud certum exploratumque omnibus eſt, qui viri facta penitius inſpexerunt, cenodoxiæ nullum indicium in eo adparuiſſe, talemque virum exſtiſſe perpetuo, ut bonus eſſe ſemper curaret, videri vero ſemper refugeret. Hinc merito inter paucos eos virtus recenſeretur, qui virtutem unice animo comprehenderunt, quique gloriam & zelotypiam, magnas ſcilicet illas duas ægritudines litteratorum, ita procul abjecerunt, ut hominum laudibus non efferantur, ſola contenti ratione recte factorum.

## CAPUT XLV.

*Vita quotidiana aſperitas, & diſciplina.*

AD multos, atque ſane maximos labores quotidianæ aſperitam addidit vitæ rationem, quam primum cæptam mitigata nunquam ſeveritate ad mortem uſque retinuit. Quæ ſenſibus alendis, oblectandiſque mirifice inſerviunt, ſibi penitus interdixerat, qui ea quid rei eſſent, guſtaverat nunquam. Bina ipſi ova pro prandio erant. Nullum paulo exquiſitioris ferculi, vel condimenti genus aut indixit, aut guſtavit, communi cibo, eoque vulgari contentus. Si quando menſæ lautius inſtructæ conviva adhibitus intereſſe cogeretur, ita ſe cohibebat, ut fere nihil de aſperrima quotidianæ vitæ diſciplina remitteret (1). Hinc PP. *Scarponit*, ac *Faurii* calumnia eſt (2), Concinam delicatiores cibos in deliciis habuiſſe, ac ſybariticæ menſæ continuo aſſediſſe. Septem enim menſium a ſui Ordinis legibus indictum jejunium inviolate ſervavit temper, imo viginti poſtremos ſuæ vitæ annos rigido, perpetuoque jejunio definivit. Menſæ vero ſuæ diebus extra jejunium ovum addere conſueverat. Carnibus veſcebatur nunquam extra ingentem neceſſitatem, ne iis quidem diebus, quibus vena ipſi ſecabatur. Sacris Dominici Adventus, & Quadrageſimæ, aliiſque jejuniorum ab Eccleſia ſtatorum temporibus, quamquam fractus laboribus rigidiore corpus jejunio extenuabat, ſolis leguminibus, aut herbis fructibuſque contentus. Indica potione primis tantum Apoſtolici muneris annis uſus eſt; conſequentibus vero ita ſevere abſtinuit, ut eandem abforbere detrectaret, etiamſi gravibus premeretur incommodis, & ſtomachum ejus jam priſdem affectum acerbiſſimis ſoret jactatum doloribus. Falſo hinc P. Jacobus *Sanvitalis* ſcripſit, potione hac & quidem generis exquiſitioris Concinam uti conſueviſſe. Erat enim ſic affectus, atque comparatus (ut quotquot qui cum eo vixerunt, teſtantur) ad corpori denegandum quidquid carni, & ſanguini placet, ut ultimi morbi, quo conſumptus eſt, tempore ne tum quidem judicam potionem guſtaſſet, *niſi* & Cœnobii Præſidis, & Medici auctoritas extitiſſent. Atque tum quidem ſumſit, quaſi ægro corpori remedium ferret, atque ita alteri medicamini immixtam, atque interpolatam, ut quid eſſet, difficillime noſceretur. Inter vero edendum nunquam eſt queſtus, licet per famulorum inſcitiam, incriamque (quod ſæpiſſime contingit) cibaria male coacta inconditave apponerentur. Qui decumbenti ipſi inſervierunt, querelam nullam, gemitumque ex ejus ore ſe audiviſſe teſtati ſunt,

(1) Per la conoſcenza, ch'io ſottoſcritto ebbi di ſette in otto anni del P. Daniele *Concina*, e per la confidenza, che tra noi paſſava, poſſo aſſicurare chiunque nella miglior forma, che ſi deſidera, che mai mi è riuſcito di fargli prendere una cicchera di cioccolata, e che in due volte, che alle ſorti mie iſtanze l'ebbi meco a pranzo, non ſolamente non volle aſſaggiar carni, ma fu tanto ſobrio, che non oltrepaſsò il conſueto ſuo ordinario di una mineſtra, d'un regame d'ova, e ſoliti broccoli ec. *March. Aloyſius* Capriata *loco laud.*

(2) In fatti lo ſcrupoloſiſſimo P. Fra *Concina*, che tanto zela, e a parole, e in iſcritto a favor del digiuno quareſimale; egli mentre predica la Quareſima, quantunque della Riforma, che proibiſce ogni uſo di carne, e quantunque aſſai poco ſi aſſatichi nel declamare, tuttavolta guardi! ſe oltre varie altre ſue tante vivande, gli manc aſſe un graſſo piccion caſereccio in zuppa, metterebbe a rumore tutta la caſa, ove ſi trova, come più volte ha fatto con grave ſcandalo di chi era addetto a ſervirlo. Or andianci a fidar di ſimili zelatori. *Ita ſane de Concina loquitur P.* Scarponius *S.J. in additionibus ad Jatyricum carmen, de quo diximus Cap. XVI. hujus Commeut.*



ſunt, ne eo quidem tempore, quo magni ſanctique homines humani aliquid patiuntur. Captus proinde ſola dulcedine cœleſtium rerum, pedibus cuncta ſubjecerat, quæ terrena ſapiant: in ſenſibus cuſtodia mira: in Præſatos ſumma reverentia: in Inſtituti denique legibus ſervandis ſic aſſiduus ac diligens, ut nec illarum apices prætermitteret nonnullis ſuperſtitioſior viſus ſit, ſi tamen in iis, quibus noſtram ſalutem operamur æternam, aut ſuperſtitio, aut nimia cura eſſe poteſt. Quare ampliſſimam omnium artium bene vivendi diſciplinam non ſolum litteris, quod multi faciunt, aperuit, ſed etiam moribus, quod pauciſſimi, expreſſit, ſemperque profecturus eſt. Quod quidem in Chriſtianæ vitæ magiſtris admodum optandum eſt: hi namque ſi ſecus vivant quam docent, ſi legibus, quas aliis continentiæ, virtutumque omnium indicunt, ipſi non obtemperent, magna ex parte doctrinæ commendationem, fructumque videntur amittere. Aſpera hæc, quam Concina jugiter tenuit, vivendi ratio, & parciſſimæ menſæ diſciplina eo admirabilior videbitur, ſi labores, quos ſuſtinuit, inſpiciantur. Sane multi ipſum adhortabantur, ut mitius tractaret ſe, & fatigatum animum ſtudiis recrearet, ac reficeret aliquando. Sed ſemper fruſtra. Hinc *Benedicta XIV.* ipſum adhortanti, ne in ſe tam ſeverus, atque inclemens eſſet, reſpondit: *Se quidem ſi aliam minus ſpinis obſitam nanciſci viam poſſet, qua ad ſalutis portum perduceret, eidem inſtituendam libentiſſime; at a Chriſti Evangelio non aliam didiciſſe.* Ita univerſum vitæ curſum exegit, ut juge mortificationis exemplum habitus fuerit.

## CAPUT XLVI.

*Ingens Eccleſiæ utilitas ex ejus Apoſtolico miniſterio ac libris editis allata.*

HIcce ampliſſimis ornatus fulgenſque Concina virtutibus, atque vitæ innocentia morumque ſuavitate ſpectabilis maximam hiſce deploratis temporibus Eccleſiæ adtulit utilitatem. Id norunt quotquot aut ejus libros admirabili unctione, ac zelo perfuſos perlegerunt, aut eum e facro pulpito dicen-



tem fervore incredibili audiverunt, ut nobis proinde in tam recenti præſertim memoria mentiendi cauſſa nulla eſſe poſſit. Quadrageſimales conciones ab inculcatione jejunii auſpicabatur non ſine fructu, ut ipſe ad æterni Dei rerum omnium auctoris gloriæ incrementum teſtatus eſt (1). Quum vero in abuſus frequentiores, ac pernicioſiores vehementi, atque interdum irata, & plena juſti doloris oratione inveheretur, quamplurimos ad ſaniora conſilia revocavit. Quæ omnia in totius Italiæ luce clara, atque aperta cum eſſent, ab Epiſcopis certatim evocabatur ſummis ſupplicationibus, ut concrediſ ſibi ovibus Apoſtolicam eloquium impertiret. Manaverat prædicationis ejus fama in longinquas terras, quarum accolæ ægre ferentes ſe talem hominem dicentem audire non poſſe, hortati eum ſæpius ſunt, ut conciones nonnullas lato donaret ad utilitatem gentium plurimarum. Quare ex frequenti ipſius adverſus hodiernas corruptelas perora tione ſele reſpicere plures cœperunt, virofque perdoctos conſulere, nam recte ab ſe plurima perficerentur, quæ antea facere nec minimum hæſitabant. Lucubrationes vero ejus in ſacræ indicæ triſtitiaque legum tutelam editæ multiplicarunt multorum licentiam, ac effecerunt, ut Apoſtolica auctoritate ſententiæ ab ſe defenſæ confirmarentur. Epiſtolæ *Theologico-morales* adverſus Bernardinum *Bentium* coercuerunt hominum libidinem, qui virginum, fœminarumque caſſitati quibuſdam excogitatis inſidias parabant. Ex libris porro, quos adverſus Spectacula Theatralia, eorumque amatores ſcripſit, maximum collegiſſe fructum, multorumque emendaſſe mores, ac conſuetudines indubium eſt. Conſtat enim plerosque urbium Prætores ex illorum lectione rei æquitatem a Concina propugnatæ cognoviſſe, & ſcenicas repræſentationes optimo fane conſilio interdixiſſe, quemadmodum Camerini contigiſſe eſt exploratum (2). Plurimi vero qui illa tanquam honeſtiſſimum fatigatis animis levamen, atque ſolatium putabant, ipſe collegerunt, & venenum præclaro recreationis titulo contectum norunt, ſeque inde, & teneta familiæ pignora ab iis ſubmoverunt. Neque ſolum hominibus in ſæculi curſum



(1) *Franciſcus Ant.* Zaccharias *de Concina laboribus ſic perverſe loquitur*: Annali Letterari d'Italia, *Lib. III. Cap. II. pag.* 222. Altro della ſua vita non dirmo, e non che per molt'anni predicò nelle più illuſtri Città d'Italia con molto fuoco, (ſiccome egli ſteſſo in più luoghi ſi dichiara) con poco frutto.

(2) *Epiſt. XLIX.*

viventibus, sed etiam religiosis viris profuere Concinæ elucubrationes. Hoc ut de aliis silcam, in Prædicatorum Familia manifestum fuit. Quum alumni ejus illatis temporibus sacris, honestisque repræsentationibus vacarent in Cœnobiis, post editos a Concina in Theatra libros temperarunt sibi, nec unquam impolluerunt eo lolatii genere se recrearunt, sed præclaro exemplo Concinianam doctrinam confirmarunt. De Apostolico-monastica paupertate liber permovit multos, & argumentorum soliditate evicit, ut Monachi leviusculum dicinimæ genus complexi sint, & rigidiorem vitæ disciplinam inierint. Ex doctis regionibus nonnulli eo quoque se contulerant, ut inter illos vitam agerent, a quorum magisterio Concina prodierat. Quarum quidem rerum testimonia locupletissima sunt plures epistolæ ex Germania, Hispania, aliisque terris ad Concinam scriptæ, quas servamus (1). Opus hoc idem, atque aliæ Concinæ lucubrationes tanti fecere aliquot Familiæ hominum religiosorum, ut eisdem non mensæ tantum, quam sacris exercitiorum spiritualium temporibus peregerint, eorumque confessariorum obtulerint, atque proposuerint, obtrectantibus licet frustra *Fasario*, aliisque Concinæ inimicis acerbioribus. Quæ porro utilitas ex *Theologia Christiana* aliisque a Concina editis de morali Philosophia libris promanaverit, concipere facilius est, quam verbis explicare dicendo. Qui antea tantopere Casuistas venerabantur, at adversus eos ne mussitare quidem auderent, a Concina excitati in eos arma sumserunt, & vigiliis, exercitiisque suis effecere laboribus, ut famosa illa nomina *Escobarii*, *Diance*, *Tamburini*, *Caramuelis*, *Bonacinæ*, *Busembat*, *Lacroixii*, qui voluisse putantur cœli lenitas horrere, & exaggerare, jam humilius negligentiusque jacerent, & hint quidem in ore multorum hominum, sed in manibus paucissimorum. Hinc factum, ut limis oculis Concinæ studia respexerint Probabilistæ, eam ceu indoctum inflatis buccis traducendo. Etsi vero Concina pleraque opiniones docuerit, quæ rigidiores videntur, ipsi tamen Rigoristæ nomen affingere non possunt, nisi qui fuerint aut in morum doctrina plane dissoluti, aut in Evangelii doctrina admodum rudes. Quod si nota hæc sine nigra Concinæ conveniret, eam procul dubio ipsi insusserent in celebri illo libello, quem edidimus, PP. Societatis, quibus nemo subtilius, nemo diligentius Opera ejusdem versavit. Unde nihil mirum si aliquot urbium Seminaria, Collegia, ac religiosorum hominum Cœtus Concinianam Theologiam magni faciant, quam plerique etiam Episcopi datis ad Clericos Pastoralibus Epistolis commendarunt. Hoc præstitit nuperrime vigilantissimus Novarensis Antistes Marcus Aurelius *Balbis Bertone*. Cætera autem, quæ in hujus Operis laudem dici possent, quoniam jam exstant scripta, nihil est, quod a nobis hoc loco ingerantur.

## CAPUT XLVII.

*Gratia ejus, & amicitiæ apud præclarissimos Viros.*

ERgo Concinam tot libris editis inlustrem, tantque virtutibus clarum Virum probitate, & litteris spectatissimi summopere æstimarunt; inque benevolentia, & amicitia dignati sunt. Qua gratia valuerit apud *Benedictum XIV.* satis clarum ex dictis puto. Quo porro benevolentia Pontifex vere maximus Concinam viventem complexus est, eadem omnino fato functum est prosecutus; quod insignius, atque expressius merito habetur amoris argumentum. Epistolam Encyclicam, qua funus ejus totiorbi est renunciatum, & legit libentissime, & in frequentia hominum commendavit mortui viri virtutes non sine significatione doloris, atque tristitiæ, scilicet quod Ecclesia talem tantumque ministrum amisisset. Apud Cardinalem Dominicum *Passionæum* tenuit eum amicitiæ locum, quo nec inferior, nec consentior excogitari potest conjunxerat scilicet eos ethices mollioris commune extirpandæ studium. Quamplures Cardinalis hujusce clarissimi, præter eas quas edimus, epistolas servamus, in quibus Concinam de rebus secretioribus erudit, quod clarius est signum intimioris amicitiæ. Ea porro sunt exaratæ humanitate, atque benevolentia, ut a fratribus, aut parentibus amiciores exspectare nec deberet, nec posset. Pari omnino loco fuit apud Henricum *Henriquezium*, de quo tam sæpe a nobis dictum est. Qui quum a *Benedicto XIV.* inter

(1) *Hac de re præter alios fidem fecit P. Eusebius Amort in Epist. ad Concinam data Pollingæ die 3. Octob. A.* MDCCXLIII., *ubi hæc ad rem meam*: id in Bavaria ellecit tua lucubratio (*Disciplina-Apostolico-monastica*) ut & Augustinianorum Provincialis serio cogitet de suorum reformatione in hac causa.



inter purpuratos Patres cooptatus esset, ad Concinam protinus scripsit epistolam, in qua cum antea magno desiderio teneretur illius videndi, tuendique in ejus amplexum, venisse tandem tempus affirmabat, quo Romam properaturus suam ergo ipsum voluntatem, toties epistolis testatam, de integro declararet. Audito non multo inde post Concinæ funere indoluit vehementer, ibique in magna tribulatione adjumento fuisse insignium ejus virtutum memoriam testatus est, quarum tam præclara exempla motiens prætulerat. Eadem doctrinæ, & probitatis fama Concina floruit apud Cardinales Amedeum *a Lauræa*, *Cavalchinum*, *Valentem Gonzagam*, *Portocarrerium*, *Rezzonicum*, nunc *Clementem XIII.* Prolperum *Columnam*, *Quirinum*, *Belluttum*, *Spinellum*, alioique, quorum partim edidimus epistolas, partim in tempus opportunius asservamus. Episcopos, & Prælules omnes Concinæ benevolentia & amicitia devinctos commemorare longum foret; habuit enim eos omnes hoi conjunctissimos, in quorum Ecclesiis Apostolicum munus obivit. Ex amicis vero ejus, qui hac nostra ætate litteris inclaruerunt, & Italiam admodum illustrarunt, commemorandi cumprimis sunt Lud. Antonius *Muratorius*, Joannes *Lamius*, Camillus *Alticchius*, Petrus Andreas *Galland*, Jos Baptista *Passerinus*, Franciscus Xaverius *Cenni*, Cæsarius Maria *a Bergamo*, Constantinus *Ruttgarius*, Anselmus *Bertoletti*, Jo. Laur. *Berti*, aliique, quorum fere omnium epistolæ ad Concinam exstant, plenæ in eum benevolentiæ, atque doctrinæ. Non minori gratia apud suos vixit, ac præcipue apud Jo: Thomam de *Boxadors*, modo singulari loprem Numinis munere Ord. Prad. Præsidem, Supremum, Nicolaum Augustinum *Chiguelium*, Raymundum *Berolatum*, Thomam Augustinum *Ricchinium*, Jacobum Thomam *Alfanum*, Nicææ ad Varum Fluvium Episcopum, Antonium *Valsecchium*, Vincentium Mariam *Dondellium*, Dominicum *de Gentis*, Archiepiscopum Antuerpiensem, Josephum Augustinum *Orsum*, Vincentium Mariam *Donellium*, alioique plurimos claros pietate, & litteris. Habuit ramen, quod dissimulari haud debet, Concina ex Ordine suo aliquot sibi parum propitios, atque adversos (ut fere in quocumque Familia ærpe, iplaque in Societate Jesu contingit) qui titulis nescio quibus lucubrationes ejus, atque molimina ægris oculis respexerunt. Quarum rerum Concina minime ignarus, memoriam hujusce rei injicientibus Apostolici Viri Francisci *Possadæ* apothegma objecere consueverat: si sanctus scilicet cupis evadere, meminille debes hoc opera tuorum effectum iri: *se lasi da dovere santo, ricordati, che i tuoi ti hanno a fare*. Cæterum ii, quos acres in se expertus est, tales non sunt, ut nomen ejus, ac virtutum famam, qua inter suos vixit, aut elevare, aut obscurare possint.

## CAPUT XLVIII.

*Æger Roma discedit, & Lucam ad thermales aquas pergit.*

SUperest modo, ut de Concinæ morbo, atque obitu dicamus; quod paucis absolvimus. Atque in his quidem omnibus exponendis, enarrandisque, scriptionibus utemur ejus Cancellarium, quæ ad nostras manus cata pervenerunt. Ergo Concina exeunte A. MDCCLV. ob juges labores, & aspertimam vivendi disciplinam nervorum dextræ manus contractione laborare cæpit. Aliam morbi ejus causam fuisse credunt Jesuitarum hostes. Nos vero quoniam quæ ab ipsis narrantur, non admodum sicma ac vera reputamus, ab eis recensendis libentissime abstinemus. Anno itaque insequenti urgente morbo Venetias cogitavit. Quare die XXV. Maii Roma discessit, & die ejusdem Mensis ultima Florentiam pervenit, summa humanitate a PP. S. Marci exceptus. At vix Roma relicta nova, & magna profecto in eum adversari ejus pertentarant, quæ eo præleate, animolque multorum præsentia sua confirmante, le posse assequi desperabant. De his machinationibus eum protinus certiorem fecit Card. *Passionæus* (1), cui ea propter summopere cordi erat, ut Romam remigraret, atque hoc modo mendaces tedderet voces, quæ de eo vulgatæ fuerant. Verum affecta jam admodum valetudine Concina exequi non potuit, quod vir optimus pollulabat. Scripsit tamen epistolam ad *Benedictum XIV.*, lisque ipsi, ac res suas commendavit, ut ex ejusdem Pontificis responso (2) haud obscure colligi posse mihi videtur. Florentiæ autem a *Corsinis* Principibus insignia habuit benevolentiæ documenta; cuncta enim ipsi exhibuerunt, quæ

(P 2) ad

(1) *Epist. L.* (2) *Epist. LI.*

viventibus, sed etiam religiosis viris profuere Concinæ elucubrationes. Hoc ut de aliis silcam, in Prædicatorum Familia manifestum fuit. Quum alumni ejus illatis temporibus sacris, honestisque repræsentationibus vacarent in Cœnobiis, post editos a Concina in Theatra libros temperarunt sibi, nec unquam impolluerunt eo lolatii genere se recrearunt, sed præclaro exemplo Concinianam doctrinam confirmarunt. De Apostolico-monastica paupertate liber permovit multos, & argumentorum soliditate evicit, ut Monachi leviusculum dicinimæ genus complexi sint, & rigidiorem vitæ disciplinam inierint. Ex doctis regionibus nonnulli eo quoque se contulerant, ut inter illos vitam agerent, a quorum magisterio Concina prodierat. Quarum quidem rerum testimonia locupletissima sunt plures epistolæ ex Germania, Hispania, aliisque terris ad Concinam scriptæ, quas servamus (1). Opus hoc idem, atque aliæ Concinæ lucubrationes tanti fecere aliquot Familiæ hominum religiosorum, ut eisdem non mensæ tantum, quam sacris exercitiorum spiritualium temporibus peregerint, eorumque confessariorum obtulerint, atque proposuerint, obtrectantibus licet frustra *Fasario*, aliisque Concinæ inimicis acerbioribus. Quæ porro utilitas ex *Theologia Christiana* aliisque a Concina editis de morali Philosophia libris promanaverit, concipere facilius est, quam verbis explicare dicendo. Qui antea tantopere Casuistas venerabantur, at adversus eos ne mussitare quidem auderent, a Concina excitati in eos arma sumserunt, & vigiliis, exercitiisque suis effecere laboribus, ut famosa illa nomina *Escobarii*, *Diance*, *Tamburini*, *Caramuelis*, *Bonacinæ*, *Busembat*, *Lacroixii*, qui voluisse putantur cœli lenitas horrere, & exaggerare, jam humilius negligentiusque jacerent, & hint quidem in ore multorum hominum, sed in manibus paucissimorum. Hinc factum, ut limis oculis Concinæ studia respexerint Probabilistæ, eam ceu indoctum inflatis buccis traducendo. Etsi vero Concina pleraque opiniones docuerit, quæ rigidiores videntur, ipsi tamen Rigoristæ nomen affingere non possunt, nisi qui fuerint aut in morum doctrina plane dissoluti, aut in Evangelii doctrina admodum rudes. Quod si nota hæc sine nigra Concinæ conveniret, eam procul dubio ipsi insusserent in celebri illo libello, quem edidimus, PP. Societatis, quibus nemo subtilius, nemo diligentius Opera ejusdem versavit. Unde nihil mirum si aliquot urbium Seminaria, Collegia, ac religiosorum hominum Cœtus Concinianam Theologiam magni faciant, quam plerique etiam Episcopi datis ad Clericos Pastoralibus Epistolis commendarunt. Hoc præstitit nuperrime vigilantissimus Novarensis Antistes Marcus Aurelius *Balbis Bertone*. Cætera autem, quæ in hujus Operis laudem dici possent, quoniam jam exstant scripta, nihil est, quod a nobis hoc loco ingerantur.

## CAPUT XLVII.

*Gratia ejus, & amicitiæ apud præclarissimos Viros.*

ERgo Concinam tot libris editis inlustrem, tantque virtutibus clarum Virum probitate, & litteris spectatissimi summopere æstimarunt; inque benevolentia, & amicitia dignati sunt. Qua gratia valuerit apud *Benedictum XIV.* satis clarum ex dictis puto. Quo porro benevolentia Pontifex vere maximus Concinam viventem complexus est, eadem omnino fato functum est prosecutus; quod insignius, atque expressius merito habetur amoris argumentum. Epistolam Encyclicam, qua funus ejus totiorbi est renunciatum, & legit libentissime, & in frequentia hominum commendavit mortui viri virtutes non sine significatione doloris, atque tristitiæ, scilicet quod Ecclesia talem tantumque ministrum amisisset. Apud Cardinalem Dominicum *Passionæum* tenuit eum amicitiæ locum, quo nec inferior, nec consentior excogitari potest conjunxerat scilicet eos ethices mollioris commune extirpandæ studium. Quamplures Cardinalis hujusce clarissimi, præter eas quas edimus, epistolas servamus, in quibus Concinam de rebus secretioribus erudit, quod clarius est signum intimioris amicitiæ. Ea porro sunt exaratæ humanitate, atque benevolentia, ut a fratribus, aut parentibus amiciores exspectare nec deberet, nec posset. Pari omnino loco fuit apud Henricum *Henriquezium*, de quo tam sæpe a nobis dictum est. Qui quum a *Benedicto XIV.* inter

(1) *Hac de re præter alios fidem fecit P. Eusebius Amort in Epist. ad Concinam data Pollingæ die 3. Octob. A.* MDCCXLIII., *ubi hæc ad rem meam*: id in Bavaria ellecit tua lucubratio (*Disciplina-Apostolico-monastica*) ut & Augustinianorum Provincialis serio cogitet de suorum reformatione in hac causa.



inter purpuratos Patres cooptatus esset, ad Concinam protinus scripsit epistolam, in qua cum antea magno desiderio teneretur illius videndi, tuendique in ejus amplexum, venisse tandem tempus affirmabat, quo Romam properaturus suam ergo ipsum voluntatem, toties epistolis testatam, de integro declararet. Audito non multo inde post Concinæ funere indoluit vehementer, ibique in magna tribulatione adjumento fuisse insignium ejus virtutum memoriam testatus est, quarum tam præclara exempla motiens prætulerat. Eadem doctrinæ, & probitatis fama Concina floruit apud Cardinales Amedeum *a Lauræa*, *Cavalchinum*, *Valentem Gonzagam*, *Portocarrerium*, *Rezzonicum*, nunc *Clementem XIII.* Prolperum *Columnam*, *Quirinum*, *Belluttum*, *Spinellum*, alioique, quorum partim edidimus epistolas, partim in tempus opportunius asservamus. Episcopos, & Prælules omnes Concinæ benevolentia & amicitia devinctos commemorare longum foret; habuit enim eos omnes hoi conjunctissimos, in quorum Ecclesiis Apostolicum munus obivit. Ex amicis vero ejus, qui hac nostra ætate litteris inclaruerunt, & Italiam admodum illustrarunt, commemorandi cumprimis sunt Lud. Antonius *Muratorius*, Joannes *Lamius*, Camillus *Alticchius*, Petrus Andreas *Galland*, Jos Baptista *Passerinus*, Franciscus Xaverius *Cenni*, Cæsarius Maria *a Bergamo*, Constantinus *Ruttgarius*, Anselmus *Bertoletti*, Jo. Laur. *Berti*, aliique, quorum fere omnium epistolæ ad Concinam exstant, plenæ in eum benevolentiæ, atque doctrinæ. Non minori gratia apud suos vixit, ac præcipue apud Jo: Thomam de *Boxadors*, modo singulari loprem Numinis munere Ord. Prad. Præsidem, Supremum, Nicolaum Augustinum *Chiguelium*, Raymundum *Berolatum*, Thomam Augustinum *Ricchinium*, Jacobum Thomam *Alfanum*, Nicææ ad Varum Fluvium Episcopum, Antonium *Valsecchium*, Vincentium Mariam *Dondellium*, Dominicum *de Gentis*, Archiepiscopum Antuerpiensem, Josephum Augustinum *Orsum*, Vincentium Mariam *Donellium*, alioique plurimos claros pietate, & litteris. Habuit ramen, quod dissimulari haud debet, Concina ex Ordine suo aliquot sibi parum propitios, atque adversos (ut fere in quocumque Familia ærpe, iplaque in Societate Jesu contingit) qui titulis nescio quibus lucubrationes ejus, atque molimina ægris oculis respexerunt. Quarum rerum Concina minime ignarus, memoriam hujusce rei injicientibus Apostolici Viri Francisci *Possadæ* apothegma objecere consueverat: si sanctus scilicet cupis evadere, meminille debes hoc opera tuorum effectum iri: *se lasi da dovere santo, ricordati, che i tuoi ti hanno a fare*. Cæterum ii, quos acres in se expertus est, tales non sunt, ut nomen ejus, ac virtutum famam, qua inter suos vixit, aut elevare, aut obscurare possint.

## CAPUT XLVIII.

*Æger Roma discedit, & Lucam ad thermales aquas pergit.*

SUperest modo, ut de Concinæ morbo, atque obitu dicamus; quod paucis absolvimus. Atque in his quidem omnibus exponendis, enarrandisque, scriptionibus utemur ejus Cancellarium, quæ ad nostras manus cata pervenerunt. Ergo Concina exeunte A. MDCCLV. ob juges labores, & aspertimam vivendi disciplinam nervorum dextræ manus contractione laborare cæpit. Aliam morbi ejus causam fuisse credunt Jesuitarum hostes. Nos vero quoniam quæ ab ipsis narrantur, non admodum sicma ac vera reputamus, ab eis recensendis libentissime abstinemus. Anno itaque insequenti urgente morbo Venetias cogitavit. Quare die XXV. Maii Roma discessit, & die ejusdem Mensis ultima Florentiam pervenit, summa humanitate a PP. S. Marci exceptus. At vix Roma relicta nova, & magna profecto in eum adversari ejus pertentarant, quæ eo præleate, animolque multorum præsentia sua confirmante, le posse assequi desperabant. De his machinationibus eum protinus certiorem fecit Card. *Passionæus* (1), cui ea propter summopere cordi erat, ut Romam remigraret, atque hoc modo mendaces tedderet voces, quæ de eo vulgatæ fuerant. Verum affecta jam admodum valetudine Concina exequi non potuit, quod vir optimus pollulabat. Scripsit tamen epistolam ad *Benedictum XIV.*, lisque ipsi, ac res suas commendavit, ut ex ejusdem Pontificis responso (2) haud obscure colligi posse mihi videtur. Florentiæ autem a *Corsinis* Principibus insignia habuit benevolentiæ documenta; cuncta enim ipsi exhibuerunt, quæ

(P 2) ad

(1) *Epist. L.* (2) *Epist. LI.*

ad morbi frangendam vim, animumque recreandum opportuna videbantur. Quibus ipse tamen uti noluit, cum a delicis abhorreret, & divinam in eo morbo voluntatem secum ipse perpenderet. Dum interim amici ejus tristes, mœstique foreat, ipse totus interritus & hilaris, totoque vultu renidens Venetias ire meditabatur, ut diem ultimum inter suos ageret, quemadmodum a Domino ferventissime quotidiana oratione postulabat. At consilio ejus obsistere Medici Florentini, quibus, ut thermales Lucenses aquas experiretur, res opportuna vita est, & valetudini ejus admodum profutura. Hinc horum voluntate Lucam concessit, ibique in consultationem vocati sunt *Borrinus*, & *Lippi*, Medici Lucenses, quorum auctoritate medicam præparationem sexdecim dierum sustinuit, unde felicius, ac utilius balneis uteretur. Qua peracta ad Balnearia se contulit. Hoc loci non est prætereunda mentio Caroli *Sormanni*, qui etsi Concinam fama tantum noscet, adeo tamen multa in ipsum benevolentiæ, & amoris singularis signa contulit, ut extra se Concina raptus Deo gratias ageret quammaximas, atque ejus providentiam verbis magnificis prædicaret. At vero cum balnea experiri cœpit, omnia infeliciter cessere. Hæc enim vix ingressus sibi intus claudi ventriculum, anhelitumque ita eripi perlentiebat, ut illico exire, ingenteque vitæ periculo, cogeretur. Plura inde remedia *Bernardus*, Medicus clari nominis, excogitavit, sed omnia frustra. Ergo balnearum experimentum in aliud tempus dilatum. Toto tamen eo tempore, quo Florentiæ, & Lucæ conflixit, etsi æger admodum, & multis vexatus incommodis, nunquam cessavit a sollicitandis mortalibus ad bona consilia, atque a frugis optimæ præceptis iis tradendis, qui ad se invisum veniebant. Quum enim nomen ejus multas provincias occupasset, quocumque pergeret, plurimi, nec infimæ nobilitatis homines, reperiebantur, qui certabant inter se in colendo, observandoque viro, moribus, & litteris adeo peromato. Hinc, ut plura omittam, quæ expertus est, existimationis signa, dum Pisaurio Lucam proficisceretur, obvium habuit Piscæ Antistitis Generalem, ut vocant, Vicarium, alterumque equitem, a quibus Pisciam deductus est; cum Episcopus ille averet admodum hominem cognoscere, cujus scriptis tantopere rapiebatur. Hæc & alia a suis in commentarios relata sunt, quæ narrare fusius ii poterunt qui scriptionem nostram supplere fortasse possunt, ac volunt. Igitur Concina e balneis Florentiam denuo migravit. Nova ibi remedia Medici e cogitantibus, &, quod fere accidit, inter se dissentientibus, Concina horum contrariis divinationibus proficiens, Venetias properavit, ubi paucos post menses mortuus est.

## CAPUT XLIX.

*Florentia Venetias redux diem ultimum obit.*

FLorentia relicta Venetias pervenit die IV. Octobris A. MDCCLV. & quamquam valetudine admodum affecta, tamen gaudens, & alacer, quod jam morituro opportuno reimpore ad suos se se recepisset. Ab hac opinione non multum aberant Concellitæ ejus, eo quod in ipso ingentem pituitam expellendi magnam observabant difficultatem. Medicæ artis hinc accita subsidia sunt, nec apparenter quidem frustra. Convaluit enim ita per aliquot dies, ut tardius proinde quam evenit, eum vitam cum morte commutaturum arbitrari amici ejus possent. At morbi vis, quæ ope medicaminum lopita erat, non extincta, tentare denuo Concinam cœpit, compulitque in lecto jacere; in quo ad obitum usque gravissimis doloribus vexatus est, quin tamen unquam verbum aliquod incommodum pronunciaverit. Tantum poterat in homine ad pattentiam, ac labores nato inveterata animi consuetudo. Hinc facie hilaris, totoque habitu, atque ore compositus Concellitis, aliisque ad se venientibus dicebat: *se quidem inter maxima a Deo accepta beneficia longum confecte morbum, quo fuit in terris exilium, decurtabatur:* ferventissimas ad Deum amoris plenas fundebat preces, & peregrinorum nauarumque sensus repetebat lepissime, qui post diuturna itinera vehementer gestiunt, quum jam patriæ propinqui sunt. Die XX. Februarii Anni MDCCLVI. nova rheumatis accessione perenisus vere conclamatus est. Postquam illi gratias egisset, a quo mortis nuncium acceperat, e lectulo surgens vivissimum erga Christi Corpus amoris, fidei, atque fiduciæ plenum alloquium habuit, & media circiter nocte ad æternitatem viatico sese comparavit. Hora duodecima sacro exeuntium oleo inunctus est; quum antea veniam a Concellitis suis adeo ferventi oratione poposcisset, ut eorum plerique lacrymas tenere nequaquam potuerint. Reliquas inde horas in ferventissimis eliciendis fidei, spei, & caritatis actibus inlumbit, Crucifixi continuo complexus, atque exosculatus simulacrum. Hoc in statu, lesticet imminente morte, cum veræ voces ab imo pectore ejiciuntur, & eripitur persona, manet res, a viro gravissimo interrogatus, num altercandi prurigine, aut livoris caussa ea libros quæratur? firma, constantique voce respondit: *se ad solius Dei gloriam, ejusque Ecclesiæ utilitatem eos edidisse; eoque impulsu jugiter affectum fuisse, ut a suprema judice se reprehensum iri exoraret, nisi eosdem conscripsisset.* Cujus quidem rei cum testes ii omnes sint, qui novissimis ejus sermonibus interfuerunt, plane concidit eorum vox, & mendax asparet, qui Concinam, antequam moreretur, palinodiam cecinisse, deque injuriis, quas Patribus Societatis intulerat, veniam postulasse, falso æque ac ridicule in vulgus dissiparunt. Neque enim hominem injiuriarum pœnitere poterat, quibus illos nunquam affecerat; quorum alioquin nonnulli ita sunt comparati, ac confidentes, ut eos omnes Dominicanos extremo in agone prædicasse dicant, qui placita Scriptorum Societatis exagitarunt. Quod magis ne ineptum, aut ridiculum sit, videant, qui otio abundant. Concina interim post habitum sermonem, cujus modo meminimus, collegit lese, atque post horam fere dimidiam a tua conscientiæ judice salutatem expiationem, & indulgentiam postulavit. Inde eidem sibi suggerenti: *quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* respondit *cito*. Tum ipli bonum esse nuncium repetenti, imo *felix faustumque* repositi. Cum vero sæpe sibi in memoriam revocaretur: *in manus tuas Domine commendo spiritum meum*, respotidebat: *& in tuum refugit*. In agone autem fere constitutus, Crucifixi imaginem comprehendens, hæc promebat voces: *O quam magna passus es Deus meus! quam gravia sæcula!* Tandem extimum sui proximum jam adesse persentiens a circumstantibus, flentibusque fratribus petiit, ut consuetum in honorem Deiparæ hymnum, *Salve Regina* nuncupatum, pro more præcinerent. Horum voces interiori cordis affectu, quoniam voce non poterat, prolecutus est; unde novum, atque posthumum in terris Sacratissimæ Virgini devoti animi tributum redderet. Tandem ad hymni finem in complexu fratrum, facilem et exitum precantium, verba hæc clara voce pronuncians: *Jesu libenter morior*, diem ultimum obiit hora XVI. diei XXI. Februarii A. MDCCLVI. Hic fuit Danielis Concinæ exitus. Neque sane uberiori virtutum exemplo imgrare ex hac vita homo poterat, qui admirabili innocentia, perpetuoque virtutum exercitio dies omnes exegit. Acerbum tuis, luctuosum Ecclesiæ, & grave bonis omnibus accidit ejus funus, quod eleganti, & gravissima epistola PP. Sanctissimi Rotarii Venetiarum renuntiarunt (1). Hanc autem licet pluries editam nos iterum evulgamus, cum repetitis typis dignissimam, & præclaras Concinæ virtutes non adumbrantem modo, sed plane ac vere exprimentem. PP. Societatis uti omnia in Concinæ laudem prolata, sic hanc epistolam non spreverunt modo, sed divexarunt. Quod si alii fecissent, levius certe conquesti essemus; at intolerabilis prorsus res est, id eos prastitisse, qui laudis exterorum prorsus incurioli, suos tantum encomiis dignos putant, & exaggeratis narrationibus nudas lepissime ornant corniculas, bonitate hominibus imponunt. Hoc in P. *Sanctalis* obitu, ut recentiora facta prætream, animadvertam est. Vitam ejus ab homine studioso Societatis scriptam quaquaversum vulgarunt, atque effigiem, lumine ex Crucifixi simulacro prodeunte collustratam, sparserunt per totum orbem; adeo admirabili insuper exornatam inscriptione, quam nemo latus probare posset. At efferant laos PP. Societatis, sed non invideant iis, qui viros commendatissimos laudibus, verisque præconiis extolliunt. Celebrarunt inde Concinæ nomen, ac memoriam plures Scriptores, quorum de eo laudes, quum note sint, in locum hunc denuo ingerendæ non videntur. His addam ego Epitaphium, quod taxo incidendum, quo Concinæ corpus contegitur, composuit Vir amœnioram, severiorumque Mutarum cultor, cum in primis aureis moribus, & castigatioris ethices clarus, ac laudatissimus Professor.



(1) *Vide infra.*

DA-

DANIEL. SVB. HOC. EST. CONCINA. SITVS. SAXO.
PATRIÆ. SVIQVE. CLARVS. ORDINIS. SPLENDOR.
QVI. RECTVS. IPSE. FERVIDOQVE. VIRTVTIS.
INCENSVS. ARDORE. ENTHEA. TONANS. VOCE.
SCRIPTISQVE. FORMIDATVS. ITALVM. PRIMVS.
CAPVT. AVSVS. EXSERERE. SACRVM. INTVLIT. BELLVM.
MORVM. LICENTIÆ. ET. HOSTIVM. TRVCES. RISIT.
VICTOR. CATERVAS. SPIRITVM. VSQVE. AD. EXTREMVM.
FORTI. ET. TENACI. PROPOSITI. ANIMO. OBDVRANS.
NEC. ITALI. MODO. VIRVM. HVNC. SED. HISPANI.
MIRANTVR. ET. GALLI. VLTIMIQVE. GERMANI.
SAPIENTIÆQVE. HOC. HAVRIVNT. AQVAS. FONTE.
SED. ILLIVS. RVMPVNTVR. ET. FREMVNT. HOSTES.
FRENDITQVE. INANE. DENTIBVS. MALVS. LIVOR.

Prælicatorum autem Familia quantopere Concinæ virtutes, ac doctrinam faceret, declaravit uberrime in Comitiis Generalibus, Romæ coactis A. MDCCLVI. præside *Benedicto XIV.* In horum siquidem *Actis* inter egregios Patres *virtutis opimiæ illustres* Concinæ memoria consignata est (1) hisce verbis. *P. F. Daniel* Concina, *in S. Danielis Provinciæ Forojulienſis Oppido natus, atque in Venetam nostram Congregationem vigesimo ætatis anno cooptatus, calenda, propagandæque virtutis studio florens singulari. Nam quum continenter præsentem animo gereret cogitationem rerum æternarum; non solum vitæ suæ gravitate, sanctisque moderabatur, sed homines etiam reliquos & scribendis libris, quos complures edidit, & assiduis concionibus, virtutis amore intendere conabatur. Quo in munere tanta cum laude est versatus, ut ab illustrioribus Italiæ Civitatibus certatim evocaretur, & amplissima sæpe templa non caperent multitudinem auditorum. Ab honoribus maxime alieno fuit animo; disciplinæ autem Ordinis, inprimisque paucitatis in omni genere studiosissimus: laborum vero sic patiens, ut supra fieri nihil posset. Tali modo quum novem & sexaginta vixisset annos, perpetuoque fecisset, quæ deceret, Anno denique* MDCCLVI. X. *Kalend. Martias, eximiis editis exemplis virtutum, æque placidoque animo decessit.* Quo testimonio a tota Dominicana Familia lato, atque omnium sane luculentissimo earum cornicum oculi configi optime possunt, quæ Concinam nulla inter suos virtutis, atque doctrinæ opinione vixisse mendacissime crocitarunt. At non PP. Prædicatores tantum, sed alii quoque viri dignitatibus, & doctrina præclarissimi, atque Religionis studiosissimi Concinæ obitum deflevere epistolis mœroris, tristitiæque plenis.

## CAPUT I.

### *Corporis forma & habitus.*

SI Danielis Concinæ habitum, atque corporis formam posteri quoque noscere velint, sciant: enim naturam, quam in tot animi virtutibus tribuendis fautricem habuit, beneficam quoque in corpore expertum esse. Formam corporis eam fortitus est, eoque habitu inesse, unde animam bonam in eo habitare facillime noscereturr. Structura fuit paululum supra mediocrem, æquali & apta dispositione membrorum, facie vero hilari, quæ & quandam majestatem præferret, & mira comitate ad se accedentes alliceret. Plenior erat vultus, color venustus, oculi vividi ac micantes, visus paulo hebetior, rutilum os, crinis subrubidus, qui amplam, latioremque frontem decenter ornabat. Valetudinem latis bonam, & firmam studia, & castigatio corporis mature infirmarunt. Prodit post ejus mortem (nam dum viveret nunquam se pingi passus est) imago ejus non admodum ad veri similitudinem ducta. Simulacrum pariter ejus ad vivum fortius expressum servat Cæsenæ Marchio *Locatellus*. Alterum extitisse penes Comitem Joc Nicolaum *Montenarium* Veronensem, admonet ejusdem Dyttichon, quod hujusmodi est.

*Concina in effigie vivens hac tenetur aenea*
*Omne immortalem scripta diserta tenent.*

Nos,

(1) *Pag. 166. Acta autem horum Comitiorum edita Romæ sunt eodem Anno.*



Nos, quoniam in ejus memoriam nec aurum, aut æs pro tenuitate rerum possumus insumere, numismata a perito Chalcographo in ære curavimus incidendum. Exprimit porro ex una parte Concinæ effigiem, cæteris quidem, quæ hactenus prodierunt, verolimiliorem cum hisce verbis: P. DANIEL CONCINA ORD. PRÆD. In altera vero Numismatis parte binæ figuræ conspiciuntur, Latinain, Græcamque Ecclesiam repræsentantes, atque hisce notis adornatæ: PATRUM. REDIVIVA. VETUSTAS. ingi enim Concina Apostolici muneris officio, & librorum scriptione, in quibus sanctior Evangelii doctrina continetur, utriusque Ecclesiæ Patrum zelum, atque fervorem æmulatus est. Alterum & forsalle aptius numisma jam paraveram, sed exulgationem ejus consulto prætermisi; ne Concinæ adversarios nimis exasperarem. At hisce honoribus forsalle, ac monumentis non indiget Concina, qui veram germanamque effigiem sui in tot præclaris locubrationibus reliquit. Quare studiosis ejus potius præceperim sic memoriam ejus venerari, ut omnia facta, dictaque ejus secum revolvant, famamque ac figuram animi magis, quam corporis complectantur. Non quia intercedendum patem imaginibus, quæ marmore, aut ære finguntur: sed ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla, ac mortalia sunt, forma mentis æterna, quam tenere, & exprimere non per alienam materiam, & artem, sed suis ipsi moribus possint.

## CAPUT ULTIMUM.

### *Ingenium & doctrina.*

OPrimam corporis habitudinem ingenii dotes eximiæ perfæpe consequuntur. Acre fortitus est Concina ingenium, solidum ac fervidum, quale fere Forojulienſibus hominibus inesse solet. Et quamvis eo tempore litteris operam dederet, quo tricæ Scholasticorum omnia miscuerant, ficuit tamen opportune animum ad puriores Theologiæ fontes, ad sacros nimirum Codices, SS. PP. & Ecclesiæ Historiam, in quibus equidem studiis assidua fere, ac pertinaci xii. horarum quotidiana contentione insignem, ac prorsus singularem sibi paravit eruditionem. In Scriptorum vero profanorum lectione ita versatus est, ut aliquando & horum scriptis pugnare posset, & eos Catholicos exagitare, qui somniarunt quædam, quæ Ethnicæ philosophiæ professoribus ne in mentem quidem venerant. Ex Scholasticorum autem subtilitatibus id retinuit tantum, quod sibi quammaxime opportunum credidit ad argutias fere infinitas quorumdam Probabilistarum detegendas, atque convellendas. Inerat illi ad persuadendum vis mira, atque efficacitas, quæ in scriptis quoque eius adparet. In sententia dicenda libertatem amavit cum aliorum tum suam, fuitque in omni sermone, atque negotio ita apertus, & candidus, ut nihil fere eorum dissimularet, quæ sibi minime probarentur. Hunc porro animi candorem ita linguæ, oculis, vultui, ac denique scriptis, manifestabat, ut sinceræ, ingenuæque mentis indolem semper, atque ubique præseferret. Hinc in rebus gravissimis, atque implicatissimis difcutiendis quidquid e sua conscientia erat, aperiebat, unde nemo unus suspicari vel leviter posset, ex gratia, aut favore eum olle locutum. Sroicam grandiratem, & caperatam frontem, qua tenues quædam animæ suam contegunt levitatem, procul abjecerat, oderatque cane pejus & angue; tanta cum modestia incedens, atque gratia vultus, ut omnium animos sibi quamfacillime devinciret; & vir sine ora tristitia sanctus, quod paucis accidit, crederetur. Suspicioli ingenii non erat, ut fere eorum doctrinæ professores habentur. Externa tamen eorum hominumque ipecie haud ita temere permovebatur, ut fraudis amantes ipli possent imponere. Ex fervido, promtoque ingenio, atque admirabili, quo perpetuo flagravit, Christianæ ethices repurgandæ studio, manavit ingens ille librorum numerus, quibus honos habebitur quousque in terris Evangelicæ doctrinæ amor non frigescet. Fervidum porro hominis ingenium si considere, qui summo deliderio insuper pro castigatiori doctrina adserenda agebatur, facile dignoscet, quare nonnullæ scriptiones ejus lima adhuc indigeant, & perpoliri merito debeant. Quum enim flagitiosis captiosisque commentationibus non eodemque tempore a Probabilistis obdeceretur, neminemque adjutorem haberet, quod perirum mihi semper est vitium, jam causa patens utique est, non occulta, cur suas apologeticas scriptiones sepius ad incudem non revocaverit, sed eas ita uti e calamo exciderant, in lucem prodire permitteret. Quum enim ejus obtrectatores scriptiones suas jactarent ubique, & itentore clamosiores eas

esse

esse inconcussas prædicarent peritis atque ac indoctis, tam Concina in arena solus in eas quam utilissime stylum acuebat, ne vel minimo etiam intervallo hujusmodi scripta Christianorum moribus labem inferrent, neve Evangelii doctrina injurias diutius pateretur. Atque id exequi poterat utique Concina, qui eximia rerum Theologicarum peritia pectus compleverat, & summam, expeditamque scribendi dicendique facilitatem acerrimis exercitationibus erat affectus. Sunt tamen plura inter ejus Opera, quæ absoluta merito, atque perfecta dicuntur, ut suis locis jam indigravimus. Scripta ejus magni dum viveret, habita sunt, & eorundem impolitorum dignitas augebitur, imminuta jam fere copia, & gratia ejus inimicorum: qui licet altrinsecus pertentaverint, & modo etiam, quod permirum est, vim in ea experiantur suam, nihil tamen assecuti sunt, sed palam confirmarint, optima quæque, ac præstantissima invidiæ, atque obtrectationi esse maxime obnoxia. Hæc sunt, quæ ipse habui, ut monumenta traderem litterarum de Danielis Concinæ Vita, ac præclaris Scriptis. Non sum nescius successuros mihi scriptores, qui grandioris eloquentiæ lumina præditi futuri sint tum Viri virtuti celebrandæ, explicandæque magnitudini pares. Quos quidem ego saltem ea re juvero, quod ex erratis meis magnopere cavebunt ipsi ne errent, & incommoda, quæ me torserunt, nostra commemoratione admoniti vel levius ferent, vel majore antecaptæ virtutis robore muniti facile superabunt. Quæ dum egregiis ingeniis, atque insigni Viro, de quo hactenus scripsi, lucrescet gloria, lateque vagabitur, ego eyuldem nomini pro meo genio satis conjuluisse putaverim & insignem ejus narratione virtutum, & maximo, quod modo subjiciam, pondere monumentorum. Quamquam memoria ejus, etsi a nemine laudatus fuisset, in tot lucubrationibus extaret, in quibus tanta adparent exempla virtutum, atque ejusdem in Catholicam Ecclesiam meritorum, ut nomen ejus profecto sine cujuspiam laudatione maniurum sit in animis hominum, in æternitate temporum, fama rerum.

F I N I S.

CA-



# CATALOGUS
## OPERUM EDITORUM
## A P. DANIELE CONCINA O P.

I. *Commentarius Historico-Apologeticus in duas dissertationes tributus; quarum altera anti-criticis animadversionibus refellit ea, quæ adversus pauperatis Disciplinam a D. Patriarcha Dominico constitutam intemperantiore critice scriptis prodiderunt Continuatores* Bollandi; *altera eandem disciplinam a laxioribus P. Raphaelis* de Pornasio *interpretamentis vindicat. Accedit Dissertatio Historica de Origine disciplinæ regularis primum in Ord. Præd. per B.* Raymundum de Vineis XXIII. *Magistrum Generalem ejusd. Ordinis instauratæ, & quæstiunculæ morales de Regularibus personatis.* 4. Venetiis 1736. Apud Stephanum Monti, sub adscititio nomine Caroli Antonii *Plantamuræ*.

II. *Dictionarium Casuum Conscientiæ seu Pontas &c. Accedit Fr. Danielis* Concina *Ord. Præd. Præfatio ad Lectorem, & Animadversiones Critico-Morales in multa Pontasiana cum Actuario duorum casuum, qui in hoc Dictionario desiderabantur. fol.* Venetiis Apud Antoninm Bortoli. A. 1738.

III. *Disciplina Apostolico-Monastica Dissertationibus Theologicis illustrata, & in duas partes tributa, in quarum una de voto paupertatis vitæ communi circumscripto, in altera de cæteris ejusd. disciplinæ capitibus præcipuis disseritur. Accedunt selecta quædam veterum Theologorum monumenta.* 4. Venetiis ex Typographia Balleoniana 1739.

IV. *La Quaresima Appellante dal foro contenzioso di alcuni recenti Casisti al Tribunale del buon senso, e della buona fede del popolo Cristiano sopra quel suo preteso del digiuno da accoppiarsi coll'uso delle Carni permesso pel solo nocumento del cibo Quaresimale.* 4. In Venezia presso Simone Occhi 1739. Eodem anno curata eli editio secunda, cui Præfatio Apologetica accessit. Inde denuo edita eli cum Apologetica Dissertatione, quæ primo prodierat ad calcem Tomi secundi Historiæ Probabilismi, ac Rigorismi. Prodiit denum A. 1756. apud Sim. Occhi.

*Tom. I.*

V. *La Disciplina Antica, e Moderna della Romana Chiesa intorno al Sacro Quaresimale Digiuno, esposta ne' due Brevi* Non Ambigimus, *&* In Suprema *del Regnante Sommo Pontefice* Benedetto XIV., *illustrata con Osservazioni storiche critiche, e Teologiche.* 4. Venezia 1742. apud eund. Simonem Occhi. Opus recusum Venetiis 1756. apud eund.

VI. *Della Storia del Probabilismo, e Rigorismo Dissertazioni Teologiche morali critiche, nelle quali si spiegano, e dalle sottigliezze de' moderni Probabilisti si difendono i principj fondamentali della Teologia Cristiana.* In 4. 2. Tom. In Venezia 1743. apud Simonem Occhi.

VII. *Epistolæ Theologico-Morales ad illustrissimum Episcopum N. N. adversus librum inscriptum:* Dissertatio in Casus Reservatos Venetæ Diœceseos. 4. Venetiis 1744. Atque denuo Venetiis, Lucæ, & Romæ.

VIII. *In Rescriptum* Benedicti XIV. *ad postulata septem Archiepiscopi Compostellæ, jejunii legem spectantia, Commentarius Theologicus.* 4. Venetiis apud Simonem Occhi 1754.

IX. *Defensio Decretorum Concilii Tridentini, & Apostolicarum Constitutionum Ecclesiæ Romanæ adversus duos libros inscriptos* Vita claustralis, & Vindiciæ Regularium. 4. Venetiis 1745.

X. *Osservazioni critiche Morali in difesa della* Storia del Probabilismo *e del* Rigorismo *contro il libro intitolato:* Giustificazione di più personaggi, ed altri Soggetti ragguardevoli. 4. In Pesaro (*Venetiis*) appresso Nicola Gavelli 1745.

XI. *Esame Teologico del libro intitolato:* Saggio de' Supplementi Teologici Morali Critici, di cui abbilogna la Storia del Probabilismo, e Rigorismo ec. *Stampato in Lucca l' Anno 1744. dal R. P. Nicolò* Ghezzi. In Pesaro (*Venetiis*) 1745. appresso Nicola Gavelli.

XII. *Esplicazione di quattro Paradossi, che*

(Q) *sono*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

esse inconcussas prædicarent peritis atque ac indoctis, tam Concina in arena solus in eas quam utilissime stylum acuebat, ne vel minimo etiam intervallo hujusmodi scripta Christianorum moribus labem inferrent, neve Evangelii doctrina injurias diutius pateretur. Atque id exequi poterat utique Concina, qui eximia rerum Theologicarum peritia pectus compleverat, & summam, expeditamque scribendi dicendique facilitatem acerrimis exercitationibus erat affectus. Sunt tamen plura inter ejus Opera, quæ absoluta merito, atque perfecta dicuntur, ut suis locis jam indigravimus. Scripta ejus magni dum viveret, habita sunt, & eorundem impolitorum dignitas augebitur, imminuta jam fere copia, & gratia ejus inimicorum: qui licet altrinsecus pertentaverint, & modo etiam, quod permirum est, vim in ea experiantur suam, nihil tamen assecuti sunt, sed palam confirmarint, optima quæque, ac præstantissima invidiæ, atque obtrectationi esse maxime obnoxia. Hæc sunt, quæ ipse habui, ut monumenta traderem litterarum de Danielis Concinæ Vita, ac præclaris Scriptis. Non sum nescius successuros mihi scriptores, qui grandioris eloquentiæ lumina præditi futuri sint tum Viri virtuti celebrandæ, explicandæque magnitudini pares. Quos quidem ego saltem ea re juvero, quod ex erratis meis magnopere cavebunt ipsi ne errent, & incommoda, quæ me torserunt, nostra commemoratione admoniti vel levius ferent, vel majore antecaptæ virtutis robore muniti facile superabunt. Quæ dum egregiis ingeniis, atque insigni Viro, de quo hactenus scripsi, lucrescet gloria, lateque vagabitur, ego eyuldem nomini pro meo genio satis conjuluisse putaverim & insignem ejus narratione virtutum, & maximo, quod modo subjiciam, pondere monumentorum. Quamquam memoria ejus, etsi a nemine laudatus fuisset, in tot lucubrationibus extaret, in quibus tanta adparent exempla virtutum, atque ejusdem in Catholicam Ecclesiam meritorum, ut nomen ejus profecto sine cujuspiam laudatione maniurum sit in animis hominum, in æternitate temporum, fama rerum.

F I N I S.

CA-



# CATALOGUS
## OPERUM EDITORUM
## A P. DANIELE CONCINA O P.

I. *Commentarius Historico-Apologeticus in duas dissertationes tributus; quarum altera anti-criticis animadversionibus refellit ea, quæ adversus pauperatis Disciplinam a D. Patriarcha Dominico constitutam intemperantiore critice scriptis prodiderunt Continuatores* Bollandi; *altera eandem disciplinam a laxioribus P. Raphaelis* de Pornasio *interpretamentis vindicat. Accedit Dissertatio Historica de Origine disciplinæ regularis primum in Ord. Præd. per B.* Raymundum de Vineis XXIII. *Magistrum Generalem ejusd. Ordinis instauratæ, & quæstiunculæ morales de Regularibus personatis.* 4. Venetiis 1736. Apud Stephanum Monti, sub adscititio nomine Caroli Antonii *Plantamuræ*.

II. *Dictionarium Casuum Conscientiæ seu Pontas &c. Accedit Fr. Danielis* Concina *Ord. Præd. Præfatio ad Lectorem, & Animadversiones Critico-Morales in multa Pontasiana cum Actuario duorum casuum, qui in hoc Dictionario desiderabantur. fol.* Venetiis Apud Antoninm Bortoli. A. 1738.

III. *Disciplina Apostolico-Monastica Dissertationibus Theologicis illustrata, & in duas partes tributa, in quarum una de voto paupertatis vitæ communi circumscripto, in altera de cæteris ejusd. disciplinæ capitibus præcipuis disseritur. Accedunt selecta quædam veterum Theologorum monumenta.* 4. Venetiis ex Typographia Balleoniana 1739.

IV. *La Quaresima Appellante dal foro contenzioso di alcuni recenti Casisti al Tribunale del buon senso, e della buona fede del popolo Cristiano sopra quel suo preteso del digiuno da accoppiarsi coll'uso delle Carni permesso pel solo nocumento del cibo Quaresimale.* 4. In Venezia presso Simone Occhi 1739. Eodem anno curata eli editio secunda, cui Præfatio Apologetica accessit. Inde denuo edita eli cum Apologetica Dissertatione, quæ primo prodierat ad calcem Tomi secundi Historiæ Probabilismi, ac Rigorismi. Prodiit denum A. 1756. apud Sim. Occhi.

*Tom. I.*

V. *La Disciplina Antica, e Moderna della Romana Chiesa intorno al Sacro Quaresimale Digiuno, esposta ne' due Brevi* Non Ambigimus, *&* In Suprema *del Regnante Sommo Pontefice* Benedetto XIV., *illustrata con Osservazioni storiche critiche, e Teologiche.* 4. Venezia 1742. apud eund. Simonem Occhi. Opus recusum Venetiis 1756. apud eund.

VI. *Della Storia del Probabilismo, e Rigorismo Dissertazioni Teologiche morali critiche, nelle quali si spiegano, e dalle sottigliezze de' moderni Probabilisti si difendono i principj fondamentali della Teologia Cristiana.* In 4. 2. Tom. In Venezia 1743. apud Simonem Occhi.

VII. *Epistolæ Theologico-Morales ad illustrissimum Episcopum N. N. adversus librum inscriptum:* Dissertatio in Casus Reservatos Venetæ Diœceseos. 4. Venetiis 1744. Atque denuo Venetiis, Lucæ, & Romæ.

VIII. *In Rescriptum* Benedicti XIV. *ad postulata septem Archiepiscopi Compostellæ, jejunii legem spectantia, Commentarius Theologicus.* 4. Venetiis apud Simonem Occhi 1754.

IX. *Defensio Decretorum Concilii Tridentini, & Apostolicarum Constitutionum Ecclesiæ Romanæ adversus duos libros inscriptos* Vita claustralis, & Vindiciæ Regularium. 4. Venetiis 1745.

X. *Osservazioni critiche Morali in difesa della* Storia del Probabilismo *e del* Rigorismo *contro il libro intitolato:* Giustificazione di più personaggi, ed altri Soggetti ragguardevoli. 4. In Pesaro (*Venetiis*) appresso Nicola Gavelli 1745.

XI. *Esame Teologico del libro intitolato:* Saggio de' Supplementi Teologici Morali Critici, di cui abbilogna la Storia del Probabilismo, e Rigorismo ec. *Stampato in Lucca l' Anno 1744. dal R. P. Nicolò* Ghezzi. In Pesaro (*Venetiis*) 1745. appresso Nicola Gavelli.

XII. *Esplicazione di quattro Paradossi, che*

(Q) *sono*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*sono in voga nel secolo nostro. Riflessioni sopra i due Libri de RR. PP.* Lecchi, e Bovio *intitolati*: Avvertenze ec. e Dissertazione ec. *Si premette un succinto ragguaglio de libri stampati da alcuni Probabilisti in difesa del Probabilismo, e di altri punti Morali.* 4. Lucca 1746. ac denuo Venetiis 1750. Opus Gallice redditum *a P.* Du-Four *O. P.*, & pluries recusum.

XIII. *Epistola ad* Polycarmum *V. Cl., in qua B. Nicolai* Justiniani *Veneti Monachatus a fabulis, vanisque commentis* (P. Gundisalvi Carrattini) *asseritur.* 4. Tridenti A. 1746. ac denuo Venetiis A. 1755.

XIV. *Esposizione del Dogma, che la Chiesa propone a credersi intorno all' Usura colla confutazione del Libro intitolato:* Dell' Impiego del Denaro. 4. Napoli per Pietro Palumbo 1746.

XV. *In Epistolam Encyclicam* Benedicti XIV. *adversus Usuram Commentarius, quo, illustrata doctrina Catholica, Nicolai* Broedersen, *& aliorum errores refelluntur.* 4. Romæ ex Typographia Palladis apud Nicolaum, & Marcum Pallearinos 1746.

XVI. *Usura contractus Trini Dissertationibus Historico-Theologicis demonstrata adversus Mollioris Ethices Casuistas, & Nicolaum* Broedersen .... *Accedunt Appendices duæ ad Commentarium Auctoris adversus Usuram.* 4. Romæ ex Typographia Palladis apud Nicolaum, & Marcum Pallearinos 1746.

XVII. *Memorie storiche sopra l'uso della Cioccolata in tempo di Digiuno esposte in una Lettera a Monsig. Illustriss. e Reverendiss. Arcivescovo N. N.* 8. In Venezia appresso Simone Occhi 1748. ac denuo Venetiis apud eundem 1749. adjecta Epistola P. Antonini *Vallecchi* adversus *P. Berlendium*, de qua diximus Cap. IX. Commentarii.

XVIII. *Theologia Christiana Dogmatico-Moralis Auctore F. Daniele* Concina *Ordinis Prædicatorum.* 4. XII. Tom. Romæ (Venetiis) Apud Simonem *Occhi* 1749.; quo scilicet Anno Opus prodire cœpit. Absoluta est autem editio A. 1751. Cum vero *Apparatus* ultimo loco prodierit, ideo hunc *Theologiæ Christianæ* consequi diximus in Commentario; habita scilicet ratione temporis, quo volumina edita sunt. Prodiit autem Theologia hæc semel, iterumque Venetiis apud eundem *Occhi* A. 1763. in fol. ac in 4. cum nonnullis additionibus.

XIX. *Commentarius Dogmatico-Moralis De Sacramento Pœnitentiæ, ejusque Administro.* Romæ Anno 1750. Opus excerptum ex Tom. X. *Theologiæ* Christianæ.

XX. *Istruzione dei Confessori, e dei Penitenti per amministrare, e frequentar degnamente il SS. Sacramento della Penitenza.* 8. In Venezia 1753. presso Simone Occhi.

XXI. *De Spectaculis Theatralibus Christiano cuique tum Laico tum Clerico vetitis Dissertationes duæ. Accedit Dissertatio III. de Presbyteris personatis.* 4. Romæ ex Typographia Apollinæa 1753. Apud Hæredes Jo: Laurentii Barbiellini, & denuo Venetiis apud Sim. Occhi 1754.

XXII. *Della Religione rivelata contro gli Ateisti, Deisti, Materialisti, Indifferentisti, che negano la verità de' Misteri, libri cinque.* 4. Venezia 1754. appresso Simone Occhi.

XXIII. *De Vita, & Rebus gestis P. Thomæ Mariæ* Ferrarii *O. P. S. R. E. Cardin. Tituli S. Clementis Libri tres.* 4. Romæ 1755. Apud Hæred. Jo: Laurent. Barbiellini.

XXIV. *Ad R. P. Carolum* Nocetium *Epistola edita de singularibus Argumentis in ejus libro inscripto* Veritas Vindicata *contentis. Accedunt opiniones laxæ quamplurimæ ex variis Casuistis collectæ. Item Censura R. P. Eusebii* Amort, *Canonici Lateranensis, in Theologiam Moralem R. P. L. C. Item Epistola nona ad eumdem P.* Nocetium *de nonnullis ejusdem Antithetis II. P. M.* Dinelli. 4. Venetiis A. 1755. Apud Sim. Occhi.

XXV. *De Teatri Antichi, e moderni contrarj alla professione Cristiana Libri due del P. Daniello* Concina *in conferma delle sue Dissertazioni* De Spectaculis Theatralibus *alla Santità di N. S.* Benedetto *XIV.* 4. Roma 1755. presso gli Eredi Barbiellini.

XXVI. *Fr. Danielis* Concinæ *Ord. Præd. de Sacramentali Absolutione impertienda, aut differenda recidivis consuetudinariis Dissertatio Theologica ad Eminentissimum Nerium* Corsinium *&c.* 4. Romæ 1755. Apud Hæredes Jo: Laur. Barbiellini; & Gallice Anno insequenti.





## Opera Ejusdem Posthuma et Inedita.

I. *Theologiæ Christianæ Dogmatico-Moralis Compendium.* 4. II. Tom. Venetiis apud Sim. Occhi A. MDCCLX. Opus hoc ab Auctore confectum A. MDCCLIII. jacuit usque ad A. MDCCLX. Unde corrigendus error, qui irrepsit pag. 227. lin. 9. hujusce Commentarii. Recusum inde est hocce Compendium cum pluries Venetiis a Simone Occhio, cum Bononiæ, Lugani, Neapoli, ac denique Venetiis ab Antonio Zatta, sed malis plane avibus. Fama accepimus hominem Florentinum Romæ degentem, ac apprime doctum ex universa *Theologia Christiana* novam epimen confecisse; cujus titulum non satis probabilem vidimus. An prodierit, mihi non exploratum.

II. *Libellus Supplex F. Danielis* Concinæ *oblatus* Benedicto *XIV. die XXI. Septembris A.* MDCCLI. *adversus Libellum Supplicem a P.* Vicecomite *Generali Jesuitarum porrectum eidem. Pontifici nomine totius Societatis, congregatæ in Congregatione Generali, in qua idem P.* Vicecomes *Generalis inauguratus est.* Hunc libellum, a nobis latio donatum, edidimus Cap. XXIX. hujus Commentarii. Alterum libello PP. Societatis, latino exaratam idiomate, confecit responsionem, quæ apud suos forte extabit.

III. *Comparatio Libelli Supplicis P. Societatis adversus Tyrsum* Gonzalez *cum altero libello eorumdem adversus Danielem* Concinam. Hanc scriptiunculam, a nobis pariter latinis litteris redditam, vulgavimus citato Capite XXIX. nostri Commentarii.

IV. *Sincera Storia delle accuse fatte contro la* Teologia Cristiana *di F. Daniello* Concina *dal P.* Visconti *a nome di tutta la Compagnia di Gesù al Sommo Pontefice* Benedetto *XIV. l'Anno* MDCCLI. Hujus Antigraphon inter Adversaria nostra servamus.

V. *De Justitia & Jure* ingens volumen pro supplemento eorum, quæ hac de re in *Theologia Christiana* complexus est.

VI. *Apologia Societatis Jesu.* Hujus exemplum unum extat Venetiis apud suos, alterum Florentiæ in Cœnobio S. Marci, alterum denique Romæ in Bibliotheca Casanatensi. Prodibit autem brevi, ut spero, opera Viri Clarissimi.

VII. *Lettere ai RR. PP.* Richelmi, *e* Gagna *Autori delle due Opere intitolate* Saggio d'Avvertimenti ec. *e* Lettere d'Eugenio Apologista ec. *contro la Storia del Probabilismo, e Rigorismo.* Extant apud suos, & in plerisque Venetis Bibliothecis.

VIII. *Epistola de Probabilitate* ad P. *Carpanium S. J.* Extant Venetiis apud suos.

IX. *Catechismus* Italice exaratus.

X. *Monumenta* pro adornanda Historia Congregationis B. Jacobi Salomonii O. P.

XI. *Conciones Quadragesimales, & Panegyricæ Orationes.* Italice.

XII. *Memorie Spettanti alle Opere stampate ec.* Hocce in libro historiam eorum Concina complexus est, quæ sibi ab Anno MDCCXVIII. ad A. usque MDCCXLVI. contigerunt. Harum autem omnium Scriptionum Autographa servant PP. celeberrimi Cœnobii SS. Rosarii Venetiarum: apud quos extant etiam Autographa Epistolarum, quas evulgamus. Præter hæc autem nos pleraque alias Concinæ, aliorumque scriptiunculas, & Epistolas asservamus, quæ justum volumen conficiunt optimæ frugis Anecdotorum.

# EPISTOLÆ CLARORUM VIRORUM AD P. DANIELEM CONCINAM.

*Est Gloria solida quædam res & expressa, non adumbrata: ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute.*
M. T. C. Lib. III. Tuscul. Quæst.

## I

MOnsignor Lanti, Præsidente di Urbino, ha saputo così al vivo rappresentarmi le virtuose qualità di V. P., che io, non ostante che abbia finora ricusato moltissime dediche, offertemi dalle più celebri Accademie, ho sentito nientedimeno lusingarmi ad accettar quella, che la P. V. ha pensato di farmi del suo libro intitolato - *La Disciplina del Digiuno della Chiesa Romana* -; e dalla lettera dedicatoria, da lei avanzatami, ho potuto abbastanza dedurre, che l'opera non potrà non esser corrispondente al concetto, che ne ho già formato. Su questo riflesso io non so, se il mio povero nome sarà per aggiungere alla medesima alcun pregio maggiore di quello, che avrà in se stessa; posso bensì assicurare la P. V., che io mi compiacerò molto, che ella abbia voluto usarlo in cosa, che sarà per far riputazione non meno a lei, che a me stesso; onde per la parte, che farò per ritrarne, deliberando di rimostrarne a V. P. la mia gratitudine coll'impiegarmi nelle di lei religiose occorrenze, le auguro dal Signore vere e compite felicità.

Roma 17. Febbrajo 1742.

*Affezionatiss. per servirla di tutto cuore*
D. Card. Passionei.

## II.

MI scrisse il Padre Calogerà, che avea impedita la ristampa di quella insolente Lettera. Vo io ciò non ostante sospettando, che essa sia seguita costì. Poco in fine importa. Se a Dio piacerà, si vedrà la risposta. Questa è tuttavia in Roma, dove là van rivedendo alcuni intendenti. Persona scrive di là, che S. S. ne ha avuta buona informazione, ed approva che si stampi; ma tal notizia non viene da chi potrebbe darmela con sicurezza. So bensì, che chi finora l'ha veduta, ne è contento. Quel che mi dispiace si è, che fra gli altri gravissimi guai, che qui proviamo, ci è ancor quello che non passa più corriere da Bologna a Modena, e non lo come que' fogli mi torneranno. Se Dio vorrà, che mi sieno restituiti, non tarderò ad inviarli alle mani di V. P.

Intanto ho cercato nella lettera II. del giovane Teologo ciò ch'ella mi accenna, nè ho saputo capire in che consista la censura. Però sono a pregarla di spiegarmi meglio il suo sentimento, e se potesse anche inviarmi il foglio dove ella ne tratta, avrei maggior piacere. M'è nato sospetto di qualche giunta nella ristampa. E s'ella vuol citare questo novello Teologo e confutarlo, lo faccia pure, che a me non increscerà punto.

Bell'Opera, che è la sua *Disciplina antica e moderna*. L'ho letta con mio gran gusto. Invidio a lei la sua potatezza in trattar simili materie.

Non vo' dimenticar di dirle, che in Palermo s'è trovata la maniera di occupar le mie lettere, onde niuna ne possono ricavere i miei amici. Vegga se si fa buona guerra. Me ne increisce anche per conto di quel Librajo, che desiderava cento copie della risposta, subito che sarà stampata. Rassegnandole il mio ossequio mi confermo.

Modena 7. Giugno 1742.

*Divotiss. ed Obbl. Serv.*
Lod. Ant. Muratori.

## III.

NON ho io valevoli espressioni per significare a V. P. M. R. il sentimento di confusione, che in me ha eccitato la somma bontà, e gentilezza sua, da cui onorato mi veggo col pregiatissimo suo foglio accompagnato dall'Opera sua dottissima della *Storia del Probabilismo*. Aveva io già letto con tutto il piacere le altre, che ha dato in luce, e formato in me medesimo quel concetto vantaggiosissimo, che le medesime fanno all'Autore, appresso di quelli almeno, che conoscono ed amano la verità. Ho letta ne' giorni scorsi la prima dissertazione di questa Storia, andrò leggendo con eguale soddisfazione le altre. La verità è posta nel suo lume, gli avversarj sono combattuti con validissimi argomenti, ma senza ingiurie ed acrimonia; l'Opera in somma è compita, ed incontrerà certamente tutto l'applauso appresso i dotti. Che le gli avversarj della sana dottrina ne resteranno amareggiati, e si scagliеranno forte contro di lei, faranno ciò che sempre hanno fatto; ella, faranno ciò che sempre hanno fatto; ella, faranno breccia co' loro colpi, specialmente in questi tempi, ne' quali chi presiede non è facile a prestar loro orecchio.

Io trattanto rendo umilissime grazie a V. P. M. R. dell'onore che mi ha fatto, e la supplico di farmi quello di doverla servire nell'esecuzione di qualche suo stimatissimo comandamento, e passo a protestarmi con tutta la stima ed ossequio.

Roma S. Calisto. 24. Novembre 1742.

*Divotiss. ed obbligatiss. Servitore*
D. Pier Luigi della Torre.

## IV.

DIedi riscontro a V. P. con altra mia di aver ricevuta la sua nobilissima fatica, nell'atto stesso, che mi fu resa dal fu Monsig. Patriarca *Spada*, e le ne avanzai senza dilazione i miei più sinceri ringraziamenti, essendomi riserbato di significarle più particolarmente il mio parere, subito che le occupazioni del ministero, che debolmente sostengo, e che non sono poche, mi avessero permesso di confiderarla; e tuttochè io finora l'abbia già scorsa da capo a piedi con mio infinito piacere, nientedimeno il libro è della natura di quelli, che per gustarli bene, è duopo leggerli, e rileggerli più d'una volta. Mi sono sempre stupito, che dopo tanti anni, che si scrive in materia morale, si sia tardato tanto tempo a metter mano ad un opera, ch'era la più necessaria di tutte per iscoprire l'inganno *quasi universale*, che il professare, e promuovere le massime conformi alle regole del Vangelo spiegate ed insegnate da' SS. Padri, e confermate da' Sagri Canoni, non potesse farsi senza sospetto di errore, per non dire di eresia. Sarebbe inutile il voler diffonderli su questo punto con V. P. che ha letto e veduto tutto in questo genere; ma per essere io stato trenta e più anni impiegato di là da' monti in servigio della Santa Sede, posso, e debbo dirle per isperienza, che ne' tempi nostri, in cui corre tanta rilasciatezza d'opinioni, la taccia di rigorismo, che si dà a chi vi si oppone, ha fatto, e va facendo un gran mal maggiore nella Chiesa di Dio. Credo, che le sia già noto, che tra i Rigoristi vengono da molti ignoranti e maligni annoverati due de' più chiari lumi, che abbia avuti ai di nostri il S. Collegio, quali furono i Cardinali *Bona*, e *Noris*, senza parlare di quanto in tempi più remoti dai nostri è stato detto, e pubblicato contro altri due insigni Cardinali *Grimaldi* il vecchio, e *Le Camus*, amendue promotori dell'ottima Teologia del *Genet*, andando ancora per le mani degli nomini la difesa del primo contro alcune sceniche rappresentanze, fatte pubblicamente in Aix, dov'era Arcivescovo, per oscurare dopo la di lui morte la sua pia, e chiara memoria; aggiunga a quelli anche il Cardinal *Lauria* per gli ultimi suoi opuscoli, che stampati in Roma, più non si trovano; può ben dunque la P. V. figurarsi, che se i nemici della buona Morale si sono avanzati ad attaccare uomini di tanto sapere, e posti nei più alti gradi della Gerarchia Ecclesiastica; con quanta maggior forza abbiano esercitato, ed esercitino tuttavia il loro maltalento contro soggetti di minor sfera. La Santa Sede assistita sempre dallo Spirito Santo, e *ad quam perfidia accessum habere non potest*, oppole già tem-

tempo un argine a questo male coi Brevi ben noti d' *Innocenzo XII.*, affinchè non fosse calunniato alcuno colle accennate tacce, le non fosse stato giuridicamente, e legittimamente convinto; e piacesse a Dio, che se ne facesse dei medesimi quell' uso, per il quale furono pubblicati da quel zelante Pontefice, parendo, che oggi quei Brevi fieno totalmente fuori della memoria degli uomini. Per questo capo principalmente io fo un gran conto della stimatissima di lei opera, perchè chiunque vi metterà gli occhi sopra, potrà con ogni facilità ravvisare qual sia l'errore da condannarsi, e quale la dottrina da seguirsi, e avrà il modo di applicare regole sicure nel formare questo giudizio, tanto più che io ho avuto campo di conoscere, non aver Ella tralasciato indietro cosa alcuna, effetto di una somma lettura, e di altrettanta meditazione. Queste lodi però, che si debbono al tuo gran zelo, perderebbono molto nell' esserle da me attribuite, come da persona, qual io mi sono, scarsa di cognizioni, se non venissero autenticate dalla bocca stessa della Santità Sua, gran Maestro non meno in queste, che in tutte le altre materie, e che dopo di aver presieduto per tanti anni al governo delle anime, tiene ora in mano quello della Chiesa universale, ed è unicamente rivolto alla riforma dei costumi, sapendo meglio di ognuno, che la principal funzione del Vicario di Cristo è il pascere il gregge, come eredità acquistata col suo sangue, e trasmessa con quella legge inviolabile a tutti i successori di S. Pietro. Nostro Signore dunque, che ha veduta la sua Opera del Digiuno, a me benchè immeritevole indirizzata, ha creduto, e con ogni ragione, che io sia amico di lei, come mi professo di essere, e in conseguenza sono in istato di asscurarla, che non vi è elogio, di cui non si sia egli servito in far mentione della *Storia del Probabilismo*; e conforme la Santità Sua tien fissa e giorno e notte la mente in custodire intatto il deposito della sana dottrina, da cui deriva il maggior bene di tutte le anime, alla di lui cura commesse, così ha fatto oggetto principale de' suoi santi pensieri l' impiegare sovra ogni altra cosa l' autorità Pontificia in combattere tutto ciò, che può indebolire la Morale Evangelica; onde su questo punto mostrò sommo desiderio, e m' incarico ancora di manifestarglielo, ch' Ella per la pratica grande, e per la continua lettura, che ha fatta e va facendo degli Autori Moralisti, si compiacesse di estrarre a parte dai medesimi tutte quelle enormi proposizioni, che in essi tuttavia si contengono, e che sono opposte al sentimento dei Concilj, de' Padri, e della Tradizione, e alle condanne de' Sommi Pontefici; giacchè, com' Ella ha ottimamente osservato, le tante e tante apologie uscite fuori, o per sostenere gli errori già condannati, o per difenderli col mezzo di benigne interpretazioni, facendoli comparire sotto l'ombra di altri colori, fanno toccar con mano, e la sperienza lagrimevole ce lo insegna, che il pessimo fermento di simili dottrine non ha perduto nulla del suo vigore, e che pur troppo il nemico comune mantiene e fa crescere nel campo della Chiesa la sua zizania. Abbia dunque Ella la bontà di rivolgere per qualche poco di tempo le sue fatiche a questo scopo, ricavando dagli accennati libri le proposizioni, che io le accenno, e aggiunga in fine alle medesime l' autore, il loro, l' edizione, e le pagine, per poter ritrovarne i luoghi, giunti che saranno i suoi fogli, il che riuscirà di somma soddisfazione alla Santità Sua che lo desidera, per farne poi quell' uso, che parerà più opportuno al sovrano Pontificio intendimento. Ella sa molto bene, che il Cardinal *Noris* nelle sue Vindicie di Santo Agostino portò in confronto della dottrina del Santo le opposizioni de' suoi avversarj colle loro proprie parole, ma si astenne per degni riguardi di citare e i loro libri, e il nome degli autori; ma perchè poi nella turba del volgo ignorante nacque il falso sussurro, che simili proposizioni fossero ideali, e nate nella mente di quel grand' uomo, vi fu chi prese l' assunto di giustificarlo, e perciò nella edizione delle medesime Vindicie, fatta in Bruxelles, e che è rarissima, vi furono aggiunti in un foglio i luoghi delle pagine, dei libri, in cui erano registrate le opere di questo gran Cardinale, fatta ultimamente in Verona, o per mancanza di cognizione, o per i soliti artifiziosi riguardi di quegli uomini, che non hanno coraggio di pubblicare, e sostenere la verità. Io le adduco questo fatto, non perchè io non abbia osservato che in molti luoghi della sua opera non abbia Ella citato i libri, e i luoghi, e gli Autori, ma solamente per ricordarle, che nell' estratto manoscritto, che io le richieggo per ordine di N. S. abbia la bontà di far uso di queste minime circostanze, che possono molto contribuire alla piena informazione, che desidera da lei per mio mezzo la Santità Sua. Conforme poi io le scrivo con tutta quella riserva, e più stretta confidenza, che è propria dell' amicizia, che le professo, così V. P. riterrà in se per ogni buon fine quanto le partecipo; e assicurandola non meno della mia distintissima stima, quanto del mio parzialissimo affetto, le auguro dal Signore ogni vero bene.

Roma 22. Dicembre 1742.

*Affezionatiss. per servirla sempre, e di tutto cuore*
D. Card. Passionei.



V.

LE Dissertazioni della *Storia del Probabilismo e del Rigorismo* Opera degna della dottrina, e del zelo di V. R. hanno tra tutti quelli, ai quali è pregievole la vera osservanza de' precetti divini ed ecclesiastici, conseguito un tal' applauso, che io reputo del mio dovere di manifestarle anche quella particolare soddisfazione, quale provo nel leggere un' Opera così utile, e dirò necessaria per l' onore della nostra Italia, e per difesa della Chiesa Cattolica contra le false interpretazioni de' nostri avversarj. Troppo mi disfonderei, se intraprendessi di esporre a minuto i sentimenti di quelli, che liberi da ogni pregiudizio di partito si sono fatti un dovere di leggere quanto V. R. ha raccolto, e a propria difesa, e per pubblica istruzione sopra così importante materia. Il fine di quella mia altro non è per ora, se non di congratularmi con V. R. nell' aver vindicata la vera, e cristiana morale dalla divulgata rilassatezza, alla quale dobbiamo certamente attribuire i flagelli, co' quali la divina giustizia ci percuote ne' correnti calamitosi tempi, ne' quali a nostra confusione vediamo prosperare ne' beni temporali i domini, ove regna l' eresia, ed esser esposte alle battiture dell' onnipotente mano dell' Altissimo le regioni, ove si professa la vera fede. Questa certamente trionfa ne' dettami d' una coerente morale dilucidati da V. R. nelle sue Dissertazioni. Ma poichè non basta di avvertire i Cristiani a non attingere le acque impure, che la corrompano, se non le gl' indichino ad uno ad uno i fonti, d' onde quelli derivano, e riflettendosi, che tutti quelli, o la maggior parte siano noti a V. R., mi avanzo a suggerirle ciò, che da molti animati d' un corrispondente zelo per il bene delle anime, si desiderarebbe, cioè: che finalmente si componesse, e fosse pubblicata colle stampe una Biblioteca degli Autori Probabilisti accompagnata da un altro volume degli Autori Antiprobabilisti ec. E con tutto il maggior rispetto mi rassegno.

Roma 5. Gennajo 1743.

*Divotiss. ed obbl. Servitore*
Filippo Card. Monti.

VI.

NOn debbo tralasciare di accusarle il ricapito fattomi della sua cortesissima lettera, tantopiù che io non merito le lodi, colle quali V. P. pubblicamente, e privatamente si è compiaciuta onorare la mia debolissima persona: Ho voluto mettere sotto gli occhi di N. S. la stessa di lei lettera, affinchè la Santità Sua riconoscesse la mia attenzione nell' avanzarle i suoi supremi comandamenti, e la prontezza della P. V. in eseguirli con quella riserva, e confidenza, che merita la delicatezza dell' affare; onde nuovamente la medesima Santità Sua si è degnata di dare al di lei zelo, e alla di lei dottrina i giusti elogi, che le sono dovuti, ed io provo una estrema consolazione nel rendergliene questa nuova conferma. Prenda pure V. P. tutto il tempo, che si richiede per corrispondere adequatamente alla espettazione di N. S., giacchè la materia esige per se stessa maturità di esame, e di discussione. Se poi io valessi qualche cosa a servirla, mi farebbe Ella torto di non prevalerlene, e di non mettere a prova la stima infinita, che fo del suo raro merito, ed insieme la cordialissima parzialità di affetto, con cui costantemente rimango.

Roma 12. Gennajo 1743.

*Affezionatiss. per servirla sempre di tutto cuore*
D. Card. Passionei.

VII.

HO tenuta sospesa un mese l' applicazione a' miei studj, per trattenermi con V. P. M. R., leggendo la *Disciplina della*

*la Povertà*, e *l'Istoria del Probabilismo*, e pascendomi anche nel pranso della *Disciplina circa il Digiuno*, che si legge in tempo della mensa nel refettorio. Non so esprimere, quanto il mio piacere sia stato grande; e non so dire con la penna quelle lodi, che do con la lingua all'insigne Autore, encomiando le di lui Opere, come capi d'opera, degni della pubblica stima, perchè vi si vorrebbe qui altro, che un foglio. Ammiro la forte energia, ch'ella dà alla dottrina, sì nelle prove, come nelle riprove, che sono convincentissime, e non ammettono replica. Ammiro l'apostolica libertà sì bene accoppiata con la religiosa modestia; e tanto più l'ammiro, quanto più rifletto sopra di me, ricordandomi, che tremavo di paura, quando scrivevo contra il Probabilismo, usando tratti non più che generali, per non eccitare un vespajo di contraddittori a rimordermi; e ricordandomi ancora dipoi delle macchine de' probabilisti, che hanno fatto tutto il possibile in Roma, affinchè l'opera non fosse approvata; e tutto il possibile in Bergamo, ed in Brescia, acciocchè non fosse stampata, prevenendo la fantasia de' stampatori col dire, che l'opera sarebbe stata proibita. Prego il Signore, che la conservi, e continui sopra di lei la sua assistenza alla maggiore sua gloria, con renderla sempre più benemerita alla Santa Chiesa. Prendo confidenza di presentarle qui annessa una mia morale Operetta, ora uscita da' torchi del Seminario di Padova, persuadendomi, che avrà la bontà a non diligerirla: mentre ho procurato di unire la Morale della scuola con la Morale del pulpito, a differenza de' Casisti, che hanno *l'est est* per il pulpito; ed il *non non* per la scuola. Mi confervi nella sua buona grazia; ed umiliandole i miei profondi rispetti la supplico di ricordarsi ne' suoi sagrifizj di me, che sono e devo essere.

Bergamo 20. Marzo 1743.

*Divot. obbligat. offequiosiss. Servit.*
F. Gaetano Maria da Bergamo
Pred. Capuc.

## VIII.

PEr la Posta di Venezia ricevei la sua lettera delli 12. del Corrente; e poco dopo mi fu ricapitato il Libro col Quinterpetto delle Propositioni. Io questa mattina ho posto il tutto sotto gli occhi del Nostro Signore, il quale mi ha ordinato di chiamar subito il P. M. Orsi, Segretario dell'Indice, o Monsignor Sagrista, come ho fatto con ogni sollecitudine, e siamo rimasti di concerto, che Monsig. Sagrista esaminerà il Libro, e le strane e temerarie Proposizioni che contiene, e poi lo riferirà in Congregazione per esser proibito. In tanto V. P. col suo solito zelo potrà dar mano alla confutazione, e con suo comodo, quando l'avrà terminata, potrà trasmettermela, che io sopra la medesima tentirò gli Oracoli di Nostro Signore, quali senza fallo faranno che venga riveduta e approvata dai più accreditati Teologi che siano in questa Città, il che deduco a notizia di V. P. colla solita legge della più stretta confidenza. Prego il Signore, che le dia e vita, e forza, e lumi per poter sempre più esercitare il suo zelo in servigio di Dio e della Santa Chiesa; ed assicurandola che dal mio mi troverà sempre pronto e disposto a contribuire alle sue virtuose applicazioni, col sentimento della stima più particolare le auguro dal Signore ogni vero bene.

Roma 20. Luglio 1743.

*Affezionatissimo per servirla di tutto cuore*
D. Card. Passionei.

## IX.

VEniam precarer, observandissime in Christo Pater, si facie tibi omnino ignotus, etsi mea erga te observantia nolit secundus, studiis, caritque tuis importunus obvenio, nisi satis me excusatum haberem ingenue profitendo: currere me in odorem unguentorum tuorum, quorum fragrantia mirum in modum allectus sum, ex quo libros tuos præ manibus versare cepi. Christi caritas etiam, qua ipsos adversarios tuos, rabidis in te morsibus haud parcientes, suaviter excipis, & eximia, quæ tuis in libris modestia refulget, *ipsa mihi fiduciam ad te scribendi, pudore deposito, præstitit, teque per litteras tuas visceribus meis intimovit, quas & de scholasticis facultatibus affluentes, & de cœlestibus sacris epulis, ut animæ meæ medicas, & altrices in quinque libris interim tento, quas pro universa Ecclesiæ utilitate, Deo per te donante, suscepimus. Has nunc libros lectioni habeo, in his*



*in his me oblecto, de his cibum capio, non illum qui perit, sed qui operatur vitæ æternæ substantiam.* Verba *Paulini* (1) *ad Augustinum* ad meum propositum aptissima utiurpavi. Et sane diu, noctuque versans Opera a te elaborata tanta suavitate perfundor, tanta erga te obsequiosa fimus, fervidaque dilectione exardesco, ut æmulator factus eorum, qui tuo magisterio fruentes ad familiaria tua scientifica admittuntur colloquia, mihi temperare minime potuerim, quo minus hanc saltem pagellam, ad aquas e fonte hauriendas, quali vasculum mittrem, cum anhelantia ad ipsum fontem labia non liceat admovere. Plura subtexerem, si meo vellem animo, mire erga P. Tuam affecto, indulgere. Scio labores & studia tua, novi, & gratias ago Deo meo, quia dives factus es in omni verbo, & in omni scientia, ubique maximopere gratulor. Macte animo, Vir apostolici pectoris, clama, clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia Probabilitarum laxitates, & tot Casuitarum errores, ad populi christiani illuminationem, & Moralis Theologiæ reparationem; & Deus pacis conterat Satanam Christianæ Ecclesiæ corruptorem sub pedibus tuis. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas salubres divide. O utinam mihi liceret ad hunc fontem labia admovere! sed si mihi non obtigit, daretur saltem fratri meo germano F. Petro Antonio *Loli* Ord. inclyti Prædicatorum; juveni cæteroquin bonæ indolis, quem utinam tuæ societati, tuoque magisterio Dominus tradidisset! Sed me tandem cohibeam oportet. Servet te Deus incolumem, obs. Pater, ad Ecclesiæ utilitatem, ad tuæ Religionis decorem, ad populorum salutem, ad incrementum coronæ justitiæ, quam reddet tibi Dominus in illa die justus Judex, utinam simul & mihi servo inutili, ac indigno, qui se subscribit.

Brixiæ in Conventu nostro SS. Petri & Marcellini. Idibus Novembris 1743.

*Humillimus, ac obsequiosiss. Servus*
F. Gaudentius a Brixia Capuccinus.

## X.

RIcevei nell'ordinario scorso il foglio di vostra Paternità, unito al quale trovai tre esemplari della sua opportuna e adeguata risposta alle scandalose spiegazioni dei consapuli casi riservati; e le ripeterò ciò che ho già detto al nostro degnissimo P. Maestro *Orsi*, che se per mezzo della stampa non si rendessero note le storture di un cervello probabilista, io appena le avrei credute. Ne presentai un esemplare in di lei nome alla Santità di Nostro Signore, il qual mi disse, che aveva dati gli ordini convenienti, affinchè le accennate spiegazioni si esaminassero. Le aggiungo poi con quella confidenza, con la quale le scrivo, che secondo il mio solito essendo stato in queste vacanze del carnovale ritirato nel mio Romitorio de' Camaldoli di Frascati, al mio ritorno mi fu detto, che Nostro S. nel fare la solita allocuzione prima del giorno delle Ceneri a tutti i Predicatori elaggerò la libertà dell'opinare, e citò la spiegazione del Caso VIII., dove si tratta delle Monache. Sono cose in vero degne di lagrime, quasi che non bastasse la rilasciatezza del secolo, che alla medesima si aggiunga anche quella delle opinioni de' moderni Teologi probabilista. La P. V. non può meglio impiegare il suo talento che in confutare simili errori, i quali avvelenano tutta la morale cristiana; ed io prego di cuore il Signore, che le conceda tutti i santi lumi e tutto il vigor di salute per proseguire le sue gloriose fatiche. Roma 7. Marzo 1744.

*Affezionatissimo per servirla di tutto cuore*
D. Card. Passionei.

## XI.

POichè mi è riuscito di poter avere una copia dell'infamissima satira divulgata in questo paese, mi prendo la libertà di trasmettergliela inchiusa nel presente foglio, tenendo per costante che farà a grado di V. P. il poter ravvisare in essa l'empietà, e l'orgoglio de' suoi maligni contraditori. Perchè dunque V. P. possa meglio capire quanto si dice dallo scellerato satirista, le ristringerò in breve la storia di tutta la controversia. Sappia pertanto che sino dall'Agosto dell'anno scorso fu tenuta nel Seminario Vescovile di questa Città una disputa morale dal Lettore P. *Pozzetti* Servita; e tra gli altri che vi argomantarono fu il R. P. Romoaldo *Archibusseri* Camaldolese che propose al difendente il quesito: se due once di cioccolata bevuta frangessero il digiuno; cui rispose ch'era pro-



(1) *S. Paulin. Ep.* 25. *alias* 31.

babile; ed il Curato replicò esser più che probabile frangesse il digiuno una bevanda così sostanziosa, soggiugnendo per ischerzo e per far ridere un pò la brigata: che? forse siete voi dell' opinione de' Gesuiti che stimano se ne possa bere anche un bigoncio? I Gesuiti tra perchè non furono invitati dal Lettor *Pozzetti* alla disputa, e tra per lo ischerzo della proposizione del Curato forte adirati ne fecero altissimi lamenti; e indi a pochi dì il P. D. Diego *Redi* Gesuita di Arezzo, e dimorante in questo Collegio diede fuori una sciocchissima Canzonetta in stile Anacreontico-Bernesco, in cui pretendeva mostrare che non i soli Gesuiti difendono l' uso della cioccolata ne' giorni di digiuno; sul falso supposto che i soli Gesuiti proteggono una siffatta sentenza: e quindi passò a fare una generale intempestiva apologia di tutte le tacce che si danno da moltissimi alla Compagnia, biasimando le *Lettere Provinciali*, e poi citando Amadeo *Guimenio*, col dire che i maggiori nemici della Compagnia sono i Gransenilli ec. Alquanto dappoi comparve un insolentissimo Capitolo Bernesco sull' istesso argomento, e pieno d' ingiurie, e di minacce contro il detto Curato: e questo fu composto dal P. *Scarpazio* Gesuita di Leonessa, e parimente di stanza in questo Collegio. A questo rispose il P. Curato con un altro Capitolo fornito di prolisse annotazioni, in cui mostrò ad evidenza i saldi fondamenti della sentenza, ed accennò lo stato infelice del ruinoso loro Probabilismo ferito sì spesso con tante Pontificie condanne: e singolarmente recò i due Brevi del regnante Pontefice sopra il Digiuno, e la Bolla sopra i Riti della China, ed altre siffatte cose, per cui smaniando quasi furibondi i Gesuitti hanno vomitato la presente scelleratissima satira; di cui è indubitato autore il sopramentovato P. *Scarpazio* figlio di un tale *Scarpone* vaccaro, o sia cacciatore delle montagne di Leonessa. Condoni V. P. l' incomodo che le reco, gradisca l' affetto di chi pieno di stima e di ossequio per la degnissima sua persona, col pregarla a tacere donde le sia provenuta, si dice.

Perugia li 8. Aprile 1744.

*Divotiss. ed obbligatiss. Servitore*
Giacinto Grazj Bibliotecario della Città.

## XII.

DAl Decreto emanato da questa sacra universale Inquisizione contro il libro intitolato: *Dissertatio in Casus reservatos &c.* del P. *Benzi*, alla qual giusta proibizione hanno contribuito l' Epistole pubblicate da V. P., mi si presenta l' occasione di darle nuove testimonianze della mia particolare stima, colla quale concorro negli applausi, che da' zelanti della buona Morale vengono dati alle di lei continuate e proficuevoli fatiche.

Nella mia Biblioteca io pur posso dire: *Sunt bona, sunt mala quædam, sunt quædam mediocria*. Perciò prego V. P. di procurarmi la predetta condannata Dissertazione per unirla alle Epistole, che la combattono. Di quest' occasione mi valgo per congiuntamente richiederla de' suoi favori di provedermi in Venezia i libri descritti nell' ingiunta nota, facendo tutt' insieme la balletta diretta a me da qualche suo amico, spedita per mare in Pesaro, o in Ancona ad un corrispondente, che abbia la cura d' incamminarla a Roma, con darmene l' avviso per mia regola. Si compiacerà in appresso avvisarmi dell' importo di tutta la spesa, ed in cui mani dovrò farne il rimborso. V. P. rappresenta in oggi nel Teatro della Morale Ismaele, *cujus manus contra omnes, & omnes contra eum*, e certamente soprabbondano le sue occupazioni. Spero di avere il vantaggio fra qualche mese di rivederla in Roma ec.

Roma 25. Aprile 1744.

*Affezionatiss. per servirla*
F. Card. Motti.

## XIII.

### BENEDICTUS PP. XIV. (1)

*Dilecte Fili salutem & Apostolicam Benedictionem.*

ACcusiamo una sua lettera dei 27. del passato, nella quale con esempio raro di umiltà, e d' obbedienza si rassegna alle nostre determinazioni circa il contenuto prescrittole nel consaputo affare risguardante il libro intitolato *Ritrattazione*. Noi ringraziamo con tutto il cuore il grande Iddio che riconosciamo per autore di tutti quei belli sentimenti, de' quali è ripiena la di lei lettera. Non manchi ancor essa di ringraziarlo, giacchè si è degnato d' unire in lei virtù intellettuali, e morali. Lo preghi anche per Noi che ne abbiamo gran bisogno, ed abbracciandola con paterno affetto le diamo l' Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 4. Julii 1744. Pontificatus nostri anno quarto.

Extra
*Dilecto filio Danieli* Concinæ
*O. P. Magistro* (*Venetias*)

(1) *Hujus Epistolæ, & aliarum ejusdem Pontificis, ac* Caroli Emanuelis *Regis Sardiniæ Autographa servat Jacobus* Concina *Danielis germanus frater.*



## XIV.

BEnchè sia lungo tempo, che io non abbia auta la consolazione di ricevere le lettere di V. P., spero nientedimeno, che il nostro degno P. Maestro *Orsi* non avrà lasciato d' informarla di tutto ciò, ch' è andato succedendo sopra la materia della povertà religiosa, avendo io, conforme mi correva l' obbligo, pubblicamente difeso quanto ella ha scritto su questo proposito. Sarebbe però desiderabile, che molti, i quali ne han parlato, ene parlano, avessero avuto dinanzi agli occhi ciocchè ne hanno scritto i SS. Padri, che sono i veri maestri di queste dottrine; intorno a che mi cade molto in acconcio di ricordare alla P. V., di aver io più volte inteso dalla bocca del Ven. Card. *Tommasi*, che il Card. d' *Aguirre*, tutt' uomo grande, che era, si lamentava altamente di aver consumata una gran parte dell' età sua in un metodo di studj, in cui non aveva fatti quei progressi, che sperava; onde soleva dir spesso, che se avesse potuto ritornare negli anni della sua gioventù, avrebbe tenuta un' altra strada di studiare, e questa testimonianza, che piaceva tanto al gran servo di Dio, fu da lui pubblicamente stampata, nel dedicare che fece al medesimo Card. d' *Aguirre* la spiegazione del suo Salterio. In fatti chi non ha bevuto ai veri fonti delle dottrine teologiche, s' inviluppa il più delle volte in ragionamenti chimerici, e gli pajono cose strane quelle, che per altro hanno i lor fondamenti nell' antica disciplina della Chiesa, il che sia detto sempre colla nostra più stretta confidenza. Nostro Signore anche in mezzo a tutte le gravissime angustie, che prova per le presenti pubbliche calamità, tiene indefessamente rivolto il pensiero a mantenere le regole della buona morale, e ultimamente ce ne ha dato un ampio, e incontrastabile documento nella risposta, che ha fatta all' Arcivescovo di Compostella, il quale aveva avanzati molti dubbj sopra la interpretazione de' noti Brevi intorno al Digiuno; ma conforme le leggi, rinnovate negl' istessi Brevi, non avevano bisogno, che li mettesse mano a farne degli altri, ha creduto la Santità Sua, e con sommo discernimento, di rispondere ai quesiti del medesimo Prelato in forma di lettera apostolica, di cui con piacere trasmetto alla P. V. qui annessa confidentemente una copia, perchè sono persuasissimo, che le riuscirà d' infinita consolazione; anzi mi è caduto in pensiero, che conforme V. P. nell' opera del Digiuno ha messa in chiaro tutta questa materia contro le moderne sofistiche interpretazioni, così sarebbe una cosa molto degna di se, se si prendesse la pena a profitto di ognuno d' illustrare coll' ottimo apparato delle sue dottrine quanto ha brevemente risoluto la Santità Sua, per non dar ansa, che i Fedeli rinnovino *interminatas quæstiones*, tanto abborrite dall' Apostolo. Io posso in fine asficurarla del giusto, e vantaggioso concetto, che la P. V. gode presso N. S. il quale conosce, e distingue i soggetti pari suoi; e quello ricontro, che ora io le dò, dovrà sempre più persuaderla, che il di lei merito è tenuto in Roma in quella stima, e riputazione, che conviene; e col sentimento intanto di questa sincera verità, mi confermo.

Roma 25. Luglio 1744.

*Affezionatiss. per servirla di tutto cuore*
D. Card. Passionei.

## XV.

SE io immediatamente non significai a V. P. la ricevuta del suo dottissimo Commentario sopra la Lettera di N. S. scritta al Vescovo di Compostella, ne attribuisca il ritardo alle mie indisposizioni renali, poichè ne giorni scorsi ne fui attaccato, come spesso succede, violentemente: non è però che immediatamente io non lo facessi passare alle mani della Santità Sua, la quale mi scrisse le due annesse righe, che io colla legge della più stretta confidenza le mando originalmente. Il libro stà ora in mano del

degnissimo Sig. Card. *Tamburini*, e quando egli con suo comodo lo avrà letto, si concerterà, terminate queste vacanze, il modo di darlo alla luce, essendo troppo necessario, che ognun vegga giustificato, e difeso quanto N. S. ha operato per conservare più che si può intatta la vera disciplina della Chiesa, di cui la P. V. è con tanta sua lode, e con profitto di chi legge le tue dottissime opere, ottimo defensore. Io nuovamente me ne rallegro seco lei, e con tutti quelli, che amano la Chiesa. In questi giorni, che si chiude questa Segretaria, io mi ritiro nel S. Eremo d'Camaldoli presso Frascati, dove mi tratterrò fino alla festa di tutti i Santi, e ove spero un giorno di poter condurre la P. V., quando sarà in Roma. Mi continui la sua stimatissima amicizia ec.

Roma 3. Ottobre 1744.

*Affezionatiss. per servirla sempre di cuore*
D. Card. Passionei.

## XVI.

*V. C. P. Danieli Concinæ S. P. D.*
*D. Joannes M. Camaldulensis.*

ETsi, Daniel V. C., tanti te faciam semperque fecerim, tum maxime cum lucubrationes theologicas tuas avidb & attento animo perlegerim, tamen, ne ad te literas darem, vetuit sane ingenui pudoris, & modestiæ vinculum. Verum cum a P. Jacobo *Ridolfi* Oratorii Presbytero mihi cum primis amicissimo, quam typis vulgasti, Historiam de *Probabilismo* acceperim, eamque vorarim potius quam legerim, me ultra cohibere non potui, quin de mea erga te observantia certiorem facerem, tibique ipsi gratularer. Egregium, C. V., Opus edidisti, & quo tum meo, tum eruditorum judicio nil solidius, nil verius, nil labore hoc tuo acutius, clarius, fructuosius, vel præstantius: adeo enim veris juxta ac validis argumentis sanioris sententiæ veritatem tradis, illustras, & ob oculos ponis, ut nihil supra. Accedit, quod cuique ingenio hujusmodi difficultates ita attemperas, ut intelligi vel ab iis queant, qui Probabilisticas disputationes a limine salutarunt. Non eo dico, perinde quasi nova protuleris, cum nihil sub sole novum sit; præsertim ævo nostro. Perspicuitatem in obscuris laudo, in arduis admiror acumen, eximiam in docendo agnosco doctrinam, singularem in moribus instituendis pietatem veneror, quibus tamquam justis armis pugnam aggressus, cum ab artificiis dialecticis, ac futilibus Probabilistarum distinctionibus veritatem optime vindicas; divinarum litterarum authoritate, Patrum testimonio, omniumque pene Theologorum consensu, Probabilissimum purum putumque esse commentum, postremis his temporibus, reclamante licet Evangelio, totaque antiquitate, ac ipsomet rationis lumine adversantibus, a quibusdam non infimæ ceteroquin notæ theologis, vanis cultum principiis, verborum præstigiis adornatum, & ineptissimis suffultum distinctiunculis aperte ostendis, præstantissime evincis, immo luce clarius meridiana demonstras. Hæc sunt, sapientissime Vir, quæ summis effero laudibus, hæc quæ nemo non maxime probat. Prioribus dissertationibus salivam tantum, ut ajunt, eruditis moveras; expleti modo desiderium uberiore hac mensa, ut a fastidiosis ipsis, & morosis queri nil possit ultra. Quod ad me attinet, ea animi voluptate librum legi, ut interdum dixerim: quam vellem ad eum latinitati donandum mihi res esset integra! melioribus fane auspiciis quam *Wendrockius* in *Paschalis* Epistolis adlaboraverit. Certe si Historiam tuam, doctissime Daniel, Gallia, si Belgium, si evolverent catholicorum Provinciæ ceteræ, non dubito quin sapientissimi illi, & emunctæ naris Viri invictissimis te momentis rem tractasse, & acu tetigisse arbitrarentur, ac in spem adducerentur maximam, virtutis ergo indulturique tuæ aliquando vel ex Italia ablegandum Probabilissimum ac pestilentio severiorem theologiam, castigatiorem opinandi modum, Concilia, Patres esse revocandos, quod ut contingat D. O. M. etiam atque etiam rogo. Facessat igitur si quis Marculus, præsertim lacon ille qui te vatiniano prope odio prosequitur, & quem satis tetlive litteratum vocas. Ineptire desinat libellis, quos scripturivit bellus & bonus homo, ut te indoctum ac sycophantam (si superis placet) ostenderet. Dilcat rem turpem, & ea re miseram esse, acerbissime infectari immerentem, & de te neutiquam male meritum. Sed hæc hactenus, ne plus æquo aspergere Plautino pipere epistolam videar. Vale, Clarissime Virorum, & tibi persuadeas velim, nihil me majore studio a te petere, nihil te probis ac doctis viris gratius facere posse, quam si vires omnes, si præstantissimum ingenium ad



ad eliminandam ab Ecclesia exitialem Probabilitatis doctrinam semper impenderis: quod ut facias vehementer pero. Doctissimis, & humanissimis Patribus de *Rubeis*, & *Micheletti*, quos unice diligo, rogo ut salutem plurimam dicas.

Venetiis VIII. Kalendas Octobris 1744.

## XVII.

RIspondo alla compitissima lettera di V. P. degli 22. del passato, e mi lusingo, che a quest'ora il P. Maestro *Orsi* l'avrà informata di quanto è succeduto nell'ultima Congregazione intorno al libro della *Vita Claustrale*, la cui piena relazione fu rimessa al Sig. Cardinale *Besozzi*, e il sentimento fu di far insinuare all'autore, che correggesse il mal detto. Io non intervenni alla detta Congregazione, perchè si scordarono d'invitarmi per un biglietto particolare come si era concertato, e me ne dispiacque, perchè avevo già preparato il mio voto, il quale appunto conteneva tutte le ragioni, che la P. V. mi adduce nella sua medesima lettera, nè si può discorrere altrimenti da chiunque vol esaminare la materia ne' suoi veri principj. Io però per risarcire il mio mancamento involontario, cagionato da altri, ho accennato distintamente a N. S. tutti i fondamenti del mio voto. Se la decisione di questa causa fosse totalmente spettata a me, io avrei proibito il libro, come scandaloso, e ripieno di propolizioni, che possono produrre pessime conseguenze: che è quanto colla nostra solita confidenza debbo accennarle con quella mia, e rinnovandole costantemente gli attestati più sinceri della mia parzialissima stima, mi confermo.

Roma 5. Dicemb. 1744.

*Affezionatiss. per servirla di tutto cuore*
D. Card. Passionei.

## XVIII.

RImane sempre più sorpreso Egidio Maria *Giulj* dalle gentilissime maniere, con le quali il riveritissimo Padre *Concina* obbliga quella costante servitù, che il medesimo gli ha dedicato, onde si desidera tutte le congiunture da dimostrargliene la corrispondenza, e la gratitudine dell'animo suo, che gli attesta essere sincerissimo. Il libretto gli sarà riportato dallo stesso che scrive, il quale già pensavi di essere a riverirla.

Deve intanto significarle che Monsignor *Tria*, ed il P. Predicatore Apostolico tacciarono publicamente di eretica quella Conclusione, in cui si asserisce avere li beneficiati il dominio delle rendite superflue, le quali però non per il solo precetto della carità, ma di più per speciale precetto della Chiesa sono obbligati a spendere in ajuto de' poveri, o d'altre opere pie. Non pretende chi scrive essere questa vera, ma sa bene il P. *Concina* essere asserzione tenuta da *Fagnano*, il quale dice essere approvata dalla consuetudine di tutta la Chiesa. Anzi chi scrive l'ha ristretta, poichè *Fagnano*, ed altri non ammettono altro precetto di erogare il predetto superfluo in opere pie, che quello della carità, il quale come ogni uno vede non obbliga sempre, ed è lo stesso anche ne' laici. Il *Giulj* gli ha voluto fare un cenno di questo fatto, acciò la bontà, e gentilezza del P. *Concina*, con il credito, ed autorità, che giustamente tiene, prenda la protezione di una causa, che è giusta, e faccia ammutolire chi procura di screditare un di lei servo, il quale non dà fastidio ad alcuno. Più a lungo gli parlerà presto quando sarà a riverirla, ed allora ancora gli darà qualche altra notizia intorno all'affare delle usure. Gli continui la sua amicitia, e padronanza, di cui molto si pregia, e con vero ossequio se gli conserva servitore divotiss. ed obblig.

Roma. Collegio Germanico 23. Settembre 1745.

## XIX.

NON può credere il riveritissimo Padre *Concina* quanto al medesimo rimanga obbligato Egidio *Giulj* per l'impegno, e premura che si è preso in favorirlo con tanta cordialità, e gentilezza. Egli si delidera le occasioni da corrisponderle per potersi mostrare con gli fatti la sua gratitudine. Intanto rimane persuasissimo che gli sia stato riferito alterato il discorso fatto dal Reverendiss. Padre Predicatore Apostolico, per cui chi scrive ha sempre avuto un infinito rispetto, nè altro delidera che il medesimo non si prenda alcuno incomodo, poichè non mancherà occasione a chi scrive da poterlo riverire.

Le dice poi ingenuamente avere egli gradito

dito al sommo le grazie P. *Concina*, per averlo con le sue buone maniere liberato da quelle gare, e litigi, dalli quali esso *Gulj* è stato sempre lontanissimo, e per istarne lontano ha procurato di avere sempre per tutti stima, e rispetto. La Conclusione, che egli ha ora esposta, è stata due altre volte stampata con gli stessi termini, e difesa in questo Collegio, e se allora avesse inteso che alcuno se ne fosse offeso, credo che l'avrebbe o lasciata, o mutata appunto per desiderio di pace. Se si trovasse il modo di salvare altrimenti le dispense, che danno gli Papi, credo che senza fallo al *Gulj* piacerebbe la sentenza opposta.

In questa congiuntura gli rimanda il libretto di cui gli parlerà con detestazione. Se domani egli avrà tempo, dopo di essere stato del Papa, farà a riverirla, e con rassegnarle il suo vero rispetto se le conferma servitore umilissimo, ed obbligatissimo.

Roma. Collegio Germanico 20. Settemb. 1745.

## X X.

NOn potrà V. P. riveritissima facilmente immaginarsi la incredibile consolazione, che mi ha arrecato il di lei gentilissimo foglio, per rimanere con il medesimo assicurato del di lei felice arrivo a Venezia, senza avere costà incontrato quelle gravi disavventure, che qui si minacciavano, e tuttavia spargevansi da' malevoli. Desidero, e spero sentire nuove sempre più favorevoli della sua degnissima, e da me stimatissima persona, il di cui vero zelo non potrà giammai oscurarsi dalle calunnie, e maldicenze.

Io sto al mio solito, anzi un poco meglio del consueto, tutto che, come ella ben sa, non mi manchi mai occupazione. Si vanno perdendo alla giornata li buoni amici, de' quali chi si allontana da Roma, come V. P. riveritissima e Monsig. *Recco*, e chi se ne va all'altro Mondo, come il nostro ottimo Monsig. *Giorgi*. Il Sig. Cardinale *Cavalchini* ha gradito infinitamente gli saluti da me recatigli di V. P. R. e mi ha imposto di ringraziarla, e distintamente riverirla a suo nome. Lo stesso fa il nostro P. Rettore ed il P. *Silvestri*. Non ho ancora veduto il P. *Azzevedo*, ed il P. *Lazzeri*, alli quali però non mancherò di partecipare altresì le di lei grazie. Ella mi fa giustizia con credermi suo buon servitore, ed amico, e tale sempre mi esperimenterà in tutte le congiunture. Mi raccomandi al Signore nelle sue sante orazioni, mi comandi in tutto ciò, che possa di qua occorrerle, e mi tenga per quello, che mi glorio essere.

Roma 5. Luglio 1747.

*Divotiss. ed obbligatiss. Servitore*
Egidio M. Giulj della Comp. di Gesù.

## XXI.

RItornato dalla villeggiatura di Frascati, da cui ho ricavato quel profitto, di cui è capace la mia debole complessione, non manco di riverire il mio degnissimo P. *Concina*, e di pregarlo a darmi qualche nuova di se, e della sua salute, la quale gli desidero perfettissima, acciò seguiti ad impiegarla ne' suoi utilissimi studj. Sento che ora si occupi in iscrivere sopra il jus pubblico, tanto decantato da' Luterani, e Calvinisti, per gettare a terra tutte le leggi e canoniche, e civili. Non dubito che la di lei Opera sarà molto opportuna, per illuminare gli nostri Cattolici, ed eruditi anche di Roma, li quali si lasciano guidare ciecamente al precipizio da certi principj, che si decantano per infallibili dagli autori del Jus pubblico, quando in verità sono da loro inventati a capriccio. La conforto per tanto a proseguire il lavoro, che farà di servigio di Dio, e di utile alla Chiesa, ma non perda di mira la sua Morale, da cui può sperarsi frutto non minore. Se di qua vaglio a servirla, sa bene V. P. R. di avere in me un buon amico, e servitore, che si pregierà obbedirla in ogni congiuntura. Mi conservi ella altresì la sua buona amicizia, che mi è molto cara, e mi creda sempre.

Roma 11. Novembre 1747.

*Divotiss. ed obbl. Servitore*
Egidio Maria Giulj.

## XXII.

PRima d'incominciare di grazia non isbagliamo ne' titoli. Io non sono Consultore de' Riti, ma sì bene Esaminatore de' Vescovi, onde il mio Reverendissimato è più



più splendido di quello che ella si figuri. Stia dunque attento a non più sbagliare, altrimenti verremo alle brutte.

Lasciamo gli scherzi. Ella mi fa giustizia con credermi suo vero, e sincero amico, e tale sempre mi mostrerò in tutte le occasioni, perchè conosco il suo merito, ed il suo bel cuore; ed in fatti avendo una sola volta veduto quelli due Religiosi, che ella mi accenna, senza che essi mi parlassero di lei, volli io prevenirli, con dire loro, che io era molto amico del P. *Concina*, e che era certo, che egli non iscriveva per livore contro veruno, ma per buon zelo, e per amore della verità; che io non entrava a decidere, se avesse ragione, o nò; ma che doveva fargli giustizia, contro chi lo spacciava per un mal'uomo ec. I medesimi si accordarono meco, e finì subito il discorso. Perciò ho piacere che V. P. R. premetta alla sua Morale la prefazione che mi significa, poichè in tal guisa renderà sempre più palese il suo animo.

E' uscito il Decreto sopra le Opere di Suor Maria d'*Agreda*, il quale in somma contiene, che — *ex hactenus deductis non constat, prout oportet, Opus esse conscriptum a Ven. Serva Dei* — e che perciò — *procedatur ad ulteriora* — ma se — *in Causæ decursu constiterit Opus esse Servæ Dei* — allora si rivegga. Sicchè le cose rimangono come prima, e si è preso, a mio parere, un mezzo termine per non proferirne ora il giudizio.

Il Sig. Abbate *Mantegazzi* mi è molto caro, e lo conosco ancora io per uomo dotto, e di buona legge, e se potrò servirlo, lo farò volentierissimo, anche a contemplazione della buona amicizia, che ha con il mio riverito P. *Concina*.

Intorno a me, in questo inverno sono stato bene, per quanto permette la mia complessione, e sono circa quindici giorni, che per grazia di Dio vivo in pace, senza occupazione. Voglia Iddio, che duri così. Aspetterò la lettera, che ella mi fa sperare, e darò questa notizia al nostro Monsig. *Emaldi*, subito, che lo vedrò. Mi conservi il suo affetto, mi comandi, e si ricordi di me ne' suoi sagrificj, ed orazioni, sicuro che sono senza affettazione.

Roma 10. Febbrajo 1748.

*Divot. ed obbl. Serv.*
Egidio Maria Giulj della Comp. di Gesù.

(1) *Qui inscribitur* Usura Contractus Trini &c.

## XXIII.

## BENEDICTUS PP. XIV.

*Dilecte Fili salutem & Apostolicam Benedictionem.*

RIceviamo una sua de' 23. del passato unitamente col suo nuovo libro (1), che ha dato alle stampe. L'abbiamo letto dalla pag. 127. e segg. e dalla pag. 180. e segg.; ed in questi luoghi abbiamo avuti i riscontri della sua bontà verso di noi. Leggeremo il rimanente subito che potremo; ed in tanto la ringraziamo del nobile regalo. *Uno avulso non deficit alter*. Alludiamo al primo tomo della sua Teologia che incomincia a stamparsi. Il nostro buon P. *Concina* è instancabile. Iddio lo conservi, e noi abbracciandolo gli diamo l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 2. Martii 1748. Pontificatus nostri anno octavo.

Extra
Dilecto filio P. Danieli *Concinæ*
Ord. Præd. Magistro (Venetias).

## XXIV.

RIcevo il suo, a me sempre carissimo, foglio in data dei 9. del Corrente, ed ho tardato un Ordinario a rispondere, perchè ho voluto prima ricevere dal e mani del degnissimo nostro P. Maestro Orsi le memorie Istoriche sopra l'uso del Cioccolato in tempo del digiuno, e non mi son contentato solamente di leggerlo io con sommo mio piacere, ma l'ho fatto leggere anche ad altre persone. In tutto mi pare pieno di discretezza e di prudenza, applicando le dottrine non meno al tempo, che all'esigenze delle Persone. Io aspetto con ansietà l'altra Opera dell'indifferentismo, che è uno dei Capi delle rilasciatezze in materia di Morale, come lo è il Probabilismo.

Ho veduto l'ottimo uso, che V. P. ha fatto del Breve della Beatificazione del P. Emiliani, Fondatore dei Somaschi; per dirla a Lei in tutta confidenza, trattandosi di un Santo di prima nobiltà, e in oltre Patrizio Veneto, quelli due oggetti mi vennero in mente nello rendere il Breve di dir qual-

qualche cosa sopra la Penitenza cristiana, conforme per altro in tutto ai sentimenti del Concilio di Trento, e mi ha piaciuto di riconoscere, che dall' Addiettivo *Indulgentissimo* Ella ne abbia cavato il Sostantivo dell Indulgentissimo. Sono di opinione, che le lodi avranno piaciuto a Bertaulino, il quale per anche non mi ha detto nulla, nè io sono entrato a parlarne, affinchè non credesse, che vi fosse concerto tra di noi; ma lo farò in buona apertura. Sono certamente deplorabili le difficoltà, che s'incontrano, per dire, e pubblicare la verità: questo non è vizio nuovo in questo Mondo, perchè Cristo stesso l'ha provato nel pubblicare il suo Vangelo.

Ogni qualvolta ella abbia occasione di essere a rendere i suoi doveri a cotesto Serenissimo Principe, tanto mio amico, e Padrone, io la supplico, anzi per quanto posso le comando di tenergli sempre viva la memoria e della mia antica amicizia, e della cordialissima servitù, che gli professo, assicurandolo che non vi è Personaggio alcuno che mi stia così altamente impresso nell'animo, quanto la di lui veneratissima persona.

Quando la P. V. vedrà l'Abate Fontanini, potrà dirgli, che volendo abbondare secondo il mio solito in bontà, l'ho raccomandato, conforme egli ha desiderato, efficacemente al suo Patriarca, vale a dire all' Emin. Sig. Cardinale Delfini. Per non replicare quanto ho detto sopra Fontanini, la prego di riassumere, e rileggere la mia ultima lunghissima lettera che le scrissi, nella quale l' esposi quanto mi occorreva.

Con un mio amico letterato Tedesco, che è il celebre Signor Glafey, chiaro per le sue opere, e ch'è Archivista del Rè di Polonia, mi sono impegnato di procurargli un esemplare dell' Opera latina del P. Rolli sopra la Chiesa d' Aquileja; Giunta dunque che le sarà questa mia, la prego di procurarmene un Esemplare, e di consegnarlo ad un certo Sig. Abate Sartori, che sta presso l' Albrizzi Libraro, il quale viene da me pregato in questo ordinario, affinchè voglia, ricevuto che egli lo avrà dalle di lei mani, trasmetterlo per qualche occasione a Monsignor Nunzio Archinto a Dresda. Intendo che la P. V. compri il libro col mio danaro, perchè io immediatamente lo rifonderò qui al P. Maestro Orsi.

Venerdì vado a chiudermi in S. Bernardo per fare i miei soliti Esercizi spirituali: Ella preghi il Signore per me. In materia di Calcoli si va tirando avanti; ma non bisognerebbe far la vita che fo, per godere di una salute perfetta. Iddio sa quello che fa, onde bisogna rassegnarsi al suo Divino volere. Mi conservi Ella frattanto il suo affetto, e sia sicurissima di tutta la pienezza maggiore del mio, col quale per fine mi confermo.

Roma 20. Marzo 1748.

*Affezionatiss. per servirla di cuore*
D. Cardinale Passionei.

## XXV.

MI conviene incomodare V. P. per un Libretto di fogli volanti, veduto da me citato, e di cui io credo, ch' Ella sia l' autore. Il titolo di quelli pochi fogli è il seguente. Risposta al quesito, se chi per giusta causa è dispensato dall' astinenza delle carni, s'intenda dispensato dal digiuno. Si dice che questi fogli, o sia libretto, furono stampati in Massa, in Parma, ed in Milano l' anno 1738. nella Regia Ducal Corte per Giuseppe Richino Malatesta Stampatore Regio Camerale. Se la P. V. me lo potesse procurare, raccogliendo io per le mie Miscellanee tutto ciò che è uscito in questa materia, mi farebbe un favore particolare. Una delle mie curiosità sarebbe di verificare il luogo, dove Alvaro Pelagio, che viene citato (nel suo Libro *de Planctu Ecclesiæ*) dice, che le disperse strappate con suppoli non servono ad altro, che a fare, che quei che le ottengono, *curialiter vadant in Infernum*. Ella sapra meglio di me, che questo Libro *de Planctu Ecclesiæ* è rarissimo, benchè io l'abbia di tutte le Edizioni, che sono tre: La prima è di Ulma, la seconda di Lione, e la terza di Venezia; ma tutte sono in carattere Gotico; e questo m' immagino che abbia impedito che gli Autori abbiano fatto poco uso d' un Libro così importante, e fatto da un Frate, ch' era sommo Penitenziere di Giovanni Vigesimo secondo in Avignone. Il Venerabile Cardinal Tommasi, mi ricordo, che ne faceva un grandissimo caso; e questa è ancora la ragione che mi spinge a voler verificare il passo *curialiter*. In questa materie io non posso ricorrere a persona che sia certamente più pratica di Lei, onde le ne richieggo tutti i lumi possibili.

Dopo il Pontificale, che tocca a me quest' anno per la Domenica delle Palme, vale a dir dommattina, io partirò secondo il solito per il mio Romitorio de' Camaldoli, dove resterò fino alla Domenica *in Albis*, e in questo tempo capitando quà la di lei risposta, lascio ordine al mio Segretario Speranza di prenderne conto, e di mandarmela. Ella in tanto mi continui il suo affetto, ben sicura di tutta la maggior pienezza, e distinzione del mio, e col sentimento di questa verità mi confermo.

Roma 6. Aprile 1748.

*Affezionatiss. per servirla di cuore*
D. Cardinal Passionei.

## XXVI.

E' Un secolo che non veggo i caratteri del sempre riverito mio P. *Concina*. Ricevo nondimeno spesso i suoi saluti da Monsig. *Emaldi*, e dal Sig. Abb. *Mantegazzi*, ed ultimamente ebbi distinte notizie di lei dal P. *Ridolfi* Filippino, che venne a favorirmi, oggi appunto sono otto giorni, per commissione che da lei ne aveva avuta. Mi parve un uomo veramente di garbo, e di ottimo cuore, e molto di lei parziale. Mi dispiace averlo conosciuto, quando appunto stava per partire, poichè avrei proccurato usargli quelle attenzioni, che meritava, anche a titolo di essere di lei amico. Egli mi raccontò le vessazioni da lei avute per il libretto contro la Cioccolata, di cui sono in obbligo di ringraziaria, anche per parte dell' Eminentiss. *Cavalchini*, il quale distintamente la riverisce. Il libro fu da me letto con tutto il piacere, ma si contenti che da buono amico, quale mi pregio esserle, le parli con tutta ingenuità e schiettezza. Ella prende sempre a patrocinare cause ottime, come in verità è quella che nel suddetto libro difende; ed essendo assalita dalla ragione, le sostiene con sodezza, erudizione, ed argomenti fortissimi; ma si lascia un poco trasportare dal zelo, ed esce qualche volta fuori di questione per dare qualche bottarella. Questa, mio Padre *Concina*, è l' unica cosa a cui li attaccano gli suoi Avversar). Di grazia non dia loro questo scampo per screditarla, e giacchè ora ha per le mani altre opere, e specialmente quella della sua Morale, usi tutto lo studio per astenersi da quell' unica cosa, che può dare l' arma in mano a' suoi nemici, per spacciare che ella è trasportata dalla passione. Sò che è stato prima offeso, ma *vince in bono malum*, e non imiti l' altrui esempio, che è disapprovato da' savj. Le parlo col cuore in mano e per quello sinceriffimo affetto, che ho per lei.

*Ad alia*. E' uscita l' opera di N. S. *de Synodo Diœcesana*. Il Papa me ne ha mandato una copia; altra me ne ha data il nostro scimmiotto; una di queste è per lei, che viene in essa tre volte citata con molta riputazione. Scriva dunque al Sig. Abb. *Mantegazzi* che pensi al modo di mandargliela costà. L' opera è piena pienissima di mille cose utili, poichè il Papa vi ha lavorato, ed aggiunto nuovi materiali fino al fine, cioè fino al punto, in cui s' incominciò la stampa, e le ultime addizioni non sono state da me vedute, se non stampate. Credo che sia la migliore, o almeno più utile opera del Papa, ma ella ne formerà giudizio migliore del mio. Io non vi ho parte alcuna, se non d'averla riveduta, *& quidem* al principio quando era ancora nascente, come ella ben sa; per altro so che il Papa vi ha faticato molto ec. Mi voglia bene, mi raccomandi al Signore, e mi creda.

Roma 1. Giugno 1748.

*Divotiss. ed obbligatiss. Servitore*
Egidio M. Giuli.

## XXVII.

E' Stata veramente opportuna l' occasione del P. Santoro per farni godere un nuovo testimonio della di lei gratissima ricordanza. Egli mi ha reso la lettera di V. P., e unitamente il Libretto, di cui mi ha raccontato tutta la Storia. Qui n' era già precorsa la notizia, e come suol accadere in ogni cosa che vada per le bocche degli uomini, si parlava con molta varietà degl' incidenti che occorsero dopo la stampa del Libro. Ho sentito con piacere la verità del fatto, e con maggior piacere ho letto il Libro stesso, sebben mancante del Sonetto, col quale uscì prima alla luce. Questo però mi lusingo di avere per altra parte. In tanto io vedo bene, che ella non s' imbarazza nelle brighe, che se le van susci-

tando; nè col cresser degli anni, o coll'esperienza delle passate burrasche punto s'intiepidisce nel di lei cuore quel tanto zelo Evangelico, con cui tante volte si espose a guerra aperta contro gli abusi e le rilassatezze presenti.

Al P. Santoro desidero una miglior salute. Se potrò in verun modo contribuire a suoi religiosi vantaggi, lo farò tanto più volontieri, perchè V. P. me lo raccomanda; e colla solita stima mi raffermo.

Napoli 11. Giugno 1748.

*Per servirla*
S. Cardinal Spinelli

## XXVIII.

GRatias tibi, quas possum maximas refero, qui me aspectu famaque penitus ignotum, licet publica opinione eruditioneque tua mihi notissimum, tuis verbis, tuoque nomine, ut salutaret Clarissimus Vir Alexander *Mauteganzi*, datis ad ipsum nuperrimis litteris, significare dignatus es. Qua ratione quove titulo singulare hoc tuæ urbanitatis specimen promeritus fuerim, me later omnino, nec alia profecto te causa impellere potuit, ut in hominem tibi quidem addictissimum, at nullo nomine commendabilem, prima comitatis officia adhiberes, nisi quod de te, deque tuis operibus honorifice, ut par erat, pro data pluries occasione confabulatus cum Doctis. Alexandro fuerim. Ait fine libere dicam, non semel etiam apud ipsum, & acriter quidem, sed amice tamen ac reverenter de te conquestus sum, quod pars lucubrationum tuarum non minima, quia vernaculo scripta est idiomate, in communem omnium Theologorum, præsertim nostratium, utilitatem cedere non possit. Tametsi id a te non citra consilium rationemque factum haud ignorabam, ægre ferebam tamen me non posse eruditorum aliquot votis abunde satisfacere, qui, ut libros omnes a te evulgatos, vulgandosque quovis sumptu conquirerem, præscripserant, dummodo latino sermone compositos; qua quidem exceptione contineri dolebam ea Opera, quæ, lin minus pluris facienda sint, quia pereque omnia maximi facienda, eo saltem potiori loco habenda rebar, quod christiana morum disciplina a pudendis luxoris doctrinæ corruptelis strenue vindicata, vanisque Probabilismi subtilitatibus funditus eversis, aliis tuis operibus, quamvis pari eruditione, nec minori rationum evidentia ac firmitate conscriptis, lucem haud exiguam nec leve pondus addere viderentur. Atque ea ratio fuit inundi illius consilii, cujus pleniorem distinctioremque notitiam ex hodiernis Alexandri litteris habere potestis. Interim summo Ecclesiæ suæ bono tuæque spectatissimæ Religionis splendori te diu incolumem, atque solpitatum fervet D. O. M. Latine scripsi, quod italice vix dum bene balbutiam. Si re tandem aliqua tibi valebo, quamquam nihili homo sum, & infimi in Republica litteraria subsellii, mea tamen quantulacumque opera ad nutum utere, quippe qui ea tum ac semper esse, volo, qua major nulla esse potest, observantia.

Dabam Romæ die 20. Maii 1749.

*Obsequiosissimus atque devotissimus cultor ac servus*
Honorat. Nicol. Brocquevielle Sacerd. Cong. Missionis.

## XXIX.

## BENEDICTUS PP. XIV.

*Dilecte Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem.*

RAtifichiamo a lei con questa nostra quanto in voce abbiamo detto al P. Maestro del sacro Palazzo rispetto alla Teologia, che ella vuol dare alla luce; godendo Noi di veder pubblicata un'Opera, la quale vogliamo credere, che non sarà di poco giovamento al pubblico. Intanto rendendo a lei le dovute grazie per le corteli espressioni fatteci nella sua degli 8. del corrente restiamo col darle l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 16. Augusti 1749. Pontificatus Nostri anno nono.

Extra
Dilecto Filio Danieli *Concinæ*
ex Ord. Prædicatorum (*Venetias*)

XXX.



## XXX.

## BENEDICTUS PP. XIV.

*Dilecte Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem.*

PEr le mani di questo P. Maestro del sacro Palazzo abbiamo ricevuti i cinque tomi della sua Morale; per lo che distintamente la ringraziamo della dedica dell'Opera, fatta a Noi e del regalo. Ella non si dubiti che non siamo per leggere le sue dotte fatiche in tutti que' contrattempi, che anderemo rintracciando, non ostante il grave continuo peso dal quale siamo oppressi. Ci dispiace di non esser nati in S. Daniele, dove ella è nata; perchè forse ci sarebbe toccata una complessione di ferro, simile a quella, che è toccata a lei, e toccò al buon Monsig. *Fontanini*, suo paesano, che però hanno reso immortale il loro nome con tante belle Opere date alle stampe. Ci conservi il suo affetto: restando col darle l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 29. Novembris 1749. Pontificatus Nostri anno decimo.

Extra
Dilecto Filio Fr. Danieli *Concinæ*
Ordinis Prædicatorum (*Venetias*)

## XXXI.

CHe dirà il famoso Daniello del Testamento nuovo della mia tardanza a rispondere e a i suoi regali, e alle sue lettere? Metto da parte per ora i Codici del Friuli, de' quali se ne farà ampia relazione subito, che si sarà fatto uso dei medesimi nel Romitorio in quelle imminenti vacanze di Natale. Passo ai Codici della Teologia morale rivoltati da me con anfietà grandissima, non avendo aspettato di darli al legatore. O che Opera grande! O che Opera insigne! E se ne ho concepita questa idea scartabellandola in quà e in là sciolta com'ella era, s'immagini cosa sarà quando la leggerò a sillaba per sillaba; dico in una parola, che in questo genere è il più gran libro, che io abbia mai veduto, e spero nella misericordia di Dio, che non ostante il torrente delle iniquità, che inonda molti paesi, farà certamente frutto grandissimo, e tale quale lo richiede la necessità urgentissima in cui siamo. Son persuaso, che quei che hanno zelo, penseranno come penso io. Non è però, che qualcheduno, che dovrebbe encomiar l'Opera per obbligo di abito, e di dottrina non vada masticando fra i denti o sia per astio o per invidia qualche critica ridicola; ma se la razza dei Farisei ha trovato a ridire alla dottrina di Cristo, non serve a maravigliarsi se ciò succeda, perchè *Servus non est major Domino suo*. Io vorrei, che l'Opera si ristampasse in tometti per comodo dei Parochi, e che si dasse a buon mercato. Questo è quanto posso dire in compendio, e in verità di coscienza io penso su questo proposito. Sono alcuni giorni, che mi trovo con una flussione agli occhi, perchè facendo anche in Roma la mia vita anacoretica, terminate le incombenze del mio ministero, non so che leggere. Si ricordi di me ne' suoi santi sacrificj: questa è l'unica grazia, che io domando in ricompensa dell'amicizia sincera, che io le ho professata, e le professerò sempre fin all'ultimo respiro della mia vita, con che cordialmente l'abbraccio, e son tutto suo e di là da suo.

Roma 6. Dicembre 1749.

D. Card. Passionei.

## XXXII.

NOn ho risposto prima d'ora al gentilissimo foglio di V. P. perchè prima di farlo ho voluto assaggiare un poco il nobile regalo da lei fattomi dei primi cinque tomi della sua *Teologia Cristiana*. Recuperai dunque dal libraro Mazzantini i detti tomi pagando il porto, com'è di dovere, e subito li feci consegnare al legatore, acciocchè ben presto me li ponesse in istato da poterli leggere. Costui non è stato così sollecito, e m'ha prolungato il piacere, ch'ero impaziente di provare nel leggerli almeno in parte, per poter poi soddisfare al mio obbligo verso V. P. Ho letta tutta la prefazione, che m'è piacciuta all'estremo. Quante belle bellissime verità ella ci fa vedere! Quel R. P. *Zech* come mai v'entra a proposito! Avevo letto con risa quel capo, ed essendo giunto da me il P. Abbate *della Torre*, venuto qua per l'apertura dell'Anno Santo, gli feci la lettura del medesi-

mo capo tutto intiero, e ci godemmo S. R. tutti due affieme. La materia, che riguarda lo ſtile, con cui ſcrivere o trattare ſi debba la Teologia, è fondatiſſimamente diſcuſſa. Pone V. P. in evidenza il ſuo oſſequio verſo la *Compagnia*. Col P. *Giuſi* di buona memoria ella s'è portata da vero amico, ed ha fatta la dovuta giuſtizia al di lui merito. Ho poi girato l'indice del primo tomo, e ſono andato a leggere certi capi, la materia de' quali mi ſta a cuore. Ne accenno uno o due per non dilungarmi troppo. Deſideravo di veder ben eſaminata la controverſia, ſe gli Eretici ruſtici ed ignoranti ſi ſalvino, e la ritrovo mirabilmente trattata *diſcuſſ. 2. cap.* 13. Sono reſtato e ſoddisfatto e perſuaſo della ſua profonda dottrina. Avendo oſſervato ſull' indice *diſcuſſ. 4. cap.* 12. *&* 13. diſcuterſi la dilicata materia dell'obbligo di riferire le azioni in Dio, ſubito ho letto quei capi. Venero il di lei ſapere, ma o provenga da pregiudizio o da altro, non mi diparto dal mio ſentimento. Nè mi muovono le di lei parole pag. 408. *Si poſteriorum Pontificum Bullas vidiſſent, cautius forſaſſe locuti fuiſſent*, perchè io ſono perſuaſiſſimo che niuna Bolla Papale non ha mai colpito un tale ſentimento. Ma che che ſia di queſto, le altre coſe che ho trovato in queſto primo tomo mi piacciono aſſaiſſimo, e mi rallegro con V. P. che tratti le materie morali con tanta dignità, e con fondamenti così ſtabili e forti. Come ho letta per *extenſum* la Prefazione beliſſima, così farò di tutti i tomi, e ſono ſicuro di imparare ſempre più da una tale lettura.

Il noſtro Reverendiſſimo Padre Maeſtro del ſacro Palazzo mi fece vedere il ſeſto tomo, che quaſi tutto leſſi. Non può ella credere gli applauſi, che interiormente gli feci; furono quelli di tal forza, che mi ſaſtevano prorompere eſteriormente, tuttochè ſoſſi ſolo ſoletto, *e vova il P. Concina*.

Prego V. P. a conſervarmi il ſuo affetto che tanto ſtimo, e a darmi occaſioni di ſervirla, mentre con pienezza di ſtima le bacio le mani, e mi ſoſcrivo.

Roma 5. Dicembre 1749.

*Affezionatiſs. per ſervirla ſempre*
F. Card. Tamburini.

## XXXIII.

MI fu reſa la gentiliſſima Lettera di V. P. in atto ch' io ſtava ancora a tavola Sabbato ſcorſo, parlando di Lei, e della ſua Teologia col P. Predicatore Apoſtolico, e Monſignor Emaldi. Fu letta dunque ad alta voce per farne parte ai Convitati. Io la ringrazio infinitamente della memoria che conſerva di me, ſebben parmi di meritarla per la ſtima che ho fatto ſempre della ſua degna perſona e del ſuo zelo. La ringrazio niente meno dell' Eſemplare, che vuol ch' io abbia in dono della Teologia, e aſpetterò a buon conto di ricevere i cinque Tomi ſtampati: ma la mia maggior aſpettazione ſarà di avere il Tomo ſeſto, in cui ſento che V. P. faccia entrare un trattato di Juſpubblico, ch'è appunto quella materia, che mi ſembra aver biſogno a' tempi noſtri di ſoda illuſtrazione contra le prave maſſime degli Eterodoſſi. Deſidero che ſia preſto in iſtato di comparire alla luce queſto ſuo Tomo ſeſto; e frattanto augurandole ferma e florida ſalute, reſto coſtantemente

Roma 13. del 1750.

*Per ſervirla*
S. Cardinal Spinelli.

## XXXIV.

GOdo infinitamente, che dentro a queſt' anno voglia ella avere terminata la grand' Opera fruttuoſiſſima e neceſſariſſima della Morale, il cui ſettimo tomo è già compito. Sono ſicuriſſimo della di lei attenzione e prontezza a favorirmela, e già a me pare, che nulla mancherà alla perfezione della picciola libreria di noſtra ſtanza, quando vi ſarà tutta codeſta preziоſiſſima Opera. La leggo, e me la godo con guſto ineſplicabile. Io ne ſono, e ne ſarò in pulpito, e fuori di eſſo acerrimo ſoſtenitore e difenſore. A queſt' oggetto vado già preparando qualche pezzo di prediche uniformi ai ſentimenti della medeſima, e le predicherò, ſe Dio mi darà vita, ſenza che alcuno abbia ad avere motivo di offendерſi. Iddio Signore doni alla P. V. M. R. lunga feliciſſima vita, e facendole i compli-



plimenti del mio ſegret. riſpettoſamente mi dichiaro.

Roma 4. Aprile 1750.

*Divotiſs. Servo obbligatiſs.*
F. Mich. Angiolo Capuc. Predic. del ſacro Palazzo.

## XXXV.

MI giunſe il ſeſto tomo deſideratiſſimo della *Teologia Criſtiana* di V. P. aſſieme colla ſua cariſſima lettera. Feci legare il tomo, l'ho letto, riletto e tornato a leggere, e dal medeſimo ſempre più imparo. Dico a chiunque ne parlo, da queſto tomo ſi conoſce quanto il P. *Concina* ſia dotto, e così m'eſpreſſi non è gran tempo coll' Eminentiſs. Segretario di Stato. Eccomi a rendere cordialiſſime grazie a V. P. del preziоſo dono, che s'è compiacciuta farmene, ed a ſignificarle il mio contento per la ſperanza che mi dà, che ſia per eſſere terminata quella ſua grand' Opera dentro queſt' anno.

La Scuola Agoſtiniana dee profeſſare ſomma obbligazione a V. P. per avere difeſa con tanto ſapere la ſentenza della dilettazione vittrice, e fatto toccar con mano che non porta pregiudizio alcuno alla libertà d' indifferenza. Maggiormente dovrà la medeſima Scuola eſſerle tenuta per la difeſa ch' ella farà della ſentenza, che ſoſtiene l' obbligo di riferire in Dio le opere buone, col far vedere quanto ingiuſtamente ſia taeciata di Bajanitmo. V. P. fra gli altri doni che ha ricevuto da Dio, ha quello d' eſprimerſi con tutta chiarezza. Se v'è alcuna materia che ſia involta in equivoci, e coperta d'oſcurità dagli emoli, perchè non comparirà alla luce tal quale li ſoſtiene da chi è perſuaſo eſſer quello un ſentimento ſpirato dalla dottrina di S. Agoſtino, certamente è la materia di cui parlo: ora ſono perſuaſiſſimo che V. P. ſcorrà gli equivoci, e diſſiperà le tenebre di modo tale, che chi non vorrà ſeguitare tale ſentimento così criſtiano, ne riferirà almeno che non è ſoggetto ad alcuna cenſura ec. Deſidero che V. P. mi dia occaſione di ſervirla per corriſpondere alle mie obbligazioni, e farle conoſcere la vera ſtima che ho del ſuo merito; e le do un cordialiſſimo abbraccio.

Roma 5. Settembre 1750.

*Affezionatiſs. per ſervirla ſempre*
F. Card. Tamburini.

## XXXVI.

DA qualche tempo volevo ſcrivere a V. P. M. R. per darle notizia di quanto viene in queſte parti accreditata la ſua Morale con tutte le altre ſue Opere Grazie a Dio in queſta città di Molfetta, e nelle altre vicine gran parte de' Preti, di Seminarj, e de' Religioſi ſi ſono proveduti da Venezia, e ſi provedono alla giornata della ſua Morale, ed alcuni hanno preſo carteggio col P. Maeſtro *Gaſparini* a queſto effetto. Con mia ſomma conſolazione poi ho trovato che in queſto Collegio di Molfetta ſi leggono in pubblica tavola le ſue Opere, e ſi leggeranno tutte una dopo l'altra. Qui i Religioſi i Preti, ed altre perſone di riguardo altro deſiderio non hanno che di conoſcerla. I PP. Geſuiti, accortiſi del profitto, che qui va facendo la ſua Morale, avevano principiato a ſpargere ma la *Ritrattazione*, ma grazie a Dio non è ſtata accolta, ma con poco decoro de' RR. PP. ributtata, e non ardiſcono ora più ſpacciarla ec.

San Domenico Molfetta 24. Agoſto 1751.

*Divot. ed obbl. Serv.*
Fr. Tommaſo Maria de Lauro (1) de' Predicatori.

## XXXVII.

E' Ineſprimile il piacere, che provo nell'nella continua lettura della Teologia veramente Criſtiana di V. P. M. R., ma non poſſo capire come ſianſi potuti trovare uomini criſtiani e dotti, che abbiano voluto impedire la ſtampa d'un'opera sì evangelica, sì neceſſaria, e sì deliderata dagl'iſteſſi tommi Pontefici. Io certamente non laſcierò, per quanto mi ſarà poſſibile, di pre-

(1) *Integrum cognomen, in Autographo ex parte laceratum, ex prima ſyllaba conjectura ſupplevimus. Scimus enim quemdam Dominicanæ Familiæ Alumnum ejuſdem cognominis ac regionis* Concinæ *amicum extitiſſe.*

mo capo tutto intiero, e ci godemmo S. R. tutti due affieme. La materia, che riguarda lo ſtile, con cui ſcrivere o trattare ſi debba la Teologia, è fondatiſſimamente diſcuſſa. Pone V. P. in evidenza il ſuo oſſequio verſo la *Compagnia*. Col P. *Giuſi* di buona memoria ella s'è portata da vero amico, ed ha fatta la dovuta giuſtizia al di lui merito. Ho poi girato l'indice del primo tomo, e ſono andato a leggere certi capi, la materia de' quali mi ſta a cuore. Ne accenno uno o due per non dilungarmi troppo. Deſideravo di veder ben eſaminata la controverſia, ſe gli Eretici ruſtici ed ignoranti ſi ſalvino, e la ritrovo mirabilmente trattata *diſcuſſ. 2. cap.* 13. Sono reſtato e ſoddisfatto e perſuaſo della ſua profonda dottrina. Avendo oſſervato ſull' indice *diſcuſſ. 4. cap.* 12. *&* 13. diſcuterſi la dilicata materia dell'obbligo di riferire le azioni in Dio, ſubito ho letto quei capi. Venero il di lei ſapere, ma o provenga da pregiudizio o da altro, non mi diparto dal mio ſentimento. Nè mi muovono le di lei parole pag. 408. *Si poſteriorum Pontificum Bullas vidiſſent, cautius forſaſſe locuti fuiſſent*, perchè io ſono perſuaſiſſimo che niuna Bolla Papale non ha mai colpito un tale ſentimento. Ma che che ſia di queſto, le altre coſe che ho trovato in queſto primo tomo mi piacciono aſſaiſſimo, e mi rallegro con V. P. che tratti le materie morali con tanta dignità, e con fondamenti così ſtabili e forti. Come ho letta per *extenſum* la Prefazione beliſſima, così farò di tutti i tomi, e ſono ſicuro di imparare ſempre più da una tale lettura.

Il noſtro Reverendiſſimo Padre Maeſtro del ſacro Palazzo mi fece vedere il ſeſto tomo, che quaſi tutto leſſi. Non può ella credere gli applauſi, che interiormente gli feci; furono quelli di tal forza, che mi ſaſtevano prorompere eſteriormente, tuttochè ſoſſi ſolo ſoletto, *e vova il P. Concina*.

Prego V. P. a conſervarmi il ſuo affetto che tanto ſtimo, e a darmi occaſioni di ſervirla, mentre con pienezza di ſtima le bacio le mani, e mi ſoſcrivo.

Roma 5. Dicembre 1749.

*Affezionatiſs. per ſervirla ſempre*
F. Card. Tamburini.

## XXXIII.

MI fu reſa la gentiliſſima Lettera di V. P. in atto ch' io ſtava ancora a tavola Sabbato ſcorſo, parlando di Lei, e della ſua Teologia col P. Predicatore Apoſtolico, e Monſignor Emaldi. Fu letta dunque ad alta voce per farne parte ai Convitati. Io la ringrazio infinitamente della memoria che conſerva di me, ſebben parmi di meritarla per la ſtima che ho fatto ſempre della ſua degna perſona e del ſuo zelo. La ringrazio niente meno dell' Eſemplare, che vuol ch' io abbia in dono della Teologia, e aſpetterò a buon conto di ricevere i cinque Tomi ſtampati: ma la mia maggior aſpettazione ſarà di avere il Tomo ſeſto, in cui ſento che V. P. faccia entrare un trattato di Juſpubblico, ch'è appunto quella materia, che mi ſembra aver biſogno a' tempi noſtri di ſoda illuſtrazione contra le prave maſſime degli Eterodoſſi. Deſidero che ſia preſto in iſtato di comparire alla luce queſto ſuo Tomo ſeſto; e frattanto augurandole ferma e florida ſalute, reſto coſtantemente

Roma 13. del 1750.

*Per ſervirla*
S. Cardinal Spinelli.

## XXXIV.

GOdo infinitamente, che dentro a queſt' anno voglia ella avere terminata la grand' Opera fruttuoſiſſima e neceſſariſſima della Morale, il cui ſettimo tomo è già compito. Sono ſicuriſſimo della di lei attenzione e prontezza a favorirmela, e già a me pare, che nulla mancherà alla perfezione della picciola libreria di noſtra ſtanza, quando vi ſarà tutta codeſta preziоſiſſima Opera. La leggo, e me la godo con guſto ineſplicabile. Io ne ſono, e ne ſarò in pulpito, e fuori di eſſo acerrimo ſoſtenitore e difenſore. A queſt' oggetto vado già preparando qualche pezzo di prediche uniformi ai ſentimenti della medeſima, e le predicherò, ſe Dio mi darà vita, ſenza che alcuno abbia ad avere motivo di offendерſi. Iddio Signore doni alla P. V. M. R. lunga feliciſſima vita, e facendole i compli-



plimenti del mio ſegret. riſpettoſamente mi dichiaro.

Roma 4. Aprile 1750.

*Divotiſs. Servo obbligatiſs.*
F. Mich. Angiolo Capuc. Predic. del ſacro Palazzo.

## XXXV.

MI giunſe il ſeſto tomo deſideratiſſimo della *Teologia Criſtiana* di V. P. aſſieme colla ſua cariſſima lettera. Feci legare il tomo, l'ho letto, riletto e tornato a leggere, e dal medeſimo ſempre più imparo. Dico a chiunque ne parlo, da queſto tomo ſi conoſce quanto il P. *Concina* ſia dotto, e così m'eſpreſſi non è gran tempo coll' Eminentiſs. Segretario di Stato. Eccomi a rendere cordialiſſime grazie a V. P. del preziоſo dono, che s'è compiacciuta farmene, ed a ſignificarle il mio contento per la ſperanza che mi dà, che ſia per eſſere terminata quella ſua grand' Opera dentro queſt' anno.

La Scuola Agoſtiniana dee profeſſare ſomma obbligazione a V. P. per avere difeſa con tanto ſapere la ſentenza della dilettazione vittrice, e fatto toccar con mano che non porta pregiudizio alcuno alla libertà d' indifferenza. Maggiormente dovrà la medeſima Scuola eſſerle tenuta per la difeſa ch' ella farà della ſentenza, che ſoſtiene l' obbligo di riferire in Dio le opere buone, col far vedere quanto ingiuſtamente ſia taeciata di Bajanitmo. V. P. fra gli altri doni che ha ricevuto da Dio, ha quello d' eſprimerſi con tutta chiarezza. Se v'è alcuna materia che ſia involta in equivoci, e coperta d'oſcurità dagli emoli, perchè non comparirà alla luce tal quale li ſoſtiene da chi è perſuaſo eſſer quello un ſentimento ſpirato dalla dottrina di S. Agoſtino, certamente è la materia di cui parlo: ora ſono perſuaſiſſimo che V. P. ſcorrà gli equivoci, e diſſiperà le tenebre di modo tale, che chi non vorrà ſeguitare tale ſentimento così criſtiano, ne riferirà almeno che non è ſoggetto ad alcuna cenſura ec. Deſidero che V. P. mi dia occaſione di ſervirla per corriſpondere alle mie obbligazioni, e farle conoſcere la vera ſtima che ho del ſuo merito; e le do un cordialiſſimo abbraccio.

Roma 5. Settembre 1750.

*Affezionatiſs. per ſervirla ſempre*
F. Card. Tamburini.

## XXXVI.

DA qualche tempo volevo ſcrivere a V. P. M. R. per darle notizia di quanto viene in queſte parti accreditata la ſua Morale con tutte le altre ſue Opere Grazie a Dio in queſta città di Molfetta, e nelle altre vicine gran parte de' Preti, di Seminarj, e de' Religioſi ſi ſono proveduti da Venezia, e ſi provedono alla giornata della ſua Morale, ed alcuni hanno preſo carteggio col P. Maeſtro *Gaſparini* a queſto effetto. Con mia ſomma conſolazione poi ho trovato che in queſto Collegio di Molfetta ſi leggono in pubblica tavola le ſue Opere, e ſi leggeranno tutte una dopo l'altra. Qui i Religioſi i Preti, ed altre perſone di riguardo altro deſiderio non hanno che di conoſcerla. I PP. Geſuiti, accortiſi del profitto, che qui va facendo la ſua Morale, avevano principiato a ſpargere ma la *Ritrattazione*, ma grazie a Dio non è ſtata accolta, ma con poco decoro de' RR. PP. ributtata, e non ardiſcono ora più ſpacciarla ec.

San Domenico Molfetta 24. Agoſto 1751.

*Divot. ed obbl. Serv.*
Fr. Tommaſo Maria de Lauro (1) de' Predicatori.

## XXXVII.

E' Ineſprimile il piacere, che provo nell'nella continua lettura della Teologia veramente Criſtiana di V. P. M. R., ma non poſſo capire come ſianſi potuti trovare uomini criſtiani e dotti, che abbiano voluto impedire la ſtampa d'un'opera sì evangelica, sì neceſſaria, e sì deliderata dagl'iſteſſi tommi Pontefici. Io certamente non laſcierò, per quanto mi ſarà poſſibile, di pre-

(1) *Integrum cognomen, in Autographo ex parte laceratum, ex prima ſyllaba conjectura ſupplevimus. Scimus enim quemdam Dominicanæ Familiæ Alumnum ejuſdem cognominis ac regionis* Concinæ *amicum extitiſſe.*

predicarne il merito in questa mia Diocesi ed in tutti i vicini Paesi ; onde prego V. P. M. R. voler ordinare al suo libraro in Venezia di mandarmene quantoprima venti esemplari.

Per colmo di contento ho anche ricevuta una gentilissima lettera del nostro incomparabile Reverendiss. P. Maestro *Orsi*, che riverisco divotissimamente e di tutto cuore, pregando V. P. M. R. passargli quest' uffizio, e dirgli, che finalmente il mio Segretario Cav. *Rossetti* tenterà, per mia insinuazione, di tradurre la sua Istoria in lingua francese. Iddio conservi in prospera e lunga vita le loro degnissime persone, che recano tanta utilità alla S. Chiesa, e tanta gloria al nostro Santo Ordine, a qual' effetto non mancherò di pregar indefessamente il Signore. E per fine raccomandandomi alle divote sue orazioni, e baciandole le mani con pieno rispetto mi rassegno.

Anversa 28. Marzo 1752.

*Divotiss. ed obbl. servitore*
Fr. Domenico (1) de' Predicatori
Vescovo d' Anversa.

## XXXVIII.

ECco pronta la risposta all' umanissima di V. P. M. R. de' 25. Gennajo, e contemporaneamente ho ricevuta la scrittura sopra le Proposizioni del P. *Torrecilla*, che tosto ho fatta giugnere al P. *Llobet*; perchè non ho tempo nè voglia di leggerla. Son già dieci giorni, che ho in mano il primo tomo dell' Apparato, (già ebbi il secondo quasi due mesi sono) e i due tometti di lettere; e su questi libri so al presente le mie caste delizie. Ho piena contezza della persecuzione atrocissima, che ha dovuta sostenere: ed ha ben ella ragione di benedire Iddio del modo come è terminata. Qui i Domenicani fan legger per tutto la sua *Protesta*, siccome riputata onorevole all' Ordine ed alla sua persona; laddove costì quasi fosse un abiura, non ritrattazione, si dispensa dai nemici di lei ai loro Terziarj. In somma le teste degli uomini son ben differenti: ma in verità son ben da piangere cotesti suoi arrabbiati nemici. Questi suoi buoni confratelli, e tra essi il P. *Hernandez* attual Priore di Valverde, dotto e santo canonizzabile, la tengono di continuo a parte nelle loro orazioni. Se ella conoscesse *Hernandez* ne stupirebbe: nium de' Santi più poveri può superarlo nella povertà; mai carne, semper viaggiare a piè, mai dormire sul letto, non più di due ore sopra una sedia, cinque e sei ore occupato ne' sagri studj; tutto il resto orazione accompagnata da' digiuni. Contuttociò sta allegro, e appunto in questi giorni ha comprato tre o quattro corpi delle sue Opere: ma la favorita di lui è quella sopra la povertà. Ancor questi uomo ha avuto una tempesta da tutte le dame di Madrid, che le ha cacciate dal suo ritiro; ma è stato sostenuto da chi potea sostenerlo; insomma bisogna combattere per vincere. Avrei voglia di scriverle mille altre cose, ma affatto non ho tempo. Mi creda ad ogni prova suo buon amico, e resto di suo cuore tutto suo ec.

Madrid 1752.

E. Enriquez Arcivesc. di Nazianzo.

## XXXIX.

SEmpre rivedo con piacere i caratteri di V. P. M. R. la quale ogni giorno amo e stimo di più: non solo per la somma sua dottrina e probità, ma singolarmente per l' amore del vero, e per un certo spirito di distacco e disinteresse da tutte le mondane cose, che è in lei ammirabile. La ringrazio de' lauti auguri e de' complimenti; ma assai più ch' ella si va ricordando di me sull' altare; di che prego la continuazione *instanter instantissime*.

Care mi sono le notizie letterarie, che mi partecipa, ed ancor di questo la ringrazio. Io non istò a parlarle del felice incontro in queste parti di tutte le sue Opere, lasciandone la cura a questo suo appassionato il P. *Llobet*. Temo che non sia lo stesso di quella contra i teatri, la quale già si va ispargendo: sebbene in Ispagna i teatri, per lo zelo de' Vescovi, si vanno estirminando ora da una Città, ora da un' altra. Qui i Gesuiti si son mostrati sempre ad essi opposti, se pur ora per far la guerra a V. P. non mutassero linguaggio. Sarà molto utile per l' Italia il suo libro contra gl' Increduli; ma questi buoni pretoni, e con essi i più de' fra-

(1) Gentis *primum Theologum Casanatensis, exin Ruremondensis Antistes ac postmodum Antuerpiensis; vir moribus juxta ac litteris insignis.*



frati, attendono con impazienza il Compendio della sua Teologia, il quale sarà subito qui ristampato: onde faccia presto, ed al suo solito bene. Giacchè revisore del suo libro è il mio vecchio amico l' Abb. *Tedi*, si compiaccia riverirlo ed abbracciarlo per parte mia.

Ne' giorni scorsi mi sono giunti il IX. e X. tomo della Istoria del P. *Orsi* Scorsi alla prima le dedicatorie, e vi trovai ampie lezioni della più pura Morale, che non è certo conforme a' costumi d' oggidì. Vi sono di qua e di là alcune pennellate magistrali sui teatri; e pare che abbia voluto farle la corte. Poi mi son messo a leggere di proposito il IX. tomo, e ne son rimasto rapito niente meno che de' precedenti. Egli è un sacro Demostene, e fa grand' onore all' Italia. La prego a riverirlo con particolare ossequio per parte mia, desiderando che mi creda per uno de' massimi suoi veneratori.

Per vera angustia di tempo non mi distendo di vantaggio, nè tocco altri tasti. Mi comandi con libertà in quel poco o nulla che vaglio, e coll' usata stima ed amicizia sono e mi ridico suo obbligato e divoto.

Madrid 1752.

E. Enriquez Arcivescovo di Nazianzo.

## XL.

*Joannes Antonius Vulpius*
*Danieli Concinæ, Theologo præstantissimo, S. P. D.*

FAcere non possum, quin & officiis erga me tuis missa epistola respondeam, & Opere, quod adversus Theatrorum & Spectaculorum corruptelam proxime scripsisti, quid sentiam, candide aperiam. Gratias primum tibi ago immortales, quod scriptioni tam severæ, tam doctæ, tam profuturæ nonnulla ex libello meo *de Utilitate Poeticæ*, quasi pannum aliquem, adsuere voluisti. Nimirum ad opinionem probitatis, & qualiscumque doctrinæ, testimonium hoc gravissimum me satis commendare potest. Id tamen si facultati scribendi meæ potius, quam benignæ ac liberali naturæ tuæ tribuere audeam, impudens profecto sim. Sane quæ vobis egregiis Theologis, pro jure vestro, definire licet; puta, an peccent homines theatris adeundis, comœdis audiendis, aut saltatricibus inspiciendis; quid, & quantum peccent; ab his ego desiniendis abstineo libens, & in posterum abstinebo: novi enim, *quam sit mihi curta suppellex*; fateor, me Theologiæ rudem esse, neque vulgarem hominem, & sacris non initiatum, qualis ego sum, morum censuram, & christianæ disciplinæ magisterium decere. Quod unum mihi concessum existimo, recte lentientibus, ac vera docentibus tantum plaudo, quanto me animi dolore afficiunt præfracta & ferocia hominum vitia, quos errare delectat, & qui monitoribus irascuntur, atque inimicitias denuntiant. Invidiæ atque odii plenam caussam suscepisti: neque id tu in ipso limine Operis tui dissimulas. Enimvero asperum & periculosum est, voluptati, blandissimæ dominæ, liberius adversari: & multorum capitum belluam, vulgus insanum, quod imperu ducitur, non consilio, tamquam capistro injecto, in gyrum rationis velle compellere. Quicumque hoc aggressus fuerit, hunc agrestem, ferum, barbarum, scytham, publicæ lætitiæ inimicum, communi denique sensu carentem continuo appellare non dubitant. Hinc factum est, ut pudor, qui olim flagitia comitabatur, hoc tempore ad virtutem ipsam, ejusque defensores transierit; adeo a plerisque ludibrio habentur: quos enim recte factorum propugnatores esse oportebat, ii si timidiores sunt, ab incœpto abterrentur; si leviores, a veritate desciscunt: permanent illi soli, atque omnia Christianæ reipublicæ caussa perferunt, qui tui similes sunt, Vir Clarissime: hos nulla umquam vis, terrores nulli, nulla invidia commovere, aut labefacere potest. Magnum quidem robur est veritatis; quæ contra hominum ingenia ad fallendum parata, calliditatem, pravamque solertiam, contra fictas omnes insidias facile se per se ipsam defendit: nihilominus non parvo ei præsidio sunt argumenta, quibus tu rem confici, & in vado statuis. Tecum faciunt, præter lanctissimos illos & experientissimos Ecclesiæ Patres, præter Concilia, Dei Opt. Max. nutu coacta, summi sacrorum Præsides, Theologi quique sapientissimi; neque ex his austeri solum, sed etiam faciles, minusque superciliosi. Calculum addunt celebres Jurisconsulti, Oratores illustres, Scriptores alii multi posteritatis memoria digni: accedunt Ethnici philosophi, accedunt poetæ, si quando edormiunt, & homine sobrio dignas cogitationes suscipiunt: neque dissentiunt, quis crederet? nonnulli a Romanis sacris alieni.

Omnes

Omnes uno ore fatentur, veriſſima eſſe quæ tu doces: Theatra nempe, ac præcipue comœdias, gymnaſia eſſe libidinum, ac tamquam ſcopulos, ad quos vitæ innocentia, caſtitas, verecundia, virtutes univeræ impingunt, & naufragium faciunt. Hæc igitur laudare, ac tueri nihil aliud eſt, quam vias adoleſcentibus lubricas patefacere, quibus illi inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, aut prolapſione vix poſſint. Hæc præterea maſculam indolem frangunt; immane auri pondus, a Dei largitate non his certe uſibus deſtinatum, in ſuperbiam & luxuriam hiſtrionum, in res ludicras, inanes, noxias, poſtulentes, non ſine gemitu bonorum, abſumunt; ſpectatores & auditores ineptiis repletos domum dimittunt. Comœdias vero, & alia Dramata nonnulla, ut hoc tempore agantur, quis obſcena jure ac merito non doceat? ſive fabulæ ipſæ ſpectentur, ſive actores, mulieres præſertim frontis perfrictæ, quæ ſexus verecundia procul abjecta in ſcenam prodeunt, ſive choreæ ac mimici geſtus, ſive quæ inter actus medios canuntur & exhibentur, ſive poſtremo juvenum & fœminarum eo convolantium frequentia atque licentia. Dixi jampridem, neque dixiſſe me pœnitet, ſpectaculis & Dramatis hujuſcemodi Chriſtianos homines non indigere; quum ad populi mores emendandos, & malarum cupiditatum inſolentiam continendam quatuor Evangelia, & reliqua divina volumina, ut ſunt a piis & diſertis viris explicata, & cujuſque captui accommodata, ſatis ſuperque ſuppeditent. Gratulor tibi propterea magnum animum ac ſortem; qui quæ ſentis, ea fronte, ac ſermone profiteariſ: macte virtute; neque te illa cogitatio ſollicitum habeat, quid de te in plateis, in thermopolis, in quadriviis & angiportis dicturi ſint otioſi quidam homines, bene curata cute, calamiſtrati, mulieroſi, qui ſanctioris philoſophiæ prorſus expertes, in Epicuri verba jurarunt; & quibus, ut verbis utar M. Varronis, anima pro ſale eſt. Quod nomini tuo detraxerint corrupti & corruptores, id ſana pars humani generis, quæ ſingulari Dei providentia numquam deficiet, reddet magno cum fœnore, ac veris laudibus compenſabit. Et quamquam fortes & ſapientes viri non tam præmia ſequi ſolent rectæ factorum, quam ipſa recte facta, non eſt tamen contemnenda, immo ante oculos proponenda ſemper, ac omnibus viribus appetenda eſt, merces illa beatiſſima, quam ſuprenus paterfamilias ſervis, qui animo fideli ſunt in dominum, ſtrenuis, ac laboriioſis æternam pollicetur, ac ſervat. Ceterum vitia erunt donec homines; neque triticum ſine ioliо & zizaniis in hac Eccleſia legete umquam ſuccreſcet: nondum enim tempus meſſis advenit, nondum agricola ille divinus, ad purgandam aream ſuam, ventilabrum in manus ſumſit. Spe nobis tantiſper expectandum, votiſque ac precibus a Deo contendendum, ut mali corrigantur, boni meliores fiant. Semen etenim verbi Dei, quod lapius in agros decidit lapidoſos, ibi radices agere nullo modo poterit, niſi cœleſti rore ſuperinſperſo glebæ ipſæ molliantur, & idoneæ tandem ſationi evadant. Sed patuca viro Theologo, Vale, & mihi favere perge. Pataviі III. Nonas quintiles A. C. MDCCLII.

## XLI.

### A. R. P.

CUm Paternitas tua admodum Reverenda, cujus præclarum nomen in toto floret Orbe, ſit inter ætatis noſtræ theologos princeps, aliquid deeſſet amori, quo viros litteratos proſequor, niſi ipſam participem facerem Opuſculi Theologici in ſex tomos diſtributi, quod ad uſum Scholarum compoſui, ac prælo mandavi. Licet autem illud meum Opuſculum præ omnibus Operibus a tua Paternitate tractatis & editis nihili ſit omnino, nihilominus illud tibi offerre audeo tamquam exiguum meæ erga te obſervantiæ teſtimonium. Illud autem minutulum munuſculum reddet Paternitati tuæ Reverendiſſimus P. *Ludovicus a Taurino* Procurator Generalis Ordinis Noſtri. Interim vero exiſtimationem, quam peculiarem de eminentiſſimo Paternitatis tuæ merito concepi, occaſiones efficacius declarandi velim mihi ipſa præbeat, qui ſum cum omni veneratione ac reverentia.

Tulli in Lotharingia 10. Septemb. 1752.

*Obſequioſiſſ. ac humillimus ſervus.*
F. Thomas (1) Provinciæ Lotharingiæ Capucinorum Definitor.

## XLII.

(1) Ex Charmes, *cujus* Theologia Univerſa, *Benedicto XIV. inſcripta ab eoq. laudata, prodiit etiam Venetiis an.* 1764. *ex Typog. Balleoniana.*



## XLII.

VOtre très obligeante lettre au Chevalier Philaleti etoit attandue avec d'autant plus d'impatience, que ce Philaleti eſt un de vos Confrères depuis long temps remplis d'eſtime pour vous & pour vos Ouvrages. Quelque confiance, Mon Reverend Père, que j'aie en votre bonté, ce n'eſt cependant qu'en tremblant, que j'oſe oter mon maſque devant vous; parceque je crains que vous n'aies beaucoup trouvé à reprendre dans une Traduction imparfaite qui aura conſiderablement affoibli & degradé les traits d'un excellent original. Jamais je n'aurois hazardé d'expoſer mon travail aux jeux du Public. Je ne l'avois entrepris que pour donner une idée de votre maniere d'ecrire & du caractère de votre eſprit à un perſonage celebre, que la mort a enlevé depuis peu. En partant de Paris au commancement de cette annee pour venir occuper ici une chaire de Profeſſeur Roial en Theologie, je laiſſai une copie de mon manuſcrit à un intime ami, qui me la demanda avec inſtance. Deux mois après cet ami m'ecrivit pour me priver de ne pas m'oppoſer à l'impreſſion. Ma reponſe, je l'avoue, ne fut ni pour ni contre. L'Ouvrage parut à la fin du mois de May, & on en a fait depuis une ſeconde editing. Les Calviniſtes de ce pais ci, qui ne ſont point relaches, ont excité ma conduitte; lors par ce qu'il ne s'agit dans le fonds, que d'une traduction; ſont parceque tous les obſtacles que j'aurois pu aporter à l'impreſſion, ne j'aurois pas empechée, & aurois peut-etre contribué a me faire connoitre; ce qu'il etoit important d'eviter. S'il m'arrive neanmoins de publier en françois votre *Hiſtoire du Probabiliſme*; ce ne ſera qu'après vous avoir conſulté, & vous avoir prie de m'en obtenir la permiſſion du Reverendiſſime, ou de vive voix, ou par ecrit.

Les Paradoxes qui ſont en vogue par de là les monts, n'etant pas mains à la mode dans ce Roiaume, la France a vu plaiſir, Mon tres Reverend Père, la Refutation que vous en aves faite. Ici autant que chez vous, quelque ſoumis que nous ſoions aux Decrets du ſaint Siege, on nous decrie comme Janſeniſtes. Nos Eveques, qui ont condamne les erreurs du P. *Pichon*, ſont taxes tout haut de rigoriſme. Depuis la proſcription de la Bibliotheque du P. *de Colonia*, certaines gens ne ceſſent de repandre dans Paris, que le Pape, le General des Dominicains & le P. *Ricchini* ſont des Janſeniſtes decides. Dans ces circulances les *Paradoxes* etoient neceſſaires; & le public, malgre le foible pinceau du traducteur, les a favorablement accueillis. Je vous felicite, Mon tres Reverend Père, d'un ſuccès qui vous eſt ſi tout entier.

Je vous prie, Mon tres Reverend Pere, de ne pas decouvrir mon ſecret, & de vous ſouvenir que je deſire de reſter inconnu. Rien ne m'a porte à ecrire, que le zele de la ſaine doctrine, l'amour de la paix, l'eſtime ſingaliere que j'ai pour vous, & pour vos ecrits, & le deſir ſincere de vous temoigner les ſentimens du profond reſpect avec le quel j'ai l'honneur d'etre.

De Toulouſe le 13. Octobre 1752.

*Votre très humble & très obeiſſant ſerviteur.*
F. Dufour Dominicain.

## XLIII.

RIcevetti la lettera di V. P. M. R. de' 12. Settembre; e ſebbene lo ſcrivere a lei mi riſca ſempre di piacere, pure ho differito a farlo per più lettimane, trattenuto da varie mie occupazioni. Suppliſco ora.

Trattuſi il libro ſopra i Teatri colla ſua lettera al preſtantiſſimo Arcivescovo di Valenza, il quale mi diede contezza d'aver il tutto ricevuto, e di mandarmi la riſpoſta per lei, dopo d'aver letto il lodato libro. Queſta non è peranche giunta; e ſebbene che mi giunga, le farà rimeſſa. E fatto letto con molta attenzione il detto libro dal P. Ambroſio *di Sant' Agoſtino*, dotto Religioſo delle Scuole Pie, e forſe il più dotto in linea di Morale, e di culta erudizione eccleſiaſtica che ſia in Ispagna. Egli mi ha detto, di non aver letto ne' ſuoi giorni opera più concludente e dimoſtrativa di queſta, e tale da non ammettere replica. Quello Religioſo ha fatto il, che in ogni caſa del ſuo ordine in Ispagna vi ſia un corpo della di lei *Teologia Ceſtiana*: eſſi ne ha ſparſa le ſama, e ne ha invogliato i principali Veſcovi di Spagna, e ſopratutto nella Corona d'Aragona, e con maggior particolarità nel Regno di Valenza. Se qui ne veniſſero mille eſemplari, in meno d'una ſettimana ſarebbero ſpacciati, perchè in verità mi vien ſappoſto

di non essersi veduta a verun libro approvazione ed accettazione simigliante. Dico quello, perchè nell imprimersi il Compendio della Teologia pensò lo stampatore di destinare almeno cinquecento esemplari per la sola Spagna.

Non mi affiscaro, che il libro sopra i Teatr. abbia la stessa accettazione, giacchè i più che leggono sono inferiori in quella materia. Ma non credo però, che lo sieno tanto quanto in Italia, ove la prevaricazione in quello genere regna ne' Collegi, ne' Capitoli, e ne' Chiostri niente meno di quel che regna tra' secolari. Mi ha sorpreso quel ch' ella m' racconta del P. *degli Odòi*; e jeri appunto l' ottimo vecchio dell' Ambasciatore di Portogallo, che *nocte dieque* legge le sue opere, mi disse d'aver riscontri da Roma de gran movimenti pel detto libro; soggiungendomi che in ogni secolo conveniva che vi fosse alcun martire della verità. Attendo da lei la continuazione di siffatti riscontri; e di ciò abbastanza.

La qui annessa è del P. Michele *Hernandez*, già Priore di Valverde, ora dimorante nel suo convento di S. Paolo in Vagliadolid. Quello è un Santo da canonizzarsi per confessione di quanti lo conoscono, e per mille esperimenti che io ne ho. Non conosco uomo più penitente di lui; ed in questa parte vien tacciato di eccessivo: tutto dato alle Missioni; e tale, che di più non ha potuto fare un S. Vincenzio Ferrerio. E' inoltre dottissimo, quantunque non sia nè maestro nè lettore, avendo abbandonato tutto per darsi tutto a Dio. Siccome al suo corpo appena dà due ore di ripolo al giorno supra un banco; così ha tempo da predicare, da attendere al coro, da orare, a da studiar senza fine. Dico questo, perchè V. P. M. R. compatisca una certa semplicità e libertà con cui le scrive; scusi le interrogazioni che le fa; e con comodo di lei lo contenti, con sicurtezza che le tue orazioni le saranno utili, e ch' egli è il migliore de' suoi amici, e quell' amico che ci desidera il vero bene.

Tra le interrogazioni, che le fa il detto Padre, ancor io fo eco ad una di essa; e si è, ch' ella nel fine del Compendio della sua *Teologia Cristiana*, faccia imprimere la nota di tutte le sue Opere colle varie impressioni. Ne l'ho pregata altre volte, ed ella sopra di ciò neppur mi ha risposto. Se ora neppur ci volesse elaudire, io almeno me ne formalizzerei. Lo desidero per gli altri, giacchè io le ho ora quali tutte.

Di qua nulla vi è di quovo che meriti la sua cognosità. Per carità si ricordi di me nelle sue orazioni; mi comandi con piena libertà in quel nulla che vaglio; mi scriva sempre con franchezza e libertà, non dubitando del segreto dal canto mio; e con ogni maggiore stima e vera amicizia sono e mi dico

Escuriale 13. Ottobre 1752.

*Divot. ed obbl. Serv.*
E. Enriquez Arcivesc. di Nazianzo.

## XLIV.

*Reverendissime Pater in Domino Dilectissime.*

EXemplar Operis cedro & auro dignissimi, quod adversus teterrima theatrorum spectacula doctissima manu exaratli, una cum litteris tuis, ad nos die 23. Augusti labentis anni transmissis per Illustrissimum ac Reverendissimum *Henriquez*, Pontificium in Hispania Legatum admodum mea veneratione colendum, suscepimus. Incredibile dictu est quanto gaudio quantaque nostri animi lætitia munus hoc non nobis levidense, sed omni pretiosius auro & pectori expresserimus & in nostro sinu foverimus. Cujus rei manifestissimum indicium & specimen inde maxime habebis, quod licet pluribus curis irreti, quæ omne sibi vindicant tempus, licet gravissimis distenti negotiis, quæ nostram Pastoralem sollicitudinem frequenter vocant, sollicitant & urgent; præsertim cum in actuali Diœcesis visitatione, & immunitatis defensione intenti fuerimus: tum tamen Nobis suavissimum, ac jucundissimum librum ita libenter perlegimus, ut in intimos nostros sensus illaberetur mundana illa sermonis atque elegantia, singularis & mirifica in proponendis rebus perspicuitas, summa eruditionis copia, &, quod præcipue est momenti, sanioris doctrinæ delectus: quibus omnibus animus noster, quasi inescatus nova quadam voluptate, magna perfundebatur suavitate. Sed quid mirum? cum in ipso omnia accurate perscurras, omnisque diligentissimi e perscruteris, ut nihil sit, quod a calore tuæ ardentissimæ pietatis se abscondat, nullaque personarum conditio, quæ tuis pissimis alloquiis non instruatur efficaciter, quæ tuis hortatibus ad theatrorum sucolam lycophantiam, & nequam tranleuntam, tanquam sirenum universitatem, & diabolicam ecclesiam abiegandam & fugiendam non compellator. Nam, cum in omni scripturarum genere versatissimus sis, nihil est quod te lateat, quod omnia manum porrigis cum antiqua tum recentia, similis Patri-Familias, qui de thesauro suo nova & veteta profert.

Jamdudum, Reverendiss. Pater, te propter præstantissima tua scripta cognoveramus; nam quoties tuam *Theologiam Christianam* dogmatico-moralem oculis lustravimus, monteque revolvimus; toties quantus tu Vir, quantisque eximiis virtutibus instructus & ornatus esses, perspeximus. Perspeximus nimirum scripta tua, purissimo Christianæ eruditionis succo conspersa & imbuta, inter pulcherrima & religiosissima probatissimorum virorum ornamenta recenseri debere. Quanta in illis mentis celeritas! quanta excogitandi vis, quantum tuendæ Religionis studium! Quid ni? quod dicere audeamus, quod amore veritatis incensus, magnitudinem hujus Operis animo conceperit, ut omnium virtutum effectus fœcundissimos & formosissimos pandereres? ut spurcissima vitiorum germina e radicibus exhirpares, everteres, iplorum cohortes dejiceres, & iplorum cervices calcares? Macte igitur, Clarissime Pater, quid enim tuis scriptis non solum utilius, non solum præstantius, sed etiam rationi conformius? Ecce ecce in ipsis regulæ continenter & præcepta sapientiæ ad erudiendos Christianorum animos, scientiam boni & mali, honesti & turpis, justi & injusti. Quapropter interea, dum cum Satan prœliaris, dum in flagitiosos arma convertis, dum obiter vitiorum laxatas habenas proculcas, dum in scelera ex obliquo impetum facis, Christianos itidem catholice instruis, Religionem tueris, & te ad Christi causam tuendam accingis. Unde merito in excelso Sionis monte collocarum, & sublimem te inspicere videmur, ut omnibus his, qui pro Hraele præliantur, & signum præbeas & semitas monstres.

Sed neque hic sistit tuus erga omnem probitatem & virtutem flagrantissimus amor: Nam post tot elucubrationes, post tot exantlatos labores, post tot incursus subactos, post tot utilissimos quos per universam Ecclesiam fructus propagasti, nedum idcirco arma deponis, sed ardentiori spiritu ad alia aspirans, novo studio gloriosum tibi certamen proponis. In theatrorum, scilicet illorum profanorum spectacula invehens, novoque volumine exculo, contra nugas & illecebras, malorum irritamenta malorum, tuæ sapientiæ fulmina jacularis.

Hunc igitur librum dum legimus, eo jucundiori voluptate corripimur, quo causam nobis gratiorem & acceptiorem pertractat. Sed adhuc multo majori gaudio cumulamur, prælegentes, quod, sicuti in hac nostra Civitate, Ferdinando pissimo Hispaniarum Rege favente ac opem ferente omnibusque adversantium contradictionibus superatis, theatrum vere superbum evertimus soloque æquavimus, ac ipsa theatralia spectacula in perpetuum toto in Valentino Regno de medio tolli curavimus; sic etiam efficacia tuorum hortatuum (quid enim ex tuo sapientissimo Operis auspicari non licet?) in cæteris Hispaniæ Diœcesibus idem contingat: præsertim cum jam antea in Diœcesibus Hispalensi, Cordubensi, Conchensi, & nuperrime in Burgensi, Placentina, Calaguritana, Palentina, & Illerdensi (cujus rei notitiam libenti animo tibi futuram esse conjicio) theatralia spectacula omnino expuncta sint & repulsa.

Quapropter, meritissime Vir, non possumus non magnas tibi gratias agere nostramque erga te benevolentiam exprimere, qui nedum Opus amplissimum, dimatissimum, nostro genio accommodatissimum inscribere voluerit; verum etiam nostro nomini ipsum nuncupare tibi volupe fuerit. Et nobis metipsis, summo in Christo gaudio, gratulamur summaque ipsi divinas laudes concinimus, quod tantum talemque *Doctorem*, nostræ sententiæ compotem & affectorem, ad hoc præclarum Opus edendum, quasi divino afflatu, compulerit. In hujus ergo, quod tanti facimus, muneris compensatione inque gratitudinis signum, te intelligere optamus, nos, antequam illud susciperemus, non vulgari dilectione te esse persecutos (quis enim non te amaret, virum integerrimum deque sacris disciplinis optime meritum?); nunc autem, accepto ingenti novissimo dono, pristinus ille amor crevit, causamque augendi dedisti. Idcirco, si occasionem quoties nactas nobis tui volueris, tuis jussis nos corde, & animo paratos esse scias; & nihil magis erit nobis in deliciis, quam tuis semper obedire mandatis. Interim perge, Clarissime Vir, Institutum, quod arripuisti, illustrare, Ecclesiam exornare, totque abusus profligare & depravatos mores, qui hoc tem-

pore, opinionum libertate, Ecclesiæ faciem, quæ tota pulchra est & sine macula, fœdare conantur. Perge igitur, eruditissime Pater, non ad sarcinas remanendo, ut pro tua humilitate proponis & optas; sed ad præliandum Domini bellum, ut strenuissimus veteranus miles, imo & sapientissimus & omni dux laude superior. Quamvis enim tot fractus laboribus, ætate longævus, perge; quia zelus Domus Domini, qui te comedit, & causæ ejus, quo flagras, tibi vites pares præstabit. Certa ergo pro veritate; & si autem ostium magnum apertum sit & adversarii multi; abs dubio prævalebis, quia sagittæ tuæ (pennæ tuæ) acutæ, populi sub te cadent. Latrare ne cesses, ut verus illius magni Patriarchæ Dominici filius, qui mysticus Ecclesiæ Canis merito nuncupatur: respice, quia merces tua magna nimis. Nostri denique in tuis orationibus & sacrificiis sis memor, donec tibi dicatur: bonum certamen certasti & cursum consumasti. Te iterum, atque iterum salutamus; Deumque Opt. Max., ut te, ad Ecclesiæ utilitatem, animarum salutem & tui Ordinis decorem incolumem servet, precamur. Valentiæ in Hispania Tarraconensi XIII. Kal. Decemb. MDCCLII.

*Tibi ex corde addictus semperque ego te obsequiosus*

Andreas Archiepiscopus Valentinus.

## XLV.

LA sua *Teologia Cristiana*, il libro contra i Teatri, è generalmente tutte le sue Opere son qui finora lodate ed esaltate, cercate e pagate a carissimo prezzo. Non credo, che sia ciò avvenuto di altre Opere, quantunque celebratissime. *Deo gratias*. Ora si aspetta con vera impazienza il Compendio della lodata Teologia; e già si pensa di ristamparlo in Ispagna. Da Venezia viene scritto, che si ristampavano colà tutte le Opere di V. P. M. R.: ottima idea, ma dovrebbe essere eseguita con giudizio quanto all'ordine di essi trattati. E qui i più desiderarebbero, che almeno l'Istoria del *Probabilismo* e la *Disciplina antica e moderna* sopra il Digiuno fossero tradotte in latino. Nella collezione delle sue Opere si dovrebbero pure aggiungere le lettere di Eusebio *Eraniste*, ed altri Opuscoli dello stesso Scrittore in difesa delle sue Opere. Mi dica, con suo comodo, qualche cosa, se sussiste l'accennata nuova edizione, e quando sarà terminato ed impresso il Compendio.

Ora vengo alla sua lettera de' 29. Novemb. Non parlo nè poco nè punto della cecità e sonnolenza, che tanto regnano oggidì in materia di Religione; perchè questo sarebbe argomento di volumi, e non di lettere. Non ho peranche veduta la Costituzione condannante le cinque Propositioni sopra il Duello; ma forse l'avrò col primo ordinario. Vedremo, se il P. *Ghezzi* la scapperà. Quanto ai Sonetti, così corsi per occasion del libro de' Teatri, ho veduto tutti quelli, de' quali ella mi fa motto, e molti di più. Intorno a Raimondo *Lullo* tra qualche settimana comincierò ad operare; ed a suo tempo farà ella ragguagliata dell'operato. Non mi diffondo di più per vera angustia di tempo. Mi comandi con libertà in quel poco o nulla che vaglio, e con ogni maggior stima resto.

Madrid 26. Dicemb. 1752.

*Divotiss. ed obbligatiss. Servitore*

E. Enriquez Arcivelcovo di Nazianzo

## XLVI.

*Plurimum R. P. ac Clarissimo P. Danieli Concina*

*P. Joan. Nepomuc. Conrad Ord. SS. P. Benedict. S. D.*

TAm gratas mihi, dum inter vivos ago, accepi nunquam legique litteras, quam quas ad me, Vir Clarissime, omni officiorum genere repletas, anno elapso dederas; in iis siquidem, ut in tomis editis, & candorem animi & laborem ingenii, atque quod fortium virorum est, potentem in adversarios patientiam eamque adamantinam superavi. Obsanniant licet, quasque lacerent Thronino dente severioris ethices sententias, vanas tamen & irritas sine viribus iras sentient adversarii. Videat R. P. Franciscus *Zech*, qui symbolam soluturus Deoque sit redditurus rationem ob tantam, qua le polluit, certe non prolutt, calumniarum colluvient argumentis ille & rationibus. Doctor enim est, pugnet validis, non amusis, non inficeris pungat cavillis, & in sacerdotem unctus cum sit roleoque toties poratus Christi sanguine, amoris stillet latices, non spumas ecomat conviciorum. Quid? cæcodæmone Saulis abreptum olle *Concinani* scribere non exhorruit? O tempora! O mores! quasi vero Christianos a laxa & ampla laxarum opinionum semita reducere, & ad arctam, quam Christus ipse docuit, dirigere viam, foret piaculum. Heu! quo partium abripit studium? Animo ego ita comparatus sum, ut quod verius, licet sit severius, lubens amplectar, & quod laxius, licet probabilissimi fuco delinitum, liberrime detteller. Sed ad gratiora me verto, affatim gaudens, Christianæ Moralis a te jam jam perfectum in lucem Venetiis brevi proditurum Compendium; & forsitan jam prodisse sperare licet, quod Opus non pauci pranlis se olnis velle excipere condixerunt. Interim id unum exopto, ut quoties lucubrationes tuas, meas delicias volvo, toties te, quem vere diligo & a quo, ut ut indignus, singulari animo & affectu redamor, coram intueri, tibi colloqui & in bene multis te consilere possem. Unum adhuc superest, de quo te efflictim rogo, ut, si tempus supperet, aliquas saltem ex tuis concionibus, italice e suggesta dictis, latinitate donares, & typis ederes, quod si fieri ob amplitudinem negotiorum nequeat, grates tamen pro omnibus lucubrationibus tuis, orbi universo summe commendandis, agam atque laudes perennes, ut soleo, Danieli concinam. Vale.

Glunici 15. Februarii 1755.

## XLVII.

*Admodum Reverende Pater Magister.*

TE sacris insudantem concionibus, totque aliis distentum litterariis curis vel tantisper avocare veteret Religio, nisi ipsiusmet Religionis causa me quali reluctantem compelleret; unque rem totam precesque meas paucis complectar, enixe ego rogo Paternitatem tuam colendissimam, ut, ordinationes recenlitas in adjunctis chartis, ad pedes summi Pontificis velis demittere, roborandas & confecrandas Apostolica approbatione pro Regio Hibernorum Seminario Tolosano, ubi ad Apostolicum munus informantur alumni, qui Hiberniam, olim sanctorum insulam, iterum sanctificent suis virtutibus, documentis, laboribus, zelo secundum scientiam, docendo, vindicando sacrosanctæ Religionis veritatem incorruptaque disciplinæ sanctitatem.

Scio, magister sapientissime, quo sis loco apud celebriores Cardinales, præsertim apud eminentissimum Cardinalem *Quirinum*, cibi addictissimum mihique non ignotum, ex quo tempore Gallias juvenis peragrabat istique admirationem non interituram ubique excitabat. Scio qua sis gratia potissimum apud summum Pontificem. Scio insuper quo sit apud te pretio orthodoxæ fidei & famoris moralis dilatandæ studium. Hinc spes affulget non mediocris te non defuturum precibus meis, vel certe non defuturum prælaudato Seminario, quod, novo illo Pontificiæ auctoritatis munitum præsidio, firmum & perpetuum erit sanctuarium catholicæ Religionis, & ethicæ sanctioris, in omnem Hiberniæ regionem disseminandæ, ubi messis quidem multa, operarii autem pauci, sicut lugentes scripserunt non ita pridem ex Hibernia nonnulli Episcopi ad dignissimum ejusdem Seminarii præpositum, informandis operariis Evangelicis eximie idoneum.

Ut vides ergo, Reverende Pater, agitur hic causa Dei, hæc una vox erit decretoria apud te, qui assidue tanta scribis, tanta agis, tanta sustines pro Dei causa. Macte animo, in orbe celebraris, & quod majus est, te laxiones detestantur, quodque veritati splendidius ubique fortunatius vaticana fulmina tuos conterunt hostes, simulque Apostolica diplomata tuas confirmant sententias; Denique ad honoris culmen, *Benedictus XIV.* Pontifex ille omnibus titulis maximus, qui in te duo Cœlestinos, Leones, Gelasios, Hormisdas, Gregorios complectitur, hic, inquam, dignissimus Pontifex, cœlitus Ecclesiæ a Deo datus, suis aureis in scriptis scripta tua cum laude celebrat.

His addocti incitamentis laudes tuas alius Galli cantant, & assidue volvunt eximia illa volumina, quæ calamo tam celeri, tam erudito, tam inexhausto effundis. Te diu incolumem servet Omnipotens, neque tui admiratorem scias ad obsequium paratissimum. Sic ex corde profiteor.

Tolosæ die 12. Martii an. 1753.

*Tanquam humillimus Servus*

Fr. Gabriel Gaugeran Ord. Prad.

## XLVIII.

Mi son sempre caro ed istruttive le lettere di V. P. M. R.; ma carissima mi è riuscita l'ultima sua de' 22. Maggio, fino a darmi non picciolo sollievo nelle mie presenti angustie di spirito per varie croci mandatemi dal Signore: perchè io mi compiaccio e conforto nel conversare colli amici dotti e virtuosi come è lei, e particolarmente convenendo nella qualità degli studj, ne' principi e nelle buone massime, sebbene poi io sia tanto inferiore nell'ampiezza, e assai più nell'uso di esse. Così rispondo prontamente alla detta sua lettera; e lasciando da un lato i tratti del Concordato, e della Promozione, i quali ho fermo proponimento di non mai toccare senza precisa necessità, vengo al resto.

Ho scritto per aver copia del Voto di *Passeneri*, avendo già quelli di *Arcolino* e di *Casanata*; e a suo tempo vedrò il lavoro di *Cavalerium*. Iddio faccia seguire in ciò quel ch'è di sua maggior gloria, non potendosi negare l'eliata e sana dottrina e la santità dell'ottimo Porporato.

Mi piace il sentire, che V. P. M. R. pensi ad impinguare il tomo VI., veramente aureo, della sua Teologia; e senza vanità potrei dirle, che quando io lessi videderai quel che ora penia di aggiungervi. Anche al tomo I. deliderarei notabile impinguamento al trattato de' Luoghi Teologici, e l'aggiunta di tutte le Proposizioni dannate, sparse di quà e di là, con osservazioni e rischiaramenti. Ma tutto si farà, e in tutto v'ha tempo: massime che nel resto non manca nulla, e generalmente tutto il corpo è incomparabile.

Vuol però Spagna la gloria di distinguersi fra tutti i suoi ammiratori. Appunto son giunte due grosse reclute della detta Teologia; e son sicuro, che fra un mese si sentirà a trovarne un corpo, e può si pagano assai salati. Qui si aspetta con istanza, ed io sopra tutti, il Compendio della lodata Teologia: mi dica di grazia quando si darà principio alla stampa, per ordinare che mi si mandi foglio per foglio come si va stampando, giacchè qui si desidera far comparire la seconda edizione quasi nello stesso tempo della prima. Si rechi ella a coscienza di far differire per altre delle sue Opere la ristampa del Compendio, il quale come andrà per le mani di più, e de' più poveri preti, così sarà di maggior onore di Dio e utilità de' Fedeli.

Se il Libro, che si stampa in Lucca contro la Teologia, merita risposta, sarebbe bene ch'ella incaricasse all'Autore delle Lettere, che ne facesse in latino una vigorosa risposta, e colla possibile celerità, affinchè si potessero coll'antidoto impedire gli effetti della velenosa dottrina. Dissi di darne l'incarico, trovandosi or'ella divertita ad altre opere, le quali non è bene lasciare imperfette ec.

Aranguez 12. Giugno 1753.

*Divotiss. obbligatiss. Servitore*
E. Enriquez Arcivesc. di Nazianzo.

## XLIX.

Accuso due gentilissime di V. P. de' 13. e 27. Novembre. E primieramente mille e mille grazie per la sua cordiale e cristiana congratulazione della mia promozione al Cardinalato: beato me, se giungerò a corrispondere alle tante, e tanto grandi obbligazioni di quello grado! pur confido nelle sue orazioni, che mi otterrà da Dio questa grazia; e così di più in più la prego ad aver memoria di me sull'Altare.

Ho ricevuta la seconda lettera *Dinelliana*, che mi piace ugualmente, e più della prima: ancor questa si rilimpererà, e forse in Madrid, ove il partito della sana morale cresce ogni giorno. Non ne dico di più, perchè il nostro P. *Llobet* mi ha promesso di scriverle ampiamente.

Ho ancor ricevuti a dirittura da Venezia il terzo e quarto Tomo delle Italiche Lettere provinciali, oltre ad un esemplare, che mercè di V. P. mi si manda di Roma: e quantunque mi trovi ora fuor di modo occupato da lettere di complimento, e da altre cure; pure lo trovar de ritagli di tempo da deliziarmi con sì nobil lettura. Ancor queste lettere si faran correre di qua, e di là nell'ampiezza di quelli Regni, giacchè la lima degli Autori contribuisce molto a quella delle loro Opere. Ed io apprendo di grandissima importanza l'opera in quistione. *Et de hoc satis.*

Non rispondo sopra altri capi, perchè alcuni tasti non si possono toccare in una lettera: ma se Dio ci darà vita da conoscerci e trattarci, allora sarà un altro fare. Intanto me le offro in quel nulla che vaglio; la prego a persuadersi di più in più, che ho piena e somma stima della sua degna persona; e che mi farò pregio di dimostrarmele con segni non equivoci, che sono e sarò sempre costantemente suo vero e buon amico.

Madrid 25. Dicembre 1753.

E. Card. Henriquez.

## L.

L'Avere la P. S. M. R. scritta, e sostenuta la più soda e sicura morale dottrina: l'averla predicata con libertà in quelle Americane regioni del Brasile il P. Benedetto *da Rovigo* Cappuccino della Provincia di Venezia, gli hanno concitati gli animi a impugnarla, e vilipenderla. L'amore, che io porto alla verità, l'affettuosa meritata estimazione, che ho della P. S. M. R.; la dovuta religiosa carità, che conservo verso gli miei fratelli, mi hanno eccitato a scrivergli questa lettera, e a dargli una succinta informazione, acciò ci somministri sinceramente, e ragioni, e procuri protezioni necessarie per impedire che non trionfino gli malevoli, e la menzogna. Il fatto è il seguente.

Conoscendo gli nostri Padri la somma ignoranza, che regna in questa Città della dottrina Cristiana, per non esservi un Parroco, un Ecclesiastico, un Regolare, che in una festa faccia un tanto necessario insegnamento, si risolsero già da più anni a farlo, assegnando il nostro P. Prefetto due Religiosi per quest'esercizio, il quale con l'assistenza Divina riesce di non poco vantaggio spirituale di questo popolo, che in tanta quantità vi concorre, che siamo obbligati farlo sempre fuori della Chiesa. Questo impiego sono già più anni, che lodevolmente lo esercita il suddetto P. Benedetto *da Rovigo*. In occasione che questo Padre spiegava il settimo Comandamento del Decalogo, parlando de' Contratti riprovò il Contratto trino, e il censo personale, famigliarissimo in questa terra per essere non solamente pericoloso in se stesso, ma molto più per li modi illeciti, con li quali lo fanno. Fra quelli uno è che sia redimibile solamente dal compratore. Questo bastò per accendere contro le stesso un gran fuoco, massime per mezzo di persone letterate, e religiose, che scrissero contro di esso, e della sua Dottrina alcuni scritti, che meritano più il nome di libelli famosi, che di difesa della sentenza contraria. Grazie però a Dio s'incontrarono a censurare un religioso, che per virtù, e per dottrina si è conciliata l'estimazione della più sana parte di questa Città, il quale nè si ridente a' suoi vilipendj, nè per gli molti scritti s'avvilisce, ma sempre con egual'amor del vero tutto perdona, tutto dissimula, e a tutti risponde, benchè occupatissimo in altri impieghi del suo ministero Apostolico, che in nulla per questo rallenta. Le ingiurie, delle quali sono ripieni li scritti degli Avversari, sono di questo tenore. Che è un Antipapa, del Brasile, un cieco, un ignorante, un superbo, un maligno, un fraudulento, un fallario, un maliziolo, un rivoltuoso, un ingannatore, un infidiolo, e questi onorati titoli li disposero, gli amplificarono, e invelirono con tutta l'arte oratoria. Nè contenti di questo si sono avanzati a fare una pubblica scritta esortazione al popolo, disuadendolo dall'intervenire alla dottrina Cristiana, che da noi si fa, ed è l'unica, che si fa nella Bahia, città di settanta mille anime in circa. Nè pensi la P. S. M. R. che il P. Benedetto sia stato il solo, ed unico bersaglio de' loro vilipendj; ne ebbe ancora una molto buona parte la P. S. M. R., ed a ciò diede innocente occasione il P. Benedetto con una breve citazione che fece delle sue mende Pontasiane. Dimostrando egli in un suo scritto essere illecito, ed ingiusto l'interesse, che si esige dal censo personale, lo comprovò in questi termini. *In confermazione di questa verità vedasi il* Reinfestuel *nel citato luogo, il Dottor* Seyxas *anche nel citato luogo famoso Portoghese, e l'antiquaversion fatta del P. Daniel* Concina *dell'Ordine de' Predicatori, che ha fatto nelle mende Pontasiane tom.* 1. Tanto bastò per eccitar i loro animi, già forse inalpiriti e confusi dalla fama de' suoi libri e dottrina, a vomitar contro di ella il loro più mordace veleno, e rispondono in questi sprezzanti, scandalosi, ed infami modi: *o P. Benedetto! non vi cagiona orrore allegar un tal mostro di tanto perverso ingegno, e di tanto sospetto, che il Pontefice a fargli molto favore gli comandò, che si difendesse di molte cose, che aveva scritto, e non ritrovò altro rimedio che fare, per evitar d'essere abbruciato, o carcerato in perpetuo, come consta dalla sua Ritrattazione.*

De-

Declaratio, & protestatio sincera Fr. Danielis *Concina* contra tomos suæ Theologiæ Christianæ, dogmaticæ moralis recens typis editos? *Ma che fu ciò ammesso? ma che valse poi Fr. Danieli Concina retrattarsi, e di mala coscienza?* Ecco gli elogi, che di quella gente riporta il suo merito, tanto conosciuto e rispettato in Italia. Quanto a noi rincresce il non avere Opere, e testimoni, che gli smentissero, e confondessero, se l'immagini la P. S. M. R. Il P. Benedetto nelle sue risposte procura di ribattere le loro false imposture, e chiarificar il suo merito, sta non tiene cosa autentica, e sicura per smentirli, e svergognarli. Questo è il motivo principale, per cui mi sono mosso a scriverle questa carta, cioè che per la posta non somma puntualità, e autenticamente mi scriva quello, che dalla sua dottrina gli uomini dotti, le Università, il Sommo Pontefice ne dissero, e scrissero, che non sarà poco. Nè di ciò ancora io sarei pienamente contento, perchè io tengo un gran desiderio, e supplico la P. S. M. R. a compiacerio, ed è che ella procuri, che il Sommo Pontefice scrivi una lettera a quest'Arcivescovo, con la quale approvi la sua dottrina, e gli imponga di obbligare quelli Scrittori a cantare la loro palinodia, e non abbiano a gloriarsi delle loro iniquità.

L'Autore di questi scritti và con smentito nome di F. Tobia *di S. Rafaele*, Francescano, ma si hanno forti e quasi sicuri indizi, che è un P. Gesuita; gli scritti però hanno la pubblica approvazione di nove Lettori, e Maestri, che si sono ad essi sottoscritti: tre sono Gesuiti. Il primo di questi è il P. Antonio *da Costa*, il quale attesta, che le ragioni, che assistono al censo personale, come si pratica in questa terra, rendono la opinione non solamente probabile, ma sicura. Il secondo Gesuita, che è il P. Francesco *Gordero* dice che è dottrina tanissima, e che si può seguire la pratica senza pericolo d'usura. Il terzo Gesuita è il P. Ignazio de *Souza*, e dice nella sua approvazione, che la dottrina, che difende il censo personale, è sicurissima, ammessa in pratica, e che come tale l'ha sempre consigliata, e che li Mercatori di quella Città possono senza scrupolo trar l'interesse di sei, e quattro per cento, nè sono obbligati a restituire quello, che riceverono.

Gli altri tre Maestri in Teologia, che si sottoscrissero agli scritti dell'avversario sono tre Carmelitani. Il primo è il P. F. Giovanni de *Minerez*, quale confessa restar convinto dalle ragioni contrarie, che io fanno approvar un tal contratto. Il secondo è il P. Raimondo *Bem* di S. Antonio, il quale dopo avere scritto diverse ragioni, gli para che quello contratto sia lecito. Il terzo è il P. Felice da *S. Giovanni*, il quale dice esser lecito, perchè è praticato comunemente da Persone timorate di Dio.

I tre ultimi sono tre PP. Francescani dell'Osservanza. Il primo è il P. David de *Reys*, quale fondato nell'autorità di tanti autori è di parere che il censo personale ha per se opinione non solamente sicura, ma probabilissima. Il secondo è il P. *Gio. di Dio*, il quale mosso dal lungo uso, e costume, dalle autorità degli Autori, e dalle ragioni confessa, che l'opinione di F. Tobia da S. *Rafaello* è probabilissima, tanissima, e sicura. Il terzo è il P. Giuseppe *de SS. Cosma e Damiano*, che non fa altro che approvare le mordacità di F. Tobia *da S. Rafaello*, e a quelle aggiunge le sue.

Allo scritto di questo F. Tobia *da S. Rafaello* sottoscritto da quelli nove Teologi Brasiliani risponde ora con sollecitudine il P. Benedetto, e terminata che abbia la sua risposta pual essere che si manderanno a Roma gli scritti dell'una, e dell'altra parte, o pure la sostanza del fatto, e della dottrina, in tal caso tema molto, che la solita prepotenza della Compagnia possa importar qualche vantaggio sopra la ragione, se in Roma non si avranno valide protezioni, onde io dopo la providenza di Dio lascio l'affare nelle mani della P. S. M. R., sapendo che in questo, se vuole, può molto. Nel Brasile procureranno li Cappuccini salvare la reputazione della P. S. M. R. Procuri ella difendere in Roma con la nostra la sua dottrina. Quanto faccio io so che conveniva lo facesse il P. Benedetto: ma egli è un Religioso, che non si cura d'altro, che fare quanto può egli, rimettendo il di più alle divine disposizioni, onde non si maravigli, nè abbia per male, se da esso non riceve quelle notizie.

Non posso trattenermi di scriverle che in quello mese ho udito un P. Maestro, che diceva, che le provisioni, quali potrebbe dare il sommo Pontefice circa di quest'affare, o altro simile, non hanno maggior forza di quella ne abbia un Dottor particolare, e che morto il Pontefice usciranno libri contro



tro di esso ncora, ed allora solo abbasseranno il capo, quando si definiranno le cose *ex Cathedra*.

Nella risposta, che si compiacerà di farmi, la supplico a mandarci un catalogo di tutte le sue Opere, e di que' libri, che sono i migliori per sostenere, e difendere una sana, e soda dottrina per fare migliore, e più forte ostacolo a certe proposizioni lasse, e pericolose, che qua di tanto in tanto si leggono, e si odono.

Io mi lusingo darà tutto il credito a quanto gli scrivo, e se teme forse di qualche inganno, s'informi in Venezia, chi è il P. Benedetto *da Rovigo*, e in Roma da' miei Superiori, e dal Reverendissimo P. Predicator Apostolico chi sono io, che spero deporrà ogni sospetto. A me per ora non mi resta altro, che supplicarla de' suoi comandi, ed orazioni, e considerarmi sempre, quale con tutta la sincerità, ed affetto mi dico.

Bahia de todos os Santos li 29. Marzo del 1754.

*Divotiss. ed ossequiosiss. Servo*
F. Mich. Angiolo da Mondovì Miss. Cappuc. nel Brasile della Provincia di Piemonte.

## LII.

DAlla propensione, che vi abbiamo dimostrata nell'accettare la Dedica della vostra Opera contra gl'Increduli, potete comprendere il vero piacere, con cui avevamo veduto, che una persona del vostro sapere, e della vostra saviezza avesse preso a sostenere la nostra Santa Religione, ed a confondere coloro, che indarno pretendono oscurare la verità. Sì è fatta ora maggiore la nostra soddisfazione al vedere pubblicata un'Opera così utile, e ci sono stati ben accetti gli esemplari, che avete avuta l'attenzione di mandarcene col vostro foglio delli 17. del passato Agosto. Nel significarvene il singolare nostro gradimento, v'accertiamo altresì della vera stima, che facciamo del vostro conosciuto merito, e della favorevole disposizione, in cui siamo sempre di darvene prove in tutte le occorrenze. E senza più preghiamo Iddio, che vi conservi.

Torino li 2. Ottobre 1754.

Emanuele.

## LIII.

HO avuto l'onore di presentare al Re la lettera da V. P. M. R. trasmessami, e dalla risposta qui inglunta ella osserverà quanto gli esemplari della sua Opera sono stati da S. M. ben ricevuti e graditi, onde nulla mi rimane, che significarle su quel tanto che da me desiderava verso la M. S.

Nel mio particolare mi professo sommamente sensibile all'obbligante attenzione di V. P. M. R. facendomi avere un esemplare di detta sua Opera, in cui per quello, che ho potuto finora leggerne, ho veduto, che la materia, che ne fa il soggetto, viene trattata con la dottrina, erudizione, e cristiana libertà, che così giustamente hanno già acquistato all'Autore tanto merito, ed applauso. Desidero di avere qualche favorevole occasione di potere corrispondere alla gentilezza da V. P. M. R. dimostratami, e frattanto la prego di essere persuasa de' sentimenti della più distinta stima, ed immutabile osservanza, con cui ho il bene di rassegnarmi.

Torino li 2. Ottobre 1754.

*Divot. ed obbl. Serv.*
Ossorio.

## LIII.

QUel Signore, che vuole consolar i suoi servi, per sua misericordia ci ha consolati anche noi per mezzo della risposta, che mi fece, e confermò il P. Benedetto nella risoluzione di sostenere sempre più la sana dottrina, a fronte di qualunque, benchè potente, contraddizione, fin che non venga deciso il contrario. Considerando però che questa mai si avrà senza fare per essa il dovuto ricorso; e che lasciare il popolo sospeso nel dubbio che vive, se sieno leciti, o illeciti i suoi contratti, essere di un inesplicabile pregiudizio alla di lui salvazione; risolsi di mandare il caso al sommo Pontefice, per ottenerne l'ultima desiderata decisione, ancorchè sappia che sono male le circostanze. Manifestossi questa sua risoluzione al nostro Padre Prefetto; ed egli, conoscendo quanto necessaria è questa decisione, non solo approvò il sentimento del P. Benedetto, ma egli medemo scrive al sommo Pontefice a nome suo e de' suoi Missionari, e lo supplica a dichiarare la verità, che si combatte. Io che ho conosciuta la sua bontà, e l'aggradimento che la P. S. M. R. mi mostrò per le notizie che con un'altra mia gli diedi, ho giudicato essere mia obbligazione avvisarla per minuto di ogni cosa, con la speranza ancora che assisterà alla giustizia della causa col suo Apostolico zelo, e farà tutto il possibile perchè non venga oppressa dall'altrui prepotenza e maneggi.

Dopo che scrissi l'altra lettera, ci sono giunte quali tutte le sue Opere, che hanno servito molto al P. Benedetto massime per scoprire molte falsità che ne' scritti de' teologi contrari si ritrovano, e di esse noi tutti ne abbiamo provato un grande contentamento: e il nostro buon Padre Prefetto di 74. anni piangeva più volte nel leggerle per la consolazione che provava in esse, e di tanto in tanto sospirava, perchè tanto tardi ritrovò il disinganno, e più volte mi disse, che se la P. S. M. R. si ritrovasse distante da Bahia non più che di otto giorni di viaggio, questo voleva intraprendere per trattarsi e conoscerla, e tutti in somma abbiamo un affetto, ed estimazione ben grande della sua persona; ed io a nessuno in questo la cedo, perchè gli protesto, che con tutta la sincerità gli desidero ogni vero bene, e sono, ma di cuore,

Bahia li 2. Aprile 1755.

*Divot. obbligatiss. ed affezionatiss. Servo*
F. Mich. Angelo da Mondovì Cappuc.

## LIV.

*Reverendiss. P. Danieli Concinæ Ordinis Prædicatorum.*

*Aloysius Amici Camers S. P. D.*

Etsi magna dignitas, major authoritas, maximaque sapientia tua, Vir præstantissime, scribentem me jure merito deterreant, atque a proposito quodammodo avellant, quia tamen conperta mihi dedum est singularis humanitas tua, reficior profecto, & ad scribendum adducor. De te siquidem adeo honorifice sensi, teque tanta sum affectione, ac benevolentia prosequutus, ut ingens affiduumque ad te scribendi desiderium expertus fuerim, litteris eum alloquturus, quem voce non possem. Hoc tamen eo pervenit, ut illud pati diutius, ac compescere non possim, quum dies, nocteque mentem, animumque meum titillet, ac prorsus exagitet. Crederem sane, te multis magnisque curis distentum, incultas litteras meas, non sine tædio, ac contemptu excepturum fore, nisi incredibilis illa comitas, qua polles, audaciæ meæ ignosceret, fastidiumque tuum temperaret. Haud paucis ab hinc annis opportunam quærivi undique occasionem, quæ meis litteris causam simul, materiamque suppeditaret. Studia tamen, industriæ, ac diligentiæ supervacaneæ fuere usque adhuc. Modo vero, eam, quam diu exoptavi, commode nactus, avide quidem arripio; & si quod mihi Numen tuam erga me benevolentiam conciliaverit, non meam tantum epistolam, utcunque elaboratam, sed & meipsum totum ad te festivus mitto, ac ferme propello. Tecum itaque nunc sum, te alloquor, votumque tandem meum expleo, & absolvo.

Postquam proxime præteritis bacchanalibus, nonnulli, qui dum Urbi huic nostræ lætitiam augere putant, ruinam parant, postquam, inquam, tragicas fabulas, musicorum ope repræsentatas, absolverunt, pacti denuo cum iis fuere, ut eisdem tragœdiis mense maii, occasione solemnitatis S. Venantii M., primi Camertium patroni, iterum Camerini fungerentur. Sed quoniam, absque facta a Romana ditione facultate, peragi ejusmodi spectacula fine piaculo nequeunt, ideo supplices pro ea obtinenda libellos miserunt, quos Urbis Tribunal ad Gubernatorem nostrum remisit, ut Purpuratos Patres de rei petitæ honestate, atque utilitate certiores efficeret. Aberat tunc temporis, & abest adhuc Illustrissimus Joannes *Pentinellus*, singularis prudentiæ, & pietatis præsul, ab Æsima ad Camertem hanc præfecturam nuper translatus, qui tamen carissimum patrem meum civitati administrandæ, ex urbe hac nostra proficiscens, præfecit. Is, qui multa, ac gravia ex comœdiis, mulieris præsertim, consequuta damna, ac fortasse consequutura, non ignorabat, quique egregium tractatum tuum, adversus Theatralia Spectacula editum, legerat, is, inquam, religioni sibi vertens gratiolas pro parata tragœdia litteras dare, nunquam in eam concedere partem potuit, ut illi faveret, & obsecundaret. Quæ apud eum tragœdiæ patroni, ut benignam epistolam extorquerent, præstitere, vix credi, vix dici, aut referri possunt: precibus, lacrymisque suis preces, lacrymasque multorum civitatis procerum addiderunt; tamen pater meus nullis unquam precibus, nulla unquam ratione, nullo unquam pacto potuit in eorum sententiam adduci.

Si tibi candide fateri vellem, quam ob rem homines illi comœdias promovere studeant, affererem profecto, tantam insaniam nonnisi ex nimio mulieris, ac musicorum amore, post quos totus Camerini populus abit, ortum ducere. Quanta porro sit in hac urbe mulieræ vis, quantæ illecebræ, quanta exitia, quanta dispendia, quanta demum ex illa confectaria perversa, haud facile dictu est. Præ-



Præcipua ejus detrimenta ad tria veluti capita revocare, mihi solenne, certumque semper fuit. Enim vero, ut mihi quidem videtur, debitum sacris Templis honorem violat, quippe quæ in iis ita inholeiscat, ut Dei adoratores, qui in spiritu forte orarent, & veritate, ac Altaribus avellat, ac suos in carne, & sanguine, ne dicam luxuria veluti cultores efficiat: genuinum deinde morum candorem labefactat, ac scientiis, bonisque artibus immane bellum indicit. Lugere cerre non desino infaustam quorumdam juvenum sortem, qui ejusmodi ingenio pollentes, mulieræ tamen præstigiis fascinati, scientias omnes prorsus deleruat, in ea quiescant, ac majorem, meliorempque vitæ partem insumant. Sed quod magis, ac magis hac in re formidinem ingerit, illud est, quod omnes compertum habent, singulare nempe mulieræ inter, & Venerem intercedere commercium.

Hactenus a me dicta eo dumtaxat collineant, ut te orem, obtestemque, ne, dirum mulieræ, nostris saltem temporibus pertractatæ, monstrum, diutius grassari sinas, sed illud, districto calamo, & atramento, plautino sale conperso, perfricare contendas. Si hoc tandem aliquando pertentaveris, nobilissima certe, ac splendidissima coronide, egregias elucubrationes tuas perficies, & coronabis. Hoc igitur a te postulo, hoc probus quisque vir jure vult, hoc commune bonum exigit merito, ut qui innumeris pene maculis christianam ethicen expurgasti, in id tandem incumbas, ut mulieræ ablutæ convellas omnino.

Si meam erga te benevolentiam, honorem, æstimationem litteris significare vellem, deficerent sane verba, atramentum, papyrusque. Nullus in Orbe toto extat liber, cui tantum debeam, quantum tuis. Nil mihi, postquam illi in manus venere manus, jucundius, optatiusque fuit, quam de te, de perrara sapientia tua sermonem instituere. Si quod mihi rei familiaris inopia damnum, doloremque adfert, in eo tantum situm lenio, & agnosco, quod pecuniis caream, quæ viaticum pro urbe illhac adeunda, mihi te invitato largiantur. Me sane ad beniguiorem fortunam aliquando evectum, non urbis hujus magnificentia, non Templorum splendor, non viæ munificentissimæ, non turres, sed tui fama, desideriumque huc perduxit. Et si septuagenaria ætas, in qua vivis, servari te usque eo non permiserit, Deum optimum Maximum supplex oro, & quidem flagrantissime, ut annorum meorum partem minuat, tuis illam adjecturus. Id si impetravero, maximam certe universæ, non modo litterariæ, sed & Christianæ Reipublicæ manus contulisse me gloriabor.

Inculta hæc epistola, si non dicam gratiam, sed indulgentiam apud te ita invenerit, ut responsi dignam efficias, nihil sane mihi tam gloriosum, tam jucundum, tam splendidum dulceque esse poterit, quam epistolam tuam, unico quamvis versiculo absolutam, perlegere, servare, custodire. Illam quippe auro, cedroque a me donandam, inter pretiosiores margaritas, si quæ apud me sint, referam, & adnumerabo; eamque Nepotibus (etsi fine liberis sim decessurus, utpote sacro cælibatus vinculo paucos post dies jam obstringendus) veluti gemmam perpetuo custodiendam, moriturus commendabo.

Camerini Prid. Non. Aprilis 1755.

## LV.

Il Cardinal *Passionei* è stato sempre servidore, e quel, che più importa, sinceriss.mo, e fedelissimo amico del P. *Concina*, da lui amato, e stimato al segno maggiore. Posta questa verità incontrastabile, io mancherei essenzialmente all'uno, e all'altro titolo, che mi pregio di avere, e che in questa qualità professo a pochissime persone nel mondo, se io colla maggior confidenza non passassi seco lei un ufizio dei più particolari, ed importanti, di quanti io potessi mai rendergliene in questa vita. Qui si è sparsa una voce, la quale va sempre più accrescendosi, e prende più piede di quello, che io sapessi rappresentarlo, vale a dire, ch'ella afflitta e tormentata dalla sua nota malattia non ritorni più a Roma. Di questo ricontro, che portano molte lettere di Firenze, io lascio a lei a considerare, non dirò solamente il pubblico trionfo, che in tutti i cantoni di Roma ne fanno i suoi poco amorevoli, ma tutto quello, che possono meditare, e vanno meditando senza dubbio, di che io stesso sono testimonio irrefragabile. Ella conoscendo il paese, e la natura degli uomini, che lo governano, potrà coll'ottimo suo giudizio tirare da per se stessa le conseguenze, funeste alla sua riputazione, alla sua stima, e alla sua quiete. Tenga per infallibile quanto io le avanzo, e venti col suo ritorno la machina, che coloro si vanno preparando. Non è certamente ella tenuta

di rimanere in Roma; può prendere il partito di andarlene, e ritirarsi a goder la sua quiete: ma non giammai, per l'amor di Dio, nelle presenti congiunture, e contingenze. Ella m'intende molto bene, e molto meglio di quello, che io saprei mai spiegarmi, non permettendo la carta, che io mi avanzi, e mi diffonda in altre particolarità. Legga, e rilegga, rimediti ogni parola di questo mio caritativo, e onoratissimo uffizio, nel quale non vi è una sillaba, su cui ella, meglio d'ogni altro pratica di questa Corte, non possa fare un ampliffimo commento. Io mi sono spiegato abbastanza, e non avrò da rimproverarmi di non aver parlato in tempo opportuno. L'abbraccio teneramente, e son tutto suo.

*Roma 27. Settemb.* 1755.

D. Card. Passionei.

## LVI.

*BENEDICTUS PP. XIV.*

*Dilecte Fili, salutem & Apostolicam Benedictionem.*

Per le mani del P. Maestro del sacro Palazzo riceviamo una sua lettera degli 8. nella quale ci da parte del suo ritorno dai bagni di Lucca, e sua permanenza in codesto suo convento di Venezia. Avressimo desiderato d'avere migliori nuove della sua sanità, ma non le disperiamo, se ella si prenderà un poco di quiete e di ripolo, che dopo tante fatiche e tante agitazioni le è troppo necessario. Teniamo per certo, ch'ella non avrà bisogno nè di noi, nè d'altri, per non soggiacere a nuovi disturbi; parendoci di vedere, per grazia di Dio, le cose in buona calma. Preghi Iddio per noi, che in tanto le diamo l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 29. Novembris 2755. Pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Extra

P. Daniello *Concina* dell' Ord. de' Pred. Venezia (SS. Rosario)

## EPISTOLA ENCYGLICA

*In Funere*

P. DANIELIS CONCINÆ.

*Reverende admodum Pater Præses.*

Si quando cum Divo Hieronymo exclamare licuit: *O mors, quæ a filiis Patrem dividis, & amore sociatos crudelis, ac dura dissecias*, profecto vel maxime decet, dum pro officii nostri munere funus Reverendi admodum P. F. Danielis *Concinæ* vobis de more nunciamus. Equis, tam claro, ac celeberrimo audito nomine, dignum plane lugendi argumentum in ejus obitu statim non agnoscat, & fateatur? Virum enim ereptum dolemus Congregationis nostræ decus, Ordinis ornamentum, verbi Dei præconem eximium, morum doctrinæ acerrimum assertorem, ac vindicem, Ecclesiæ fidelem ministrum, & de tota Christiana Republica optime meritum. Hic adolescentiam egressus, mundo (in quo ob ingenii præstantiam & indolem ad omnia comparatam non modicos sibi progressus polliceri poterat) nuncium remittens, Congregationi nostræ nomen dedit, in eaque receptus, & tyrocinio, ac studiorum curriculo feliciter obito, artes, & theologicum docendi gradum obtinuit. Jamque hocce studium plures annos in coenobiis nostris decurrens, coperat inclarescere, cum repente, divina Providentia sic disponente, quæ in illo sibi peculiarem ministrum ad animarum salutem delegerat, munus prædicationis aggreditur. Haud facile dictu est, quantum divina suffultus gratia in hoc ministerio valuerit, & quam uberem inde messem in horreum Domini comportaverit. Vix ulla est ex celebrioribus nostræ Italiæ urbibus, quæ ipsum quam enixe non efflagitaverit, avidissime non audierit semel & iterum, & summis laudibus non concelebraverit. Roma septies in augustioribus ejus Basilicis per integras quadragesimas concionantem excepit, & frequentissima semper audivit, octava etiam vice hoc eodem anno auditura, nisi morbus intercessisset. Ubique vero tantus fiebat populorum concursus, ut ampliora templa multitudini capiendæ vix sufficerent, & ne diuturna, ac inutili prorsus fatigatione confluentis populi turba detineretur, horam prævenire quandoque cogeretur. Nec auditorum animos aut exquisito verborum lenocinio demulcebat, aut sententiarum acumine, vel figurarum industriosa collocatione rapiebat; sed spretis persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, in ipso fortissimum contra vitia declamatorem, strenuum divini Verbi præconem, & sacrorum Oraculorum fidelem interpretem suspiciebant omnes, & admirabantur. Nec tamen rudiori plebi se denegabat, quinimo per plures annos catechizandis rudibus adeo studiose, amanterque se addixit, ut, oblato



lato in celeberrimo templo concionum habendarum honore sub ea conditione, ut interim ab illo demittiore, ut reputabant, ministerio abstineret, mallet nuncium remittere, quam ab humili caritatis officio cessare. Verum prædicationis labor nonnisi certis diebus vel in hebdomada, vel in anno recurrebat, multum proinde temporis otiliis insumendum superarat viro adeo otii inimico, & quietis impatienti, ut vix corporis levamini, & necessitatibus indulgeret. Cibi & somni parcissimus, tribus poltremis ferme lustris duodecim fere horas in singulos dies studio impendebat. Nil mirum proinde, si ad quadraginta de rebus Theologicis volumina jam ætate maturus edere potuerit; & ea quidem vere profecto auro cedroque digna, sive utilitatem spectetis, sive dignitatem. In illis quippe purioris ethices dogmata traduntur, laxitatibus bellum indicitur, erroneæ opiniones deteguntur, incredulorum infamia profligatur, monastica disciplina ad primævam formam instauratur, Ecclesiasticarum legum vigor sustinetur, Pontificum decreta explanantur, & quidem omnia summo ingenio, eruditione summa; zelo insuper exarata plane mirabili, & cœlesti quadam unctione perfusa, qua corda emollit, & quæ asperiora carni, & sanguini videntur, efficacissime suadet. Sed quid immoror in confodalis nostri doctrina vel exponenda, vel commendanda? Ejus volumina studiose conquisita, summo plausu semper excepta, luminis præconiis concelebrata omnium versantur manibus, omnibus acceptissima simul & utilia, adeo ut repetitis typis communibus votis satisfacere necessum fuerit. His itaque ingenii, doctrinæ, & zeli sui argumentis toties exhibitis immortalem sibi famam, & quidem non mendacem, comparavit; magno proinde semper in pretio habitus non a Theologis solum, cæterisque eximiis totius pene Europæ Viris, ac Ordinis nostri supremis moderatoribus; verum etiam Regibus, Principibus, Ecclesiæ Proceribus, Purpuratis Patribus carus, acceptusque fuit: quorum plures absentem amplissimis litteris honestarunt, plures ejus opera & studio in ardua negotiis usi sunt, plures denique, dum poltremis annis Romæ versaretur, sibi familiarem esse voluerunt, suaque amicitia dignati sunt. Quinimo supremus ipse Ecclesiæ Pastor *Benedictus XIV. P. M.* (qui pro sua humanitate hic se numinari patietur) quanti faceret confodalem nostrum, non obscuris argumentis testatum voluit, dum illum ad sacros pedes accedentem benigne, humaniterque excipiebat, diutius cum illo versabatur, in arduis difficultatibus Congregationi Cardinalium Theologum & consultorem adjunxit, privatis benignissimis epistolis, & in publico diplomate commendavit; & quod maximum, tantoque Pontifice dignum, nullaque unquam oblivione delendum, in summo discrimine constitutum viri honorificentissimi nomen, summa sapientia, & suprema sua auctoritate in tuto collocavit. Verum his, aliisque cumulatus amplissimis favoribus, nunquam se se extulit, nunquam quidpiam sive dignitatis, sive sublimioris gradus vir sui contemptor ambivit: quod adeo certum omnibus, exploratumque erat, ut quicumque eum in Urbe noverant (& quis *Concinam* non noverat?) communi voce tellarentur, cæteros quidem in spe fructus arare, unum *Concinam* suis stipendiis, omni abjecta spe militare; quinimo ipse quoque repetitis vicibus, sive amicis laborum præmium exoptantibus, sive aliis callide versuteque animum perscrutantibus, reponere consueverat, vultu ad indignationem contracto, si optio daretur, malle se ab abjectissimam conditionem detrudi, quam aliqua dignitate, vel Ecclesiastico munere onerari. Quod & facto quoque comprobavit: nam collatam a Generali Magistro supremam Congregationis nostræ præfecturam modeste recusavit. Ita quidem dum de semetipso agetetur: verum pro veritate sive tuenda, sive vindicanda semper stetit infractus, nec pectoris sui constantiam, & fortitudinem vel leviter dimovere potuerunt calumniæ, contumeliæ, dehonestamenta, queis haud leviter fuit lacessitus; immo nec lubrimis illius animi tranquillitatem vel uno momento perturbarunt, quippe qui unice Deum contuens, & cætera cuncta despiciens, talis erat, qui nec benedictione moveretur, nec maledictione.

Dum tamen carissimus noster sic splendebat in sæculo, non minus virtutibus, & exemplo refulgebat in claustro. Summa erat erga Deum ejus pietas, & devotio, in eumque tanto spiritu ferebatur, ut quotiescumque vel de ejus implenda voluntate, vel de ejus formidandis judiciis, vel de caducarum rerum contemptu sermonem, sive cum suis Concellitis, sive cum extraneis eum habere contingeret (contingebat autem sæpissime, præsertim poltremis mensibus) ubertim fleret ipse, & alios ad collacrymandum compel-

pelleret. Confodales suos honorifice, blande, comiterque tractabat, summa caritate prosequebatur, ac ad regularem disciplinam ledulo custodiendam, aut suscipiendam semper adhortabatur, & urgebat, nec irrito labore: non pauci liquidem rigidioris vitæ studio vel eo hortante, vel suorum voluminum lectione ad Congregationem convolarunt. Ipse vero ejusdem regularis observantiæ tenacissimus custos, & promotor legum nostrarum apices fideliter custodiebat, perpetuam carnium abstinentiam nunquam lapsus nec prædicationis causa intermisit; consueta septem mensium jejunia etiam itineribus sessus servavit; quinimo illud affirmare vere possumus, ab ipso pœnemos viginti ferme fuæ vitæ annos perpetuo jejunio fuisse transactos; semel enim in die modicissima, & quidem communi, ac vilsori contentus esca potitur: longo studio vires vix refarciebat; quin ullo ulterius cibo, vel potu fe recrearet, modicæ aquæ usu ad medicinam duntaxat excepto; tantumque corporis, & valetudinis suæ curam negligebat, ut nervorum dorsi, brachiorum, ac manuum tabe contracta per integrum annum nec medicum ad curationem acciverit, nec medicinæ auxilia adhibuerit, donec usu talium membrorum pene privatus, serio nimis proinde incassum balnea adiverit factus jam inlanabilis. Verum oh utinam hic conflitillet carissimi nostri adversa valitudo! adhuc gratissima ejus præsentia fraeremur. Sed sub finem mensis Septembris proxime elapsi, dum ad nos Florentia reverteretur, vitiolo rheumatis ad pectus affluxu correptus est, a quo tamen solerti cura, & peritissimi archiatri studio & diligentia pene ex integro levatus gratulabamur: cum inopinato die vigesima hujus mensis novo abscessu invadente, & respirationem intercipiente intra paucas horas de carissimi Confodalis nostri vita actum dolximus. Vix ipse imminere vitæ discrimen persensit, statim Ecclesiæ Sacramenta exitæ effagitavit. Sacro itaque viatico media subsequente nocte munitus, & oriente sole sacro oleo delibutus, Ecclesiæ preces pro in agone constitutis sibi recitari petivit, quibus claræ voce, promtoque spiritu respondit. Reliquum vero vitæ tempus, quo semper integris sensibus, & lucida mente a Deo donatus fuerat, a quo gratiam hanc quotidiana oratione exposcebat, in ferventioribus virtutum actibus insumit; cupiensque dissolvi, & esse cum Christo, diem hanc felicem appellabat, cito ad Deum rapi expetebat, dirum agonis cruciatum levem nimis appellabat, majoresque sibi dolores exoptabat, ut Christo, & Martyribus conformior fieret, nobis interim viri pietatem, & fortitudinem admirantibus, atque ubertim flentibus; donec tandem ipso non lemel monente, ut consuetæ ad Deiparam antiphonæ pro more Religionis **nostræ cantus** inciperet, sub ejus finem erectis in cœlum luminibus placidissime obdormivit in Domino hora decima sexta, ætatis anno sexagesimo nono jam a quatuor mensibus incepto, ab habitu Religionis suscepto quadragesimo nono.

Hæc sunt Confodalis nostri virtutum exigua, & obscura lineamenta: longe enim plura, & sublimiora dici possent, quæ de tanti viri obitu nos jure tristari compellunt; sed hæc eadem solantur nos maxima fiducia injecta Carissimum nostrum laborum, zeli, & virtutum suarum amplissima retributione percepta jam partem habere cum Christo. Nihilo tamen minus si quidquam eluendum forte superesset coram Deo qui justitias judicat, & in Angelis suis reperit pravitatem, effagitamus ardentissime, ut vestris illum precibus, & sacrificiis juxta nostrarum legum præscripta sublevetis; & si quid etiam pie supererogandum tanti viri meritis videtur, quantocius præstare non dedignemini. Valete nostri quoque in vestris orationibus memores.

Datum in Collegio SS. Rosarii Venetiarum III. Kalend. Martii Anno 1756.

*Addictissimi, & humillimi Servi* (1)
F. Zeno Caltagna Prorector, & FF. ejusd. Collegii
I N.

(1) *Illustrem hanc verissimamque Epistolam, nomine Universæ Congregationis B. Jacobi Salomonii Ord. Præd. scripsit vir de Christiana inprimis ethice optime meritus P. Petrus* Fantini, *eo in Collegio perdoctus rerum Theologicarum Professor. Edita autem est pluries Venetiis, tum Romæ, Luccæ, Florentiæ, Parisiis & alibi, semperque ceu germana, ac sincera habita est Danielis* Concinæ *imago, pro quæ & carmine & prosa exornanda usus est etiam Appianus* Bonafedius, *præsul ornatissimus e Congregatione Monachorum Cœlestinorum S. Benedicti, elegantissimi ingenii, selectæ eruditionis, & multiplicis doctrinæ Scriptor, vol. 1. Operis cui titulus:* Ritratti Poetici Storici, e Critici di varj moderni Uomini di Lettere, *pag. 33. Venetæ Editionis. A.* MDCCLIX.

FINIS.



# INDEX

Eorum, quorum mentio fit in Commentario.


A

*Alhanus Annibal Card. pag. 6. 11.*
*Alexander P. Natalis O. P. 26.*
*Almici P. Camillus 115.*
*Amort P. Eusebius 5. 86. 114.*
*Andreuccius P. S. J. 42.*
*Andrinssius P. Dominicus O. P. 2.*
*Antoine P. Gabriel. 105.*
*Archiepiscopus P. Cumald. 25.*
*Auctores Ephemeridum Ecclesiasticarum 76. 88. 91.*
*Auctor Ephemeridum Venetarum. 26. 87. 95.*
*Auctor Versionis Epist. Ab. Covet. 26.*
*Auctores Excerpti Italicæ Litteraturæ. 40.*
*Azzevedus P. S. J. 106.*

B

*Balla P. Philibertus. 82. 86. 92.*
*Baldinus P. Cl. Somasch. 44.*
*Ballerinius Petrus. 14. 42. 45.*
*Barrottus Jo: Andreas. 83.*
*Benedictus XIV. 11. 15. 23. 26. 31. 32. 39. 45. 47. 55. 70. 84. 88. 90. 100. 113. 115. 118.*
*Bevni P. Bernardinus. 22. 32.*
*Berlendius P. Franciscus. 8.*
*Berti P. Jo: Laurentius. 45.*
*Besutius Joachim Card. 17.*
*Blanchus P. O. M. 44. 89.*
*Blanchus Janus. 87.*
*Bollandista. 4. 8.*
*Borbonius Carolus Rex Hisp. 45.*
*Bottarius Joannes. 91.*
*Bovius P. S. J. 38. 39. 41.*
*Boxadors P. Jo: Thomas. 96. 115.*
*Bremond P. Antonius. 45. 64. 70. 71.*
*Brignole P. Benedictus. 7.*
*Broedersenius Nicolaus. 44. 45.*
*Bugatti P. Hieronymus. 87.*

C

*Capriata Marchio Aloysius 88. 106.*
*Carolus Emmanuel Rex Sard. 88.*
*Carrattinus P. Gundisalvus. 5. 7. 16. 19. 39. 41.*
*a Carboneano P. Philippus 106.*
*Carbonara Antonius. 7.*
*Castellinus S. P. J. 27.*
*Cafali Bartholomæus. 7. 12. 14.*
*a Castro Franco P. Felix Ord. Cap. 22.*
*Cattaneus P. Ambrosius 28.*
*Cavalchinius Guido Card. 44.*
*Clarius Petrus. 90.*
*a Coccaleo P. Bonaventura. 37. 38. 95.*
*Cocconati P. S. J. 9. 30.*
*Concina P. Nicolaus. 1.*
*Copellotti Petrus 7. 9. 10. 12. 14.*
*Cordara P. Julius. 30. 38.*
*Corsinius Neneus Card. 13. 14. 21.*
*Cuniliatus P. Fulgentius. 22.*
*Cuperus P. Gullielmus. 4. 5.*
*Curti P. Franciscus. 33. 107.*

D

*Denina Carolus. 104.*
*Dinellius P. Vincentius Maria. 18. 19. 65. 70. 82. 84. 92.*
*Domanefchius P. O. P. 73.*
*Donadonius Carolus Ant. 34.*
*De Rubeis P. Jo: Bernardus. 1. 13. 36. 98. 100.*
*Dufour P. O. P. 42. 43.*

E

*Echard P. Jacobus 4. 5.*
*Elenus Jo: 1.*
*De Emaldis Thomas Ant. 45.*
*Enriquez Henricus Card. 49.*

F

*Fanucius P. S. J. 32.*
*Faffinius P. Vincentius Dominicus. 97.*
*Faure P. Jo: Baptista. 26. 106. 114.*
*Ferrarius Thomas Maria Card. 88.*
*Firmian Leopoldus Ernestus. 98.*
*Firmian Carolus. 98.*
*Fagginius Petrus. 87.*
*Fontaninus Justus. 1.*
*Franzoja Angelus. 48.*
*Fuscarenus Marcus. 23.*

G

*Agna P. Gaspar. 45. 46. 98.*
*Galland P. Andreas. 99.*
*Gasparinus P. O. P. 98.*
*Ghetius P. Nicolaus. 18. 75. 76. 92.*
*Giuli P. Ægidius Maria. 44. 96. 106.*
*Goldonius Carolus. 90.*
*Gonnaga Sylvius Card. 44.*
*Gottius Lud. Vincentius Card. 3.*
*Gratius Hyacinthus. 26.*
*Guenzati Carolus. 76.*

H

*Hernandez P. O. P. 85.*

I

*Justinianus Nicol. Ant. 41.*


La-

L

*Lagomarsinius P. Hieronymus.* 30. 38. 92. 93.
*Lamius Joannes.* 1. 20. 47. 71.
*Landius Card.* 76.
*Lazzeri P. S. J.* 106.
*Lecchius P. Franciscus.* 38.
*Lemos P. Thomas.* 53.
*Limpenius P. Joannes.* 4. 5.
*Llobbettus P. Maginus O. P.* 85.
*Lucinus P. Aloysius Maria.* 16. 17.
*Luggiati Andreas.* 95. 96. 101.

M

*Maffejus Scipio.* 44. 52. 87. 89. 99.
*Mayoral Andreas Archiep. Valent.* 87.
*Malvetius Vincentius Card.* 97.
*Mamachius P. Pius Thomas.* 28. 71. 87. 89.
*Mancinus P. Ord. Minim.* 56. 61. 70.
*Manfusius P. Jo: Dominicus.* 19. 41. 93.
*Mantegatius Alexander* 7. 8.
*Massinius Carolus.* 91.
*Mazzuchellus Jo: Maria.* 29. 87.
*Migliavacca Celsus.* 99.
*Miglioltus P. Camillus.* 92.
*Mignon P. Ubaldus.* 48.
*Millante P. Thomas.* 7. 10. 16. 39. 42.
*Molo P. Gullielmus.* 3.
*Montanarius Comes Jo: Nicolaus.* 118.
*Monti Philippus Card.* 27.
*Monti P. Hercules.* 7. 12. 14. 19. 52. 107.
*Morandus Philippus Rosa.* 90.
*Muratorius Lud. Ant.* 7. 8. 35. 88. 115.

N

*Natta Henrichettus Virginius Card.* 34.
*Nocetus P. Carolus.* 56. 75. 83. 93.
*Norbert P. Ord. Cap.* 26. 27.
*Noris Henricus Card.* 27.

O

*Olandius P. Monach. Cœlest.* 21.

P

*Pallavicinus Marchio Jo: Lucas.* 75.
*Palmerius P. Ambrosius.* 2.
*Paschal Blasius.* 53.
*Passionei Dominicus Card.* 12. 15. 17. 39. 115.
*Patuzzius P. Jos Vincentius.* 12. 15. 32. 34. 38. 52. 53. 54. 73. 83. 84. 86. 91. 96.
*Patuzzius Paullus.* 83.
*Pipia P. Thomas.* 5.
*Pindementi Desideratus.* 90.
*Planza P. Benedictus.* 88.
*Poli P. Joseph.* 33.
*Ponce P. Jo:* 85.
*Pozzetti P. O. S. B. M.* 25.
*Prestius P. O. P.* 88.

Q

*Quirinus Angelus Maria Card.* 46. 76. 105.
*a Quintana P. Eusebius.* 85.

R

*Ravagus P. S. J.* 51.
*Redi P. Didacus.* 25.
*Richelmi P. Franciscus.* 43. 99.
*Ricchinius P. Thomas Aug.* 13. 17. 45.
*Ridolphi P. Nicolaus.* 11.
*Ridolphi Sacerd. Feltrensis.* 18.
*Ripoll P. Thomas.* 4. 21.
*a Rhodigio P. Benedictus Ord. Cap.* 72.
*Rosa P. Angelus.* 2.
*Ruffus Thomas Card.* 3.
*Riga Cyrillus.* 87.
*Rubeus Laurentius.* 97.

S

*Sanvitalis P. Jacobus.* 17. 18. 21. 23. 39. 41. 42. 82. 83. 108.
*Sarteschi P.* 42.
*Scarponius P. S. J.* 25.
*Schiara P. Pius Thomas.* 13.
*Seguierius Franciscus.* 90.
*Sergius P. Thomas.* 44. 56.
*Silvestri P. S. J.* 106.
*Soli Jo: Franciscus.* 7. 35. 99.
*Sormanius Carolus.* 116.

T

*Tamburinus Fortunatus Card.* 13. 44.
*Tartarotti Hieronymus.* 52.
*Torrecilla P. Martinus Ord. Cap.* 75.
*Torniellus P. S. J.* 30.
*Trevoltienses PP. S. J.* 11. 42.
*a Turre P. Aloysius Maria.* 17. 44.
*Turrianus P. Dominicus Maria.* 32.

V

*Valsecchi P. Antonius.* 9.
*a Venetiis P. Felix Ord. Cap.* 22.
*Vezzosius P. Cl. Reg.* 56.
*Vicecomes P. Ignatius.* 55. 71.
*Vidarius P. Cl. S. Paullt.* 97.
*Villarius P. S. J.* 32.
*Ursius P. Joseph Augustinus.* 13. 21. 23. 28.

Z

*Zaccharias P. Franciscus Ant.* 18. 20. 30. 32. 35. 37. 38. 55. 72. 73. 79. 83. 88. 92. 94.
*Zanchi P. Albertus.* 2.
*Zonus Apostolus.* 9.

# PRÆFATIO,

## INSTAR PROLOGI GALEATI.

### CAPUT I.

*De librorum moralium multitudine, & Christianæ Theologiæ dignitate.*

QUousque tandem obruemur innumera moralium librorum multitudine, in quibus nihil luculentius, nihil eruditius expolitum apparet, sed eadem semper sola verborum diversitate relecta, atque recocta exhibentur? Pervetusta sane querimonia isthæc, juxta dictum illud Salomonis: *Faciendi libri nullus est finis* (*a*). At numquid sola doctrina morum superflua librorum copia redundat? Aliquod ne disciplinarum genus ab hoc incommodo evasit umquam immune? In ea commentaria oculos conice quæ ad tricas chronologicas, ad lapidum inscriptiones, ad numismata, ad minimas profanæ antiquitatis reculas, ad mulierum, si vis, etiam calceos, & ornamenta, ceteraque id genus illustranda prodeunt: cujusmodi commentationes subjecto Plautino sale perfricuere Svetonius (*b*), Iuvenalis (*c*), Seneca (*d*). Evincunt hæc omnia, quam sit infirma mentis humanæ vis, quæ, cum summo in veritatem impetu abripiatur, nullam intentatam relinquit viam, nullumque non movet lapidem, quo ad eam comparandam perveniat. Deplorent ergo severi Censores, non librorum copiam, sed humani intellectus in veritatis investigatione tenuitatem. Quemadmodum medicinarum multitudo ingentem hominum morborum numerum arguit: ita moralium librorum copia vitiorum, scelerumque illuviem concludit. Utinam, non paucorum Casuistarum, ut vocant, voluminibus de medio sublatis, sola, quæ novem circiter primis religionis nostræ sæculis viguit, tradendæ saluberrimæ morum disciplinæ ratio obtineret. Simplex illa, sincera, incorrupta ex purissimis evangelicæ veritatis fontibus derivata, pauciscue contenta, in hominum corda blande suaviterque illabebatur. Hæc quæ ætate nostra dominatur, in multis fucata est, contentiosa, sophistica, non tam recte vivere, quam subtiliter disputare docet, ut vel ipse Seneca de suis Philosophis advertit (*e*). Optandum proinde esset ut, pulsis, sin minus omnibus, plu-



(*a*) *Eccl.* XII.

(*b*) Quæ fuerit mater Hecubæ? Quid Achilli nomen? Inter virgines fuisset? Quid sirenes cantare suaverint? *de Gel. cap.* LXX.

(*c*) Ut legat historias, Auctores noverit omnes,
Tamquam ungues, digitosque suos, ut forte rogatus,
Dum petit ant thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchisæ, nomen, Patriamque novercæ
Archemori: dicat, quot Acestes vixerit annos;
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.
*Satyra* VII.

(*d*) Quem numerum remigum Ulysses habuisset? Prior ne esset scripta ab Homero Ilias, An Odyssea? (*e*) Verissimum enim est. Antiqua sapientia nihil aliud quam facienda, & vitanda præcipit: & tunc longe meliores erant viri. Postquam docti prodierunt, boni desunt. Simplex enim illa, & aperta virtus in obscuram, & soletem scientiam versa est; docemurque disputare, non vivere. *Epist.* XXVII.

L

*Lagomarsinius P. Hieronymus.* 30. 38. 92. 93.
*Lamius Joannes.* 1. 20. 47. 71.
*Landius Card.* 76.
*Lazzeri P. S. J.* 106.
*Lecchius P. Franciscus.* 38.
*Lemos P. Thomas.* 53.
*Limpenius P. Joannes.* 4. 5.
*Llobbettus P. Maginus O. P.* 85.
*Lucinus P. Aloysius Maria.* 16. 17.
*Luggiati Andreas.* 95. 96. 101.

M

*Maffejus Scipio.* 44. 52. 87. 89. 99.
*Mayoral Andreas Archiep. Valent.* 87.
*Malvetius Vincentius Card.* 97.
*Mamachius P. Pius Thomas.* 28. 71. 87. 89.
*Mancinus P. Ord. Minim.* 56. 61. 70.
*Manfusius P. Jo: Dominicus.* 19. 41. 93.
*Mantegatius Alexander* 7. 8.
*Massinius Carolus.* 91.
*Mazzuchellus Jo: Maria.* 29. 87.
*Migliavacca Celsus.* 99.
*Miglioltus P. Camillus.* 92.
*Mignon P. Ubaldus.* 48.
*Millante P. Thomas.* 7. 10. 16. 39. 42.
*Molo P. Gullielmus.* 3.
*Montanarius Comes Jo: Nicolaus.* 118.
*Monti Philippus Card.* 27.
*Monti P. Hercules.* 7. 12. 14. 19. 52. 107.
*Morandus Philippus Rosa.* 90.
*Muratorius Lud. Ant.* 7. 8. 35. 88. 115.

N

*Natta Henrichettus Virginius Card.* 34.
*Nocetus P. Carolus.* 56. 75. 83. 93.
*Norbert P. Ord. Cap.* 26. 27.
*Noris Henricus Card.* 27.

O

*Olandius P. Monach. Cœlest.* 21.

P

*Pallavicinus Marchio Jo: Lucas.* 75.
*Palmerius P. Ambrosius.* 2.
*Paschal Blasius.* 53.
*Passionei Dominicus Card.* 12. 15. 17. 39. 115.
*Patuzzius P. Jos Vincentius.* 12. 15. 32. 34. 38. 52. 53. 54. 73. 83. 84. 86. 91. 96.
*Patuzzius Paullus.* 83.
*Pipia P. Thomas.* 5.
*Pindementi Desideratus.* 90.
*Planza P. Benedictus.* 88.
*Poli P. Joseph.* 33.
*Ponce P. Jo:* 85.
*Pozzetti P. O. S. B. M.* 25.
*Prestius P. O. P.* 88.

Q

*Quirinus Angelus Maria Card.* 46. 76. 105.
*a Quintana P. Eusebius.* 85.

R

*Ravagus P. S. J.* 51.
*Redi P. Didacus.* 25.
*Richelmi P. Franciscus.* 43. 99.
*Ricchinius P. Thomas Aug.* 13. 17. 45.
*Ridolphi P. Nicolaus.* 11.
*Ridolphi Sacerd. Feltrensis.* 18.
*Ripoll P. Thomas.* 4. 21.
*a Rhodigio P. Benedictus Ord. Cap.* 72.
*Rosa P. Angelus.* 2.
*Ruffus Thomas Card.* 3.
*Riga Cyrillus.* 87.
*Rubeus Laurentius.* 97.

S

*Sanvitalis P. Jacobus.* 17. 18. 21. 23. 39. 41. 42. 82. 83. 108.
*Sarteschi P.* 42.
*Scarponius P. S. J.* 25.
*Schiara P. Pius Thomas.* 13.
*Seguierius Franciscus.* 90.
*Sergius P. Thomas.* 44. 56.
*Silvestri P. S. J.* 106.
*Soli Jo: Franciscus.* 7. 35. 99.
*Sormanius Carolus.* 116.

T

*Tamburinus Fortunatus Card.* 13. 44.
*Tartarotti Hieronymus.* 52.
*Torrecilla P. Martinus Ord. Cap.* 75.
*Torniellus P. S. J.* 30.
*Trevoltienses PP. S. J.* 11. 42.
*a Turre P. Aloysius Maria.* 17. 44.
*Turrianus P. Dominicus Maria.* 32.

V

*Valsecchi P. Antonius.* 9.
*a Venetiis P. Felix Ord. Cap.* 22.
*Vezzosius P. Cl. Reg.* 56.
*Vicecomes P. Ignatius.* 55. 71.
*Vidarius P. Cl. S. Paullt.* 97.
*Villarius P. S. J.* 32.
*Ursius P. Joseph Augustinus.* 13. 21. 23. 28.

Z

*Zaccharias P. Franciscus Ant.* 18. 20. 30. 32. 35. 37. 38. 55. 72. 73. 79. 83. 88. 92. 94.
*Zanchi P. Albertus.* 2.
*Zonus Apostolus.* 9.

# PRÆFATIO,

## INSTAR PROLOGI GALEATI.

### CAPUT I.

*De librorum moralium multitudine, & Christianæ Theologiæ dignitate.*

QUousque tandem obruemur innumera moralium librorum multitudine, in quibus nihil luculentius, nihil eruditius expolitum apparet, sed eadem semper sola verborum diversitate relecta, atque recocta exhibentur? Pervetusta sane querimonia isthæc, juxta dictum illud Salomonis: *Faciendi libri nullus est finis* (*a*). At numquid sola doctrina morum superflua librorum copia redundat? Aliquod ne disciplinarum genus ab hoc incommodo evasit umquam immune? In ea commentaria oculos conice quæ ad tricas chronologicas, ad lapidum inscriptiones, ad numismata, ad minimas profanæ antiquitatis reculas, ad mulierum, si vis, etiam calceos, & ornamenta, ceteraque id genus illustranda prodeunt: cujusmodi commentationes subjecto Plautino sale perfricuere Svetonius (*b*), Iuvenalis (*c*), Seneca (*d*). Evincunt hæc omnia, quam sit infirma mentis humanæ vis, quæ, cum summo in veritatem impetu abripiatur, nullam intentatam relinquit viam, nullumque non movet lapidem, quo ad eam comparandam perveniat. Deplorent ergo severi Censores, non librorum copiam, sed humani intellectus in veritatis investigatione tenuitatem. Quemadmodum medicinarum multitudo ingentem hominum morborum numerum arguit: ita moralium librorum copia vitiorum, scelerumque illuviem concludit. Utinam, non paucorum Casuistarum, ut vocant, voluminibus de medio sublatis, sola, quæ novem circiter primis religionis nostræ sæculis viguit, tradendæ saluberrimæ morum disciplinæ ratio obtineret. Simplex illa, sincera, incorrupta ex purissimis evangelicæ veritatis fontibus derivata, pauciscue contenta, in hominum corda blande suaviterque illabebatur. Hæc quæ ætate nostra dominatur, in multis fucata est, contentiosa, sophistica, non tam recte vivere, quam subtiliter disputare docet, ut vel ipse Seneca de suis Philosophis advertit (*e*). Optandum proinde esset ut, pulsis, sin minus omnibus, plu-



(*a*) *Eccl.* XII.

(*b*) Quæ fuerit mater Hecubæ? Quid Achilli nomen? Inter virgines fuisset? Quid sirenes cantare suaverint? *de Gel. cap.* LXX.

(*c*) Ut legat historias, Auctores noverit omnes,
Tamquam ungues, digitosque suos, ut forte rogatus,
Dum petit ant thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchisæ, nomen, Patriamque novercæ
Archemori: dicat, quot Acestes vixerit annos;
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.
*Satyra* VII.

(*d*) Quem numerum remigum Ulysses habuisset? Prior ne esset scripta ab Homero Ilias, An Odyssea? (*e*) Verissimum enim est. Antiqua sapientia nihil aliud quam facienda, & vitanda præcipit: & tunc longe meliores erant viri. Postquam docti prodierunt, boni desunt. Simplex enim illa, & aperta virtus in obscuram, & soletem scientiam versa est; docemurque disputare, non vivere. *Epist.* XXVII.

rimis saltem Ethices casuistiæ scriptis, primæva illa christianæ Theologiæ tradendæ methodus reviviscceret. Verum cum hoc vix desiderare, nedum sperare, valeamus, quid reliquum est, nisi ut veritatem, tanta opinionum pravitate inquinatam, & disputationum farragine usquequaque involutam, ad puritatem pristinam, avitamque maiestatem revocare pro viribus satagamus? Huc sane conatus omnes, & molimina mea tendunt. At imbecillitatis propriæ conscius vereor ne votis & animo exitus bene apteque succedat. Sentio quippe quam sit humeris meis impar suscepta provincia. Neque enim falsa illa teneor persuasione quæ multorum animis insedit, atque in illis inveteravit, morum nempe scientiam non eam esse quæ tractari a doctis eruditisque viris debeat. Isti profecto qui ita desipiunt, vel primam facultatis huius notionem prorsus ignorant. Quandoquidem una est Christianorum Theologia, quæ ab eodem Scripturarum, Conciliorum, Patrumque fonte dimanans, ex diverso duntaxat respectu varias excipit appellationes. *Dogmatica* dicitur, cum articulos fidei credendos interpretatur. *Polemica*, cum eiusmodi dogmata ab hæreticorum versutis commentis, atque oppugnationibus vindicat. *Scholastica*, cum via & ratione digerit, & ad certam ratiocinandi formam cuncta deducit. *Moralis* vero, non modo hæc omnia comprehendit, non modo & fidei articulos exponit, & hæreles, a quibus fideles sibi caveant, breviter quidem, sobrieque indicat; sed præterea (quod omnium longe difficillimum est) animos a vitiis purgat, mores ad divinas leges informat, non istas ad hominum officia inflectit; cumulatam proinde requirit prudentiam, non carnalem, sed cælestem, qua æternæ salutis negotium tractetur, & lites implicatissimæ dirimantur. Hac divina Theologia imbutus homo, tunc pro tribunali sedens iudicia pronuntiat, non de stillicidiis, non de agrorum terminis, non de tigno, aliisve similibus; sed de gravissimis controversiis quæ æternam aut beatitatem, aut miseriam spectant: nunc magister, & orator, docet, suadet, increpat: modo contra hostes, tum domesticos, tum extraneos arma stringit, & pugnat.

II. Hinc consequitur ad THEOLOGIAM CHRISTIANAM pro dignitate tractandam ea omnia simul desiderari quibus in singulis elaborare permagnum est, quæque in Theologo sive *Dogmatico*, sive *Polemico*, sive *Scholastico*, etiam seiuncta fortassis sufficerent. In hac quippe præ ceteris exquisitum iudicium, acre ingenium, maturamque prudentiam necessariam fore si dixero, non modo a veritate non aberrabo, sed neque id quod cum primis requiritur, patefaciam. Quodnam istud? Animi candor, morum sanctitas, passionum humanarum dominium, & moderamen, atque rerum terrenarum omnium contemptio, patientia, & fortitudo adversus calumnias, & persecutiones illas quas pertulere primi hujus divinæ scientiæ promulgatores. Hoc est saluberrimum illud monitum quod non Paulus modo, sed vel ipse ethnicus homo Aristoteles suæ Ethices auditoribus exhibet: *Amplius autem passionum fectator existens, inaniter audiet, & inutiliter* (*a*). Quod essatum pluribus exponit Doctor Angelicus inquiens: *Finis enim hujus scientiæ non est sola cognitio, ad quam forte pervenire possent passionum sectatores; sed finis huius scientiæ est actus humanus . . . . . Ad actus autem virtuosos non perveniunt qui passiones sectantur. Et sic nihil differt quantum ad hoc, an auditor huius scientiæ sit juvenis ætate, vel juvenis MORIBUS, idest passionum sectator* (*b*). Alterum Ethnicum audiamus M. Tullium morum Philosophiam summis præconiis extollentem, in cuius sinum, veluti in suæ tranquillitatis portum, a tempestate prolabentis Reipublicæ, Romanæque libertatis deficientis iactatum quassatumque se se recipere, ut ipse testatur, consueverat. Eius verba, quia multa, infra subiicio (*c*). Quamobrem in

(*a*) *Lib.* 1. *Ethic. cap.* III. (*b*) *Lect.* III. *ibi.*

(*c*) Sed & huius culpæ, & ceterorum vitiorum peccatorumque nostrorum omnis a Phi-



in illos eruditulos, atque saperdas Cicero iure invehitur qui inanis gloriolæ tumore elati eos nauci faciunt qui doctrinam morum interpretantur. Istos, veluti per contemptum & ludibrium, *Moralistas* vocitant, & cum *Moralistam* dixerint, ineptum hominem intelligunt. Eos vero inflatis buccis eruditos, doctos, doctissimos, & sapientissimos conclamant qui siderum motus considerant, qui aquarum in annos singulos e cælo delabentium dolia numerant, qui arcanas lapidum litteras, & symbolicas numismatum figuras edifferunt. *At philosophia quidem* (resumit Tullius) *tantum abest ut proinde ac est de hominum vita merita, laudetur, ut a plerisque neglecta, a multis etiam vituperetur. Vituperare quisquam, inquam, vitæ parentem, & hac parricidio se inquinare audet? Et tam impie ingratus esse, ut eam accuset, quam uxori deberet, etiamsi minus percipere potuisset? Sed, ut opinor, his error, & hac indoctorum animis offusa caligo est quod tam longe retro respicere non possunt* (*a*). Neque solunt Aristoteles, & Cicero, sed aliorum etiam omnium Ethnicorum sapientes, cum Ægyptii, tum Græci, & Romani, Socrates, Plato, Xenophon, Theophrastus, Zeno, Panætius, Seneca, Plutarchus, innumerique cultarum nationum alii, & cuiusque ætatis principes viri in id operam dederunt semper, ut morum Philosophiam, ac recte beateque vivendi perceptiones explanarent. Huc illorum, quæ ad nos pervenerunt, opera spectant.

III. Quod si Ethicorum doctiores, eruditioresque tanti fecerunt morum Philosophiam a solius naturæ principiis arcessitam; si eiusdem derisores tam acriter insectati sunt: quid, si nostram divinitus afflatam Theologiam novissent? Quibus eam laudibus celebrarent? Quo animi sensu, quam vehementer profecto iis omnibus succenserent quos deprehenderent plurimi facere profanam quamdam eruditionem, cuius nec notitia emolumentum affert ad æternæ salutis negotium, nec ignorantia detrimentum parit; minimo autem in pretio habere, aut prorsus negligere cælestem morum doctrinam, necessariam admodum ad beatæ vitæ consecutionem? Nec iniuria tam divinæ scientiæ obiurgatores reprehenderent; cum infinita propemodum absurda inde consequantur. Ex quo enim præstantissimi viri propriæ gloriæ, suæque litteraturæ sublimitati haud bene consultum iri iudicarunt, si ad illustrandam christianam Theologiam studium operamque conferrent, quid evenit? Hoc profecto, ut hanc exornandam spartam non pauci suerint aggressi qui neque ingenio, neque eruditione, neque prudentia satis valebant. Non itaque mirandum, si in dies desipcatior, si squallidior, & veluti in contemptionem adducta, iaceat scientiarum princeps; si trices, si captionibus, si vanis distinctiunculis, ab evangelica simplicitate prorsus alienis, scateat illa, redundetque. Hanc enimvero garrula anus, inquit Hieronymus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc universi præsumunt, lacerant, docent, antequam discant. Nobilissima Theologorum natio tributa est in partes duas, *Scholasticorum* nempe, & *Casuistarum*. Illi quasi in eminentiore subsellio constituti ingenii acumen, disputandique artem sibi vindicantes, de alto istos in inferiore statione iacentes respectant, & tantum ut truncos, bardosque non despicantur. Melchior CANO (*b*) utriusque



Philosophia petenda correctio est. Cuius in sinum cum a primis temporibus ætatis nostra voluntas, studiumque nos compulisset, his gravissimis casibus in eumdem portum, ex quo eramus egressi, magna iactati tempestate confugimus. O vitæ Philosophia dux! o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! Quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti: tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti: tu eos inter se primo domicilio, deinde coniugiis, tum litterarum, & vocum communione iunxisti: tu inventrix legum, tu magistra morum, & disciplinæ fuisti. Ad te confugimus, a te opem petimus, tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. Est autem unus dies, bene, & ex præceptis tuis actus, pene toti immortalitati anteponendus. *Lib. V. Tuscul. quæst. sub. initium.*

(*a*) *Loc. cit.* (*b*) *Lib. VIII. cap.* I.

classe plurimos adscriptitios, atque umbraticos Theologos, quin neque Theologos, sed sophistas, & rabulas appellat. Illos ne, inquit ille, sive *Scholasticos* qui sophismatum fæcem in scholam inferentes ad risum doctos incitant; sive *Casuistas* qui conscientiæ casuum centones infarcientes, eruditos provocant ad contemptum, in Theologorum censum pericribes? Hos ipse Christus Iesus severe increpat, quod *traditiones, & opiniones prælatorum* (*a*) confectantes, sine causa Deum colunt *docentes doctrinam, & mandata hominum* (*b*). Quid plura? Ad omnium malorum cumulum eo redacta res nostra est, ut huic divinæ scientiæ e cathedra explicandæ, nonnisi pinguiora ingenia frequentius destinentur, hominesque ita imperiti, ut nec Logicæ Aristoteleæ declarandæ habeantur idonei. Tam inauditam cogitandi perversitatem hoc ipso eruditissimo sæculo videre cogimur. Hominem non adeo experrectum, prudentem, & acutum eam Theologiæ partem quæ aut Dogmatica, aut Polemica nuncupatur, excolere cum laude posse, paullo ante indicavi. Habet enim hæc præstituta confinia, & definita capita; quæ si semel bene tenueris, excurrere libere, & celeri pede communiter vales. E contrario in morum scientia vix unum confecere gradum potes, quin obstacula plurima & varia occurrant. Si plana alicubi via apparet, continuo lalebrola evadit. Circumstantiarum nubes veritatem passim obscurant: undique scopuli, undique syrtes. Præter dogmata exponenda, iura naturalia, divina, humana, sacra, & profana, publica, & privata latebrarum, & extrinsecus sophistarum copiæ contra iura, contra legem incredibili subtilitate, & undique accitis cavillationibus humanæ naturæ causam orantes. Insidias moliuntur intrinsecus cordis appetitiones acutissimæ mundanæ gloriæ, & carnalis voluptatis, timor & pavor hominibus displicendi, placendique desideria: hæc & plurima alia quæ a Dogmatico, & Polemico certamine absunt, in morum controversiis ad pervertenda iudicia nostra callidissime conspirant. Trutinæ semper in manibus tenendæ, ut malitiæ gravitas, aut levitas ponderentur, ut inde quæ mortalis, quæ venialis sit, colligatur. Homines retuso ingenio, aut animi integritate, prudentia, & fortitudine destituti, & usque quaque gravissimis obsessi difficultatibus, ferre ne recta & incorrupta iudicia queunt? Si vel ad ipsas civiles causas componendas viros doctiores eruditioresque deligere leges iubent, vulgares ne homines super æternæ salutis negotio controversiis dirimendis apti erunt? Memini supra Ethnicorum sapientiores in naturalis moralisque Theologiæ studium totis nervis incubuisse. Nunc vero percontor, quæ sint Scripturæ sanctæ tum veteris, tum novi fœderis argumenta perpetuo illustrata. De Deo sciente, volente, prædestinante, trinoque, & ceteris arcanis, quæ primam Theologiæ partem Dogmatico-Polemicam efficiunt, sermo tarus, atque contractus. Libri historiales omnes, rerum gestarum, & miraculorum narratione ad Dei cultum, & amorem excitant. Alio ne sive prophetales, sive sapientiales pertinent, quam ut legem sanctam doceant, quam ut a vitiis abducant, inflammentque ad virtutum officia? Quid quatuor Christi Evangelia, quid Paulinæ, aliorumque Apostolorum epistolæ continent, nisi morum præceptiones, vitiorumque increpationes? Mysteria & dogmata fidei pauca, & presse expositа ibi occurrunt. Quid de sanctis Ecclesiæ Patribus dicam? Nonnisi retundendæ hæreticorum audaciæ, & profligandarum hæresum necessitate cogente dogmaticos & polemicos dumtaxat egerunt Theologos. Quorsum vero molimina sua collinearunt omnia? Ut morum Theologiam explanarent, intaminatamque christianarum virtutum doctrinam a pravis opinionibus asserrent. Huc profecto pertinent ingentia illorum volumina. Quid postremum de quinto Ecclesiæ Doctore S. THOMA AQUINATE dicam? Primam ille Theologiæ partem, quæ mysteria comprehendit, congrua brevitate perstrinxit. Alteram vero, quæ mores informat, adeo

(*a*) *Matth. cap.* XXIV. (*b*) *Matth. cap.* XV.



adeo ampla est, ut tributa sit in partes duas. In hac potissimum illius prope divini ingenii dotes; in hac illius Metaphysicæ profunditas incredibilis, eruditionis vastitas, exquisiti iudicii maturitas, cumulataque prudentiæ perfectio ad portentum usque coruscant. Divini itaque Scriptores, Prophetæ, Evangelistæ, Apostoli, Patresque omnes morum Theologiæ exornandæ, altiusque hominum animis inculcandæ perpetuam navarunt operam. Et eo ætate hac nostra floridissima, doctissima, eruditissima æcitatis & fatuitatis non pauci prolapsi sunt, ut hanc divinam scientiam aut flocci faciant, aut eidem explicandæ destinent homines ignavos, imperitos, hebetes, quos per ludibrium *Moralistas*, & *Casuistas* vocitant? Quæ omnia vera cum sint, quis me iure reprehenderit, si exclamavero: O tempora! o mores!

IV. Pauca quæ hactenus in christianæ Theologiæ commendationem delibavi, non eo vel oblique spectant, ut aliarum scientiarum professores aut improbem, aut minus suspiciam. Absit a me dementia tanta. Numquid omnes Theologi? Numquid omnes Prophetæ? Si cuique vel mechanicæ arti suus debetur honos; quanto maiori in pretio habendi sunt artium liberalium, & cuiuscumque litteraturæ sacræ, sive profanæ cultores? In eas quilibet artes, & scientias incumbat quæ hominum decent societatem, & quibus excolendis se magis experitur idoneum, & quatenus patitur proprii status conditio. Illud dumtaxat iure asserimus, quod M. Tullius ipse altius inculcat, in morum nempe doctrinam illustrandam industriam nostram potissimum conferendam esse. *Quid est enim* (inquit Cicero) *in vita tantopere quærendum, quam, cum omnia in Philosophia, tum quod in iis libris quæritur, quis sit finis, quid extremum, quid ultimum, quo sint omnia bene vivendi, recteque faciendi consilia referenda?* Quod si, iudice Tullio, vel ipsi ethnici homines morum Philosophiæ sedulam navare operam debent; pudeat mehercule, & maxime pudeat viros christianes, & præsertim illos qui, tametsi, & ut sacris addicti, & suæ professionis vi, non in propriam tantum, sed in aliorum quoque salutem sua studia referre astringantur; nihilominus non modo detrectant evangelicæ Moralis doctrinam a captiosis interpretamentis asserere, verum etiam in eos invehuntur, si quos videant, humano spreto timore, tantumdem præstare, ut sui muneris partes expleant. Similes hi sunt illis quos Christus increpat Matth. XXIII. 13. *Vos non intratis, nec intrantes finitis intrare.* Omnium ergo Religiosorum animis impressa sit S. Thomæ doctrina. *Religiosis competit principaliter intendere studio litterarum pertinentium ad doctrinam quæ secundum pietatem est, ut divinæ ad Titum 1. Aliis autem doctrinis intendere non pertinet ad Religiosos, quorum tota vita divinis obsequiis mancipatur* (*a*) Dictum quoque Lactantii perpendendum est: *Quid interest ea scire quæ si scias, non proinde beatos facias?* (*b*)

V. Verum obstrepunt morosi censores, satis iam superque excultam esse morum Theologiam. Quid tu, inquiunt, ligna in silvam defers? Quid tu scribillator in scenam prodis? Nonne doctiores, nonne eruditiores, sapientioresque viri provinciam hanc exornarunt? Nisi tu meliora promas, quid quisquilius tuis fastidium lectoribus, tibi dedecus paris? Quid eamdem recoquis crambem? Quinimmo luculentius ab aliis scripta, vix diversitate sola verborum, obscurius ingenii? Hæc obtrudunt iucundi censores, quorum aliqui tanta abripiuntur velania, ut illos effutire non pudeat, hunquaquam in præsens opus esse christianæ Theologiæ defensoribus. Quid? Prodeant continenter opuncula, quæ morum corrumpunt castitatem: laxitatis lenocinia usquequaque obrepunt: molitoris Eclices assertores multiplicantur in dies: & opus non est ut sana doctrina ab eiusmodi insidiis vindicetur; ut imperitis, ne fucatis erroribus decepti æternum pereant, provideatur? Insistent, tali propugnatore Dei Eccle-



(*a*) 2. 1. *quæst.* CLXXXVIII. *art.* 5. *ad* 3.
(*b*) *Lib. II. Instit. cap.* IX.

fiam non indigere, meque imparem esse ad tantum malum tollendum, opportunumque ferendum subsidium. Eflo. Sed audiant S. Augustinum, cui similia a similibus viris opponebantur, hæc reponentem. *Ut potui, quantum a Domino adiutor sum, psalmum istum magnum pertractavi, & exposui. Quod profectò melius sapientiores doctioresque fecerunt, sive facturi sunt. Nec ideo tamen ei nostrum deesse debuit ministerium* (*a*). Ceterum, dicit alio in loco Augustinus, si aliorum opera doctiora vobis sunt, & luculentiora, hæc legitote, his fruamini; nostra vero negligite, ac reiicite. *Si ita est, ponat librum meum, vel etiam, si hoc videatur, alicuiat; & eis potius quos intelligit, operam, & tempus impendat.* Quid inde? Silendum ne mihi propterea erat? Minime gentium. *Non tamen propterea putet me tacere debuisse, quia non ita expedite, ac dilucide quam illi quos intelligit, eloqui potui.* Sciant præterea morosi, & tetrici censores, eamdem veritatem pluribus variisque modis propositam latius manare, pluribus ac variis hominum generibus arridere, & se in plurium animos insinuare; quemadmodum dapes aptæ condimentorum varietate dispositæ pluribus sapiunt, pluribus afferunt iucunditatem. *Neque enim omnia* (prosequitur Augustinus) *quæ ab omnibus conscribuntur, in omnium manus veniunt. Et fieri potest ut nonnulli, qui etiam hæc nostra intelligere valent, illos plusiores non inveniant libros, & in istos saltem incidant. Idcirque utile est plures a pluribus diverso stilo fieri libros, non diversa fide, etiam de quæstionibus eisdem, ut ad plusimos res ipsa perveniat, ad alios sic, ad alios autem sic. At ille qui se ista non intellexisse conqueritur .... secum agat votis, & studiis, ut proficiat: non mecum querelis, & conviciis, ut taceam* (*b*).

VI. At pressius adhuc urgendi sunt vani ineptique censores, qui, dum talia obtrudunt, vel ipsius evangelicæ doctrinæ elementa se se penitus ignorare basilice patefaciunt. Aures itaque arrigant, & tremendam, formidandamque de talentis parabolam impensius meditentur. *Homo peregre profecturus vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua: & uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem* (*c*). *Et ait ad illos: Negotiamini, dum venio* (*d*). Talenta hæc dona sunt decendi, prædicandi, scribendi in communem fidelium utilitatem, inquit Apostolus Corinthios alloquens. *Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem: alii quidem sermo sapientiæ; alii sermo scientiæ ..... alii interpretatio sermonum* (*e*). Quod ad Romanos scribens repetit. *Habentes donationes secundum gratiam indifferentes ..... sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando &c.* (*f*). Cedo. Quo in sensu accipis hoc Christi oraculum? *Negotiamini dum venio.* Audi S. Thomam, omnium Patrum ore edisserentem. *Negotium est prædicatio verbi Dei; & pecunia Domini sunt eius eloquia, probata sicut argentum, Psal. XI. mentibus hominum feneranda* (*g*). Et S. Ambrosius: *Alia est pecuniæ fenebris, alia doctrinæ cælestis usura* (*h*). Quoniam, subdit Angelicus ibidem, *in sensibilibus divitiis debitores, quantum recipiunt, tantum eos reddere necesse est; & nihil plus ab eis quæritur. In divinis autem eloquiis non solum ad custodiam obligamur, sed etiam multiplicare monemur.* Hæc est omnium Patrum doctrina. *Pecunia* (inquit Hieronymus) *est prædicatio Evangelii, seu sermo divinus, qui dari debet ceteris Presbyteris, qui possint pecuniam duplicare, & cum usuris reddere* (*i*). Qui hæc talenta aut voce, aut scripto negotiari pro virium diversitate neglexerint, eosdem gravissimas pœnas daturos, Dominus ipse minatur. Innumeri sunt Theologiæ christianæ tractatores (inquiunt iterum censores isti), abundat ætas nostra, immo redundat librorum copia. At propterea ne quia alii uberrimo cum lucro negotiati sunt talenta sua; nos a negotiationis nostræ debito liberi sumus? Quia alii legem implevere; tu forsitan eiusdem negligendæ privilegium

(*a*) *In Ps.* CXVIII. *con.* 32. (*b*) *Lib. I. de Trin. cap.* III. (*c*) *Matth.* XXV.
(*d*) *Luc.* XIX. 13. (*e*) *I.* XII. *Cor.* (*f*) *Rom.* XII. (*g*) *In Caten. Luc.* XIX.
(*h*) *Lib. VIII. in Luc.* (*i*) *Comment. in Matth. cap.* XXV.



legium tibi comparasti? Hæc sane recidunt censorum vanissimæ argutationes. Sed evangelica parabola illorum obstruit ora. *Accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius; Euge serve bone ..... intra in gaudium domini tui. Accessit & qui duo talenta acceperat, & ait: Ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus: Euge serve bone .... intra in gaudium domini tui* (*a*).

VII. Clamant iterum Aristarchi eadem molestissima cantilena. Celeberrimi, sapientesque viri, ingenio, eruditione, eloquentia, ceterisque dotibus apprime exornati præclara edidere volumina. Tu ne istorum sapientiam scriptionibus tuis æquare? Tot ne tibi ad scribendum, quot illis talenta? Minime gentium, fateor; sed illis quinque, mihi unum datum est. Quid tamen, si hoc unum otiosum servavero? Audiant & contremiscant censores illi. *Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti; & timens abii, & abscondi talentum tuum in terra .... Dominus autem dixit ei: Serve male & piger, sciebas quia meto ubi non semino, & congrego ubi non sparsi; oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis .... Inutilem servum eiicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium* (*b*). Quoniam igitur ego non decem, non quinque, non duo, sed unum accepi talentum; ideone fas erit mihi cum servo nequam in sudario illud repositum tenere? Quia refulgere inter primores christianæ Theologiæ tractatores non valeo, ideo ne sine culpa possum & otio diffluere, & recondere donata talenta? At numquid talenta prædicatione, aut scriptione tantum negotiationi exponuntur? Ille confessiones excipit, hic laudes Deo pangit. Bene habet. Qui ad hæc tantummodo peragenda talenta acceperunt, his fungantur, & silent. Alii vero, quæ amplius præstare valent, perficere non omittant. Sed quid diutius istorum ineptias, superbia, invidientiaque congestas, refellimus? Terribilem potius formidandamque parabolam attento animo meditemur omnes, nobisque, quod possumus, caveamus ne cum ingrato, & infideli servo nos quoque damnemur. Humili itaque demissoque animo quilque talenta a divino largitore accepta, sive multa, sive pauca, sive magna, sive parva, negotiari totis conatibus satagat, si æternam evitare cupit damnationem. *Meditere* (inquit S. Gregorius Magnus) *in Dei tabernaculo non solum phialæ, sed præcipiente Domino etiam cyathi facti sunt* (*c*). *Per phialas quippe doctrina exuberans, per cyathos vero parva, atque angusta designatur scientia. Alius doctrina veritatis plenus audientium mentes inebriat. Per hoc ergo quod dicit, phialam porrigit. Alius quod sentit, utcumque denuntiat, & per cyathum gustum præbet. In Dei ergo tabernaculo, ideest in sancta Ecclesia positi, si per doctrinæ sapientiam ministrare phialas minime potestis, in quantum pro divina largitate sufficitis, proximis vestris boni verbi cyathos date* (*d*). Quisque ergo cum S. Augustino dicat: *Et nos, licet tantilli ..... in agro Dei, quod est cor vestrum, verba Dei seminamus* (*e*).

VIII. Tandem forsitan non deerunt critici homines adeo tetrici, & imperiti, qui contra ipsam operis istius epigraphem virgam censoriam sint extensuri. Quid, inquient, opus istud inscripsisti THEOLOGIA CHRISTIANA? An non *christiana* aliorum Moralistarum Theologia? Tuo ne operi soli hunc vindicas magnificum titulum? Qui ita desiperent, ingenii sanitate se carere patefacerent. An & Ethnici suam non habent Theologiam, & quidem triplicem, ut diserte S. Thomas asserit? *Videtur Apostolus triplicem Theologiam tangere Gentilium. Primo quidem civilem, quæ observabatur a Pontificibus in adoratione idolorum in templo ..... Secundo Theologiam*



(*a*) *Matth.* XXV. (*b*) *Ibid.* (*c*) *Exod.* XXXVII.
(*d*) *Homil.* VI. *in Evang.*
(*e*) *Tract. de Epic. & Stoic. cap.* I.

*fabularem, quam Poeta tradebant in theatris ..... Tertio Theologiam naturalem, quam observaverunt Philosophi in mundo, partes mundi volentes (a).* Iure ergo Theologia nostra, ut ab ethnica distincta nuncupatur *christiana*. Quid quod liber ipse in quo prima religionis nostræ rudimenta pueris tradenda continentur, DOCTRINA CHRISTIANA inscribitur? Quid plura? Primus ne ego morum doctrinam *christianam* appello? Legant imperiti critici opus Merbelii inscriptum: *Summa christiana*. Legant alterum opus *Besombes*, quod similiter hunc præfert titulum: *Moralis christiana*. Catholicorum nemo nisi christianam docet Theologiam. Quod non omnes in operum suorum fronte id exprimant, propterea ne vetitum mihi erit id præstare? Sed quid adversus insulsam, vanamque criticen verba congero?

## CAPUT II.

*Ex tot religionibus UNA est salutis area: & in tanta opinionum multitudine Una est vera doctrina morum quæ ducit ad vitam.*

I. Videre mihi videor, lector optime, te ex sola propositi tituli lectione commoveri. At commoreor & ego, totisque artubus contremiscens me cohibere haud valeo, quin exclamem? *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigabiles viæ eius (b)!* Quid inde? Numquid commotio nostra, numquid terror noster efficiet ut quod verum est, verum non sit? Numquid neganda veritas, quia tremenda, quæ formidanda, quia viis nostris, quia anticipationibus nostris adversa? In id ergo incumbendum ut videamus, num verum, num certum sit quod utraque thematis parte proposui. Sed, antequam exordium capio, hoc velim firmiter tibi persuadeas, quæ dicturus sum, non illuc tendere ut rigore nimio, iniqua severitate, vanisque terriculamentis te opprimam, aut ad desperationem (quod absit) te impellam; sed potius solummodo ut te ad saluberrimum Dei timorem, qui sapientiæ cælestis initium est, excitem; ut animum tuum ad christianæ Theologiæ studium suscipiendum, atque perficiendum præparem, ac disponam; ut demum ipse cum metu & tremore operari & tuam, & aliorum salutem pro viribus adnitaris.

II. Pergo porro. Quemadmodum duo sunt religionis divinæ capita prima, unum quod credenda proponit, alterum quod agenda imperat; ita duo sunt extrema potissima iisdem opposita, summa diligentia cavenda. Primum est Lutheranorum, atque Calviniſtarum, qui salutis negotium plus iusto fidei committunt: huic iustificationem, huic gloriæ coronam abiudicant. Contra, Scripturæ sanctæ prædicant equidem, fidem esse primum salutis nostræ initium; at continuo subdunt, fidem hanc per se solam nequaquam sufficere, quæ, sanctis operibus destituta, mortua est; sed eam fidem nos salvos facere quæ per caritatem operatur. Ex hac igitur fide christianus homo pie, sobrie, & iuste vivit. Fides hæc spem comitem habet, & caritatem, quæ, teste Apostolo, omnium maior est, quæque, duabus primis expulsis, nobiscum in cælis æternum manebit.

III. Alterum oppositum extremum est illorum hæreticorum quos *Tolerantes* vocant, scilicet non tam fidem, quam mores spectandos esse; & quemlibet in sua religione, admissis paucis Evangelii articulis, quos *fundamentales* appellant, posse salvari. Hæc duo extrema ut caveamus, omni studio & contentione curandum nobis est ut primum omnium mentem nostram tam fidei, quam morum doctrina imbuamus, ac deinde ex parte voluntatis operum sanctitas consequatur. Quandoquidem

(a) *Lact. 7. in cap. 1. Epist. Pauli ad Rom.*
(b) *Ad Rom. xi.*



dem numquam voluntas recta est in agendis, intellectu errante sive in dogmatum, sive in præceptorum doctrina. Qui vera doctrina negligunt suam mentem excolere, turpissime decipiuntur, si voluntatem suam circa res agendas rectam esse posse arbitrantur.

IV. Nos Catholici ob singularem Dei erga nos clementiam in arca veræ divinæque religionis collocati sumus, tamquam electus populus gens sancta, regale Sacerdotium. In hac arca, in hoc Dei templo constitutum Hebræorum populum, sibi plaudentem adversus infideles, sic redarguit Hieremias: *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, Templum Domini: Templum Domini est. Quoniam, si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra, si feceritis iudicium inter virum & proximum eius ..... habitabo vobiscum in loco isto ..... Ecce vos confidistis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis: furari, occidere, adulterari &c..... Proiiciam vos a facie mea (a).* Quis ad hæc animum intendens, non contremiscat? Populus ille electus veram profitebatur religionem, ceteris gentibus cultum idolorum sectantibus; sed quia in morum doctrina aberrabat, divini furoris pœnas subiit.

V. Nos, viri fratres, catholici sumus, Dei templum inhabitamus, vera dogmata, omnesque a Deo revelatos articulos divina fide credimus. Una est religionis nostræ circa fidem doctrina. Numquid circa mores item una est doctrina nostra? An non innumeræ potius apud nos de actionum bonitate, & malitia diffidentes invicem, ac mutuo pugnantes sententiæ inveniuntur? At, quod pejus est magisque dolendum, an non pugnantibus doctrinis respondet vitiorum cum virtutibus pugna, bellumque implacabile? An non scelerum, flagitiorumque illuvies utiquequaque grassatur? Si ex morum contagione fere universali, atque raritate virtutum ratiocinari liceret; nonne in paucis tanum, in multis doctrinam falsam vigere recte colligeremus! Peccant sane multi, non mentis errore, sed aut infirmitate naturæ, aut animi pravitate. At innumeri sunt qui opinionum falsitate flagitia excusant, & obtegunt quodam fuco honestatis. Quid itaque cum electo olim, & nunc improbato populo clamamus: *Templum Domini, Templum Domini?* Religio catholica, Religio catholica? An non timendum nobis pariter divinam imminere vindictam? *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes &c.* Sectarii extra salutis arcam variarum religionum fluctibus exagitati naufragantium instar altercantur invicem, hanc veram esse, falsam illam, & quemquam in sua religione salvum fore contendunt. Illorum cæcitatem, & amentiam ipsi lugemus, pro certo habentes, unum baptisma, unam fidem esse salutis viam. At clamant ipsi adversus doctrinas nostras de morum sanctitate omnino oppositas. Quid responsi dabimus? Anne error in morum doctrina præmium assequetur, in fidei vero articulis æternas dabit pœnas? At non eodem odio Deus errorem, ubicumque sit, detestatur? Non me latet, Theologum catholicum, & quidem pium, scribere. *Cum Magister veritatis sis, adeo humanæ condescendis infirmitati, ut in tuo veritatis tribunali error iniulpatus ipsam cæquet veritatem. Eum enim non accusas, sed excusat, non plectis, sed præmiaris; ipsam tuam legem habendo pro non lege, & tuam non legem habendo pro lege; si lex ut non lex, & non lex ut lex invincibiliter proponatur (b).* At quis est qui tam absurdam opinionem non detestetur? Si Deus errorem inculpatum, æque ac veritatem remuneratur; inquirendæ veritatis mandatum in nihilum abit. Si Deus legem suam pro non lege, & non legem pro lege; ita & fidem suam pro non fide sua, & non fidem pro fide sua habebit. Quæ monstrosa paradoxa cui, quæso, horrorem non ingerunt? Errorem excusare a culpa, si invincibilis sit, certum est. At non propterea ad cælum evehit, ut præmium promereatur. Quod veram religionem catholicam ignorare quis invincibiliter possit pro ali-

(a) *Cap. VII.*
(b) *Carolus Antonius Cassedi in Dedicatione Tom. II. Ad Christum Iesum.*

aliquo tempore, inficias non eo. At extra religionem catholicam aliquem posse salvum fieri, falsum omnino reputo: idque in hoc ipso Tomo evincam. P. Michael Elizalde Societatis Iesu, quem inter elapsi sæculi summos sapientes constituit Cardinalis Pallavicinus, hæc fatur. „ Probe equidem scio, non modo in amœnissimis gen„ tibus, sed in ipsis etiam Italiæ finitimis, & ipsos inter Catholicos commixtis hæ„ reticis admitti a quibusdam infidelitatem negativam, & hæreses invincibiles, & „ sceleris innoxias. Sed, quidquid de his erit, illud mihi firmum est, & præter „ omnem opinionis formidinem certum, indubitatumque, extra Ecclesiam catholi„ cam tam salvari neminem quam in diluvio extra arcam evasit nemo (*a*). "Tantæ sapientiæ, & pietatis Theologum vidi nullum qui oppositum tam asseveranter pronuntiet. Hanc veritatem, nulla distinctione facta, confirmant Patres omnes. Unum nunc referre sufficiat Augustinum epist. CXLI. alias CXLII. *Quisquis ergo ab hac catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet se vivere existimet, hoc solo scelere quod a Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam; sed ira Dei manet super eum*. Verum, ut Lectorem meum cuicumque errandi periculo subducam, fingam modo, posse aliquem idiotam hæreticum, extra arcam materialiter, ut pauci iuniores opinantur, extantem, salutem assequi; hoc tamen omnes asserunt perrarum esse, & valde difficile, & numquam hoc de doctoribus, magistris, ac pastoribus sectarum concedendum, omnes fatentur; cum inculpatus error in istis esse nequeat. De aliquo autem perraro eventu nullos nobis in præsentia sermo est. Quo in sensu intelligas velim quæ leges *Lib. I. diss. II. cap.* XIII.

VI. Nulla itaque falsa religione, quantumvis certo vera existimata, iuste, & recte Deus colitur. Et falsa doctrina morum, quia vera reputata, poterit Dei gloriam amplificare, morumque sanctitatem fovere? Quæso ad mentem revocemus Scripturæ oracula, quæ proposui argumenti veritatem perspicue demonstrant. Propterea Isaias clamat: *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes* (*b*). Omnis falsa doctrina, ut advertit præfatus P. Elizalde, dicit malum bonum, & bonum malum; errorem pro veritate, & pro errore veritatem obtrudit. Intonat Christus Servator noster divinus Evangelistæ Matthæi voce: *Sine causa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum* (*c*). Doctrinæ falsæ, non Dei, sed hominum sunt. Sola autem doctrina Dei Deo animas iungit. Omnis quippe veritas a Deo est. Sine caussa autem Deum colunt qui non Dei, sed hominum doctrinas persuadent, servandasque proponunt. Aliud rursus divinum oraculum meditemur. *Est via quæ videtur homini iusta, novissima autem eius deducunt ad mortem* (*d*). *Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia* (*e*). Ut formidanda, quam proposui, veritas clarior tibi fit, exemplo viæ materialis eam patefacio. Romam pergere contendis. Viam arripis quam tu ducere Romam firmiter credis; at revera ducit Constantinopolim. Iter confectis hoc firmo animo adeundi Romam. Cedo. Viam istam obambulans, Romam ne pervenies umquam? Inculpata erit deceptio tua, qua falsam pro vera viam existimasti. At interim via falsa numquam te Romam ducet. Tumetipse consectarium teries. Dum viam falsarum doctrinarum, sive fidei, sive morum, percurris, numquam per illam ad cælestem ac beatam vitam pervenies. Iusta tibi videtur, vera, & recte hæc doctrinarum via. Esto. At novissima eius, Salomone teste, deducunt ad mortem, ad æterna supplicia. Vel si id potest summum a culpa excusare, neutiquam certe valebit ad cælum perducere.

VII. Cum his, quæ hactenus retuli, divinis oraculis conferas nunc velim opinionum

(*a*) *Quæst.* I. §. 41 *de recta morum doctrina*. (*b*) *Cap.* V.
(*c*) *Cap.* XV. (*d*) *Proverb.* XIV. 12.
(*e*) *Ibid. cap.* XII, 15.



num circa mores incredibilem varietatem, & miram vicissitudinem. Nam quæ olim probabiliora nunc minus probabilia iudicantur. Sententiæ quæ uni placent nationi, displicent alteri; & quæ una ætate assentientes magistros habent, altera ætate obsolescunt, & inveterascunt. Sed quid rempora, quid nationes commemoro? Intra eamdem urbem, in eadem domo, eodem tempore Theologia unius cubiculi ab alterius cubiculi Theologia discrepat, & cuique sua probabilior apparet; aut, sin probabilior, saltem minus probabilis; quod Probabilistis sat est. *Quorum opiniones* (inquit vel ipse Tullius) *cum tam variæ sint, tamque inter se dissidentes, alterum fieri profecto potest, ut earum nulla; alterum certe non potest, ut plus una vera sit* (*a*). Sola autem veritas, non probabile, non probabilius, si falsum sit, innuas cæli patefacit. Videbis in eodem cœtu alterum suum habere casuum moralium *Collectorem*, alterum suum legere *Moralistam*. Mutuo dissident. Contendit unus: Hæc mihi opinio probabilior est. Opposita, inquit alter, mihi probabilis est. Minus quidem, subdit tertius, probabilis altera mihi apparet Casuistæ mei doctrina; at id mihi sat est. Tu tene tuam, ego meam. Quod dissidium his verbis explicat Optatus Milevitanus. *Vos dicitis, Licet; nos dicimus Non licet. Inter* licet *vestrum, & non* licet *nostrum nutant, & remigant animi populorum. Nemo vobis credat, nemo nobis, omnes contentiosi homines sumus. De cælo quærendus est iudex* (*b*). Hodie vi Probabilismi utrique parti fit satis: & utrumque *licet*, tametsi contrarium, per oppositas vias ad cælum ducet?

VIII. His omnibus constitutis, quisque serio perpendat, quam verum id quod proposui, quamque formidandum sit, unam scilicet & religionis, & morum doctrinam illam esse quæ assecias suos ad vitam perducit sempiternam. Quis sibi in animum inducet ut credat, Deum tantopere in religionis negotio, secus in morum doctrina, veritatem amplectendam imperare? Quis dixerit, divinam providentiam pro regula sanctarum actionum nobis designasse vagam illam, volubilemque probabilitatem quæ vix in eadem æde una est, quæ tot subit mutationes, quot sunt hominum cerebra? Nemo sane qui vel a limine salutaverit divinas Scripturas. Quid enim hæ passim hortantur? *Lex tua veritas. Mendaces filii hominum in statera. Statera dolosa abominatio est apud Deum*. Quarumcumque rerum mensuræ uniformes, constantes, & notæ. Sola ne morum mensura pro ingeniorum diversitate vaga, inconstans, uni maior, alteri minor? At hoc improbat Deus: *Pondus & pondus, mensura & mensura: utrumque abominabile est apud Deum* (*c*). Sed ad rem nostram luculentius per Michæam Prophetam contra mensuras minores invehitur. *Mensura MINOR ira plena* (*d*). Hoc solum formidandum sane oraculum a minoris probabilitatis mensura me absterreret, etiamsi aliunde falsam illam non cognoscerem. Sermo quippe Prophetæ est de morum mensura, cum ibidem inclamet: *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te*. Nos dicimus malum bonum, & bonum malum. *At numquid*, pergit Propheta, *iustificabo stateram impiam, & saccelli pondera dolosa?* Statera sallarum opinionum dolosæ sunt apud Deum; quia decipiunt animas; licet pia intentione existimentur rectæ. Quare concludit Michæas: *Apprehendes, & non salvabis: & quos salvaveris, in gladium dabo*. Istius textus commentationes alibi tradam. Obvius ceteroquin illius significatus. Bona intentio, & firma persuasio, qua quisque credit suam religionem, reipsa falsam, esse veram, ad salutem assequendam minime sufficit. Paulus, in discipulos & fideles Christi furens, obsequium se præstare Deo certe credebat; & tamen ignorans peccavit. Valde ergo ad sectariorum extremum declinare videntur ii qui sibi blandiuntur, bonam intentionem sat esse ut quisque sua de moribus probabilitate, tametsi falsa, æterna assequi præmia valeat.

IX.

(*a*) *De nat. Deor. Lib.* I. (*b*) *De schism. Donatist. Lib.* V. §. 3.
(*c*) *Prov.* XX. (*d*) *Mich. cap.* VI.

IX. Definita, inquis, sunt in religionis negotio credenda dogmata: idcirco nulla de iisdem falsa suffragatur opinio. At de morum malitia, vel honestate libere disputatur in utramque partem. An non fuerunt inter Patres ipsos dissidia, disputationes, & pugnæ litterariæ? An non datur ignorantia invincibilis plurium veritatum? Hæ sunt argutationes, & sophismata plurium iuniorum, millies conrita, & quæ hoc in opere ad nihilum omnino redigentur. Ex uno aliquo, & perraro eventu regulam isti generalem colligunt. Quinam Patres in contrarias partes disputarunt, num prima illa divina mandata fidei, spei, amoris Dei, & proximi obligent *per se* in toto vitæ cursu, aut quolibet quinquennio? Quis iliorum disputavit, urgeat ne præceptum diligendi proximum actu interno? Quinam Patres, Doctoresque sancti pugnantes sententias invexerunt, num licitum sit occidere eos qui prævidentur calumniosi, & infensi honori proprii coetus? Quinam disputarunt in oppositas partes, liceat ne comedere, & bibere ob solam voluptatem; adiuvare herum ad stuprandam virginem; eam osculari, amplecti; absolvere concubinarium, non dimissa concubina; furare sine animo furandi; simulare sacramenta ob metum gravem; munera offerre iudici, ut iniuste iudicet; occulte furari compensationis titulo; fenerari, mentiri materialiter; restitutionem difficilem procrastinare, contractus trinos inire? Quinam Ecclesiæ Doctores per tredecim & amplius sæcula sexcentas alias quæstiones, quibus abundant iuniorum quorumdam volumina, quibusque in discrimine adducuntur mandata divina fere omnia, excitarunt umquam? Conferantur opera omnium Patrum, Doctorumque Ecclesiæ cum unius Dianæ, aliorumque similium Casuistarum libris; ut inde maxima inter utriusque partis doctrinas distantia, & oppositio deprehendatur. Perrarum fuit inter sanctos Ecclesiæ Patres, beatosque viros de morum integritate dissidium. Ignorantiam invincibilem aliquarum veritatum admitto. At omnibus Ecclesiæ Patribus, omnibusque antiquis Theologis, in quibus præiudicatæ sententiæ nullæ fuerunt, monstrosa, & inaudita est illa ignorantia quæ maiori lumini oculos claudit, ut aperiat minori; &, reiecta maiori verisimilitudine, constanter minuri adhæret. Hoc invincibilis ignorantiæ portentum universæ antiquitati cum sacræ, tum profanæ incognitum. *Mensura mihi ira plena.*

X. Verum enimvero post hæc omnia loquatur tandem divinus Doctor gentium, & veritatis præco Paulus Apostolus. Inquit autem: *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus; & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur* (*a*). Primum omnium advertas velim, S. Paulum minime prædicere, futuros magistros, qui nimio zelo correpti aggravent iugum Christi, nova onera imponant, divinamque legem æquo leveriorem efficiant. Sed eos decuriu temporis Theologos venturos fore ominatur, qui divina mandata fucis, & blanditiis delibuta populorum desideriis accommodent, eorum auribus pruriant, & sensus titillent: qui, sana doctrina reiecta, opiniones blandas, & consentaneas humanis appetitionibus evulgando, populos illiciant ad talium doctrinas ambabus ulnis excipiendas. Alterum magnopere perpendendum est, nempe magistros istos iam a multo tempore advenisse, immo omni tempore plus minusve extitisse, & futuros esse. Hoc luculenter testatur apostolica Sedes, voce ALEXANDRI VII. cuius verba infra dabimus. Quid quod vel ipse Probabilismi reflexi facile Princeps, & quidem benignius P. Antonius *Terillus* S. I. apertissime testatur, & verbis sane amarulentis, atque aculeatis deplorat, sæculo pertissimum elapso, talium magistrorum multitudinem inundasse in moralis Theologiæ agrum? Pauca tantum delibabo ex multis quæ is in magistros eiusmodi contorquet. „ Innumerabiles sunt qui a 30. annis (post natum Pro-

(*a*) *II. ad Timoth.* IV.



„ Probabilismum) ..... in opiniones laxiores oculos animumque coniecerunt, „ gnari præ omnibus *vulgo placituras* ..... Vidi ego ex hisce recentioribus „ nonnullos, viros ceteroquin egregios (N. B.) qui cum in rebus summi mo- „ menti ad Dei legem, & conscientiæ obligationem pertinentibus, ab unanimi „ omnium sententia, *ad intolerabilem laxitatem* declinassent, aliud tamen, quo mo- „ verentur, argumentum, quam a simili ductum, non habebant. *Vide & exhorrui.* „ Neque hic stetit quorumdam audacia. Plurimi enim, etsi doctrina longe inferio- „ res .... ex laxis resolutionibus ad alias laxiores iter sibi, rectius dixerim, *& sibi & aliis præcipitium* aperuerunt. Nec defuere *qui laudi sibi verterunt* laxiores „ sententias in UNUM COLLIGERE, easque tamquam legitimas conscientiæ re- „ gulas sub *specioso Probabilitatis tegmine* venditare. *Immo incredibile non est eos sub-* „ *tili SATANÆ insinuatione deceptos, sub humanitatis cuiusdam lenocinio, mutuique* „ *honoris specie, quibusvis aliorum dictis probabilitatem sibi attribuisse, ut quam ipsi* „ *prærogativam prioribus ultro dedissent, eam ipsis posteriores non invaderent.* Hac arte „ *dolosus inimicus*, postquam doctiores, qui & sibi invigilare, & aliis prospicere de- „ buerant, *prægustato plausu amplioris famæ* per laxarum opinionum evulgationem „ sibi certo acquirendæ falcinasset, per eos nimis incautos in campo Moralis Theo- „ logiæ *optimo, seweratum opinionum abunde sato, detestanda laxitatis zizania superse-* „ *minavit, & abiit. Conscius quippe erat, ea absque boni tritici tactura numquam evel-* „ *lenda* (*a*) “ Quid si ego talia scriberem in Probabilistas? Et tamen, divina providentia sic disponente, talia scripsit vel ipse benignissimus Probabilista *Terillus*, plurium laxarum opinionum & ipse Auctor. Magistri isti publicis typis in lucem dedere ingentia volumina laxarum opinionum, & *sibi, & aliis præcipitium aperuerunt*, inquit Terillus. Quinam isti, ut ab iisdem lectores cavere queant? Quinam? Qui laxius scripsere. Porro si ego dicerem, laxius omnium scripsisse Caramuelem, Dianam, Tamburinum, Escobarium, Sanchezium, Lacruzium, Zanardum, Bonacinam, Elbelium, Spoterium, & sexcentos similes; continuo reclamarent diversi Instituti assecłæ, & singuli suos a laxitatis nota vindicarent. Et tamen urgere ego illos possem, & ad incitas redigere, ut alterutrum præstent. Nempe aut designent ipsi *innumerabiles* illos magistros qui, sana doctrina relicta, teste ipso *P. Antonio Terillo*, laxitatum fabulas invexere: qui sibi, & aliis *præcipitium aperuerunt:* qui sub *Satanæ insinuatione prægustato plausu amplioris famæ laxarum opinionum zizania superseminarunt in Moralis Theologiæ campo.* Aut, si ipsi designare nolint innumerabiles istos magistros, quos futuros prædixit S. Paulus, & advenisse vel ipse *Terillus* confitetur; concedant necessum est eiusmodi magistros esse illos quos indicavi, aliosque plurimos qui similem opinandi modum sequuntur. Pateret ne aliqua ad effugium rima, si ita ego argumentari vellem?

XI. Verum ipsos Ecclesiæ Patres audiamus, qui eiusmodi magistrorum characteres nobis patefaciunt. S. Thomas sic Paulinum textum interpretatur. *Sana doctrina est quæ non habet admixtam falsitatem. Ergo sanam doctrinam non sustinebunt, dum veritatem nolunt audire, Osee* IV. *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra* (*b*) Sola ergo doctrina vera sana est. Doctrina, sive probabilis, sive probabilior, si admixtam falsitatem habeat, sana non est. Quanta ergo industria inquirenda veritas est, & pro viribus eidem accedendum, divinumque auxilium implorandum, ut comparetur? Laudatum Apostoli textum sic item exponit S. Ambrosius. *Tales futuros esse dicit, qui pro desideriis doceri velint, & a magistris constantibus, & veracibus ad hos convertantur, qui hæc illos docerent quæ libenter audirent: quia veritas illis aspera est.* Omnes uno ore fatentur, asperam, rigidamque esse hominibus veritatem, quæ pompis vanis, gulæ, avaritiæ, superbiæ, ceteris que vitiis bel-

(*a*) *In præf. ad Tract. de conscient.* (*b*) *Lect.* I. *ib.*

bellum indicit. S. Anſelmus hanc adiicit interpretationem. *Sanam doctrinam non ſuſtinebunt; ſed velut unus grave reſiciens eam ab humeris ſuis. Non enim ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria complenda congregabunt, ideſt aceruum ſibi congregabunt magiſtrorum, qui doceant eos ea quæ deſiderant: ipſi, dico, prurientes auribus ſpiritualiter ſanientibus. Nam ſicut cano quæ prurit, ſemper vult fricari; ſemper autem eorum ſic cupiunt audire verba quæ errores doceant, & ad delectationes illiciant: & a veritate auditum auertent, ideſt fugient audire ſermonem veritatis, quæ illis erit aſpera, quia non mulcebit eos.* S. Ioannes Chryſoſtomus exponens hoc verbum, *coacervabunt*, inquit: *Indiſcretam, confuſamque ſignificat Doctorum multitudinem.* Et præter Chryſoſtomum, & Anſelmum, S. Thomas addit: *Coacervabunt, ideſt multiplicabunt . . . . . Loquimini nobis placentia: & hoc eſt ſecundum ſua deſideria, quia unus vult audire unum, alius alium; & ſic quærunt diuerſos magiſtros.* Plures iuniores quæſtionem inſtituunt, num tuto quis poſſit circumire ciuitatem, & plures adire Doctores, donec unum inueniat ſibi oblecundantem. *An in conſcientia tutus ſit habens uſum atque propoſitum varios Doctores conſulendi, donec aliquem ad libitum ſuum reſpondentem inueniat?* Reſpondent autem licitum id eſſe, quando id præſtet *recta inueſtigandi intentione, an ea opinio ſibi ſauens ſit probabilis, animo firmo nil mali eſſicendi; ſed id ſolum quod ſibi licere inuenerit. Quia unicuique ius eſt, ius ſum protegendi, & ad id rationes quærendi.* (a) Audiſti? Non quærunt, an opinio ſit *vera*, ſed an ſit *probabilis*. Præterea peiora, quæ de hac plurium Doctorum conſultatione docent. Qui plures Doctores conſulunt, donec inueniant aliquem unum ſibi ſaventem, ideo hoc incommodum ſuſcipiunt, ut duo aſſequantur. Unum eſt, ut peccatum euitent: ſi enim peccare aperte vellent, nullum conſulerent Doctorem, ſed omnibus nuntium remitterent. Alterum, ut abſque peccato ea peragere poſſint quæ ſibi arrident, beneficio opinionis probabilis. Idcirco enim quæritant, non ut inueniant veritatem, ſed ut ſciant *an opinio ſibi ſauens ſit probabilis*. Ut autem ſit probabilis, ſat eſt eam a tribus quatuorve Caſuiſtis doceri. Num vaticinium Apoſtoli Pauli eiuſmodi Chriſtianos carpat qui reipſa coacervare plures Doctores ſibi ſaventes ſtudent, ceteri iudicent.

XII. Ut plenius percipias diuinæ prophetiæ ſenſum, nolo ego meis verbis eam fuſius interpretari. In medium proferre mihi liceat interpretationem quam exhibet ſapientiſſimus, atque piiſſimus P. Michael Elizalde Societatis Ieſu Theologus celeberrimus, qui poſt allata Patrum teſtimonia hæc adiicit: „ Similes ſcilicet homines libenter audient parvitatem materiæ in re venerea; *amplexus miſcio quos*, & oſcula, quæ ad delectationes illiciant, licere; occaſionem periculoſiſſimam his & illis de cauſis domi retineri poſſe; ex pecunia mutuata propter hoc & propter illud, cum pignore quidem octo, ſine pignore decem aut plus etiam ultra ſortem tuto accipi; & hoc genus plurima libentiſſime mundi homines audiunt, quæ ſecundum deſideria carnis ſunt. Illud etiam in Paulo ſignificatiſſimum eſt. *Erit enim*, inquit, *tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.* Hoc enim non paucorum, ſed quaſi univerſalem, ac fere omnium pravam diſpoſitionem ſignificat: ut ſi diceres: Erit tempus in quo homines ſeminare nolent: non enim erit, erunt aliqui; ſed *Erit*, inquit, *tempus*, in quo *ſanam doctrinam non ſuſtinebunt*; ut ſi dicas: Erit tempus in quo non pluet. " Hæc iuxta doctiſſimi Theologi, & ipſius Apoſtoli, atque omnium Patrum mentem accipias velim, nempe plurimos ſane reperiri qui veram, ſanamque doctrinam ſuſtinere recuſent. Numeri vero huius amplitudinem Deus ſolus definire valet. Familiaris eſt Scriptoribus ſanctis hic loquendi modus, ut ingentem prodant multitudinem. *Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Omnes auaritiæ ſtudent* &c.

(a) *Lege Thomam Sanchez Lib. I. in Decal. cap. IX. num. 24.*



&c. Sed hæc veluti per parentheſim. Perſequamur interpretem, qui ita pergit, clariuſque ſe ſe explicat.

„ Sed hoc modo omittamus. Illud in præſentia vides de quo tractamus, adeſſe „ ſcilicet hic Doctores & magiſtros permultos, & tamen peccare ipſos, & peccare ſequentes; neque habent ex tot magiſtrorum dicto aut probabile ab extrinſeco, quod regula ſit, aut ignorantiam invincibilem, quæ in totum a peccato „ ſequentes exculet; ſed cæcos ſequentes cæcos alios, utroſque in foveam, ut ve„ ritas dicit, cadere. Vides item totum, quantum & in textu, & in gloſſis, in „ hoc pauculo eſſe poſitum, quod ſanam, ideſt veram, doctrinam audire nolint, „ & alias, quam veritatis, doctrinas quærant, & alios, quam veritatis, magiſtros, & Doctores congregent, neque vero eorum quantamcumque multitudinem „ exculare.

„ At inquis, hos de quibus Paulus ſcribit, ultro ſcienteſque, ac mala fide hos „ magiſtros congregaturos, quorum proinde auctoritate exculare ſe nequeant: nihil „ porro ſimile hactenus ſaltem fidelibus noſtris accidiſſe, qui propterea tuti ſunt, „ magiſterorum, quoſcumque ſequantur, auctoritate, & teſtimonio: quos ſcilicet bona fide, ſimpliciterque adeunt. Rurſus illi ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, noſtri omnes ſuſtinent: illi a veritate auditum avertent, noſtri non avertunt: alpeque demum eis veritas erit, non noſtris. *Nulla ergo textus particula noſtris hominibus congruit.*

„ Sed vero illa frivola ſunt. Nam illi de quibus ſcribit Paulus, aliquid ſibi profuturum exiſtimabunt coacervatorum magiſtrorum auctoritatem. Alioquin quorſum „ eos coacervarent? Nam, ſi prorſus mala fide peccare, ſcienterque peccando deſideria compiere ſua vellent (hoc ſciunt omnes) nullis magiſtris, nulla eorum auctoritate opus eſſet, ut patet. Hæc ergo contingent, quemadmodum plus minus „ apud aliquos nunc quoque contingunt, qui habent deſideria implicantia. *Nam ex „ una parte peccare, damnarique nollent; ex alia vellent deſideria explere ſua, pecunias „ cumulare, non ſolvere, gaudere, lætari, mundoque frui. Ut itaque iſta duo conciliент, „ conſcientiamque vel ſopiant, vel ſemiſopiant, & quantum poſſunt, ſe excuſent, & „ abſcondant, magiſtros quærunt, non qui vera, ſed qui a ſe deſiderata doceant. Atque „ hoc paſſim experimur: & ſi, quod volunt, non reſpondeamus, alios adeunt, ubi quod „ volunt inueniant. Iam porro ſanæ doctrinæ, hoc eſt vera, quanta eſt cura?* Utrum „ enim magiſtros habeant, vel non habeant, hoc unum multi curant; utrum verum, „ vel falſum dicant, præteruent . . . . . Experti loquimur. Profanum adeo mundum, „ ſcotaturaſque tange, & ita de aliis non tot quin pluribus, & invenies illud III. „ Reg. XXII. *Et ait Rex Iſrael ad Joſaphat: Remanſit vir unus, de quo poſſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum.* „ Veritas illis aſpera videbitur, fugient audire ſermonem veritatis, quæ illis erit „ aſpera. Nam, ut Auguſtinus in Lib. Confeſſ. docet, odio amant veritatem, *ſed „ quod amant, volunt eſſe veritatem.* Denique volunt magiſtrorum, ſi quos inveneruntur, auctoritate ſe tutos & ſalvos. Atque hoc eſt quod modo refellimus, neque „ magiſtros ipſos, neque ſequentes tutos eſſe. Nam quod nunc allegare poſſunt pro ſua immunitate, hoc idem in terminis allegare illi poterunt quos Paulus inſequitur. *At illis ad excuſationem non valebit. Ergo neque nunc valet. Et forte illud TUNC „ EST NUNC* (a).

XIII. In hanc apoſtolicam doctrinam animum ſerio intendat lector ſalutis ſuæ ſtudioſus. Sicut Chriſtianorum nemo adeo amens, & perverſus eſt, qui ideo Theologos inquirat, ut decipi velit; ita nemo Theologorum ita ſtultus, & improbus eſt, ut expreſſe & data opera pervertere doctrinis, quas ipſe reputat falſas, fideles intendat. Vel

(a) *Part. II. Lib. VI. quæſt. VI. §. 3.*

Vel illi qui loquuntur placentia & blanda, sibi persuadent, consentaneum esse legis rigorem delinire, viamque salutis faciliorem opinionum benignitate efficere. His præventionibus occupati, nobis improperant, quod jugum Christi gravemus, quod conscientias angustiarum laqueis torqueamus, quod fideles, doctrinarum severitate perterrefacti a sacramentorum frequentia abstineant, atque in desperationem prolabantur. Illinc *Laxismus*, hinc *Rigorismus* improperatur. Utrimque redargutiones, lamentationes, & querelæ. Utrimque pugnæ, iurgia, bella, & clades. Utraque pars a se veritatem stare contendit. Et tamen, cum una veritas sit, si illi pro falsitate, isti pro veritate pugnant, sustinent, patiuntur, illi falsitatis, isti veritatis martyres sunt. Causa vero, non pœna, martyrem facit, æterna gloria coronandum, ut sapienter advertit S. Augustinus. *Cum boni, & mali eadem patiuntur, eademque patiuntur; non facilis & pœnis, sed causis utique discernendi sunt* (*a*). Tremenda, inquis, hæc sunt. Dubio procul. Quid ergo agendum? Respondet S. Ioannes Chrysostomus. *Ne igitur multorum opiniones habeamus, sed res ipsas inquiramus. Quomodo autem non absurdum propter pecuniæ alios non credere, sed ipsas numerare, & supputare; pro rebus autem amplioribus aliorum sententiam sequi simpliciter? præsertim cum habeamus exactissimam traditam & regulam divinarum Scripturarum legum assertionem. Ideo obsecro, & ego omnes vos ut relinquatis, quoniam huic, vel illi videatur: deque his a Scripturis omnia inquirite* (*b*). In pecuniarum supputatione, alteri fidem denegans, ipse rei periculum facere vis? In conscientiæ vero negotio, veritate neglecta, cuiusque magistri opinionibus animam fidis? Quid hac ætate nostra peragunt quamplurimi, nisi inquirere quid huic appareat probabile, & quid alteri, ut quod sibi magis favet, quilque eligat? Quid tot Scriptores moliti sunt, nisi opinionum inter Catholicos diffidentium texere censum: & alii ex aliis easdem transcribunt ut pro rebus, idest pro veritate, opiniones habeas?

XIV. Paucis nunc, quod proposui, argumentum concludo. Una ex tot religionibus est salutis arca. Una in tanta opinionum multitudine circa mores doctrina est, quæ ad cælum ducit. Nullus hic ad effugium patet exitus. Religionis veritatem assequi omnes possunt: quoniam, cum Deus salvos fieri omnes velit, omnibus auxilia sua offert, præbet, infundit, quibus & fidei dogmatum, & de moribus mandatorum veritates indipiscantur. Quid? Non negotiorum curæ, non populorum obesitas, non hominum hebetudo circa unicæ veræ religionis delectum excusant? Cur? quia providentia divina omnibus lumen effundit, ut quæ ad salutem requiruntur æternam, cognoscant, & operentur. *Fieri enim non potest* (inquit S. Augustinus) *quadam providentia divina, ut religiosis animis seipsos, & Deum suum, idest veritatem pie, caste, & diligenter quærentibus, inveniendi facultas desit* (*c*). Religio hæc, ut aliis dixi, non minus agenda quam credenda imponit: non minus morum quam fidei veritatem amat. Numquid providentia divina in rebus fidei credendis Pyrrhonismum, seu Probabilismum detestatur, illum veto probat in morum doctrina? Nullius falsæ religionis, tametsi reputatæ firmiter veræ, Deus cultum ratum habet: & falsam morum honestatem gloriæ præmio donabit? An obtrudes confuetam strophen, non omnium moralium veritatum notitiam ad salutem requiri? Fac aliquam ignorari sine culpa posse. Quid inde? An sine culpa ignorabuntur veritates illæ quæ frequenter excerceri imperant fidei, spei, caritatis, fraternæ dilectionis officia: quæ promptæ restitutionis, debitorumque solutionem, & iustitiæ iura impleri mandant: quæ luxum, pompas vanas, impudicas scenas, ludos, crapulas, voluptates damnant: quæ tetimia, pœnitentiam, contritionem iubent? Harum ne veritatum, & similium, quæ ingentibus voluminibus in utramque partem a Casuistis non paucis disputantur, & cuique parti sua favet pro-

(*a*) *Epist.* xlviii. (*b*) *Hom.* xiii. *in Matth.* (*c*) *Lib. de quant. anim. cap.* xiii.



probabilitas, inculpata ignorantia erit? Inculpata ignorantia erit, etiamsi maius lumen deliberate reiicias; etiamsi repudiata maiore veritatis notitia, minori adhæreas, ut quod tibi favet & lubet, amplectaris? An non tibi hæc ignorantiæ monstra apparent?

XV. Sed, ut te fortius urgeam, quænam difficilior notitia, doctrinæ unius veræ religionis, an doctrinæ morum? Omnia Decalogi mandata, quibus potissimum nititur Moralis christiana, iuris naturæ sunt, atque humanæ menti quam maxime apta, & consentanea. Omnia fidei mysteria divinitus revelata humani ingenii aciem totam excedunt. Nonne igitur longe difficilior est horum mysteriorum quam præfatæ morum doctrinæ cognitio? Et tamen populi qui in religionis negotio Arii, Nestorii, Dioscori, & aliorum, qui neque eruditione, neque ingenio destituti erant, doctrinam sunt amplexati, periere, nulla ipsis suffragante ignorantia. An æternum non pereunt modo qui Lutheri, Calvini, Socini, aliorumque hæreticorum falsa dogmata de altissimis religionis nostræ arcanis sequuntur? An efficere ignorantia potest ut qui falsæ religioni adhærent, salvari valeant? Minime gentium, quemadmodum infra (*a*) lato calamo demonstrabo. Difficilior ergo quam maxime est unius veræ religionis notitia. Et nihilominus eiusdem ignorantia nescientes homines æternæ subiicit damnationi. Facilior, immo facillima est doctrinæ morum cognitio. Eiusdem lumen signatum est super omnium animarum vultum: eius capita summa huc revocantur: *Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris*. Et huius doctrinæ sic perviæ ignoratio innoxia erit, culpa vacabit? Damnantur miseri rustici, idiotæ, & montium incolæ Lutherani, undique tenebris circumsepti, qui altissimum Eucharistiæ mysterium, & cetera Romanæ Ecclesiæ excellissima arcana, unamque veram religionem ignorant. Catholici vero, tot divinis subsidiis muniti, & tanta divina luce circumfusi, salvi erunt; tametsi unam morum doctrinam obviam, & quam probabiliorem evidenter agnoscunt, deliberate respuant? Argumentationem hanc sane tremendam, atque formidandam fuse expositi in Appendice ad primum Historiæ Probabilismi Tomum.

XVI. Quæ ergo præstanda sunt, ut veritatis unica via seligatur? Duo. Primum syrtes, & scopuli, qui te ab invenienda veritate abducunt, declinandi. At quis nobis scopulos istos patefaciet? Sancta, & Apostolica Romana Sedes eos tibi ostendit voce Alexandri Papæ VII. his verbis: *Sanctissimus D. N. audivit non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones christianæ disciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquas iterum suscitari, partim noviter prodire; & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus* MODUS OPINANDI IRREPSIT ALIENUS OMNINO AB EVANGELICA SIMPLICITATE, SANCTORUMQUE PATRUM DOCTRINA; *& quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset christianæ vitæ corruptela*. Modus hic opinandi a simplicitate evangelica alienus PROBABILISMUS est, quem cum sanctissimo Pontifice universa Gallicana Ecclesia, tamquam omnium vitiorum, malorumque fontem, execratur. Ab hac igitur syrte, ab hoc scopulo innumeris vorticibus circumdato declinandum omnino est. Modus hic opinandi adeo nihil curat veritatem, ut immo id quod ad veritatem propius accedit, respuat: & non modo minorem probabilitatem in concursu maioris, sed vel ipsum probabilitatis spectrum pro conscientiæ, & humanarum actionum regula amplectitur.

XVI. Dum hæc scribo, ad manus pervenit opus novissimi Probabilistæ R. P. *Benjamin Ellel*, ex quo pauca transcribere lubet, ut etiam hinc colligas, qualis sit



(*a*) *Lib. I. diss.* ii. *cap.* xiii.

*modus opinandi* quorumdam Probabiliſtarum. „ At quid, inquies, ſi opinio ſit *probabiliter* dumtaxat *probabilis*, licebit ne eam præctice loqui? “ Viden' gravem, nobilemque propoſitamquæſtionem? Audi reſponſum, quod exhibet num. 205. „ Etſi „ diffideant, inter ſe Doctores, qui boldam negantibus, aliis vero affirmantibus, „ prout videre licet apud Viva num. 30 ad propoſitionem 3. e damnatis ab Innoc. „ XI. exiſtimo tamen quod ſi nomine opinionis *probabiliter probabilis* intelligatur illa, quæ putatur prudenter probabilis (nam *probabiliter*, & *prudenter* in practicis „ ſunt ſynonyma, ait Cardenas) exiſtimo, inquam, cum eodem Cardena, Illſung, „ Tamburino, & aliis pluribus, huiuſmodi opinionem ab que peccato deduci poſſe „ ad praxim: nam eo ipſo quod prudenter probabilis ſupponatur, poteſt *ex principiis „ reflexis* concipi reſolutio *practica*, quod liceat eam *practicare*. Et hanc opinionem, „ utpote gravium Doctorum, ſuæ probabilitate *non carere fatetur Viva*. “

XVIII. Obiter, & veluti per tralenam, unum ex tot Probabiliſmi vorticibus tibi patefeci, ut evidentius perſpectum habeas, *modum hunc opinandi*, qui per univerſam Theologiam chriſtianam graſſatur, omnium corruptelarum originem eſſe, ut ſanctiſſimus Pontifex Alexander VII. teſtatur. Modus hic opinandi in æternæ ſalutis controverſiis primo id quod probabilius verum eſt, repudiat; & quod minus probabiliter verum eſt, atque adeo quod probabilius falſum eſt, amplectitur. Poſt ultra perſit. Opinio, non certe probabilis, ſed tantum *probabiliter probabilis* eſt optima conſcientiæ tuæ regula. Cur? Quia eſt, inquit P. Elbel, *graviorum Doctorum*. Quinam iſti *graviores Doctores*? Pauci Caſuiſtæ, damnatarum opinionum auctores, & caſuum collectores. Nam doctiores Probabiliſtæ tantam improbant laxitatem.

XIX. Ab his itaque Probabiliſmi ſyrtibus, ſcopulis, & vorticibus tibi primum omnium cavendum ſummopere eſt. Poſt, ut viam veritatis ingredi valeas, præcedant neceſſum eſt iuges preces, chriſtiana humilitas, ardens cognoſcendæ veritatis deſiderium, patientia in adverſis, conſtantia in periculis. Quoniam, ut illius unde unde profecta oratio eſt, revertatur, religio noſtra credendis, agendiſque conſtat. Hæc duo, ſi mutuo fuerint fœdere copulata, ad cælum te attollent; ſi eadem ſeparaveris, in orcum præceps rues. Fœderis iſtius vinculum caritas eſt, quæ viam inveniendæ veritatis pateſacit. Hæc una inextricabiles quæſtiones, quibus referta ſunt plurium Caſuiſtarum volumina, de vindicta, de odio, de compenſatione, de contractibus, de reſtitutione, de eleemoſyna, nullo negotio diſſolvit. Caritas hæc non alium doctorem, non iudicem alium iſtarum litium quærit, niſi te, quem ſic velut intime alloquitur. Illius, contra quem furis, contendis, læſaque iura clamas, locum occupa. Ex te conſilium pete, animumque tuum introſpice: &, ſi tu velles iniuriam tibi remitti, debita ſolvi, iuſſe recum agi, cogita idem & alterum velle. Idem igitur alteri præſta quod tibi præſtari ab illo velles. Ulterius progredere. Indue, quæ caritatem comitantur, virtutes, patientiam, fortitudinem, humilitatem, & ceteras quæ evangelicæ legis perfectionem conſtituunt. In mentem revoca, apud Deum illum præſtantiorem eſſe qui iacet abiectior, beatiorem illum qui vilior atque contemptior vivit in terris. Recogita, quam levia reputentur a Chriſto Domino quæ maximo ſunt hominibus in pretio, quamque rapide cuncta fluant, cuncta evaneſcant. In hac caritatis ſchola edoctæ mulierculæ ipſæ litterarum rudes, ingenio ineptæ, ſed Platone doctiores, terrena faſtidientes, delpicatui habent faſtum, ſuperbiam, divitias, voluptates, aliaque id genus præſtigia. Unde ergo, inquis, de morum integritate tam pugnantes quæſtiones? Ex evangelicæ doctrinæ neglectu, ex perturbatis animi affectionibus, vanique cupiditatibus. Ex his utique immenſa illa quæſtionum nubes, & diſputationum tenebræ coaleſcunt. Evangelica luce hominum mentibus affulgente, diſſolveretur confeſtim tanta caligo. At, quia homines magis tenebras iſtas quam lucem illam amore proſequuntur, animumque coercere a mundi illecebris refugiunt; idcirco ad *caſuiſticum Scepticiſmum* confluunt, ut hic ſuo opinandi modo eos de-



delicias inter & blandimenta in cælum efferat; illoſque Caſuiſtas turmatim adeunt a quibus mollius, benignius tractantur. Quid? Audes ergo Caſuiſtarum lectionem diſſuadere, & veluti in contemptionem adducere? Ahlit. Caſuiſtas omnes debito honoris officio colo, ſuſpicioque, ut ſæpius dixi. Illorum tantum opinandi modum cum Alexandro VII. univerſa Eccleſia Gallicana, & gravioribus totius Romanæ Eccleſiæ Theologis exulare a chriſtiana morum Theologia vehementer cupio. Moraliſtas qui ſanam doctrinam, divinis Scripturis, & Patribus conformem, propugnant, legendos aſſero. At illorum Caſuiſtarum qui oppoſitas de eadem re ſententias antiquiores ſectandas proponunt, ſuco Probabiliſmi delibutas, lectionem diſſuadeo. Hanc opinandi rationem falſam eſſe, pernicioſamque animarum ſaluti, ego evidenter, præfata auctoritate ſultus, iudico. Numquid quod falſum, quod pernicioſum firmiter arbitror, lectoribus diſſuadere mihi non licet? Immo an omni lege ad id præſtandum non urgeor? Carpant adverſarii meum antecedens; evincant illud falſum eſſe: & tum conſequens redarguere iure poterunt. At, illo conceſſo, falſo & immerito conſectarium meum criminantur; leſeque a recta ratiocinatione alienos prorſus declarant.

XX. Habes ergo, unde veram & fidei, & morum doctrinam dignoſcere, ſi ſincere velis, poſſis. Quæ hic obiter delibavi, fuſius alibi exponam. Nunc pauca adiicere lubet ex doctiſſimo Ieſuita P. Michaele Elizalde, qui ſimiliter te altius monet ut caveas a modo opinandi probabiliſtico, ſi canere cum David cupis, *Viam veritatis elegi*. Hæc autem ſcribit Elizalde. „ In univerſa itaque doctrina morum nihil videtur tam largum, atque Confeſſariis, & Conſultoribus adeo commodum, „ & expetendum, quam quod iuxta probabilia contradictoria, & iuxta opiniones „ omnes ſive æque, ſive magis, ſive minus probabiles, quam nihil opinando, & „ contra etiam opinando, & reſponſa dare, & ſacramenta adminiſtrare valeant. „ Hanc unam lectionem brevi addiſcunt, *& Theologiæ ipſius rudes, & incipientes „ etiam, & iuvenes quique*. Inde rurſus a labore multum libris incumbendi, & caſus per ſe examinandi, quod iucundiſſimum eſt, liberantur. Inde rurſus vix quilibet idoneus non eſſe videtur aut reſolvendis caſibus, aut ſacramentis adminiſtrandis: abundat enim ætas libris Collectorum moralium, apud quos facile & opiniones, & Auctores graves legant. *Ex tot deinde contrariis opinionibus, quod etiam maxime lucem appetit, placere omnibus poſſumus in reſtitutionibus, in ſolutionibus, in eleſionibus, in contractibus, in eleemoſyna, in itinere, in parvitatibus, in bello, & in „ pace; & quando inter poteſtates ipſas lis eſt*.

„ Sed, unde magis timendum eſt, zelus etiam prætexitur: nam offendicula, dicent, apponimus ſaluti animarum, perplexitates inducimus, ſacramentorum adminiſtrationem difficiliorem reddimus, numerum aptorum miniſtrorum minuimus, „ terrorem nimium incutimus, &, quod ſummum eſt, addendo peccata, id contra „ ſanguinem Salvatoris efficimus, quod pauciores ſalventur. “

XXI. Deinde poſt relata, & Patrum, & potiſſimum Alexandri VII. adverſus *modum opinandi* cum Evangelio pugnantem, teſtimonia, ſic pergit. „ Hæc mens, hæc „ ſenſa Romani Pontificis, quem in fidei, morumque doctrina, quam proponit fidelibus, errare non poſſe, certa prorſus, & perneceſſaria Theologia eſt: illis *proinde reſiſtentibus*, ſi qui eſſent, non obtemperandum . . . . [Vix „ ſane nugæ non ſunt nobis, ita vel ita opinantibus, plures, vel pauciores ſalvari. „ Optandum utique foret quod ſalvi fierent omnes; at nemo, ait Auguſtinus, optando facit ut verum ſit quod verum non eſt.

„ Quinimmo non Romani ſolum Pontificis, totius pene mundi eſt ea de relaxatione doctrinæ morum perſuaſio. Nemo hominum, hac ſaltem ætate, de rigore „ doctrinæ conqueſtus eſt: *largiorem dolent univerſi*. Hoc quadraginta quinque laxæ „ opiniones proſcriptæ, hoc ipſorum ſacrorum Ordinum iuſtæ ſanctiones conteſtan-

„ tur. Lis plane, ut ante tactum est, exarsit inter partes de doctrina morum relata. *Factum* utraque pars concessisse videtur, sed utra in causa fuerit, litigatur: „ cuius rei locuples testis est *Amadæus*, etiam ipse prohibitus. *Neutra itaque partium „ sibi vult tribui quod laxatum fuerit. Hoc ergo quod ceram, & in conspectu hominum „ nemo vult sibi tribui, sed erubescit, quis iam bonum esse clam mussitare audeat? Atque inde nos displiceamus, quod summa, ut decretum* (*Alex. VII.*) *loquitur, laxationum ingeniorum licentia in dies magis excrescere obsistamus viribus omnibus.*

„ De Probabilismo autem in specie idem etiam sel. recor. Alex. VII. Magistro „ Generali Ordinis Prædicatorum, Iulio Mercoro teste, ut his Probabilibus restringendis curam omnem adhiberet, iniunxit, atque, ipso Magistro generali adhortante, *Mercorus* ipse, Baronius, & Gonet adversus illa scripserunt. Mutius Vitelleschius Societatis Iesu Præpositus & ipse generalis ad superiores quidem scripsit, „ ut caverent diligenter ne sui in delectu opinionum ea norma uterentur. *Tueri „ quis potest. Probabilis est. Auctore non caret* (*a*). "

XXII. Uberius forte quam par erat, me disputasse, inquient aliqui. Verum, si argumenti gravitatem spectes, plura scitu necessaria paucis perstrinxi. Ut itaque primis respondeant ultima, una est morum doctrina, una est ex tanta opinionum multitudine circa mores sententia, quæ te ad patriam ducit. Huc recidunt omnia. Hæc est veritas, adeo luculenta, adeo certa ut eam omnium hominum cogitationes loco dimovere suo neque tantillum valeant.

## CAPUT III.

*De stilo scribendæ*

## THEOLOGIÆ CHRISTIANÆ.

I. ITA sunt homines natura comparati, ut nequeant, quemadmodum angelici spiritus, mutuam illam, suavemque veritatum communicationem, absque sensibilium instrumentorum, scripturarum nempe, & vocum, quæ ordine certo dispositæ stilum formant, beneficio alere, atque fovere. Stilus iste species quædam externa est, & vestis, sub qua visendam se veritas exhibet: & in humanam prodit societatem. Suus cuique stilus, non secus ac vox, gressus, risus, vultus, gestus, quem perficere quidem, haudquaquam tamen immutare artis industria valet. Ad stilum pertinet veris coloribus, suco posito, rerum imagines referre, & legentium oculis obiicere. Hinc aliquando altior, & sublimior assurgit: interdum concitatus, ac vehemens ad arguendum, ad incepandum irruit: interdum blandus & lenis ad docendum, & suadendum incedit, iuxta rerum, de quibus disputatur, varietatem.

II. Plurium sententia est, divinam nostram Theologiam orationis cultum fastidire, atque respuere, quod intimo fulgore, & nativa maiestate respledens adscititio ornamento non egeat. Quorum sane opinio non minus absona est quam si gravem nobilemque matronam sordida lutulentaque veste induendam contenderes. Meretricium hæc, fucatumque, non sincerum, sibique consentaneum ornatum dedignatur. Sic quoque Theologia nostra vanam quamdam superbiloquentiam, implicatos verborum circuitus, translationes longius quæsitas, inanes Rethorum flosculos, tragicos cothurnos, atque fucati eloquii lenocinia contemnit, & execratur; at vendicat sibi gra-

(*a*) *Lib. I. q. 1. §. 3.*



grave illud, perspicuum, nitidumque scribendi genus quod suæ altissimæ dignitati respondeat, quodque facilius sublimes suas veritates intelligendas, meditandasque hominum mentibus repræsentet.

III. Vera hæc cum sint, iure mihi improperandum præsentio, cur scribendæ Theologiæ provinciam susceperim? Quibus hoc est respondum: *Video meliora, probeque, deteriora sequor.* Non est itaque quod censores me carpant, cum ipse sincere fatear, vel mihi ipsi stilum meum displicere, in eoque non paucos deprehendere nævos, quos ne evitarem, plurima sane in causa fuerunt. Nam præter intellectus exiguitatem conciones triginta circiter annorum intervallo in præcipuis Italiæ urbibus habitæ, itinera frequentia, & longa, atque alia plura maiorem meditationemque ætatis partem sibi vindicarunt, paucoque huic operi perficiendo ab occupationibus vacuos annos concessere. Tamen utinam non altis abundaret malis stilus meus, nisi quod frequenter serpat humi, careatque concinna verborum dispositione, simili semper tenore, ceterisque doctis. Esset id quidem ferendum malum, modo saltem perspicuitate præstaret, quæ ab omnibus primo ac principe loco consideratur. In id vero aliquam dedi operam: an sim assecutus, aliorum esto iudicium. Id in mea scribendi forma aliqui reprehendunt, quod digressionum frequentia lectores detineam. Si ego scripta mea vendicare ab omni censura vellem, fatuus nedum imprudens plane forem. Illud tamen mihi iure postulare videor, ut qua libertate alii meam scribendi rationem velliccant, eadem ego reponere valeam, plures illorum qui stilum præsum passim crepant, optimi stili formam ignorare, & rudem, hiulcam, strigolamque orationem cum Atticismo confundere. Illud in controversiis dispiciendis primum omnium spectandum, num argumentum quod est in manibus, pleno in lumine constituatur; num presso, solidoque ratiocinio confirmatum sub eo aspectu proponatur quo facilius in lectorum animos veritatem inducat; num omni ex parte ita urgeatur, ut nulla ad effugium latebra adversario ad incitas redacto pateat. Aliquid mihi hocce in genere donare nec adversaris dedignantur. Si postea leveri ratiocinii expleto officio, digredi aliquantisper e via, & alia pro re nata ad ornatum, ad lectoris iolamen edituere quis velit, cur improbanda, dummodo utilia lectoribus fuerint, tametsi ad Dialecticæ rigorem exacta omnino non sint? Morosi censores hæc prætereant, eaque mediocri ingenio instructis lectoribus pro quibus scribuntur, relinquant. Recogitent præterea delicatuli homines in libris apologeticis declinari vix posse sive repetitionis vitium, quod idem argumentum pluries retractetur, & eadem sæpe recoquatur crambes; sive digressiones, quia frequenter palantes adversarios insequi oporteat. Tandem adiicio me ex iis præcipue libris profecisse qui rerum copia abundant, & eiusmodi libros ad communem sapere palatum, illisque solis displicere qui propria dumtaxat magno habent in pretio. Ex ossibus aridis, tametsi concinne dispositis, nullus exprimi succus valet: ex alia parte, moles indigesta confundit, & opprimit. Extrema igitur vitanda. At quis ita temperare scriptionem suam poterit, ut nec orationis siccitas & sterilitas, nec sententiarum abundantia, & sermonis vehementia displiceat? Stultitia laboraret qui id sibi induceret in animum. Si plura hac de re cupis, legesis M. Tullium Christianorum, *Ludovicum* dico *Granatensem* in sua *Rethor.* & in *Præfat. ad conciones*. Interim ego cum S. Hieronymo *Præfat. ad Daniel.* dicam: *Præsentium iudiciis oblatrantium non satis moveor: qui in utramque partem aut amore labuntur, aut odio.* Prudentum vero non oblatrantium, sed admonentium iudicia & magno in pretio habeo, & summa profequor veneratione.

IV. Verum enim vero, ut quod sentio, ingenue fatear, sicut hominum in stilum meum maledicta, convicia, & censuras parvipendo; ita e contrario illud valde me torquet atque perterrefacit, quod divinam perfentitco obiurgationem. *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum per os tuum?* (*a*) Hoc mihi, peccata mea & multa, & gravia memoria repetenti, terrorem incutit

gravissimum, & cor amaritudine amarissima, vultumque confusione replet inenarrabili. At propterea ne a laxioris Ethices portentis infectandis, atque pro virili labefactandis abstinebo? Absit, reponit S. Augustinus. *Prohibuit ergo praedicatores peccatores? Et ubi est illud: Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite? Ubi est illud: Sive veritate, sive occasione Christus annuncietur? Sed hæc dicta sunt, ut timeant qui audiunt, a quocumque audiant, non ut securi sint qui dicunt bona, & faciunt mala. Modo ergo, fratres, vos securi estis: si bona auditis, Deum auditis, per quemlibet auditis.* Quam solari hæc Augustini doctrina lectores, auditoresque valet, tam me scribentem, & docentem confundere, & humiliare efficacius debet.

V. Stilus quo homines alloquimur, aut cum hominibus disputamus, sive voce, sive scripto, lenis, blandus, & mansuetus sit oportet, ut iurgia, & iræ mutuæ declinentur. Homo natura sua, peccato origili sauciata, superbia laborat. Quare mutuæ infirmitatis ratio habenda magnopere est, & alter alterius onera portare debemus: Hominis corrigendi spectari indoles quoque debet. Leni sermone communiter homines lucrifiunt. Sunt tamen hominum monstra, quæ non nisi malleo cervices submittunt. Distinguenda quoque est privatæ, & publicæ correctionis ratio. Illa blandior, hæc severior esse debet. Paulus in faciem Cephæ restitit, quia reprehensibilis erat. *Dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Iudeus sis &c.* (*b*). Hac tempestate vix homunciones similem ferrent reprehensionem, quam humiliter sustinuit Princeps Apostolorum. Stilus quo non homines viventes alloquimur, aut cum iisdem disputamus, sed defunctorum virorum aberrationes refellimus, fortis & vehemens sit necessum est. Sunt hi extra invidiæ ictus, & iracendi pericula. Excusanda utique illorum intentio, præsumenda eorum bona voluntas, & eorumdem honori consulendum est. Ceterum pluris facienda est viventium hominum salus æterna, providendumque, ne pravis defunctorum opinionibus decepti fratres nostri pereant. Quare ille adhibendus stilus est qui efficacius lectores dormientes excitet, eorum aures vellicet, & validius ad deridendos, detestandosque errores conducat, ut mox fusius demonstrabo.

## CAPUT IV.

*Quodnam stili genus in morum Theologia conscribenda adhibendum? Pacatum ne, & placidum, an acre, & vehemens?*

I. PRoblema solutione difficillimum, utilitate ingens, scitu necessarium aggredior enucleandum. Longior fortasse aliquibus videbitur hac de re disputatio; sed, cum rationes perceperint, quæ ad hoc me pertractandum argumentum impulerunt, spero fore ut consilium, laboremque meum non sint improbaturi. Verum ad id quod instat. Quamquam tot stili, quot homines distinguantur, ii tamen ad duo genera in morum tradenda doctrina possunt revocari: quorum unum pacatum, & lene, alterum concitatum, ac vehemens dicatur. Homines natura mansueti, placidi, connitentes, politici, primum semper usurpant, & usurpandum persuadent; viri fortes, strenui, iracundi secundum adhibent semper, & adhibendum inculcant. Sed æque illi, ac isti egregie falluntur. Quoniam non ab indolis conditione, sed ab argumenti tractandi qualitate repetenda est stili adhibendi forma.

II. Quemadmodum enim variæ animorum inclinationes, cordisque affectus, non modo doctrinæ vim extenuant, sed veritatem ipsam corrumpunt, & pulchra ut fœda, mala ut bona, & bona ut mala referunt; ita quoque stilum ipsum aut concita-

(*a*) *Psal.* xlix.
(*b*) *Ad Galat.* ii.



citatum, tumidum, & furentem; aut placidum, lutulentum, demissum, languidumque efficiunt. Itaque primum omnium diligentia summa comprimendi sunt naturæ impetus, coercendæ, quoad fieri potest, inclinationes, & sola doctrinæ tradendæ conditio sub examen inducenda est, ut eidem aptior, magisque consentanea stili forma deligatur. Viri prudentes, eruditi, doctisque in solius veritatis nativum vultum, & in sola rationum momenta, quæ mentem imbuunt, oculos intendunt, spreto verborum ornamento, figurarumque apparatu quo res proponuntur. At quot sunt hi, qui depositio partium studio, qui præiudiciis abiectis omnibus, qui anticipationibus consuetudinis, educationis, amoris propriæ linertatis, & gloriolæ vacui ad veritatem investigandam accedant? Pauciissimi sane, & rari admodum. Contra vero frequentissimi plurimique sunt qui eiusmodi præstigiis obducti in litterarium certamen descendunt. Caligantibus hominum istorum oculis lux veritatis parum resplendet: sola, & nuda ratio exiles impareque vires apud istos habet. Ad horum animos devincendos, inflectendosque, secundum divini luminis auxilium, exquisita arte, industria summa, & tota orationis vi, stilique efficacitate opus esse, nemo prudens ibit inficias.

III. Illud nunc perquirendum diligenter manet, quæ sit christianæ Theologiæ indoles; quinam illius hostes, quibuscum dimicandum est; quæ superanda impedimenta, quæ removenda obstacula, quæ insidiæ, quæ fraudes, quæ sophismata deregenda. Quibus omnibus serio matureque expensis, compertum fiet quo illa stilo munita, quibus dicendi præsidiis roborata prodire debeat ad hostes suos certo profligandos. Hæc omnia perspicue mihi sunt exponenda.

IV. Et primum omnium extrema fugienda quam diligentissime sunt. Nihil frequentius ore hominum circumfertur, quam extrema in quocumque negotio vitanda esse; at nihil difficilius quam, ubinam hæc extrema reperiantur, qui sint eorum limites, quænam via media ab utrisque distans, patefacere. Et, ut de re nostra disseramus, quis valeat aut iustæ gravitatis, congruæ asperitatis, honestique leporis; aut contra, moderatæ lenitatis, mansuetæ redargutionis, benignæque increpationis confinia præscribere? Illi quibus obtigit natura mitis, tardum ingenium, delicatum palatum, orationem validam, concitatam, vehementem, ut amarulentam, mordacem, contumeliolam fastidiunt. E contrario qui ferventiore indole, igneoque temperamento constituti sunt, vel ipsa asperiora, & inurbana, lenia reputant, & blanda. Morosis, melancolicis, tristitiæ indulgentibus nihil arridet: aspera, & blanda, acria & lenia ipsis æquo modo displicent. Scurrilia cum urbana festivitate confundunt: iustam redargutionem loco convicii, & improperii habent. Quis itaque hominum moderati stili æquissimos terminos circumscribet? Una sola ad tam occultos scopulos, frequentes syrtes, & vortices declinandos regula mihi occurrit; cavendum nempe, temperandumque a quocumque verbo contumelioso, aspero, inurbano, &, si placet etiam, minus honorifico adversus homines quorum opiniones refellimus: quin eos arbitror cum honore semper suscipiendos, in bonam partem eorumdem interpretandam intentionem, & quoad fieri potest, excusandam.

V. Quibus constitutis, ad id quod proposui, demonstrandum accedo. Et ut perspicue id præstem, duo in christianæ Theologiæ Scriptore considero, quæ stili postulant diversitatem. Interpretatur ille primum revelata mysteria, quibus imbuendæ sunt hominum mentes; & implenda mandata exponit, quibus hominum voluntates, moresque informantur. Dum hæc scribit, æquabili, gravi, mitissimo, &, quatenus cuique datum est, cælesti unctione perfuso stilo utatur fas est. Ultro fatemur & nos hæc omnia quæ in mente sola imbuenda subsistunt, presse, atque præcise, & ad vivum omnibus relecatis exponi debere. Nihil hic concitationis, nihil declamationis, nihil asperitatis esse debet; sed omnia suavitatis plena, plena omnia benignitatis. Deinde ad Theologum spectat præfata omnia ab erroribus, opinionumque pravitate

gravissimum, & cor amaritudine amarissima, vultumque confusione replet inenarrabili. At propterea ne a laxioris Ethices portentis infectandis, atque pro virili labefactandis abstinebo? Absit, reponit S. Augustinus. *Prohibuit ergo praedicatores peccatores? Et ubi est illud: Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite? Ubi est illud: Sive veritate, sive occasione Christus annuncietur? Sed hæc dicta sunt, ut timeant qui audiunt, a quocumque audiant, non ut securi sint qui dicunt bona, & faciunt mala. Modo ergo, fratres, vos securi estis: si bona auditis, Deum auditis, per quemlibet auditis.* Quam solari hæc Augustini doctrina lectores, auditoresque valet, tam me scribentem, & docentem confundere, & humiliare efficacius debet.

V. Stilus quo homines alloquimur, aut cum hominibus disputamus, sive voce, sive scripto, lenis, blandus, & mansuetus sit oportet, ut iurgia, & iræ mutuæ declinentur. Homo natura sua, peccato origili sauciata, superbia laborat. Quare mutuæ infirmitatis ratio habenda magnopere est, & alter alterius onera portare debemus: Hominis corrigendi spectari indoles quoque debet. Leni sermone communiter homines lucrifiunt. Sunt tamen hominum monstra, quæ non nisi malleo cervices submittunt. Distinguenda quoque est privatæ, & publicæ correctionis ratio. Illa blandior, hæc severior esse debet. Paulus in faciem Cephæ restitit, quia reprehensibilis erat. *Dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Iudeus sis &c.* (*b*). Hac tempestate vix homunciones similem ferrent reprehensionem, quam humiliter sustinuit Princeps Apostolorum. Stilus quo non homines viventes alloquimur, aut cum iisdem disputamus, sed defunctorum virorum aberrationes refellimus, fortis & vehemens sit necessum est. Sunt hi extra invidiæ ictus, & iracendi pericula. Excusanda utique illorum intentio, præsumenda eorum bona voluntas, & eorumdem honori consulendum est. Ceterum pluris facienda est viventium hominum salus æterna, providendumque, ne pravis defunctorum opinionibus decepti fratres nostri pereant. Quare ille adhibendus stilus est qui efficacius lectores dormientes excitet, eorum aures vellicet, & validius ad deridendos, detestandosque errores conducat, ut mox fusius demonstrabo.

## CAPUT IV.

*Quodnam stili genus in morum Theologia conscribenda adhibendum? Pacatum ne, & placidum, an acre, & vehemens?*

I. PRoblema solutione difficillimum, utilitate ingens, scitu necessarium aggredior enucleandum. Longior fortasse aliquibus videbitur hac de re disputatio; sed, cum rationes perceperint, quæ ad hoc me pertractandum argumentum impulerunt, spero fore ut consilium, laboremque meum non sint improbaturi. Verum ad id quod instat. Quamquam tot stili, quot homines distinguantur, ii tamen ad duo genera in morum tradenda doctrina possunt revocari: quorum unum pacatum, & lene, alterum concitatum, ac vehemens dicatur. Homines natura mansueti, placidi, connitentes, politici, primum semper usurpant, & usurpandum persuadent; viri fortes, strenui, iracundi secundum adhibent semper, & adhibendum inculcant. Sed æque illi, ac isti egregie falluntur. Quoniam non ab indolis conditione, sed ab argumenti tractandi qualitate repetenda est stili adhibendi forma.

II. Quemadmodum enim variæ animorum inclinationes, cordisque affectus, non modo doctrinæ vim extenuant, sed veritatem ipsam corrumpunt, & pulchra ut fœda, mala ut bona, & bona ut mala referunt; ita quoque stilum ipsum aut concita-

(*a*) *Psal.* xlix.
(*b*) *Ad Galat.* ii.



citatum, tumidum, & furentem; aut placidum, lutulentum, demissum, languidumque efficiunt. Itaque primum omnium diligentia summa comprimendi sunt naturæ impetus, coercendæ, quoad fieri potest, inclinationes, & sola doctrinæ tradendæ conditio sub examen inducenda est, ut eidem aptior, magisque consentanea stili forma deligatur. Viri prudentes, eruditi, doctisque in solius veritatis nativum vultum, & in sola rationum momenta, quæ mentem imbuunt, oculos intendunt, spreto verborum ornamento, figurarumque apparatu quo res proponuntur. At quot sunt hi, qui depositio partium studio, qui præiudiciis abiectis omnibus, qui anticipationibus consuetudinis, educationis, amoris propriæ linertatis, & gloriolæ vacui ad veritatem investigandam accedant? Pauciissimi sane, & rari admodum. Contra vero frequentissimi plurimique sunt qui eiusmodi præstigiis obducti in litterarium certamen descendunt. Caligantibus hominum istorum oculis lux veritatis parum resplendet: sola, & nuda ratio exiles impareque vires apud istos habet. Ad horum animos devincendos, inflectendosque, secundum divini luminis auxilium, exquisita arte, industria summa, & tota orationis vi, stilique efficacitate opus esse, nemo prudens ibit inficias.

III. Illud nunc perquirendum diligenter manet, quæ sit christianæ Theologiæ indoles; quinam illius hostes, quibuscum dimicandum est; quæ superanda impedimenta, quæ removenda obstacula, quæ insidiæ, quæ fraudes, quæ sophismata deregenda. Quibus omnibus serio matureque expensis, compertum fiet quo illa stilo munita, quibus dicendi præsidiis roborata prodire debeat ad hostes suos certo profligandos. Hæc omnia perspicue mihi sunt exponenda.

IV. Et primum omnium extrema fugienda quam diligentissime sunt. Nihil frequentius ore hominum circumfertur, quam extrema in quocumque negotio vitanda esse; at nihil difficilius quam, ubinam hæc extrema reperiantur, qui sint eorum limites, quænam via media ab utrisque distans, patefacere. Et, ut de re nostra disseramus, quis valeat aut iustæ gravitatis, congruæ asperitatis, honestique leporis; aut contra, moderatæ lenitatis, mansuetæ redargutionis, benignæque increpationis confinia præscribere? Illi quibus obtigit natura mitis, tardum ingenium, delicatum palatum, orationem validam, concitatam, vehementem, ut amarulentam, mordacem, contumeliolam fastidiunt. E contrario qui ferventiore indole, igneoque temperamento constituti sunt, vel ipsa asperiora, & inurbana, lenia reputant, & blanda. Morosis, melancolicis, tristitiæ indulgentibus nihil arridet: aspera, & blanda, acria & lenia ipsis æquo modo displicent. Scurrilia cum urbana festivitate confundunt: iustam redargutionem loco convicii, & improperii habent. Quis itaque hominum moderati stili æquissimos terminos circumscribet? Una sola ad tam occultos scopulos, frequentes syrtes, & vortices declinandos regula mihi occurrit; cavendum nempe, temperandumque a quocumque verbo contumelioso, aspero, inurbano, &, si placet etiam, minus honorifico adversus homines quorum opiniones refellimus: quin eos arbitror cum honore semper suscipiendos, in bonam partem eorumdem interpretandam intentionem, & quoad fieri potest, excusandam.

V. Quibus constitutis, ad id quod proposui, demonstrandum accedo. Et ut perspicue id præstem, duo in christianæ Theologiæ Scriptore considero, quæ stili postulant diversitatem. Interpretatur ille primum revelata mysteria, quibus imbuendæ sunt hominum mentes; & implenda mandata exponit, quibus hominum voluntates, moresque informantur. Dum hæc scribit, æquabili, gravi, mitissimo, &, quatenus cuique datum est, cælesti unctione perfuso stilo utatur fas est. Ultro fatemur & nos hæc omnia quæ in mente sola imbuenda subsistunt, presse, atque præcise, & ad vivum omnibus relecatis exponi debere. Nihil hic concitationis, nihil declamationis, nihil asperitatis esse debet; sed omnia suavitatis plena, plena omnia benignitatis. Deinde ad Theologum spectat præfata omnia ab erroribus, opinionumque pravitate

asserere, vana hominum commenta, cavillatorias distinctiunculas, falsa principia reiscere, labefactare, atque exterminare. Ad hæc autem præstanda stilum modo acrem, & vehementem, modo temperato lepore asperum, prout suadendæ veritati, & sanitati convellendæ opportunum fuerit, usurpandum esse, quis refragari audeat? Enimvero errores, seu deceptiones (pro eodem enim nunc, & alibi semper, dum adversus Catholicos scribo, ambo accipio) in fidei, morumque doctrina eo altius menti, & cordi insident, quo suavius humanis appetitionibus blandiuntur. Quid quod simul ac editi in lucem sumus, in tanta opinionum perversitate versamur, ut pene cum lacte nutricis fuisse eiusmodi errores videamur? Hæc ne evelli placida, & leni oratione queunt?

VI. Sed rationis momentum, quod usum vehementis orationis luculenter evincit, atque demonstrat, a consuetudine arcessitur. Nihil tam familiare & tam consuetum est quam in recenti morum Theologia omnia per *Probabilismum*, sive per opposita probabilia disputari, & definiri. Idem ipse Scriptor eamdem actionem ut licitam & illicitam, ut bonam & malam, ut honestam & inhonestam, sub contrariæ probabilitatis fuco proponit. Adversus hunc opinandi modum, quem malorum fontem, & corruptelarum originem Alexander VII. & Ecclesia Gallicana nuncupant, qualibet ferme pagina pugnandum mihi est. Porro nemo nescit consuetudinem in ipsam migrare & converti naturam, ipsaque natura potentiorem evadere. Plurima huc ex Factis advocare possem. Sed primum omnium allegare Aristotelem volo hæc de consuetudine scribentem. *Auditiones secundum consuetudines accipiunt: quemadmodum enim consuevimus, ita iudicamus dici debere, & quæ præter hæc, non apparent similia; sed quia non consuevimus, ignotiora, & magis peregrina, & extranea: consuetum enim notius est. Quantam vero vim consuetudo habeat, leges declarant, in quibus fabulosa ac puerilia plus possunt propter consuetudinem, quam si cognoscemus ea.*

*Aliqui igitur nisi mathematice loquentem non admittunt. Quidam vero non nisi exemplis utentem. Quidam autem dignum ducunt ut testis producatur aliquis Poeta. Et quidam exacte omnia. Quosdam vero tædet certitudinis* (seu, ut alii vertunt, *flebilis est eis certitudo*) *aut præterea quod non possunt consequi, aut propter micrologiam. Habet enim certitudo tale aliquid, quare, ut & in contractibus, ita & in orationibus illiberale esse quibusdam apparet* (*a*).

VII. Consuetudinis hydram sane portentosam adeo vividis depinxit Stagyrita coloribus, ut neminem viderim qui exactius multiformem eiusdem repræsentaverit imaginem. Vera, quibus affluevimus, nobis sunt; falsa, peregrina, extranea, quæ a nutricibus nostris ab adolescentia non suximus. *Flebilis* nobis est *certitudo*, si iis adversetur quæ a teneris unguiculis didicimus. Inter mille exempla, quæ sub oculos quotidie cadunt, unum nobis meditandum proponit præteriti ævi splendidissimum lumen P. Michael Elizalde Soc. I. (*b*). Plura millia hominum scholam Thomisticam, Scotisticam centena millia, Molinianam plura millia sequuntur. Cuinam Thomistarum probatur scientia media? Quis Molinistarum approbat prædeterminationem physicam? Scoticam distinctionem totius a partibus quis Thomistarum veram reputat? Porro iidem isti homines, hæc ipsa ingenia, si diversum professi essent instituum, vestisque colorem mutassent, quæ nunc probant ut vera, improbassent ut falsa, & quæ nunc pro falsis habent, habuissent pro veris. An solum exemplum istud incredibilem consuetudinis vim non patefacit?

VIII. Porro, si destinatis sententiis, quibus ab adolescentia addicti, & veluti consecrati sumus, non secus ac polypus ad saxum, adhæresemus; quid, si opiniones istæ exquisito lenocinio libertati, genio, & nostris appetitionibus indulgerent? Molli

(*a*) *I. Metaphys. cap. ult.*
(*b*) *De rec. doc. mor. quæst. 1. §. 33.*



Molli ne, ac enervato labefactari sermone possent? Quis non mirabitur, deceptionem dixerim, an fatuitatem illorum qui, quo præciso stilo problemata geometrica, lapidum inscriptiones, eruditionis puncta disputantur, eodem etiam tractandas esse lapidum inscriptiones, eruditionis puncta disputantur, eodem etiam tractandas esse gravissimas morum quæstiones contendunt? Expergiscantur tandem aliquando docti homines, atque recognitent, christianam Theologiam certamen inire adversus prævalentes, ac longe lateque propagatos errores, non modo adversus consuetudinem, verum etiam adversus consuetudinem benignam, laxam, humanitati blandientem, cirumque graffantem, temporis diuturnitate firmatam, doctorum hominum præsidio munitam, populorumque consensione vallatam. Si valde laboriosum est in lapide, cui vetus insculpta figura sit, effigiem novam cælare; quanto difficilius erit mentes oppositis anticipationibus præoccupatas ad veritatis notitiam deducere; & voluntatem opinionum pravitate inquinatam in semitam revocare virtutis? An exile, aridum, concisum dicendi genus potens erit rapidissimo depravatorum humanorum morum torrenti aggeres obicere, consuetudinis secum omnia abripientis impetus coercere, obfirmata præiudicia evellere, animos illecebrarum præstigiis falcinatos inflectere, efficere demum ut corrupti homines se ad frugem bonam recipiant? Facessant somnia isthæc, illudque compertum exploratumque maneat, causam christianæ Theologiæ, quam contra tot infensissimorum hostium molimina tractandam aggredimur, iure sibi vendicare summo nervosum stilum, orationemque prævalidam, omnesque efficaciores scribendi artis opes, atque subsidia. Neque ista eo in sensu accipienda sunt, quasi ex humanæ dictionis artificio prosperum tractationum mearum eventum profecturum confidam: sed eo pertinent dumtaxat, ut palam fiat, talem esse argumenti nostri conditionem quæ præfata omnia adminicula postulet. Absit tamen ut dicamus hæc sola sufficere; quin nec tota Tullii, aut Demosthenis eloquentia sat esset ad ea quæ indicavimus impedimenta convellenda. Divinæ gratiæ auxilio opus est, & quidem efficacissimo: illudque ferventissimis implorare precibus debent tum qui hæc scribunt, tum qui eadem legunt.

IX. Confirmare hæc omnia lubet, non modo Patrum, sed vel ipsius Aristotelis doctrina. *Si verba ad reddendos probos homines sufficerent, multas sane, & magnas mercedes, ut inquit Theognis, afferrent, oporteretque ea comparare. Sed videntur quidem posse liberales adolescentes hortari, atque incitare, moresque eorum ex virtute sibi obnoxios, generosos, ac veræ honestatis studiosos reddere; at plerosque ad probitatem provocare non posse. Non enim pudori, sed timori obedire; neque abstinere a malis ob dedecus, sed ob pœnam consueverunt. Nam, cum ex affectu vivant, propriis voluptates, atque ea ex quibus existunt, persequuntur, doloresque oppositos fugiunt; eius autem quod honestum est, & vere iucundum, cum id prorsus non degustarint, ne notionem quidem habent. Eos igitur qui tales sunt, ad moderationem traducere quæ oratio possit? .... Plerique enim necessitati potius quam rationi, & multis quam honestati obediunt* (*a*).

X. Plurima habet S. Thomas in hunc locum, sane angelica, quæ legi ibidem possunt. Pauca lubet tantum decerpere. *Sermo, & doctrina non habet efficaciam in omnibus; sed oportet ad hoc quod habeat efficaciam in aliquo, quod animetur anima ex multis bonis consuetudinibus sit præparata ad gaudendum de bonis, & ad odiendum mala; sicut oportet etiam terram esse bene cultam ad hoc quod nutriat bene semen.* Et post multa, quæ brevitatis gratia prætereo, valde apposite concludit. *Homines qui volunt contrariari moribus alicuius, habentur odio ab eo cui contrariantur, etsi recte hoc faciant. Æstimatur enim quod faciant hoc ex aliquo malo zelo* (*b*).

XI. Nonnulla tum ex Scripturis, tum ex Patribus adiiciamus. Tanta est consuetudinis vis, ut vel ipsa scelera formam virtutis induant. *Interveniente tempore & con-*

(*a*) *Ethic. Lib. X. cap. ult.*
(*b*) *Lect.* XIV. *ibi.*

*vole-*

*valescente iniqua consuetudine, hic error tamquam lex custoditur est* (*a*). Plurima, & gravia hac de re scribit S. Augustinus. *Peccata, quamvis magna, & horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut parva, aut nulla esse creduntur* (*b*). Sed, pluribus missis, Gregorii Nazianzeni pauca verba transcribo. *Minoris negotii rudi adhuc animæ vitatem primum instar ceræ nondum signatæ imprimete, quam super litteras, hoc est pravas doctrinas & dogmata, pium sermonem scribere, ita ut posteriora cum prioribus confundantur, & perturbentur. Neque enim planam, & tritam viam præstat incidere quam asperam, nullisque pedum vestigiis impressam .... Ita commodius quoque fuerit animum depingere, cui vitiosa aliqua doctrina impressa non sit, improbosque litteræ altissime consignatæ. Alioqui pio Scriptori duplex hic labor suscipiendus erit, ut & priores formas deleat, & probationes, dignitatesque, quæ maneant, substituat.* (*c*).

XII. Quid ad hæc reponent saperdæ illi quos obgannire passim non pudet, theologicas veritates, pravasque opiniones eo tractandas stilo esse quo profanæ eruditionis controversiæ discipiuntur. Si pauca quæ delibavimus, illos non plane convincunt, rei periculum faciant, semetipsos consulant, indiant pro aliquo temporis spatio hominis recte ratiocinantis personam. Propriam conscientiam interrogent, ut inde colligant, quam difficile sit, inveteratas consuetudines sensibus nostris indulgentes, anticipationes altius animis nostris defixas, & larva honestatis, convenientiæ, ac decoris obductas, evellere. Fateri vel nolentes cogentur, ad tot & tam gravia superanda offendicula totius artis industria opus esse. Certo certius comperient, eamdem ipsam veritatem languida, & remissa oratione propositam nihil suos animos commovisse; altius vero exaggeratam, atque tota dicendi efficacitate inculcatam ultimos animorum fuorum recessus penetrasse. Audiant S. Augustinum, narrantem adversarios suos fatsos esse, ab illo veritatem utique propugnari; sed durum nimium esse, semel scholæ susceptæ, & maiorum traditam disciplinam benignam deferere: *dicentes nobis, Verum quidem dicitis. Non est quid respondeatur. Sed durum est nobis traditionem parentum relinquere* (*d*).

## CAPUT V.

*In Theologia christiana scribenda Prophetarum, & Apostolorum stilus imitandus. Numquam Deus Prophetas, & Apostolos redarguit, quod aspere & severe, sed quod blande & dulci stilo legem suam interpretati sint, ne populorum plausum, & oblationes perderent. Veri Prophetæ asperæ, pseudoprophetæ dulcia pollicentur.*

I. IN divinis Scripturis non solum Dei legem, sed etiam modum & rationem qua interpretari, & exponere illam populo debeamus, tradiderunt Prophetæ sancti. Stilo isti usi sunt gravi, vehementi, figuris, similitudinibus, & parabolis referto. Nullibi legimus illos increpatos, quod nimis aspere, & austere, sed quod astuto silentio pravos corruptelas dissimulaverint. Isaias omnium Prophetarum celeberrimus, se tacuisse luget, labiisque compressis, & nimia pollutis indulgentia, in medio populi simili lue inquinari habitasse. *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito* (*e*). Labiorum pollutionem cælesti igne Deus purgavit, atque ad inclamandum, detonandumque Prophetam excitavit, & compulit. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam* (*f*). Libera hæc & resonans veritatis promulgatio, errorumque acres, & severæ redargutiones irritant, exasperant, detractiones, & maledicta fulcitant, oblationes, & subsidia populorum penitus avertunt, inquiunt mundani homines, ut advertit S. Augustinus in laudati textus commentatione. *Nulla enim causa est qua magis faciat dispensatorem Dei pigriorem ad arguendos contradicentes quam timor verbi asperi. Dum enim timemus detractiones, irrisiones, & opprobria hominum superborum, dumque ab eis in terrenæ substantiæ iacturam, & opprobria hominum superborum, dumque ab eis in terrenæ substantiæ metuimus prægravari, timentes perdere temporalia, MINUS quam oportet prædicamus. Et ideo, dum per illorum nequitiam aliquid mundanum perdere formidamus, peccatorum eorum vulnera medicamentis spiritualibus curare negligimus. Unde timendum est ut & eorum vulnera medicamentis spiritualibus curate

excoli, colorarique. Etenim prius populus consuetudines quasdam invehit, varia contrahendi genera excogitat, atque in universa morum materia plurima introducit quæ permulti sequantur. Dein vero vel ipsa, quæ talia facit, multitudo dubitat, an recta sint, vel non sint, & doctores consulitat. Vel nihil ipsis qui ea prosequuntur, dubitantibus, Doctores veniunt, & tractant, num ea recta, & licita sint, an non sint. Haud raro autem accidit Doctores aliquos per bonas pollicitationes similia multa refolvere, atque decernere: dicunt enim, ut ex Auguſtino alias observatum est: *Quia multi hoc faciunt. Immo quis non facit? An ergo omnes perditurus est Deus?* Sublimunt itaque bonam pollicitationem, dicendo: Unum est hos omnes peccati reos pronuntiare, damnare: indeque concludunt, ea peccata altem gravia non esse. Atque postremo, quod populus facere nequeat, rationes etiam quæruntur, & adduntur, quibus ea populi placita factaque recta & licita esse videantur .... Nihil enim est, ait Cicero Probabiliſta, *tam horridum quod oratione non emolliatur, & quasi exolescat*, & dicendo probabile non fiat. Atque hoc pacto satis expeni videtur, quomodo populus quidem parietem ædificaret, Prophetæ vero limirent luto absque paleis, temperaturaque " (a).

IV. Adversus eiusmodi molliores eliquii magistros rursus Deus per Ezechielem inclamat. *Væ qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus; & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas . . . Et violabunt me ad populum meum propter PUGILLUM HORDEI, ET FRAGMEN PANIS, ut interficerent animas quæ non moriuntur, & vivificarent animas quæ non vivunt* (b). Audistin? Timore amittendi hordei, panisque, blandis alloquiis populi animos titillabant. Quid, si accessisset ipes augendarum divitiarum, plausuum, acclamationum, atque occupandi primos recubitus in cœnis, & prima subsellia in Synagoga? *His per translationem* (inquit Theodoretus) *molliores, ac mitiores innuit sermones. Cervicalia enim, & pulvinaria quietem afferunt membris, & molliora verba, cum falsa sint, ad tempus aures titillant, sed omnis generis eversiones animis afferunt.*

V. Infinitus essem, si referre omnes vellem redargutiones quibus Deus increpat benigna, & dulcia Doctorum alloquia, quibus rigorem limiunt legis sanctæ. Sed satest divinum indicare furorem, indignationem, atque vindictam, quæ tam Doctoribus qui mellitis sententiis veritatem adulterant, quam populis similes Doctores inquirentibus, manet. *Populus enim* (clamat iterum per Isaiam Deus) *ad iracundiam provocans, & filii mendaces, filii nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, Nolite videre; & aspicentibus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores .... Pro eo quod reprobasti verbum hoc, & speraſtis in calumnia, & in tumultu, & innixi estis super eo; propterea erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadens* (c). Iterum per Oseam Doctores exagitat, inquiens: *Peccata populi mei comedent* (d). Quæ verba sic interpretatur Chrysostomus: *Cur peccata populi comedunt, nisi quia temporalia stipendia non amittunt?*

VI. Audiamus modo quibus verbis Deus concitet, inflammetque veros Prophetas, & Doctores, ut stilo forti, & vehementi, ut fronte imperterrita, atque pectore invicto diruant parietes limitos absque palea, labefactent blandientium opiniorum præstigias, sanctumque divinæ legis rigorem patefaciant, fuco posito. Sic enim Iosue alloquitur. *Confortare, & esto robustus .... Confortare igitur, & esto robustus valde .... Non recedat volumen legis huius ab ore tuo .... Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere.* Ad Ezechielem convertus clamat. *Fili hominis, vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos ... Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut ada-*

(a) *Lib. VI. quæst.* IV. §. 3. (b) *Cap.* XIII. (c) *Cap.* XXX.
(d) *Cap.* IV.



*damantem, & ut silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas a facie eorum: quia domus exasperans est* (a). Populum suum admonet ut caveat sibi a Doctoribus blandiloqua præcinentibus. *Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant* (b). Hinc colligunt Patres sancti, nullum signum luculentius occurrere distinguendi veros a falsis Doctoribus, quam sermonum blandimenta, opinionesque sensibus prurientes. *Singularis* (inquit Chrysostomus) *pseudoprophetarum nota est, si ab omnibus hominibus benedicantur. Quoniam

*colantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis ... Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis ..., Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis ... Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulcra Prophetarum .... Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a judicio gehennæ? (a) Generatio mala, & adultera (b). Vos ex patre diabolo eſtis (c).*

IX. Duo hinc colligas velim, Primum IESUM CHRISTUM, quo erat erga peccatores, vel leviſſimos benignior, & clementior, eo fuiſſe adverſus Doctorum opiniones falſas, pernicioſaſque leviorem obiurgatorem. Alterum, non modo Chriſtum Dominum acri, ac levero ſtilo opiniones Doctorum contra iuramenti ſanctitatem conflaſſe, verum etiam interiorem cordis pravitatem patefeciſſe, pro illa infinita ſapientia, & auctoritate qua præditus erat. Abſit autem ut mortalium quiſquam tantum ſibi auctoritatis uſurpet. Internum forum animi Deo ſoli reſervatur; quin nos in meliorem partem accipere hominum propoſita, & conſilia interiora debemus. Severa magiſtri noſtri divini animadverſio in errores qui in publicum evulgantur, imitranda dumtaxat nobis eſt, cum id ad maiorem fallitatis manifeſtationem expediens viſum fuerit. Si Chriſtus Dominus tam acri ſtilo opiniones Scribarum, cum ſanctitate iuramenti pugnantes, infectatus eſt; quæ verborum fulmina iaculatus non eſſet in hæc quæ ſequuntur, opinionum portenta, ætate noſtra, ad eludenda ſacroſanctæ iuramenta excogitata? Licitum eſt iurare ſine animo iurandi. Si a verbo *iuro* ſubtrahas *i*, dicendo *uro*, non eris periurus, cum vere nihil *uras*, licet ſis mendax falſum *urendo*. Mercatores qui non poſſunt juſtum pretium ab emptoribus obtinere, niſi *iurent* tanti ſibi ſtare mercem, cum de facto non ſtet, poſſunt iurare, ſubintelligendo eum alia merce quam habent domi. Etiamſi quis exigat *iuramentum* dicendi veritatem *ſincere* abſque ulla *æquivocatione*, adhuc poteris iurare iuramento *amphibologico*, & *reſtrictione facta*. Poteſt quis *iurare* ſe non occidiſſe Petrum, quem reipſa occidit, intelligendo, *antequam naſceretur*. Innumera alia ſimilium opinionum monſtra propriis Auctorum verbis referam commentario in ſecundum Decalogi mandatum. An ergo licitum nobis non erit, divinum magiſtrum noſtrum Chriſtum Ieſum imitari, & adverſus hæc & ſimilia horrenda deliria, quæ paſſim per Theologiam graſſantur, vocem extollere, & ſtilum acuere eo tantum fine, ut ad illa deteſtanda lectores indueamus, & efficacius in tuto veritatem divinæ legis collocemus? Ob id ne nobis mordacitatis, & acrimoniæ notam inurent flaccidę orationis patroni? Iſtis mirifica quadrat illud Matthæi: *Quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum?* Quę verba ſic exponit S. Gregorius. *Mollibus veſtitus ille non fuit, quia vitam peccatorum, non blandimentis fovit, ſed vigore aſperæ invectionis increpavit dicens:* Genimina viperarum &c. *vulpes delinquentium neſcientes palpare, ſed pungere (d).*

X. Quid quod conceptis verbis Redemptor noſter hortatur ut ſui Apoſtoli pro doctrinę falſę confutandę qualitate acri, & opportune lectorum aures, animoſque vellicante ſtilo utantur? Salis acrimonię illorum ſermones comparat. *Vos eſtis ſal terræ (e)*: ideſt, exponit S. Ioannes Chryſoſtomus, *non adulantes, neque palpantes, ſed aſperos, atriterque agentes, ſicut ſal..... Illud enim ſalis eſt opus, ut molles mordeat, & pungat (f).* Lamentabantur Corinthii, quod Pauli Epiſtolę acres, fortes, graveſque eſſent. *Epiſtolæ, inquiunt, graves ſunt, & fortes (g).* At S. Apoſtolum non pœnituit, quod forti epiſtola illos contriſtaſſet: *Etſi contriſtavi vos in epiſtola, non me pœnitet (h).* S. Petrus Apoſtolorum Princeps magiſtrum ſuum divinum imitatur dicens: *Fuerunt pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent*

(a) *Matth.* XXIII. (b) *Ibid. cap.* XVI. (c) *Ioan.* VIII. (d) *Hom.* VI. *in Evang.*
(e) *Matth. cap.* V. (f) *Hom.* XVI. *in Matth. tap.* VI. (g) *II. Corinth.* X.
(h) *II. Corinth.* VII.



*ſectas perditionis .... & multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur: & in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur (a).*

XI. Iterum Paulus Galatas, veritati obſiſtentes, his verbis increpat. *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit non obedire veritati? .... Sic ſtulti eſtis, ut, cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummamini? (b).* Denique, quoties adverſus homines divinę doctrinę corruptores loquitur, ſevere, & acriter eoſdem redarguit, & alios hortatur, ut acri ſermone eiuſmodi pravarum opinionum auctores infectentur. Hęc quippe ſcribit ad Titum. *Sunt enim multi, etiam inobedientes, vaniloqui, & ſeductores.... quos oportet redargui: qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia .... Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Teſtimonium hoc verum eſt. Increpa eos dure (c).* Neque heinc tamen inferas omnia nobis licere quę ſancti Apoſtoli divina auctoritate prediti uſurparunt. Superiores illi erant, divinoque ſpiritu afflati, quibus multa expediebant quę nobis minime conveniunt, cum præſertim homines ipſi, illorumque lapſus ſunt corrigendi. Illud tantummodo planum eſt, pravas opiniones, erroreſque divinę legi adverſos, & animarum ſaluti perniciosos acri leveraque oratione refellendos eſſe.

XII. Diſtinguas tamen velim (ut dictum eſt alias, & dicendum ſepius eſt) ſermonem quo errores profligandi, pravęque refellendę opiniones, ab oratione qua homines alloqui debes. Vehemens ille, fortis, a metu, & pavore liber; contra dum illuminandi, corrigendi, & ad meliorem frugem revocandi peccatores ſunt, tum dulci, blandoque alloquio uti debes. Contra errores acriter declamandum; homines errantes benigne ſuaviterque excipiendi, tractandi, flectendi, ut & natura ipſa ſuadet, & Scripturarum exempla admonent. Hæc via facilius humana corda emolliuntur. *Si lenueris ad eos verba lenia, erunt tibi ſervi cunctis diebus (d).* Sępe tamen pro temporum, errorum, & perſonarum diverſitate oleo benignitatis acetum ſeveritatis infundendum: *& poſt ignem ſibilus auræ tenuis (e).*

## CAPUT VI.

*Sancti Eccleſiæ Patres, & potiſſimum S. Thomas ſtili adhibendi in Theologia chriſtiana explicanda, & propagnanda veras notiones exhibent.*

I. UT brevitati conſulam, non plurima ſanctorum Patrum teſtimonia promam, ſed eorum tantum aliqua perſtringam qui benigniori, & mitiori ſtilo uſi ſunt. Inter antiquos Patres quis blandior Nazianzeno, & Auguſtino? Et tamen hi admiſcendam manſuetudini aſperitatem docent. *Habet* (inquit Nazianzenus) *quoque ſpiritus manſuetudinis, & caritatis ſuam vehementiam, ſuam iracundiam (f).* Fuſius S. Auguſtinus hac de re ſcribit, dum methodum chriſtianę doctrinę tradendę exponit. *Cum per artem rhetoricam & vera ſuadentur, & falſa; quis audeat dicere adverſus mendacium in defenſoribus ſuis iniquum debere conſiſtere veritatem, ut videlicet illi qui res falſas perſuadere conantur, noverint auditorem vel benevolum, vel intentum, vel docilem præmio facere; iſti autem non noverint? Illi falſa breviter, aperte, veriſimiliter; & iſti vera ſic narrent, ut audire tædeat, intelligere non pateat, credere poſtremo non libeat? Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent, aſſeram falſitatem; iſti nec vera defendere, nec falſa valeant refutare? Illi animos audientium in errorem moventes, impellentęſque dicendo terreant, contriſtent, exhilarent, exhortentur ardenter; iſti pro veritate lenti frigidique dormitent? Quis ita deſipiat, ut hoc ſapiat? Cum ergo ſit in medio poſita facultas eloquii, quæ ad perſuadenda ſeu prava, ſeu recta valeat plurimum; cur non*

(a) *II. Petr.* II. (b) *Cap.* III. (c) *Cap.* I. (d) *III. Reg.* XII. *verſ.* 7.
(e) *III. Reg.* XIX. *verſ.* 13. (f) *Orat.* 2.

*non bonorum studio comparatur, ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas pervasos, vanasque causas in usus iniquitatis, & erroris usurpant?* (*a*) Plurima præcepta, quæ stili formam usumque spectant, in hoc aureo de Doctrina christiana opere tradit Doctor sanctus. *Debet igitur divinarum Scripturarum tractator, & doctor, defensor rectæ fidei, & debellator erroris, & bona docere, & mala dedocere.* Audistin'? Non sat est veras doctrinas promovere, ut quidam effutiunt; sed falsæ intuper convellendæ sunt. Sic autem persequitur Augustinus. *Si docendi sunt qui audiunt, narratione faciendum est .... Ut autem quæ dubia sunt, certa fiant, documentis adhibitis, ratiocinandum est. Si vero qui audiunt, movendi sunt potius quam docendi, ut in eo quod iam scimus, agendo non torpeant, & rebus assensum, quas veras esse fatentur, accommodent, maioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecrationes, & increpationes, concitationes, exercitiones, & quæcumque alia valent ad commovendos animos, sunt necessaria* (*b*). Flectendus ergo stilus est, acuendus, temperandus, prout argumenti quod calamo subest, natura postulat, & legentium præiudiciis, atque anticipationibus auferendis conformior sit, ut subdit Augustinus. *Cum vero aliquid agendum est, & ad eos loquimur qui hoc agere debent, nec tamen volunt; tunc ea quæ magna sunt, dicenda sunt granditer, & ad flectendos animos congruenter. Et aliquando de una eademque re magna & submisse dicitur, si doceatur; & temperate, si præcletur; & granditer, si avertus inde animus, ut convertatur, impellitur* (*c*). Quid sit hæc grandiloquentia, post multa exponit. *Grande autem dicendi genus hoc maxime dictas ab isto temperato genere, quod non tam verborum ornatibus comptum est, quam violentum animi affectibus. Nam capit etiam illa ornamenta pene omnia, sed ea si non habuerit, non requirit. Fertur quippe impetu suo, & eloquentiæ pulchritudinem, si occurrerit, vi rerum rapit, non cura decoris assumit. Satis enim est ei propter quod agitur, ut verba congruentia non vitis eligantur industria, sed pectoris sequantur ardorem. Nam, si auratæ, gemmatoque ferro vir fortis armetur, intentissimus pugnæ, agit quidem illis armis quod agit, non quia speciosa, sed quia arma sunt.*

II. Ex S. Hieronymo nulla promo, quod compertum sit, quam acri, salibusque aspersio stilo usus fuerit. Non imitandum, ad hoc quod attinet, clamant mellifui hodierni Theologi. Fateor & ipse in eo in quo excessit, imitandum non esse. Nam quandoque in ipsas personas invectus est, potissimum contra Rufinum. Ceterum, cum errores, pravosque mores carpit, cum pravas opiniones deridendas exhibet, quis dixerit imitandum non esse, nisi qui & a ceterorum Patrum scribendi ratione recedendum esse contenderit? Quis sancto Ambrosio dulcior? Et tamen validum, ac fortem adhibendum stilum suadet. *Quod si aliqua vel in populo, vel in aliquibus contumacia, vel culpa est, sint sermones tui huiusmodi, ut audientem stimulent, compungant male confusum. Sermones enim sapientum quasi stimuli. Stimulavit & Dominus IESUS* (*d*). Quis S. Bernardo blandior, cum Mellifluus appelletur? Et tamen non minori quam Hieronymus acrimonia errores, pernicioſas contuetudines, pravasque opiniones persequitur. Pauca, quibus Clericorum mores perstingit, transcribo. *Va generationi huic a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis, dici debet; quæ iam latere præ abundantia non valet, & præ impudentia non quærit. Serpit hodie putida tabes per omne corpus Ecclesiæ, & quo latius, eo desperatius, eoque periculosius, quo interius. Nam, si insurgeret apertus inimicus hæreticus, mitteretur foras, & arescret: si violentus inimicus, abscederet se forsitan ab eo. Nunc vero quem eiiciet, aut a quo se abscondet? Omnes amici, & omnes inimici: omnes necessarii, & omnes adversarii: omnes domestici, & nulli pacifici: omnes proximi, & omnes quæ sua sunt, quærunt. Ministri Christi sunt, & serviunt Antichristo. Honorati incedunt de bonis Domini, qui Do-*

(*a*) *Lib. IV. de doctr. christ. cap.* 2.
(*b*) *Ibid. cap.* IV.
(*c*) *Ibid. cap.* XIX.
(*d*) *Epist. ad Constant.*



*Domino honorem non deferunt ..... Olim prædictum est, & nunc tempus impletionis advenit*: Ecce in pace amaritudo mea amarissima; *amara prius in vece martyrum; amarior post in conflictu hæreticorum; amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugere, non fugere eos potest. Invaluerunt, & multiplicati sunt super numerum. Intestina, & insanabilis est plaga Ecclesiæ: & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace. Et pax ejt, & non est. Pax a paganis, pax ab hæreticis, sed non profecto a filiis* (*a*).

III. Quid ad hæc nostræ ætatis blandiloqui? Mellifluum os Bernardi hæc, & plura acriora, & pungentiora, quæ prætereo, profert. Mordax ne, an satyricus, an caritatis violator, an maledicus dicendus propterea est? Quidam blandi stili propugnatores respondebunt, S. Bernardum, si hoc tempore scriberet, damnationis pœnam haud evasurum. Ita ne vero? repono ego. Omnia ergo sanctorum Patrum opera prescribenda forent nunc, cum exploratum sit ceteros omnes Patres, occasione data, eo ac Bernardum stilo, immo & acriore, usos fuisse? Tantum prævalent laxarum opinionum anticipationes. Alii repotuere, privatim, non publice, hæc Bernardum scripsisse. Inantur, ne dicam stolidior, sane respondeo. An Bernardus ipse apologiam non texuit pro sui stili defensione, sicut & Hieronymus, & Augustinus? *Si quibus displicuerit* (inquit Bernardus) *sermo noster, ipsi se manifestant, quia ordinem non diligunt, cuius utique correptionem, & vitia damnari nolunt. Ipsis itaque illud Gregorianum respondeo: Melius est ut scandalum oriatur, quam veritas relinquatur.* Legant sapidæ integram Apologiam ad Guillelmum stius Mellifui Doctorus, & inde colligent, quam crassa & turpis sit eorum hallucinatio.

IV. Tertullianus præ ceteris exponit, eam usurpandam esse stili rationem quæ magis argumento tractando congruit: ridenda opinionum portenta, sibilandaque eorum monstra suggerit; & triumphantem veritatem, festive suis hostibus illudentem, depingendam asserit. Hæc sunt eiusdem verba. *Quamquam autem distulerim congressionem, solam interim professus narrationem, sicubi tamen indignitas meruerit suggilari, non erit deliberatione transfunctoria expugnatio. Congressioni insinem deputa, lector, ante pugnam: ostendam, sed non imprimam vulnera. Si & ridebitur alicubi, materiis ipsis satisfiet. Multa sunt sic digna revinci, ne gravitate adorentur. Vanitati propriæ festivitas cedit. Congruit & veritati ridere, quia latans: de emulis suis ludere, quia secura est. Curandum plane ne risus eius rideatur, si fuerit indignus. Ceterum, ubicumque dignus risus, offirmandum est* (*b*). Dum itaque deridendæ propinantur opiniones, materiæ tribuendum est, non Scriptori. Verba enim rebus quas exprimunt, aptentur necessum est. Si ridicularia, & deridenda gravi stilo confutarentur, orationis splendor immeritam ipsis honoris speciem conciliaret.

V. Verum, quia iuniorum plures a Patrum auctoritate facile se expediunt, inquientes, oratoria illos exaggeratione usos fuisse, in medium prodeat S. Thomas, quo sane nemo mitius, nemo pressius scripsit. Et tamen in falsis oppugnandis doctrinis moderata acrimonia aspergendam orationem docet. En præclaram, & argumento nostro quam maxime opportunam, eiusdem doctrinam. *Contrarietas locutionis potest attendi dupliciter. Uno modo quantum ad intentionem contendentis. Alio modo quantum ad modum. In intentione quidem considerandum est, utrum aliquis contrarietur veritati, quod est vituperabile, vel falsitati, quod est laudabile.* Habemus ergo primum principium certum, nempe veritatis vindicem laude, & pro falsa opinione contendentem vituperio dignum esse. Ad modum quod attinet, quæ præscribit? *In modo autem considerandum est, utrum talis modus contrariandi conveniat & personis, & negotiis: quia hoc est laudabile. Unde & Tullius dicit, quod contentio est oratio acris ad confirmandum, & confutandum accommodata ...* Et post pauca concludit. *Si autem contentio dicatur im-*



(*a*) *Lib. III. de conf. ad Eug.* (*b*) *Lib. contr. Valent. cap.* VI.

UNIVERSIDAD DE NAVARRA
DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

*pugnatio falsitatis cum debito modo acrimonia, sic contentio est laudabilis* (*a*). Quid quod vel ipsa verba convicii, & contumeliæ a malitia purgat, si animo corrigendi errores, & propugnandæ veritatis, non contristandi fratrem, dicantur? *Si vero aliquis verbum convicii, vel contumeliæ alteri dixerit, non tamen animo deonerandi, sed forte propter correctionem, vel propter aliquid huiusmodi; non dicit convitium, vel contumeliam formaliter, & per se, sed per accidens, & materialiter; inquantum scilicet dicit id quod potest esse convitium, vel contumelia. Unde quandoque potest esse peccatum veniale, quandoque absque omni peccato* (*b*). Tandem de locis adhibendis hæc subdit. *Ad exterpellum pertinet dicere aliquod leve convitium, non ad deshonorationem, vel contristationem eius in quem dicitur, sed magis causa delectationis, & ioci* (*c*). Confirmat hæc omnia exemplis tum Christi Domini, tum Apostoli Pauli. *Sicut licitum est aliquem verberare, vel in rebus damnificare causa disciplinæ; ita etiam causa disciplinæ potest aliquis alteri, quem debet corrigere, verbum aliquod contumeliosum dicere. Et hoc modo Dominus discipulos vocavit stultos, & Apostolus Galatas insensatos.* Advertit tamen verba contumeliosa, nonnisi urgente necessitate, & causa inferendi Domino, adhibenda esse.

VI. Videndum nunc superest, num præfatas regulas reipsa in scriptis suis servaverit Doctor sanctus. Stilo instruente, & docente, vulgo *didascalico*, usus ille est, quia theorica principia exponit. Presса illius oratio cum angelica perspicuitate coniuncta; quoniam, cum infinitas propemodum controversias discirendas suscepisset, si liberiorem & eloquentiorem sermonem adhibuisset, nec mediocritatem quæstionum quas nobis explanatas reliquit, dirimere potuisset. Contentiosum Theologum vix ille egit. Nullum fere certamen, nulla litteraria pugna illi fuit, sic ferente illorum tempore conditione. Regulas ille litterarii certaminis ab aliis adhibendas, & quidem certas, atque securas tradidit. Semel tantum cum Guillelmo a sancto Amore, Ordinum mendicantium infensissimo hoste, manus conseruit, & apertam inivit pugnam. Legant ementitæ, & illudentis mansuetudinis assertores integrum opus istud, in quo, quamquam sit pro domo sua, atque adeo cautiore, atque temperantiore oratione alperium, invenient tamen & acri sale adversatui aures defricatas, & severioribus aculeis pravas opiniones vellicatas. Paucorum specimen exhibeo. *Quidam nimis incaute . . . . . audacissime, zelo magis amaritudinis quam dilectionis inflammati, asserunt Monachos* &c. *Quidam autem novellum sibi statuentes errorem in tantam præsumpsit audaciam, ut asserant . . . . non posse per Episcopos Religiosis prædicta committi absque parochialis Sacerdotis voluntate* (*d*). *Nunc accedendum est ad refellendum ea quæ a prædictis maliguantibus in Religiosorum infamiam proferuntur, quod ex eorum præsumptione procedit . . . . . Unde Hieronymus Sabinianum sic alloquitur. Ne tibi solus videaris erraße, simulas nefanda de servis Dei; nescienς quod iniquitatem in alterum loquaris, & ponas in cælum os tuum. Nec mirum, si a te qualescumque servi Domini blasphementur, cum paterfamilias Beelzebub vocaverint patres tui. Et, ne quid eis ad malitiam desit, duplicitas pervertunt iudicium* (*e*). Quid quod conceptis verbis carpit falsæ patientiæ, & intempestivi silentii fautores? *Illi vero qui falsitatem prædicantes sustinerent sub prætextu patientiæ, essent mutis canibus comparandi, de quibus Esaias lv. Canes muti non valentes latrare . . . . Sicut probatur, plus se diligere quam veritatem, qui non vult veritatem contra se defendi; ita offenditur plus se diligere quam veritatem, qui veritatis adversariis non resistit, ut sibi pacem quærat. Et ita ex amore veritatis sancti viri detractoribus resistunt* (*f*). Aures, animumque huc intendant pernicioæ pacis, & quietis amatores. Sed, ut evincat Doctor sanctus congrua verborum asperitate pungendos interdum esse animos,

(*a*) 2. 2. *quæst.* XXXVIII. *art.* 1. (*b*) 2. 2. *quæst.* LXXII. *art.* 2.
(*c*) *Ibid. ad* 1. (*d*) *Cap.* IV.
(*e*) *Cap.* VIII. (*f*) *Cap.* XIV.



animos, pravarum opinionum sopore obtusos, Pauli Apostoli exemplum in medium affert. *O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini super te, & erit cæcus, non videns Solem usque ad tempus. In quo patet quod verbis tum exasperavit, & panam cæcitatis inflixit* (*a*). Finem imponit opusculo his verbis. *Divina auxiliante gratia maligneorum detractionibus repressis, patet locus multa replicandi contra præditos detractores; sed eos divino iudicio reservamus, cum eorum nequitiæ possit esse omnibus manifesta ex his quæ ex corde suo nequissime protulerunt.* Lege integrum opus istud, in quo eruditionem incredibilem severis adversariorum increpationibus asperiam offendes.

VII. Luculentius Doctor sanctus in Epistolas S. Pauli theologici stili regulas tradit ex eodem Apostolo, qui Timotheum alloquens hæc præscribit. *Prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desiderια coacervabunt sibi magistros prurientes auribus; & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur* (*b*). Instare opportune, importune, indefessam sollicitudinem, & invictam libertatem prodit, non modo explanandi Christi doctrinam populo docili, verum etiam coercendi illorum audaciam qui eam adulterari contendunt. *Prædicator, inquit Angelicus, secundum veritatem semper debet prædicare opportune, sed secundum existimationem falsam audientium debet prædicare importune: quia prædicator veritatis semper est bonis opportunus. & malis importunus semper . . . Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus!* Subdit Apostolus Paulus: *Argue, obsecra, increpa.* Obsecrationibus ergo, redargutionibus, & increpationibus, condiendus est magistri docentis stilus. *Argue*, explicat Angelicus, *errores cum omni imperio: in omni patientia, ne iratus appareas, & ex ira insultes, sed tranquille.* Insta, *dum nolunt audire sanam doctrinam.* Nam erit tempus &c. *quando erunt mali Doctores.* Non sustinebunt; *ideo, erit eis odiosa vestra doctrina.*

VIII. Non modo S. Apostolus admonet ut obsecremus, arguamus, & increpemus errorum propugnatores; sed Titum inflammat, ut severe & dure istos increpet. *Increpa eos dure* (*c*). Ex hoc S. Pauli monito colligit S. Thomas, duas esse causas aut leniendi, aut acuendi stili. Altera lectores, scriptores altera spectat, Auditores, lectoresque duciles mansuete, & blande instruendi sunt; pervicaces, & obstinati severe reprehendendi. *Duplex est ratio exhortationis huius. Una ex parte eorum qui reprehenduntur. Creteuses enim duri, & pertinaces erant, & ideo dure eos reprehendi iubet.* Nulli ne nunc Cretenses obfirmatæ duræque cervicis? Sed loquatur Angelicus. *Alia ex parte reprehendentium.* Advertit Doctor sanctus Titum lenis nimium & placati animi, Timotheum vero præfervidi & ardentis temperamenti fuisse: idcirco illum accendit ad severiorem increpationem: *Increpa eos dure:* hunc patientiæ freno moderatur. *Titus fuit lenis, & mansuetus; & ideo inducitur quasi ad contrarium; sed Timotheus erat rigidus, & ideo inducitur ad patientiam* (*d*). En quam perspicue Angelicus extrema stili, vel nimium mansueti, & flaccidi declinanda admoneat. Qui lenitate redundant, Dei fervore succendi, & qui nimio ardore fervent, christiana patientia coercere se studeant, ut non solum Angelicus, sed omnes Patres docent. Oleo lenitatis infundendum est vinum, & quandoque acetum, si vulnera putida sint, austeritatis, ut ipse Christus Dominus nos edocet. *Samaritanus alligavit vulnera, infundens oleum, & vinum* (*e*). In quem textum hæc scribit S. Gregorius Magnus. *Sic misericordia est lenitas cum severitate, & faciendum est quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia be-*



(*a*) *Cap.* XVI. (*b*) *Cap.* IV. (*c*) *Cap.* I.
(*d*) *Lect.* IV. *in epist. ad Titum.*
(*e*) *Luc. cap.* X.

*nignitate relevantur* (*a*). Hanc eamdem mixturam adhibendam docet S. Augustinus. *Sicut autem sæpe sumenda sunt & amara salubria; ita semper vitanda est perniciosa dulcedo* (*b*).

IX. Ecquid? arguntantur non pauci. Tu ne Ecclesiæ Doctor, ut eodem quo Patres, uti stilo jure queas? Sanctitate, prudentia, gravitate fulgebant illi; & tu misellus homuncio Prophetarum, sanctorum Patrum usurpare loquendi formulas non erubescis? Quis sibi inducere in animum potest, homines reperiri sic cerebro vacuos quos talia effutire paradoxa non pudeat? An divini Scriptores, an Doctores sancti, magistri nostri non sunt? Si magistri, & quidem a Deo nobis dati, illorum ne insistere vestigiis, & ad eorum exemplum stilum formare nostrum vetitum erit? Sancti, modesti, prudentes fuerunt illi, & caritate præstantes. Non ergo cum modestia, cum prudentia, cum caritate pugnat stilus severitate, & moderata acrimonia, pro re nata, asperius. Sed vel ipsi Patres interdum acrius quam par est, locuti sunt. Esto. Quid ergo mirum, quid ergo commoveris, si & ego hominum minimus, & peccatorum maximus, aliquando in convellendis erroribus confinia transiliam moderatæ severitatis? Me ne prudentiorem, cautiorem, sanctiorem ipsis sanctis Patribus aves, & contendis? Apage nugas istas, & merita ferula plecti errores finito.

## CAPUT VII.

*Posteriorem ætatis sanctorum, piorumque Doctorum*, Thomæ de Villanova, Bartholomæi de Martyribus, Sancti Caroli Bortomæi, Baronii, Elizalde, Camargo, Alberti de Albertis *exemplis confirmatur argumentum propositum.*

I. QUia exempla verbis præstant, post testimonia & Scripturæ divinæ, & antiquorum Patrum, posteriorem Doctorum ætatis documenta afferre in medium lubet. Hi liquidem, veterum insistentes vestigiis, libero & prævalido stilo pravas insectati opiniones sunt, extremis nimiæ asperitatis, & adulantis benignitatis exacte declinatis. Chorum ducat S. Thomas de Villanova, qui adversus Theologorum, & Confessariorum perniciosam indulgentiam hoc stilo invehitur. *Quid Ecclesiam Dei hodie perdit, nisi Confessariorum, & Pastorum blandiens adulatio, deliniens, demulcensque assentatio? . . . . Heu, heu! ventrem meum dolco, ventrem meum dolco. In domo Dei horrendum visu: Pastores Domini sui oves jugulantes, medicos populi sui agrotos occidentes, judices turpibus blandientes, censores flagitia palpantes, vocos gregem Domini dirigentes. An non horrendum hoc? Hi sunt Prophetæ mendaces, in quos Dominus per Prophetam invehitur dicens:* Eo quod deceperunt populum meum, dicentes, Pax, pax, & non est pax . . . . . *O miseri animarum non curatores, sed interfectores, non consultores, sed deceptores! Quid respondebitis Domino pro grege, quem vestris blanditiis decepistis, vestris consiliis jugulastis?* (*c*).

II. Archiepiscopus Bracharensis Bartholomæus de Martyribus, doctrina, & probitate celeberrimus, hac oratione contra mores, & corruptelas sui temporis declamat. *Insolentia Clericorum, cujus mater est negligentia Episcoporum, turbat totam Ecclesiam. Dant Episcopi sanctum canibus, idest ordines, & beneficia, & margaritas porcis. Et illi conversi consulcant eos . . . . O miserandam multorum Episcoporum incuriam per suam diœcesim peregrinantium, & afflictionum ovilia sua commissa lupis, hospitalia sua commissa homicidis, idest parochias commissas Rectoribus ignorantibus, & carnalibus.* (*d*).

III.

(*a*) *Hom.* xx. *Mor. cap.* viii. (*b*) *Lib. IV. de doctr. christ. cap.* v.
(*c*) *Fer. 6. post 4. Dom. Quadrag.*
(*d*) *Stimul. Past. par.* ii.



III. Mansuetissimus natura erat S. Carolus Bortomæus: verum quis suo tempore acrius, atque vehementius opinionum, morumque corruptelas detestatus est? Quamquam vero mansuetudinis & benignitatis oleo stili asperitatem mitigaret; non propterea mollioris disciplinæ fautorum decimare maledicta potuit. *Cæperunt hi*, inquit Giussanus, (*a*) *palam insectari vanitatem Archiepiscopi austeritatem*. Et illius decreta, subdit Ripamontius, *ut dura, iniqua, & aspera* exaggerabant. Sed non ideo ab inceptis destitit. *His criminationibus non offensus, neque deterritus, perogebat alia insuper decernere, consentanea istis quæ super vitio data essent.*

IV. Eminentissimus Cardinalis Baronius, splendidissimum Ecclesiæ catholicæ lumen & ornamentum, ecclesiasticæ historiæ parens, stilo cælesti unctione, & iusta asperitate, atque vehementi incitatione aspersо, corruptas opiniones labefactavit. Hæc vero de stili forma utenda scribit. *Habeo post sanctissimos Patres, quorum in scribendo sequar exemplum, qui infracta animi constantia pro tuenda veritate adversus eam pugnantes, non humili, enervato, mollique stilo sunt usi, sed grandi, fortique, miscentes etiam reprehensionum acrimoniam, in eos sententias aculeatas instar fulminis intorserunt. Sunt innumera eorum exempla annis ferme singulis in ipsis annalibus ecclesiasticis recensita, quorum ex usu, dum lego frequenter, atque describo, idem mihi dicendi genus inhæsit, quod haud despiciendum putavi, probe sciens illud dono Spiritus potius quam humana industria comparatum.* (*b*).

V. Laurentius *Mosemius*, Lutheranæ factionis scriptor elegans, atque inter suos gregales absque exemplo sane modestissimus, hæc BARONII verba cavillari irrito conatu studet. *Si BARONII* (inquit) *amplectamur sententiam, severitas LUTHERI, & sociorum eius testimonium erit Spiritus S. in illis inhabitantis* (*c*). Ut modesto hæretico pari modestia respondeam, mitissime dicam, eruditum *Mosemium*, tetra Lutheranæ hæreseos caligine obductum, acumen scribendi, facundiam, eruditionem, aliasque dotes, quibus in eractandis ceteris argumentis abundat, in catholicoram Scriptorum censuris pronuntiandis omnes prorsus amittere, & fœda pro candidis, tenebras pro luce accipere. Contumelias, probra, convicia cum forti, vehementi, grandique dicendi genere, hallucinatione, tam erudito homine indigna, confundit. Quid, Mosemi, in scenam producis excuculatum Lutherum tuum? Parcas mihi velim, si ex illius operum lectione appellare eumdem cogor sycophantam impudentissimum, qui, fractis cuiusque moderationis aggeribus, Ecclesiæ matris suæ, unde apostatia discivit, viscera dilaceravit, qui contra legitimos suos superiores caperata fronte vexillum explicuit: qui furens, & bacchans Romanum Pontificem Antichristum, Episcopos cornutas bestias inurbanissime appellat. Quid itaque illius ardelionis, qui cum diabolo tot modios salis se comedisse iactat, dicteria, convicia, & maledicta cum gravi & prævalido stilo permisces? Quis umquam, vel ex baiulorum, aut sellulariorum fæce emersus, æque illiberali, & scurrili oratione solia fœdavit, ac hæresiarcha iste tuus, perduellionis, & nefarii schismatis reus? Si cetera deessent argumenta, quæ LUTHERUM hunc tuum diabolico spiritu actum evincunt, stilus solus quo usus ille est in eos quos sibi hostes finxit, id mihi luculentee demonstraret. Sed hæc obiter. In semitam regrediamur.

VI. P. Michael Elizalde, perillustris SOCIETATIS IESU præteriti sæculi Theologus nemini secundus, quique in exagitando Probabilismo neminem parem habuit, testatur non solum doctrinam suam, sed stilum quoque suum, quia liberum, & vehementem, mollioris Ethices assertoribus displicuisse. *Sed præter causam ipsam STILI etiam DICTIO VEHEMENTIOR DISPLICUIT*. Sed audiant dulcedinis, & novæ



(*a*) *Lib. IV. vitæ.*
(*b*) *Apol. Resp. adversus Card. Colum. Præf.*
(*c*) *Diss.* iii. *de Theolog. non conse.*

benignitatis fautores nimii. *An vero de alæ musicæ compositione quæstio vertitur, & non de salute in primis nostra, & dein etiam reliquorum, ut quantacumque orationis vi & efficacia uti non liceat? Utinam* AUGUSTINI *magnitudinem illam dicendi, & vim istam, qua non aureo fluminis, sed torrentis, instar in fossa cuncque ruit, eliberc voluissemus. Displicuit hoc in genere Corinthiis quibusdam Apostolus II. Cor.* x. Ut autem non exisiimer tamquam terrere vos per epistolas: quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graves sunt, & fortes &c. *Ubi e re Augustinus.* Erant quidam quasi docti, & spirituales (*ideji* quasi) qui de Paulo detraherent. Epistolæ quidem, aiunt, graves, & fortes sunt. *Num Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, ubi de moribus causa verbabatur, molli oratione fluxerunt? An unus Magister noster adversus falsas morum opiniones Doctorum legis lenitet labebatur? Iassi plane sumus arguere, obtestare, increpare; quod ut faciamus, & non adulemur,* PATIENTIA *quidem* OMNIS NECESSARIA (N.B.) *est, ut Paulus supposuit. Quod si nihilominus excessimus, imprudentiusque aliquid excidit, omnis ait hos, aliosque defectus ignoscere. Optimam enim nos agere causam ut non ambigimus; ita optime agere minime dubitamus, ut præstantius ab aliis agi posse, etiam eorum, si vellent, qui modo adversantur, procul ab unus ut diffiteamur. Velint sane ex Scripturis, & Sanctis viam salutis ostendere, & unum sumus.* (*a*). Theologus ille celeberrimus detractiones, calamitates, & persecutiones innumeras passus est, quod doctrinaam sanam propugnaverit, & laxas opiniones insrectatus fuerit.

VII. P. Ignatius de Camargo, eiusdem SOCIETATIS IESU doctissimus Theologus, unaque pissimus, causam hanc de stili genere adhibendo serio excussit, & hæc scribit. „ Diu igitur, & multum rem meditatus, sincera, quantum mihi mea conscientia ostendit, in ipsum finem operis intentione directa, post seriam deliberationem, stili genus non flaccidi, vel mollis, sed vegeti potius, ac validi plerumque adhibendum censui. An temere decreverim, ut sapiens lector iudices, rationes quibus tandem in hanc mentem inductus sum, summatim hic perstrictas accipe tibi subitcio.

„ In primis generaliter errores in doctrina fidei, & morum (errorem hic, & alias, ut iam præmoni, simpliciter accipio, ac philosophice pro deceptione quavis) difficile convelli facile nosti. Hanc vero superare difficultatem disputatione placida ac leni difficile mihi videtur.

„ Profecto SS. Patres Ecclesiæ, Augustinus, Chrysostomus, Hieronymus, Cyprianus, Prosper, Bernardus, & alii, qui, sicut in doctrina, sic etiam in modo docendi, primi post DOMINUM Magistri nostri sunt, dum similes errores oppugnant, non molli ac placida oratione fluere, sed torrentis ad instar ruere solent. Puto vero in genere doctrinæ moralis vix peculiarem alium errorem invenire, qui cum benigno isto Probabilismo, undecumque inspiciatur, possit conferri. Porro quanti momenti negotium sit radicitus illum convellere, quantaque aliunde plurimo ex capite illius convellendi difficultas, frustra commemorem, cum res ipsa loquatur, & vel ex antea dictis facile pateat. (*b*).

VIII. Non minores quam collega tuus Elizalde, sustimuit P. Camargo pressuras, & persecutiones ob hanc liberam, validamque scribendi rationem. Ad ipsum sanctæ Inquisitionis tribunal in suspicionem adducere eius doctrinam tentarunt æmuli, quod capitalem Probabilismi errorem, nempe ignorantiam probabilisticam, prævalido stilo exagitaverit, atque labefactaverit. Ecce illius testimonium. *Sciat interim lector nos paucis ab hinc annis ad sanctæ Inquisitionis tribunal semel, & iterum fuisse delatos, irritis tamen, Deo favente, nostrorum delatorum conatibus* (*c*). En quam desipiant illi qui

(*a*) *In Præf. ad 2. part.*
(*b*) *In præf.* §. 11. *pag.* 26. *& seq.*
(*c*) *Reg. Honef. P. I. Lib.* 1. *contr.* 2. *art.* 3. *num.* 12.



qui blaterant, ita scribendum esse, ut omnium lectorum murmura, & dicteria vitentur; perinde ac si prædicari aliquando vel potuisset, vel posset arcta, & angusta via, quam christiana Theologia calcandam proponit, quin laxioris viæ patroni, quorum, teste Domino, maior est numerus, reclamarent, obsisterent, atque calumniarentur.

IX. Finem huic capiti imponat alter celebris, & sanioris doctrinæ assertor, & vindex acerrimus, *P. Albertus de Albertis*, inclytæ SOCIETATIS IESU Theologus. Is sæculi prudentes, qui continenter in ore habent pacem, benignitatem, & prudentiam, cuius vel ipsam notionem ignorant, acri satie vellicat, pungitque, ut resipiscant, & tandem aliquando, quid sit prudentia christiana, quid moderatio evangelica, perdiscant. Prolixa sunt quæ descripturus sum, sed prolixitas emolumento, quod inde lector capiet, compensabitur. „ Adeste Confessarii inclyti: adeste Concionatores fervidi: adeste solliciti animarum Pastores: adeste insulata capita, Antistites, „ ac Præsules, Religiosi, atque Ecclesiastici universi. Vos, vos ego conteslor omnes, „ vos, quos Dei amor urit, proximorumque ab æterno interitu retrahendorum cura „ saltem aliqua vos tangit: vos, qui fascinio soporati veteri corruptelæ nudandi feminei pectoris nullum bellum hactenus intulistis: eia num tandem silentium minime „ tutum rumpite: iam inerti tolerantiæ modum ponite: iam vexillum erigite, iam „ tuba canite, iam lingua, & calamis clamate . . . . Versentur ob oculos innumera „ mala quæ ex tali consuetudine, sine ullo meliore compendio proficiscuntur. Et nemo, cui christiam spiritus viscera aliqua sint, sancte non excandescat. Nemo „ adversus divinas Scripturas, vel naturale ius, quæ hinc læduntur, potest præscribere, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum. (*a*).

„ Non pauci qui moralium quæstionum arbitros sese constituunt, atque inter „ Theologos irrepere, & centeri cupiunt, sæpe numero, quamvis divinarum litterarum, priscorumque Patrum sententia perspicua in controversia aliqua ex adverso „ obtlectetur, nihilominus, ut nescio quibus suis placitis, nullo fundamento etiam „ innixis, serviliter ancillentur, suaque dogmata, quæ semel imbiberunt, perfracte „ tueantur, vim plane apertam tam sacris codicibus, quam Patrum monumentis inferre, utrosque torquere, eludere, inflectere, luxare, ac traducere minime dubitant. Si quam etiam mundi corruptelam, valde usitatam, Scriptura sacrosancta, „ & Patres improbant, damnantque, si omnem operam, studiumque, quo hominum „ gratiam aucupentur, eiusdem corruptelæ patrocinio suscipiendo impendunt; atque „ ut impendant, eamdem Scripturam, & Patres ludibrio quam religioni habere malunt, ne dicam prodere. In quos sane ac pariles stomachum merito erumpens Sanctus Hieronymus *epist.* CIII. *ad Paulinum* sapienter ita expostulat: *Taceo de meis similibus, qui si forte ad Scripturas sanctas post sæculares litteras venerint, & fermone compositio aurem populi mulserint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint; sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non virtutissimum docendi genus, depravare sententias, & ad voluntatem suam trahere repugnantem.*

„ Ab his vero si quis forte rationem, cur alicui opinioni adhæreant, postulet, „ indignantur; si auctoritatem, rident; si Doctores, fremunt; suum ipsorum iudicium pro ratione, pro auctoritate, pro Doctoribus abunde sufficere arbitrantes. In „ quos male ego metuo, ne effatum illud, quod circumcellionibus, hominibus planc opinatissimis, olim solemne erat, primumque habebatur, ut memorat Sanctus „ Augustinus epist. XLVIII. *Quod volumus, facilum est*, quadret ad amussim; honestumque, iustum, ac sanctum, simul ac iucundum, ac conducibile illis videtur,



(*a*) *Parad. disp.* 11. *cap.* CCIV. *num.* 67.

„ illico ab eis decernatur. At divina Scriptura aliter dilucide statuit : nihil refert ,
„ figurate loquitur . At Patres agminatim secus palam docent : nihil obest , exagge-
„ rationi libenter indulgent . At locus tergiversationi non est . Enucleate Scripturæ ,
„ & Patres contra censent . Quid tum postea ? Non proprie , sed per metaphoram
„ concionantur . . . . Quid quod aliquas multi morales controversias ita subinde de-
„ finiunt , ut non tam veritati quam personarum gratiæ venaliter ancillari videan-
„ tur ; non secus ac Iurisconsulti plerique auro conducti , iura legum non iustitiæ ,
„ vel æquitati , sed clientum cupiditati , & iubentiæ attemperantes ? Nam qui non
„ rationis defæcatæ græscripto ducuntur , sed cæcæ appetitionis impetu abducuntur ,
„ non solum veritatem ipsam e tenebris minime eruunt , sed in meridie quoque li-
„ cet clare micantem , multa politicorum fucorum , vulpinorumque respectuum cali-
„ gine obvolvere , ac de terrarum orbe in cimmeria antra detrudere mire satagunt ,
„ quorum ingenium sapientiæ coriphæus Salomon *Proverb.* XXVIII. ad vivum hisce
„ verbis expingit : *Qui cognoscit in iudicio faciem , non bene facit : iste & pro bucella*
„ *panis deserit veritatem* . . . . Hinc complores quoque viri , qui suismet dumtaxat
„ oculis se ipsos contemplantes , magni etiam , ac nimio plus se æstimant , quoniam
„ ea quæ sunt hominum , & non Dei , tantummodo sapiunt , doctrinam omnem
„ quam tenent , humanis respectibus fœde mancipant : damna animarum non intel-
„ ligunt , occasiones peccatorum non percipiunt , corruptelas morum nihil pendunt .
„ *Quid mirum ? Qui secundum carnem sunt , quæ carnis sunt , sapiunt* , ut ex Apost.
„ oraculo Rom. VIII. perspectum est . *Qui vero secundum spiritum sunt , quæ sunt spi-*
„ *ritus , sapiunt . Nam prudentia carnis mors est* . . . . Hæc videlicet carnis pruden-
„ tia ipsissima est quæ in controversiis conscientiæ examinandis , in animarum iudi-
„ cio ferendo , in foro Poli gubernando faciem cognoscit : hæc , quæ personas homi-
„ num intuetur : hæc , quæ pro panis buccella veritatem deserit : hæc illa , quæ
„ multas opiniones , veræ probabilitatis expertes , veluti probabiles , ac tutas vendi-
„ tat : hæc illa , quæ communibus , & certis Doctorum sententiis , sola auctoritate ,
„ sine ratione , inveteratam auctoritatem , rationum pondere subnixam , detrahere
„ conatur : hæc illa , quæ regiam viam exploratæ doctrinæ relinquens , per avia , &
„ præcipitia levissimæ subtilitatis incedit : hæc illa , quæ vires omnes solertiæ , eru-
„ ditionis , industriæ , ac studii ad opiniones carni , & sanguini favorabiles invehen-
„ das , muniendasque , ad oppositas vero animæ ac spiritui salutares convellendas , &
„ labefactandas exprimit . In schola quippe carnis prudentia carnis magistra & patro-
„ na carnis quid , quæso , nisi carnem doceat ? " (*a*) .

## CAPUT VIII.

*Potissimum ætate nostra stili validi , & vehementis usus necessarius . INNOCENTII XI. decreti , quo interdicuntur censuræ , & notæ in eas propositiones quæ inter Catholicos disputantur , germanus sensus . Quid aqui rerum arbitri in librorum lectione servare debeant .*

I. PRæter rationes adductas pro stilo valido & forti , aliæ adducendæ supersunt ex *modo opinandi* noviter invecto repetitæ . Ab uno & amplius sæculo controversiæ theologicæ non iuxta normam veritatis , aut fallitatis , sed iuxta vagas probabilitatis , aut improbabilitatis regulas diriminuntur . Ante infelicem Probabilismi ortum , sat erat veras , aut veritati propinquiores doctrinas proponere , ut quisque eisdem amplecteretur . Quam nunc victoriam assequeris , si dixeris : Hæ sen-

(*a*) *In prælud. ad paradox. num.* 1. 2. 4. 5. *& 6.*



sententia vera est , aut veritati propior ? Reponunt Casuistæ : Quid veritatem obtrudis ? Veram , aut falsam esse ignoramus . Illud scimus de eadem Theologos diffidere . Porro quæ in utramque partem a Theologis disputantur , duplicem oppositam probabilitatem induunt . Si enim duo , aut quatuor stant pro una parte , probabilem nobis efficiunt opinionem commodam , & indulgentem . Quæ laxitatum portenta invexerit hic disputandi modus , ab evangelica sinceritate , & sanctorum Ecclesiæ Doctorum sapientia omnino alienus , ingentia testantur volumina talium disputationum pleniissima . Qui miti , & molli oratione contra eiusmodi disputandi genus in arenam descendit , quid aliud præstat quam & laxiori opinioni probabilitatem , & adversariis animos addere , quam audaciores , & victores illos efficere , iisdemque fasces submittere ? Clamant enim continuo triumphantes Probabilistæ : Opinio nostra proscripta non est . In eam nihil pronuntiavit Ecclesia . Sit altera probabilior , sit verisimilior , sit securior . Propterea ne improbabilis nostra erit ? Nonne vel ipsa extrinseca auctoritas probabilitatem parit ? Quid itaque aures obtundis maiori tua probabilitate , cum & nostra *vere* sit probabilis ? Squidem tunc *vere* probabilis est , etiam in conspectu probabilioris , cum ab illa stant tres , quatuorve Doctores , aut unus gravissimus .

II. Summi Pontificis Alexandri VII. universæ Ecclesiæ Gallicanæ , atque sapientum Theologorum auctoritate nixus hunc opinandi , & disputandi modum perniciosum , omniumque malorum fontem firma persuasione reputo . Illum video usquequaque irruentem , & imperitorum mentes ab ipsa infantia veluti obruentem . Iure ne mihi succensere Casuistæ valent , quod ita sentiam ? Iniustos , & ridiculos se proderent , si ob id me improbarent . Ergo qua ratione persuasionem suggillare meam nequeunt , eadem adprobare coguntur , quod stilum gravem & acrem adhibeam , quo opiniones , ut ego quidem arbitror , depravatas labefactem . Numquid torrentem rapidissimum exiles , tenuesque aggeres coercebunt ? Numquid opiniones adeo prævalentes , altiusque mentibus infixas ; tenui oratione convellam ? *Quomodo* ( inquit Seneca ) *opiniones totius ævi , quibus protinus infantia imbuitur , evinces ? . . . . Quibus ingenii viribus animam contra te persuasionem humani generis avertes ? Verba mihi captiosa componis , & interrogatiunculas nectis ?* Agape nugas . *Magnis telis magna portenta feriuntur* (*a*) . Quid , si non modo feriri , sed iugulari etiam debeant ?

III. P. Ignatius de Camargo , longo experimento edoctus , didicit , submissum dicendi , scribendique genus vanum , ineptumque esse ad saltas morum commentationes extirpandas . Cur ? Animum intende . Plurimi sanioris Ethices vindices , & Probabilismi confutatores temperatissimo scribendi genere usi sunt . Quid hinc Probabilistæ ? Ita scripserunt , inquiunt , ob metum censoriam inurendi notam opinionibus nostris benignis , & obsequium Probabilismo debitum . Temperatum ergo scribendi genus , non modestiæ , sed reverentiæ debitæ minori probabilitati , & opinionibus quæ liberati favent , quasi ovantes vertunt . Et ea cur nos , qui vehementiore stilo utimur , tamquam mordaces , maledicos , & caritatis violatores deprædicent . Cur tu , quam commemorasti , reverentiam erga nostram sententiam non imitaris ? An sat tibi non est tua propugnare , quin etiam nostra quoque carpere audeas ? Quid hoc tuo mordaci scribendi stilo tot rumores concitas , tot furbas excitas , & tibi , ac aliis odium , invidiam , atque damna plurima conquiris ? Hæc sunt non paucorum Probabilistarum effata , quæ in vulgus disseminant , quæque ab homunculis sane imperitissimis ipse exprobrari audivi . Sed audiant isti doctissimum Iesuitam Patrem Camargo . *Neque vero Auctorum nostrorum moderationem , & temperatum disputandi genus , quo modestissimo plures usi sunt , modestiæ tribuunt , sed reverentiam debitam sententiæ suæ , & meum potius nostrum interpretantur . . . . Hæc multorum annorum observatione , atque*

(*a*) *Epist.* LXXXIII.

„ illico ab eis decernatur. At divina Scriptura aliter dilucide statuit : nihil refert ,
„ figurate loquitur . At Patres agminatim secus palam docent : nihil obest , exagge-
„ rationi libenter indulgent . At locus tergiversationi non est . Enucleate Scripturæ ,
„ & Patres contra censent . Quid tum postea ? Non proprie , sed per metaphoram
„ concionantur . . . . Quid quod aliquas multi morales controversias ita subinde de-
„ finiunt , ut non tam veritati quam personarum gratiæ venaliter ancillari videan-
„ tur ; non secus ac Iurisconsulti plerique auro conducti , iura legum non iustitiæ ,
„ vel æquitati , sed clientum cupiditati , & iubentiæ attemperantes ? Nam qui non
„ rationis defæcatæ græscripto ducuntur , sed cæcæ appetitionis impetu abducuntur ,
„ non solum veritatem ipsam e tenebris minime eruunt , sed in meridie quoque li-
„ cet clare micantem , multa politicorum fucorum , vulpinorumque respectuum cali-
„ gine obvolvere , ac de terrarum orbe in cimmeria antra detrudere mire satagunt ,
„ quorum ingenium sapientiæ coriphæus Salomon *Proverb.* XXVIII. ad vivum hisce
„ verbis expingit : *Qui cognoscit in iudicio faciem , non bene facit : iste & pro bucella*
„ *panis deserit veritatem* . . . . Hinc complores quoque viri , qui suismet dumtaxat
„ oculis se ipsos contemplantes , magni etiam , ac nimio plus se æstimant , quoniam
„ ea quæ sunt hominum , & non Dei , tantummodo sapiunt , doctrinam omnem
„ quam tenent , humanis respectibus fœde mancipant : damna animarum non intel-
„ ligunt , occasiones peccatorum non percipiunt , corruptelas morum nihil pendunt .
„ *Quid mirum ? Qui secundum carnem sunt , quæ carnis sunt , sapiunt* , ut ex Apost.
„ oraculo Rom. VIII. perspectum est . *Qui vero secundum spiritum sunt , quæ sunt spi-*
„ *ritus , sapiunt . Nam prudentia carnis mors est* . . . . Hæc videlicet carnis pruden-
„ tia ipsissima est quæ in controversiis conscientiæ examinandis , in animarum iudi-
„ cio ferendo , in foro Poli gubernando faciem cognoscit : hæc , quæ personas homi-
„ num intuetur : hæc , quæ pro panis buccella veritatem deserit : hæc illa , quæ
„ multas opiniones , veræ probabilitatis expertes , veluti probabiles , ac tutas vendi-
„ tat : hæc illa , quæ communibus , & certis Doctorum sententiis , sola auctoritate ,
„ sine ratione , inveteratam auctoritatem , rationum pondere subnixam , detrahere
„ conatur : hæc illa , quæ regiam viam exploratæ doctrinæ relinquens , per avia , &
„ præcipitia levissimæ subtilitatis incedit : hæc illa , quæ vires omnes solertiæ , eru-
„ ditionis , industriæ , ac studii ad opiniones carni , & sanguini favorabiles invehen-
„ das , muniendasque , ad oppositas vero animæ ac spiritui salutares convellendas , &
„ labefactandas exprimit . In schola quippe carnis prudentia carnis magistra & patro-
„ na carnis quid , quæso , nisi carnem doceat ? " (*a*) .

## CAPUT VIII.

*Potissimum ætate nostra stili validi , & vehementis usus necessarius . INNOCENTII XI. decreti , quo interdicuntur censuræ , & notæ in eas propositiones quæ inter Catholicos disputantur , germanus sensus . Quid aqui rerum arbitri in librorum lectione servare debeant .*

I. PRæter rationes adductas pro stilo valido & forti , aliæ adducendæ supersunt ex *modo opinandi* noviter invecto repetitæ . Ab uno & amplius sæculo controversiæ theologicæ non iuxta normam veritatis , aut fallitatis , sed iuxta vagas probabilitatis , aut improbabilitatis regulas diriminuntur . Ante infelicem Probabilismi ortum , sat erat veras , aut veritati propinquiores doctrinas proponere , ut quisque eisdem amplecteretur . Quam nunc victoriam assequeris , si dixeris : Hæ sen-

(*a*) *In prælud. ad paradox. num.* 1. 2. 4. 5. *& 6.*



sententia vera est , aut veritati propior ? Reponunt Casuistæ : Quid veritatem obtrudis ? Veram , aut falsam esse ignoramus . Illud scimus de eadem Theologos diffidere . Porro quæ in utramque partem a Theologis disputantur , duplicem oppositam probabilitatem induunt . Si enim duo , aut quatuor stant pro una parte , probabilem nobis efficiunt opinionem commodam , & indulgentem . Quæ laxitatum portenta invexerit hic disputandi modus , ab evangelica sinceritate , & sanctorum Ecclesiæ Doctorum sapientia omnino alienus , ingentia testantur volumina talium disputationum pleniissima . Qui miti , & molli oratione contra eiusmodi disputandi genus in arenam descendit , quid aliud præstat quam & laxiori opinioni probabilitatem , & adversariis animos addere , quam audaciores , & victores illos efficere , iisdemque fasces submittere ? Clamant enim continuo triumphantes Probabilistæ : Opinio nostra proscripta non est . In eam nihil pronuntiavit Ecclesia . Sit altera probabilior , sit verisimilior , sit securior . Propterea ne improbabilis nostra erit ? Nonne vel ipsa extrinseca auctoritas probabilitatem parit ? Quid itaque aures obtundis maiori tua probabilitate , cum & nostra *vere* sit probabilis ? Squidem tunc *vere* probabilis est , etiam in conspectu probabilioris , cum ab illa stant tres , quatuorve Doctores , aut unus gravissimus .

II. Summi Pontificis Alexandri VII. universæ Ecclesiæ Gallicanæ , atque sapientum Theologorum auctoritate nixus hunc opinandi , & disputandi modum perniciosum , omniumque malorum fontem firma persuasione reputo . Illum video usquequaque irruentem , & imperitorum mentes ab ipsa infantia veluti obruentem . Iure ne mihi succensere Casuistæ valent , quod ita sentiam ? Iniustos , & ridiculos se proderent , si ob id me improbarent . Ergo qua ratione persuasionem suggillare meam nequeunt , eadem adprobare coguntur , quod stilum gravem & acrem adhibeam , quo opiniones , ut ego quidem arbitror , depravatas labefactem . Numquid torrentem rapidissimum exiles , tenuesque aggeres coercebunt ? Numquid opiniones adeo prævalentes , altiusque mentibus infixas ; tenui oratione convellam ? *Quomodo* ( inquit Seneca ) *opiniones totius ævi , quibus protinus infantia imbuitur , evinces ? . . . . Quibus ingenii viribus animam contra te persuasionem humani generis avertes ? Verba mihi captiosa componis , & interrogatiunculas nectis ?* Agape nugas . *Magnis telis magna portenta feriuntur* (*a*) . Quid , si non modo feriri , sed iugulari etiam debeant ?

III. P. Ignatius de Camargo , longo experimento edoctus , didicit , submissum dicendi , scribendique genus vanum , ineptumque esse ad saltas morum commentationes extirpandas . Cur ? Animum intende . Plurimi sanioris Ethices vindices , & Probabilismi confutatores temperatissimo scribendi genere usi sunt . Quid hinc Probabilistæ ? Ita scripserunt , inquiunt , ob metum censoriam inurendi notam opinionibus nostris benignis , & obsequium Probabilismo debitum . Temperatum ergo scribendi genus , non modestiæ , sed reverentiæ debitæ minori probabilitati , & opinionibus quæ liberati favent , quasi ovantes vertunt . Et ea cur nos , qui vehementiore stilo utimur , tamquam mordaces , maledicos , & caritatis violatores deprædicent . Cur tu , quam commemorasti , reverentiam erga nostram sententiam non imitaris ? An sat tibi non est tua propugnare , quin etiam nostra quoque carpere audeas ? Quid hoc tuo mordaci scribendi stilo tot rumores concitas , tot furbas excitas , & tibi , ac aliis odium , invidiam , atque damna plurima conquiris ? Hæc sunt non paucorum Probabilistarum effata , quæ in vulgus disseminant , quæque ab homunculis sane imperitissimis ipse exprobrari audivi . Sed audiant isti doctissimum Iesuitam Patrem Camargo . *Neque vero Auctorum nostrorum moderationem , & temperatum disputandi genus , quo modestissimo plures usi sunt , modestiæ tribuunt , sed reverentiam debitam sententiæ suæ , & meum potius nostrum interpretantur . . . . Hæc multorum annorum observatione , atque*

(*a*) *Epist.* LXXXIII.

*aque experientia adeo frequenti didici, ut nihil hoc in genere magis mihi compertum sit. Et sunt præterea adeo de se notoria, ut ursciri a nemine possint. Tot autem tantaque communia, ut mihi videtur, deceptionis præiudicia, ideoque magna, ac ingentia impedimenta veritatis, placida, & moderata disputatione vincere, opinor difficillimum est, si humani ingenii morem attendas* (*a*).

IV. Accedit quod nisi stilo forti, ac libero laxæ opiniones repellantur, earumque fautores elata oratione in officio contineri pro viribus curetur, imperitorum ruina consequitur. Populus maximo impetu ad dulcia morum blandimenta abripitur, & nativo pondere ad illecebrosas consuetudines fertur. Quid, si Magistrorum placentia loquentium accedat auctoritas, & incitamentum? *Quin* (pergit Camargo) *licet pauci forent* (*qui plures tamen sunt*) *illi qui per eiusmodi confidentiam ita loquerentur, & docerent, nec tunc stilo forti, ac valido parcendum forte esset, quod, nisi reprimerentur, valere possent ad decipiendam populi incautam multitudinem. Accipe Ambrosium, utique prudentem, veregue prudentem magistrum, qui quæ sit nobis in tali eventu stili forma tenenda, diserta regula præscribit .... Sint sermones tui huiusmodi, ut stimulent audientem, compungant male conscium. Sermones enim sapientum, quasi stimuli: Stimulavit & Dominus IESUS.* Sed ut luculentius palam fiat sophisticæ argutationis pravitas, & ut ingentia mala Pyrhonismi, & Tolerantismi, quæ inde necessario manant, quisque veluti manibus tangat, exempla in subsidium advocanda sunt. Mundani homines deliciis, & voluptatibus addicti, numquam excandescunt, quod virtutis, quod sanctitatis merita extollamus; sed conqueruntur, quod in illorum luxum, fastum, blandas consuetudines, & suavia oblectamenta tamquam in pernicioſissimas corruptelas, & æternæ damnationis laqueos declamemus. Nihil curant hæretici, quod nostra propugnemus dogmata; sed quod illorum fucatis erroribus larvas detrahamus, & technas, dolent. Cantitant & ipsi, non secus ac nostri Benignistæ: Vos vestra propugnate; & nos nostra. Sic pax, & tranquillitas nos inter & vos vigebit. Nonne heinc æque in religionis, ac morum doctrina Pyrhonismus, & Tolerantismus triumphant? Numquid ex nostrorum dogmatum prædicatione hæreticorum aliquis e tenebris emergeret, nisi, religionis nostræ patefacta veritate, simul eorumdem latentes errores labefactarentur? Respicant ergo tandem aliquando blandiloqui nostri, & ementitæ mansuetudinis, larvatæque caritatis buccinatores, & intelligant, vanum fore laborem nostrum, nisi, intaminata doctrina demonstrata, opiniones simul, quas nos morum sanctitati, humanæque societati exitiales iudicamus, pro meritis & dignitate cædantur, & profligentur.

V. Quid quod ipsi Probabilistæ stilo non modo acri, & vehementi, sed contumelioso etiam, & conviciis pleno utuntur, quoties saniorem doctrinam nostram oppugnant? An in eorum voluminibus passim eiusmodi declamationes, & altius exaggeratæ locutiones non occurrunt? Nos scilicet iugum Christi severius exasperare, onera gravissima, & hominum viribus superiora Pharisæorum more imponere, tanuas cæli occludere, legem obtervatu impossibilem efficere, sacramenta frustranea reddere, fideles in orcum incredibili feritate & sævitia detrudere? An tamquam Calviniana, & Ianseniana fuligine tinctos, & tamquam indiscretos, *Misanthropos, Fanaticos, Turioritas, & Rigoristas* nos per imperitæ multitudinis ora non traducunt? Nec propterea nos commovemur, quod sciamus, illos bona id præstare fide, ut videlicet benignitati, quam Christianorum saluti commodam reputant, auctoritatem, famam, & existimationem concilient. Ut quid ergo tam delicatos molleſque se produnt illi contra Antiprobabilistas, dum hi pari fide bona eorumdem opinationes, quas noxias & veneficas arbitrantur, ispientum præsidio sulti reiciunt, improbantque? Indoles iunio-

(*a*) *In præf.* §. 11.



iuniorum plurium hæc est, respondet præfatus Iesuita Camargo, delicatissimos nempe se patefacere, cum opinionum mollitiem acri aceto perfundi sentiunt, audacissimos e contrario, & mordacissimos se habere in saniore doctrina nostra carpenda. „ At video, complures esse Probabilistas sane *delicatissimos*, qui, cum ipsi *audacissime* non modo de nostra sententia, verum & de patronis ipsius quidvis loquantur, & scribant, benignam tamen suam opinionem vel leviter tangi non ferunt. „ Nos vero quomodo habituros putemus, quod audacter, ac fortiter contra illam „ agamus? Parum erit, si acerrime nos refellant, quin insuper nos pronuntient de „ violatis pontificiis decretis, quibus aliquam notam, vel censuram inurere catholicorum hominum opinionibus, quæ adhuc hinc inde controvertuntur, Theologis interdictum est. "

VI. Decreti Pontificis Innocentii XI. cuius hic meminit P. Camargo, germanus sensus exponendus. Hæc sunt decreti verba. *Idem Sanctissimus in virente senectæ obedientia eis præcipit ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in thesibus, disputationibus, ac prædicationibus caveant ab omni censura, & nota, nec non a quibuscumque conviciis contra eas propositiones quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec a S. Sede recognita sint, & super iisdem propositionibus iudicium proferatur.* Præcepti istius obvius, & genuinus sensus est. Caveatur ne propositiones quæ inter Catholicos in utramque partem disputantur, censuris, conviciis, aliisque notis feriantur. Censuræ autem quæ inuri propositionibus solent, sunt sequentes. *Hæretica, schismatica, erronea, sapiens hæresim, hæresi proxima, male sonans, piarum aurium offensiva, iniuriosa, blasphema, impia, scandalosa, temeraria.* Nulli propositionum earum quæ inter Catholicos hinc inde disputantur, aliqua ex recensitis censuris inuri licite valet. Porro, ut clarior habeatur pontificii decreti sensus, duplex distinguenda censura. Altera *formalis*, quæ dogmatica, & definitiva appellatur, Ecclesiæ iudicio reservata, & cuilibet privato Doctori vetita. Altera, quæ vi iusti ratiocinii infertur, ut evenit in argumentatione *ab absurdo*: & hæc nullo modo vetita est: alioquin argumentatio *ab absurdo* interdicta foret; quod dici a nemine potest. Hanc distinctionem tradunt vel ipsi benigniores Probabilistæ. Unum laudare sufficiat P. Claudium *La-Croix*, qui post relata pontificii decreti verba hæc scribit. „ Si quis tamen sententiam aliquam appellet *improbabilem*, vel *levem*, saltem in communiore sensu, non „ est censura, ut notat Hurt. Lugo, Cardenas in crit. dis. 12. num. 297. Neque si „ appellet *laxam* in communiore sensu. Ideoque dicit Cardenas, quod levissimum „ genus censuræ theologicæ sit dicere *temerarium* ..... Prohibetur tantum *formalis* „ censura. Non autem si dica ur aliquid de sententia, *ex quo inferri possit censura* „ (*a*). " Bartholomæus de Elpeio Episcopus Malacitanus in expolito sensu interpretandum esse citatum præceptum docet. (*b*) Nullo itaque modo vetantur neque hæ censuræ, *improbabilis, falsa, relaxata, morum integritati perniciosa, multorum corruptelarum caput*; neque absurda, tametsi portentosa, quæ ex aliqua sequi opinione, demonstratur. Benignioris Ethices patroni non pauci, qui legis naturalis, & divinæ gravissima mandata amplissima liberalitate attemperare humanis moribus, & benigniore in sensu exponere innumerabilium distinctiuncularum multitudine student, hoc pontificium decretum in sensu æquo severiore, interpretari omni dexteritate conantur. Quod ne quis hæc a me gratis asseri suspicetur, in medium promam quæ Cl. Iesuita P. de Camargo scribit. „ Hoc nimirum præceptum (quod utique consultissimum est) benigni recentiores suscepisse quam libentissime, ac liberalissime videntur. Nam, cum reliqua fere omnia, tamquam onerosa ac odiosa (sic enim loquuntur) restringenda esse pronuntient, sive, ut iidem aiunt, benigne interpretanda;

(*a*) *Lib. I. num.* 199.
(*b*) *Tract. de usura personata cap.* III. *num.* 48.

„ da; hoc tamen pontificium præceptum *adeo severe ac rigide* intelligendum censent, „ ut nemini liceat post illud opinionem viri cuiusvis Catholici (sic enim audivi po- „ priis auribus a quodam præclaro Magistro) vel falsam simpliciter dicere. Quin „ vix prodeat in lucem liber ullus contra moralem laxam doctrinam, quem non sta- „ tim deferant ad fidei tribunalia, tamquam reum violati decreti pontificii. *Quo „ tendat rigor iste benignitatis, difficile non est divinare.* At verum certumque manet, „ leges iustas, & sanctas sibi repugnare non posse (*a*). " Facillimum sane est divinare, quo severa hæc interpretatio tendat, eo nempe ut quisque Casuista quamlibet opinionem, fuco probabilitatis illitam, quamquam alioquin laxissimam, evulgare pro libito valeat. Si vetitum foret opinionem aliquam laxam, improbabilem, & morum integritati exitiolam appellare, atque corruptelarum scaturiginem, æque interdictum esset eam dicere falsam. Si enim opinio moralis falsa est: ergo & moribus perniciosa, exitialis, & corruptelarum origo. Audiamus iterum citatum Camargo, „ Itaque, cum constet decreta pontificia, de quibus hic agitur, ad hunc fi- „ nem potissimum dirigi, ut doctrinæ morales christianis moribus perniciosæ elimi- „ nentur, & ab earum praxi oves Christi deterreantur; nemo sibi persuadeat in ea „ peccare, & non pro iis potius pugnare Theologos qui totis viribus connituntur ad „ ea radicitus convellenda ex quibus velut principiis doctrinas eiusmodi suum traxis- „ se virus arbitrantur. Ad hæc, quisquis refellit aliquam opinionem, falsam eam „ simpliciter censet, & dicit. Opinionem vero moralem, humanæ libertati contra „ legem faventem, esse falsam, & noxiam, proinde est; & qui alterum dicit, utrum- „ que affirmat. *Aut igitur benignam opinionem nemini, tamquam falsam, refellere li- „ cebit, aut licebit eam refellere, tamquam doctrinam moribus exitialem.* " (*b*)

VII. Argumentatio isthæc ineluctabilis. Moralis opinio falsa, mortifera animæ est. Qui itaque eam falsam pronuntiat, eamdem venefican, exitialemque animæ, moribusque christianis pestiferam asserat necesse est. Licet primum: ergo & secundum. Quid itaque vociferantur Probabilistæ, criminanturque stilum nostrum, dum opiniones benignas, legem Dei laxantes, & libertati humanæ indulgentes, tamquam perniciosas, exitiales, & corruptelarum scaturigines reiicimus, labefactamus, altiusque lectoribus inculcamus fugiendas esse, atque de medio exterminandas? Sunt hæc moralis falsitatis necessaria consectaria, non arbitrariæ censuræ. Fortius hæc absurda, quæ sensus percellunt, exaggerantur, ut occulta falsitas facilius deprehendatur. Quoniam, ut dixi, argumentatio *ab absurdo* frequentissima est in unaquaque scientia; sed potissimum in morum Theologia, ut sapienter advertit citatus P. Camargo. „ Iniu- „ per nemo iure reprehendat eum qui disputans in sententiam benignam, deduxerit „ ex ea sequelas plurimas, quas *affirmet aut probet longe esse horrendissimas, vel hære- „ ticas etiam, aut blasphemas*, ex quibus ipsam benignam sententiam deducat esse fal- „ sam. Alioqui argumentum ab absurdo (quod aiunt) seu impossibili, quo nullum „ in Theologia frequentius est, oportebit de medio tollere. Nonne & Probabilistæ, „ vel modestissimi, passim de nostra sententia affirmant, & suadere pro viribus ni- „ tuntur, eam divinas leges reddere obiervatu impossibiles, iugum Christi importa- „ bile, sacramenta frustranea, cæli ianuam imperviam, & his similia, quibus nihil „ absurdius sit? Quis vero propterea conqueritur, aut eos reprehensione dignos pro- „ nunt de isto genere argumentandi? *Id, lector, volumus diligenter observes. Nam „ argumenta nostra fere eiusmodi sunt, & quoties in benignam sententiam exclamamus, „ hoc argumenti genere tacite, vel expresse disserimus.* " (*c*)

VIII. Quæ omnia ut luculentius illustrem, germanus istorum verborum: *Quæ inter*

(*a*) *In præf.* §. 11. *pag.* 28.
(*b*) *Loc. cit.*
(*c*) *In præf.* §. 1.



*inter Catholicos hinc inde controvertuntur:* sensus declarandus est. Aio ergo, illas propositiones inter Catholicos in utramque partem disputari, quæ ab universitatibus, a sacris Ordinibus, Scholisque Catholicis aliqua constitutione, aut statuto, vel tacito consensu adoptatæ sunt. Celebres sunt controversiæ quæ iamdudum in Scholis Thomistica, Scotistica, Augustiniana, Moliniana in utramque partem disputantur; censuras in istarum sententiarum aliquam ferre, vetitum in decreto est. Quis vero dixerit, opinionum laxarum portenta, quæ isti, vel illi Casuistæ invexere, sententias dici debere quæ inter Catholicos libere disputantur? Cum hæretici, ceterique christianæ religionis hostes nobis exprobrant innumeras Casuistarum horrendas opiniones, cum evangelica sanctitate omnino pugnantes: quid responsi damus, nisi quod eiusmodi opinationes non Catholicorum, sed privatorum quorumdam Casuistarum commenta sunt? Quid quod neque in istas conterquemus censuras formales; sed illarum falsitatem, horrorem, & perniciem patefacimus?

IX. Verum *ab absurdo* argumentationem instituamus, & cum P. Camargo, *quo tendat rigor iste benignitatis*, tandem videamus. Age porro. Nisi liberum nobis esset clamare, & quasi tubam exaltare vocem nostram contra illas opiniones quæ in dies prodeunt, quid tum? Casuistarum cuique impune evulgare laxiores, & exitiales opiniones liceret, cum ingenti morum, animarumque pernicie. Hæreticorum quisque effingere se catholicum posset, & hac sub larva Ethicen beningnissimam, hominum appetitionibus indulgentem, disseminare in vulgus. Si quis calamum stringeret, aperteque laxitatis deformitatem, & horrorem patefaceret, inclamarent continuo opinationum Auctores: Heus tu, quid censuras, quid convicia, quid notas adversus opiniones, *quæ inter Catholicos hinc inde controvertuntur*, intorques? Tu ne censor legitimus? Nihil adhuc Romana Sedes in has opiniones pronuntiavit; & tu antevertere iudicium istud audes? Et quoniam S. Sedes lento pede, maturoque consilio, ut decet, in eiusmodi controversiis dirimendis, definiendisque incedit, & nonnisi post longa examina, prolixasque preces, severasque inquisitiones iudicium pronuntiat; & sæpe multa & graviora occurrunt negotia quæ tempus protrahunt, celeremque impediunt decisionem; si privatis Doctoribus hoc intermedio tempore silendum, aut clamandum submissa tantum voce, levique brachio pugnandum esset, grassarentur ad animarum exitium mellita opinionum veneficia, mentesque hominum præoccuparent, atque infatuarent. Quid enim ad opiniones laxas convellendas valent lenes, humilesque confutationes, ubi Probabilismus dominatur? Respondet P. Ignatius de Camargo. *Profecto, si de Hispania nostra, ubi Probabilismus dominari videtur, haud fetus movent animos plurimorum disputationes lenes, aut temperatæ, quam tenuis aura spiritus movere montem possit. Rem loquor non incompertam. Unde autem oriatur hæc immobilitas, satis est notum. Nempe populi plausus secutus ad placentem ac indulgentem Probabilismi benignitatem, communis consuetudo, ex illaque procedens indulgendi necessitas, aut certe sustinendi* MULTITUDINIS ODIUM; *numeris sectatorum, & ex illorum coagmentata ingens pro vulgo auctoritas Theologiæ benignæ, vulgaribus insuper ramentis, sobelliisque circa examen ullum probatis ultra modum adauctis? hæc, inquam, omnia, ut alia prætermittam, tantos benignis Theologis animos faciunt, tanta mentes ipsorum fecunditate in benigna sententia firmant, ut Magistri complures, atque ex eorum dictis etiam discipuli, vix non ut fidei dogma, sententiam suam populo venditent, & incredibili confidentia, quidquid contra illam differitur, neque attendendum umquam, neque curandum, sed prorsus abiiciendum, ac exsufflandum decernant* (*a*). Hoc autem Probabilismi fermentum per universam moralis doctrinæ massam serpit. Omnes fere controversiæ per *magis & minus probabile* dirimuntur. Et quoties opinio aliqua, etsi laxissima, paucorum Auctorum præsidio fulcitur, continuo probabilitatis, extrinsecus saltem quæsi-

ix,

(*a*) *Loc. cit.*

tæ, larvam induit: & quia placentia exhibet, multitudinis plausum sibi conciliat. En itaque acuendi stili, & exaltandæ vocis necessitatem. En quam solida sit, & communis pontificii præcepti interpretatio, a gravissimis Theologis data, & ex ipsius causæ visceribus arcessita.

X. Si rationum, & auctoritatum momenta, quæ hactenus adducta sunt, haud sufficiunt; in mentem revoces velim decretum alterius Pontificis ALEXANDRI VII. cuius sub oculos inducere verba operæ pretium existimo. *Sanctissimus D. N. audivit, non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones christianæ disciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquas iterum suscitari, partim noviter prodire, & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere, per quam in rebus ad confessionem pertinentibus modus opinandi irrepsit, alienus omnino ab evangelica simplicitate, sanctorumque Patrum doctrina: & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset christianæ vitæ corruptela.* Si istorum luxuriantium ingeniorum licentiam coercere, si istarum opinionum in dies prodeuntium clades avertere, si errorum corruptelas ad animarum perniciem graffantes labefactare toris lacertis masculoque stilo admiramur; ob hoc ne violati pontificii præcepti fontes erimus? Quinam hic modus opinandi invectus ad animarum exitium? Modum probabilisticum hunc esse, luculentissime demonstravi in Historia Probabilismi (*a*). Quid quod universa Ecclesia Gallicana hunc probabilisticum modum, omnium malorum scaturiginem, & corruptelarum fontem compellat? *Quæ? ergo in praxi eam nobis liceat sequi sententiam quam nec ipsi ut probabiliorem eligendam iudicemus, hoc novum, hoc inauditum, hoc certis & notis Auctoribus posteremo demum sæculo proditum, & ab eisdem pro morum regula positum, repugnat huic effato (Vinc. Lirin. tom. 1. c.) celebrato.* Quod ubique, quod semper, quod omnibus: *nec habere potest christiana regula fœcunditatem. Hoc initium malorum esse, atque omnium ante dictarum corruptelarum caput; hoc in censuris apologiæ Casuistarum ab antecessoribus nostris viris fortibus, ac religiosis censorie notatum* (*b*). Vetitum ne nobis erit, eisdem loquendi formulis uti quas & Alexander Papa VII. & universa Ecclesia Gallicana in suis comitiis congregata, & sancti Ecclesiæ Doctores, ac graviores Theologi adhibent?

XI. Igitur æqui rerum æstimatores in librorum lectione ad hanc respicere regulam debent, quam tradit P. Michael Elizalde. Is perdoctus Iesuita, diuturna eruditus experientia, sapienter admonet, nullum librum tutum esse, si a delatoribus, & lectoribus odio, invidentia, aut præiudiciis occupatis in discrimen adduci contingat. *Solent* (inquit) *opus hoc meticulosissimo examine perscrutari, si quo modo in re, vel in formæ capiant ..... Si quid christiana sinceritate Sanctorum more dicitur, liberius dictum esse, & iniuriosum criminantur ..... Superfluit summorum Doctorum exempla, quorum accusatio rem ipsam reddit nimis manifestam .... vexarunt quippe criminationibus Doctorem etiam in exponendis sacris Scripturis maximum. Adeo nemo tutus esse videtur, si hostis lector accedat* (*c*). Quicumque ergo ceteriorum trutinam alicuius libri suscipit, præmittere leverum animi sui examen debet, ultimoque subire recessus, penitulque sultrare occultissimas amoris, odii, invidentiæ inclinationes, affectus erga unam præ alia scholam, spei, aut timoris, validissimos veritatis hostes. Ab hoc quippe animi censoris examine magnopere pendere iudicium potest, nisi animus a præiudiciis indicatis vacuus sit.

XII. Secundo loco ferio, maturoque consilio doctrina libri in primis expendenda est. Si hæc sana ex omni parte fuerit, stilus, verba, redargutiones, ceteraque omnia in

(*a*) *Tom. I.*
(*b*) *In Convent. Gallican. an.* 1700.
(*c*) *Lib. VIII. quæst.* 1. §. 7. *pag.* 8.



in meliorem sensum sunt interpretanda. Si enim liber apologeticus sit pro saniore morum doctrina, & contra nimium laxas opinationes; illud præ oculis habendum, nempe nihil tam infestum Ecclesiæ sanctæ esse quam doctrinas falsas, moremque relaxativas. E contrario nihil ad decorem Ecclesiæ agi utilius potest quam eiusdem doctrinæ puritatem, morumque integritatem a pravis opinionibus corruptisque doctrinis vindicare. Si huc tendat libri spiritus, laudandus & commendandus est stilus gravis, fortis, ac vehemens. A solis pravarum opinionum Auctoribus, qui proprium gloriolam, vanamque existimationem, Ecclesiæ gloriæ, & dignitati præferunt, reprehenditur acris, & levera oratio, quam necessario postulat opinionum pernicies convellenda. Axioma celebris Iesuitæ P. Ignatii de Camargo prudenti meditatione dignum est: *Quo tendat rigor ipse benignitatis, difficile non est divinare.* Eo scilicet fertur, ut quisque pro ingenio opiniones evulgare libere queat, nemine altius vocem extollente, & fortiter obsistente. Huc pertinent lamentationes illæ adversus stilum validum, fortem, & iuxta opinionum convellendarum laxitatem, acrem, & liberum. Verum de hoc plura infra.

## CAPUT IX.

*Vindicatur stili gravis, & validi adversus corruptas opiniones a P. Alberto de Albertis adornato. Mollioris Ethices patroni, non doctrinam sibi adversam, sed stilum duntaxat incusare solent.*

I. Nihil amarius hodie lugent pii, doctique omnes, quam & flagitiorum usquequaque graffantem luem, & opinionum blandimenta, quibus vitiis ipsis virtutis larva apponitur. Res comperta, & obvia. Contra, nullo tempore altius voces insonuere quam modo adversus *Tutiorismum*, & *Rigorismum*, ac si periculum imminueret gravissimum, ne Christiani ieiuniorum, vigiliarum, & pœnitentiarum severitate oppressi, ciliciis, & flagellis excarnificati, sanguine, & tabe consumpti, vitam sibi truci, & immani rigore eriperent, & veluti Circumcelliones, & Flagellantes ad generis humani perniciem sævirent. Periculi ne istius umbra occurrit? Quid ergo *Tutiorismus*, & *Rigorismus*, obtruditur? An *Laxismus* usquequaque non graffatur? An opinionum corruptelæ ad christianæ disciplinæ exitium non triumphant? An mollioris Ethices patroni, non adversus doctrinas falsas, sed adversus stylum, quo eædem refelluntur, non inclamant, non murmurant? Ille ne sanctæ religionis zelus? Hoc ne redintegrandæ castioris morum Ethices studium, atque sollicitudo?

II. Plura hactenus ipse scripsi contra opinionum laxarum portenta, pluresque expertus sum adversarios. Istorum nemo vel unicam meam sententiam expostulare nimiæ aut severitatis, aut laxitatis ausus fuit: idque me non parum solatur, & recreat. Ad stili formam quod attinet, non ita insipiens sum, ut mihi blandiar a vitiis immunem esse. Fatuus sane essem, si id præsumerem, & cum S. Augustino non confiterer. (*a*) *Ego me longe esse sentio ab illa perfectione de qua scriptum est: Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir* (*b*). Non est ergo quod adversarii satyris nos proscindant; cum ipsi sponte fateamur, nos peccatores esse, & plura vel ignorantes, nolentesque peccasse. At non propterea consequitur, stilo leni, & molli convellendas esse doctrinas falsas.

III. Verum, ne causam propriam agens, amor me fallat, nolo propriis verbis & sententiis adversariorum iniustas refellere acculationes contra stili mei asperitatem. In medium prodeat perdoctus Iesuita, stili adhibendi magister, qui similes passus est cri-

(*a*) *Epist.* xv.
(*b*) *Iacob cap.* 11.

criminationes, quod nimis severe represserit eloquentiæ tum sacræ, tum profanæ corruptores. Si operæ pretium existimavit ille castioris eloquentiæ nitorem acri stilo a meretricio cultu vindicare; quanto magis licitum erit severa oratione lanieris doctrinæ corruptores redarguere? Igitur quas ille adornavit vindictas pro lui stili acrimonia, eadem ego producam ad meam tuendam cauffam longe graviorem, & fortiore stilo vindicandam. Illius verba transcribam, paucis dumtaxat mutatis, & diverso caractere signatis. Hæc itaque scribit doctissimus Iesuita P. ALBERTUS DE ALBERTIS. (*a*)

IV. „ Nonnulli quippe eorum conquerentur fortasse, illique in primis fine dubio „ qui se tam longa a me actione confossos, & jugulatos penitus cernunt, de nimia „ mei stili duritie, & acerbitate. Caulabuntur me nimis fuisse pugnacem, nimis „ atrocem: dolebunt me nimis sæviisse, cruento se nimis laniatu fuisse discerptos „ indignabuntur, mutuisque secum omnino agi oportuisse clamabunt. Bene habet, „ Auditores. Reliptavi equidem, evasi, salvus sum. Verebar enim ne quis e Catonum, Fabriciorumque ordine auste rus senior dicam mihi scriberet, aut e Socratis disciplina, vel e Stoicorum porticu aliquis adductis vir supercilii in ius me vocaret, secumque peragaret. At, cum illo e grege unguentatorum nescio quos, „ mihi subitaros, turbas ciere animadverto, timorem omnem pono: neque sane miror, si qui (*Erbices mollitiem*) tam perdite amant, hanc etiam *luxam indulgentiam* paullo asperiore orattone excipi, coerciique, placatis auribus, ac stomacho „ minime ferunt. Vellent nimirum non solum (*opinionum commentis Moralis evangelicæ integritatem*) pervertere, sed pervertendi quoque licentia atque impunitate „ gaudere; nobis autem suæ illius intemperantiæ stilo vulnerandæ compescendæque „ facultatem prorsus ademptam: vel certe, si non omnem culpent reprehensionem, „ ut quemadmodum ipsi, quum alias reprehendunt, fucum dumtaxat, atque cerussam de capsula promunt; ita vicissim a nobis molli tantum brachio, summave cute perstringerentur, neque contra quicquam, nisi mellitum nescio quid, ac dulciculum, ocinaretur. Sed qui tam multos, & toties fallere susti sunt, iam profecto sua quoque opinione falluntur. Nam quum ipsi tam dura fronte, pudoreque nullo in (*Morali Theologia*) cum tot animarum, reique publicæ detrimento luxuriari (*ut etiam Alexander VII. asserit*) non erubescant, liberæ etiam obiurgationis scalprum atque novaculam experiantur necesse est. In morbo enim gravi, & periculoso sunt, vulgata acuminum, ornatusque superflui tabe infecti sunt, purulenti atque ulcerosi sunt; ideoque, velint nolint, secandi etiam sunt, urendi sunt. Medicamenti vero modum, ferrique aciem, non ægri mollities præscribit, sed morbi gravitas, sanandique consilium exigit, atque in vulnus adigit: meminerintque illud Publianum: *crudelem medicum ab ægro intemperante fieri.* An ego inhumanum Procrustes, aut trucem Cerberum tometo, vel gossipio aggrediar? Cum seta tigride, efferatoque leone rosa dumtaxat, ac papavere munitus, manus conseram? Ad agnatos plane, atque gentiles, si ira desipiam, merito deducendus sim, Auditores. Nam a tanta monstrorum immanitate quis non maius pondus armorum, instructioremque apparatum imperari, secum illico reputat? At quid meorum adversariorum orationibus, atque (*opinionibus*) ut vici, magis monstrosum? Quidni igitur tot eorum monstra, gravissima, & plusquam Herculea clava iure mactaverim? .... Ipsi *opinionum luxuriem*, atque intemperantiam (*in Theologiam moralem*) pergunt intrudere, mordicus tueri ac fovere; & stili increpantis temperationem a me requirunt? Recte. Sed nullus „ increpandi modus temperatior esse potest quam sine ullo modo tam effrenatam „ sen-

(*a*) *In eloquent. Corrupt. Act. par.* v.



„ sensiculorum, atque illecebrarum immoderationem dicendo exagitare. Recidant „ ipsi supervacanea (*commenta, laxas opiniones*) & confestim extra omnem meæ Actionis ictum in tuto consistent, neque ulla amplius meæ obiurgationis particula „ ad eos poterit pertinere. Quin adversariorum quoque posito nomine, datis, iunctisque mecum dextris, arctissimam amicitiæ coibunt societatem. At, dum mea „ in tela ac gladios, intemperantiæ patrocinio impudenter suscepto, sponte incurrunt, quid mei cuspidem stili imprudenter accutant? Quid de novaculæ inclemen„ tia, quam ipsi in vulnus ultro sollicitant, insipienter expostulant? Si vitium nutrire, ac propagare obstinate, præfracteque eis lubet, *vapulent, ut mereantur. Sibi imputent, si cædantur.* “

V. Post alia plurima, quæ in sui acris, & vehementis stili defensionem adducit eloquens, ac perdoctus Iesuita, ad sanctorum Ecclesiæ Patrum stilum appellat. „ Provoco iam ad veteres illos Patres moderationis antesignanos, ut qua censuræ se„ veritate in ipsummet oculorum etiam, vestiumque luxum animadvertendum puta„ rint, edicant. “ Et relatis sanctorum Patrum Basilii, Gregorii, Ambrosii, Cypriani, Augustini severis, atque asperrimis declamationibus contra adulterantes nativi vultus, & vestitus simplicitatem, hoc pacto argumentatur. „ Si igitur tam mitibus Patribus vestium luxum tot verberatæ probris fine ullo probro licuit; si eum alienorum matrimoniorum subsellorem appellare; si impudentiæ additamentum; si complurium vitiorum irritamentum, de vultus adulteriis meditata adulteria castitatis, „ divini impugnationem operis, & veritatis prævaricationem nuncupare: si oculos a „ diabolo infectos impudicarum, & prostitutarum insignia, amentiam, & naturæ „ adulterium dicere; si publicæ meretricis tesseram, si superbiæ vexillum, nidumque „ luxuriæ; si opprobrii spolia; si arma ad pudicas clausasque matronas expugnandas „ facta; si belluas humana effigie obscæna corporum impudentissime detegentes vocare sine ulla immodestiæ nota fas fuit: quidni etiam eadem convicia in (*Theologia christianæ corruptelam*) tot partibus, ac nominibus nocentiorem iactare mihi „ iure licuerit? Mentiar enim, si quid his contumeliis mordacius mihi in adversarios uspiam excidit: aut si tale quid umquam a me dictum offenderitis, actutum „ stilo inducite, delete, eradicate, lacerate. “

VI. Hinc facile colliges quam verum sit quod alter celebris Iesuita P. Famianus Strada scribit. *Dicendi libertatem pene amisit ætas nostra, Scriptorum plerorumque vitio, qui offensionem (Principum) obtendentes, ambitioni suæ, collata in tempora, ac mores culpa, blandiri & assentari sæculum appellant. Ego conscientia submixus mea quam sæpe interrogo, mancipatamque nullius imperio, nec cuiusquam gratia emptam adhuc invenio, rogatus velim, qui meos labores sua cura dignabuntur, ut qualem a me ad scribendum iure postulant animum partium secarum, mediumque, talem ipsi a factionibus liberum afferant ad legendum: nec temere incusetur cibus, si stomacho exceptus ægro, insinceroque coalescat* (*a*). Qui auram popularem captant, qui placere hominibus studunt, nec scribere, nec loqui libere queunt. Silentium *sæculi* prudentiam vocant, & ut rationibus suis consulant, prodere veritatem haudquaquam verentur. Quid quod vel ipse impius Lucianus eos carpit qui minus libere, & sincere rerum eventa, nedum sacrarum legum veritates, scribunt? *Talis mihi sit Historicus, ut nictu careat, & quemadmodum ille Comicus ait*, Ficus ficus, Logonem logonem nominet. *Non odio, neque amicitiæ quidquam tribuens aut miserescens, aut erubescens, aut exorari se facile patiens, æqualis iudex ac benevolus omnibus, eo tamen usque, dum ne alteri plus æquo aliquid tribuat, hospes in libris, ac peregrinus, suis legibus vivens, nullius imperio subiectus, non quid huic aut illi placiturus sit, secum cogitans, sed id quod actum est, exponens.* Si critice adeo exacta & severa scriptis consignanda sunt istius mundi scenæ acta;



(*a*) *Decad.* 1. *Lib. I. in præm.*

qua libertate prodendæ, & manifestandæ sunt veritates æternum duraturæ? Nec enim solus ille proditor est veritatis qui pro veritate mendacium venditat; verum etiam ille qui invicto pectore veritatem pro viribus non propugnat, ut sapienter S. Ioannes Chrysostomus, sive Auctor operis imperfecti testatur. *Non solum ille proditor est veritatis qui transgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur; sed etiam ille qui non libere veritatem pronuntiat, quam libere pronuntiare oportet; aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere convenit, proditor est veritatis* (a).

## CAPUT X.

### *PARADOXA, quæ adversariis opponunt, labefactantur.*

I. PARADOXON I. Stilum vehementem, validum, sale & argutiis pro materiæ diversitate aspersum, cum caritate pugnare, lædere Casuistarum famam & existimationem, theologicam gravitatem dedecere, clamitant benignioris Ethices patroni.

II. Resp. Millies in aliis nostris operibus sophisma istud convulsum est. (b) Qui illud opponunt, se a caussa veritatis deiectos, & pro falsitate pugnare, atque christianæ caritatis notionem ignorare sponte confitentur. Cedo. Verane Christi caritas illa quæ falsitatem comitem habet? Absit. Numquam sine veritate caritas consistit. Quamobrem S. Paulus, sinceram caritatis notionem exhibens, veritatis radiis redimitam depingit: *Eo quod caritatem VERITATIS non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio* (c). Crimini violatæ caritatis nobis vertunt, quod severiore stilo falsas Casuistarum doctrinas refellamus; at læsæ caritatis reos minime arguunt Casuistas, quod veritatis iura perverterint, quod veritatem ludibrio exposuerint, quod in errorum laqueos homines pertraxerint, quod æterni naufragii scopulos paraverint. Bono animo hæc præstitere illi. Non repugno. At numquid malo nos vocem extollimus, ut errandi, & naufragii periculo innocentes subducamus? Quid nocet stili nostri asperitas demortuis Casuistis, & extra invidiæ ictum iam constitutis? Exitialis vero, & funesta est lenitas, & mansuetudo illa quæ in sinu illecebroæ benignitatis dormientes non excitat, sed fovet; non pungit, sed in pravarum consuetudinum luto defixos obdurat. Contra caritatem ne peccat ille qui elata voce clamat, ut incautos abducat a peste contrahenda, ut moneat, ne in perditionis laqueos incidant? Opiniones quas publicis typis Doctores evulgant, universi generis humani iudicio sponte libereque subiiciunt. Ergo contra omnes leges delinquunt, dum aliorum iustas censuras subire recusant. Qui occultos aliorum errores publice carpunt, caritatis legem infringunt. Contra, qui pravas opiniones publici iuris factas, deridendas, execrandasque propinant, caritatis officio erga humanum genus defunguntur? Quid? Acrem tui redargutionem pluris pendis quam divinæ veritatis iacturam? Altius tibi cordi est unius aut alterius Casuistæ minuendæ in re litteraria existimationis periculum, quam timor ne minus æquo ab opinionum pravitate doctrina evangelica vindicetur? Falleris, inquiunt. Afferatur sanior doctrina a vanis commentis; sed stilo leni, mansueto, pacatoque. Aquam cribro colligere, & levi ablutione sordidas dealbare manus contendunt. Demonstratum supra est Patrum auctoritate, & luculentissimis rationum momentis, lenes temperatasque disputationes non plus virium ad commovendos animos, ad opiniones sensibus blandientes, populi plausu, & consuetudinis vi roboratas, labefactandas habere, quam tenuis

(a) *Hom.* xxv. *in Matth.* (b) *Lege Quæres. Appellant. in Præf.* §. 2. 3. & 4. *Item Præf. alla disciplina antica, e moderna &c.*
(c) *II. Thess.* 2.



tenuis auræ flatum ad montem transferendum .... Sed audiant isti blandiloqui iterum Augustinum. *Cum vero terrori utili doctrinæ salutaris adiungitur, ut non solum tenebras erroris lux veritatis expellat, verum etiam malæ consuetudinis vincula vis timoris abrumpat, de multorum salute lætamur .... Non omnis qui parcit, amicus est, nec omnis qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici quam voluntaria oscula inimici. Melius est cum severitate diligere quam lenitate decipere .... Qui phreneticum ligat, & qui letargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat. Quis nos potest amplius amare quam Deus? Et tamen nos non solum docere suaviter, verum etiam salubriter terrere non cessat. Fomentis lenibus, quibus consolatur, sæpe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame Patriarchas etiam pios, & religiosos, populum contumacem pœnis gravioribus agitat* (a).

III. PARADOXON II. Graffari opinionum portenta, dominari scelerum monstra, serpere errores gravissimos, laxatam disciplinam, contemptas leges, lugent docti indoctique, boni & mali. Nonne similes querimoniæ continenter ubique resonant? Et ecce Paradoxon inauditum! Si aliqui foras erumpant, vocem exaltent, si vitiorum torrenti valida opponere impedimenta velint, si pro domo Dei stare, & divina iura tueri studeant, murmura & clamores evulgantur, quod mordaci, & maledico stilo bonam caussam prodant, & in Casuistas immaniter læviant. Quod divinæ veritatis facies decolorata, & meretriciis doctrinarum fucis deformata iaceat, quod sacrum legum depositum prodigatur, & expiletur, nec tantillum misericordes istos commovet; sed silent, obmutescunt, tamquam canes muti latrare minime valentes. Tantum ne Casuistæ laxarum opinionum Auctores, vel oblique occasione asserendæ veritatis lædantur, & omnia sunt salva. O tempora, o mores! Et tamen, cum palam protestamur bona illos fide docuisse quæ sibi probabilia videbantur, illorum famæ & existimationi consultum provisumque abunde esse inficiari nemo iure valet. Tantum valent præiudicatæ sententiæ, & adoptatæ persuasiones.

IV. PARADOXON III. Stilus acer, & mordax, iocis, & argutiis aspersus, irritat, provocat, accendit, nullumque profectum parit. Contra stilus lenis, mansuetus, & blandus neminem vellicat, omnibus arridet, omnium approbationem, & plausum assequitur. Ita ne vero? Quam fatua sit hæc placendi omnibus lectoribus hallucinatio, paucis habeto. Divinus Magister noster Christus IESUS, eiusque Apostoli, & ceteri viri sancti omnes hanc iactatam mansuetudinis & lenitatis artem omnibus placendi penitus ignorarunt. Doctioribus, & prudentioribus Iudaicæ gentis hominibus suam legem denuntiavit Rex mansuetissimus, qui sane eo stili genere usus est quem aptiorem convellendis erroribus, & permovendis auditoribus suis iudicavit. Et tamen Concilium illud Hierosolimitanum mortis reum damnavit. Apostoli, ab ipso divino Magistro edocti, mansuetudinem, benignitatem, & clementiam didicerunt: nihilo secius ob veritatis prædicationem mortem oppetiere omnes, & quidem crudelissimam. Revolvantur sanctorum hominum acta. Nec unus occurret qui ob errorum detestationem, confutationemque gravissimas non sustinuerit persecutiones. Ignorant sane isti eminentiæ mansuetudinis buccinatores hominis naturam, quæ ad malum prona est. Maior hominum pars veritatem fastidit. *A principio mundi* (inquit S. Thomas) *semper fuit pugna inter veritatem & falsitatem.* Edifferant nobis sensum huius axiomatis. *Veritas odium parit.* Quis hominum tam proiectæ frontis, ut cognitæ veritati se bellum indicere iactet? Quis non sibi pudori, & ignominiæ vertit veritatem ipsam infectari? Qua ergo via odium in eamdem homines exhalant? Cum ipsos pudeat illam aperte reiicere; stilum, & modum quo illa proponitur, carpunt, improbant, criminantur. *Sæpe tamen aliud offendit, & aliud opponitur.* Sæpe homines personæ invident quæ veritatem propugnat. Invidentia isthæc oculos excæcat, ne ve-



(a) *Epist.* xlviii.

ritatem videant. Quot optima consilia in nihilum recidunt ob invidiam, odiumque in consultores? Recogitent blandiloqui, & benigni homines oraculum divinum: *Contra malum bonum est, & contra mortem vita; sic & contra virum justum peccator. Ita sic intuere in omnia opera Altissimi. Duo & duo, & unum contra unum* (*a*). Audiant Paulum. *An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem* (*b*). In id utique incumbere debemus singuli, & potissimum dum aut prædicandæ, aut propagnandæ divinæ veritatis, aut imperandi aliis officio fungimur, ut amabiles, mites, temperatos, manisuetosque nos exhibeamus. Cavendum omni studio nobis est ne justæ reprehensionis, & redargutionis ansam præbeamus. Verum, etiam si hæc omnia præstiterimus, non propterea hominum probra, & maledicta evademus. Enim vero *semper & mali* (inquit S. Augustinus) *perfecuti sunt bonos, & boni perfecuti sunt malos: Illi nocendo per injustitiam, illi consulendo per disciplinam. Illi immaniter, illi temperanter. Illi furientes cupiditati, illi caritati ..... Ille enim persequitur sanitatem, ille putredinem* (*c*) corruptarum opinionum.

V. PARADOXON IV. Pacem reciprocam inter Theologos, divinæque legis interpretes servandam esse, opponunt falsæ benignitatis asserores. Ecquid, clamant, christianæ religioni funestius, quam videre illos ipsos qui populo instruendo destinati sunt, perpetuis litibus, turpibus, & criminationibus se se conficere? Bellum litterarium ardet inter eos qui ad concordiam, mutuumque amorem inducere ceteros debent. Conticescant tandem aliquando de sacris rebus lites. Cudatur liber aliquis famoris Theologiæ, qui tuta, & secura regula omnibus sit, ut cælestis pax, & amabilis tranquillitas omnium corda consocier. Hanc pacis hereditatem Christus nobis reliquit. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* (*d*). Hanc commendat S. Paulus Apostolus. *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eadem sententia* (*e*).

VI. Resp. Nihil pacis & concordiæ nomine speciosius. Hoc prætextu non raro se insinuant astuti homines, qui aut adulterare, aut plus æquo delinire Christi doctrinam student. Quare lecto circumspiciendum est, cujus indolis sit pax illa quam isti inculcant. Nam quemadmodum pacem in primis, & frequentissime nobis commendat Christus, ita divinam suam veritatem unicum ejusdem esse vinculum docet. *Veritatem tantum, & pacem diligite* (*f*) Desinant itaque pacis simulacro imperitis sucum facere qui pravarum opinionum illecebris a sincera morum doctrina abducere nos conantur. Optanda quidem nobis, summoque quærenda studio pax est, sed quæ sanæ doctrinæ veritatem, non quæ morum dissolutionem comitem habeat. Qui de rebus sacris tolli controversias, nullaque turbari lite Christianorum societatem contendunt, hi profecto & hominum naturam, & Christi, Sanctorumque exempla se penitus ignorare demonstrant. Contra hanc mendacem pacem, quam cum veritatis dispendio servare isti vellent, calamum acuere, & vocem exaltare Christus jubet. *Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium* (*g*). Quis enarrare increpationes, & supplicia sufficiat quibus in pseudoprophetas animadvertit, quod hac pacis larva deciperent populos? *Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum*

(*a*) *Eccli.* XXXIII.
(*b*) *Ad Galat.* I.
(*c*) *In Psal.* XXXVI.
(*d*) *Ioan.* XIV.
(*e*) *Cor. II. cap.* I.
(*f*) *Zach.* VIII.
(*g*) *Matth.* X.



*suum .... Vident vana, & divinant mendacium .... Deceperunt populum meum dicentes, Pax, & non est pax* (*a*). Hæc perniciosæ pacis simulatio zelum Davidis accendebat. *Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns* (*b*). Amariorem bello hanc fallacem pacem experiebatur Propheta Isaias. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima* (*c*). Singularis pseudoprophetarum nota est illius pacis dulcedo. *Pseudoprophetæ semper dulcia pollicentur*, inquit Hieronymus, semper clamant, *Pax, & pax*. Contra viri sancti adversus hanc pacem pugnandum docent, ne veritas periclitetur. *Melius est ut scandalum oriatur, quam veritas reliquatur*, ait S. Gregorius (*d*). Quam doctrinam inculcant ceteri Patres, potissimum S. Bernardus, & sanctus Thomas, qui hæc scribit. *Sed cum de veritate scandalum oritur, magis est sustinendum scandalum quam veritas relinquatur, ut Gregorius dicit* (*e*).

VII. Pudere fictæ pacis buccinatores deberet, se imitari Achabum, qui sanctum Prophetam Eliam infectatus est, ob hoc scilicet quod Dei cultum, & mandatorum observantiam promovens, similem pacem turbaret. *Tu ne es ille qui conturbas Israel?* (*f*) Sed Dei Vates respondit: *Non ego turbavi Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini* (*g*). Divinæ legis violatores continenter pacem inclamant; ut, nemine obsistente, pacifice, & tranquille explere appetitiones suas, & in vitiis suis conquiescere libertime queant. Quid, reponunt viri nimium pacifici, hæc obtrudis? Numquid nos æque ac tu veritatem non prædicamus inveniendam fore? Sed veritatem, & doctrinam nos inquirimus communem, consuetam, quæ homines non commoveat, quæ non exulceret, quæque humanæ imbecillitati contentanea sit. Ecquis hominum umquam se veritatis olorem declaravit? Omnes immo veritatis, & sanæ doctrinæ propugnatores se jactant. Audite vel ipsum Achabum Prophetam Michæam alloquentem. *Dixit autem Rex ad eum: Iterum atque iterum adjuro te ut non loquaris mihi nisi quod verum est in nomine Domini* (*h*). Quid ad hæc, viri pacifici? Audistis Achabum veritatis desiderio æstuantem? Paruit Propheta; sed, quia veritas, quam manifestavit, haud quadrabat Achabi moribus, idcirco furentius in Prophetam Rex exarsit, iterumque exclamavit: *Numquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?* (*i*) Ecce. Veritatem vel scelesti homines inquirunt, sed veritatem quæ sensus demulceat, secus quæ mores coerceat. Verum est, sanctum est quod volumus, ut inquit Augustinus. Vividior ne desiderari imago potest illorum qui, pacem jactantes, famoris doctrinæ propugnatores deridendos populo exhibere omni dexteritate student? En, inquiunt, novos christianæ Moralis reformatores. En novos Theologiæ instauratores. His ridiculis, & insulsis dictertis odium atque invidiam conflare viris Dei solent nonnulli sub pacis obtentu. Et postea conqueruntur, si nos illorum perniciosa commenta cum sanctissimo Propheta Elia salibus & iocis, iuste ac festive derideamus. *Cumque esset jam meridies, illudebat illis Elias, dicens: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur* (*k*).

VII. Quid quod illi ipsi qui in controversiis de rebus sacris pacem jactant, ob res terrenas levissimi momenti ad arma convolant, & litibus acerbissimis de stillicidio, de tigno, de umbra asini dissident, altercantur? Cum vero de sensu divinæ legis, de evangelicis mandatis, de uno gravissimoque æternæ salutis negotio disputatur, tum pacem, silentium, concordiam obtrudunt, perinde ac si idem effet erroris, aut veritatis viam perambulare. Quam hallucinationem vel ipse M. Tullius detestatur. *An partus ancillæ sit ne in fructu habendus, differetur inter principes civitatis .... hæc, quæ vitam continent omnem, negligentur?* Utinam nemo de rebus sacris prave



(*a*) *Ezech.* XIII. (*b*) *Psal.* LXXII. (*c*) *Cap.* XXXVIII. (*d*) *Hom.* VII. *in Ezech.*
(*e*) *III. Part. quæst.* XLII. *art.* 2. (*f*) *III. Reg.* XVIII. (*g*) *Ibid.* (*h*) *Ibid. cap.* XXII.
(*i*) *Ibid.* (*k*) *Ibid. cap.* XVIII.

sentiret, nullamque perversam opinionem evulgaret. At qui post primi parentis lacrymabilem lapsum, & in tanta hominum cæcitate ac malitia controversias de fidei, morumque integritate sublatas e Republica christiana volunt, ii videant, utrum impietati, superstitioni, & erroribus quibuslibet viam aperiant latissimam. Sed inquiunt, nonne malum summum est videre orbem christianum, infinitis quæstionibus partim inficetis & vanis, partim non de rebus, *sed* de verborum apicibus, de loquendi formulis exagitatum? Videre religiosos viros, aliorum animis sanandis addictos, mutuis se cladibus conficere, iurgiis, & conviciis sese collidere? Malum sane gravissimum istud. Quid hinc? Rejonat mundus armorum strepitu: avaritia, libidines, doli, fraudes, homicidia usquequaque grassantur. Sol ipse alios flagellat, & alios recreat. Auferendus ne propterea Sol, abiicienda arma, extinguendum humanum genus, ut mala omnia tollantur? Nihil tam sanctum, nihil tam iustum, quod aliquorum commentis detorqueri ad pernicium nequeat. Temperandum profecto unicuique est, ne inutilium quæstionum futilitate, ne studio propria amplificandi pomœria, concordia & pax auferatur. At numquid deferendæ summi momenti veritates, ne pax mentita turbetur?

IX. Quæ hactenus perstrinxi, pluribus cuiusque Ecclesiæ christiani sæculi confirmare exemplis possem. Brevitatis studio unum ob oculos ponam, Arianorum nempe pacis prætextu piissimum Imperatorem Constantinum circumvenientium. Versutum istorum iactatæ concordiæ obtentum Cl. Augustinus ORSI, quem hisce diebus summus Pontifex BENEDICTUS XIV. Ecclesiæ catholicæ bono natus sacri Palatii Magistrum instituit, universa urbe Roma plaudente, quod tantæ doctrinæ & probitatis vir ad hanc dignitatem evectus sit, vividis coloribus depingit in sua ecclesiastica Historia, quam ad Ecclesiæ utilitatem, & Italorum præsertim commodum, deceremque scribere feliciter pergit tanta eruditionis copia, & ea eloquentiæ robustiæ vi, ac ubertate, ut scite, opportuneque doctissimus ROTTARIUS paucis, sed significantibus verbis in eiusdem approbationem scripserit, præter plura alia rationum momenta, commendandam, celebrandamque esse historiam hanc *eziandio per la scelta erudizione ecclesiastica, e per la giudiziosa, e savia ampiezza di eloquenza .... Questa eloquenza non è vana, ni ricercata per una pomposa ostentazione di parole, ma necessaria per muovere gli animi di chi legge* ec.

X. Porro eruditissimus Auctor adversus fictæ pacis simulatores hæc scribit. (*a*). *E' stato sempre il più comune artifizio de' Novatori di rappresentare a' Principi le loro pernicisose novità come dispute innocenti, o di poco, o niun momento, nè appartenere al fondo, o alla sostanza della cristiana dottrina; perciò non potersi prendere per sopirle un più savio provvedimento se non d'imporre ad ambe le parti un ossequioso silenzio.* Hac subdola arte, & his technis, subdit celeberrimus Historicus, (*b*) usi sunt præsertim Arianorum

(*a*) *Tom. V. pag.* 31.

(*b*) *Pag.* 181. *& seq.* Gli suggerirono adunque che prima di offerire per mano de' Vescovi un così splendido e grato dono all'Altissimo, facea d'uopo riconciliargli insieme, e bandire tutte le divisioni, essendo la concordia, e la pace il più soave, ed accetto sacrifizio che possa l'uomo presentare al Signore .... Era il debole di Constantino, e la sua, dirò così, dominante passione, volere a qualunque costo la quiete de' popoli, e della Chiesa. Laonde quant'era facile l'insinuarsi nella sua grazia, e guadagnarsi la sua benevolenza ed affezione agl'ipocriti, che non parlavan se non di pace; altrettanto erano sempre in pericolo di perdere la sua stima, ed amicizia, ed incorrere nella sua indignazione quei che volendo una pace ferma, e costante, e fondata nella verità, nella giustizia, e nella sincerità della fede, si opponevano con petto forte a' perversi disegni di coloro che la volevano a spese della



ni ut suas in partes Constantinum Imperatorem ad pacem, concordiamque propensissimum inflecterent. Idque non raro ex sententia illis contigit, non sine ingenti catholicæ religionis detrimento. Qui enim rerum potiuntur, qui in hoc mundi theatro fulgent, qui dignitates tenent, qui divitiis affluunt, præ ceteris pacem diligunt, ut tranquillam vitam agant, bonisque suis quietissime fruantur. Quare callidissimus humani generis hostis turbarum motus, seditionum tumultus, calamitates, amaritudines, angores, & mala innumera, quæ sacra litteraria bella parere valent, incredibili artificio exaggerat. Huc demonis molimina tendunt, ut silentium veritatis propugnatoribus imponatur. Hoc enim obrento, evulgatæ hæreses, invectæ adversus sanam doctrinam opinationes libero passu incedunt, & quaquaversus grassantur. Quot sunt ad proprias opiniones aut fidei, aut morum integritati adversas retractandas parati, ut vera inducatur pax? Fucatam pacem frequenter prædicamus omni bello amariorem, veritatis dispendio, non salsitatis iactura: concordiam vellemus, quæ amplificandis præiudicatis doctrinis nostris, carni & sanguini accommodatis, viam aperiret plenissimam. Et ut simulatæ pacis fautores ad incitas redigam, ab iis percontor. Quid de catholica religione esset, si Apostoli, si sancti Martyres, si Ecclesiæ Doctores calamo posito, & ore clauso, siluissent? Defecerunt ne, aut defuturæ aliquando erunt contra Christi Ecclesiam doctrinæ falsæ, persecutiones, & scandala? Si aiunt, Evangelio contradicunt, & experientiæ manifestæ. Clamat enim Petrus: (*a*) *Vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret; cui resistite fortes in fide.* Clamat Matthæus: (*b*) *Attendite a falsis Prophetis* &c. & rursus: (*c*) *Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri.* Item. (*d*) *Necesse est ut veniant scandala.* Qui sunt qui scandala, & offendicula disseminant? Forte qui errores, qui perniciosas opiniones convellere pro viribus student? Absit, reponit Apostolus; sed qui falsas doctrinas hominum appetitionibus indulgentes evulgant. (*e*) *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidem auditus avertent, ad fabulas autem convertentur.*

XI. Tullius Christianorum Ludovicus Granatensis (sic eum appellat P. Michael Elizalde) laudatum Matthæi oraculum exponens de falsis Prophetis, inquit. (*f*) *Hos autem in Ecclesia non defuturos aperte Paulus in ea concione quam ad seniores Ephesi habuit, his verbis exposuit. Ego scio quod post discessionem meam introibunt &c.* Tria ille distinguit perfectionum genera. *Alia sunt tyrannorum. Alia falsorum fratrum, de quibus queritur Paulus. Alia vero, eademque gravissima, extitit hæreticorum.* Quænam horum frequentior, magisque formidanda? Respondet. *Primum eorum blandiloquentia, & dulces sermones, quibus simplicium corda subvertunt .... Tanto enim potentiores ad fallendum sunt, quanto magis sanctitatis speciem, atque ovium imaginem referunt ....*



la Religione, e con trionfo della empietà. Era alla testa de' primi il perfido Eusebio di Nicomedia, e de' secondi il coraggioso ed invitto Atanasio. Ma il primo era sempre alla Corte di Constantino, e sempre attento a procurarsi l'appoggio de' più favoriti, ed intimi Cortigiani, a non tralasciare verun momento favorevole a' suoi disegni, e ad avvelenare, e riempire contra i suoi nimici di mal talento l'animo del Sovrano. Laddove il secondo, separato per un gran mare della Corte, e affatto alieno dalla prudenza del secolo, e dalle maniere contigianesche, e solo attento al fedele adempimento de' suoi doveri, e sempre disposto a sacrificare per la difesa della verità, e della sana dottrina tutti i suoi interessi, e la sua medesima vita, non aveva, nè si curava di avere altro appoggio, se non quello della divina Provvidenza.

(*a*) *Pet. epist. I. cap.* v. (*b*) *Matth. cap.* VII. (*c*) *Cap.* XXIV. (*d*) *Cap.* XVIII. (*e*) *Paul. II. ad Timoth.* IV. (*f*) *Domin. 7 post Pent. conc.* I.

*Sic etiam venatores tergoribus se ferarum vestiunt, quas illaqueare student. Sic aucupes avicularum, quas captare student; vocem, & cantilationem arte imitantur, quo illas hac simulata vocis imitatione decipiant. Hæc est autem inter omnes Ecclesiæ persecutiones frequentissima.*

XII. Alterutrum ergo. Aut succumbendum falsarum doctrinarum magistris, qui auribus pruriunt, quoique numquam defuturos in Ecclesia Dei Scripturæ sanctæ, Patres, & experientia testantur: aut constanti animo pugnandum. Non primum: ergo secundum, cum militia sit vita hominis super terram. Modus tantummodo servandus in hoc litterario certamine, quemadmodum in corporum pugna, est. Parendum studio summo evangelicæ mihiæ ducibus, moderatoribus, atque superioribus omnibus est. Humili obsequio, & obedientia sincera Romanæ Sedis definitiones, sanctionesque suscipiendæ sunt, & executioni demandandæ, missis captiosis commentis, divertículis, & cavillatoriis interpretamentis. Ne multa. Pacem, & veritatem diligamus, ut cavendum nobis est ne ob fucatæ pacis simulacrum, & tranquillæ vitæ ducendæ amorem, veritatis ad æternam salutem necessariæ iacturam patienter sustineamus.

XIII. PARADOXON V. Aliam stilo nostro censuram inurunt, quod concionatorius sit atque declamatorius, figuris, & amplificationibus respersus. Cuius stili ratio non Theologum, sed Declamatorem, & Concionatorem decet.

XIV. Resp. Papæ! Stilo itaque theologico non scripserunt Prophetæ, nec S. Paulus, nec sancti Patres omnes, qui, sicuti non aliam e suggestu, aliam e cathedra doctrinam tradidere, ita neque diverso stilo illam scriptis consignarunt. Non me latet quod de Oratore scribit M. Tullius, & post ipsum S. Augustinus, tria esse Oratoris munia; nempe *ut doceat, ut delectet, ut flectat* (*a*). *Docere*, inquit Tullius, *debitum est, delectare honorarium, permovere necessarium* (*b*). Et clarius alibi. *Probare necessitatis est, delectare suavitatis, flectere victoriæ* (*c*) Latior, cultiorque Oratorum, & Concionatorum dictio. Reprehendere, increpare, obsecrare Concionatores debent. Pressior est Theologorum stilus, atque exactior; non ita tamen angustus, & aridus, ut numquam artis subsidia persuadendi, delectandi, increpandique sibi assumat.

XV. Verum paradoxon istud labefactare non meis, sed præstantissimi Iesuitæ P. Elizalde verbis iubet. (*d*) „ Licet vero Theologi potissimum sit docere, tamen re-
„ prehensio, persuasio, & motio alienæ non sunt a Theologia morali, ut Apostolo-
„ rum epistolæ doctrinales de moribus, scripta Sanctorum, librique spirituales, &
„ natura demum moralis Theologiæ, quæ est practica, & propter agere, satis com-
„ monstrant.

„ Ut itaque ad concordiam unitatemque huius quasi duplicis fori, & facultatis
„ desiderandam revertar, a principio plane non fuit sic. Neque enim Apostolorum
„ in primis tempore alia ipsi in concionibus dabant; & alii deinde Theologi, ex
„ quorum dictis esset vivendum, supererant; aut alia ipsi, tamquam ministri ser-
„ monum & verbi Dei, annuntiabant; & alia deinde, tamquam Theologi, episto-
„ lis suis, aut verbo edocebant. Neque Martyrum tempore, nec ætate Doctorum
„ fuit ista sacrorum Oratorum, Theologorumque divisio; ut alii quidem Theologi
„ essent; & alii dein verbi Dei annuntiatores, & alia & alia utrique docerent: &
„ Theologorum esset doctrinam tradere; Concionatorum vero *nescio quid aliud*: &
„ hi quidem ex Scripturis, illi autem aliunde differerent, causaque terminarent, at-
„ que ad hoc ex illis appellaretur.

„ Etenim, ut *loquar clare*, atque omnes, si velint, intelligant, nequaquam Au-
„ gustini, Chrysostomi, Ambrosii, Gregorii, ac similes viri Dei, ex alto quidem,
& in

(*a*) *Lib. IV. de doctr. christ. cap.* XII. (*b*) *De optim. gen. orat.* (*c*) *De Orat.*
(*d*) *Part. II. Lib. V. quæst.* VI. §. 6. *pag.* 188.



„ & in templis dicebant; supererant autem dein alii *quasi* Theologi, ad quos ap-
„ pellaretur, & ex quorum Theologia vita instituretur: nulli uspiam hoc genus
„ hominum erant. Neque rursus ipsi summi viri quasi unam facultatem homilias
„ suas, & conciones, sermonesque tradebant; ac deinde, quasi rem prorsus aliam,
„ morum disciplinam, moralemque Theologiam, ex qua viveretur, consignabant;
„ sed conciones, homiliæ, sermones, & Theologia moralis, morum disciplina, &
„ hoc genus omnia unum idemque erant: unde nulli nobis suppetunt eorum libri,
„ alii quasi concionatorii, alii vero prorsus alii, qui Theologici morales vocarentur:
„ & opera etiam illa quæ de concionibus non sunt, talia existunt, quæ ex concio-
„ ne dari possent, eiusdem plane naturæ, unius doctrinæ, ex eisdemque libris com-
„ pacta, atque verbis Dei conserta. At modo utraque ista facultas differt adeo, &
„ distat, ut nullæ vix duæ aliæ discrepent magis. Et Concionatores nihil sibi opus
„ esse doctrina censere videntur, & nescio quid aliud agunt: ac cum Theologia re-
„ liqua prætermittunt etiam, velut minime suam, primam secundæ, & secundam
„ secundæ, quæ de vitiis, & virtutibus in genere, & in specie tam copiose insti-
„ tuunt. Quam plane inconsiderationem Augustinus a cap. XVI. (Lib. IV. de doct.
„ chr.) repellit: & qui potens non est exhortari in doctrina sana, & eos qui con-
„ tradicunt arguere, & falsi dicti convincere, *fallit in Ecclesia Dei Doctoris personam, & munus sine doctrina necessaria suscipit*. Utinam ergo conciones eas habeamus quæ
„ in scholis quoque valeant; utinam Theologiam eam quæ in templis etiam ædifi-
„ cet: utraque ista facultas in unum conspirans se se vicissim iuvet, nec altera dis-
„ sipet quæ altera plantavit, rigavitque. Certe prolixiorem digressionem claudam,
„ atque citra metum dicam, vitam christianam nusquam, vel in templis, vel in fo-
„ ris addiscendam, ubi omnium caput non sit IESUS Christus, & hic crucifi-
„ xus. "

XVI. PARADOXON VI. In hoc quod postremo loco opponunt adversarii, quasi postrema in acie, firmissimum subsidium collocant. Dum nos quorumdam Casuistarum opiniones laxissimas refellimus, &, prout iure merentur, detestandas, atque deridendas obticimus, iocis & salibus aspergimus, ut efficacius ab illarum veneficio lectores amoveamus: clamant continuo, inclamantque, nos non modo Casuistas ipsos, verum etiam sacros, quos professi sunt, Ordines infamare, contemnere, populorumque derisioni exponere. Heinc exquisita arte resumunt: Quid boni agere in populis amplius possumus, si fama & existimatione delecti, exturbatique, tamquam corruptæ Moralis Auctores traducimur? Quid fidei adhibituri nobis sunt homines, si saltæ doctrinæ propugnatores audimus? Ut ego hoc, non recens, sed inveteratum effugium præcluderem, non modo in quolibet opere meo, sed singulis fere paginis, opportunitate data, distinxi Communitatem a privatis Auctoribus, & Auctores ab erroribus. Ubique protestatus sum, me non in personas, sed in errores calamum stringere. Quid plura? Numquam Institutum, quod professi sunt Casuistæ oppugnati, patefeci, ut securius mihi ab invidia caverem. Contra vero sacri Instituti mentionem feci semper, quando eiusdem sapientes & probitate celebres Theologos in veritatis subsidium accivi. Quid quod Casuistarum, quos confutavi, & piam intentionem, & bonam fidem in tuto collocare semper studui? Tandem lectores admonui, privatorum errata non esse in Ordinem regerenda, sæpe illud S. Bernardi usurpans: *Non adversus Ordinem, sed pro Ordine disputare putandus ero. Non Ordinem in hominibus, sed hominum vitia reprehendo. Et quidem diligentibus Ordinem in hac re molestum me fore non timeo. Quinimmo gratum protuldubio accepturi sunt, si persequimur quod & ipsi oderunt. Si quibus vero displicuerit, ipsi se manifestant, quia Ordinem non diligunt, cuius utique corruptionem, & vitia damnari nolunt. Ipsis itaque illud Gregorianum respondeo: Melius est ut scandalum oriatur quam veritas relinquatur* (*a*). Frustra tamen omnia. Tam altas egit in adversariorum animis oppositæ persuasio radices. Sed

non

non advertunt illi hanc arripientes viam, plus detrimenti proprio inferre Ordini quam ceteri hostes omnes. Et ut ad incitas eosdem redigam; alterutrum præstent necesse est. Aut designare Ordinem debent, cuius Scriptores singuli speciali sancti Spiritus privilegio numquam errandi donati sint: quod hominum explodit his verbis magnus P. Augustinus. *Ad quamcumque professionem te converteris, para te pati fictos. Alioquin, si te non paraveris, invenies quod non speraba, & deficies, & perturbaberis* (*b*). Quod alibi repetit. *Non dixi, omnem hominem esse fictum, sed OMNEM Professionem habere fictas personas* (*c*). Aut confiteantur oportet, se turpiter errare, & proprium Ordinem infamiæ labe aspergere, dum in eumdem privatorum aberrationes, invitis etiam superis regerunt; dum cuiuscumque sodalis abhonam opinionem propriam faciunt Instituti; & pro eadem, veluti pro communibus aris, & focis, ad arma conclamant. Ituruntque agmine facto, in laxarum doctrinarum oppugnatores, quibus extremam constant invidiam, & odium ceu detractoribus conciliant. Sed quæso istos cum Augustino, ut maioris pensi habeant Christi veritatem quam aliquorum Casuistarum gloriam, quoties hæc haberi absque iactoris doctrinæ detrimento nequeat. Meminerimus omnes unum nos habere ducem Christum IESUM, pro cuius maiore gloria decertandum est. *Summe enim* (inquit S. Augustinus) *Christiani, non Petriani, non Paulini*, atque adeo non Dominicani, non Franciscani, non Augustiniani, non Moliniani, quoties Christi doctrina periclitatur; sed singuli, proprii Instituti rationibus contemptis, pugnare pro Christi doctrina debemus, & contra fratres nostros errantes, si opus fuerit, calamum acuere. Huc sane collineare conatus meos ego studui. Cuiuscumque Instituti, sive alieni, sive proprii, Probabilistas pro viribus refutavi, nemine reclamante, præter nonnullos præstantissimæ Societatis IESU Scriptores. Hi enim, quæ contra molioris Ethices Probabilistas, & Casuistas dicta a me sunt, in seipsos, immo in ipsam Societatem detorquere, me invito, voluerunt. Nullum non movi lapidem, non declarationibus, non protestationibus peperci, ut huic formidandæ invidiæ me subducerem. Quid quod plurima silui quæ dicenda erant, ut vitarem maledicta, quæ evulgari numquam debuissent? Cum S. Augustino fateri possum, non pauca bona me tacuisse, ut adversariorum iniustas querelas declinarem. *Cæpi non dicere bona* (inquit S. Pater) *cum timeo, ne dicam aliqua mala, & reprehendi consilium meum. Silui enim a bonis, & dolor meus renovatus est. A dolore quippe quodam, quem mihi infixerant calumniatores, & reprehensores, tamquam requieveram in silentio, & cesserat dolor ille, qui factus erat a calumniatoribus; sed, ubi silui a bonis, renovatus est dolor meus. Cæpi plus dolere tacuisse me quæ dicere deberem, quam dolueram dixisse quæ dicere non deberem* (*d*). Verum, etsi hæc omnia præstiterim, non propterea votorum meorum compos factus sum. Porro, ut nihil intentatum relinquam, quo causam meam in tuto, quoad fieri potest, collocem, Reipublicæ litterariæ patefacere obsequium, cultumque meum erga præstantissimam Societatem IESU testimonio perhibendo deliberavi.

## CAPUT XI.

*Sinceritate summa exscribendæ sunt Auctorum sententiæ, libro, & pagina, unde decerptæ sunt indicatis. P. Francisci ZECH hac in re lapsus opportune digressione emendantur.*

I. ALiquorum opinio fuit, silentio prætereunda esse Auctorum, & operum, ex quibus laxæ opiniones confutandæ exscribuntur, nomina, & loca, ad invi-

(*a*) *In Apolog. ad Guillelmum.* (*c*) *In Psal.* XXXVI. *ser.* 1.
(*c*) *In Psal.* XCIX. (*d*) *In Psal.* XXXVIII.



vidiam odiumque declinandum. Verum qui id sibi persuadent, incidunt in Scyllam, vitare cupientes Charibdim. Quandoquidem, si etiam tum cum Auctores, libros, & paginas, unde extractæ propositiones sunt, ego designo, me malæ fidei criminari omni arte student; quas nos evulgarent criminationes, si, his omissis, propositiones promerem in medium? Tunc profecto mea esse fumnia, & pro ingenio ficta commenta, ad invidiam benigno Probabilismo conflandam, buccinarent. Præterquamquod, ubi extant scopuli, ubi errores, ubi pereundi periculum, a quo cavere lectores valeant, admonendi sunt. Exemplis confirmanda res est. Unum, & quidem novissimum ex plurimis in medium adfero.

II. Dum hæc scribo, donatum me video libro, quem aut eiusdem Auctor P. Franciscus *ZECH*, aut aliqui illius collegæ ad me præter expectationem miserunt, veriti illum me non lecturum, nisi dono dedissent. Quam libentissime munus accepi, rogoque illos ut frequenter mihi eiusmodi impertiri munuscula haud dedignentur. Hanc liber, duodecim circiter foliis constans, præfert epigraphen, quam, licet valde prolixam, integram delectibere interest. *Rigor moderatus doctrinæ pontificiæ circa usuras a SS. D. N. BENEDICTO XIV. per Epistolam encyclicam Episcopis Italiæ traditus, ab Ingolstadiensi Academia constanter assertus. Dissertatio I. inauguralis sancti rigoris specimina exhibens, quam cum annexis corollariis, Deo auspice, annuente inclyto Collegio Iuridico in eadem alma & catholica Bavariæ Universitate Ingolstadiensi præside P. Francisco* ZECH *S. I. SS. Theologiæ, & SS. Canonum Doctore, horumque Professore Publico, & Iuris Primario, post confecta rigorosa examina, pro Licentia summos in utroque Iure honores consequendi, publicæ concertationi subiecit Franciscus Iosephus Barth, insignis Ecclesiæ colleg. ad S. Cyriacum Wissenfelgiæ Canon. Capit. I. U. Cand. mense Decembri MDCCXLVII. Ingolstadii typis Ioannis Pauli Schletig Typographi Academ.* Ex concinno nitidoque prospectu ordinem, perspicuitatem, formamque universi ædificii colligas, lector, velim.

III. Si otio abundarem, loqui paucula de hoc titulo vellem. Scisciterer; cur doctrina pontificia, cuius proprietas *veritas* est, *rigoris moderati* nomenclatura insigniatur? Quid præferunt illa *sancti rigoris specimina?* Non amplius inquiritur, vera ne doctrina sit, an falsa; sed an rigida, vel benigna, probabilis, vel improbabilis? Si durus sermo sit, & rigidus; ideo ne falsus? Si benignus, & dulcis; ideo ne verus? Sed allis hæc enucleanda relinquo: & duo tantum quæ contra me in hoc suo opere R. P. *Zech* scribit, prudentum iudicio submitto. Primum est in Præfatione (*a*). *Ut maiori hac in re studium ponam, persuasit ingens tedium quod in perlegendis Tractatibus Concinianis perferendum fuit, in quibus ordo nullus, sed mera confusio misset omnia: eademque iungulis fere paginis repetita, dolenda temporis, & chartarum pernicie, ut nescium, an furia mentis approbator Conciniani Commentarii delectationem legentium præsagiat. Quorumdam libri similes videntur turbido, & ex intimis recessibus agitato vortici, ubi quæ semel arrepta sunt, eadem semper magno impetu revolvuntur, novis solummodo convitiorum spumis CONSPURCATA.* Audistin' Professoris primarii Ingolstadiensis urbanissimam, atque comissimam scribendi formam? Hæ ne benignitatis, & moderationis regulæ, quæ vel in labefactandis ipsis Casuistarum erratis desiderantur? Totus doleo R. P. *Zech* vicem in perlegendis libris meis. Sed quis Reverentiam suam coegit, ut tantum tædii, tantumque stomachi ex *conspurcatis* foliis commovendi periculum subiret? Id me solatur, quod innocens ego a tanto malo fim. Illud Respublica litteraria mirabitur, quod opera mea, indigesta, confusa, hiulca, ad arma provocent tot Collegas suos, & Trivultianos in Gallia, & Bollandistas in Belgio, & Bavaros in Germania, & Longobardos in Italia. Si ego imprudenter, *dolenda temporis, & chartarum pernicie*, libros edo vix eorum contemptione dignos: illi

(*a*) *Pag.* 3.

non advertunt illi hanc arripientes viam, plus detrimenti proprio inferre Ordini quam ceteri hostes omnes. Et ut ad incitas eosdem redigam; alterutrum præstent necesse est. Aut designare Ordinem debent, cuius Scriptores singuli speciali sancti Spiritus privilegio numquam errandi donati sint: quod hominum explodit his verbis magnus P. Augustinus. *Ad quamcumque professionem te converteris, para te pati fictos. Alioquin, si te non paraveris, invenies quod non speraba, & deficies, & perturbaberis* (*b*). Quod alibi repetit. *Non dixi, omnem hominem esse fictum, sed OMNEM Professionem habere fictas personas* (*c*). Aut confiteantur oportet, se turpiter errare, & proprium Ordinem infamiæ labe aspergere, dum in eumdem privatorum aberrationes, invitis etiam superis regerunt; dum cuiuscumque sodalis abhonam opinionem propriam faciunt Instituti; & pro eadem, veluti pro communibus aris, & focis, ad arma conclamant. Ituruntque agmine facto, in laxarum doctrinarum oppugnatores, quibus extremam constant invidiam, & odium ceu detractoribus conciliant. Sed quæso istos cum Augustino, ut maioris pensi habeant Christi veritatem quam aliquorum Casuistarum gloriam, quoties hæc haberi absque iactoris doctrinæ detrimento nequeat. Meminerimus omnes unum nos habere ducem Christum IESUM, pro cuius maiore gloria decertandum est. *Summe enim* (inquit S. Augustinus) *Christiani, non Petriani, non Paulini*, atque adeo non Dominicani, non Franciscani, non Augustiniani, non Moliniani, quoties Christi doctrina periclitatur; sed singuli, proprii Instituti rationibus contemptis, pugnare pro Christi doctrina debemus, & contra fratres nostros errantes, si opus fuerit, calamum acuere. Huc sane collineare conatus meos ego studui. Cuiuscumque Instituti, sive alieni, sive proprii, Probabilistas pro viribus refutavi, nemine reclamante, præter nonnullos præstantissimæ Societatis IESU Scriptores. Hi enim, quæ contra molioris Ethices Probabilistas, & Casuistas dicta a me sunt, in seipsos, immo in ipsam Societatem detorquere, me invito, voluerunt. Nullum non movi lapidem, non declarationibus, non protestationibus peperci, ut huic formidandæ invidiæ me subducerem. Quid quod plurima silui quæ dicenda erant, ut vitarem maledicta, quæ evulgari numquam debuissent? Cum S. Augustino fateri possum, non pauca bona me tacuisse, ut adversariorum iniustas querelas declinarem. *Cæpi non dicere bona* (inquit S. Pater) *cum timeo, ne dicam aliqua mala, & reprehendi consilium meum. Silui enim a bonis, & dolor meus renovatus est. A dolore quippe quodam, quem mihi infixerant calumniatores, & reprehensores, tamquam requieveram in silentio, & cesserat dolor ille, qui factus erat a calumniatoribus; sed, ubi silui a bonis, renovatus est dolor meus. Cæpi plus dolere tacuisse me quæ dicere deberem, quam dolueram dixisse quæ dicere non deberem* (*d*). Verum, etsi hæc omnia præstiterim, non propterea votorum meorum compos factus sum. Porro, ut nihil intentatum relinquam, quo causam meam in tuto, quoad fieri potest, collocem, Reipublicæ litterariæ patefacere obsequium, cultumque meum erga præstantissimam Societatem IESU testimonio perhibendo deliberavi.

## CAPUT XI.

*Sinceritate summa exscribendæ sunt Auctorum sententiæ, libro, & pagina, unde decerptæ sunt indicatis. P. Francisci ZECH hac in re lapsus opportune digressione emendantur.*

I. ALiquorum opinio fuit, silentio prætereunda esse Auctorum, & operum, ex quibus laxæ opiniones confutandæ exscribuntur, nomina, & loca, ad invi-

(*a*) *In Apolog. ad Guillelmum.* (*c*) *In Psal.* XXXVI. *ser.* 1.
(*c*) *In Psal.* XCIX. (*d*) *In Psal.* XXXVIII.



vidiam odiumque declinandum. Verum qui id sibi persuadent, incidunt in Scyllam, vitare cupientes Charibdim. Quandoquidem, si etiam tum cum Auctores, libros, & paginas, unde extractæ propositiones sunt, ego designo, me malæ fidei criminari omni arte student; quas nos evulgarent criminationes, si, his omissis, propositiones promerem in medium? Tunc profecto mea esse fumnia, & pro ingenio ficta commenta, ad invidiam benigno Probabilismo conflandam, buccinarent. Præterquamquod, ubi extant scopuli, ubi errores, ubi pereundi periculum, a quo cavere lectores valeant, admonendi sunt. Exemplis confirmanda res est. Unum, & quidem novissimum ex plurimis in medium adfero.

II. Dum hæc scribo, donatum me video libro, quem aut eiusdem Auctor P. Franciscus *ZECH*, aut aliqui illius collegæ ad me præter expectationem miserunt, veriti illum me non lecturum, nisi dono dedissent. Quam libentissime munus accepi, rogoque illos ut frequenter mihi eiusmodi impertiri munuscula haud dedignentur. Hanc liber, duodecim circiter foliis constans, præfert epigraphen, quam, licet valde prolixam, integram delectibere interest. *Rigor moderatus doctrinæ pontificiæ circa usuras a SS. D. N. BENEDICTO XIV. per Epistolam encyclicam Episcopis Italiæ traditus, ab Ingolstadiensi Academia constanter assertus. Dissertatio I. inauguralis sancti rigoris specimina exhibens, quam cum annexis corollariis, Deo auspice, annuente inclyto Collegio Iuridico in eadem alma & catholica Bavariæ Universitate Ingolstadiensi præside P. Francisco* ZECH *S. I. SS. Theologiæ, & SS. Canonum Doctore, horumque Professore Publico, & Iuris Primario, post confecta rigorosa examina, pro Licentia summos in utroque Iure honores consequendi, publicæ concertationi subiecit Franciscus Iosephus Barth, insignis Ecclesiæ colleg. ad S. Cyriacum Wissenfelgiæ Canon. Capit. I. U. Cand. mense Decembri MDCCXLVII. Ingolstadii typis Ioannis Pauli Schletig Typographi Academ.* Ex concinno nitidoque prospectu ordinem, perspicuitatem, formamque universi ædificii colligas, lector, velim.

III. Si otio abundarem, loqui paucula de hoc titulo vellem. Scisciterer; cur doctrina pontificia, cuius proprietas *veritas* est, *rigoris moderati* nomenclatura insigniatur? Quid præferunt illa *sancti rigoris specimina?* Non amplius inquiritur, vera ne doctrina sit, an falsa; sed an rigida, vel benigna, probabilis, vel improbabilis? Si durus sermo sit, & rigidus; ideo ne falsus? Si benignus, & dulcis; ideo ne verus? Sed allis hæc enucleanda relinquo: & duo tantum quæ contra me in hoc suo opere R. P. *Zech* scribit, prudentum iudicio submitto. Primum est in Præfatione (*a*). *Ut maiori hac in re studium ponam, persuasit ingens tedium quod in perlegendis Tractatibus Concinianis perferendum fuit, in quibus ordo nullus, sed mera confusio misset omnia: eademque iungulis fere paginis repetita, dolenda temporis, & chartarum pernicie, ut nescium, an furia mentis approbator Conciniani Commentarii delectationem legentium præsagiat. Quorumdam libri similes videntur turbido, & ex intimis recessibus agitato vortici, ubi quæ semel arrepta sunt, eadem semper magno impetu revolvuntur, novis solummodo convitiorum spumis CONSPURCATA.* Audistin' Professoris primarii Ingolstadiensis urbanissimam, atque comissimam scribendi formam? Hæ ne benignitatis, & moderationis regulæ, quæ vel in labefactandis ipsis Casuistarum erratis desiderantur? Totus doleo R. P. *Zech* vicem in perlegendis libris meis. Sed quis Reverentiam suam coegit, ut tantum tædii, tantumque stomachi ex *conspurcatis* foliis commovendi periculum subiret? Id me solatur, quod innocens ego a tanto malo fim. Illud Respublica litteraria mirabitur, quod opera mea, indigesta, confusa, hiulca, ad arma provocent tot Collegas suos, & Trivultianos in Gallia, & Bollandistas in Belgio, & Bavaros in Germania, & Longobardos in Italia. Si ego imprudenter, *dolenda temporis, & chartarum pernicie*, libros edo vix eorum contemptione dignos: illi

(*a*) *Pag.* 3.

illi ne sapientes prudentesque, qui gravissimis negotiis distenti, & adolescentum institutioni addicti, pretioso otio abutuntur, ut in male consarcinata opuscula mea turmatim stilum arment?

IV. Sed hæc obiter, & dicis causa. Ut ex libro R. P. *Zech* Professoris primarii Ingolstadiensis colligo, in eamdem doctrinam simbo concedimus. Facessant ergo a nobis diffidia, & datis dextris dulce ineamus amicitiæ fœdus. Perturbata oratio mea est, consulus ordo? Abiiciat perdoctus adversarius libros meos. Huc tendant studia nostra, ut, pulso Probabilismo, & exterminata corrupta Ethice, relplendeat divina veritas, & dominetur immaculata morum doctrina, & tum florebit nos inter pax tranquilla. Nec enim vel tantillum opusculum R. P. *Zech* me commovit; quin non parvam in me excitavit lætitiam, quod viderim a tanto Doctore nec unam in duobus meis Tomis doctrinæ particulam repertam esse severissima illius virga censoria plectendam. Contra ego in eiusdem dissertatione unica deprehendi doctrinam (dolenter dico) valde laxam, &, ut mea præsefert opinio, offendiculi plenam, quam mox illius verbis dabo. In solam meam scribendi rationem impeditam, confusam, &, ut castissima sua dictione utar, *conspurcatam* invehitur, & consuetas declamatiunculas interquet. At amabo, ne mihi subiascatur, si dixero, e re sua fuisse rem hanc alto præterire silentio. Si ea ego qua ille libertate in scribendo uti vellem, evincere possem, totam doctrinam suam in cc. §§. interlecatam, decem §§. expediri commode, & perspicue potuisse. Sed nova Wolfii, & aliorum methodus, quam imitari quadantenus affectavit, fucum illi fortitan fecit. Nulla autem tractandi argumenta theologica, ratio inepsior Wolfiana, ut in libris de iure naturæ & gentium palam faciam. Verum, his quisquiliis missis, quas illi consectantur qui nihil solidi, quod obiectent, habent, ultra pergamus.

V. Surda pertransire aure nequeo gravem, quam commentarii mei Approbatori, P. Magistro *Laurentio BERTI* Augustiniano, viro tot nominibus clarissimo, & tot præclaris operibus de Republica litteraria optime merito, dicam adscribit R. P. ZECH. Ignorat ille, *an seria mente Approbator Conciniani Commentarii delectationem legentium præsagiat*. Mente ergo turbati ipso iudice sunt quotquot ea probant quæ illius non sapiunt palato? Mentis ne præiudiciorum expertis iudicium istud? Sed & hoc prætermitto, ne meritum præbeam responsum.

VI. Alterum quod contra tractatus meos intorquet, habetur in Epistola Dedicatoria ad Eminentissimum, & Serenissimum Dominum Ioannem Theodorum Cardinalem & Episcopum Leodiensem &c. ubi his rationum momentis permovere præstantissimum Mecœnatem conatur ut sui suscipiat clientelam. *Non dedignaberis patrocinium hoc suscipere, ad quod impellit TE elementissimus in scholas patrias animus, ex eo etiam fortius, tum quod INSOLENTIA libri CONCINIANI non parum ladat auctoritatem Serenissimæ Domus TUÆ, qua Ingolstadiensem Academiam insigni liberalitate, & munificentia fundavit*. Dii meliora! Argumentatio istihæc plusquam geometrica est. Cur *insolentia* libri *Conciniani* læsit Eminentissimum Mecœnatem, quem omnes ob præclarissimas illius dotes, & præstantissima merita suspiciunt, colunt, venerantur obsequio summo? Quia Fr. Daniel confutavit R. P. Pichler Professorem Academiæ Ingolstadiensis. Quid heinc? Quid? Læsit necessario Academiam Ingolstadiensem. Et tum? Etiamnum consectarium non renes? Lacessivit meluctabiliter Academiæ Ingolstadiensis Fundatorem munificentissimum. Intellexistin'? O mirificam Professoris & quidem primarii Ingolstadiensis Logicam! Ex ungue leonem. Ad seria. Tantum ne potuit R. P. ZECH malorum suadere religio? Adversus unum Fratrem Danielem, misellum hominulum, tot Scriptorum agmina haud sufficiunt? Supremarum etiam Potestatum dedignationem in ipsum concitant? Hæc in altioris subtelliii adversarium servanda videbantur. Opportune quadrare huic agendi methodo videtur quod scribit S. Ioannes Chrysostomus. *Conferunt se ad*



*ad patrocinium Moysis, sicut homines malam causam habentes confugiunt ad potentes viros, ut, si per iustitiam non possunt, vincant per personam* (*a*). Oro itaque, obtestorque eruditos adversarios, ut abstinere impositerum velint a ciendis turbis, a commovendis Magnatibus adversus me; quæ agendi ratio & desperatæ causæ argumentum est, & honestos litteratos quam maxime dedecet. Sed peto efflagitoque ut calamo, non insidiis rem peragant. Si quid falsi, si quid minus castigati, si quid nimiæ aut laxitatis, aut austeritatis deprehensuri sint in libris meis, non suis, sed meis verbis illud refrant, & quanta valent eloquentiæ vi refellant, labefactent, deridendumque propinent.

VII. Duo ista eruditionis gratia delibavi. Ad id quod caput est, accedo. Imponit mihi eruditus adversarius, me insignem Academiam Ingolstadiensem incredibili audacia diffamare, & totius Orbis terrarum execrationi ac ludibrio exponere, tentasse. Antequam verba quibus R. P. *Zech* hoc narrat, exscribam, præmitto quæ Cl. P. Conradus Tanningus Soc. I. docet. „ Religiosæ quidem virtutis exercitium est „ iniurias patienter, & silentio ferre; idque gloriosum sit in persona privata, cu„ ius contemptus cum damno publico coniunctus non est. At in persona quodam„ modo publica, qualem me sustinere obedientia vult, dum Actis S. S. illustran„ dis, publicandisque iubet operam dare, tolerari eiusmodi contemptus laudabiliter non „ potest, immo potest tam laudabiliter, quam debet necessario arceri, ne Acta Sanctorum „ cogitentur ineptissimis glossematis, & impostoris illustrari a Scriptore cæco (*b*). “ Et mihi profecto, omnia alia cogitanti, obedientia, & quidem suprema iussum fuit ut Catholicorum doctrinam adversus usuras ab erroribus vindicarem. Personam itaque & ego quodammodo publicam sustineo, necessario defendendam, ne obtrectandi ansa detur, me doctrinam catholicam impositoris, & ineptis commentis obscurasse. Nullo itaque modo mihi, sed sibi succensere *P. Zech* debet, quod dormientem excitaverit. Quoniam subdit alter eruditus eiusdem *P.* Tanningi Socius: „ Respon„ debo hanc non esse aggressionem meam, sed iustam defensionem, quæ etiam reis „ denegari non potest. Præterea opponam illi exempla S. Bernardi, S. Thomæ A„ quinatis, S. Bonaventuræ, aliorumque Sanctorum, qui calumniatores catholicos „ strenue redarguerunt .... Attamen amice suadeo illis quorum interest, *ne fuman„ tem nasum ursi teneant*, quod Poeta Bibilitanus cavendum docet. Hæc præmone„ re volui, ne postea serius eos facti pœniteat, & sibi non prædictum quæriten„ tur (*c*). “

VIII. Si vel ipsis fontibus concedenda iusta defensio est, eam ne mihi innocenti denegabit *P. Zech*? Clamabit ne, sicut & ceteri adversarii mei, se iniuste exagitatum, & me pacem turbare, me Cassiis imponere, & sanctam caritatem violare? Antequam vero moderatissimam exhibeo defensionem, duas alias accusationes quibus me *P. Zech* incessit, rescribo propriis eiusdem verbis. *Huius consilii perficiendi novam occasionem præbuit Auctor Italus DANIEL CONCINA .... Vir iste, nescio quo instigante genio, in quinta præcipue alterius operis dissertatione Academiam Ingolstadiensem, quam tamquam firmissimum fidei catholicæ in Germania propugnaculum suspexerunt hucusque pii homines, veluti PESTILENTIÆ CATHEDRAM, e qua horrenda blasphemiæ, & virulenta hæreses docentur, Orbis totius execrationi, & ludibrio exponit. Iniuria atrocitas acriorem quidem castigationem exigere videtur. Hac tamen alteri calamo ac FORO relicta, a cepto consilio non deflectendum &c.* (*d*).

IX. Ut ab ultimis orsa ducam, quodnam FORUM istud, ad quod plectendam iniu-

(*a*) *Apud S. Thom. in Cat. Matth. cap.* XIX.
(*b*) *In Apologia pro Act. SS. contr. P. Sebastianum a S. Paulo pag.* 123. *&* 124.
(*c*) *In Apologia altera pro Agiographis Antverpiensibus in Præf.*
(*d*) *In Præfat. pag.* 2.

iniuriæ atrocitatem remittit P. *Zech?* Ego ad forum, & insignem Universitatem INGOLSTADIENSEM causſam iſtam appello, & paucis eam ago. Si in citata *diſſertatione*, ſive in quolibet opere meo reperiatur ſcriptum, præfatam Academiam eſſe veluti *cathedram peſtilentiæ*, opera mea omnia carnificis manu flammis comburantur. Satin' hæc? Nequaquam. Si vel unicum verbum ex iis quæ adverſarius mihi impingit, occurrat in eadem diſſertatione, eodem plectantur ſupplicio. Quid plura? Si in citata diſſertatione, aliove libro meo quid vel ſimile offendatur, unde P. *Zech* eruere legitime præſtam impoſturam potuerit, eidem libri mei ſubiiciantur pœnæ. Tantum crimen imponit *P. Zech*, nullo adducto documento? Cur verba mea ex citata quinta diſſertatione non reſcripſit? Cur non paginam? Cur non paragraphum? Cur ſaltem caput non indicavit? Cum itaque penitus falſa, & ex mero ingenio conficta ſint omnia quæ in me ſcribit, rogo ipſam inſignem, & revera de Eccleſia catholica optime meritam Ingolſtadienſem Univerſitatem, ut a talionis pœna miſericorditer abſolvat Profeſſorem Inclytæ Univerſitatis primarium. Unum me torquet, R. *P. Zech*, quod Reſpublica litteraria, dum legerit iſtam defenſionem meam, hanc inſtituet argumentationem. Quid? *P. Zech* manifeſtum crimen impoſuit Auctori Italo? Qua doctrina ductus? Num ille forſitan propugnat, licitum eſſe imponere falſum crimen ei quem adverſarium habet? Num forſitan tamquam probabiles defendit ſequentes duas propoſitiones a Ven. Innoc. XI. damnatas? I. *Quidni nonniſi veniale ſit detrahentis auctoritatem magnam ſibi noxiam falſo crimine elidere?* II. *Probabile eſt non peccare mortaliter qui imponit falſum crimen alteri, ut ſuam iuſtitiam, & honorem defendat: & ſe hoc non eſt probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.* Verum nec iſta, tametſi damnata, doctrina ſat eſt. Quandoquidem F. Daniel nec magnæ auctoritatis eſt, nec iuſtitiam, aut honorem læſit Profeſſoris Ingolſtadienſis. Unde ergo anſam ſaltem arripuit *P. Zech* talia ſcribendi? Ecce. Fr. Daniel confutavit opinionem quam P. Pichler, Profeſſor Ingolſtadienſis, contra *communem* Theologorum catholicorum doctrinam, illo ſtante, defendit. Plura abſurda, ut Theologi omnes ſolent, illam conſequi evincit Fr. Daniel. Porro abſurda, quæ vi theologicæ argumentationis deduxit Auctor Italus ex opinione P. Pichler, in Univerſitatem Ingolſtadienſem abſolute prolata definivit *P. Zech*, deceptus fortaſſe exemplis aliorum Fr. Danielis adverſariorum. Siquidem & iſti, ut millies alias diximus, & numquam ſatis dicendum, quæ F. Daniel in laxas opiniones ſcribit, in ipſam Communitatem, in ipſum ſacrum Inſtitutum dicta, & impacta vociferantur. Quæ agendi, & argumentandi ratio quam ſit omni legi adverſa, aliorum eſto iudicium.

X. Secundo loco *P. Zech* me, tamquam pontificiæ Decretalis contemptorem, & conculcatorem, traducit. En illius verba. *Quidquid rigoris eſt in Litteris pontificiis citra uſuras, id omne amplectuntur Profeſſores Ingolſtadienſes. Quidquid moderationis in iiſdem Litteris occurrit, id omne reſpuit, & PROCULCAT Commentator Italus.*

XI. Sapientiſſimus Pontifex Maximus BENEDICTUS XIV. ut catholicam adverſus uſuras doctrinas luculentius exponeret, congregationem inſtituit Purpuratorum Patrum, & Theologorum, in quorum numerum me quoque, licet tanti honoris immeritum, pro ſingulari ſua clementia delegit. Decretalem pontificiam adverſus uſuras editam interpretatus ſum, ipſo ſciente Pontifice ſummo, cui etiam Commentarium meum, doctiſſimorum virorum calculis probatum, dicavi. Heinc præſumere nemo prudens iure poteſt me contemptorem eſſe pontificiæ Decretalis, niſi competentiſſimis teſtimoniis id demonſtret. Quid allegat *P. Zech*, ut evincat me *reticuiſſe* & *proculcaſſe* moderatam Decretalis doctrinam? Nihil prorſus. Sed videamus, quam bella ſit eius cauſſæ partitio. *Quidquid rigoris eſt in Litteris pontificiis, id omne amplectuntur Profeſſores Ingolſtadienſes. Quidquid moderationis eſt, id omne reſpuit, & proculcat Commentator Italus.* Ita ne vero? Rigor quem acceptant Profeſſores Ingolſtadienſes, moderatus ne, an immoderatus? Si ſecundum; immoderatum ergo rigorem



rem Pontifex docet. Si primum; futilis ergo, & inepta diſtinctio Profeſſoris Primarii. Viden' quam feſtiva ſit præfata diviſio?

XII. Ex his omnibus colligat prudens lector neceſſitatem inevitabilem tranſcribendi verba ipſa quibus Auctores ſuas exprimunt opiniones, & deſignandi loca, & paginas unde illæ excerptæ ſunt. Quam regulam ſi obſervaſſet *R. P. Zech*, aliique adverſarii mei, auſi haudquaquam fuiſſent tot incredibilia mihi affingere commenta, evidenter, ut mitiſſime loquar, falſa.

XIII. Pauca alia levioris momenti mihi exprobrat R. P. Zech. *Illud non capio*, inquit, *quid ad rem iſtam pertineat ironia de Probabiliſmo* (*a*). Audiat iuſtam nominati Probabiliſmi cauſſam. P. Pichler leges naturales, & divinas *probabiliter conditionatas* aſſerit, hominumque in ſenore probando arbitrio ſubiectas. *Tò probabiliter* ille reducit in ſcenam, & medio hoc *Probabiliſmo* adverſus Catholicorum communem doctrinam calamum acuit. An non legitima vellicandi Probabiliſmi ratio? Subdit P. Zech. *Nec fautor, nec amicus ſum mitiſſimi Probabiliſmi* (*b*). Gaudeo ſummopere. Sed *Tò mitiſſimi* gaudium tantillum interturbat. Sin *mitiſſimi*, ſeu *benigniſſimi*, erit ne ſaltem *mitis*, *mitioris*, *benigni*, vel *benignioris* Probabiliſmi fautor, & amicus? Hoc patefaciendum ſupereſt. Tertio loco improperat mihi P. *Zech*, quod partium ſtudio adductus eadem ſeveritate non vellicem domeſticorum, ac exterorum opiniones laxas. In medium promit (*c*) Franciſci de Arauxo Ordinis Prædicatorum opinionem, & meo iudicio falſam. Poſt hæc ſubdit: *Zelus reformandæ Theologiæ devoraret FR. DANIELEM, ſi doctrina hæc tradita faiſſet a Doctore Ingolſtadienſi* (*d*). Fr. Daniel ſæpius cum ſuo magiſtro CANO proteſtatus eſt, non modo in ceteris operibus, ſed in ipſo Commentario adverſus ſenora. (*e*). *Propoſitum eſt enim veri reperiendi cauſſa & contra noſtros, & pro alienis etiam dicere, & cum res poſtulet, utroſque, nullius accepta perſona, reprehendere* (*f*). Prædicatorum Ordo unius S. Thomæ doctrinam adoptat, & in cuiuſcumque privati domeſtici, non ſecus ac exteri, errores animadvertit. Quam ad amuſſim regulam iſtam ſervaverim ego, teſtes ſunt libri mei, in quibus ex inſtituto, & quidem levero ſtilo, aliquorum domeſticorum laxas opiniones labefactavi.

IX. Sed quid ultra provehor? Leviora hæc ſunt quam otium noſtrum poſtulent. Quæſo itaque R. P. *Zech*, ut, miſſis contentionibus, ſimultatibus, cenſuriſque in rationem, in ordinem, modumque ſcribendi, unice in doctrinam ſanam propugnandam, collatis mutuo viribus, incumbamus. Huc tendant molimina noſtra. Doctrinam quam de uſura in libro tuo propugnas, omnibus calculis ego probo, iis exceptis quæ adverſus R. P. Euſebium Amort Virum Cl., & de Republica litteraria quam meritiſſimum, mihique amicitiæ fœdere iunctum, iniuſte, & hallucinatione deceptus ſcribis, ut idem præſtantiſſimus Amicus in ſua *Quæſtione Morali*, hoc currenti anno typis edita, palam fecit. Tu proculcaſſe me pontificiæ Decretalis moderatum rigorem aſſeris, ſed nec verbum prodis quo id oſtendas. Sincere rogo ut errores meos, non tuis ſed meis verbis expreſſos, univerſo Orbi patefacias; tum ne decipiantur incauti, tum ut corrigere eoſdem valeam. Quod ut præſtes, exemplo præire mihi lubet, tranſcribendo propoſitionem, quam Reverentia veſtra docet ſub finem libri in corollariis num. 19. *Ut Clerici ex reditibus beneficialibus licite, & valide teſtentur ad cauſſas profanas, efficere poteſt conſuetudo RATIONABILIS: quod autem conſuetudo ita teſtandi, per TOTAM aliquam diœceſim ILLIMITATE vigens, ſit rationabilis difficile eſt.* Propoſitio iſta, ut mea minima præferat opinio, ſalvoque meliori iudicio, Eccleſiæ doctrinæ adverſatur. Rationabilis ergo eſt conſuetudo in Clericis beneficiatis teſtandi ad cauſſas profanas? Undenam rationabilitas hæc orta eſt?

(*a*) *Pag.* 60. (*b*) *Ibidem.* (*c*) *Pag.* 85. (*d*) *Pag.* 87. (*e*) *Pag.* 61.
(*f*) *Lib. II. cap.* III. *de Loc. Theolog.*

est? Ex divinis Scripturis, ex Patribus, ex Conciliis? Consuetudo ista, per *totam* diœcesim *illimitate* vigens, *difficilis* est probationis? Non tamen impossibilis, saltem vi Probabilismi. Quid, si non sit *illimitata?* Tum facilis probationis erit. Quid, si non sit pro tota, sed pro parte diœcesis? Facillime tunc demonstrabitur, nonne? Verum, si pro medietate diœcesis facilis sit probatio, cur non pro tota? Et si pro tota diœcesi, cur non pro universo Orbe? Sed istius propositionis examen ad alium locum remitto. Nunc serio meditandam subjicio *P. Zech* animadversionem piissimi unaque doctissimi Iesuitæ Cardinalis Bellarmini. *Non disputo quæstionem illam, an Prælati sint vere domini reditnum ecclesiasticorum, & an teneantur restituere quæ male expenderunt. Parum enim refert utrum Prælatus damnetur ad inferos, quia peccavit contra iustitiam, an quia peccavit contra caritatem, non bene distribuendo facultates suas. Solum quæro, in quos usus debeat expendere suas ecclesiasticas facultates, ut non mittat vitam æternam* (*a*). Meditetur eruditus Professor, divino saltem caritatis præcepto iuxta communem omnium Catholicorum doctrinam devinctos Beneficiarios esse ad erogandas facultates ecclesiasticas in pios usus. Porro contra hoc divinum caritatis præceptum consuetudo, & quidem *rationabilis*, prævalere potest? Cum ego hanc consuetudinem, non rationabilem, sed perniciosam corruptelam demonstravero, numquid accusaturus me eris, Pater Reverende, quod perillustrem Academiam ingolstadiensem diffamaverim? Si id egeris, cum S. Augustino respondebo. *Si ea in me reprehendenda non sunt, te lædis magis .... Ego autem, si meditavalem correptionem tuam tranquillus accepero, non dolebo si vero infirmitas velut humana mea, etiam cum veraciter arguor, non potest nisi aliquantulum contristari; melior tumor capitis dolet, dum curatur, quam dum ei paritur, & non sanatur. Hoc est enim quod acute vidit qui dixit, utiliores esse plerumque inimicos iurgantes quam amicos obiurgare metuentes. Illi enim, dum rixantur, dicunt aliquando vera, quæ corrigamus; isti autem minorem quam oportet exhibent iustitiæ libertatem, dum amicitiæ timent exasperare dulcedinem* (*b*). Tandem cum S. Hieronymo ad S. Augustinum concludo. *Si culpa est respondisse, queso ut patienter audias: multo maior est provocasse. Sed facessant iusmodi querimoniæ.*

## CAPUT XII.

## AUCTORIS MONITA AD LECTORES.

*Quibus potissimum sanctarum Scripturarum studium inculcatur, & quorumdam Casuistarum lectio dissuadetur.*

I. LEctores omnes cum primis monere summopere mea interest ut in legendis scriptis meis nihil omnino auctoritati meæ deferant, nullumque mei gratia dictum excipiant. Omnia ad sacrarum legum præscriptum expendant, & quæ divinis Scripturis, ac rationi consentanea cognoverint, ea amplectantur; non quia a me dicta, sed quia a Deo imperata. Non exigua est multitudo imperitorum, qui, quæcumque typis edita legunt, clausis oculis, & tranquilla conscientia suscipiunt. Quam hallucinationem, ut veritati inveniendæ perniciosam, reiicit vel ipse

M.

(*a*) *Epist. ad Episcopum Theanensem.*
(*b*) *Epist.* XV.



M. Tullius inquiens: *Obest plerumque iis qui discere volunt, auctoritas eorum qui se docere profitentur: desinunt enim suum iudicium, & id habent ratum quod ab eo quem probant, iudicatum vident.* Quid quod vel ipsa splendidissima Ecclesiæ lumina, doctissimi nempe Ecclesiæ Patres, monuerunt lectores, ne plus fidei suis doctrinis adhiberent quam veritates, & auctoritates Scripturarum evincunt? Unum præ ceteris audiamus Augustinum. *Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum, & laudatorum hominum, velut Scripturas canonicas, habere debemus, ut nobis non liceat, salva honestissima quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, si forte invenerimus quod aliter sentiendum esse videatur, quam veritas habet, divino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum: TALES ego volo esse INTELLECTORES MEORUM* (*a*).

II. Alterum, de quo vos monitos velim lectores omnes, sive domesticos, sive extraneos, sive amicos, sive adversarios, est, ut ubi inveneritis me a veritate aberrasse, & in laxiora, vel æquo rigidiora declinasse, severe corrigatis errores meos, nulla habita sive scholæ, sive domus, sive professionis ratione. Maius est negotium quo de agimus quam ut cum illius periculo his vanis, & tam ridiculariis rationibus quidquam indulgendum sit. Millies hanc repetit admonitionem S. Augustinus. *Cum legis, mi sancte Pauline* (libros meos), *non ita te rapiant quæ per nostram infirmitatem veritas loquitur, ut ea quæ ipse loquor, minus diligenter advertas .... In iis enim si adverteris quæ tibi recte displicebunt, ego ipse consulor; in iis autem quæ .... recte tibi placent in libris meis, ille amandus est, ille prædicandus est, apud quem est fons vitæ, & in cuius lumine videbimus lumen .... In iis vero quæ de veteri fermento eructavi .... multo erit mihi gratior dilectio tua, si ex iis quæ tibi displicuerint, emendaveris me, iustius in misericordia, & arguendo me. Non enim talis es, cuius oleo timeam impinguari caput meum* (*b*).

III. Si tam humili, sinceraque animi demissione locutus est magnus iste Ecclesiæ Pater; quid mihi homuncioni dicendum est? Si iplorum Ecclesiæ Patrum opera diligenter legenda sunt; numquid iuniorum decisionibus, & maxime meis, nullo habito examine, acquiescendum erit? Ad mea scripta quod attinet, non modo superiorum, sed cuiuscumque lectoris iudicio illa submitto. Immo omnes oro ut severe corrigant quidquid corrigendum existimaverint. Quod ut præstent, sacrorum Canonum sententiam in medium profero. *Qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior est eo qui errat: quia non solum errat, sed etiam aliis offendiculo erroris confirmat* (*c*). Exulent vanissimæ illæ lamentationes, quibus non pauci, lædi Auctorum famam, obnubilari Instituti splendorem, violari caritatis iura conclamant; dum iuniorum opiniones, a christiana legum sanctitate nimium deflectentes, acri validoque stilo exagitantur; ac si magis cavendum esset ne acrius refellantur errores, quam vitandum ne animæ, pravis opinionibus deceptæ, æternum pereant. Apage commentum perniciosum. Eo stilo refelli aberrationes meas cupio qui validior, atque potentior iudicatus fuerit ad veritatem manifestandam, ac imprimendam, illuminandasque Christianorum mentes. Si deridenda docuero, derideantur; si plectenda, plectantur; si damnanda, damnentur. Illud etiam altius menti lectorum hæreat velim, me in hoc negotio censoris personam nullo modo sustinere. Absit a me audacia tanta. Sed munus exerceo Theologi, cui omnes ius afferunt confirmandi veras, & refellendi falsas, & laxas doctrinas.

IV. MONITUM tertium, & altius memoriæ commendandum. Ad quemlibet huius christianæ Theologiæ tractatum præmitto propositiones ab Ecclesia damnatas,



(*a*) *Epist.* XCI. *ad Fortunatianum.*
(*b*) *Epist.* XXXII. *ad Paulin.*
(*c*) *Cap.* Qui aliorum XXIV. *quæst.* III.

deinde cenſum texo opinionum quas ego laxas reputo. Me falli potuiſſe in his excerpendis, refutandiſque propoſitionibus in anteceſſum fateor, & inſipientiam, oſcitantiam, ignoratiamque meam aliorum, ſapientum præſertim, correctioni ſponte ſubmitto. Ex libris Moraliſtarum qui magis ſunt obvii, & omnium fere manibus teruntur, illas collegi, cuiuſcumque ſint Inſtituti, ut invidentiæ occaſionem ſubmoverem. Illos qui in bibliothecis a blattis & tineis roduntur, præterii. Si quis iſtorum quoque pulverem excutere operæ pretium exiſtimaverit; illius plaudam labori. Illud tantum peto ne de more aliqui maledicendi animo, & invidentiæ crimini mihi lapſus meos vertant; ſed ignorantiæ, oſcitantiæ, & hebetudinis etiam, ſi velint, me arguant. Teſtor enim coram Deo, & univerſa litteraria Republica me numquam in homines, quorum opiniones falſas pro virili convellere ſtudeo, ſtilum intorquere: multo minus in illorum animum, intentionemve: immo ſinceriſſime teſtor me omnes ſuſpicere, & venerari. Piam ſanctamque fuiſſe illorum intentionem pro certo habeo. Optima, inquiunt illi qui plus iuſto erga Caſuiſtas amore rapiuntur, proteſtatio eſt; ſed eidem minime facta reſpondent. Dicis, eos ſtudio placendi hominibus, amplificandæ ſalutis viæ, indulgendi carni, & ſanguini ſcripſiſſe: iocis, ſalibus, leporibus illorum aſpergis opiniones. Hæc ſunt vetuſta artificia, quæ infra profligabo. Opiniones æquo laxiores profecto hominibus placent, eorumque plauſum, & obſequium ſibi demerentur. Quid inde? Ideo ne Auctores animo aſſentandi, palpandique ſcripſere? Exiſtimarunt illi hac opinionum benignitate obtineri facilius poſſe hominum ſalutem. Pie, ſancteque illos iudicaſſe hanc eſſe viam minus impeditam ad patriam perveniendi, ſentire nos convenit. Hanc illorum piam intentionem ſæpiſſime ego lectoribus inculco. Quod ſi interdum omiſerim, teſtor id oblivioni, & menti alio diſtentæ tribuendum eſſe. Quid quod vix auderem vel ipſorum hæreticorum, nedum Catholicorum, ſecretam intentionem carpere? Divino iudicio animorum ſecreta reſervata ſunt. Amentium loco habeo illos qui qua intentione homines ſcripſerint, perſcrutantur. Intentio, ſive bona, ſive prava, ſolum afficit ſcribentem. Nobis autem minus noxius error non eſt, ſi bona, quam ſi prava intentione ſuadeatur. S. Auguſtinum audiamus: *Illi maledicunt, & dicunt bona noſtra, ſed malo animo; ſic multi mala noſtra bono animo .... Quomodo ille bona tua dicebat maledicens, ſic iſte mala tua benedicens; ſed utrumque genus hoſtis fuge, utrumque cave. Ille favit, iſte blanditur* (*a*).

V. Animis tandem adeſte omnes lectores qui divinæ legis zelo flagratis. Spectata humanæ naturæ infirmitate, fieri vix poteſt quin in alterutrum extremum aut mollioris, aut acerbioris ſtili impingatur: aut minus quam oportet, vox exaltetur, ad chriſtianam doctrinam vindicandam, aut plus quam oportet, calamus acuatur ad eiuſdem corruptores redarguendos. Quodnam duorum fere inevitabilium malorum magis pertimeſcendum? Quodnam magis cavendum? Altius ne tibi cordi eſt unius aut alterius Caſuiſtæ minuendæ in re litteraria famæ periculum, quam timor ne minus æquo ab opinionum pravitate divina veritas aſſeratur? Reſonant murmura & maledicta contra invictos ſanctoris doctrinæ vindices; & omnium fere ora obmuteſcunt adverſus laxioris Ethices patronos. Quod ſacrum diſciplinæ depoſitum expiletur, & prodigatur; quod divinæ Moralis facies meretriciis fucis fœdetur; quod illecebrarum, & errorum ſubigine adulterata ſqualleat, vix aliquos ita commovet, accenditque, ut in publicum erumpant, ut libera fronte intercedant. Tantum ne Caſuiſtæ vel oblique vellicentur, vel ſevere refellantur, & omnia ſunt ſalva. O tempora! o mores! Clamat tamen Auguſtinus. *Numquam erravi tutius exiſtimo quam tum in amore nimio veritatis, & reiectione ultima falſitatis erratur* (*b*).

VI. MONITUM quod ultimo loco lectoribus meis ſerio perpendendum exhibeo, ſan-

(*a*) *Epiſt.* xlviii.
(*b*) *Lib. I. de Mend. cap.* ii.



ſanctarum Scripturarum lectionem ſpectat. De graviſſimo quo obſtringuntur debito animarum Paſtores, morumque Magiſtri, & Theologi divinis ſtudendi Scripturis, fuſior, Deo dante, in *Tom. I. Apparatus ad chriſtianam Theologiam* mihi ſermo erit: Paucis nunc debitum iſtud perſtringo, atque ſuadeo. Sancti Eccleſiæ Patres divinas Scripturas nobis a Deo miſſas vocant. *Non creditis* (inquit (*a*) Chryſoſtomus), *quia quæ dicuntur, a Deo ſunt? Epiſtolæ iſtæ ſunt a Deo miſſæ.* Hoc idem docet S. Auguſtinus. *De illa civitate, unde peregrinamur, litteræ nobis venerunt. Ipſæ ſunt Scripturæ, quæ nos hortantur, ut bene vivamus. Quid dicam venille litteras? Ipſe Rex deſcendit* (*b*). Si Rex ad civitatem, ad provinciam epiſtolam mitteret in qua regulæ in contractibus, in teſtamentis, in hereditatibus, in commerciis, in tributis ſervandæ præſcriberentur; quis mercatorum, quis divitum, quis eorum omnium quorum intereſſet, regiæ epiſtolæ lectionem, & quidem attentam negligeret? Quis ſolis quibuſdam interpretibus fidem adhiberet? Et ii qui morum magiſtri, qui animarum Paſtores, & iudices inſtituti ſunt, Dei epiſtolas, ad quarum amuſſim ferenda iudicia, coercendi mores, curandi animorum morbi ſunt, legere, meditari, perſcrutari omittent? Aptus ne ludi magiſter haberetur ille qui artis, & profeſſionis ſuæ ignoraret libros? Er ii qui Dei librum, qui Dei epiſtolas ad nos miſſas ignorant, opportuni animarum iudices ſedebunt? Vocatus olim in iudicium Hieronymus, rogatuſque quis eſſet; cum ſe Chriſtianum eſſe reſpondiſſet, audivit: *Mentiris:* non enim Chriſtianus, ſed Ciceronianus es: quia Ciceronis, non Dei libris delectaris. Cedo. Si Romani, ſi Corinthii, ſi Epheſii, ſi ceteri ad quos Paulus epiſtolas ſcripſit, eaſdem legere neglexiſſent, immunes ne a gravi crimine fuiſſent? Si quid per ignorantiam contra eas peccaſſent, innocens ne illorum fuiſſet ignorantia, & non craſſa, & temeraria? Porro epiſtolæ illæ non ad Romanos, non ad Corinthios, non ad Galatas, non ad Epheſios ſolum, ſed ad nos quoque, & ad omnes qui ſub Chriſti nomine militant, ſcriptæ ſunt. Qua erga ratione a gravi crimine liberi erunt magiſtri morum, ſi iſtarum lectionem, & quidem ſedulam neglexerint? Nec eſt quod obtrudas, te Moraliſtas legere, qui Evangelio, qui Scripturis divinis ſtuduerunt. Quoniam divinum iudicium iuxta, non Caſuiſtarum, ſed Scripturarum ſanctarum præſcripta ferendum eſt. Quantam navarint operam Caſuiſtæ plurimi Scripturarum ſtudio, eorumdem volumina patefaciunt. Nos conformare vitam noſtram ad Dei voluntatem aſtringimur. Hanc autem voluntatem ſuam Deus epiſtolis ſuis nobis manifeſtavit. Qui vero fieri poteſt ut illius ſciamus voluntatem, ſi eiuſdem epiſtolas ignoremus? At, inquis, ſublimia Scripturarum ſenſa captum meum ſuperant. Ita ne vero? Imprudens ergo Paulus, quod ad Romanos, ad Corinthios, ad ceteros, atque adeo ad nos omnes epiſtolas dederit obſcuras, impeditas, arcanas, & a communi intelligentia alienas? Verum clamat ille: *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt* (*c*). Et iterum: *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad erudiendum in iuſtitia* (*d*). Plura utique ſunt in Scripturis ſanctis myſteria, plura arcana, quorum notitiam non ab omnibus Deus poſcit. Sed ea quæ ad erudiendos nos tum in fidei articulis, tum in morum ſanctitate pertinent, magis obvia, luculenta, & perſpicua ſunt quam Probabiliſtarum ſubtiliſſima, & impediſſima commenta. Quis, quæſo, ſe ineptum fatebitur ad intelligendos libros Proverbiorum, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, in quibus pro moribus imbuendis, & pro vitæ regimine tot & tam pervia, & ſaluberrima documenta occurrunt? Mentis tuæ aciem fugiunt ne Chriſti Evangelia tot ſimilitudinibus ad humanum captum



(*a*) *Hom.* iii. *in Epiſt. ad Theſſal.*
(*b*) *In Pſal.* xc.
(*c*) *Ad Rom.* xv.
(*d*) II. *ad Timoth.* iii.

aptiſſimis aſperſa? Quid de Prophetarum inſtructionibus; quid de hiſtoricis libris dicam? Profecto ſi aſſequi quæ ad inſtructionem animæ tuæ in his libris docentur, nequis, neque Caſuiſtarum ſophiſticas diſputationes comprehendes. At in Scripturis divinis, & SS. Doctoribus non reperiuntur caſuum deciſiones, quæ ſunt in iuniorum libris. Verum habet. Sed neque occurrunt in illdem errores qui contra fidem inveſti ſunt. Ergo in Scripturis, Patribus, & Conciliis non ſunt omnia ad fidem neceſſaria? Non ſunt in Scripturis, Patribus, & Conciliis commenta, quæ plures Caſuiſtæ excogitarunt ad mores laxandos: concedo. Non ſunt ea omnia quæ ad mores formandos requiruntur: nego. An caruit tot ſæculis Eccleſia Chriſti doctrina neceſſaria ad ſalutem? An ante Probabiliſmum invectum cæcutiebant morum magiſtri, & chriſtianus populus? Timendum potius adveniſſe quod minatur Paulus: *Veniet enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros pruricntes auribus.* Timendum ne gemamus ſub terribili funeſtoque ſupplicio quod Deus minatur per Prophetam Amos. *Mittam famem in terram: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini. Et commovebuntur a mari uſque ad mare, & ab Aquilone uſque ad Orientem: circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient* (*a*). Sed inventent verbum hominum, verbum blandiens, & pruriens auribus. Verum de his omnibus pro dignitate *lec. cit.* Omnia iuniorum opera moralia non improbo; ſed illos volvendos, revolvendoſque libros præ ceteris aſſero ex quorum lectione quiſque ſe ſentit ad pietatem, ad virtutis iter capeſſendum excitari, & ſtimulari. Unum de me ipſo pateſacere minime erubeſco, numquam videlicet me ex illorum Caſuiſtarum qui, Patribus, & Scripturis neglectis, omnia in diſputationem vocant, & ſophiſticis diſtinctiunculis omnia definiunt, lectione, interiore pietatis ſenſu tactum, divinæque flammæ ardore ſuccenſum ſenſiſſe. Aridam ſemper, & ſterilem talium expertus ſum lectionem. Id infirmitati, & malitiæ meæ tribuendum erit; tamen adfirmare diſerte poſſum, plurimos viros & doctrina, & probitate præſtantiſſimos mihi faſſos eſſe non meliorem ſe profectum ex eiuſmodi librorum lectione collegiſſe.

VII. Quid ergo de tanta moralium voluminum multitudine agendum? Si quod ipſe ſentio, tibi pateſacerem, ingentem mihi conflarem invidiam. Adeo inveteraverunt præiudicatæ opiniones, ut manifeſtæ veritati vix locus pateat. Dignam tamen pro me reſponſionem præbebit ſæpius citatus, & numquam ſine laudis præfatione citandus P. Michael ELIZALDE doctiſſimus Ieſuita. Hæc autem ille ad tuum quæſitum reponit. „ Hæc ſit noſtra breviſſima, & æquiſſima ſane reſponſio: cum his „ ſcilicet libris id faciendum eſſe quod per ipſos, eorumque Auctores cum ſanctis Pa„ tribus, Doctoribuſque Eccleſiæ factum eſt: quod item factum eſt cum Prophetis, „ cum Evangelio, cum Apoſtolis: & ſicut hi omnes pene derelicti ſunt, tantiſper „ illi derelinquantur, & in uſum praximque doctrina ſacra, Sanctorumque reſtituatur: atque ſic eis vicem iuſtiſſime rependimus.

„ Nimium hoc loco offendi, commoverique iure, vel iniuria multi poſſunt, „ iure non poſſunt. Iacuit diu Auguſtinus in foro conſcientiarum regendarum. „ Quis, quæſo, ab inſtitutis chriſtianis tam longe poſitus eſt, qui non conſultius „ arbitretur ut tantumdem ſaltem iaceat DIANA, & ad forum eius loco redeat „ AUGUSTINUS? Si vel AMBROSIUM, vel CARAMUELEM vivere oportet, cuis non AMBROSIUM præhabeat? Si populi vel ex CHRYSOSTOMO, „ & GREGORIO, vel ex TAMBURINO, & ESCOBARIO regendi ſint; ſi vita fidelibus ex alterutris inſtituenda: quis eos non præferat quos Doctores vitæ „ noſtræ Eccleſia ſancta mater, & magiſtra noſtra nobis porrexit? *Hæc clara ſunt.* „ *&*

(*a*) *Cap.* VIII.



„ *& nulli iniuriam feeimus, & ſi perſecutionem propter iuſtitiam patiemur, beati a Do„ mino habebimur.*

„ Sed dicis, utroſque ſimul vivere, regnareque poſſe. Reſpondeo. Primo, oracu„ lo pontificio (Alex VII.) ſæpius commemorato conſtat nobis, *quibus* (N. B.) „ *Sedes apoſtolica in ſuo loco eſt*, irrepſiſſe modum de rebus conſcientiæ opinandi a„ minimo alienum a ſimplicitate evangelica, & doctrina ſanctorum Patrum. Hic porro „ modus, & hæ opiniones *alicubi ſane ſunt, & in libris aliquibus ſunt.* Hi ergo li„ bri cum Evangelio, & doctrina Sanctorum ſimul vivere, regnareque non poſ„ ſunt. *Si qui vero erunt qui oraculo pontificio pro ſe loca maxime faciant*, (N. B.) *con„ tra ſe vero nihil pendant; hos ſane bonum non eſt.* Secundo ex conſtitutis hoc ope„ re .... conſtat, doctrinam ſacram, & Sanctorum conciliari non poſſe cum opi„ nionibus multorum, non modo in particulis quibuſdam, & quaſi concluſionibus, „ ſed nec in ipſis quidem principiis univerſalibus philoſophandi. Utrique ergo ſimul „ vivere, & regnare nequeunt. Tertio apertis multis libris Moraliſtarum notorie „ conſtat pene nullum ullum in eis eſſe doctrinæ ſacræ, & Sanctorum. Tantumdem „ ergo cum ipſis tantiſper fiat. Quarto hi libri contrarietate, & contradictione ple„ ni ſunt: ex quo profunde dimidia ſaltem pars falſa ſit. Sed nulla falſitas cum ſa„ cra doctrina, & rara, vel nulla cum doctrina ſanctorum Patrum de fide, & mo„ ribus conciliari poteſt. Hi igitur libri, quamdiu ſaltem falſa hæc omnia expun„ gantur, una cum doctrina Scripturarum, Sanctorumque vivere non poſſunt.

„ Dices iterum, in libro Dei, & doctrina Sanctorum deeſſe doctrinam neceſſariam „ ſalutis ad regendos populos, dirigendas conſcientias. Verum oſtenſum eſt hanc do„ ctrinam numquam magis quam fidem in Eccleſia defuiſſe, *& monſtrum moſtrorum „ eſſe, ſi exiſtimet* ſe nunc veniſſe ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius. Ad hoc „ quippe ille venit qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; „ qui Eccleſiam ædificavit, firmamentum, & columnam veritatis; cuique depoſitum „ cuſtodiendum credidit, quod haud dubie illa ſervavit. Non hic doctrina, ſed con„ ſideratione, & minimo ſaltem gradu humilitatis opus eſt. Illud itaque faciendum „ incunctanter aſſerimus cum his libris quod cum libris ſanctis Dei, & Sanctorum „ per eos factum eſt, ut hi vivant, & regnent: & ad opinatores illud Apoſtoli di„ cere poſſunt: *Iam ſine nobis regnatis: utinam regnetis, ut & nos vobiſcum regne„ mus.* Utinam, inquam, regnetis, qui ſcilicet una cum illis regnare poſſunt. Si„ minus, ſi alterutri exulare deberent, quemque Chriſtianum iudicem compello, „ quos iudicet regnare oportere (*a*).

IX. Quæ hic paucis perſtrinxit vir Dei, & piiſſimus IESU Chriſti ſervus fuſo calamo in pluribus ſui operis locis evidentiſſime demonſtrat. Quamquam, ut ipſe advertit, non demonſtratione hæc egent, ſed humili meditatione, atque conſideratione. Revolve plura Probabiliſtarum volumina. Vix ex millenis quæſtionibus una occurret quæ in utramque non diſputetur partem: & tam affirmativa, quam negativa de eodem ſalutis æternæ puncto, ſua fruitur probabilitate, & quæ tibi magis arridet, tibi ſeligenda paſſim proponitur. Hoc autem quid aliud eſt, niſi tibi æque venenum, ac antidotum porrigere; æque per viam veritatis, ac viam erroris indiſcriminatim deducere? Via autem erroris (quæ natura in orcum detrudit, non in cælum ducit. Sed ut luculentius, quam ſit prudens, quamque neceſſarium conſilium ſapientiſſimi ELIZALDE, deprehendas, ſcias oportet, non modo Probabiliſtarum plurimos Dei epiſtolas ad nos miſſas, ſeu divinas Scripturas, earumque veros interpretes SS. Eccleſiæ Patres negligere; ſed, quod longe pejus eſt, vaniſſimis interpretamentis illorum ſententias deludere. In cuius rei confirmationem unum & alterum examplum in medium adfero. P. Thomas Tamburinus liberat a gravi culpa filios

*Conc. Theol.* Tom. I. e 3 qui,

(*a*) III, *Parte Lib.* VIII. *quæſt.* VIII. §. 8. *pag.* 150.

qui, inconsultis parentibus, nubunt etiam indignis. Ad divinas Scripturas, ad Patres oppositum docentes quid responsi præbet? Audi. *Si statuit EVARISTUS Papa ut pro nupta nequaquam haberetur puella quam pater ipsa non desponsat; si LEO Pontifex, si AMBROSIUS aiunt non esse virginalis pudoris maritum eligere; sed iudicium parentum expectandum; si in SACRIS LITTERIS patentibus traditur hoc munus Sap.* VII. Da filiam tuam viro prudenti; *si S. Paulus I. Cor.* V. *EXPRESSE docet a parentibus tradendas esse filias nuptiis; si multa sacrarum litterarum exempla, quæ effert Bellarminus, id MANIFESTE demonstrant: RESPONDE cum Sanchez, hæc, & similia probare quidem esse valde honestum eiusmodi consilium a patre tenuitate, dirum peccati mortalis necessitatem non probare (a).* Mirifica vis istius *Respondе cum Sanchez.* Si Bellarminus, qui solus præstat mille Sanchezijs, oppositum doceat, ut reapse docet; si universa antiquitas reclamet; tu respondе cum *Sanchez*. Sed ex isto Sanchez alterum promamus exemplum. Sacrosanctis Conciliis, quæ obligationem memoriter discendi *Patet*, *Ave*, *Symbolum* declarant, respondet. *Etsi verba CONCILIORUM rigide videantur loqui, & sub mortali obligare; at consuetudo iam expositi, obligationem hanc tanti momenti non esse, ut culpam venialem excedat illius transgressio (b).* Audistin' supremos Scripturarum, Patrum, & Conciliorum censores? Consuetudo, non corrupta ea est quæ, reclamantibus Conciliis, Christianos a gravissimo debito solvit addiscendi articulos in symbolo contentos, ipsumque *Patet*, & *Ave*? Sed huic monito finem imponat doctissimus, atque morum probitate perinsignis Ioannes Mabillonius inclyti Benedictini Ordinis splendor, & ornamentum. *(c) Pernicioſior ſcholaſtica facultatis uſus, multiplicatis fuit Doctorum Theologia moralis .... Tunc itaque moralis doctrina purius ac ſincerius expendebatur, nec tot tantiſque dubiis metaphyſicis, ut nunc, erat obnoxia. Verum ex eo tempore ad tot ſpeculationes devenitum eſt, ut ex nimio ac immoderato ratiocinandi acumine, nonnunquam vel ipſa ratio lædatur. Quinimmo non ſine animi noſtri mœrore compertum eſt, Ethicorum Ethicen, quorundam Theologorum Summis aliquando fuiſſe pudori .... Tantum igitur abeſt ut iſtorum Summiſtarum ſtudium ad chriſtianæ Philoſophiæ conſectionem quodammodo dirigat, quod potius ex libris ipſis legendis facultate non modicum ſequatur detrimentum. Quare niſi utiles a noxiis ſedulo ſecernantur, periculum imminet ſpirituali ruinæ. Fructus longe maior ex Ciceronis de officiis lectione hauritur, quam nonnullorum Summiſtarum, qui præter amplam doctrinarum, ac ratiocinorum farraginem, nihil aliud ſæpe ſæpius ingerunt, præter quam moleſtas legentibus tricas, unde difficillime ſubinde emerguntur. Numquid rectior norma ad Probabilitatem attinens in iſtorum Summis apparet, ex Tullii præfati, in qua præſcribit, ab iis univerſim nobis cavendum eſſe quæ licita nec ne ſint, quodammodo dubitamus.* Quocirca bene præcipiunt (*inquit*) qui vetant quidquam agere quod dubites, æquum ſit, an iniquum. ÆQUITAS enim lucet ipſa per ſe; dubitatio autem cogitationem ſignificat iniuriæ. *Quot conſcientiæ caſus, inquit egregius Scholaſter, ex iſto ſolum principio liquido reſolverentur, ſi Chriſtifideles hoc ipſum ferio vellent animadvertere?* At M. Tullio reſpondent Probabiliſtæ, deponendam eſſe dubitationem, & medio iudicio reflexo eligendam opinionem minus veram, minus probabilem, magisque libertati humanæ accommodatam, in conſpectu etiam probabilioris, & verisimilioris.

X. Sub hoc præfandi fine omnes rogo, obteſſorque, ut tota mentis indagine recogitent cauſſam quam oramus, non eſſe contentionis, ſed pietatis, non curioſitatis, ſed doloris, non ingenii, ſed caritatis. Religionis, & æternitatis negotium, non ad alios, non ad amicos, non ad Inſtitutum, non ad adverſarios, ſed ad nos, ſed ad quemque noſtrum pertinet. Paulum ſanctum audite: *Regamus autem vos, fratres, ut .... veſtrum negotium agatis (d).* Quid eſt, viri fratres, quod in expendendis noſtræ

(a) *Lib. V. in Decal. cap.* II. §. 3. *num.* 6. (b) *Lib. II. in Decal. cap.* III. *num.* 19.
(c) *De ſtudiis monaſtic. Part. II. cap.* VII. (d) *Theſſal. cap.* IV.



ſtræ æternæ aut felicitatis, aut calamitatis controverſiis partium, factionumque ſtudio indulgeamus? Quid eſt quod in hac noſtra ſumma, & unica cauſſa, ſi eam implicari tricis, adulterari ſucis, depravari opinionum præſtigiis videamus, ſilendum, aut ſubmiſſa tantum voce loquendum nobis ſit? Si locum habere quandoque debeat divinum illud oraculum, *Iraſcimini, & nolite peccare*; an ne opportunius exequendum quam pro noſtra propugnanda æternitatis cauſſa? Si a me ergo in hac perorandum cauſſa quid liberius, ſi quid acrius, ſi quid aſperius, ſi quid vehementius dictum fuerit; parcite, quæſo, pio dolori, parcite piis lacrymis, iuſtæ iracundiæ parcite, chriſtianæ caritatis ſervori indulgete, tantumque venia, & clementiæ ſcribendi libertati, atque ſinceritati concedite, quantum pietati, iuſtitiæ, religioni, atque æternitatis cauſſæ concedendum, ſanctæ, iuſteque exiſtimatis, ut inquit in leviori, immo leviſſima cauſſa M. Tullius. *Atque ego ſit ſtatuo, iudices, a me in hac cauſa, atque hoc extremo dicendi loco, pietatis potius quam defenſionis, querelæ quam eloquentiæ, doloris quam ingenii partes eſſe ſuſceptas. Itaque, ſi aut acrius egero, aut liberius, quam qui ante me dixerunt, peto a vobis ut tantum orationi meæ concedatis, quantum & pio dolori, & iuſtæ iracundiæ concedendum putetis (a).*

## CAPUT XIII.

## TESTIMONIUM AUCTORIS PRO INCLYTA SOCIETATE IESU.

### I.

CUM primum inſonare rumorem audivi, ex libris meis adverſus quorumdam Theologorum laxas opiniones typis editas, obtrectandi anſam nonnullos arripuiſſe, in iiſdem perilluſtrem SOCIETATEM IESU notari, veluti æquo benignioris doctrinæ magiſtram, neque caritatis, & iuſtitiæ violatorem per hominum ora traduci; ſi vehementi ſenſu me affectum negarem, ſane mentirer. Qui enim fieri poterat ne commoveret, intelligens, me offenſorem evulgari iſtius præſtantiſſimæ Religionis, quam ob ingentia eius merita ſummopere veneror, ſuſpicioque, & cui maximorum beneficiorum titulo me devinctum agnoſco? Sub iſtius quippe eximii Inſtituti viris prima litterarum potui tirocinia; illiſque conſcientiæ meæ arbitros plures annos habui. Quare ingrati animi, nedum fractæ caritatis, & iuſtitiæ reus forem, ſi quidpiam pronuntiaſſem quod vel tantillum aut ingentem gloriam imminuere, aut ſplendori longe lateque coruſcanti obducere tenebras potuiſſet præfatæ SOCIETATIS IESU, de Republica litteraria, de univerſa Eccleſia catholica in amplificanda apud infideles, diffitaſque regiones evangelica lege, in erudienda ubique locorum iuventute, atque ſacramentorum aſſidua adminiſtratione quam meritiſſimæ. Hanc ego uberrimam virtutem, & meritorum copiam, aliaſque innumeras dotes, quibus Religio iſthæc inſignita eſt, ſemper, occaſione data, faſſus ſum, atque cum privatis, tum publicis celebravi præconiis: cuius rei tot teſtes habeo, quot homines ſum allocutus.

Ne vero quiſpiam in ſuſpicionem veniat, hocce meum TESTIMONIUM, aut tempeſtatis alicuius evadendæ, periculique declinandi cauſſa, aut aſſentandi (a quo vitio quam abum, notum eſt omnibus) aut humani favoris, gratiæque captandæ ſtudio extortum eſſe; Rempublicam litterariam monitam velim, me iampridem, & ſub ipſius litterariæ pugnæ initium, hæc, & his longe maiora pro inſigni SOCIE-



(a) *Orat. pro Sext. in Exord.*

TATE IESU typis publicis prodidisse. Veritatis istius non alios testes nisi libros hactenus a me editos perhibeo. Ad severiorem criticen revocentur omnes, nullo excepto, & si verbum quodpiam minus honorifice prolatum occurrerit, immo nisi semper cum laudis præfatione de inclyta SOCIETATE IESU pro re nata locutus fuevim, caussa cadere sponte assentior. Et quoniam non omnibus qui hæc lecturi sunt, libri præsto adsunt, pauca ex pluribus infra subicio. (*a*) Quibus animi mei sensibus

(*a*) *Legatur opus inscriptum QUARESIMA APPELLANTE in præf. Apologet. §. 5. pag. 26. tertiæ edit.* Il P. Ignazio Camargo .... defende validamente la sua inclita COMPAGNIA dalle calunnie di coloro che le ri'affatte opinioni de' privati Scrittori ingiustamente ascrivono al corpo intero della INSIGNE SOCIETA'. Io per me (mi si perdoni questa sincera necessaria parentesi) col medesimo P. Camargo impunzio, e riprovo non poche riaffiate opinioni di alcuni privati Scrittori di questo illustre Ordine: ma, siccome sarebbe una gravissima ingiustizia la mia, se gli errori de' privati ascrivessi all'Ordine stesso; così ingiusti sarebbon quelli che mi accusassero di avere io scritto con poco rispetto, ed ossequio verso la COMPAGNIA, perche ho fatta poca stima delle opinioni di alcuni particolari Scrittori. E tanto più sarebbe ingiusta l'accusa, quantochè ho sempre parlato con singolare veneranza e di quegli Autori medesimi le cui opinioni ho confutate, e di tutti que' tanti altri celeberrimi Dottori, che di tal'Ordine ho nominati: e nuovamente col citato P. Ignazio Camargo confesso l'alta stima verso di questa INSIGNE SOCIETA', specialmente, tralasciando gli altri molti titoli, per i tanti dottissimi, pissimi, e profondi Teologi, che hanno impugnato il Probabilismo.

*Lege aliud opus, suini titulus*: Della Storia del PROBABILISMO, e del RIGORISMO Dissertazioni Teologiche, Morali, e Critiche. *Tom. I. pag.* 70. *&* 71. LA COMPAGNIA DI GESU', che per ogni parte del mondo e dai pulpiti, e dalle cattedre migliaia, e migliaia di uomini dotti, e pii occupava a promuovere la virtù, a combattere i vizi, i tanti Missionari, che a collo del proprio sangue la fede di Gesu Cristo predicavano agl'infedeli; i tanti operai impiegati a coltivare le anime de' Cattolici; i tanti libri in ogni genere, e massimamente di pietà; la personale esemplarità edificante, erano, e sono tutti autentici testimoni, che una Religione sì illustre non potesse insegnare dottrine mesi tane. Siccome delle altre Religioni, così di essa, alquanti privati solamente furono gli Autori di sentenze troppo indulgenti, perche servirono del Probabilismo nella sua purità, senza veruna mistione degli opportuni balsami. *Lege ibidem pag.* 286. *item pag.* 477. *usque ad pag.* 483. *Legatur integer Tom. II.*

*In alio opere inscripto: OSSERVAZIONI CRITICHE, e MORALI, hæc inter plurima alia habentur* §. 4. *pag.* 26. Io vi asficuro da parte sua che egli (*il P. Concina*) venera la COMPAGNIA di GESU' per una delle più insigni Religioni, che adornino la Chiesa cattolica. Egli conosce il di lei merito incomparabile in ogni genere di letteratura, e di santità. Il grande vantaggio recato, e che alla giornata reca alla Chiesa con la educazione della gioventù sì nelle lettere, come nella pietà, le vittorie riportate contra le moderne eresie, il sangue di tanti Martiri, i sudori di tanti missionarj, lo splendore delle cattedre, lo zelo de' Pulpiti, la edificazione esemplare delle Corti: queste, ed altre luminose prerogative sono a lui note, ed a tempo opportuno le decanta. Sa, e conosce; anzi avvisa in più luoghi de' suoi tomi, che un corpo sì risplendente non può, ne dee ricevere macchia dagli sbagli di qualche privato. Tutto ciò ha egli più e più volte ne' suoi scritti protestato, e con la voce in ogn'incontro parla col medesimo linguaggio, come attestare lo possono tutti ed amici, e non amici, con cui parla. Perloche nuovamente riconfermo, che se V. Riverenza avesse trascritta una sola parola da' suoi volumi, che gli fosse dalla gen-



bus sincera fide expositis, & subiectis elogiis iam inde ab incepto certamine litterario in lucem emittis, & in hanc usque diem reperitis, quæque æternum erga venerabilem SOCIETATEM IESU pangam, cum Tertulliano exclamare iure ac merito valeo: *Exurge igitur veritas, & quasi de PATIENTIA erumpe .... Te esse monstra.* Testor enim TE SANCTAM, INCREATAMQUE VERITATEM, me num-

penna caduta contra la immacolata fama della COMPAGNIA di GESU', non aspetterebbe a ritrattarla in punto di morte secondo il vostro vaticinio. Quando per sua disgrazia fosse caduto in simile mancamento, subito, subito vorrebbe egli adempiere le leggi e della giustizia, e della carità. Ma egli vi ha ad evidenza provato, che non solo non ha detta cosa veruna contro i Gesuiti; ma che ad opportuno incontro espressamente gli ha lodati. Vi ha dimostrato, che la confutazione delle opinioni de' privati non può da persona onesta, e di ragionevolezza fornita ascriversi a maldicenza contra il comune de' Dottori della COMPAGNIA. V'ha dimostrato con S. Agostino Salm. XXXIII. *Ad quamcumque professionem te converteris, para te pati fictas: aliquita, si te non paraveris, invenies quod non sperabas, & deficies, aut perturbaberis.*

*In alio opere, quod hunc præfert titulum, ESAME TEOLOGICO, hæc pra aliis scripta sunt cap.* III. *num.* 4. *pag.* 20. Che nella Religione celebre della COMPAGNIA vi sieno de' Gesuiti che conquidano la carne, e crocifiggano li appetiti con cilicj, digiuni, apostoliche missioni; che tutti comunemente i Gesuiti sieno Religiosi onelli, etemplari, morigerati; si concede, e si rafferma da tutti gli uomini dabbene. *Item cap.* VI. *num.* 17. *pag.* 78. Attaccarono (i Giansenisti) la infallibilità de' sommi Pontefici. PRESERO DI MIRA UN SACRO ORDINE DE' PIU' COSPICUI, E TANTO BENEMERITO DELLA CHIESA, ascrivendo al medemo le opinioni troppo condiscendenti di alcuni privati. Che potevasi dire di più e in lode, e in difesa della INCLITA COMPAGNIA?

*Lege Librum qui hunc præfert titulum, ESPLICAZIONE DI QUATTRO PARADOSSI pag.* 9. *num.* III. *ubi hæc in Societatis commendationem habentur.* Innanzichè entrare in questa narrativa, debbo avvertire i miei corteli Leggitori a non confondere gli errori, e trasporti di alcuni privati Gesuiti con la INSIGNE, E TANTO della Chiesa tutta BENEMERITA COMPAGNIA. Non v'ha Religione, non v'ha Comunità in questo mondo, dice Agostino, che non abbia *fideles, fures*. I fatti, per altro pubblici, che io vo' narrarvi, sono veramente stupendi, e sorprendenti; ma non perciò debbono farvi scemare la stima, e la venerazione verso la ILLUSTRE SOCIETA'. *Item pag.* 65. La insigne COMPAGNIA di GESU' è una delle più insigni Religioni che illustri la Chiesa cattolica. Gli spirituali vantaggi che colle sue apostoliche missioni, scuole, confessioni, esercizj spirituali, consigli, direzioni, apporta al Cristianesimo, le acquistano giustamente una stima universale.

*In Opere inscripto, DEFENSIO DECRETORUM CONCILII TRIDENTINI Tom. I. pag.* 124. *hæc in Societatis laudem scripti.* Opportuna quoque hic iste offert occasio retundendi calumniam mihi impactam, quod in dissertationibus meis super Historia *Probabilismi*, & *Rigorismi* præstantissimam lacessiverim SOCIETATEM. Quæ tane calumnia eo mihi amarior est, quo maiore obsequio, & existimatione eamdem SOCIETATEM prosequor, suspicioque. De eadem cum P. Vincentio Contenionio testari iure meritoque valeo. Ingratus audiam, si SOCIETATEM illam, de me optime meritam, corruptelarum amantem pronuntiem. In eadem prima litterarum tirocinia polui, nihilque umquam vidi quod morum integritatem non redoleret. Heinc est quod in laudata *Probabilismi*, & *Rigorismi* historia numquam absque laudis præfatione eiusdem memini. Si aliquorum ex eadem SOCIETATE Theologorum laxas opinationes refutavi, tanta præstiti moderatione, ut numquam, cuius Ordinis sint, pate-

numquam sive adversus laudatam SOCIETATEM, sive quempiam alium Ordinem personamve quidquam scripsisse; sed omnes litterarios meos conatus quicumque illi sint, eo unice collineasse, ut errores, & æquo laxiores sententias everterem, labefactarem, exterminarem. Oppugnavi equidem, cum aliorum Ordinum, tum SOCIETATIS quorundam Auctorum opinationes, quas falsas reputavi, non ut homines carperem, vellicaremve, sed solum ut, perniciosa opinandi methodo convulsa, veritatem pro modulo meo in tuto collocarem, & a cavillationibus assererem. Quamobrem illorum semper, quoad fieri potuit, lapsus excusavi: piam eosdem habuisse, sanctamque intentionem prospiciendi humanæ infirmitati, & reddendi viam salutis planiorem, testatus sum; & tandem privatorum hominum aberrationes non esse in Communitatem ipsam regerendas, semper admonui, atque inculcavi. Quid quod adversus mollioren Ethicen doctissimos, probatissimosque Iesuitas, Bellarminum, Toletum, Pallavicinum, Suarezium, Erenthrichium, Petavium, Elizaldam, Camargum, Comitolum, Antoine, Munieſſam, Gonzalez, aliosque illius SOCIETATIS eruditissimos viros in affectionum mearum patrocinium afciverim? Nihilo tamen secius SOCIETATIS amicus non vocor, nec reputor, quod eiusdem insigniores Theologos omni elogiorum genere extulerim; contra hostis maledicus audio, quod laxiores Casuistas refellerim: perinde ac si tantæ SOCIETATIS splendor a parvulo Casuistarum manipulo, fecus a strennis invitisque sapientum Doctorum, qui omnes a me stant, copiis, quibus illa abundat, penderet. Quid plura? Illos omnes qui me SOCIETATI infensum, injuria profecto summa, traducunt, deprecor, obtestorque, ut vel unam solam periodum minus eidem congruam, decoramque excerpant, obiiciantque. Quandoquidem, si mihi incaute calamo quidpiam excidisset umquam minus officiosum in eamdem SOCIETATEM, aut in alium sive Ordinem, sive hominem, illud aptiore, qua fieri poterit, ratione, me deleturum, atque revocaturum promitto. Omnia vero quæ fortassis scripsissem a veritatis, & modestiæ regulis aliquo modo dissentanea, mihi deberent vitio verti; non in Ordinem meum, non in alios ullos, sed in me solum, & unice in caput meum contorquenda decerno ipse, atque profiteor, antequam quilquam alius sententiam ferat. Verum habet, inquiunt, te frequentissime extollere merita, præconiis celebrare plurium S. I. Theologorum doctrinam, eruditionem, morum sanctitatem; immo illorum ipsorum quorum refellis opi-



opiniones, laudare zelum, suspicere probitatem, piamque animi intentionem excusare. Sed artificiosa hæc omnia sunt, & exquisita callidirate disposita. Quorsum enim hæc tam sæpe repetita elogia? Ut sævire immanius, ut furere libertius, ut armare severius in eorumdem opiniones illium tuum acutissimum valeas. Non verum modo hoc habet, sed verissimum etiam: Theologorum innocentiam, integritatem, rectam intentionem sæpe inculco. Cur? Ut scilicet eorumdem, si quas falsas, perniciosasque opiniones deprehendo, liberius convellere, severius perstringere, & quoad possum exterminare penitus atque penitus valeam. Et hoc mihi praculo vertitur? Quidquam ne hic aut maledicentiæ, aut invidentiæ olet? Quidquam ne hic quod cum Christi caritate pugnet? Quis eiusmodi scribendi rationem carpere iure potest? Quis, nisi communi sensu careat, inficias iverit hanc disputandi methodum & prudentiæ, & honestati, & *caritatis*, ut inquit Apostolus, *caritati* esse quam maxime consentaneam? An benigne tractandi errores sunt? An christiana caritas laxiores opiniones complectitur? Alterutrum ergo fatentur oppositores necessum est. Aut errores, & laxarum opinionum portenta esse caritatis evangelicæ argumentum, benignitatis unctione linrendum; aut meam adversus errores, corruptamque Ethicen, scribendi formam æquam, veram, atque prudentem esse. Præterea. Omnium fere aliorum sacrorum Ordinum Theologos aliquos refutavi, eorum opiniones non paucas reiect. Et illorum nemo reclamavit? Nemo querimonias evulgavit? Cur hoc? Quænam tanti discriminis ratio? Tandem reponi unum posset, me probabiles sententias pro laxis opinionibus obtrudere. Verum hac in hypothesi, non acrimoniæ, non mordacitatis, non caritatis violatæ, sed iniustitiæ, aut ignorantiæ reus arguendus tunc forem. Hoc hactenus evincere nominc potuerunt, non omisuri certe, si potuissent. Quapropter in hoc lapsi extremum sunt, ut me percelebri Societati infensum diffamaverint, quod non benigne, & blande, sed acriter, & severe laxas opiniunculas profligaverim, aut falsas, opportunitate data, deridendas propinaverim, prout asserendæ sanæ doctrinæ ratio magis postulabat. Nisi in tuto Casuistarum innocentiam collocarem, me illorum aggredi personas, animique intentionem vellicare inclamarent. E contrario, quia ipsorum intentionem in optimam partem interpretor, eorumque merita celebro, me hominem versutum, callidum, vafrumque scite appellant. Tantum præiudicata iudicia possunt. *Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens; & dicunt: Dæmonium habet: Venit Filius hominis manducans, & bibens; & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini* (*a*). Numquam fine hoste veritas.

## II.

At quod obsequium, & observantiam meam erga præclarissimam SOCIETATEM argumento invictissimo ostendit, est, me nonnisi lacessitum, provocatum, & ad incitas redactum, atque alia prorsus cogitantem, ad certamen venisse, calamumque strinxisse, non in ipsam SOCIETATEM (quod absit) sed, ut scripta mea a quibusdam eiusdem Societatis Scriptoribus undique impetita, & denigrata vindicarem. Quid quod decem ferme voluminibus (quorum nec titulos commemoro, ne exprobrare quidquam videar) non tam in libros, quam in personam meam editis, nihil omnino reposui; sed silui, & obmutui: non quod respondendi materies deesset, verum ut pact, modestiæ, atque reverentiæ litarem. Quid quod in ultimo volumine contra citatam Historiam meam edito, hoc iugulum meum pugione petunt: *Hi sunt errores P. Concinæ. Aut Reipublicæ litterariæ faciat satis; aut silentio suo eosdem confiteatur.* (*b*) Interim, ne responsa, quæ prælo a duobus annis parata sunt, prodeant in lu-

(*a*) *Matth. cap.* XI. (*b*) Breve Elenco, e saggio d'alcuni de' molti abbagli nota-

lucem, nullum non vovent secreto lapidem. Quæ idcirco cursim subindicavi, ut cultus, officiique in SOCIETATEM monumenta exhiberem splendidiora. Quid igitur ceuſſæ eſt cur tamquam infeſtus eiuſdem SOCIETATIS hoſtis tractear? Non alia ſane, niſi quod aliqui adverſarii mei, SOCIETATIS, cujus ſunt filii, fama, eximatione, & amplifſimis meritis, potentiaque freti, me de ſuperiore loco, & veluti ex alto reſpectantes, non modo ſemeripſos, ſed nec opiniones ſuas, tametſi non ſemper veritati conſonas, vel leviter tangi patiuntur. Dedignantur illi tam humilem, imbecillum, & ſolum homunculonem experiri adverſarium: & illo ipſo tempore quo in celebriores Dominicanæ Religionis Theologos ea evulgarunt quæ orbi litterario nota ſunt, crimini maximo mihi vertunt, quod liceat auderem, & (quod vel aſinæ Balaam licuit) exclamem: *Cur me cædis?* Hanc veritatem mirum in modum confirmat ſapientiſſimus Ieſuita P. Ignatius de Camargo in opere Pontifici Max. CLEMENTI XI. nuncupato, inſcriptoque, *Regula honeſtatis moralis*, ubi hæc ſcribit. (*a*) „ At video complures eſſe Probabiliſtas, ſane DELICATISSIMOS, qui „ cum ipſi audaciſſimi, non modo de noſtra ſententia, verum *& de patronis ipſius „ quidvis loquantur, & ſcribant*, benignam tamen tuam opinionem vel LEVITER „ tangi non ferunt. Nos vero quomodo habituros putemus, quod audaciter, ac for„ titer contra illam agamus? Parum erit, ſi acerrime nos refellant, quin inſuper „ reos pronuntient de violatis pontificiis decretis .... Quin vix prodeat in lucem „ liber ullus contra moralem laxam doctrinam, quem non ſtatim deferant ad Fidei „ tribunalia, tamquam reum violati decreti pontificii. *Quo tendat rigor iſte benigni„ tatis, difficile non eſt divinare.*“

Cum itaque difficile non ſit arcanum iſtud referare, paucis illud expendum eſt. Quæ in errores, in ſententias falſas, ſcandali plenas, maleſonantes, piarumque aurium offenſivas contorſimus, in SOCIETATEM IESU, in ſacros Ordines, in Theologorum perſonas vibrata vociferantur: idque cuſuſcumque ſtatus, & maxime altioris dignitatis ſummorum virorum auribus ingerere exquiſita dexteritate ſtudent, atque conantur, ut nobis, ac libris noſtris, atque ſplendidiſſimæ veritati extremam conflent invidiam, ultimumque parent exitium. Nec intelligunt, ſe hoc defenſionis genere plus nocumenti, & dedecoris proprio afferre inſtituto, quam extranei hoſtes omnes. Quoniam, dum a me laxiorem Ethicen confutari vident, illico me maledicta conicere in Ieſuitas declamant. Quare etiam rogo obteſtorque æquiſſimos omnes rerum æſtimatores, ut ſerio, matureque perpendant, quo hæc privatorum quorumdam mihi adverſantium agendi ratio, ementitæ caritatis fuco illita, & ſplendidiſſimo SOCIETATIS tuendæ pallio exornata, tendat. Eo profecto (prout extrinſecus apparet) ut in hoc indulgentiſſimo ſæculo, nemine repugnante, nec hiſcere valente, laxior opinandi modus impune, libereque ſerpat, & graſſetur; utque nemo in poſterum a mollioris Ethices conſectariis laxiorem vindicare doctrinam audeat, veritus ne calumniæ notam, librorumque (ob violatam erga SOCIETATEM IESU caritatem) proſcriptionem, & graviora mala incurrat, ſubeatque.

Verum ne hoc ſubdolo commentitiæ caritatis prætextu a propugnanda veritate, refellendiſque laxioris doctrinæ portentis, quæ in dies prodeunt, abſterrere nos ullo modo

notati nella Storia del Probabiliſmo &c. del P. Concina, intorno ai quali dal medeſimo ſi aſpetta o ingenua confeſſione di averli preſi, ovvero prima che ſu verun altro punto, ſoda confutazione di quanto a riguardo d'eſſi ſtrovali nella preſente opera. *Hæc P. Gaſpar Joſeph Gagna ſub initium ſui operis inſcripti* Lettere d'Eugenio Apologiſta &c. *Ad hæc, & cetera omnia quæ mihi iniuria ſumma imponit P. Gagna, iam reſpondi epiſtolis tribus, nondum tamen editis, quas ſi tranquillo animo legerit Gagna noſter, nullus dubito quin & modeſtiam meam æqui bonique ſit facturus, & ſuum laborem improbaturus.*

(*a*) *In Præloquio pag.* 28.



modo queant, quam hactenus in ſcriptis noſtris editis venerationem, obſequium, cultumque erga perilluſtrem SOCIETATEM IESU, alioſque ſacros Ordines, privatoſque Theologos teſtati ſumus, ſanctius, ſeveriuſque in edendis, Deo dante, excolemus, &, opportunitate data, uberius etiam (ut decet) amplificabimus. At ſimul contra omnes laxarum opinionum evulgatores, ſi a propoſito non deſiterint, illo modo acri, modo mitiori, modo leporibus aſperſo, prout efficacius afferendæ veritati, & deridendæ falſitati conducere vilum fuerit, quacumque terrena ſpe abſciſſa, omnique mundano timore ſpreto, calamum acuere conſtantiſſime pergemus. Neque dubitamus quin conſilium hoc noſtrum ipſiſmet SOCIETATIS IESU ſapientiſſimis viris, pro eo quo integerrimæ chriſtianæ Moralis tuendæ, propagandæque amore flagrant, & exterminandæ corruptionis Ethices, atque morum pravitatis eliminandæ zelo fervent, ratum habendum, probandumque ſit. Porro, ne adverſarii quidam uti præteritis artificiis in poſterum valeant, iure meritoque poſtulamus ne ulla ipſis adhibeatur fides, ſed calumniatorum loco habeantur illi omnes qui abſque *authentico documento* nos ſive in præfatam SOCIETATEM IESU, ſive in alios ſacros Ordines, minus æquo obſequentes diffamaverint. Criminatoribus iſtis in memoriam redeat decretum quo anno 1694. ſummus Pontifex INNOCENTIUS XII. ſeveriſſime prohibuit ne quiſquam *vaga accuſatione, & invidioſo nomine IANSENISMI* traducatur, niſi de tanto crimine legitime conſtiterit. At ſi huic ſupremo mandato obſequi non pauci hactenus detrectarunt, ſed pro libito, nulla, vel leviſſima ſuſpicione præhabita, optimos Catholicos *Janſeniſtas, Rigoriſtas, Tutioriſtas* appellare in dies non erubeſcunt: quanto minus ſperandum nobis eſt ut ab inceptis adverſus nos deſiſtant? Verum, non ideo hoc noſtrum edimus TESTIMONIUM, quo iſtorum ora obſtruantur; ſed ut obſervantiæ, obſequii, & venerationis noſtræ erga celeberrimam SOCIETATEM IESU, ceteroſque alios ſacros Ordines publicum exhibeamus argumentum; omneſque etiam atque etiam intelligant, ac pro certo habeant, nos adverſus vitia, falſitates, & errores, nullo autem modo, vel oblique, in quampiam ſive communitatem, ſive perſonam ſcripſiſſe, aut ſcripturos fore: quoniam cum S. Bernardo teſtari iure poſſumus. *Quæ in veſtris laudabilia ſunt, laudo, & prædico; ſi quæ reprehendenda ſunt, ut emendentur, vobis, & aliis amicis meis ſuadere ſoleo. Hæc non eſt detractio, ſed attractio.* (*a*)

Teſtimonio huic vix dum finem impoſueram, cum ecce nuntius ſane triſtis mihi affertur, R. P. ÆGIDIUM GIULI præfatæ S. I. perinſignem Theologum, in Collegio Germanico ſacrorum Canonum a pluribus luſtris celeberrimum Profeſſorem, Congregationis examinis Epiſcoporum a ſecretis, diem extremum Romæ obiiſſe. Si, eo accepto nuntio, me acerbo tactum dolore negarem, profecto mentirer. Dolui enim vero, quod amiſerim virum amicum, ſincerum, conſtantem, prævalidum, qui ut amicitiæ iura cuſtoditet, impleretque officia, non labori, non incommodo parcebat, non vanis hominum reſpectibus detinebatur. Mutuæ iſtius, firmæque amicitiæ noſtræ fœdus ſtrinxit idem utriuſque pro ſaniore doctrina afferenda ſtudium, idem adverſus laxiorem Ethicen labefactandam zelus. Cum periucunda amicitiæ colloquia miſcebamus, ſæpenumero controverſiarum quæ penes variæ profeſſionis Theologos fervent, ſermo recurrebat. Et tum ultro citroque hæc habebamus verba. Ideo ne diverſa profeſſi inſtituta ſumus, ut ſodalium noſtrorum præiudicata ſyſtemata defendamus, etiamſi vera nobis haudquaquam appareant? Aut contra, ideo ne nobis vera videbuntur, quia a Scholis noſtris adoptata illa fuere? Tam inſipientes ne erimus, ut, non ad maiorem Dei gloriam, ſed ad maiorem Ordinis faſtum tanta animorum contentione belligeremus? Faceſſant a nobis præſtigia iſta, noſtrumque agamus negotium, atque meliora æmulemur chariſmata. Illorum potius miſereamur qui, ut

pro-

(*a*) *Apol. ad Gall.*

proprius Ordo alteri præstet, suosque socios fallinescios propugnent, perpetua fovent aluntque dissidia conatu irrito, & infelici. Huc frequenter collineabamus sermones nostros, quos idcirco palam facio, ut omnibus constet, inclytam SOCIETATEM doctissimis semper abundare Theologis, integerrimæ doctrinæ strenuis vindicibus. Neque in suspicione adduci quisquam iure valet, me amicitiæ, non veritati, dum hæc scribo, litare. Comperium quippe omnibus est, quanti & insignes Prælati, & amplissimi Cardinales, eruditique omnes, amicissimi viri fecerint & in consiliis prudentiam, & in controversiis cum theologicis, tum canonicis dirimendis doctrinam, atque eruditionem. Sed quod ad immortalem P. ÆGIDII GIULI gloriam accedit, ipse sapientissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. acerrimi in expendendis præclarorum virorum meritis iudicii, tantum illum in pretio habuit, ut non modo ad consilia frequenter adhiberet, verum magnis etiam exornare eiusdem merita præmiis voluerit, maiora forsitan collaturus in tempore, si diutius vitam produxisset. Plura dicerem, nisi certo scirem, amicissimi viri acta, stilo longe cultiore ab iis celebranda fore quorum interest decora, & ornamenta Familiæ posterorum memoriæ consignare. Hæc pauca delibasse mihi sat est, ut aliquod grati animi erga defunctum amicum indicium perhiberem, & ut mœroris socium perillustri SOCIETATI me adiungerem, quæ ob tanti Sodalis sui iacturam acerbioris mœstitiæ argumenta universæ Urbi Romæ uberrime patefecit.

## CAPUT XIV.

# ALLOQUIUM AD CHRISTUM IESUM, QUI EST *VIA, VERITAS, ET VITA, EXEMPLAR, ET FORMA VIVENDI.*

*VIAM mandatorum tuorum*, CHRISTE IESU, dum patefaciendam discipulis tuis aggredior, hominum inconsultissimus plane forem, nisi in primis ad TE, qui e maiestatis tuæ solio descendisti, ut per hanc viam, tamquam Magister, & Antesignanus, præires, lumen, quo vitare errores, auxilium, quo devincere impedimenta, patrocinium, quo obsistere adversantibus intrepide valeam, demisso ferventique animo imploraturus accederem. TU, Domine, via es non pedum gressibus peragenda, sed quam morum sanctitate imitemur. Via hæc tua flagellis, spinis, alapis, crucibus constrata est; felle, sputis, ludibriis aspersa: qua maledictis, & calumniis, qua insidiis, & persecutionibus circumsepta. Undique latrones, & hostes, undique laquei. *In medio laqueorum ingrederis* (*a*), idest *in via Christi* (ut exponit servus tuus (*b*) Augustinus.) *Hinc laquei, & hinc laquei: laquei a dextris, & laquei a sinistris. Tu in medio laqueorum ingredere, a via noli recedere.* Extrema viæ huius vitanda clamant omnes; sed in designandis extremis illis diffident invicem, plurimique

(*a*) *Eccl.* IX.
(*b*) *In Psalm.* CXLI.



que fallunt, atque falluntur homines. Extrema hæc, quæ viam tuam obsident, sunt divitiæ, luxus, pompæ, dominandi libido, voluptatum illecebræ. Humanarum opinionum præstigia extrema hæc abscondunt, atque honestatis fuco, & benignitatis lenocinio eadem depingunt. Quodnam inter hæc extrema medium, cui insistendum, quodque tenendum uno ore fatentur omnes? Medium istud via tua est, Domine IESU, nempe divitiarum contemptio, mundi, dignitatum proculcatio, carnis compressio, ieiunia, preces, ludibria, cruces, spinæ, angustiæ, flagella, amor TUI, odium nostri, iustitia, sanctitas. Hæc via, inter præfata extrema, media, videlicet unica, est; a qua neque ad sinistram, neque ad dexteram declinare absque æterna iactura licet.

II. Sed hic homines furunt, obstrepunt, vociferantur, viam hanc imperviam esse, & peragratu impossibilem. Hoc primum aberrandi principium. Ex quo inferunt, aliqua tua præcepta vel ipsis iustis volentibus, & conantibus impossibilia esse. Hinc colligunt alii, perfectionis & consilii, non necessitatis & præcepti viam istam esse. En *Rigoristæ*, & *Laxistæ* funesta extrema, en scopulos, & syrtes naufragii sempiterni. Nam alii desperatione oppressi, alii opinionum fucis decepti, via tua angusta & arcta relicta, turmatim perambulant latam, & spatiosam, quæ ducit ad perditionem, ut scite servus tuus Augustinus animadvertit. *Angustam viam vident hæc; latam viam vident illæ. Hoc vident paucæ, illæc multæ. Sed si iustus es, noli numerare; sed appende .... Noli numerare turbas hominum incedentes latos vias .... Noli illos attendere. Multi sunt, & quis numerat? Pauci autem per viam angustam .... Via lata mortifera est: latitudo eius delectat ad tempus; finis eius angustus in æternum. Sed turbæ strepunt, turbæ festinant .... Noli imitari, noli avertis. Vanitates sunt, & insaniæ mendaces.* (*a*).

III. Voces congeminant turbæ hominum. Soli ne Monachi, solæ virgines, soli pauperes; non uxorati, non mercatores, non divites, non milites, non Principes viam tuam ambulant? At sublatis coniugiis, ubi virgines? Extincta mercatura, ubi societas? Si Principes, si iudices desint, corruit iustitia. Si tollantur milites, hostium præda fiunt servi tui. Hæc sunt, Domine, deliria hominum, quorum linguas compescunt, & ora obstruunt immensæ Sanctorum copiæ, quæ cuiusque status & conditionis, viam tuam peragrarunt. Obvii sunt Principes, Reges, & Iudices. Occurrunt divites, nupti, mercatores, servi, & domini, qui possederunt divitias tamquam non possidentes, usi sunt uxoribus tamquam non utentes, imperarunt tamquam servientes: qui sub purpura, & paludamento cilicia, & flagella adhibuerunt: qui in solio humiles, in tribunali iusti, in toro casti, in aula sinceri, in bello mites, carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis crucifigentes, viam tuam strenue alacriterque percurrerunt. Exulent ergo a schola tua & illorum deliria qui impossibile mandatorum tuorum aliquod effutiunt, & istorum somnia, qui viam hanc tuam non necessitatis, sed consilii comminiscuntur. In hoc turpiter errant blandiloqui homines, qui huc revocant universum fere Evangelium tuum, ac si TU, Domine, ampliffimus in iis explicandis quæ meliora, & maioris sunt perfectionis, in iis vero quæ necessitatis sunt, modicus fuisses, & brevis. Verum audiant isti vocem tuam. *Vos vocatis me Magister, & bene dicitis, sum etenim .... Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Amen dico vobis, non est servus maior domino suo* (*b*). Quid ad hæc tota sapientia carnis? Arctam viam ambulat Dominus; latam vero percurret servus? Iugum grave crucibus, & spinis ornatum portat Magister; discipuli vero iugo rosis, floribus, liliis referto, blanditiis, & voluptatibus illito incedent? Suave dixisti, Domine, iugum tuum, & leve onus. Sed quomodo suave, si iugum

(*a*) *In Psal.* XXXIX.
(*b*) *Ioan.* XIII.

proprius Ordo alteri præstet, suosque socios fallinescios propugnent, perpetua fovent aluntque dissidia conatu irrito, & infelici. Huc frequenter collineabamus sermones nostros, quos idcirco palam facio, ut omnibus constet, inclytam SOCIETATEM doctissimis semper abundare Theologis, integerrimæ doctrinæ strenuis vindicibus. Neque in suspicione adduci quisquam iure valet, me amicitiæ, non veritati, dum hæc scribo, litare. Comperium quippe omnibus est, quanti & insignes Prælati, & amplissimi Cardinales, eruditique omnes, amicissimi viri fecerint & in consiliis prudentiam, & in controversiis cum theologicis, tum canonicis dirimendis doctrinam, atque eruditionem. Sed quod ad immortalem P. ÆGIDII GIULI gloriam accedit, ipse sapientissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. acerrimi in expendendis præclarorum virorum meritis iudicii, tantum illum in pretio habuit, ut non modo ad consilia frequenter adhiberet, verum magnis etiam exornare eiusdem merita præmiis voluerit, maiora forsitan collaturus in tempore, si diutius vitam produxisset. Plura dicerem, nisi certo scirem, amicissimi viri acta, stilo longe cultiore ab iis celebranda fore quorum interest decora, & ornamenta Familiæ posterorum memoriæ consignare. Hæc pauca delibasse mihi sat est, ut aliquod grati animi erga defunctum amicum indicium perhiberem, & ut mœroris socium perillustri SOCIETATI me adiungerem, quæ ob tanti Sodalis sui iacturam acerbioris mœstitiæ argumenta universæ Urbi Romæ uberrime patefecit.

## CAPUT XIV.

# ALLOQUIUM AD CHRISTUM IESUM, QUI EST *VIA, VERITAS, ET VITA, EXEMPLAR, ET FORMA VIVENDI.*

*VIAM mandatorum tuorum*, CHRISTE IESU, dum patefaciendam discipulis tuis aggredior, hominum inconsultissimus plane forem, nisi in primis ad TE, qui e maiestatis tuæ solio descendisti, ut per hanc viam, tamquam Magister, & Antesignanus, præires, lumen, quo vitare errores, auxilium, quo devincere impedimenta, patrocinium, quo obsistere adversantibus intrepide valeam, demisso ferventique animo imploraturus accederem. TU, Domine, via es non pedum gressibus peragenda, sed quam morum sanctitate imitemur. Via hæc tua flagellis, spinis, alapis, crucibus constrata est; felle, sputis, ludibriis aspersa: qua maledictis, & calumniis, qua insidiis, & persecutionibus circumsepta. Undique latrones, & hostes, undique laquei. *In medio laqueorum ingrederis* (*a*), idest *in via Christi* (ut exponit servus tuus (*b*) Augustinus.) *Hinc laquei, & hinc laquei: laquei a dextris, & laquei a sinistris. Tu in medio laqueorum ingredere, a via noli recedere.* Extrema viæ huius vitanda clamant omnes; sed in designandis extremis illis diffident invicem, plurimique

(*a*) *Eccl.* IX.
(*b*) *In Psalm.* CXLI.



que fallunt, atque falluntur homines. Extrema hæc, quæ viam tuam obsident, sunt divitiæ, luxus, pompæ, dominandi libido, voluptatum illecebræ. Humanarum opinionum præstigia extrema hæc abscondunt, atque honestatis fuco, & benignitatis lenocinio eadem depingunt. Quodnam inter hæc extrema medium, cui insistendum, quodque tenendum uno ore fatentur omnes? Medium istud via tua est, Domine IESU, nempe divitiarum contemptio, mundi, dignitatum proculcatio, carnis compressio, ieiunia, preces, ludibria, cruces, spinæ, angustiæ, flagella, amor TUI, odium nostri, iustitia, sanctitas. Hæc via, inter præfata extrema, media, videlicet unica, est; a qua neque ad sinistram, neque ad dexteram declinare absque æterna iactura licet.

II. Sed hic homines furunt, obstrepunt, vociferantur, viam hanc imperviam esse, & peragratu impossibilem. Hoc primum aberrandi principium. Ex quo inferunt, aliqua tua præcepta vel ipsis iustis volentibus, & conantibus impossibilia esse. Hinc colligunt alii, perfectionis & consilii, non necessitatis & præcepti viam istam esse. En *Rigoristæ*, & *Laxistæ* funesta extrema, en scopulos, & syrtes naufragii sempiterni. Nam alii desperatione oppressi, alii opinionum fucis decepti, via tua angusta & arcta relicta, turmatim perambulant latam, & spatiosam, quæ ducit ad perditionem, ut scite servus tuus Augustinus animadvertit. *Angustam viam vident hæc; latam viam vident illæ. Hoc vident paucæ, illæc multæ. Sed si iustus es, noli numerare; sed appende .... Noli numerare turbas hominum incedentes latos vias .... Noli illos attendere. Multi sunt, & quis numerat? Pauci autem per viam angustam .... Via lata mortifera est: latitudo eius delectat ad tempus; finis eius angustus in æternum. Sed turbæ strepunt, turbæ festinant .... Noli imitari, noli avertis. Vanitates sunt, & insaniæ mendaces.* (*a*).

III. Voces congeminant turbæ hominum. Soli ne Monachi, solæ virgines, soli pauperes; non uxorati, non mercatores, non divites, non milites, non Principes viam tuam ambulant? At sublatis coniugiis, ubi virgines? Extincta mercatura, ubi societas? Si Principes, si iudices desint, corruit iustitia. Si tollantur milites, hostium præda fiunt servi tui. Hæc sunt, Domine, deliria hominum, quorum linguas compescunt, & ora obstruunt immensæ Sanctorum copiæ, quæ cuiusque status & conditionis, viam tuam peragrarunt. Obvii sunt Principes, Reges, & Iudices. Occurrunt divites, nupti, mercatores, servi, & domini, qui possederunt divitias tamquam non possidentes, usi sunt uxoribus tamquam non utentes, imperarunt tamquam servientes: qui sub purpura, & paludamento cilicia, & flagella adhibuerunt: qui in solio humiles, in tribunali iusti, in toro casti, in aula sinceri, in bello mites, carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis crucifigentes, viam tuam strenue alacriterque percurrerunt. Exulent ergo a schola tua & illorum deliria qui impossibile mandatorum tuorum aliquod effutiunt, & istorum somnia, qui viam hanc tuam non necessitatis, sed consilii comminiscuntur. In hoc turpiter errant blandiloqui homines, qui huc revocant universum fere Evangelium tuum, ac si TU, Domine, ampliffimus in iis explicandis quæ meliora, & maioris sunt perfectionis, in iis vero quæ necessitatis sunt, modicus fuisses, & brevis. Verum audiant isti vocem tuam. *Vos vocatis me Magister, & bene dicitis, sum etenim .... Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Amen dico vobis, non est servus maior domino suo* (*b*). Quid ad hæc tota sapientia carnis? Arctam viam ambulat Dominus; latam vero percurret servus? Iugum grave crucibus, & spinis ornatum portat Magister; discipuli vero iugo rosis, floribus, liliis referto, blanditiis, & voluptatibus illito incedent? Suave dixisti, Domine, iugum tuum, & leve onus. Sed quomodo suave, si iugum

(*a*) *In Psal.* XXXIX.
(*b*) *Ioan.* XIII.

iugum est crucis, & tribulationis? Quomodo leve, si iugum est carni, & sanguini repugnans? Quia, respondet Apostolus tuus Paulus, *momentaneum, & leve tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus operatur* (*a*). Quia, subdit servus tuus Augustinus, *non est durum, & grave quod ille imperat, qui adiuvat ut fiat quod imperat ... Verum est quod ipse dixit*, Iugum meum suave est. *Quidquid enim durum est in præceptis, ut sit lene, caritas facit*. Quid responsi huic argumentationi tuæ universus debit orbis, Christe IESU? Si ego Dominus, & Magister veller lavi pedes vestros; si regnum mundi, si dignitates, & omnia quæ mundi sunt, contempsi; si inimicos, & calumniatores amore prolecturus sum; si denique arctam, & angustam viam toto vitæ curriculo peragravi: numquid vos similia agere non debetis: *Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*. Nulla hinc evadendi latebra, nulla cavillandi ratio. Conticiscat oportet tota mundi astutia. Via alia non occurrit portum assequendi. Qui TE non sequitur, Domine, ambulat in tenebris, & in tenebrarum abyssum corruet. TE vero sequi nemo potest, nisi patrem, matrem, fratres, & sorores, quin & semetipsum abneget, crucemque sibi imponat, & TE impositum libenter ferat. Hæc verba tua sunt: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me* (*b*). Iterum clamitat humana prudentia. Quæ mihi similitudo cum Christo? Verbum ille divinum est, tametsi carne indutum. Sic, Domine, arguitur humana infirmitas, cuius excusationes confundit Pater tuus æternus, qui *prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui* (*c*). Quid? An non homo æque ac nos Petrus? qui dixit: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius*. (*d*) An non homo Paulus, iuxta ac nos? qui dixit: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*: (*e*) & iterum: *Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi* (*f*). Homines erant Apostoli, homines erant Prophetæ, homines erant Martyres, sicut & nos. Quid de fœminis, de puellis dicam? Alterutrum ergo. Aut Christi premenda vestigia; aut æternum pereundum. Aut sequendus Christus per pressuras, per opprobria, per calumniarum tolerantiam, per crucem, per mortem, ut quo ille ivit, perveniamus & nos; aut, si per oppositam incedere viam deliberamus, æterna subeunda tormenta sunt. Hæc est tua argumentatio, Christe IESU. *Si ego Dominus & Magister &c. & vos debetis*. Debitum, Domine, imponis, non consilium suggeris. Sed quid consilium recordor? An non scelus nefarium, nolle servos ire qua ivit dominus? Numquid servus maior est domino suo?

VI. Si hæc vera sunt, ut certo sunt, qui ergo salvi fient? Pauci. Quis hoc definit? TU, Domine IESU, non semel, sed pluries: *Pauci vero electi*. Omnes redempturus venisti, omnesque salvos fieri sincere cupis, & vis, & auxilia, quibus venire ad salutis portum valeant, offers, & impertis. Sed plurimi nolunt, & nolentes salvari non salvas; qui tamen volunt, TU ipse facis ut velint. Pauci salvantur, Domine, quia pauci sunt qui ambulare arctam viam tuam velint. Et tamen TU dixisti: *Nemo venit ad Patrem, nisi per Me*. TU autem solus via es, & quidem arcta, & angusta porta. *Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & MULTI sunt qui intrant per eam* (*g*). Hic est omnis sermo, tremendus sane, & formidandus. Et quod pavorem, atque terrorem auget, est, quod oculis nostris impletum oraculum hoc tuum ipsi conspicimus, dum immensam hominum multitudinem per latam & spatiosam viam inambulantem lugentes videmus. Quid plura? Tu ipse, Domine IESU, ut animadvertit servus tuus Chrysostomus, (*h*) non modo arctam viam, portamque angustam

(*a*) *II. Corinth.* IV. (*b*) *Matth.* XVI. (*c*) *Rom.* VIII. (*d*) *I. Petr. II.* (*e*) *I. Corinth.* XI. (*f*) *Ephes.* V. (*g*) *Matth.* VII. (*h*) *Hom.* VI. *in Epist. ad Thessal.*



stam pronuntiasti; sed hominum loquendi rationem usurpans, veluti in admirationem ob formidandum arcanum raptus, exclamasti. *QUAM angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitam, & PAUCI sunt qui inveniunt eam* (*a*) Exclamationem hanc tuam serio omnibus commeditandam, continuo, nullo interposito verbo, consequitur: *Attendite a falsis Prophetis*, qui rationculis humana mente excogitatis, qui opinionum lenociniis illatare hanc portam, amplificare hanc viam contendunt, qui æque alios ac semetipsos in viam latam & spatiosam, quæ ducit ad perditionem, conjiciunt, atque detrudunt. Attendendum, cavendumque ab his omnibus TU admones. Dicam ergo cum servo tuo Augustino: *Porro, si ipsum caput nostrum sine primo peracto labore in terra, in cælo repugnare noluit .... quid audent membra sperare, capite suo magis se esse posse felicia? Quo præcessit, eamus; qua duxit, sequamur. Si enim a vestigio eius aberravimus, perimus*. (*b*).

V. VERITAS es, Domine IESU, nedum via. Magister es, & viam Dei in veritate doces. Nulla enim veritas a TE abesse potest, immo fulgere sine TE veritas nulla valet. Increata TU veritas es, & omnis creata veritas aut tota a TE est, aut tota veritas non est. Quidquid præter TE est, veritas non est; & a via tua longe falsitas exulat. Quæcumque nobis probabilia, aut probabiliora, aut evidentia apparent, si vera non sunt, extra viam tuam, extra TE sunt: atque adeo ad TE, qui veritas es, ducere nos nullo modo possunt. Via ergo salutis nostræ una, & sola veritate, quæ TU es, constat. Qui extra hanc veritatis viam ambulant, extra salutis viam divagantur. Quid? Via veritatis TU es, & inveniri fortasse non poteris? Heu, Domine, quam vanæ sunt cogitationes hominum? TU venisti quærere, & salvum facere quod perierat: & TE invenire non posse, clamare homines non reformidant? Inventus es, Domine IESU, a non quærentibus TE; & palam apparuisti iis qui TE non interrogabant. At non invenieris sane ab his qui vicos & plateas circumeunt, qui quæritant TE deliciis affluentem, rosis coronatum, divitiis redundantem, ludis, & spectaculis vacantem. Non invenient qui meditari TE, spinis obitum, alapis cælum, lanceis transfixum, paupertate pressum, cruci appensum recusant. Non invenient qui TE, unaque mundum quærunt; qui TIBI, & sæculo conformari, qui a TE salvari, & sibi super terram thesaurizare, qui TIBI, & mundo inservire, & duos habere dominos vellent, ut, dum TU illis non places, valeant contra TE cervices erigere.

VI. Qui dicunt, veritatem inveniri non posse, dicant quoque necessum est, TE inveniendum non fore. Et qui te non inveniunt, nec legem tuam agnoscunt. *Quoniam lex tua veritas*. Omnia mandata tua possibilia sunt, quorum potissimum est inveniendæ veritatis præceptum, inquit servus tuus Augustinus. *In præcepto est dilectio veritatis, cui contraria est dilectio vanitatis*. (*c*) Quod præceptum passim in Scripturis inculcasti. *Veritatem diligite* (*d*). In mundum venisti, ut hac veritate nos imbueres. *Qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire* (*e*). Electos tuos filios veritatis appellas. *Genuit nos verbo veritatis* (*f*). Cognitione veritatis in libertatem spiritus nos asseruisti. *Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos* (*g*). Populo tuo hanc veritatem custodiendam tradidisti. *Gens iusta custodiens veritatem* (*h*). In iustus gentis ore veritas est. *Lex veritatis in ore eius* (*i*). Et hanc veritatem manifestat populus tuus. *Notam fecit veritatem* (*k*). Per hanc veritatis viam ambulant electi tui. *Ambulantes in veritate* (*l*). Et iterum: *Viam veritatis elegi* (*m*). Isti veritate sanctificantur. *Sanctificati in veritate* (*n*). Parati hi sunt ad



(*a*) *Matth.* VII. (*b*) *In Psal.* CXIX. (*c*) *In Prolog. quæst. super. Genes.* (*d*) *Zach.* VIII. (*e*) *I. ad Tim. II.* (*f*) *Iacob.* I. (*g*) *Ioann.* VIII. (*h*) *Isai.* XXVI. (*i*) *Malach.* II. (*k*) *Isa.* XXVIII. (*l*) *III. Reg.* III. (*m*) *Psal.* CXVIII. (*n*) *I. Cor.* V.

pugnandum pro veritate. *Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate* (a). Nulla alia est honestatis, & sanctitatis nostræ regula, nisi hæc veritas. *In sanctitate veritatis* (b). Veritas ista prærogativa est electorum tuorum; sicuti eiusdem privatio nota est reproborum. *Veritate privati* (c). *Non est veritas in eis* (d). Fidem isti denegant veritati. *Non credidernnt veritati* (e). Immo a veritate deficiunt. *A veritate auditum avertent* (f). *Avertentes se a veritate* (g). *Resistunt veritati* (h). Amore veritatis isti destituti sunt. *Caritatem veritatis non receperunt* (i). *Non acquieruntveritati* (k). Hi veritatem nec loquuntur, nec per viam veritatis ambulant. *Veritatem non loquuntur* (l). *Non ambulaverunt per semitas veritatis.* (m). Sed veritatem obsident, atque blasphemant. *Veritatem in iniustitia detinent* (n). *Per quos via veritatis blasphematur* (o). Illam opinionum pravitate in mendacium transformant. *Commutaverunt veritatem Dei in mendacium* (p). Veritatis tuæ ignoratio universæ iniquitatis origo est. *Facta est veritas in oblivionem* (q). *Non est veritas in terra* (r). Tempora enim mala sunt. Ideo *tempus faciendi Domine: dissipaverunt legem tuam* (s). Si enim lex tua veritas, veritate pulla, pessumdata lex iacet. Verbum tuum, ut a TE prolatum, æternum permanet, integrum, immaculatum, luculentum. At in ore hominum, nisi gratia tua impediat, adulteratur, diminuitur. *Quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum* (t). Cur diminutæ, nisi quia minus quam par est custodiæ? Sed *Tu mandasti mandata tua custodiri NIMIS.* Quid quod iterato inculcas: *Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem TUAM NIMIS?* Contra, clamat mundus, MINUS let esse, ut lex tua cognoscatur. Si illud NIMIS tuum, meum esset, nimii rigoris me incusarent homines; sed quia tuum est, involvere illud verborum cavillationibus tentant. Vix meis prodire verbis audeo sensa quibus aliqui legis tuæ professores TE, æque ac oris inculpati, ac veritatis sanctæ, Magistrum referunt. At, cum TE, Christe IESU, remunerari errorem docent, erroris Magistrum TE necessario constituunt; quando vel ipsi Pharisæi TE veritatis Magistrum acclamarunt. Quid? An TU præmio donabis id quod tuum non est? Absit. Errorem inculpatum, æque ac veritatem, illorum sententia, TU æternæ gloriæ laurea coronas. Ergo æque erroris ac veritatis Magister es. Hoc est, Domine, Probabilismi confectarium necessarium, hostiliter pugnans cum veritate, & sanctitate tua. Isti ne NIMIS custodiunt legem tuam? NIMIS ne eidem student? Merito isti asserunt, inveniri haud posse veritatem tuam, qui non modo reculant NIMIS tuum, seu toto vitium conatu veritatem inquirere; sed propugnant, maiori veritatis similitudine reiecta, licitum esse amplecti *minorem*. TU autem iterum atque iterum inclamas, NIMIS custodienda testimonia tua. Quam sint hæc duo MINUS hominum, & NIMIS tuum pugnantia, quis est qui non videat? Inire mu-

(a) *II. Cor.* XIII.
(b) *Ephes.* IV.
(c) *I. Tim.* VI.
(d) *I. Machab.* VI.
(e) *II. Thessal.* II.
(f) *II. Tim.* IV.
(g) *Ad Tit.* I.
(h) *II. ad Tim.* II.
(i) *II. Tessal.* II.
(k) *Rom.* II. (l) *Ierem.* IX.
(m) *Baruth.* IV. (n) *Rom.* I.
(o) *II. Petr.* II. (p) *Rom.* I.
(q) *Isai.* lix. (r) *Oseæ* IV.
(s) *Psal.* CXVIII. (t) *Psal.* XI.



mutuum fœdus hæc duo nequeunt; sed qui eligunt MINUS probabile hominum, necessario, ut ego quidem arbitror, reiicere NIMIS tuum debent. At quis erit, Domine, qui eligat MINUS hominum, ut respuat NIMIS tuum? Filii enim hominum *mendaces sunt in stateris. Statera autem dolosa abominatio est* apud TE. Quænam hæc statera dolosa? Respondet Propheta tuus Micheas: (a) *Mensura MINORitæ plena*. Appendant homines in hac MINORI probabilitatis mensura legem tuam. His ego numquam adhærebo, quoniam non est *in ore eorum veritas*; sed *probabilitas*, & quidem *MINOR*. Ad tuum ego NIMIS, seu ad plenam legis tuæ, quæ lex veritatis, & non probabilitatis est, observationem totum me recipio: quia *beatus homo quem TU erudieris Domine, & de lege tua docueris eum*. (b)

VII. *Ego sum vita*. Non modo via, & veritas es, Domine IESU, verum etiam VITA. Via es, & veritas in hoc mundo: in altero non via, sed veritas, & vita. TU es vita æterna, quæ initio caret, & fine. TIBI, & nobis vita es. At fieri minime valet ut assequi hanc vitam tuam valeant qui per hanc viam tuam ambulare refugiunt. Arctam dixisti viam vitæ, angustam portam, & paucos ingressuros per eam. Hæc tria ita unum sunt, ut qui vult unum, & alterum velit necesse sit, sicut asserit servus tuus Augustinus. *Intra per angustam portam, dicentem: Ego sum via. Per me intra. Non nisi per me ambules, ut intres per ianuam. Nam, sicut dixit, Ego sum via; ita, Ego sum ianua. Clamat ille qui factus est via: Intra per angustam portam* (c).

VIII. Via ergo, veritas, & vita, exemplar, forma, ratioque vivendi TU es, Christe IESU. Populi rustici, inepti, idiotæ, barbari legi tuæ numquam aures aperuissent, nisi TE, quæ verbo docebas, opere omnia perficientem spectassent. Sed quid idiotas, & barbaros dico? Cæciores erant ipsi mundi eruditiores, sapientioresque, quibus vel ipsum humilitatis, & abiectionis tuæ nomen inauditum erat. Voluptatum satellites, divitias pernicioſe appetebant populi; & TU pauper esse voluisti. Honoribus & imperiis inhiabant; Rex TU fieri noluisti. Carnis illecebris delectabantur illi; TU puritatem, immaculatamque castitatem servasti. Contumelias superbissime horrebant; TU omne contumeliarum genus sustinuisti. Iniurias arbitrabantur intolerabiles: quæ autem maior iniuria quam innocentem damnari? Dolores corporis execrabantur; TU flagellatus, atque cruciatus es. Mori metuebant; morte mulctatos es. Ignominiosum mortis genus crucem putabant; crucifixus es. Omnia quæ habere cupientes, non recte vivebamus, carendo vilia fecisti. Omnia quæ vitare cupientes, a studio deviabamus veritatis, perpetiendo gloriosa reddisti. Non enim ullum peccatum committi potest, nisi dum appetuntur ea quæ TU contempsisti; aut declinantur quæ sustinuisti. Tota itaque vita tua in terris DISCIPLINA MORUM fuit. Hactenus totidem fere verbis servus tuus Augustinus (d). Verum TU TE voce Apostoli tui Pauli hæc omnia nobis denuntiasti. *Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut ego Christi: ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus carissimus, & fidelis in Domino, qui vos commonefaciat vias meas, quæ sunt in Christo IESU.* Et iterum atque iterum clamat. *Imitatores mei estote, fratres, & observate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.*

IX. Hæc est, Rex cæli, & terræ, universa morum Theologia tua. Qui hanc solam callent, beati sunt, & Platone, atque tota Græca, & Romana sapientia doc-



(a) *Cap.* VI.
(b) *Psal.* XCIII.
(c) *In Psal.* LVI.
(d) *De ver. Religion. cap.* XVI.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ctiores. *Arcta est via quæ ducit ad vitam. Spatiosa quæ ducit ad perditionem.* Huc recidunt omnia: & hoc est quod pauci scire cupiunt, immo plures intelligere detrectant. Circumeunt civitates ut eos inveniant qui viam angustam dilatent: contra quos Paulus clamat: *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit* (*a*). Clamat alter servus tuus, *Si quis tibi persuadere conatur doctrinam laxam, tametsi miraculis eam confirmet, ei non credas* (*b*). Ita uno ore exaltant voces servi tui, Domine. Contra alii vociferantur, paucos fore salvandos, si hæc arcta via sola fit per quam ad patriam pergere homines debeant, ac si TU non dixisses: *Pauci sunt qui intrant per eam.* Eo malorum laxior opinandi ratio nos pertraxit, ut nec vitia pati, nec remedia valeamus. Magistri benigni medicos imitantur, qui, dum infirmos gravi morbo correptos curant, sæpe numero ita ratiocinantur. Remedium efficax in promptu est expellendæ infirmitatis. At remedii acerbitatem, & vim non ferunt ægroti vires. Idcirco blanda remedia applicant, non ut infirmos sanent, sed ut mortem in aliquot dies protrahant. Hac simili medendi ratione utuntur animarum medici blandiloquentes. Refrixit caritas, languent extenuatæ animarum vires. Succumbunt in itinere imbecilles animæ, nisi benigne tractentur, nisi, declinata itineris angustia, per latiores vias floribus rosisque asperias deducantur. Ita ne vero? Quasi TU, sapientissime IESU, ignorares, quid humeri, quid vires hominum ferre, quid conari imbecillitas humana valeat. Ubinam evidentius apparet superba hominum temeritas? Quis hominum agnovit efficacitatem divinæ gratiæ potentissimam, ubertimamque cælestium auxiliorum vim, qua omnia facilia, & suavia, nedum possibilia, nobis fiunt divina mandata tua? Omnes servi tui, Domine, qui revera portant iugum legis tuæ, dulce, & suave illud experiuntur? Sed filii hominum adeo gravi corde sunt, ut vanitatem quærant, & mendacium ad excusandas excusationes in peccatis suis. Hi soli imperviam asserunt viam tuam, & importabile iugum tuum qui, omni legum excusso iugo, carni & voluptatibus indulgent, quique ambulant vias laxissimas. Illi soli exaggerant nimis asperum iugum tuum qui, ut mundi mancipia, in vitiorum cœno volutantur. Numquam diabolus adeo furenter persecutus est Ecclesiam tuam, quam postquam opinionum lenociniis securitatem promisit amplectibus per invia, & insquosa. *Multis modis persecutus est Ecclesiam diabolus, sed numquam gravius quam hodie: quia numquam fuit maior perditio Christianorum, quia numquam fuit libertior, aut securior transgressio divinorum præceptorum.* (*c*)

X. Sed abeant tandem filii hominum post cognitiones suas, & omnes qui ad TE venire cupiunt, TE viam, veritatem, vitam, exemplum, & formam vivendi ante oculos habeant. In hoc exemplar oculos intenderunt omnes servi tui, & hanc arctam viam peragrarunt, & per hanc angustam portam ingressi sunt omnes Sancti tui. Te ergo sequi, TE imitari omnes debemus, si TECUM regnare velimus. Quævis imitatio, Domine IESU, ab exemplari deficit. In immensum autem imitationes nostræ a TE distant. Quidquid conemur, semper infinitum spatium erit inter TE præuntem Ducem & strenuos sectatores. At non propterea a debito componendi vitam nostram, & reformandi mores nostros ad TUI exemplar liberi sumus? quia huc nos conferre studia, & conatus nostros TU iubes. In agone contenderunt omnes Sancti tui, manusque cum hostibus, cum tyrannis conseruere, TE duce, TE comite. Certandum ergo & nobis est, ac contendendum, quia nemo coronabitur, nisi qui legitime certaverit, neque socii consolationis erimus, nisi socii simus passionis. Si hæc desint, actum de negotio unico nostro est. *Quid pro-*

(*a*) *Gal.* 1.
(*b*) *S. Ioan. a Cruc. Lib. Sent. sentent.* 72.
(*c*) *S. Bernard. ser. de Post. in Synod. Congreg.*



*prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* (*a*)

XI. Pauca hæc, si altius insculpta cordibus nostris essent, cuncta hominum superfluerent scripta. Sed quoniam ita fert conditio nostra, ut tamdiu pravæ opiniones futuræ sint, quamdiu homines non deerunt; idcirco non minus contra errores quam contra mores certandum est. Et in hoc præsertim certamine TU, Christe IESU, insigne exemplar nobis fuisti. Quæ non sustinuisti veritatis asserendæ caussa? Quæ non pertulerunt omnes servi tui? *Inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis* (*b*). Quid itaque mirum, si in me quoque, misellum homunculum, doctrinæ tuæ assertorem, maledicta, dicteria, scommata, calumnias atrocissimas interqueant? Quid mirum, si ciere turbas, si commovere procellas, si concitare turbines, & tempestates incredibili vertutia satagant mundi homines? Propterea ne verendum mihi, desistendumque ab inceptis? Deficerem tum continuo ab TE duce, & exemplari certandi in hoc agone. Irruant in me turmatim adversarii mei, clamentque *durum* esse sermonem meum, sicut *durum* dixerunt esse sermonem tuum: *Durus est hic sermo*: non trepidabo a facie eorum. Quoniam TU Domine Deus dixisti: *Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.* Quæ verba sic interpretatur servus tuus Augustinus: *Tamquam scutum veritas eius est*: quæ non ex uno, ut gladius, sed ex omni latere circumdat, & protegit. Si alia mihi patrocinii tui argumenta deessent; quæ hoc in certamine expertus sum, satis superque me certiorem facerent, TE patrocinante, vana esse hominum molimina, & machinationss: quæ vexare (TE sapienter sic disponente) hominem possunt, ut ad TUI exemplar informent; at triumphare de veritate nequeunt. Maior enim veritas tua est quam ut quidquam contra illam, tametsi sagaces, & sæculi potentes, valeant. Tibi conirenter canam: *Deus meus, sperabo in eum. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, & a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi.* Quæ verba servus tuus Augustinus non minus mirifice quam opportune sic interpretatur. *Ante pectus suum te ponet, ut alii suis te protegat: si modo agnoscas infirmitatem tuam, ut quasi pullus infirmus fugias sub alas matris, ne a milvo rapiaris. Milvi sunt aereæ potestates. Rapere volunt infirmitatem. Fugiamus sub alas matris sapientiæ*, non astutiæ, non humanæ sagacitatis, non potestatum humanarum.

XII. Hoc mihi diu, noctuque meditandum, providendumque, ne aut vanæ contentions caussa, aut illudentis gloriolæ vento inflatus, aut mundanæ felicitatis spe allectus, cælestia tua dogmata & mandata susceptiam vindicanda. Serpit quippe sensim sine sensu subdolus, & tortuosissimus amor mei, & præstigia sua tanta struit vafritia, ut quid vitandum, quid amplectendum, nisi lux affulgeat tua, prorsus ignorem. Quoties enim, clementissime IESU, proprium commodum quæro eo ipso tempore quo mihi blandior, nihil aliud me in votis habere quam gloriam tuam? Quoties præstigiator ille veritatem ipsam falsitatis colore depictam mihi refert, & falsitatem veritatis fuco illitam exhibet? Quid quod non modo intus deceptiones insidiantur, sed foris quoque hostes usquequaque laqueos, pericula, æruminas parant, ut a constanti legis tuæ defensione abducant? Sed frustra hactenus, frustra imposterum, TE duce, & protectore.

XIII. Illud tandem est reliquum, Domine IESU, ut profunda animi demissione, ferventique corde opus istud augustissimo Maiestatis tuæ Throno sistam, ceu servitutis, cultusque mei leve tributum. Si quid in eo boni, si quid veri est, totum est tuum, quod a Te in me descendit, & ad TE iure regreditur. Duo a Te humillime oro, efflagitoque. Primum, ut immensa sapientiæ tuæ luce mentem illuminare



(*a*) *Lucæ* IX.
(*b*) *Ad Galat.* IV.

meam, infinita caritate tua voluntatem inflammare, & divinæ fortitudinis spiritu animum confirmare meum velis; quo mens in legis tuæ germana interpretatione, pulsa opinionum pravitate, veritatem agnoscat; voluntas in boni persecutione, vitio rejecto, semper proficiat; animus in lege tua propugnanda mundi contemptum intrepide sustineat, nulloque modo hominum molimina reformidet. Alterum, ut lectorum meorum mentibus lucis tuæ radios infundere, & in eorum cordibus divini amoris tui flammas accendere digneris. Nisi enim TU, CLEMENTISSIME IESU, hæc præstes, vanum est scriptum meum, sterilis est lectio eorum. Si tua adsit gratia, sterilia nostra opera fecunda evadent, & tuis coronabuntur donis. TU es via, veritas, & vita, exemplar, & forma vivendi. Qui in TE vivit, vitam habet, & qui in TE non vivit, mortuus est, quamquam in se vivat. Fac itaque, Domine IESU, ut in TE, dum in hac lacrymarum valle peregrinamur a TE, vivamus, quo TECUM in patria regnaturi æternum simus omnes. Amen.

DE-



# DECLARATIO,

## ET SINCERA PROTESTATIO

# F. DANIELIS CONCINÆ

*Super aliquibus oppositionibus factis contra Tomos suæ Theologiæ Christianæ dogmatico-moralis recens typis editos.*

CUM intellexerim magna cum molestia, nonnneminem credidisse, & accusasse me, quasi in Christiana mea Theologia detraxerim multis piis, doctis, probatisque Scriptoribus præsertim inclytæ Societatis Iesu, debeo omnino hac declaratione, & justificatione lectores monere, & certos reddere, me numquam habuisse in animo ullam vel minimam iniuriam afferre adeo laudatæ Societati Iesu, de qua (ut in testimonio præfationi in sesto significavi) semper ea qua par est reverentia scripsi, & locutus sum: quare si quis verbum in ea reperiret, aut loquendi formulam, aut quidlibet aliud quod cum hac mea sententia pugnaret, id omne revoco, atque improbo. Equidem refutavi ut privatus Theologus aliquas opiniones nonnullorum Auctorum tam Societatis, quam aliorum Ordinum Regularium; verumtamen non aliud volui quam ipsas opiniones refellere, non autem infamare Auctores, quorum semper animum, atque intentionem excusavi. Et si quis agnoscit, me eas impugnando errasse, protestationem renovo quam feci in proœmio primi, & noni Voluminis, nempe meum qualecumque iudicium alterius sapienti iudicio submissurum. His præmissis vento ad referenda, quoad scio, oppositionum capita.

I.

Primum caput est, me tribuere sine fundamento nonnullis Societatis Scriptoribus quasdam opiniones præter modum laxas: nempe sequentes, *Tom. I. pag.* 95. 1. *edit.* Patri Sanchez: *In praxi numquam, aut rarissime denegandam absolutionem ob doctrinæ christianæ ignorantiam, quia rustici ignorantes non habent commode doctorem, nec Confessor potest illos instruere:* cum tamen dixerit: *& Confessor potest illos instruere. Tomo II. pag.* 4. Patri Moyæ, neminem obligari *ex necessariis ad suum statum conservandum* eleemosynam dare pauperibus, etiamsi sint in extrema necessitate; cum tamen hæc opinio referatur dumraxat, non sustineatur a Patre Moya. Ita etiam *Tomo III. pag.* 117. de voto non iudendi Patri La Croix: *Si vovisti redimere iacturam temporis;* cum direxit, *si voluisti:* qua verbi mutatione doctrinæ a me tamquam huius Auctoris eo loco relatæ sensus mutatur. Error in his tribus opinionibus ortus est, ut quisque iudicare potest, vel a vitio typographi, aut visus mei debilitate: a malitia voluntatis nullo modo.

Præterea cum tantum otii mihi non fuerit, ut semper singulos Casuistas consulerem, & postquam unum aliquem principem, puta *Leandrum*, aut *Salmanticenses* consului, hos in ceteris citandis sim secutus, hinc ortum est ut perperam, non tamen voluntate, Auctoribus quarumdam opinionum, quæ laxæ sunt, quosdam doctos Societatis Scriptores annumeraverim: nempe *Tom. II. pag.* 165. Patrem Sanchez. pro opinione quæ dicit, licere duellum *ad evitandum periculum vitæ, honoris, aut fortunarum: Tomo IV. pag.* 408. eumdem pro opinione, grave non esse peccatum, *aspectum membrorum turpium: pag.* 444. Escobarium & Lessium pro parvitate materiæ *in genere*

meam, infinita caritate tua voluntatem inflammare, & divinæ fortitudinis spiritu animum confirmare meum velis; quo mens in legis tuæ germana interpretatione, pulsa opinionum pravitate, veritatem agnoscat; voluntas in boni persecutione, vitio rejecto, semper proficiat; animus in lege tua propugnanda mundi contemptum intrepide sustineat, nulloque modo hominum molimina reformidet. Alterum, ut lectorum meorum mentibus lucis tuæ radios infundere, & in eorum cordibus divini amoris tui flammas accendere digneris. Nisi enim TU, CLEMENTISSIME IESU, hæc præstes, vanum est scriptum meum, sterilis est lectio eorum. Si tua adsit gratia, sterilia nostra opera fecunda evadent, & tuis coronabuntur donis. TU es via, veritas, & vita, exemplar, & forma vivendi. Qui in TE vivit, vitam habet, & qui in TE non vivit, mortuus est, quamquam in se vivat. Fac itaque, Domine IESU, ut in TE, dum in hac lacrymarum valle peregrinamur a TE, vivamus, quo TECUM in patria regnaturi æternum simus omnes. Amen.

DE-



# DECLARATIO,

## ET SINCERA PROTESTATIO

# F. DANIELIS CONCINÆ

*Super aliquibus oppositionibus factis contra Tomos suæ Theologiæ Christianæ dogmatico-moralis recens typis editos.*

CUM intellexerim magna cum molestia, nonnneminem credidisse, & accusasse me, quasi in Christiana mea Theologia detraxerim multis piis, doctis, probatisque Scriptoribus præsertim inclytæ Societatis Iesu, debeo omnino hac declaratione, & justificatione lectores monere, & certos reddere, me numquam habuisse in animo ullam vel minimam iniuriam afferre adeo laudatæ Societati Iesu, de qua (ut in testimonio præfationi in sesto significavi) semper ea qua par est reverentia scripsi, & locutus sum: quare si quis verbum in ea reperiret, aut loquendi formulam, aut quidlibet aliud quod cum hac mea sententia pugnaret, id omne revoco, atque improbo. Equidem refutavi ut privatus Theologus aliquas opiniones nonnullorum Auctorum tam Societatis, quam aliorum Ordinum Regularium; verumtamen non aliud volui quam ipsas opiniones refellere, non autem infamare Auctores, quorum semper animum, atque intentionem excusavi. Et si quis agnoscit, me eas impugnando errasse, protestationem renovo quam feci in proœmio primi, & noni Voluminis, nempe meum qualecumque iudicium alterius sapienti iudicio submissurum. His præmissis vento ad referenda, quoad scio, oppositionum capita.

I.

Primum caput est, me tribuere sine fundamento nonnullis Societatis Scriptoribus quasdam opiniones præter modum laxas: nempe sequentes, *Tom. I. pag.* 95. 1. *edit.* Patri Sanchez: *In praxi numquam, aut rarissime denegandam absolutionem ob doctrinæ christianæ ignorantiam, quia rustici ignorantes non habent commode doctorem, nec Confessor potest illos instruere:* cum tamen dixerit: *& Confessor potest illos instruere. Tomo II. pag.* 4. Patri Moyæ, neminem obligari *ex necessariis ad suum statum conservandum* eleemosynam dare pauperibus, etiamsi sint in extrema necessitate; cum tamen hæc opinio referatur dumraxat, non sustineatur a Patre Moya. Ita etiam *Tomo III. pag.* 117. de voto non iudendi Patri La Croix: *Si vovisti redimere iacturam temporis;* cum direxit, *si voluisti:* qua verbi mutatione doctrinæ a me tamquam huius Auctoris eo loco relatæ sensus mutatur. Error in his tribus opinionibus ortus est, ut quisque iudicare potest, vel a vitio typographi, aut visus mei debilitate: a malitia voluntatis nullo modo.

Præterea cum tantum otii mihi non fuerit, ut semper singulos Casuistas consulerem, & postquam unum aliquem principem, puta *Leandrum*, aut *Salmanticenses* consului, hos in ceteris citandis sim secutus, hinc ortum est ut perperam, non tamen voluntate, Auctoribus quarumdam opinionum, quæ laxæ sunt, quosdam doctos Societatis Scriptores annumeraverim: nempe *Tom. II. pag.* 165. Patrem Sanchez. pro opinione quæ dicit, licere duellum *ad evitandum periculum vitæ, honoris, aut fortunarum: Tomo IV. pag.* 408. eumdem pro opinione, grave non esse peccatum, *aspectum membrorum turpium: pag.* 444. Escobarium & Lessium pro parvitate materiæ *in genere*

*nere luxuriæ*. Has omnes & quascumque alias laxas opiniones, quas quis reperiret in mea Theologia cuicumque Auctori non vere & immerito tributas, ut me nolente accidisset, ita protestor, publiceque declaro me revocare.

Equidem *Tom. III. pag.* 390. & 436. dixi, Patrem Tamburinum docuisse propositionem 15. de Iuramento a Ven. Innocentio XI. damnatam: ita enim ex eius verbis inferri existimavi: nihilominus, si cui nullius ponderis meum videbitur argumentum, hanc quoque revoco assertionem. Habeat etiam pondus, quo dignum est, scriptum in Bibliotheca Angelica repertum, editumque *Tom. 9. pag.* 586. vi cuius ibidem affero, Patrem Suarez probabilem existimasse sententiam *de Confessione inter absentes per epistolam*, damnatam a Clemente VIII. in quo iustæ aliorum criticæ me subiicio.

I I.

Secundum caput expressiones respicit quibus utor post relatas laxas opiniones, & aliquas *notas*, quas adiungo, eas appellans exempli caussa *falsas*, *scandali plenas*, *erroneas commenta*, *monstra*, *paradoxa immania*, *anti evangelica* & contra decretum, ut mihi obiicitur, Innocentii XI.

Declamationes, & censuræ ad eas dumtaxat opiniones in quas, nisi fallor, cadere existimo, non item ad Auctores referendæ sunt. Quare si quis reperiret in mea Theologia censuram iniusse alicui opinioni tributam, aut invectivam orationem, declamationem, aut expressionem, quæ aliquem offenderet Auctorem catholicum, revocatam habere volo.

Credidi autem, decretum Innocentii XI. comprehendens illas propositiones *quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur*, intelligi de propositionibus quæ in *Scholis catholicis* libere disputantur; non autem de illis quas hic, vel alius privatus Doctor possit tueri. Quod si alia sit mens Ven. Pontificis, revocatum esse volo quidquid menti summi Pastoris contrarium iudicabitur. Atque huc spectare posse existimo quod ait Pater La-Croix Lib. I. num. 199. pag. 16. *Si quis tamen sententiam aliquam appellet improbabilem, vel levem, saltem in communiore sensu, non est censura... neque si appellet laxam in communiore sensu.*

I I I.

Tertium caput fundamentum habet in Indicibus verborum. Obiicitur mihi, artificiose esse compositos, eo quod Scriptores Societatis solum citantur tamquam auctores opinionum quas reiicio, non item earum quas probo; cum tamen pro his in corpore librorum eosdem Scriptores citaverim; e contra locus non est in Indicibus Scriptoribus Dominicanis, quos in corpore librorum quandoque citavi tamquam defensores laxarum opinionum.

Ingenue fateor, Indices a me non fuisse confectos: quare nihil mihi vitio dari potest. Video tamen in iis citatos esse summa cum laude Albertum de Albertis, Bellarminum, Cardenam, Columbier, Comitolum, Cornelium a Lapide, Elizaldam, Emericum de Bonis, Pallavicinum, Suarez, Terillum, Auctores Societatis: contra vero parum honorifice Candidum, & Lopez Dominicanos. Nolo nihilominus defectus Indicum defendere: quare confiteor & confirmo, Scriptores Societatis, inter quos Sanchez, Leffium, Tamburinum, Vivam &c. pios esse, & doctos, multaque defendere veras opiniones, ut retuli in corpore, & in Indicibus suis locis indicari debebat: in quibus, si cui videtur ullam laxam opinionem alicui Scriptori falso tribui, is sciat, id me delendum esse putare.

IV.



I V.

Quartum caput est, me initio cuiusque tractatus *Elenchum* propositionum præmittere, quas *damnabiles* pronuntio: in quo mihi iudicium Ecclesiæ anteveniisse opponitur.

Numquam fuit in animo Censoris tribunal erigere; sed solum ceu privatus Theologus meum proferre qualecumque iudicium, cum ita vestigiis insisterem gravissimorum Doctorum. Ita Francolinus *in* opusculo cui titulus, *Francolinus Vindicatus*, cap. secundo conficit elenchum propositionum ex operibus Merbesii, Iuvenini, & Genetti, quas afficit nota *Rigoristæ*. Quod si quis hanc methodum improbaret, aut propositiones in numerum illarum quas *damnabiles* appello, immerito adscriptas reperiret, eas revocare, atque expungere paratus sum.

V.

Quintum caput est, me in toto cursu, vel opere meæ Theologiæ semper magno studio conatum esse ut Scriptores Societatis auctores apparerent damnatarum propositionum.

Puto tamen laudes quas merito tribui Ven. Cardinali Bellarmino, Toleto, Pallavicino &c. me latis defendere. Reieci equidem alienas opiniones quorumdam Casuistarum; sed mens non fuit illos doctos, & pios Scriptores, quos valde veneror, quibusque usus sum in sententiis & doctrinis meæ Theologiæ, vituperare, sed, uti Theologi solent, refellere: & si quis demonstrabit me in iis impugnandis falsum esse, libenter errorem meum confitebor.

V I.

Sextum gravissimum caput est, contineri in mea Theologia res quæ probatis Scriptoribus gravi sunt iniuriæ. Tria abducuntur exempla. Primum est, quod loquens *Tom. II. pag.* 139. de secreta correctione in Evangelio præcepta, subiiciam: *Qui contendunt, melius esse cuique incolumem disciplinam evangelicam consistere, si, neglecto fraterno correctionis ordine, immediate ad Prælatum denuntiandum delictum afferatur, hi profecto Evangelium corrigere, regulasque perfectiores, ac prudentiores præscribere velle videntur*: quasi hac doctrina Regulam Sancti Ignatii, quæ præscribit voluntariam renuntiationem correctionis fraternæ, vellicare voluerim.

Sed tamen huic difficultati ita immediate respondeo: *Hoc mihi difficultatem ingerit, nec ob id tamen improbo, si quid sapientes sanctique viri oppositum statuerunt; quin illis, utpote divino perfusi lumine, fasces submitto, & utroque pollice subscribo.* Qua responsione reiici credo ficticiam accusationem. Ceterum profiteor venerationem quam habeo pro illa sancta Regula, quæ, ut nihil præscribit contra sanctum Evangelium, ita nequit aut in totum, aut ex parte, directe, vel indirecte oppugnari, ut iuste summi Pontifices præceperunt.

Alterum exemplum est in *Tom. II. pag.* 104. ubi defendens, Beneficiatis prohibitum esse *iure divino* testamentum facere in favorem consanguineorum, mihique obiiciens dispensationes quas interdum a summis Pontificibus obtinent, respondeo cum D. Bernardo: *Plura impertiuntur Pontifices summi aut mendacio decepti, aut importunitate victi.* In qua responsione parva mihi obiicitur erga summos Pontifices reverentia.

Absit a me hæc impietas. Hoc responsum attuli, quia, posito quod Beneficiatis *iure divino, & non iure tantum ecclesiastico* prohibitum sit in favorem consanguineorum

rum testamentum facere, nescivi responsionem meliorem invenire; quam si quis parum reverentiæ erga summos Pontifices convenire iudicabit, reiicio atque abominor.

Tertium exemplum est *Tom. VIII. pag.* 390. ubi assero, quandoque Moniales dotem & vitalitium earum quas recipiunt, exigentes committere peccatum simoniæ. Opponitur mihi hæc doctrina sacram etiam me condemnare Congregationem, quæ talem concedens facultatem, dotis solutionem imponit. Iustissima est praxis sacræ Congregationis: nam supponit Monasterium paupertate laborare: neque ferre omnia onera posse: quo titulo, ut præscribit Concilium Tridentinum, dotis imponit solutionem, quam, si contrarium evidenter constaret, non imponeret. Atque his limitibus intelligitur, quidquid ibi de simonia Monialium differui; in quo si quis errorem reperiet, revocare sum paratus.

## VII.

In septimo capite obiicitur, me retulisse quidquid falso, & maledice contra illustrem Societatem scripsere Paschalis, Vendrochius, Henricus a Sancto Ignatio, & Vincentius Baronius, quorum omnium Scriptorum aliqua opera sunt damnata.

Certo tamen testari possum, me nullam ex his Auctoribus exscripsisse sententiam; & si quisquam reperiat, eam me revocare sciat. Illud animadvertere volo, neque Montaltium, neque Vendrochium conscientiæ casus resolvere. Henrici a Sancto Ignatio me quasdam opiniones oppugnasse; Vincentium Baronium vix ac ne vix quidem legisse.

Ceterum si quid peccavi, si quid convicii, impostura, contumeliæ, aut cuiusvis alterius generis iniuriæ calamo meo, sane præter animum, excidit, ingenue retracto omnia, deleo, improbo, detestor.

F. Daniel Concina Ord. Præd.





# INDEX CAPITUM PRÆFATIONIS.


CAPUT I.

*De librorum moralium multitudine, & christianæ Theologiæ dignitate.* Pag. j.

CAPUT II.

*Ex tot Religionibus UNA est salutis arca: & in tanta opinionum multitudine UNA est vera doctrina morum quæ ducit ad vitam.* viij.

CAPUT III.

*De stilo scribendæ THEOLOGIÆ CHRISTIANÆ.* xx.

CAPUT IV.

*Quænam stili genus in morum Theologia conscribenda adhibendum, pacatum ne & placidum, an acre & vehemens?* xxij.

CAPUT V.

*In Theologia christiana scribenda Prophetarum, & Apostolorum stilus imitandus. Numquam Deus Prophetas, & Apostolos redarguit, quod aspero & severo, sed quod blando & dulci stilo legem suam interpretati sint, ne populorum plausum, & oblationes perderent. Veri Prophetæ aspera, pseudoprophetæ dulcia politentur.* xxvj.

CAPUT VI.

*Sancti Ecclesiæ Patres, & potissimum S. Thomas, stili adhibendi in Theologia christiana explicanda, & propugnanda veras notiones exhibent.* xxxj.

CAPUT VII.

*Postremæ ætatis Sanctorum, piorumque Doctorum,* Thomæ de Villanova, Bartholomæi de Martyribus, S. Caroli Borromæi, Baronii, Elizalde, Camargo, Alberti de Albertis *exemplis confirmatur argumentum propositum.*

CAPUT VIII.

*Potissimum ætate nostra stili validi & vehementis usus necessarius. INNOCENTII XI. decreti, quo interdicuntur censuræ, & notæ in eas propositiones quæ inter Catholicos disputantur, germanus sensus. Quid æqui rerum arbitri in librorum lectione servare debeant.* xl.




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN © DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT IX.

*Vindicie stili gravis, & validi adversus corruptas opiniones a* P. Alberto de Albertis *adornatæ. Mollioris Ethices patroni, non doctrinam sibi adversam, sed stilum dumtaxat incusare solent.* xlvij.

CAPUT X.

*PARADOXA, quæ adversarii opponunt, labefactantur.* l.

CAPUT XI.

*Sinceritate summa exscribendæ sunt Auctorum sententiæ, libro, & pagina, unde decerptæ sunt, indicatis. P. Francisci ZECH hac in re lapsus opportuna digressione emendatur.* lviij.

CAPUT XII.

*AUCTORIS MONITA AD LECTORES, quibus potissimum sanctarum Scripturarum studium inculcatur, & quorumdam Cajetanarum lectio dissuadetur.* lxiv.

CAPUT XIII.

*TESTIMONIUM AUCTORIS PRO INCLITA SOCIETATE IESU.* lxxj.

CAPUT XIV.

*ALLOQUIUM AD CHRISTUM IESUM, QUI EST VIA, VERITAS, ET VITA, EXEMPLAR, & FORMA VIVENDI.* lxxvij.

CAPUT XV.

*Declaratio, & sincera protestatio F. Danielis Concinæ super aliquibus oppositionibus factis contra Tomos suæ Theologiæ Christianæ dogmatico-moralis recens typis editos.* lxxxvj.


IN-



# INDEX

*Librorum, dissertationum, capitum, paragraphorum, & quæstionum, quæ in hoc Tomo continentur.*


PROLEGOMENON I.

*IN DECALOGUM.*

De Atheismo, & Polytheismo.

PRÆLOQUIUM. Pag. 1.

CAPUT I.

*De Atheismo. Varia Atheorum genera. Fuerintne aliqui veri Athei, valde incertum. Sententia negans verior.* 2.

CAPUT II.

*De Polytheismo. Polytheismi notio, eiusdemque origo, & diversa genera.* 3.

CAPUT III.

*De Polytheismo Iudæorum. Varia idololatriæ Iudaicæ genera. Quid in deserto adoraverint Iudæi.* 6.

CAPUT IV.

*Rationes proponuntur, quæ Deum esse ostendunt.* 8.

CAPUT V.

*Alio dilemmate urgentur Athei, & Deistæ.* 11.

CAPUT VI.

*Rationes populares omnium mentibus accommodate proponuntur, quæ Deum esse evincunt.* 12.

CAPUT VII.

*Scriptura sacra, & Patrum sententiis eadem veritas illustratur.* 15.

CAPUT VIII.

*Demonstratur unum esse Deum consensione tum ipsorum Gentilium, tum Patrum, & rationes.* 17.

CAPUT IX.

*Causse cur scelesti in Atheismum prolabuntur. Hæ confirmant Religionis veritatem.* 19.

CAPUT X.

*Quædam Paganorum obiectiones solvuntur.* 21.

CAPUT XI.

*Confectaria, in quibus Dei notiones, & quæ viam ad illius cognitionem sternunt, indicantur.* 23.

PROLEGOMENON II.

in quo

Errores adversus Decalogum recensentur. Eiusdem generalis quædam notitia præmittitur.

CAPUT I.

*Lutherus negat Decalogum pertinere ad Christianos. Iansenius negat omnia Dei præcepta esse possibilia, gratiamque qua possibilia fiunt.* 25.

CAPUT II.

*Notio Decalogi, eiusque distributio.* 27.

CAPUT III.

*Quomodo principia generalia iuris naturalis, ut bonum est faciendum, malumque declinandum &c. item præcepta dilectionis Dei, & proximi, fidei, spei, & caritatis, aliaque iuris naturalis mandata in Decalogo contineantur.* 28.

CAPUT IV.

*Primum Decalogi præceptum duplex: affirmans, & negans. Momenta quæ ad colendum*


UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*dum Deum inducere debent, recenſentur. Cur impii neque confiteantur Deum, neque amare conentur, rurſus indicatur.* 31.

CAPUT V.

*Præceptorum Decalogi obligatio gravis eſt. Diſpenſationi obnoxia minime ſunt præcepta iſthæc.* 32.

LIBER PRIMUS.

*IN DECALOGUM.*

DISSERTATIO I.

De Fide.

CAPUT I.

*Recenſentur propoſitiones damnatæ ab Eccleſia in materia fidei quæ mores regit.* 37.

CAPUT II.

*Propoſitiones quorumdam Caſuiſtarum quæ nimium laxæ videntur.* 39.

CAPUT III.

*Multiplex fidei acceptio: ejuſdem vera notio, diviſio, atque objectum, conditioneſque illud comitantes.* 40.

CAPUT IV.

*Fides ad ſalutem neceſſaria non eſt peculiaris certaque fiducia, qua quis credat ſibi eſſe remiſſa peccata, vel ſe ad æternam beatitudinem eſſe prædeſtinatum.* 41.

CAPUT V.

*Quæ fide theologica credenda ab Eccleſia proponuntur, evidenter credibilia ſunt.* 44.

CAPUT VI.

*Inter religiones quæ Chriſti Evangelium profitentur, ſola catholica Romana Pontifici obediens evidenter credibilis apparet.* 48.

CAPUT VII.

*Pia voluntatis affectio fidem præcedere debet. Fidei ad ſalutem neceſſitas explicatur.* 56.

CAPUT VIII.

*De objecto materiali fidei, ſeu de articulis quorum fides neceſſaria eſt neceſſitate medii.* 58.

Quæſt. I. *An poſt ſufficientem Evangelii prædicationem per accidens contingere poſſit quod aliquis Chriſti fide tantum implicita juſtificetur?* 62.

Quæſt. II. *An homini ignoranti myſteria Incarnationis, & Trinitatis neganda ſit abſolutio ſacramentalis?* 64.

CAPUT IX.

*De ſymboli, ſeu fidei articulis* 65.

CAPUT X.

*De fidei chriſtianæ præceptis.* 69.

§. I.

*Chriſtianæ fidei capita quæ adulti omnes ſcire neceſſitate præcepti aſtringuntur.* ibid.

Quæſt. I. *Quid credere tenentur fideles adulti vi illorum articulorum qui ad Divinitatem pertinent, quantum ad ſubſtantiam?* ibid.

Quæſt. II. *An neceſſe ſit explicite credere, Spiritum ſanctum a Patre, Filioque procedere?* 70.

Quæſt. III. *Quid ſcire fideles debeant de articulis qui ad Chriſti attinent humanitatem, ut dicantur eos ſcire quantum ad ſubſtantiam?* ibid.

Quæſt. IV. *Utrum fideles teneantur vi præcepti credere explicite Deiparam perpetuo manſiſſe virginem?* ibid.

Quæſt. V. *Teneantur ne fideles credere Chriſtum paſſum eſſe ſub Pontio Pilato?* ibid.

Quæſt. VI. *Aſtringuntur ne fideles explicite credere Chriſtum deſcendiſſe ad infernos, & Sanctorum communionem?* ibid.

Quæſt. VII. *Teneantur ne fideles credere explicite neceſſitate præcepti myſteria Circumciſionis, Præſentationis in templo, Adventus Spiritus ſancti, aliarumque feſtivitatum quæ ſolemni ritu in Eccleſia celebrantur?* ibid.

§. II.

*Summa eorum quæ credere fideles debent, ut divinam ſpem concipiant, honeſte vivant, & ſalutem æternam conſequantur.* 71.

Quæſt. VIII. *Fieri ne poteſt ut homo rudis ſalvetur, quamquam nihil ſpeciatim credat,*



*dat, dummodo generatim, & implicite credat quidquid credit ſancta mater Eccleſia?* ibid.

Quæſt. IX. *An ſi quis adeo obtuſo, & hebeti ingenio ſit, ut ſymboli articulos percipere neque quantum ad ſubſtantiam valeat, immunis a culpa ſit, & præcepto fidei ſatisfaciat, ſi aliquos clariores, quos aſſequitur, explicite credat, ceteros vero implicite, credens quidquid Eccleſia proponit?* 72.

Quæſt. X. *Utrum Chriſtianorum quiſpiam probabili, ſeu, ut dicitur, invincibili ignorantia omnium articulorum fidei teneri poſſit?* ibid.

Quæſt. XI. *An ſatisfaciant fidei præcepto fideles qui ſymbolum, decem Decalogi præcepta, orationem dominicam, & angelicam latine tantum diſcunt, dum ſunt linguæ latinæ iguari?* ibid.

Quæſt. XII. *Utrum ſub mortali fideles adulti ſcire, vel addiſcere teneantur ſeptem ſacramenta?* 73.

Quæſt. XIII. *An omnes fideles eadem myſteriorum fidei notitia inſtructi ſint oporteat?* ib.

Quæſt. XIV. *Dinumm ne, an eccleſiaſticum ſit præceptum quo urgentur fideles ad res fidei ſciendas?* 74.

§. III.

*Nonnullæ regulæ quas in praxi præ oculis habere Confeſſarii debent in hac materia.* 75.

CAPUT XI.

*De præcepto fidei internæ. Quænam ſufficiens fidei propoſitio dicatur, ut præceptum obligat? Explicantur requiſita neceſſaria ad ſufficientem propoſitionem.* 77.

Quæſt. I. *Quænam ſint requiſita ad prudentem aſſenſum, qui exhibetur propter humanam auctoritatem?* 78.

Quæſt. II. *Omnia requiſita ad prudentem aſſenſum reperiuntur ne in aſſenſu fidei catholicæ?* ibid.

Quæſt. III. *Quandonam ſufficienter propoſita pueris dicenda ſit catholica fides?* ibid.

Quæſt. IV. *Quandonam infidelibus ſufficienter propoſita dicenda ſit catholica fides?* 79.

Quæſt. V. *Teneatur ne infidelis ſuam ſectam, quam probabilem judicat, abjurare, & religionem catholicam, quam probabiliorem cenſet, amplecti?* ibid.

Quæſt. VI. *Teneantur ne pueri inter Catholicos enutriti actum interiorem fidei elicere, cum primum illis rationis lumen affulget?* 81.

Quæſt. VII. *Quandonam adultus hoc præceptum per ſe obliget ad eliciendos fidei actus?* 82.

Quæſt. VIII. *Utrum ſemel in anno per ſe teneantur exercere aliquem actum fidei?* ib.

Quæſt. IX. *An hoc præceptum obliget per ſe in articulo mortis, & quando urget gravis tentatio contra fidem?* 83.

Quæſt. X. *Quandonam per accidens fidei præceptum obliget?* 84.

CAPUT XII.

*De præcepto adfirmante divino fidei exterius confitendæ.* 85.

Quæſt. I. *Quandonam præceptum divinum confitendæ exterius catholicæ fidei obliget?* ib.

Quæſt. II. *Hæc externa confeſſio fidei eſt ne actus virtutis fidei?* ibid.

Quæſt. III. *Qui interrogatur de fide catholica, peccat ne, ſi taceat?* 86.

Quæſt. IV. *Fidelis rogatus a perſona privata de ſua fide in odium ejuſdem fidei, tenetur ne reſpondere?* 87.

Quæſt. V. *Fidelis aſtringitur ne reſpondere ſuperiori catholico de fide interroganti?* ib.

Quæſt. VI. *Catholicus videns ſacras imagines conteri, Crucifixum contumeliis affici, tenetur ne fidem ſuam prodere, ſacraſque imagines a contemptoribus vindicare?* ibid.

Quæſt. VII. *Licitum ne aliquando ſit tyrannum fugere, ut coactio ad confitendam fidem vitetur?* ibid.

Quæſt. VIII. *Epiſcopi, Parochi, aliique Paſtores curam habentes animarum, teneantur ne cum vitæ propriæ periculo ovibus ſibi creditis aſſiſtere, & ante tyrannum, ſi opus fuerit, ſe ſiſtere?* 88.

CAPUT XIII.

*De præcepto adfirmativo eccleſiaſtico fidei exterius confitendæ, & de iis qui huic præcepto obtemperare ſunt.* 89.

Quæſt. I. *Teneantur ne omnes curam animarum habentes fidei profeſſionem palam edere?* ibid.

Quæſt. II. *Præfatæ conſtitutiones obligant ne ſub mortali?* ibid.

Quæſt. III. *Beneficiati curam animarum habentes teneantur ne intra bimeſtre a die neſcitæ poſſeſſionis, fidei profeſſionem emittere in manibus Epiſcopi, aut eius Vicarii, vel Officialis?* ibid.

Quæſt. IV. *Beneficiarii, vel Canonici, qui infra bimeſtre a die poſſeſſionis pacificæ profeſſionem non ediderunt propria culpa, facient ne fructus ſuos, ita ut non teneantur*

ante

*ante iudicis sententiam in conscientia restituere eosdem fructus?* 90.
Quæst. V. *Patriarchæ, Archiepiscopi, Primates, Episcopi sunt ne legi præfata obnoxii?* 91.
Quæst. VI. *Prælati regulares tenentur ne ad hanc fidei professionem?* ibid.
Quæst. VII. *Doctores, Lectores, & cuiusque liberalis artis professores, qui in publicis gymnasiis docent, astringuntur ne fidei professionem emittere?* ibid.
Quæst. VIII. *Fieri ne per procuratorem eiusmodi fidei professio valet?* 92.

## CAPUT XIV.

*De præcepto fidei negativo, & de eiusdem transgressoribus.* 93.
Quæst. I. *Negaret ne fidem qui negaret se esse Christianum, aut Papistam?* 94.
Quæst. II. *Negaret ne fidem qui negatus Turca ne sit, an Lutheranus, asseveraret?* ib.
Quæst. III. *Peccaret ne contra fidem qui negaret se esse Clericum, Sacerdotem, Religiosum?* ibid.
Quæst. IV. *Licitum ne est vitandæ mortis caussa adolere thus idolo, genuflectere, aliaque similia religionis signa exhibere, dummodo illibata in corde fides servetur?* ibid.
Quæst. V. *Est ne licitum falsæ religionis cæremonias usurpare, non qua tales, sed ob finem honestum, puta circumcisionem pœnitentiæ caussa?* 95.
Quæst. VI. *Licitum ne est Catholico vestibus, signisque propriis infidelium, suam fidem occultare?* 95.
Quæst. VII. *Licitum ne est proprium occultare fidem infidelium vestibus per se institutis ad falsæ sectæ professionem?* ibid.
Quæst. VIII. *Licitum ne est iis uti vestibus quæ instituta sunt ad secernendos unius sectæ homines ab alia, ut sunt apud Turcas tabulæ albæ, apud Iudeos pilei flavi, vel rubri?* 96.
Quæst. IX. *Licite ne ingredi infidelium, Iudæorum, & hæreticorum templa Catholici valent?* 98.
Quæst. X. *Quid, si Princeps hæreticus præciperet ut Catholici sua ditioni subiecti hæreticorum templa frequentarent religionis caussa?* ibid.
Quæst. XI. *Extrema urgente necessitate licitum ne est hæreticorum templa adire ad suscipiendum baptisma, aut pœnitentiæ sacramentum, ministris catholicis deficientibus?* 99.
Quæst. XII. *Licitum ne est comedere cibos idolis consecratos?* ibid.
Quæst. XIII. *Catholici per regiones hæreticorum peregrantes possunt ne dictas vetitas carnes manducare, ut evitent vitæ, aut alterius gravis damni periculum?* 100.
Quæst. XIV. *Negarent ne fidem Christiani veteris sæculi, qui libellatici dicebantur?* ib.

## CAPUT XV.

*De præcepto confitendæ doctrinæ quæ merces ragui, & appetitiones moderatur. Graviter peccant non modo ii qui fidei mysteria, verum etiam ii qui morum præcepta publice coram Catholicis fateri erubescunt.* 101.

## DISSERTATIO II.

De infidelitate, eiusque variis speciebus.

## CAPUT I.

*Varia infidelitatis acceptatio. Tres sunt eiusdem species, paganismus, iudaismus, & hæresis.*

## CAPUT II.

*Quid iuris Ecclesia, & Principes christiani habeant circa tolerandos suis in ditionibus paganos, Iudæos, & hæreticos?* 104.

## CAPUT III.

*De Ecclesia, ac Principum christianorum potestate in infideles sibi non subditos.* 106.
Quæst. I. *Possit ne Ecclesia aut seipsa immediate, aut Principum christianorum ope infideles sibi temporaliter non subditos ad fidem suscipiendam cogere?* ibid.
Quæst. II. *Potest ne Ecclesia infideles non subditos cogere ad audiendam fidem, seu Evangelium?* ibid.
Quæst. III. *Potest ne Ecclesia infideles subditos ad audiendum Evangelium cogere?* ib.
Quæst. IV. *Potest ne Ecclesia iure illos compescere infideles, sive subditos, sive non subditos, qui evangelicæ fidei prædicationem impediunt?* 107.
Quæst. V. *Licitum ne Ecclesiæ est Prædicatores suos mittere militibus, armisque stipatos?* ibid.
Quæst. VI. *Potest ne Ecclesia infideles Principes sibi non subditos privare dominio, & iurisdictione in vassallos, servosque christianos?* 108.





Quæst. VII. *Infideles acquirere ne valent novam iurisdictionem in Catholicos?* ibid.
Quæst. VIII. *Infideles christianis Principibus subditi possunt ne habere servos, ancillasque christianas?* ibid.
Quæst. IX. *Potest ne Ecclesia infideles privare dominio quo potiuntur in Christianos?* ibid.
Quæst. X. *Habet ne Ecclesia potestatem indirectam in Principes infideles?* ibid.
Quæst. XI. *Valet ne Ecclesia cogere infideles non subditos, ut errores iuri naturæ infestos deponant, bellumque eisdem indicere, si renuant?* 109.
Quæst. XII. *Principes christiani valent ne Turcas armis impetere, peculiaribus caussis subiatis, ob hoc solum quod hostes iurati sint Christianorum?* 110.

## CAPUT IV.

*De communicatione fidelium cum infidelibus.* 111.
Quæst. I. *Licitum ne Christianis est vendere infidelibus ea quæ eorum sacrificiis, & vanæ religionis ritibus inserviunt?* ib.
Quæst. II. *Licet ne admittere infideles ad sacramentorum participationem?* ibid.
Quæst. III. *Quot sunt casus in quibus Ecclesiæ decreto vetita Christianis est communicatio cum infidelibus?* ibid.

## CAPUT V.

*De hæresi, & apostasia a fide.* 113.
Quæst. I. *In quo sita sit pertinacia ad hæresim necessaria?* ibid.
Quæst. II. *Utrum propositio fidei catholicæ contraria ab ignorante prolata, hæretica dicenda sit, quamvis qui illam profert, hæreticus non habeatur?* 114.
Quæst. III. *Quid de eo sentiendum est qui externus tantum fidem negat?* ibid.
Quæst. IV. *Utrum dubius in fide hæreticus habendus sit?* 116.
Quæst. V. *Sit ne hæreticus qui privatæ revelationi divinæ dissentit, aut qui propositionem theologicam proxime ex propositione de fide deductam negat?* 117.
Quæst. VI. *Est ne pertinax, & hæreticus qui Episcopo proponenti res fidei non assentetur, existimans se Ecclesia non contradicere?* ib.
Quæst. VII. *Esset ne formaliter hæreticus catechumenus qui aliquos fidei articulos negaret?* 119.
Quæst. VIII. *Quid sit apostasia, & an specie differat ab hæresi?* 120.



Quæst. IX. *Princeps propter apostasiam a fide amittit ne dominium in subditos?* ibid.

## CAPUT VI.

*Quotuplex sit hæresis, & qua pœna.* 121.

## CAPUT VII.

*De iis qui excommunicationi in hæreticos latæ obnoxii sunt.* 123.
Quæst. I. *Hæreticus internus simulque externus, occultus tamen, subiacet ne excommunicationi in hæreticos latæ?* 124.
Quæst. II. *Quanam verba & signa requiruntur, ut hæresis externus manifestata dicatur?* ib.
Quæst. III. *Verba æquivoca sunt ne apta ita manifestare hæresim internam, ut hæreticus externus evadat, & excommunicationem incurrat qui iismodi verbis suam patefaceret hæresim?* ibid.
Quæst. IV. *Qui consulens virum doctum, erat in sacramentali confessione suam internam hæresim patefecit, incidit ne in hæresim externam?* 125.
Quæst. V. *Esset ne hæreticus externus qui hæresim mente sola conceptam in somnis illam proderet, si expertentia præcedente didicit illam se manifestaturum, nullamque adhibuit diligentiam ad illam occultandam?* ibid.

## CAPUT VIII.

*De excommunicatione lata in credentes, fautores, receptatores, & defensores hæreticorum, deque communicatione cum iisdem.* 126.
Quæst. I. *Qui dicantur hæretici credentes?* ib.
Quæst. II. *Qui sint hæreticorum fautores?* ib.
Quæst. III. *Qui dicantur hæreticorum receptatores, & defensores?* 127.

## CAPUT IX.

*Quinam Catholicorum cum infidelibus, & hæreticis licite disputare de rebus divinæ fidei valeant?* 128.
Quæst. I. *Vetitum ne laicis est publicam cum hæreticis disputationem habere?* ibid.
Quæst. II. *Laudatum decretum vetat ne laicis tum doctis, tum indoctis disputationem cum hæreticis?* ibid.
Quæst. III. *Nomine laicorum intelliguntur ne Religiosi, qui laici, conversi, donati, aliique vocibus appellari solent?* 130.
Quæst. IV. *Quibus Clericis licitum est de rebus fidei publice, aut privatim disputare?* ibid.

## CAPUT X.

*De libris hæreticorum prohibitis in Bulla Cœnæ.* ibid.
Quæst. I. *Qui legit concionem hæretici, orationem, epistolam, brevemque disputationem hæreses continentem, incurrit ne excommunicationem?* 131.
Quæst. II. *Datur ne materiæ parvitas quæ legentem hæreticorum libros ab excommunicatione excusat?* 132.
Quæst. III. *Incurrit ne excommunicationem qui legit librum hæretici qui nec de religione tractat, nec hæresim continet?* ibid.
Quæst. IV. *Quæ ignorantia excusat legentes hæreticorum libros?* ibid.
Quæst. V. *Incurrit ne excommunicationem qui alium legentem audit?* ibid.
Quæst. VI. *Contingere ne potest ut quis libros hæreticorum legere licite valeat absque expressa licentia?* 133.
Quæst. VII. *Qui licentiam habent a summo Pontifice, seu Congregatione S. Officii legendi libros hæreticorum, peccant ne, si absque necessitate illos legant?* ibid.
Quæst. VIII. *Quid dicendum de illis qui libros retinent hæreticorum?* ibid.
Quæst. IX. *Quid de impressoribus dicendum?* ib.
Quæst. X. *Hæc Bulla Cœnæ est ne ubique recepta?* ibid.
Quæst. XI. *Præter prohibitionem latam in Bulla Cœnæ est ne alia lex adversus libros hæreticorum, aliorumque Scriptorum lata?* ib.
Quæst. XII. *Qui libri prohibiti sint in Indice Tridentino, seu Romano, & sub qua pœna?* 134.
Quæst. XIII. *Sunt ne alia librorum prohibitorum genera?* ibid.
Quæst. XIV. *Libri Catholicorum prohibiti in uno, sunt ne in alio odiomate vetiti?* ibid.

## CAPUT XI.

*De librorum impressione, de superiorum licentia, de eorumdem librorum Censoribus.* 135.
Quæst. I. *Regulares qui libros quosvis typis edunt cum approbatione Ordinarii, seu Inquisitoris inveta morem patriæ in qua libri eduntur, subiecti ne sunt pœnis a Tridentino, seu a Regula Indicis latis, si Prælatorum suorum Ordinum approbationem impetrare omittant?* 136.
Quæst. II. *Quid hac de re constitutiones Ord. Præd. decernunt?* ibid.
Quæst. III. *Constitutiones Regularium quas pœnas infligunt librorum editoribus, omissa Ordinis approbatione?* 137.
Quæst. IV. *Peccaret ne Regularis qui scripta sua sæculari traderet imprimenda cum licentia Ordinariorum sub eiusdem sæcularis proprio cuique nomine?* ibid.
Quæst. V. *Peccaret ne qui approbato, & subscripto manuscripto aliqua adderet?* 138.
Quæst. VI. *Censura quam infligit Tridentinum, & Regula Indicis, est ne reservata alicui?* ibid.
Quæst. VII. *Quo devinciuntur overe Superiores in facultatis concessione pro libris edendis?* ibid.
Quæst. VIII. *Quid si Regularis, petita licentia a suo Superiore, & ob iniustam caussam non obtenta, librum ederet?* ibid.
Quæst. IX. *Quænam esse debent Censorum prærogativæ?* 139.

## CAPUT XII.

*Studia est persuasio tum Politicorum assertorum quemquam in sua religione, tum hæreticorum docentium omnes in propria secta christiana, quomodo credant articulos fundamentales Evangelii, salvari posse.* ibid.

## CAPUT XIII.

*Extra Catholico-Romanam Ecclesiam nulla datur salus. Laxa Casuistarum Busembaum, Caramuelis, La-Croix, Sporer, & aliorum opinio reticitur.* 142.

## CAPUT XIV.

*Confectaria, quæ suadent virtutis fidei exercitium, illudque dirigunt.* 151.

## DISSERTATIO III.

De spe virtute theologica.

PRÆLOQUIUM. 154.

## CAPUT I.

*Recensentur propositiones ab Ecclesia proscriptæ, quæ spem theologicam impetebant.* 155.

## CAPUT II.

*Spei notio, obiectum, subiectum, præceptum, & tempus quo urget obligatio.* 158.
Quæst. I. *Quodnam sit obiectum spei?* 159.
Quæst. II. *Est ne spes virtus a caritate distincta?* ibid.





Quæst. III. *Est ne in beatis, damnatis, & hæreticis spes christiana?* ibid.
Quæst. IV. *Est ne in solis Catholicis, & animabus purgatoris spes theologica?* 160.
Quæst. V. *In qua hominis facultate habitus spei resident?* ibid.
Quæst. VI. *Datur ne spei præceptum?* ibid.
Quæst. VII. *Quo tempore urget huius mandati observatio?* ibid.
Quæst. VIII. *Obligat ne per se hoc præceptum, quoties gravis tentatio animum pulsat contra spem?* 161.
Quæst. IX. *Quodnam discrimen est inter obligationem per se, & per accidens?* ibid.
Quæst. X. *Quam certitudinem secum affert spes theologica?* ibid.

## CAPUT III.

*De dono timoris.* 162.
Quæst. I. *Timor mundanus prodit ne honestatem quampiam?* ibid.
Quæst. II. *Honestus ne est timor servilis?* 163.
Quæst. III. *Quinam timor donum est Spiritus sancti?* 164.
Quæst. IV. *Datur ne timoris præceptum?* 165.
Quæst. V. *Præceptum istud est ne peculiare, & quo tempore obligat?* ibid.

## CAPUT IV.

*De vitiis spei oppositis, nempe desperatione, & præsumptione.* ibid.
Quæst. I. *Est ne semper hæresi coniuncta desperatio?* ibid.
Quæst. II. *Licite ne desperaret ille cui facta de propria damnatione esset revelatio?* 166.

## CAPUT V.

*Confectaria, quæ spei, ac timoris exercitium suadent, & præsim dirigunt.* 167.

## DISSERTATIO IV.

De caritate.

PRÆLOQUIUM. 170.

## CAPUT I.

*Censuræ propositionum quæ præceptum caritatis theologicæ labefactant, quasque Pontifices summi proscripsere.* ibid.

## CAPUT II.

*Inventarium propositionum quæ nimium laxæ videntur, quasque nonnulli recentes Casuistæ docuere.* 172.

## CAPUT III.

*Caritatis theologicæ notio, & obiectum.* 177.
Quæst. I. *Quodnam sit obiectum caritatis theologicæ?* 178.
Quæst. II. *Quodnam sit caritatis obiectum formale?* ibid.

## CAPUT IV.

*Prærogativæ caritatis theologicæ.* ibid.

## CAPUT V.

*De præcepto caritatis. Recentiorum opiniones. Vera sententia exponitur.* 180.

## CAPUT VI.

*Qualitas amoris quem præceptum imponit. Distinctio amoris appretiativi, & intensivi a recentioribus Theologis in sensu minus recto accepta. Amor necessarius ad implendum præceptum, non solum appretiativus, sed & intensivus sit, necessum est.* 185.
Quæst. I. *Præceptum diligendi Deum inbet ne amorem supernaturalem, an naturalem?* 186.
Quæst. II. *Diligendus ne Deus ut præcepto super omnia non solum appretiative, sed etiam intensive?* ibid.
Quæst. III. *An peccatum sit patrem, & matrem diligere plusquam Deum?* 187.
Quæst. IV. *Peccat ne mortaliter contra hoc præceptum qui deliberate desiderat in hoc mundo vitam perpetuo degere?* 191.

## CAPUT VII.

*Tempora quibus divinum mandatum Dei diligendi obligationem imponit, designantur. Potissimum id primo rationalis vitæ momento hoc urget mandatum.* 192.
Quæst. I. *Obligat ne præceptum istud per se aliquo determinatio tempore?* ibid.
Quæst. II. *Satis ne est semel in vita actum amoris Dei elicere?* ibid.
Quæst. III. *Præceptum caritatis obligat ne per se semel tantum singulis quinquennio?* ibid.

Quæst. IV. *Obligat ne per se hoc præceptum diligendi Deum in primo instanti usus rationis?* 193.

CAPUT VIII.

*Quam aspera, & rigida sit recentiorum sententia. Legis evangelicæ mandata difficilia in se, caritatis amore suavia fiunt. Alia tempora frequentioris obligationis designantur.* 201.

CAPUT IX.

*Frequentandorum actuum divinæ caritatis debitum. Tempora quibus potissimum præceptum urget ad istorum actuum exercitium.* 204.

Quæst. I. *Frequenter ne ad actus amoris Dei obligat mandatum divinum caritatis?* ib.

Quæst. II. *In quo sita est frequentia ista actus amoris erga Deum repetendi?* 206.

Quæst. III. *Satisfacit ne huic præcepto qui semel in anno Deum diligit?* 207.

Quæst. IV. *Singulis ne diebus festis urget hoc amoris mandatum?* ibid.

CAPUT X.

*Quomodo Catholici sive justi, sive peccatores impleant, imbuantque caritatis præceptum.* 209.

§. I.

*Omnia justorum opera sunt aut meritoria, aut demeritoria.* ibid.

§. II.

*Justus lapsus in peccatum mortale, illico ne caritatis actum elicere, & se in Deum convertere astringitur?* 213.

CAPUT XI.

*Caritas firma est cæterarum virtutum. Nullius virtutis actus meritorius est vitæ æternæ absque caritatis influxu.* 221.

Quæst. I. *Alia virtutes distincta a caritate mereri ne vitam æternam valent sine influxu caritatis?* 222.

Quæst. II. *Actibus aliarum virtutum imperatis a caritate respondet ne meritum peculiare distinctum a merito ipsius caritatis?* 224.

CAPUT XII.

*Præcepto caritatis astringimur omnia opera nostra in Deum dirigere. Quomodo hoc mandatum affirmans sit, & negans.* ibid.

CAPUT XIII.

*Sunt ne omnia opera quæ absque caritate, aut gratia fiant, peccata? Infidelium morales virtutes discutiuntur.* 226.

§. I.

*Examinatur propositio damnata ab Innocentio XI.* Comedere & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non oblit valetudini: quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui. 227.

§. II.

*Sunt ne omnia infidelium opera peccata proprie dicta?* 230.

§. III.

*Sine gratia sanctificante potest homo aliquod opus morale ordinis non tantum naturalis, sed etiam supernaturalis, virtute gratiæ actualis perficere.* 232.

§. IV.

*Sine gratia actuali speciali potest homo in statu hoc naturæ lapsæ aliquod bonum opus morale ordinis naturalis peragere.* 233.

§. V.

*Quæ sit hac de re D. Thomæ mens. Ullius vera doctrina a vanis commentis asseritur.* 235.

§. VI.

*Rationum momentis evincitur, hominem in statu naturæ lapsæ viribus pollere quibus sine speciali gratia valeat bonum aliquod morale ordinis naturalis efficere.* 241.

§. VII.

*Scripturarum auctoritates quæ obiici solent, explicantur.* 242.

§. VIII.



§. VIII.

*Testimonia quæ ex D. Augustino, vel ex traditione obtenduntur, in vero sensu exposita.* 243.

CAPUT XIV.

*Confectaria, quæ dulce caritatis exercitium suadent: & regula pro praxi.* 247.

DISSERTATIO V.

De caritate proximi.

CAPUT I.

*Recensentur propositiones damnatæ contra caritatem proximi.* 252.

CAPUT II.

*Recensentur propositiones laxiores adversus caritatem proximi quas nonnulli Doctores docuerunt.* 253.

CAPUT III.

*Præcepto divino jubemur proximum actu interno diligere.* 254.

Quæst. I. *Præceptum istud obligat ne ut peculiaribus actibus internis proximum diligamus?* 255.

Quæst. II. *Actus quo diligere jubemur proximum, debet ne esse distinctus ab actu amoris quo Deum diligimus?* 256.

Quæst. III. *Obligat ne per se hoc præceptum ad proximi dilectionem?* ibid.

Quæst. IV. *Præceptum istud quo jubemur per se proximum in communi amore interno & formali prosequi, frequenter ne obligat?* 257.

Quæst. V. *Quoties præceptum istud obligat per accidens?* ibid.

Quæst. VI. *Quid significat præceptum urgere ad proximi dilectionem in particulari quantum ad promptitudinem animi?* 258.

Quæst. VII. *Utrum teneamur elicere actum dilectionis erga proximum, quoties vi præcepti astringimur elicendi actum illi imperitæ, vel erranti corrigere?* ibid.

CAPUT IV.

*Quomodo diligere proximum debemus sicut nosmetipsos. Regula servanda in dilectione proximi.* ibid.

CAPUT V.

*Orda in caritate servandus. Variæ quæstiunculæ solvuntur?* 262.

Quæst. I. *An quisque seipsum magis quam proximum diligere debeat?* 265.

Quæst. II. *Tenetur ne homo propriam vitam corporalem magis diligere quam vitam corporalem proximi?* ibid.

Quæst. III. *Licitum ne est propriam vitam periculo proximo mortis exponere pro vita privata proximi qui ad promovendum Dei gloriam aptior sit?* ibid.

Quæst. IV. *Duobus in extrema necessitate constitutis, potest ne alter alteri panem eripere, aut equum, ut fugiat mortem, quam ipse pedes evadere nequit; aut tabulam occupatam, ut se naufragio liberet?* 266.

Quæst. V. *Iuste damnatus ut fame pereat, posset ne refugere cibum sibi clam oblatum?* ibid.

Quæst. VI. *Licitum ne est pro amici honore, fama, bonisque vitam mortis periculo exponere?* ibid.

Quæst. VII. *Tenemur ne cum vita, bonorumque temporalium iactura succurrere extremæ necessitati spirituali proximi?* 267.

Quæst. VIII. *Teneris ne tui defensionem negligere, ne invasorem occidas gravis culpæ reum?* ibid.

Quæst. IX. *Obstetrices quæ invaliide plures pueros baptizarunt, tenetur ne cum mortis periculo illorum saluti prævalere?* ibid.

Quæst. X. *Mater gravida ad partum omnino impotens, tenetur ne sectionem uteri pati, ut clausus in ventre puer baptizetur?* 268.

Quæst. XI. *Si spiritualis proximi necessitas gravis tantum fueris, astringeris ne cum vita periculo eidem succurrere?* ibid.

Quæst. XII. *Ut salutis spirituali proximorum consulas, potes ne te probabili periculo peccandi exponere?* 269.

Quæst. XIII. *Licitum ne est velle privationem gratiæ, seu caritatis sive in perpetuum, sive ad tempus ob aliorum salutem?* ibid.

Quæst. XIV. *Licet ne velle cavere beatitudine in perpetuum, aut ad tempus ob proximorum salutem æternam?* 270.

Quæst. XV. *Licita ne est omissio bonorum spiritualium huius vitæ, quæ hominem efficiunt meliorem, quibusque sine peccato carere possumus, ob proximorum salutem?* ib.

Quæst.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quæst. XVI. *Qui sunt in dilectione præferendi?* ibid.

CAPUT VI.

*De inimicorum dilectione. Quid in veteri lege Deus, quid in nova Christus præcipiat.* 271.

§. I.

*Quocumque tempore tum legis naturæ, tum legis scriptæ dilectio inimicorum vi præcepti necessaria fuit.* ibid.

§. II.

*In Evangelio præceptum haberi inhonestæ inimicorum dilectionem, de fide est.* 273.

CAPUT VII.

*Confectaria, & regulæ servandæ in dilectione inimicorum.* 274.

Quæst. I. *Quid imponit præceptum ut affirmans est, quid vetat ut negans?* 275.

Quæst. II. *In quo situs est, & quid comprehendit hic affectus quo diligere inimicum debemus?* ibid.

Quæst. III. *Licitum ne est excludere inimicos a generali dilectione, seu oratione facta pro communitate aliqua ex mera liberalitate?* ibid.

Quæst. IV. *Quanam benevolentiæ signa inimicis exhibenda?* ibid.

Quæst. V. *Urget ne præceptum salutandi inimicum obviam occurrentem, illum alloquendo &c.* 276.

Quæst. VI. *Licitum ne aliquando est inimicum non salutare?* ibid.

Quæst. VII. *Duo Religiosi eiusdem Cœnobii, orta rixa, omittunt consuetam salutationem, & loquutionem: peccant ne mortaliter?* 277.

Quæst. VIII. *Nobilis matrona occisorem mariti salutantem resalutare renuens, peccat ne mortaliter?* ibid.

Quæst. IX. *Offensus, dum salutatio debita est, tenetur ne inimicum offensorem officio prævenire?* ibid.

Quæst. X. *Peccat ne mortaliter qui inimicum salutantem non resalutat?* ibid.

Quæst. XI. *Offensori non petenti pacem tenetur ne offensus signa dilectionis exhibere?* 278.

Quæst. XII. *Præceptum diligendi inimicos urget ne eisdem præbere singularia benevolentiæ signa?* ibid.

Quæst. XIII. *Hæc specialia amoris officia licite ne suspendi possunt ob acceptam iniuriam, vel cum opportuna iudicantur ad inimicum lucrandum?* ibid.

Quæst. XIV. *Qui aliquem iniuste læsit, tenetur ne ventam ab eo petere, illique reconciliari?* 279.

Quæst. XV. *Quisnam servandus ritus in hac veniæ petitione, & mutua reconciliatione?* ibid.

Quæst. XVI. *Tenetur ne offensus condonare offensam, non solum quantum ad odium, verum etiam quantum ad satisfactionem, iustamque compensationem?* ibid.

Quæst. XVII. *Cum offensor exhibeat iustam compensationem damni illati, licet ne offenso, hac reiecta, coram iudice hanc compensationem exigere?* ibid.

CAPUT VIII.

*Licitum ne aliquando est de malo proximi lætari, aut eidem malum optare?* 280.

Quæst. unic. *Licitum ne est peccatoribus, & inimicis malum optare?* 284.

CAPUT IX.

*Confectaria quæ proxim suadeat, & dirigunt.* 285.

FINIS.





# NOS F. ANTONINUS BREMOND

*Sacræ Theologiæ Professor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus.*

CUM, uti nobis exponitur, R. P. Lector Fr. Daniel Concina Congregationis nostræ B. Iacobi Salomonii Venetiarum Opus cui titulus *Theologia Christiana Dogmatico-Moralis* &c. componere paratus sit, præloque subiicere desideret; Nos harum serie, nostrique officii auctoritate, quantum in nobis est, & servatis aliàs servandis, paterne indulgemus, dummodo a RR. PP. Vincentio Patuzzi, & Antonino Valsechi sacræ Theologiæ Lectoribus præfatæ nostræ Congregationis luce dignum iudicetur, eorumque censorio in scriptis calculo approbetur. In nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti Amen. In quorum fidem &c.

*Datum Romæ in Conv. S. Mariæ sup. Min. die* 15. *Iulii* 1748.

*Fr. Antoninus Bremond Magister Ordinis.*

Reg. fol. 88.

*Fr. Ioseph Maunoz Magist. Prov. Terræ sanctæ, & Socius.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# APPROBATIONES

## *THEOLOGORUM ORDINIS.*

EX commissione Reverendissimi Patris Antonini Bremond Magistri Generalis Ord. Præd. attente perlegi Opus P. F. Danielis Concinæ inscriptum *Theologia Christiana* &c. Quo quidem in Opere non modo nihil inveni quod aut bonis moribus, aut orthodoxæ fidei dissentaneum sit; sed omnia deprehendi ad sanioris doctrinæ regulas exacta, & ex purioribus hausta christianæ Theologiæ fontibus, sacra nempe Scriptura, Patrum sententiis, Conciliorum decretis, summorumque Pontificum constitutionibus. Quare cum eo morum disciplina iuvari plurimum possit, ac nimia multarum opinionum laxitas cohiberi, luce publica dignissimum censeo.

*Venetiis in Collegio Sanctissimi Rosarii die* 20. *Decembris* 1748.

*F. Ioannes Vincentius Patuzzi Ord. Præd. in eodem Collegio Sacræ Theologiæ Lector Primarius.*

QUod bonis cordatisque omnibus in votis erat, ductum tandem ad umbilicum est F. Danielis Concina Viri celeberrimi opus *Theologia Christiana* &c. inscriptum. Iussu Reverendissimi P. Antonini Bremond Ord. Præd. Generalis Magistri illud evolvi, & lubentissime: visus siquidem mihi sum deprehendisse sanctioris Ethices monumentum, quod non modo ætatem ferret, sed contra invidiæ blandientisque laxitatis molimina æternum stabit, statore Deo, cuius *lex*, quæ *veritas* est, nullis terrenæ prudentiæ fucis, nullis *probabilistices* novitatis technis fœdata, libera, simplex, ingenua, & purissimis Scripturarum ac Patrum, Augustini præsertim, & Thomæ fontibus hausta hic asseritur, exponitur, vindicatur. Quod igitur felix, faustumque sit, ac toti Christianæ Reipublicæ bene vertat, Opus elaboratissimum lucem adspiciat.

*Censebam Venetiis in Collegio SS. Rosarii idibus Februarii anno* 1749.

*Fr. Antoninus Valsechi O. P. S. Theologiæ Professor.*

PRO-



# PROLEGOMENA IN DECALOGUM.

## *PRÆLOQUIUM.*

ÆGyptiorum captivitate solutus Israeliticus populus, reditum, Deo iubente, Moyseque duce, in Palæstinam maturavit, immensa miraculorum multitudine stipatus. Sinai desertum ingressus, cursum sistit e regione montis ad cuius verticem Moyses ascendit ut Domini verba audiat. Hoc primum omnium in mandatis a Deo Moyses habuit, videlicet ut induceret filios Iacob & Israel ad commeditanda prodigia quæ in Ægypto operatus est, quidque Ægyptiis fecerit ut e servitutis iugo in libertatem eos assereret, & quomodo super aquilarum alas illos deduxerit. Deinceps adpromisit, se populum istum delecturum fore in regale sacerdotium, in gentem sanctam, dummodo pactum mutuo ineundum custodierit. *Respondítque omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus:* Exod. xix. vers. 8. Tum Dominus legem se velle rogare suam Moysi revelavit: & ut populus ad tantum beneficium digne recipiendum sese compararet, iussus est externas vestium sordes abluere, animas sanctitate ornare, sensus comprimere, ab uxoribus abstinere. *Sanctifica illos hodie, & crastina, laventque vestimenta sua .... Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus vestris.* ibid. vers. 10. & 15. His peractis, montis cacumen caligine obductum arderе, fumumque emittere visum est: hinc resonare tonitrua, micare fulgura, buccinasque clangere, Deum & Moysen invicem colloqui. Promulgandæ legi præfationem brevissimam anteponit, in qua seipsum existere, supremumque dominium in universum orbem habere, atque innumera beneficia populo collata palam facit. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis:* Exod. xx. vers. 2. Confestim vero primum mandatum imponit. *Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea:* ibid. vers. 3. & seq. Divinæ Providentiæ ordinem paullulum meditemur, amice Lector, ut ad illum, quoad fieri potest, nos conformemus. Si animas sanctificari, ipsaque corpora purgari Deus iussit, quo ad suscipiendam legem populus dignus evaderet; qua nos convenit animi integritate ad ejusdem legis interpretationem accedere? Quo enim sublimius est interpretandæ divinæ legis munus, quam sit sola illius executio; eo quoque maior necessaria nobis est & animæ sanctitas, & mentis acumen, ut germana eiusdem sensa, veramque intelligentiam referare populo valeamus. Perspecta ergo nobis cum sit & mentis nostræ hebetudo, & animi imbecillitas, & conscientiæ vitiositas; illud superest ut supplices preces Deo fundamus, quo suo divino lumine tenebras dissipet, suaque efficacissima gratia animæ crimina abstergat. Porro ut interpretatio nostra ipsi

# APPROBATIONES

## *THEOLOGORUM ORDINIS.*

EX commissione Reverendissimi Patris Antonini Bremond Magistri Generalis Ord. Præd. attente perlegi Opus P. F. Danielis Concinæ inscriptum *Theologia Christiana* &c. Quo quidem in Opere non modo nihil inveni quod aut bonis moribus, aut orthodoxæ fidei dissentaneum sit; sed omnia deprehendi ad sanioris doctrinæ regulas exacta, & ex purioribus hausta christianæ Theologiæ fontibus, sacra nempe Scriptura, Patrum sententiis, Conciliorum decretis, summorumque Pontificum constitutionibus. Quare cum eo morum disciplina iuvari plurimum possit, ac nimia multarum opinionum laxitas cohiberi, luce publica dignissimum censeo.

*Venetiis in Collegio Sanctissimi Rosarii die* 20. *Decembris* 1748.

*F. Ioannes Vincentius Patuzzi Ord. Præd. in eodem Collegio Sacræ Theologiæ Lector Primarius.*

QUod bonis cordatisque omnibus in votis erat, ductum tandem ad umbilicum est F. Danielis Concina Viri celeberrimi opus *Theologia Christiana* &c. inscriptum. Iussu Reverendissimi P. Antonini Bremond Ord. Præd. Generalis Magistri illud evolvi, & lubentissime: visus siquidem mihi sum deprehendisse sanctioris Ethices monumentum, quod non modo ætatem ferret, sed contra invidiæ blandientisque laxitatis molimina æternum stabit, statore Deo, cuius *lex*, quæ *veritas* est, nullis terrenæ prudentiæ fucis, nullis *probabilistices* novitatis technis fœdata, libera, simplex, ingenua, & purissimis Scripturarum ac Patrum, Augustini præsertim, & Thomæ fontibus hausta hic asseritur, exponitur, vindicatur. Quod igitur felix, faustumque sit, ac toti Christianæ Reipublicæ bene vertat, Opus elaboratissimum lucem adspiciat.

*Censebam Venetiis in Collegio SS. Rosarii idibus Februarii anno* 1749.

*Fr. Antoninus Valsechi O. P. S. Theologiæ Professor.*

PRO-



# PROLEGOMENA IN DECALOGUM.

## *PRÆLOQUIUM.*

ÆGyptiorum captivitate solutus Israeliticus populus, reditum, Deo iubente, Moyseque duce, in Palæstinam maturavit, immensa miraculorum multitudine stipatus. Sinai desertum ingressus, cursum sistit e regione montis ad cuius verticem Moyses ascendit ut Domini verba audiat. Hoc primum omnium in mandatis a Deo Moyses habuit, videlicet ut induceret filios Iacob & Israel ad commeditanda prodigia quæ in Ægypto operatus est, quidque Ægyptiis fecerit ut e servitutis iugo in libertatem eos assereret, & quomodo super aquilarum alas illos deduxerit. Deinceps adpromisit, se populum istum delecturum fore in regale sacerdotium, in gentem sanctam, dummodo pactum mutuo ineundum custodierit. *Respondítque omnis populus simul: Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus:* Exod. xix. vers. 8. Tum Dominus legem se velle rogare suam Moysi revelavit: & ut populus ad tantum beneficium digne recipiendum sese compararet, iussus est externas vestium sordes abluere, animas sanctitate ornare, sensus comprimere, ab uxoribus abstinere. *Sanctifica illos hodie, & crastina, laventque vestimenta sua .... Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus vestris.* ibid. vers. 10. & 15. His peractis, montis cacumen caligine obductum arderе, fumumque emittere visum est: hinc resonare tonitrua, micare fulgura, buccinasque clangere, Deum & Moysen invicem colloqui. Promulgandæ legi præfationem brevissimam anteponit, in qua seipsum existere, supremumque dominium in universum orbem habere, atque innumera beneficia populo collata palam facit. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis:* Exod. xx. vers. 2. Confestim vero primum mandatum imponit. *Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea:* ibid. vers. 3. & seq. Divinæ Providentiæ ordinem paullulum meditemur, amice Lector, ut ad illum, quoad fieri potest, nos conformemus. Si animas sanctificari, ipsaque corpora purgari Deus iussit, quo ad suscipiendam legem populus dignus evaderet; qua nos convenit animi integritate ad ejusdem legis interpretationem accedere? Quo enim sublimius est interpretandæ divinæ legis munus, quam sit sola illius executio; eo quoque maior necessaria nobis est & animæ sanctitas, & mentis acumen, ut germana eiusdem sensa, veramque intelligentiam referare populo valeamus. Perspecta ergo nobis cum sit & mentis nostræ hebetudo, & animi imbecillitas, & conscientiæ vitiositas; illud superest ut supplices preces Deo fundamus, quo suo divino lumine tenebras dissipet, suaque efficacissima gratia animæ crimina abstergat. Porro ut interpretatio nostra ipsi

legi, quantum per nos licet, respondeat, antequam præceptorum explicationem aggrediamur, quam Deus suæ legi præfationem præmittit, explicemus oportet. Prælocutum quod primum Decalogi præceptum antecedit, paucis concluditur verbis, quibus seipsum mundi Dominum Deus declarat. Methodus quam nobis in hac configenda Theologia præstituimus, postulat ut errores cuique dogmati adversantes ob oculos referamus. Inter errores autem quos hominum impietas contra Deum invexit, omnium immaniſſimus ille est qui Deum negat, omnemque eiicit Divinitatem. Error iste *Atheiſmus* nuncupatur. Quoniam vero universæ sapientiæ noſtræ summa duabus veluti partibus constat, Dei nempe cognitione, & noſtrum; idcirco in id totis nervis incumbere debemus ut supremi Numinis primum, deinde noſtrum cognitionem assequamur, non quamcumque, sed quam valemus clariorem, certiorem, firmioremque. Hanc vero notitiam ut facilius nanciscamur, errores in anteceſſum recenſebimus qui aut Deum de suo throno detrudunt, aut plura numina in eodem solio collocant. Atheiſmum ergo, Deiſmum, & Polytheiſmum maiori qua potero brevitate deſcribam. Deinceps momenta quæ Deum, eiusque unitatem evincunt, palam faciam. Hæc omnia non utilia modo, verum etiam neceſſaria sunt Theologo, qui morum integritate, ac religione populum imbuere debet. Non me latet, moralis Theologiæ tractatores silentio hæc argumenta præterire, ea perſuaſione præventos, quod ad ſolos Theologos Polemicos, aut Dogmaticos pertinent: quæ præoccupatio quam abludat a vero, nemo non videt. Siquidem potiſſimum ac unicum munus Theologi moralis est populorum animas sanctificare, & ad æternam perducere beatitudinem. Hoc autem fieri nequit, niſi prima Religionis capita explicentur. Religionis vero notitia qui haberi poteſt, ſi Deus ignoretur? An ne Religionis ſtrenuus defenſor ille foret qui Deum ſuum exiſtere, ac ejuſdem, quibus ornatur, prærogativas demonſtrare neſciret? Nemo ergo antiquis præjudiciis occupatus exiſtimet nos definitos tranſilire terminos, dum hæc omnia verſamus. Verum ne plus iuſto in limine hæremus, ad rem accedendum est.

## CAPUT I.

### *DE ATHEISMO.*

*Varia Atheorum genera. Fuerintne aliqui veri Athei, valde revertum. Sententia negans vetor.*

I. ATheus nomen græcum est, quod ſine Deo ſignificat. Prima Atheorum diviſio duo comprehendit genera: unum mentis, alterum cordis. Rurſus Athei mentis in varia tribuuntur genera. Quatuor numerantur a Vaſſio *Lib. I. de orig. idololatriæ*. Unum eorum est qui eo furoris, & dementiæ prolabuntur, ut exiſtiment ſaltem ad tempus Deum non esse. Secundum eorum qui Deum confitentes, illum non colunt, ejuſque providentiam negant; aut ſi colunt, illum colunt ob ſolam naturæ præſtantiam, non quod ab eo gratiam, opemve expectent. Tertium est illorum qui aiunt Deum de procerum rebus laborare, minutas vero humillorum negligere. Poſtremo in genere illi collocantur qui Deum illius tantum, ſecus futuræ vitæ remuneratorem adorant: quæ Sadducæorum ſententia fuit. Bayleus *De Comet.* §. 177. duo alia diſtinguit Atheorum genera. Alii, inquit, dubitare incipiunt, alii in dubitatione Divinitatis ſiſtunt.

II. An diviſiones iſtæ exactæ ſint, non est quod in diſputationem revocemus. Illud potius ediſſerendum occurrit, fuerint ne aliqui qui revera Deum negaverint. Cicero *Lib. I. de nat. deor.* aſſerit, Protagoram dubitaſſe deos exiſtere, nullos vero esſe ſtatuiſſe Diagoram Melium, & Theodorum Cyrenaicum. *Lib. II.* idem Cicero introducit Cottam ſic loquentem: *Equidem arbitror multas aſſe gentes ſic immanitate efferatas, ut apud eas nulla deorum ſuſpicio ſit.* Alibi enim Tullius, ubi propriam ſententiam promit, oppoſitum docet. Siquidem Lib. I. Tuſcul. quæſt. *Ut porro firmiſſimum hoc afferri videtur, eos deos eſſe credamus, quod nulla gens tam fera, tamque omnium tam ſit immanite vitiis mentem non imbuerit deorum opinio. Multi de diis prava ſentiunt: id enim vitioſo more effici ſolet. Omnes tamen eſſe vim, & naturam divinam arbitrantur.*

III. Quamquam concederetur paucos recenſitos Philoſophos, & nonnullos alios, ut Euhemerum, Diogenem Phrygem, deos omnes excluſiſſe; quid inde? Aliquo ne in loco habendi forent in conſpectu infinitæ multitudinis, omniumque populorum, qui Deum confeſſi sunt? Ceterum negamus vel illos paucos, quos retulimus, in Atheorum cenſum perſcribendos esſe: quod & auctoritate, & ratione evincitur. Nam, ut ab auctoritate, ſeu facto auſpicemur, ſæpe, Philoſophi qui gentium numina deridebant, reſpuebantque, Athei appellabantur a ſuis ipſis Ethnicis, & deinceps a Chriſtianis, quod ita legerent in gentium libris. Ex pluribus exemplis quibus hoc demonſtrare poſſem, unum & alterum referam. Anaxagoras a Cleone acculatus, quod Solem, quem ut Deum Athenienſes colebant, tamquam *ferrum candens, atque iguitum* traduceret, exilio, & quinque talentis mulctatus fuit. Et tamen Anaxagoram numen cognoviſſe teſtatur Plutarchus in Pericle his verbis: *Primus univerſitati non fortunam, neque fatum, ordinatæ deſcriptionis principium; ſed mentem puram, ac ſinceram præfecit, ab aliis omnibus admixtis ſimiles particulas ſecernentem.* Quid de Socrate dicam? Nonne ab iiidem Athenienſibus propinato veneno interiit, quod ab Anyto, Melito, & Lycone impietatis acculatus fuerit? Et tamen certum est, Socratem Deum ſaltem esſe, & coluiſſe; quamquam deos populi, ceu vana ſimulacra, reiecerit. Quid plura? Ipſimet Chriſtiani Athei ab Ethnicis compellabantur, quod gentium deos improbarent, ut teſtatur S. Iuſtinus Martyr Apolog. II. *Vocamur autem Athei, & ſane confitemur talium, qui habentur, deorum nos eſſe expertes, & hac ratione Atheos; ſed non veriſſimi illius Dei, Patris iuſtitiæ, & temperantiæ, & ceterarum virtutum, & ab omni vitio intacti.* Rationi quoque quam maxime conſentaneum est, nullos fuiſſe ſaltem ex Philoſophis veros Atheos mentis. Enimvero ſi nemo cœlum hoc aſpicere valet, quin illius agnoſcat opificem; ſi vix ulla natio adeo est efferata, ut omni numinis cognitione deſtituta ſit; qui fieri poteſt ut homines ſcientiarum lumine illuſtrati Deum aliquando negaverint? Quod Tullius, quod Laertius, aliique referant quoſdam Philoſophos in numerum Atheorum, inde originem duxit quod vulgares populorum deos de throno deturbarint, non quod Deum abſolute ignoraverint. Si namque, teſte Tullio, vix reperitur natio aliqua tam barbara, aut ſtupida, quæ Deum non agnoſcat; præſumi ne rationabiliter poteſt, Philoſophorum aliquem tam ſpiſſis tenebris obductum fuiſſe, ut quaque numinum notitia deſtitutus fuerit? Dicamus ergo, Atheos mentis nec olim fuiſſe, nec in præſens reperiri. Nam vel ſapientes sunt, aut vulgares ruſticique homines. Si docti ſapientesque, præter innatam cognitionem, naturæque inſtinctum Deum ubique prædicantem, ſcientiarum lumine vel nolentes Deum confiteri coguntur. Si ruſtici hebeteſque, & inſita a natura notitia, & univerſali conſenſione Deum venerantur; quin & *in pulicis morſu deos invocant*. Tametſi vero aliqui occurrent qui Deum ſe negare effutirent, non idcirco ut Athei mentis habendi forent, ſed tantum cordis.

IV. Quamquam itaque nullos admittamus reperi Atheos primi generis, qui nec vocem naturæ Divinitatem prædicantis audiant, nec in iſtius univerſi ſpeculo Opificem ſupremum videant; plurimos tamen, valdeque plurimos ſecundi generis Atheos, cordis nempe, & regnaſſe olim, & nunc vivere ulro fatemur. Atheos iſtos Scriptura ipſa prodit Pſalmo XIII. *Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.* Quo magis ſceleſti homines in vitiorum cœno volutantur, laxioreſque appetitionibus ſuis habenas remittunt, eo profundius in impietatis barathrum ſe demergere ſtudent. Sed quantumcumque totis conentur lacertis, omnique pectoris robore adnitantur hanc divini Numinis cognitionem excutere, quantumvis rabido ore Deum ſe negare blaſphement; nunquam tamen votorum compotes evadunt: de quibus dici poteſt quod canit Virgilius de Sibylla, Æneid. Lib. VI.

*At Phœbi nondum patiens immanis in antro*
*Bacchatur Vates, magnum ſi pectore poſſit*
*Excuſſiſſe Deum: tanto magis ille fatigat*
*Os rabidum, fera corda domans, fingique premendo.*

## CAPUT II.

### *De POLYTHEISMO.*

*Polytheiſmi notio, eiusdemque origo, & diverſa genera.*

NUllum est tam luculentum argumentum quod humanæ mentis imbecillitatem prodat quam Polytheiſmus. Ad alicuius numinis confeſſionem, venerationemque natura ipſa cum interiore, tum externa vi urget. Nihilo tamen ſecius tanta est vitiorum, ſceleruinque potentia, & efficacia, ut inſitam hanc Dei notitiam tenebris denſiſſimis obducat, atque Divinitatem ipſam viliſſimis, inanibuſque ſimulacris tribuat, eulcumque

que unico vero Deo surripiat. Quod duplici via contingere potest: defectu scilicet, quando quilibet cultus Deo tribuendus relpuitur, ut faciunt Athei, si qui sint; vel excessu, cum nempe cultu superfluo, seu superstitioso Deus colitur. Siquidem licet cultus qui vero Deo exhibetur, numquam sit nimius, nec superfluus, si debito modo fiat; attamen variis modis corrumpi potest, & potissimum dum falso numini exhibetur, in quo gentiles summopere peccarunt. Illi enim deorum pluralitatem invexerunt. Sed antequam deorum pluralitatem manifestè, idololatriæ origo altius repetenda, manifestiùsque est.

II. Quod idololatria, seu deorum pluralitas in diabolum, qui in Paradiso terrestri Adamum ad Divinitatem comparandam instigavit, aliquo modo regeri debeat, nemo inficias iverit. Ceterum omnes fateri tenemur idololatriæ prælle accensæ crimen haudquaquam fuisse primum Adæ culpam. Quin satis incertum est num Polytheismus ante Diluvium inceperit. Hebræorum aliqui, quos inter R. Maimonides *Lib. de Idololatreia*, docent, tempore Henos idola primum fabricata fuisse. Cantrarium potius colligitur ex sacra Historia, *Gen. IV. vers. 6.* ubi Henos dicitur cæpisse *invocare nomen Domini*. Communiter, & vera sententia idololatriæ primordia tempori Diluvio posteriori tribuit. Audiamus quæ scribit Lactantius Lib. II. Institutionum cap. XIV. *Dico Pelytheismum, seu idololatriam solam cæpisse post Diluvium ex filiis Cham. Is enim post detestam, & spectandæ parentis Noe nuditatem, abdicatus, atque expulsus, profugus in ea parte consedit quæ nunc Arabia nuncupatur, quæ terra de nomine filii fuit dicta est* Chanaan, *& posteri habitatores illius* Chananæi. *Hæc fuit prima gens quæ Deum ignoravit, quantum proceps eius, & fatore maledictus a Deo, cultum Dei neglexit, ideoque veræ Divinitatis ignorantiam voluit hereditariam posteris suis reliquit. Qui divinis juntium ruinis plenis, tam ne angustia locorum fluvium capere non posset, vel a parentibus missi, vel sponte sua, cum rerum penuria cogerer, profugi ad quærendas sibi novas sedes hinc atque illuc dispersi sunt; & a stirpe sanctissimi avulsi, novos sibi mores, ac institutæ pro arbitrio condiderunt & sed omnium primi, qui Ægyptum occuparunt, eos Iustitia suscipere, atque alterare cœperunt. Et quia regno domicilio regebantur propter aeris qualitatem (nec enim ullis in eo regione mobibus obtegitur cælum) cursus siderum, & defectus notaverunt, dum ea sæpe venerantes, curiosius atque liberius intuerentur. Postea deinde portentiscas animalium figuras, quas celerent, commenti sunt, quibusdam prodigiis inducti. Ceteri autem qui per terras dispersi fuerant, admirantes elementa mundi, cælum, solem, terram, mare sine ullis imaginibus, ac templis venerabantur, & his sacrificia in aperto celebrabant, donec successu temporum potentissimis Regibus templa, & simulacra fecerunt, eaque victimis, & odoribus colere instituerunt.*

III. Quamvis ergo unius veri Dei cognitio omnium esset insita animis, peccatorum tamen caligine ita obscurabatur in dies, ut invalescente pravitate, sin antiquata penitus & deleta, sepulta tamen jaceret. Hunc a Deo recessum, atque in monstruosas de numinibus sententias prolapsum egregie describit Augustinus serm. III. de Symb. ad catech. *Errarunt animæ per diversas voluptates, & perversas, ut alii colerent Solem, alii Lunam, & stellas, alii montes, alii lapides, & quæque virgulta, ut sibi quisque credidit invenisse, non adiutorem Deum, sed deceptorem diabolum: atque ita per diversa anima erravit a creatore suo, ut omne quod dederit ei Deus ad servitium, hoc illa coleret ut Deum.* Et quod maiorem ciere admirationem debet, est quod non modo cælestia corpora nimium a sensu nostro remota, sed ipsas feras, bita, reptilia, & alia monstra horrenda deorum loco habuerunt. Ægyptiorum natio, quæ in artium liberalium scientiarumque inventione cultuque principatum iure sibi vindicat: hæc, inquam, gens litteris, moribusque magnopere exculta, eo insanivit ut putidos, deformes, horrendosque deos sibi effinxerit. Thus, adolevit felibus, crocodilis, bobus, cæpis, porris, aliisque id genus. De his Iuvenalis sat. XV.

*Porrum, & cepe nefas violare, & frangere morsu.*
*O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis.*
*Numina ...*
*Crocodilon adeat*
*Pars hæc, illa pavet saturum serpentibus ibim,*
*Effigies sacri hic nitet aurea cercopitheci.*

IV. Palæstini Amorrhæi aricem, quem Elberor vocabant, quoque veneabantur, ut numen adorabant. Druides multis, & pluribus hostias trahant. In imperio magni Mogolis vacca publicas suscipit adorationes. Vitulus aureus Hebræorum dei Apis Ægyptiorum similitudinem referebat. Tartaris elephas albus, aut prima bestia quæ diu principio occurrit, deus est. Punica gens hodiedum rapas, cæpaque colit. In Æthiopia, & Congi regno serpentes, capræ, tigres, aves, & plantæ adorantur: & habitatores insulæ Formosæ diabolo sacra faciunt. Infinitus essem, si cuiusque nationis, gentisque numina recensere vellem. Varro triginta & amplius millia numinum supputavit, inter quæ trecentos Ioves, & quadraginta tres Hercules. Roma siquidem diis suis deos vicinarum gentium addebat. Hinc Prudentius Lib. II. in Symmach.

*Roma triumphantis quoties Ducis inclyta currum*
*Plausibus excepit, totim altaria divum*
*Addidit, & spoliis subimet nova numina fecit.*

Alter Poeta antiquior Ennius duodecim potissima numina his duobus clausit versibus.

*Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,*
*Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

V. D. Augustinus *Lib. VI. cap. IX. de Civit. Dei*, suppurationis Varronis meminit. *Denique & ipse Varro commemorate, & enumerate deos cepit a conceptione hominis, quorum numerum exorsus est a Iano, eamque seriem perduxit usque ad decrepiti hominis mortem, & deos ad ipsum hominem pertinentes clausit ad Nemiam deam, quæ in funeribus senum canitatur. Deinde cepit deos alios effere: deos qui pertinent non ad ipsum hominem, sed ad ea quæ sunt hominis, sicuti est victus, vestitus, & quæcumque alia quæ huic vitæ sunt necessaria; usquedeas in omnibus quod sit cuiusque munus, & propter quid cuique debeat supplicari.* Nonnulla munera quæ præsata numina obire debebant, describit his verbis Lib. IV. cap. VIII. de Civ. Dei. *Cui non sufficere videretur illa Segetia, quamdiu leges ab initiis herbidis usque ad aristas avidas pervenirent? Non tamen satis fuit hominibus deorum multitudinem amentibus, ut anima misera dæmoniorum turbis prostituereatur, nisi Dei veri cultum dedignata complexum. Præfecerunt ergo Proserpinam frumentis germinantibus: genetdis nodisque culmorum deum Nodotum: volumentis folliculorum deam Volutinam: cum folliculi patefiunt, ut spica exeat, deam Patelenam: cum segetes novis aristis æquantur, quia ceteres æquare hostire dixerunt, deam Hostillinam: florentibus frumentis deam Floram: lactescentibus Lactuciam: maturescentibus deam Matutam: cum runcantur, ideft terra auferuntur, deam Runcinam. Nec omnia commemoro, quia me piget quod illos non pudet.*





VI. Nonnulla alia adiicere lubet ex eodem Augustino, ut magis pateat Ethnicorum monstrosa dementia; sed dicamus potius, ut clarius damna quæ humanæ menti peccata inferunt, dignoscantur. Laudato ergo *Lib. VI. cap. IX.* hæc scribit Augustinus. *Quod ipsa numinum officia tam vilitet, minutatimque concisa, propter quod eis dicamus pro unoquoque nuncupari supplicari oportere? .... Nonne scurrilitati mimicæ magis quam divinæ consonant dignitati? Si duas quisquam matrices adhiberet infanti, quarum una nihil nisi esscam, altera nihil nisi potum daret, sicut ipsi ad hoc duas adhibuerunt deas, Educam, & Potinam .... Mulieri fetæ post partum tres deos custodes commemorat (Varro) adhiberi, ne silvanus deus per noctem tugrediatur, & vexet ..... Hæccine sunt numina salubria urbium, magis ridenda, quam ludibria poetarum, & theatrorum? Cum mas, & femina conjunguntur, adhibetur deus Iugatinus .... si domum est ducenda quæ nubit, adhibetur Domiducus: ut in domo sit, adhibetur deus Domitius: ut maneat cum viro, additur dea Manturna. Quid ultra quæritur? Parcatur humanæ verecundiæ, peragat cetera concupiscentia carnis, & sanguinis procurato fecreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum, quando & parantniphi inde discedunt? Et ad hoc implatur, non ut eorum præsentia cogitate, maior sit cura pudicitiæ, sed ne femine sexu infirma, novitate pavidæ, illis cooperantibus, sine ulla difficultate virginitas auferatur. Adest enim dea Virginensis, & deus pater Subigus, & dea mater Prema, & dea Partunda, & Venus, & Priapus. Quid est hoc? Si omnino laborantem in illo opere virum ab diis adiuvari oportebat, non sufficiebat aliquis unus, aut aliqua una? Numquid Venus sola parum esset, quæ ob hoc etiam dicitur nuncupata, quod sine eius vi femina virgo esse non desinat? Si ulla est frons in hominibus, quæ non est in numinibus, nonne cum credunt conjugati tot deos utriusque sexus esse præsentes, & huic operi instantes, tta pudore afficiuntur ut & ille timius moveatur, & illa plus reluctetur? Et certe si adest Virginensis dea, ut virgini zona solvatur; si adest deus Subigus, ut viro subigatur; si adest dea Prema, ut subacta, ne se commoveat, comprimatur; dea Partunda ibi quid facit? Erubescat, eat foras, agat aliquid & maritus. Valde inhonestum est, ut quod vocatur illa, impleat quisquam nisi ille. Sed forte ideo tolerator, quia dea dicitur esse, non deus. Nam si masculus crederetur, & Partunda vocaretur; maius contra eum pro sacris pudicitia posceret Martius auxilium, quam leta*

*contra Silvanum. Sed quid hæc dicam? cum ibi sit & Priapus nimis masculus, super cuius immanissimum, & turpissimum fascinum federata nupta subebatur, more honestissimo, & religiosissimo Matronarum.*

VII. Tandem multis omissis, quæ de gentium diis referri possent, satis est exscribere quæ Plinius scribit Lib. II. cap. VII. *Gentes vero quædam commodia, & aliquâ etiam obscena pro diis habent, ac multa dictu magis pudenda, per fœdidos cibos, & alia similia turantes. Matrimonia quidem inter deos eredi, tamquam ex his neminem nasci, & alios esse grandævos semper canos, alios juvenes, atque pueros, alios coævos, aliquos, eosdem, ovo editos, & æternos diebus venientes, morientesque, puerilium prope deliramentorum est; sed super omnem impudentiam adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia, & edia, atque etiam furtorum ipsi, & sceleruum numina.*

## CAPUT III.

### *DE POLYTHEISMO IUDÆORUM.*

*Varia idololatriæ iudaicæ genera. Quid in deserto adoraverint Iudæi.*

I. VIX in mentem venire potest, Hebræos idololatriæ crimine pollutos aliquando fuisse. Hi quippe, præter communia naturæ monumenta, quæ Deum unicum existere omnibus prædicant, divinæ revelationis lumine perfusi, ac immensa prodigiorum multitudine instructi, ubique præsentem Deum videbant. Sed ea est & humanæ mentis exiguitas, & prævalentis irrationæ potestas, ut in ipso meridie cæcutiant mentes, sceleruum caligine obductæ. Longa vivendi cum Ægyptiis consuetudo non levis illis fuit idololatrandi occasio. Potissimum ac publicum idololatriæ scelus quod perpetrarunt Israelitæ, fuit adoratio aurei vituli in deserto. Moyse enim cum Deo loquente, moraque trahente, populus tædio affectus ab Aarone petit sibi deos præfici, qui iter per desertum dirigerent. *Fac nobis deos, qui nos præcedant:* Exod. 32. vers. 1. Aaron, sive timore populi tumultuantis perculsus, sive errore deceptus, vitulum aureum opere fusorio ex feminarum monilibus conflatum proposuit adorandum. Ad huius conspectum clamarunt omnes: *Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti:* ibidem vers. 4.

II. Post hostias aureo vitulo oblatas, aliis victimis, putidisque animalibus thus adolevere Iudæi. Hinc est quod alii appellati sunt *Ranatitæ*, qui ranas colebant; alii dicebantur *Musarite*, murium adoratores, occasione accepta ex quinque muribus aureis quos gentes Philisthæum reposuerunt in Arca, cum eam reliquerunt Israelitico populo, ut habetur *I. Reg. v. Fortunatitæ* dicebantur illi qui Lunam ut cæli Reginam colebant. *Mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas Reginæ cæli:* Hier. VII. vers. 18. Inter Polytheos Iudæorum celebres ob inauditam crudelitatem fuerunt Tophetitæ, qui filios suos, seu vivas hostias, dæmonibus litabant in loco, seu silva idolo Moloch dicata, & in valle filiorum Ennon posita. Holocaustum istud fiebat tubis, ac tympanis perstrepentibus, atque voce altissima Sacerdotibus clamantibus, ne filiorum eiulatus parentum aures vellicarent. De his loquitur David Psal. cv. *Immolaverunt filios suos, & filias suas dæmoniis. Topheth* autem tympanum significat, de quo Hierem. VII. vers. 31. *Et ædificaverunt excelsa Topheth, quæ est in valle filii Ennon.* Tandem aliis prætermissis, *Remphanitæ, & Molochitæ* illi fuerunt qui Moloch, & Remphan adorabant, quæ Ammonitarum idola erant. De his sermo est Act. VII. vers. 42. *Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Remphan, figuras, quas fecistis, adorare eas.*

III. Recensitis variis Polytheismi Iudæorum generibus, inquirendum superest, in quo sita erat eorum idololatria. Et quia inter omnes horum superstitiones celeberrima est illa cui in deserto adhæsere, thus adolentes aureo vitulo; idcirco in examen vocatur quid reapse in eodem vitulo adoraverint. Calvinus *Lib. I. instit. cap. XI. §. 9. & 10.* Vossius *Lib. I. de orig. idolol. cap. III.* contendunt Hebræos idololatras fuisse, non quod pro Deo vitulum habuerint; sed quod sub sensibili imagine, seu simulacro, verum Deum adoraverint. Hoc commenti sunt, ut viam sibi sternant ad arguendos idololatriæ Catholicos, qui sub imaginibus Sanctos, ac Deum ipsum venerantur. *Nec tam prorsus insignitates* (inquit Calvinus loc. cit.) *erant Iudæi, ut non meminissent Deum fuisse cuius manu educti essent ex Ægypto, antequam fabricarent vitulum.* Vossius subdit, Hebræos Dei oblitos fuisse non proprie, & voluntaria oblivione, quasi a Deo vero recesserint, deoque gentium adoraverint; sed obliti fuerunt, quatenus symbolo interdicto, moreque paganorum Deum veram colucre.

IV. Hæc Calvini, Vossii, aliorumque gregalium interpretatio commentitia est, & omnino falsa. Ut vero enucleate res tota explicetur, non negamus idololatriæ reos dicendos esse



esse Iudæos, quod sub Ethnicorum reprobato simulacro Deum verum adoraverint; quin aperte fatemur, ob hoc etiam quod sub effigie vituli, instituta ad repræsentandum deum Ægyptiorum, verum Deum adoraverunt, idololatras extitisse: cum enim ritus paganicus, eorumque idola suapte natura mala sint, nulla valent interna excusari intentione, quamvis sancta. Et ad hoc quod attinet, subscribimus Vossio dicenti: *Colucre enim Deum ritu gentili, qui præterquam quod divinæ voluntati esset repugnantissimus cultus, in ista humanarum mentium caligine plenissimus periculi fuit: quia experientia ostendit quam facile cultus symbolicus in proprium convertatur.*

V. Ex hac Vossii, & communi doctrina facile colligere est, Israelitas declinasse in cultum *Apim*, seu *Serapim*, quem Ægyptii in effigie bovis, aut vituli adorabant ut deum. Cur non aliud symbolum? Cur non aliud simulacrum quam Ægyptiorum conflarunt? Si idem cum Ægyptiis symbolum, cur non & eumdem cum iisdem deum? Sed quid conieciuris inhæremus, cum Scripturæ sanctæ aperte declarent Iudæos idololatras fuisse, quod deos Ægyptiorum adoraverint, & a vero Deo recesserint. Quid enim prodit illud Exod. XXXII. vers. 1. *Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant?* Huculque verus Deus sub columna ignis per noctem, & nubis per diem eos præcessit, atque direxit. Cur ergo Deum Israelis non petierunt, non invocarunt? cur sub forma ignis, aut nubis, aut alterius miraculi ex plurimis pro eorum libertate patratis, non petierunt sibi verum Deum repræsentari? Cur tanto furore Ægyptiorum simulacra postularunt? De Aarone, qui vitulum adorandum proposuit, iure dubitari potest, num Ægyptiorum deos colendos obtulerit. Et ego quidem in ea sum sententia, quod Aaron, timore populi ad malum proni exterritus, vitulum conflaverit, nimiæque dumtaxat indulgentiæ, & externæ idololatriæ reus fuerit; at interiore cultu verum Deum adorasse, neque ab eo defecisse, probabilius mihi est: & colligitur ex illius verbis quibus fusilt Domini solemnia celebrari: *Cras solemnitas Domini est:* ibid. vers. 5.

VI. Cæterum quod populus Iudaicus a vero Deo recesserit, deos fallos adoraverit in vitulorum symbolis, adeo constat rum, explorarumque est, ut solus Calvinus, eumque gregales, ira, livoreque in Catholicos perciti, contrarium doceant. Cuius veritatis non alium quæro iudicem præter Scripturam ipsam, quæ conceptis verbis tradatur, populum reliquisse ilum verum Deum, dilique alienis thus adoleviſſe. Deut. XXXII. vers. 15. & seq. *Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo. Provocaverunt eum in diis alienis ... immolaverunt dæmoniis, & non Deo .... Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.* Si in vitulo Deum verum coluissent populus, qui dici poterat hostias eum litasse dæmoniis? Sed textus proinanus ex ipso loco Exodi, ubi narratur vitulinum simulacrum conflatum, & adoratum fuisse. Igitur *loc. cit. vers.* 8. hæc Deus ipse Moysi dixit: *Fecerunt sibi vitulum conflatilem, & adoraverunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Hostias, & victimas huic vitulo immolarunt: ut Deum ergo, cui soli victimæ mactantur, colnerunt. *Isti sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt.* Si de vero Deo sermonem habuissent, an dixissent istos esse deos suæ libertatis vindices? Quid plura? Moyses apertissime dicit, populum istum deos sibi conflasse aureos: ibid. vers. 31. *Peccavit populus iste peccatum maximum, fecerunt que sibi deos aureos.* Scripturæ ergo testantur populum Iudaicum terga vero Deo dedisse, eoque relicto, deos aureos conflasse, dilique gentium cultum obtulisse. Qua ergo fronte Calvinus, qui plusquam thrasonica iactatione ad divini verbi tribunal causam quamque appellat: qua, inquam, fronte scribere audet loc. cit. *Nihilominus & Deum æternum Iudæi, unum, verumque cæli, ac terræ Dominum sub talibus simulacris persuasi erant se colere: & gentes suas, licet falsos, deos, quos tamen in cælo habitare fingerent.* Conferantur hæc cum textibus adductis; & confestim palam fiet quant impudens sit Calvini commentatio, quam idcirco malo dolo excogitavit, ut superstitionis reos peragere Catholicos posset.

VII. Persequitur enim ibid. §. 10. *Hoc qui contebus factum, & nostra etiam memoria fieri negant, impudentes mentiuntur. Cur enim eram illis prosternuntur? Cur se se ad illa precaturi tamquam ad Dei aures convertunt? Si quidem verum est quod ait Augustinus, neminem orare, vel adorare sic intuentem simulacrum, qui non sic afficiatur ut ab eo exaudiri se putet .... cur pro illis hodie tamquam pro aris & foris, ad cædes usque, & strages dimicant, ut facilius latuti sint eorum Deum sibi eripi, quam sua idola? Et tamen nondum crassos vulgi errores ... enumero: tantum indicto quod ipsi profitentur, quum se maxime ab idololatria purgare volent. Non veramus, inquiunt, nostros deos. Neque illos aut Iudæi, aut Gentiles olim vocabant; & tamen Prophe-*

*te passim illis fornicationes cum ligno, & lapide expobrare non desinebant*. Iudæi ergo sua symbola deos non vocarunt? Hoc negare audet Calvinus? An non deos appellarunt, cum fabricato vitulo clamarunt: *Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de Ægypto?* An non testatur Scriptura, peccatum maximum Iudæos peccasse, quod fecerint sibi *deos aureos?* Nec Gentiles sua simulacra deos vocarunt, cum triginta & amplius mille deos venerari sunt? Nec nos asserimus, Ethnicos omnes in crepis, porrisque Divinitatis quidquam agnovisse; sed idololatræ erant, quod falsa nomina in putridis symbolis colerent. Polytheismum ab Ethnicis, & Hebræis libentissime Calvinus auferret; dummodo quocumque modo notam Catholicis idololatriæ inurere posset. Sed vanissimi sunt illius conatus. Augustinum sibi patrocinari iactabundus obtrudit. *Legantur* (inquit §. 9.) *excusationes quas ab idololatriis sui seculi prætextas refert Augustinus*. Cum de cultu sacrarum imaginum, & Sanctorum sermo erit, omnia pro dignitate expendemus. Quæstio nunc vertitur de idololatria perpetrata a Iudæis in vituli adoratione, quam non simulacrum vitulinum, seu deum Ægyptiorum, sed Deum verum respexisse Calvinus contendit, ut inde anfam arripiat Catholicos traducendi. Quam sit impudens illius impostura, suapte natura patet. Id solum addam, Augustinum, quem pro se Calvinus allegat, apertissime illi adversari. Et in primis bona fides desideranda in Calvino est, qui, ut evincat, Iudæos Deum verum in vitulo coluisse, citat Augustinum in *Psal.* CXIII. ubi Sanctus Doctor invehitur in simulacra paganorum, eorumque excusationes impugnandas assumit, nec ibi de vitulo deserti sermonem habet. Hanc quæstionem versat explicans *Psalm.* LXXIII. ubi hæc habet: *Nam & unde vitulus ille quem adoravit populus infidelis, & apostata, quærens deos Ægyptiorum, dimittens eum qui liberavit de servitute Ægyptiorum?* Quid ad hæc Calvinus, eiusque gregales? Ibidem Augustinus appellat Iudæos *adoratores diaboli*.

VIII. Non est ergo ambigendi locus Iudæos falsa Ægyptiorum numina in aureo simulacro adorasse. Quod si aliqui, ut Aaron, Deum verum in illo vitulo venerati fuissent, non propterea excusandi forent a superstitione, tum quod contra divinum mandatum sculptile ædificarunt, tum quod ritu paganico, ac symbolo vetito Deum coluerunt, tum denique quod immeniam Dei præsentiam in illo symbolo coarctarunt, putantes minime sibi Deum propitium fore, nisi oculis corporeis illum cernerent. Quis vero Catholicorum quidquam hic deliramentis simile umquam excogitavit? Isti omnes Deum ubique propitium credunt; quamquam & templa ædificent, ceu loca in quibus speciatim Deus adsit, & imagines pingant, per quas anima sensibus obtecta excitetur ad divinum cultum. Sed de his fusius suo loco.

## CAPUT IV.

*Rationes proponuntur quæ Deum esse ostendunt.*

I. REcensitis erroribus existentiæ, & unitati Dei contrariis, rectus disputationis ordo postulat ut argumenta promamus quæ & Deum existere, & unicum esse evincunt. Antequam tamen ad rei caput accedo, illud præfari convenit, me fere invitum hanc veritatem, nempe Deum esse, demonstrandam suscipere. Quæ namque suapte natura manifesta sunt, haudquaquam egent probatione. Prima enim principia in unoquoque genere ea dicuntur quæ quoniam sunt, non convenit demonstrare, ut Philolophus ipse docet. An nec cum Sol lucet, disputandum erit, utrum luceat, aut sit? Vel evincendum ignem esse calidum, albam nivem? Porro non minus perspicuum est, Deum Divinitatis suæ radios via hominum mentes immittere, quam Solem in meridie sereno cælo lucem affundere. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Verum quamquam divinus hic Sol universum repleat immensa sua luce orbem; non desunt tamen qui oculos, ne videant, claudunt, lucemque reiiciunt divinam. Rationes ergo quas allaturi sumus, eo in primis tendunt, ut cæcorum oculos, quoad fieri potest, aperiant, mentiumque humanarum ægritudini ex peccatis contractæ medeantur. Deum siquidem existere, ita est per se notum, ut nulla possit evidentius fieri ratione. Quare summa animi demissione, ac humilitate profunda, non contendendi, & altercandi pruritu, hanc quæstionem versandam aggrediamur oportet. Nimii enim maiestatis scrutatores opprimuntur, atque hebetantur.

II. Duo probationum genera afferri in medium solent, quibus humanæ mentes nixæ ad supremum Numen cognoscendum assurgant. Aliæ sunt populares, communi omnium capacitati apprime contentaneæ; aliæ metaphysico ratiocinio intextæ. Hæ quamquam & maiorem subtilitatem, & exquisitiorem eruditionem sapiant, minori tamen pollent efficacitate. Plus namque quæ sensibus propinquiora, quam quæ ab iisdem abstracta sunt, mentes subigunt hominum, non solum vulgarium, sed doctiorum quoque; quidquid nonnulli quandoque in contrarium, vana quadam ducti ostentatione, iactent. Quæcumque tamen probationum genera, quæ pro Dei existentia afferri queunt, non ex prioribus, & antecedentibus principiis colliguntur, (nihil quippe Deo prius est) sed ex effectibus, & iis quæ posteriora sunt. Hoc in capite quinque rationes quas D. Thomas 1. *par. quæst.* 11. *art.* 3. ex Patribus collectas prodit, brevissime perstringemus, alias populares fusius capite sequenti explicaturi.

### *PRIMA D. THOMÆ RATIO.*

III. Evidenti experientia constat, corpora hæc omnia mutationi esse obnoxia. Porro dum moventur, ab aliquo moveantur necesse est: omne enim quod movetur, ab alio movetur. Aut ergo ab immobili; aut a mobili motore motum recipiunt corpora mota. Si ab immobili, iam habemus quod quærimus, nempe motorem immobilem, qui omnia moveat, & a nemine moveatur. Hic autem Deus est. Si a mobili, rursus hic ab alio pendet. Ne ergo processus fiat in infinitum, admittendus necessario est motor immobilis. Non me fugit, non paucis obnoxiam esse cavillis rationem istam, quas fuso calamo refutant D. Thomæ Interpretes. Rem nos paucis expedicmus, clarius explicando propositiones singulas. Et primo quod omne corpus motum ab alio moveri debeat, satis est compertum. Nihil enim potest esse movens, & motum, secundum eamdem rationem: quia, prout movetur, in potestate est ad id ad quod movetur; movet autem secundum quod est in actu. Quod autem idem eodem tempore simul in actu sit, & in potentia iuxta eamdem rationem, repugnantia est manifesta. Actus quippe, potentiæ includit privationem, & e contrario. Rursus processus in infinitum in moventibus per se mutuo subiectis pariter repugnat. Si enim numero infiniti motores essent, primus reperiri neutiquam posset: nullis enim terminis clauditur infinitum. Quapropter si primus designari quiret motor, minime essent infiniti motores. Quæ quidem ratiocinatio locum habet tum in iis quorum unum per se, & essentialiter ab alio in suo motu pendet; tum in iis quorum unum per accidens alteri subiicitur: quia licet admitti causarum infinita collectio posset, ut si ab æterno mundum Deus creasset; semper tamen admittendum foret principium, quod eiusmodi collectionem efficeret. Quoniam si quæque causa essentialiter ab altera pendet, tota quoque collectio causarum alteri causæ subiiciatur necesse est. Prædicata namque, ut vocant, essentialia rei competunt in quocumque statu. Quid quod, si quæque causa ab alia in suo motu pendet, & hæc ab alia, numquam ad primam perveniri posset? Infinitum enim caret primo. Nihil ergo produci posset. Tolland omniam præteriti seculi imprudentissimus Atheorum reponit, motum essentialem esse ipsi materiæ, & hanc seipsam movere. Numquam ergo quiescere posset: quod evidenter falsum est.

IV. Cavillandi exercitio erunt qui Atheorum ore reponant, & ut ad omnia abutantur, inquit Cicero *Lib. I. de nat. deor.* atomorum regno, & licentia, dicent omnia ex atomis ab æterno agitatis produci. Hinc quodcumque in solum venit, ut dicitur, effingunt, atque efficiunt, inquit Tullius. Sed qua vi atomi istæ agantur? Sua gravitate, subdunt. Unde vero gravitatem habuerunt istam? A se ipsis? Dii ergo atomi istæ; & tot dii, quot atomi: & quoniam invidua hæc corpuscula, alia levia sunt, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam & quasi aduncа; eiusmodi erunt dii ex atomis conflati. *Sint*, inquit Cicero, *ex atomis. Non igitur æterni. Quod enim ex atomis sit, id natum aliquando sit. Si natum, nulli dii antequam nati. Et si ortus est deorum, interitus sit necesse est.... Ubi igitur illud vestrum beatum, & æternum? Quibus duobus verbis significatis Deum. Quod cum efficere vultis, in dumeta corripitis. Ita enim dicebas* (Cotta) *non corpus esse in Deo, sed quasi corpus, nec sanguinem, sed quasi sanguinem. Hoc persæpe factitis, ut cum aliquid non verisimile dicatis, & effingere reprehensionem velitis, afferatis aliquid quod omnino ne fieri quidem possit: ut satius fuerit id ipsum de quo ambigebatur, concedere, quam tam imprudenter resistere; velut Epicurus, cum videret, si atomi fecerint in locum inferiorem sumpsie pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset certum motus certus, & necessarius, invenit quomodo necessitatem effugeret: quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, cum pondere, & gravitate directo deorsum ferature, declinare paululum. Hoc dicere turpius est quam illud quod vult, non posse defendere*. Verum de his plura infra ex eodem Tullio, hunc fortuitum atomorum concursum acrius exagitante.

### *SECUNDA RATIO.*

V. Effecta quæ in universo spectamus, ab



effe-

effectricibus caussis dimanare, inficias ire nemo valet. Nam si dicatur aliquid esse quod nihil præcedit, sed a temetipso suum esse accipit, iam Deum existere conceditur. Si vero ab alio efficitur, tum inquiritur, a quo hoc aliud proficiatur: & de hoc alio sermo recurret idem nique ad infinitum. Hanc D. Thomæ rationem alii Patres prius protulerant. Ioannes Damascenus *Lib. 1.* his verbis eam explicat: *Omnia quæcumque sunt, vel creata sunt, vel increata. Quod si creata sunt, omnino sunt mutabilia. Quorum enim esse a mutatione cepit, hæc mutationi plane subiecta erunt, sive corrumpantur, sive voluntate mutentur. Si increata sunt, ex consequentia ratione prorsus immutabilia sunt. Nam quorum esse contrarium est, iis certo modo esse contraria rationi convenit quæ sunt proprietates. Quis igitur non assentietur, omnia quæ sunt, non modo quæ sub sensus nostros cadunt, verum etiam & Angelos, variari, atque mutari, ac multis modis nasci, atque corrumpi?* &c. & paulo infra: *Itaque cum sint mutabilia, plane erunt creata. Si creata sunt, prorsus ab aliquo condita sunt. Oportet autem conditorem increatum esse. Nam si etiam ille creatus est, omnino ab aliquo creatus est: donec ad increatum aliquid procedendo perveniatur. Increatus ergo conditor plane est, & immutabilis. Hoc vero quid aliud potest esse quam Deus?*

VI. Qui contendendi, rixandique pruritu, non inquirendæ veritatis amore disputant, reponere solent, singulos utique homines a singulis produci, videlicet Petrum a Paulo, Paulum a Francisco, & idem de singulis dicito; secus vero totam collectionem, puta totum genus humanum. Quod patet in Republica, cuius homines singulatim accepti subditi sunt; omnes autem coniunctim nulli subiacent potestati.

VII. Minime opus multis est ut responsionis illius fatuitas ostendatur, cum suapte se prodat natura. Verum habet quod a singulis ad collectionem non semper recta infirmatur argumentatio, ut patet in exemplo adducto. Siquidem regimen convenit collectioni hominum, non singulis hominibus: & quoties prædicata reliciunt quantitatem five discretam, five continuam, variatur, ut dicunt, appellatio, & consequentia a partibus ad totum non consistit. Ne multa: in prædicatis accidentalibus non semper argumentatio a singulis ad collectionem bona est. Quippe aliquæ externæ, & accidentales prærogativæ toti competere, secus partibus, sæpe valent. Contra in prædicatis essentialibus semper a singulis ad collectionem consequentia optima est. Quisque homo ratione præditus est: ergo omnes homines rationales sunt. Quilibet homo ab alio producitur, ab eoque essentialiter pendet: ergo omnes homines producantur necesse est. Sed clarius rem habeto. Quid iodes hæc tota hominum collectio addit ad singulos homines? Anne ipsa hominum collectio producitur? Anne a membris seiuncta, & abstracta consistit? Quid porro confert pertinum ad infinitum? Nam semel concesso quod quilibet homo ab alio essentialiter pendet; etiamsi admitteretur infinita hominum collectio, hæc ab alio penderet. Quamquam hæc infinitas commentitia omnino est, cuius nec vola, nec vestigium umquam apparuit.

VIII. Ut hæc omnia clarius affulgeant, libet proferre quæ scribit Theodorus Abucara in tertio Dialogo. *Hominem*, inquit, *certus est numerus. Fingamus illos esse centum. Non possunt illi omnes esse geniti. Quippe ab invicem propagati sunt. Itaque genealogiam retro percurrens nostra mens plane unum in aliquem incidit ingenitum. Non enim fieri potest ut cum ad primum perveneritmus, dicamus ipsum ab alio esse genitum. Quandoquidem etiam ille ab alio esset genitus, donec in primo quopiam ingenito mentem nostram defixerimus. Igitur necesse est istum vel extra editum esse, vel ut stipes; vel esse æternum; vel ab opifice aliquo factum. Atqui si ex terra pullulasset, adhuc usque in hodiernum diem alios terra procuraret; sicut fit in genere arborum, vel herbarum. At quid hoc fieri non videmus, manifestum est neque primum germinasse. Sed nec æternus erat. Si enim principio carnisset, esset que æternus, numquam mortuus fuisset, neque interisset. Quod enim principium non habet, neque finem habet. Relinquitur igitur ut factus fuerit. Quod autem factum est, auctorem habet. Est igitur creator, & auctor hominum Deus.*

## TRES ALIÆ RATIONES
*brevissime perstringuntur.*

IX. Tertia D. Thomæ ratio eiusmodi est. Quæ in hoc mundo sunt, contingentia sunt, seu contingenter existunt. Hoc experientia evidenti constat: sunt enim mutationi, & interitui subiecta. Capacitatem ergo, potentiamque habent aut ut existant, aut contra. Admittendum ergo est aliquid quod sit necessarium. Quod enim solam habet ad existendum potentiatem, in lucem se solo prodire nequit. Qua namque ratione id quod nondum est, efficere ut sit valet? Porro quod solummodo potentiatem habet ut sit, re nondum est. Quod autem re nondum est, nec aliud a se distinctum, nec seipsum producere ullo modo potest. Hanc rationem, quæ validissima est, possem fusiore explicare sermone, nisi præstitura brevitas officeret.

X. Quarta ratio, rerum, quæ minorem, maioremque bonitatem exprimunt, varietati nititur. Siquidem talis in rebus huius mundi bonitatis, atque perfectionum ordo relucet, ut aliæ minus, aliæ magis bonæ sint. Ergo admittendum maximum bonum est, quod omnium caussa sit. Hanc rationem sulius exponit Augustinus Lib. VIII. de Civ. Dei cap. VI. *Consideraverunt enim, quidquid est, vel corpus esse, vel vitam; melius que aliquid vitam esse quam corpus; speciemque corporis esse sensibilem, intelligibilem vitæ: proinde intelligibilem speciem sensibili prætulerunt. Sensibilia dicimus que visu tactuque corporis sentiri queunt; intelligibilia que conspectu mentis intelligi possunt ... Quod autem recipit magis aut minus, sine dubitatione mutabile est. Unde ingeniosi, & docti, & in his exercitati homines facile collegerunt, non esse in eis rebus primam speciem ubi mutabilitas esse convincitur. Cum igitur in eorum conspectu & corpus, & animus magis minus que sine specie essent; & si omni specie carere possent, omnino nulla essent; viderunt esse aliquid ubi prima esset incommutabilis species, & inde nec comparabilis: atque ibi esse verum principium rectissime crediderunt: quod factum non esset, & ex quo facta cuncta essent. Ita quod notum est Dei, ipse manifestavit eis, cum ab eis invisibilia eius per ea que facta sunt, intellecta conspecta sunt.*

XI. Postrema Angelici Doctoris ratio ex uniformi omnium creaturarum in eumdem finem conspiratione arcessitur. Ipsi enim conspicimus illa ipsa quæ cognitione carent, in eumdem abripi finem. Hæc autem, utpote intelligentia destituta, nequeunt sibi talem præstituere finem, nec quæ ad eumdem assequendum apta sint media deprehendere. Aliquam ergo fateamur oportet intelligentem caussam, quæ corpora illa regat, dirigat, atque gubernet. Quid quod istorum plura contrariis invicem qualitatibus pugnant, digladiantur? Tamen, ut bonum commune universi sartum tectum custodiantur, fœdus ineunt, & amicitiam, mirabilique concordia eo sua collineant molimina. Fieri ne hoc valet absque duce, qui tamquam universalis provisor omnia temperet, regatque? An corpora illa innata propensione, inditoque pondere eumdem attingere scopum queunt, si adversis inclinationibus in transversum agantur? Hæc ratio illustrior evadet, cum popularia exponentur argumenta.



## CAPUT V.
*Alio dilemmate impugnatur Atheï, & Deista.*

I. Ut cum Atheos, tum Deistas alio ex capite ad incitas redigamus, hoc illos adorimur dilemmate, quo utitur Blasius Paschalis in suis de Religione cogitationibus. Aut existit Deus, aut secus. Nulla hic ad persugium rima patet. Cui adhæres parti? Ratio, inquis, humana neutram affirmare, neutram evidenter partem negare potest. Factus se habere rem. Cur ergo me erroris arguis, quod aio Deum esse? Te condemno, inquis, quod alteram elegeris, seu quod ab utraque parte non abstinueris. Ita ne vero? Iam in causses incidisti. Quippe qui anceps hæret, existat ne Deus, an secus, Deum reapte negat. Hoc in aliis ludis haud accidit; sed liberum cuique est se ab omni parte integrum servare. Isthic facienda est alea: quoniam qui mecum non est, contra me est. Alterutri ergo adhæreas parti oportet. Si indifferenter te habeas, negantem amplexus es partem, ratione repugnante. Quoniam si Deus existit, tu æternas dabis pœnas.

II. Illud nunc reliquum est, cui extremorum committere te debeas. Per te æquale est utrilibet partis periculum, quod ratio humana alteram præferre alteri nequeat. Nihil ergo expondendum superest, nisi cuiusque partis lucrum, & iactura. Si quemadmodum æquale est periculum aut evincendi, aut succumbendi, ita æqualis esset cuiusque partis aut iactura, aut lucrum; alterutram pro ingenio eligere partem quires. Si e contrario partis adhærentis lucrum sit summum, & parva iactura; negantis autem partis iactura sit infinita, & lucrum exiguum: aut rationem exuas, aut partem quæ infinitum lucrum promittit, parvumque minatur iacturam, seligas necesse est. Porro Dei fidem suscipiendo, si vincis, victoria infinita est, lucrum immensum: si erras, nulla est iactura. Elige ergo Dei existentiam. Quid hisces? Suspensum tenere animum nequeo. Ludendum omnino est. Nisi ludas, partem negantem amplecteris, cui æterna annexa calamitas est, infinita supplicia. Nonne in quolibet fortuito ludo, cuius utraque pars æquale periculum præfert, illuc fortem coicis, ubi lucrum duplo damnum superat? Quid si centies, quid si millies, quid si milia millium lucrum excederet damnum? Profecto si forti-

fortiri necessum, aut insanum te declarare debes, aut in illam mittere hydriam sortes debes quæ immensa continere bona dicitur.

III. Quod autem parvum, ac fere nihil illud sit quod tu ludo necessario exponis, evidens suapte natura est. Incerta namque, brevis, plurimisque incommodis obnoxia est vita sortienda; quæ, si vincis, Deum firmando, tibi beatam parit vitam. Nec est quod reponas, lucrum incertum esse, certum vero bonum quod sortitioni committis; ac propterea bonum quod putidetur, quantumvis finitum parvumque, prævalere bono infinito, quod dubie tantum, & ambigue speratur. Totum namque hoc abludit a vero. Ad summum quippe infert ab eo ludo qui liber est, te abstinere posse; lucus si necessarius ludus sit. Quisque tortitor parvum bonum certum rationabiliter exponit, ut lucretur incertum, dummodo ex una parte futurum lucrum incertum valde superet bonum parvum quod periculo subjicitur. Consequitur ergo necessario aut tibi adfirmandam esse existentiam Dei; aut rationi, & communi sensui nimium remittendum.

IV. Si longius producere sermonem vellem, singulas expendendo propositiones, valde evidentior fieret argumentatio, & primum innotesceret, te nihil periclitari, si adfirmes Deum esse. Tum namque vitam duces honestam, castam, sinceram: rationi, justitiæ, æquitati consentaneam: eam comitatur tranquillitas, gaudium, hilaritas: vitia, scelera, fugitiva ab ea exulabunt: ipse denique æternæ adipiscendæ gloriæ continenter lætabitur animus. Turbantur hæc omnia, inquis, timore damnationis incurrendæ.

V. At cui major inest ratio infernum timendi? Illi qui sit ne infernus, dubitat, seu ignorat, utrum sit, quin & judicat non extare; qui in inferni ignorantia vitam vivit, certus tamen est, se damnandum fore, si infernus extet; aut illi qui firmo imburus perfusu infernum ardere, confidit se tamen assecuturum æternam, eamque vivendi instituit viam quæ ab inferno prorsus declinans ad beatam ducit felicitatem?

VI. Deistarum indifferentia in religionis negotio nulla valet excusatione tucari. Quoniam aut evidentem notitiam habere illi debent, Deum non esse; aut animi tranquillitas, quam obtrudunt, commentitia est. Quippe vera, & rationabilis animi pax fructus est sinceræ meditationis, quæ omne auferet timendi periculum. Quæque alia tranquillitas quæ a cognitione non proficiscitur, stupor, & insensibilitas est, quæ ab ignorantia, aut obliuatione procedit. Hæc tranquillitas rationem repuit, lucem reficit, ne illultam suam turbet pacem. Quoties animæ parti se subdit animali, haud est difficile in mortalem recidere letargum; quemadmodum scelestus qui opium epotavit, mortem subiturus indifferenti animo tormenta contemplatur, usquedum morte expergefiat. Hæc stultorum Deistarum felicitas est.

## CAPUT VI.

*Rationes populares animum mentibus accommodatæ proponuntur, quæ Deum esse evincunt.*

I. RAtiones omnino a sensibus abstractæ, & ex solis metaphysicis elicitæ principiis parum, ut dictum est, aptæ sunt ad multitudinis saltem mentes permovendas. Quin si vel ipsos doctos demonstrationes pro eo quo compinguntur puncto devincunt, ac subigant; elapso tali puncto, paucis post horis illi ipsi ambigunt, cavillantur, verenturque ne aliquo paralogismo decepti fuerint. Contra, rationes populares, quæ intimo sensui propinquæ sunt, semper, & ubique dominantur, & securius fortiuntur effectum, quam vel ipsæ demonstrationes metaphysicæ, quæ aliquo pauciissimæ sunt. Quis negare ausit Romam, Cæsarem, bellum Cannense, & id genus similia sine numero, quamquam evidenti demonstratione probari nequeant?

II. Prima ratio popularis pro existentia Dei ab unanimi omnium gentium consensu repetitur. Quam rationem exponit Cicero *Lib. I. de natur. deor.* ubi non tam disputatur an sint, quam quid sint dii: & idcirco de natura, non de existentia deorum libri inscribuntur. Laudibus vero affert Epicurum, quod hanc rationem perspicue declaravit. *Solus enim*, inquit Tullius, *vidit primum esse deos, quod in omnium animis earum notionem impressisset ipsa natura. Quæ est omnium gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? ... Quod igitur fundamentum hujus quæstionis est, id præclare tactum videtis. Cum enim non instituto aliquo, aut more, aut lege sit opinio constituta, manetque ad unum omnium firma consensio, intelligi necesse est, esse deos: quoniam insitas eorum, vel potius innatas cognitiones habemus. De quo autem omnium natura consentit, id verum esse necesse sit. Esse igitur deos confitendum est. Quod quoniam fere constat inter omnes, non Philosophos solum, sed etiam indoctos; fateamur constare illud etiam hanc nos habere fere anticipationem, ut ante dixi, sive præmotionem deorum.* Quod paullo post Cicero scribit, multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio deorum sit, id non ex se, sed ex Cottæ ore loquitur; quemadmodum alios disputantes invehit, qui cavillandi gratia dixerunt, totam de diis immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus, reipublicæ causa, ut quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret: quam rationem potissimum exaggeravit Euhemerus cordis Atheus. Ceterum Tullius constanter scribit ibidem: *Omnes duce natura eo ruimus ut deos esse dicamus.* Hoc idem confirmat Seneca epist. CXVII. *Veritatis argumentum est aliquid omnibus videri, tanquam deos esse, quod omnibus de iis opinio insita sit, nec ulla gens usquam est adeo extra leges moresque posita, ut non aliquos deos credat.* Quod si aliquando tales reperiuntur homines qui male de diis sentiant, id vitio animi flagitiis corrupti, non defectui cognitioni a natura infitæ tribuendum est, ut inquit idem Cicero Lib. I. Tuscul. quæst. *Ut porro fomissimum hoc afferri videtur cur deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo hominum tam sit immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio. Multi de diis prava sentiunt (id enim vitioso more effici solet) omnes tamen esse vim, & naturam divinam arbitrantur.* Hoc idem confirmat Livius *Lib. I.* ubi loquens de Tullo Hostilio, qui sanus negligere le deos jactabat, premente morbo illos invocavit, hæc scribit. *Ipse quoque longinquo morbo est implicitus. Tum adeo feroci sunt fimul cum corpore spiritus illi ferociæ, ut qui nihil ante ratus esset minus regnum quam sacris deditæ animum, repente omnibus magis, paullatque superstitionibus obnoxius degeret, religionibusque etiam populum implevit.* Hinc ortum duxit illud proverbium: *In pul eis mortis deos invocat.*

III. Alter potissima, & ulitata ratio ex istius universalis affectu, partiumque concinna distributione arcessitur. Esquis enumerato Deum negare ausus fuerit, si in hanc mirabilem, prodigiisque intextam mundi machinam oculos conjecerit? Aciem ergo oculorum in cæleites globos defige: planetarum immensa corpora, atque Solem fulgice, qui astrorum obtinet principatum, quique motum suum ita temperat, & inflectit tum ad septentrionem, cum ad meridiem, ut æstates, hiemesque, ac dum alia media tempora constituat: lucem suam sic effundit, ac partitur, quo terras



modo in his partibus illustret, modo in illis opacet. Et ex quatuor temporum mutationibus omnium quæ terra marique gignuntur, initia, constaque ducuntur. In Lunæ quoque cursu & brumæ quædam, & solstitii similitudo: multaque ab ea manant, & fluunt, quibus & animantes alantur, augescantque, & pubescant, maturitatemque assequantur quæ oriuntur e terra. Maxime vero persequitur Cicero *Lib. II.* admirabiles motus earum quinque stellarum quæ falso vocantur *errantes*: nihil enim errat quod omni tempore conservat progressus, & regressus, reliquosque motus constantes, & ratos. Quod eo est mirabilius in his stellis quas dicimus, quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum accedunt, tum subsequuntur, tum celerius moventur, tum tardius, tum omnino ne moventur quidem, sed ad quoddam tempus insistunt. In terræ molem oculos revolve. Illam specta in medio orbis suspensam, hærentem, stabilem, firmamque, ac undique circumfusam hac admirabili ipsarabilique natura: eamdem vestitam, ornatam, decorem varietate distinctum: metalla pretiosa, gemmasque, aurum, argentumque, quæ sinu suo includit, fovet: arborum diversitatem, florum odorem, irriguos fluvios, montium cacumina commeditare. Cogita maris miracula, fluxum, refluxumque stupendum, quique secunditatem, non modo ad immensam illam piscium multitudinem, magnitudinemque procreandam, sed ad civitates commercio, & navigatione ditandas. Quid si hominem, parvum mundum, quid si partes illius singulas, quarum quæque innumera claudit prodigia, scrutari velles? Qui ergo tam admirabilem ordinem, incredibilemque constantiam, qui tantam temporum convenientiam, qui denique tantam harmoniam, atque concentum, sine consilio, sine ratione, sine mente fieri posse existimat, is ipse mentis expers habendus est.

IV. Numquid mundum hunc pulcherrimum, ornatissimumque, atque motus finitos, & æquabiles ex vasta materia perpetuo motu agitata ortos dices? Numquid theatrum illud immensum tanto ordinibus modorumque immutabilique constantia, effici potuisse credideris ex fortuita atomorum concursione? *Hoc qui existimat fieri potuisse* (inquit Tullius Lib. II. de nat. deor.) *non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles unius & viginti formæ literarum, vel quales libet, aliquo conjiciantur, posse ex his in terram excussis annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici? quod nescio*

scio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna. Ista autem quemadmodum asseverant ex corpusculis, non colore, non qualitate aliqua, quam τὸ ἐναργὲς Graeci vocant, non sensu praeditis, sed concurrentibus temere, atque casu mundum esse perfectum? vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire? Quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? quae sunt minus operosa, & multo quidem faciliora. Certe ita temere de mundo effutiunt, ut mihi quidem nunquam hanc admirabilem coeli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur. Praeclare ergo Aristoteles, Si essent, inquit, qui sub terra semper habitavissent, bonis, & illustribus domiciliis, quae essent ornata signis, atque picturis, instructaque rebus iis omnibus quibus abundant ii qui beati putantur, nec tamen exissent unquam supra terram; acceperint autem fama, & auditione esse quoddam numen, & vim deorum: deinde aliquo tempore, patefactis terrae faucibus, ex illis abditis sedibus evadere in haec loca quae nos incolimus, atque exire potuissent: cum repente terram, & maria, coelumque vidissent, nubium magnitudinem, ventorumque vim cognovissent, aspexissentque Solem, eiusque tum magnitudinem, pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, quod is diem efficeret, toto coelo luce diffusa: cum autem terras nox opacasset, tum coelum totum conversum astris distinctum, & ornatum, Lunaque luminum varietatem tum crescantis, tum senescentis, eorumque omnium ortus, & occasus, atque in omni aeternitate ratos, immutabilesque cursus: haec cum viderent, profecto & esse deos, & haec tanta opera deorum esse arbitrarentur. Atque haec quidem ille.

V. Hinc ex Aristotele Cicero, qui deinceps ipse persequitur urgere argumentationem alia non minus vivida eloquentique descriptione. Nos autem (subdit ille) tenebras cogitemus, quanta quaedam crepusculi circumfusa Cimmeriis regionibus effundere dicuntur, ut per biduum aemo hominem homo agnoscevet. Cum autem tertio die Sol illuxisset, tum, ut revixisse sibi videremur. Quod si hoc idem ex aeternis tenebris contingeret, ut subito lucem aspiceremus; quanam species coeli videretur? Sed assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi: neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum quas semper vident: perinde quasi novitas res magis, quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare. Quis enim hunc hominem dixerit qui cum certos coeli motus, tam ratos astrorum ordines, tantique omnia inter se connexa, & apta viderit, neget in his ullam inesse rationem; eaque casu fieri dicat quae quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? An cum machinatione quadam moveri aliquid videamus, ut sphaeram, ut horas, ut alia permulta non dubitamus quin illa opera sint rationis? Cum autem impetum coeli admirabili cum celeritate moveri, vertigine videamus, constantissime conficientem vicissitudines anniversarias, cum summa salute, & conservatione rerum omnium; dubitamus quin ea, non solum ratione fiant, sed etiam excellenti quadam divinaque ratione?

VI. Alteram sensibus adhuc propinquiorem instituit Tullius descriptionem, terrestri globi imaginem coloribus, lineamentis, & ornatibus distinctam ob oculos referens: quae, quoniam non modo elegantiam, & eloquentiam Tullianam mirabiliter praefert, sed efficax, validaque est ad Numinis cognitionem excitandam, idcirco illhuc transcribenda est. Licet enim tam (inquit ibidem) remota subtilitate disputandi, oculis quodammodo contemplari pulchritudinem rerum, quas divina providentia divinus constituetas. Ac principio terra universa cernatur locata in media mundi sede, solida, & globosa, & undique ipsa in se se partibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus: quorum omnium incredibilis multitudo insatiabile varietate distinguitur ... Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos animum, riparum vestitus viridissimos, speluncarum concavas altitudines, immensitatesque camporum. Adde etiam recondit as auri, argentique venas, infinitamque vim marmoris. Quae vero, & quam varia genera bestiarum, vel eicurum, vel ferarum. Qui volucrum lapsus, atque cantus? Qui pecudum pastus? Quae vita silvestrium? Quid iam de hominum genere dicam? Qui quasi cultores terra constituti non patiuntur eam nec immanitate bellarum efferari, nec stirpium asperitate vastari, quorumque operibus agri, insulae, littoraque cellucent, distincta tectis, & urbibus. Quae si ut animis, sic oculis videre possemus, nemo cunctam intuens terram, de divina ratione dubitaret.

VII. Iuvat adiicere, quam persequitur, descriptionem maris, aeris, & aetheris. At vero quanta maris est pulchritudo? Quae species universi? Quae multitudo, & varietas insularum? Quae amoenitas orarum, & litorum? Quot genera, quamque disparia, partim subnexarum, partim fluitantium, & innatantium bellarum, partim ad saxa nativis testis inhaerentium. Ipsum autem mare spectantem appetens litoribus claudit, ut una ex duabus naturis confinia videatur. Exinde mari finitimus aer die, & nocte distinguitur: itque tum fusus, & extenuatus in sublime fertur; tum autem concretus in nubes cogitur, humoremque colligens terram auget imbribus; tum effluens huc, & illuc ventos efficit. Idem annuos frigorum, & calorum facit varietates; idemque & volatus alitum sustinet, & spiritu ductus alit, & sustentat animantes. Restat ultimus, & a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens, & coercens cali complexus, qui idem aether vocatur, extrema ora, & determinatio mundi: in quo cum admirabilitate maxima ignea forma cursus ordinatos definiunt: e quibus Sol, cuius magnitudine multis partibus terra superatur, circum eam ipsam volvitur, itque oriens, & occidens, diem, noctemque conficit: & modo accedens, tum autem recedens, binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit: quarum intervallo tum quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim laetificat, ut cum calo hilarata videatur. Luna autem, quae est, ut ostendunt Mathematici, major quam dimidia pars terra, isdem spatiis vagatur quibus Sol; sed tum congrediens cum Sole, tum digrediens, & eam lucem, quam a Sole accepit, mittit in terras, & varias ipsa mutationes lucis habet: atque etiam tum subiecta, atque opposita Soli, radius eius, & lumen obscurat: tum ipsa incidens in umbram terra, cum est e regione Solis, interpositum, interdiuque terra repente deficit &c.... Haec omnis descriptio sideum, atque hic tantus cali ornatus ex corporibus huc, atque illuc casu, & temere concurrentibus effici, cuinam sano videri potest? Aut vero alia quae natura mentis, & rationis expers haec efficere potuit, quae non modo ut fierent, ratione egerunt, sed intelligi, qualia sint, sine summa ratione non possunt? Tandem concludit nihil magis esse exploratum quam argumentationem illam quae ex mundi aspectu infert deos existere. Quid potest esse tam apertum, tamque perspicuum, cum coelum suspeximus, coelestiaque lustimus contemplati, quam esse aliquod Numen praestantissima mentis, quo haec regantur? Non est quod tempus teram in transcribendis aliorum Ethnicorum textibus, cum eosque obvii sint.

VIII. Tibi Atheum effinge, qui templum D. Marci Venetiarum prospectans enuntiet: Machina ista e montis cacumine tota devoluta in hanc pulcherrimam formam se ipsam disposuit. Lapides ipsi, & matmora sibi sue-



runt artifices, sese dolarunt, atque in arcus, & bases sese locarunt. Pavimentum illud, tessellumque tanta lapidum varietate contextum, semetipsum, artifice omni sublato, compinxit. Si quis Atheus in publica platea talia blateraret, nonne ut ilsultus derideretur? Quaenam porro sit illius amentia dum prodigiosum hoc universi templum, immensumque theatrum fornito factum effunit, tute index esto. Eiusmodi spiritus fortes sapientumque primipilos urgeas velim ut explicent partes unius musculi, aut pulicis, ut artificium tam parvi corporis exponant. Videbis illos velut pulices, & muscas obmutescere.

## CAPUT VII.

*Scriptura sacra, & Patrum sententiis eadem veritas illustratur.*

I. QUas rationes ethnici Scriptores promunt in Divinitatis favorem, eas prius tradiderant divini Scriptores Deo ipso revelante, easque postea fuso calamo explicarunt Patres. Non est ergo infitiandum, sed validissimum argumentum ad devincendos Atheos, si ostenderimus tum Ethnicos, tum Dei Prophetas, tum Christi Doctores in eamdem conspirare sententiam, eisdemque rationibus evincere Deum esse. Porro Prophetae David innatam nobis esse Dei cognitionem scribit Psal. IV. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Subdit vero, coelos ipsos Dei maiestatem praedicare: *Coeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* Psalm. XVIII. Propheta Iobus cap. XII. *Interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia coeli, & indicabunt tibi: & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quod manus Domini haec omnia fecerit?* Auctor Libri Sapientiae cap. XIII. *A magnitudine enim speciei, & creatura, cognoscibiliter poterit Creator horum videri.* Isaias cap. VI. *Plena est omnis terra gloria eius.* D. Paulus ad Rom. I. *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.*

II. Quod vero rei summam conficit, est quod Deus ipse, qui tam conceptis verbis se in operibus suis videndum omnibus exhibuisse testatur, praedicit, impios fore qui pravo corde, quamquam repugnante mente, illum negaturi sint: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus:* Psalm. XIII. Item Psalm. LXXII. *Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?* Item Psalm. XCIII. *Viduam, & ad-*

ve-

venam interfecerunt, & pupillos occiderunt; & dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob. Tandem D. Paulus ad Rom. 1. Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.

III. Multitudo ergo Atheorum, qui his corruptissimis temporibus Deum impio corde, & ore blasphemo negant, mirum in modum Deum esse confitetur. Quandoquidem eorum impietas tamquam evidens argumentum nobis ostendit verissimas esse Dei prædictiones, quibus revelavit sceleratos, perfidosque fore, qui ad extremum prolapsi iniquitatis, Judicem de throno deicere vellent, ut criminum pœnas evaderent.

IV. Aliqua Sanctorum Patrum testimonia in medium afferamus. Athanasius fuse, ac elegantissimo calamo argumentum illud pertractavit in Libro contra Gentiles. Pauca dumtaxat hoc transcribam. *Requiris vero est* (inquit) *qui cælestem orbem intueris, ac Solis, Lunæque cursus, & reliquorum situs, conversionesque illorum, quæ tametsi inter se differunt, eumdem tamen ordinem suæ ulla varietate retinent, non statim intelligis, non a sapientia regi, sed esse alterum qui hæc moderetur & contineat, auctorem eorum, & opificem? Qui orientem per diem Solem aspicieris, & splendentem nocte Lunam, eumdemque paribus semper interiectis spatiis incrementa, ac decrementa capientem; cum stellarum alias discurrentes, mirisque varietatibus errantes suos peragentes, alias extra evagationem constanti agitatione convertas; non aliquem esse sentiat qui illa præsit, a quo sunt condita?* Ex paulo post subdit: *Necesse est cogitari aliquem, animoque percipi Dominum, qui in unum ista cogerit, ac devinxerit, atque ad societatem & concordiam adduxerit: qui tametsi non videatur oculis, ex ordine tamen, & distidentium invicem rerum, ac sibi multum adversantium collegatione cognoscitur. Nam si vicissitatem amplam, ac magnificam si quis videat ex immensa hominum multitudine collectam, quorum non unus habitus sit ac conditio; sed alii pusilli sint, aut magni: alii diviter, aut egentes; senes item, ac juvenes; mares, ac fœmine: eosdemque omnes animadvertat recte, atque ordine vivere inter se, summa pace, & concordia, ut neque divites contra pauperes insurgant, neque magni contra pusillos, & neque adversus senes adolescentes; sed inviti inter se æqualitatem custodiant teneat: hæc, inquam, si videremus, statim cogitabimus adesse ibi Principem aliquem, qui hanc tranquillitatem publica pace administret; etsi nondum oculis eum nostris adspeximus. Præterea quod Ordinis perturbatio, nullum esse qui præsit, indicio est; & ordo ipse gubernatorem ostendit. Sic duo in corpore membrorum inter se concordiam videmus, in quo neque oculus cum aure pugnat, neque manus a pede dissidet; sed unumquodque extra dissensionem movere suo, & officio fungitur: ex eo prorsus intelligimus, animam in illo inesse corpore, qua hæc omnia moderatur, quamvis oculis ea non sit expulsa. Sic ex universitatis ordine, ac concentu Principem, & administratorem intelligi necesse est Deum.*

V. Gregorius Nazianzenus oratione XXXIV. *Etenim quod Deus sit*, inquit, *ac principii quidam causse, quæ res omnes procreavit, atque conservet, cum oculi ipsi, tum lex naturalis docet: illi dum res aspectabiles intendunt, easque & pulchre fixas, & stabiles esse, & progredi, atque immitti, ut ita dicam, & moveri, vicissique perspiciunt; hæc autem dum per res oculis subjectas, ac recto ordine collocatas, auctorem earum conjectura quadam colligit, & assequitur. Quonam enim modo universa rerum hæc moles vel productis unquam fuisset, vel consisteret, nisi Deus omnia in rerum naturæ protulisset, atque conservaret? Quomodo enim quispiam citharam pulcherrime videns elaboratam, eruditque concinnatam, & ordinatam dispositionem; aut etiam citharæ cantum ipsum audiens, nihil aliud quam citharæ fabricatorem, ac citharœdum cogitabit, & ad ipsum referret animo, etiamsi de facie minime cognoscat: sic etiam nobis eorum quæ condita sunt, artifex, eaque moverens, & conservans causa manifesta est, tametsi mente non comprehendatur. Ac nimis profecto hebes & stolidus est qui non hucusque sponte progrediatur, naturalemque demonstrationum vestigia sequatur.*

VI. Sanctus Ioannes Chrysostomus sua populari, ac validissima eloquentia hoc idem argumentum pertractat in Psalm. XLIII. *Non est fundamentum*, (inquit) *& quomodo stat ædificium? Non est carina, & quomodo consistit navigium? Non est fabricator navis, & quomodo navis compacta est? Non est ædificator, & quomodo domus facta est? Non est architectus, & quis urbem condidit? Non est agricola, & quomodo agri tulere manipulos? Non est musicus, & quomodo in mundi lyra apparet concentus? Non est qui provideat, & quomodo per cuncta pervadit providentia? Non est auriga, & quomodo elementorum quatuor currus agitur? Non est stationarius, & quomodo hominet veluti quadam statuæ in mundo facti sunt? Non est fornicis constructor, & quis tibi cæli fornicem construxit? Non est ædifex, & quis veluti discum aureum tamquam in mensa Solem in cælo posuit? Non est qui fecit lampadem, & quis tibi velut lampadem argenteam dedit Lunam in nocte?... Quæcunque in mundo sunt, aguntur, & exercentur, habent qui eis præsit, eaque perficiat; & solus mundus non habet qui eum administret?*

VII. Post Patres Græcos ex Latinis in medium prodeat solus Augustinus, aliis plurimis omissis. Porro is in *Psalm.* LXXIII. prope finem hæc scribit. *Videat qui potest, credat qui non potest, esse Deum. Et si videt qui potest, nunquid oculis videt? Intellectu videt, corde videt. Non video, inquit, quid credituros sum? Anima enim tua videtur, ut opinor? Stulte, corpus tuum videtur; animam tuam quis videt? Cum ergo corpus tuum solum videatur, quare non sepelitis? Miratur, quia dixi: Si corpus tuum tantum videtur, quare non sepelitis? Et respondet (sapit enim ad hoc) vita vera. Unde scio, quia vivis, cuius animam non video? Unde scio? Respondebis, quia loquor, quia ambulo, quia operor. Stulte, ex operibus corporis agnosco viventem: ex operibus creaturæ non potes agnoscere Creatorem? Et forte quis dicit: Cum mortuus fuero, prius nihil ero. Et litteras didicit, & ab Epicuro didicit hoc, nescio quo deliro Philosopho, vel potius amatore vanitatis, non sapientiæ, quem ipsi etiam Philosophi porcum nominaverunt.* Si plura cupis, lege Lactantium Lib. II. cap. VIII. & communiter Patres omnes, quos brevitatis gratia prætereo.

## CAPUT VIII.

*Demonstratur unum esse Deum confessione tum ipsorum Gentilium, tum Patrum, & ratione.*

I. DEum esse, hucusque probatum est. *Ego sum*, inquit Deus ipse: subdit vero: *Non habebis deos alienos coram me*: Exod. XX. *Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est*: Deut. VI. Reliquum est ergo ut ostendatur, hunc Deum, quem existere evincimus, unum esse. Hoc porro primum evincitur confessu ipsorum Gentilium. Seneca Lib. IV. de beneficiis cap. VII. *Quoties voles, tibi lices eliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera. Hunc & Liberum Patrem, & Herculem, ac Mercurium nostrum putavit. Sic hunc naturam voca, fatum, fortunam: omnia*



*eiusdem Dei nomina sunt, varie utentis sua potestate.* Clarius hoc asserit Lib. II. nat. quæst. cap. XIV. *Illos vero alios simos virus error iste non tenuit .... Sed eumdem, quem nos, sovem intelligunt eumdemque universi, animum, ac spiritum, mundani huius operis dominum, & artificem, cui nomen omne convenit. Vis illum fatum vocare? non errabis.... Vis illum providentiam dicere? recte dices... Vis illum naturam vocare? non peccabis. Vis illum vocare mundum? non fallere. Ipse enim est totum, quod vides, totus suis partibus inditus, & se sustentans sui sua.*

II. Maximus ethnicus epistola data ad S. Augustinum hæc scribit: *Equidem unum esse Deum summum, atque magnificum, quis tam demens, tam mente capess, neget esse certissimum? Huius nos virtutes per mundanum opus diffusas multis vocabulis invocamus, quoniam nomen esse cuncti proprium ignoremus. Nam Deus omnibus religionibus commune nomen est. Ita fit ut dum eius quasi quædam membra carpsim variis supplicationibus prosequimur, totum colere profecto videamur.* Omnibus Pythagoricus hæc habet: *Reliqui dii erga primum summumque mente cognoscendum sic se habent ut chorus ad coryphæum, & milites ad ducem.* Plato epistola ad Hermeam & Coriscium apud Stobæum in Eclogis scribit: *Opificem dixit Principem omnium deorum & qui sunt, & qui futuri.*

III. Lactantius Lib. II. cap. I. *Cum tuarn, & cum optant, & cum gratias agunt, non iovem, aut deos inultos, sed Deum nominant. Adeo ipsa veritas, cogente natura, etiam ab invitis pectoribus erumpit.* Hoc ipsum docent Iustinus, Clemens, Eusebius, referuntque sequentes versus.

*Omnes profecto est, unus est tantum Deus,*
*Qui cælum, & amplum condidit terræ globum,*
*Marisque fluctus, simque ventorum gravem.*
*Plenique nostrum, mente sed capti, deum*
*Simulacra nobis, cen mali solatium,*
*Cum saxea, atque aerea confecravimus,*
*Sive auream, eburneaque imagines.*
*Sacris & istos colimus: his festos dies*
*Agimus: pios hoc esse nos remur modo.*

IV. Atque ut plurimos mittamus Scriptores ethnicos, D. Augustinus ipse testatur pluribus in locis Gentiles Philosophos unum coluisse Deum. Libro namque de *Civ. Dei* IV. cap. VI. hæc scribit: *Modo autem ne sit necesse per cuncta discurrere, Deus, de quo multi a Poeta nobilissimo dictum putant:*

*Deum namque ire per omnes*

venam interfecerunt, & pupillos occiderunt; & dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob. Tandem D. Paulus ad Rom. 1. Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.

III. Multitudo ergo Atheorum, qui his corruptissimis temporibus Deum impio corde, & ore blasphemo negant, mirum in modum Deum esse confitetur. Quandoquidem eorum impietas tamquam evidens argumentum nobis ostendit verissimas esse Dei prædictiones, quibus revelavit sceleratos, perfidosque fore, qui ad extremum prolapsi iniquitatis, Judicem de throno deicere vellent, ut criminum pœnas evaderent.

IV. Aliqua Sanctorum Patrum testimonia in medium afferamus. Athanasius fuse, ac elegantissimo calamo argumentum illud pertractavit in Libro contra Gentiles. Pauca dumtaxat hoc transcribam. *Requiris vero est* (inquit) *qui cælestem orbem intueris, ac Solis, Lunæque cursus, & reliquorum situs, conversionesque illorum, quæ tametsi inter se differunt, eumdem tamen ordinem suæ ulla varietate retinent, non statim intelligis, non a sapientia regi, sed esse alterum qui hæc moderetur & contineat, auctorem eorum, & opificem? Qui orientem per diem Solem aspicieris, & splendentem nocte Lunam, eumdemque paribus semper interiectis spatiis incrementa, ac decrementa capientem; cum stellarum alias discurrentes, mirisque varietatibus errantes suos peragentes, alias extra evagationem constanti agitatione convertas; non aliquem esse sentiat qui illa præsit, a quo sunt condita?* Ex paulo post subdit: *Necesse est cogitari aliquem, animoque percipi Dominum, qui in unum ista cogerit, ac devinxerit, atque ad societatem & concordiam adduxerit: qui tametsi non videatur oculis, ex ordine tamen, & distidentium invicem rerum, ac sibi multum adversantium collegatione cognoscitur. Nam si vicissitatem amplam, ac magnificam si quis videat ex immensa hominum multitudine collectam, quorum non unus habitus sit ac conditio; sed alii pusilli sint, aut magni: alii diviter, aut egentes; senes item, ac juvenes; mares, ac fœmine: eosdemque omnes animadvertat recte, atque ordine vivere inter se, summa pace, & concordia, ut neque divites contra pauperes insurgant, neque magni contra pusillos, & neque adversus senes adolescentes; sed inviti inter se æqualitatem custodiant teneat: hæc, inquam, si videremus, statim cogitabimus adesse ibi Principem aliquem, qui hanc tranquillitatem publica pace administret; etsi nondum oculis eum nostris adspeximus. Præterea quod Ordinis perturbatio, nullum esse qui præsit, indicio est; & ordo ipse gubernatorem ostendit. Sic duo in corpore membrorum inter se concordiam videmus, in quo neque oculus cum aure pugnat, neque manus a pede dissidet; sed unumquodque extra dissensionem movere suo, & officio fungitur: ex eo prorsus intelligimus, animam in illo inesse corpore, qua hæc omnia moderatur, quamvis oculis ea non sit expulsa. Sic ex universitatis ordine, ac concentu Principem, & administratorem intelligi necesse est Deum.*

V. Gregorius Nazianzenus oratione XXXIV. *Etenim quod Deus sit*, inquit, *ac principii quidam causse, quæ res omnes procreavit, atque conservet, cum oculi ipsi, tum lex naturalis docet: illi dum res aspectabiles intendunt, easque & pulchre fixas, & stabiles esse, & progredi, atque immitti, ut ita dicam, & moveri, vicissique perspiciunt; hæc autem dum per res oculis subjectas, ac recto ordine collocatas, auctorem earum conjectura quadam colligit, & assequitur. Quonam enim modo universa rerum hæc moles vel productis unquam fuisset, vel consisteret, nisi Deus omnia in rerum naturæ protulisset, atque conservaret? Quomodo enim quispiam citharam pulcherrime videns elaboratam, eruditque concinnatam, & ordinatam dispositionem; aut etiam citharæ cantum ipsum audiens, nihil aliud quam citharæ fabricatorem, ac citharœdum cogitabit, & ad ipsum referret animo, etiamsi de facie minime cognoscat: sic etiam nobis eorum quæ condita sunt, artifex, eaque moverens, & conservans causa manifesta est, tametsi mente non comprehendatur. Ac nimis profecto hebes & stolidus est qui non hucusque sponte progrediatur, naturalemque demonstrationum vestigia sequatur.*

VI. Sanctus Ioannes Chrysostomus sua populari, ac validissima eloquentia hoc idem argumentum pertractat in Psalm. XLIII. *Non est fundamentum*, (inquit) *& quomodo stat ædificium? Non est carina, & quomodo consistit navigium? Non est fabricator navis, & quomodo navis compacta est? Non est ædificator, & quomodo domus facta est? Non est architectus, & quis urbem condidit? Non est agricola, & quomodo agri tulere manipulos? Non est musicus, & quomodo in mundi lyra apparet concentus? Non est qui provideat, & quomodo per cuncta pervadit providentia? Non est auriga, & quomodo elementorum quatuor currus agitur? Non est stationarius, & quomodo hominet veluti quadam statuæ in mundo facti sunt? Non est fornicis constructor, & quis tibi cæli fornicem construxit? Non est ædifex, & quis veluti discum aureum tamquam in mensa Solem in cælo posuit? Non est qui fecit lampadem, & quis tibi velut lampadem argenteam dedit Lunam in nocte?... Quæcunque in mundo sunt, aguntur, & exercentur, habent qui eis præsit, eaque perficiat; & solus mundus non habet qui eum administret?*

VII. Post Patres Græcos ex Latinis in medium prodeat solus Augustinus, aliis plurimis omissis. Porro is in *Psalm.* LXXIII. prope finem hæc scribit. *Videat qui potest, credat qui non potest, esse Deum. Et si videt qui potest, nunquid oculis videt? Intellectu videt, corde videt. Non video, inquit, quid credituros sum? Anima enim tua videtur, ut opinor? Stulte, corpus tuum videtur; animam tuam quis videt? Cum ergo corpus tuum solum videatur, quare non sepelitis? Miratur, quia dixi: Si corpus tuum tantum videtur, quare non sepelitis? Et respondet (sapit enim ad hoc) vita vera. Unde scio, quia vivis, cuius animam non video? Unde scio? Respondebis, quia loquor, quia ambulo, quia operor. Stulte, ex operibus corporis agnosco viventem: ex operibus creaturæ non potes agnoscere Creatorem? Et forte quis dicit: Cum mortuus fuero, prius nihil ero. Et litteras didicit, & ab Epicuro didicit hoc, nescio quo deliro Philosopho, vel potius amatore vanitatis, non sapientiæ, quem ipsi etiam Philosophi porcum nominaverunt.* Si plura cupis, lege Lactantium Lib. II. cap. VIII. & communiter Patres omnes, quos brevitatis gratia prætereo.

## CAPUT VIII.

*Demonstratur unum esse Deum confessione tum ipsorum Gentilium, tum Patrum, & ratione.*

I. DEum esse, hucusque probatum est. *Ego sum*, inquit Deus ipse: subdit vero: *Non habebis deos alienos coram me*: Exod. XX. *Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est*: Deut. VI. Reliquum est ergo ut ostendatur, hunc Deum, quem existere evincimus, unum esse. Hoc porro primum evincitur confessu ipsorum Gentilium. Seneca Lib. IV. de beneficiis cap. VII. *Quoties voles, tibi lices eliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera. Hunc & Liberum Patrem, & Herculem, ac Mercurium nostrum putavit. Sic hunc naturam voca, fatum, fortunam: omnia*



*eiusdem Dei nomina sunt, varie utentis sua potestate.* Clarius hoc asserit Lib. II. nat. quæst. cap. XIV. *Illos vero alios simos virus error iste non tenuit .... Sed eumdem, quem nos, sovem intelligunt eumdemque universi, animum, ac spiritum, mundani huius operis dominum, & artificem, cui nomen omne convenit. Vis illum fatum vocare? non errabis.... Vis illum providentiam dicere? recte dices... Vis illum naturam vocare? non peccabis. Vis illum vocare mundum? non fallere. Ipse enim est totum, quod vides, totus suis partibus inditus, & se sustentans sui sua.*

II. Maximus ethnicus epistola data ad S. Augustinum hæc scribit: *Equidem unum esse Deum summum, atque magnificum, quis tam demens, tam mente capess, neget esse certissimum? Huius nos virtutes per mundanum opus diffusas multis vocabulis invocamus, quoniam nomen esse cuncti proprium ignoremus. Nam Deus omnibus religionibus commune nomen est. Ita fit ut dum eius quasi quædam membra carpsim variis supplicationibus prosequimur, totum colere profecto videamur.* Omnibus Pythagoricus hæc habet: *Reliqui dii erga primum summumque mente cognoscendum sic se habent ut chorus ad coryphæum, & milites ad ducem.* Plato epistola ad Hermeam & Coriscium apud Stobæum in Eclogis scribit: *Opificem dixit Principem omnium deorum & qui sunt, & qui futuri.*

III. Lactantius Lib. II. cap. I. *Cum tuarn, & cum optant, & cum gratias agunt, non iovem, aut deos inultos, sed Deum nominant. Adeo ipsa veritas, cogente natura, etiam ab invitis pectoribus erumpit.* Hoc ipsum docent Iustinus, Clemens, Eusebius, referuntque sequentes versus.

*Omnes profecto est, unus est tantum Deus,*
*Qui cælum, & amplum condidit terræ globum,*
*Marisque fluctus, simque ventorum gravem.*
*Plenique nostrum, mente sed capti, deum*
*Simulacra nobis, cen mali solatium,*
*Cum saxea, atque aerea confecravimus,*
*Sive auream, eburneaque imagines.*
*Sacris & istos colimus: his festos dies*
*Agimus: pios hoc esse nos remur modo.*

IV. Atque ut plurimos mittamus Scriptores ethnicos, D. Augustinus ipse testatur pluribus in locis Gentiles Philosophos unum coluisse Deum. Libro namque de *Civ. Dei* IV. cap. VI. hæc scribit: *Modo autem ne sit necesse per cuncta discurrere, Deus, de quo multi a Poeta nobilissimo dictum putant:*

*Deum namque ire per omnes*

*Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum?*
*Ipse in æthere est Jupiter, ipse in aere Juno, ipse in mari Neptunus* &c. Perlequitur illorum plurimos recenlere deos deasque: deinde concludit sic. *Hæc omnia quæ dixi, & quæcumque non dixi (non enim omnia dicenda arbitratus sum) hi omnes dii, deæque sint UNUS Jupiter: five sint, ut quidam volunt, omnia ista partes ejus, sive virtutes ejus, sicut ita videtur quibus cum placet esse mundi animum: quæ sententia velut magnorum, multorumque doctorum est. Hæc si ita sunt (quod quale sit, nondum interim quæro) quid perderent, si unum Deum colerent, prudentiæ compendium?*

V. Ratio cur Divinitatem tot in membra tribuerint, duplex. Altera fuit vana spes multiplicandi patronos, suorumque factores criminum. Altera vitiorum caligo, quæ insitam de Deo cognitionem obscurabat. Hinc est quod Ovidius scripsit Lib. I. Trist. Eleg. 2.

*Sæpe, premente deo, fert deus alter opem.*
*Jupiter in Troiam, pro Troia stabat Apollo,*
*Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.*
*Oderat Æneam propior Saturnia Iunò;*
*Ille tamen Veneris numine tutus erat.*
*Et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,*
*Quid vetat icato numen adesse deo?*

VI. Tandem Minutius in Octavio unitatem Dei in rationalis naturæ institutum revocat. *Audio vulgus (inquit) cum ad cælum manus tendunt, nihil aliud quam Deum dicunt: & Deus magnus est: & Deus verus est: & si Deus dederit. Pulgi iste naturalis sermo est, an Christiani confitentis oratio?* Tertullianus in Libro quem de testimonio animæ adversus Gentes inscripsit, inducit Gentiles naturæ instinctu sic effantes: *Quod Deus dederit. Si Deus voluerit. Deus bonus est, Deus benefacit, Benedicat te Deus. Deus videt omnia. Deo commendo, & Deus reddet, Deus inter nos judicabit.* Plura similia habet in Apologetico cap. XVII. *O testimonium animæ naturaliter christianæ!* Ilthuc denique respiciunt versus illi Prudentii ex Apotheosi.

*Equis in idolio recubans, inter sacra mille*
*Ridiculosque deos venerans, sale e respice, thure.*
*Non putat esse Deum summum, & super omnia solum?*
*Quamvis Saturnii, Iunonibus, & Cytherein,*
*Portentisque alios fumantes conferat aras,*
*Attamen in cælum quoties suspexit, in uno*
*Constituit ius omne Deo; cui fervat ingens*
*Virtutum ratio variis instructa ministris,*

VII. Rationes quibus Dei unitas splendet, perstringuntur. Dei notio enim nobis naturam ingerit qua nulla excogitari perfectior, sublimiorque possit. Individua ergo est. Si enim in alias dividua naturas foret, hæ mutuo distingui deberent. Hæc autem distinctio aliqua fieret perfectione qua alteruter deorum careret. In uno ergo Deo quædam fulgeret prærogativa quæ alteri deesset. Hoc autem repugnat: Unum itaque esse Deum necesse est. Hanc rationem tradit D. Thomas *I. Part. quæst.* XI. *art.* 3. Eamdem prius expoluerat Tertullianus Lib. I. contr. Marcion. cap. III. *Deus, si non unus est, non est: quia dignius credimus non esse quodcumque non ita fuerit ut esse debebat: Deum autem ut fetus unum esse debere, quare quid sit Deus, & non aliter invenies: nimirum summum magnum, quod unum sit necesse est, par non habendo, ne non sit summum magnum.*

VIII. Hanc rationem urgere ulterius possumus eadem Tertulliano præeunte. Deitas dividua si esset, nullus definiri posset deorum numerus: nulla quippe natura dividua certum, præfinitumque numerum habet, ultra quem egredi nequeat: si enim in duos propagari deos possit, quidni in centum? cur non in mille? Immo cum natura divina perfecta sit, fecundior quoque exsultat oportet; atque adeo in plurimos se effundere deos deberet. Quam rationem sic edisserit Tertullianus loc. cit. cap. v. *Quæ ratio duo summa magna composuit? Primo enim exigam, cur non plura, si duo? .... Quæcumque ratio plura summa magna non patitur admitti, eadem nec duo, ut ipsa plura post unum. Post unum enim numerus. Quæ potuit duo admittere, eadem potuit & plura post.*

IX. Aliæ plures adduci rationes solent, videlicet: Deus in quocumque perfectionis genere infinitus est: continet ergo perfectionem quamlibet. Mundus unus est; unus igitur sit gubernator oportet. *Nam nec navis* (inquit Athanasius orat. contr. *Gentes*) *a multis gubernata recto cursu ferri potest, nisi eius clavum unus tenuerit: nec lyra a multis pulsata perfectum concentum efficiet, nisi musicus unus eam percusserit.* Accedit quod Deus, cum sit summum bonum, quo melius excogitari non valet, & ultimus finis, plene saturans hominum appetitionem, nisi unus esse nequit. Alioquin nec summum bonum, nec ultimus finis esset. Si enim plures essent, nemo esset omnipotens; nemo undequaque felix, nemo beatus: eo quod quisque aliquid haberet quod deesset alteri.

CA-



## CAPUT IX.

*Causæ cur scelesti in Atheismum prolabantur. Ha confirmant Religionis veritatem.*

I. SI innata, insitaque animis est unius Dei cognitio, quid causæ est cur tot Athei reperiantur? Exhibita superius ratio fuit. Clarum nunc Atheismi causas reterantur.

II. *PRIMA* est propriæ felicitatis vitiosus amor: est motus quidam irrequietus qui animum continuitur urget, impellitque ad conquirendam, assequendamque omnium appetitionum latietatem. Hanc vero quietem, & appetitum exsaturationem iis in rebus homo collocat quæ rationi dissonant, quæque Dei iustitiam violant, provocantque vindictam. Hanc intellinas conscientiæ iudex intimat, prædicat. Istius vindictæ consideratio animi quietem interturbat, cordisque lætitiam carnalium delectationibus partam, amaritudine aspergit. Hinc cor velut mare fervens, & spumans modo huc, modo illuc mentem inflectit, ut rationes vel apparentes saltem effugas quæ Deum vindicem de medio tollant: quandoquidem fieri nequit ut plene gaudeat, frueturque terrenis delitiis, quousque supremi Iudicis animo insidet perturbo. Hinc est quod Pagani propriis suis apperitionibus diis suis tribuerint, eosque effecerint adulteros, fornicatores, fures, & quid non? Qua facta politione, haud timebant deos suos poenas ob ea crimina infligituros, quorum ipsi forent participes. Quapropter si (quod fieri nequit) Deus permitteret, simulque approbaret libidinem, fornicationem, adulteria, ceteraque carnalia defideria; Athei tota mentis indagine rationes perquirerent Dei existentiam demonstrantes. Nullum fane non moverent lapidem, ut omnes in Dei cognitionem adducerent, funderentque Scripturam sanctam verbum Dei esse. E contrario, quia omnia præfata crimina Deus æternis supplicis punit, idcirco hujus divinæ potestatis imperio le subducere vellent.

III. *SECUNDA* causa Atheismi, quæ prime velut furculus est, imporeus, effetusque animi ambitio nuncupatur. Continuo ac homines se vitiis dederunt, illud iisdem in mentem venit, ut supra ceteros sese erigerent, omniterentque. Porro ut magno habeantur in pretio, exquisitaque mentis, atque acerrimi iudicii famam sibi aucupentur, eas iniunt vias a quibus alii cuncti longe absunt. Ceteros deridunt, tamquam vulgus imbecillæ mentis, nimiumque meticuloli animi. Foras illi quemque emittunt timorem; quocirca appellantur *spiritus fortes*, seu feroces, & bellumi. Eo usque isti infantiunt, ut ibi gloriæ vertant horrendas eructare blasphemias. Argumenta luculentissima illis excipiunt, atque incredibili contemptione reiiciunt, spernuntque. Atheismi genus, omnium pessimum est. Quoniam non modo eor vitiorum lue infectum, corruptumque est; sed & tanta caligine, eoque spiritus tenebris mens obducitur, ne oculi lucem vel meridianam videant, aureique voces resonantes minime audiant.

IV. *TERTIA* causa ignorantia est. Soror ignorantiæ, & inscientiæ superbia est. Vix reperitur qui se ignorantem fateri velit, & indoctum. Porro ut huic ignorantiæ velum aliquod prætendant, spectrum scientiæ factant, qua ab aliis distinguantur. Inter plurimos cordis Atheos qui hac tempestate vivunt, quos sunt qui, antequam in hoc majorum profundum devenerint, serio Paulum Apostolum legerint, sacraque Biblia sint meditati? Qui sunt qui sincero corde Deum quæsierint, rationesque, & argumenta manifesta, quæ illum esse, & hunc gubernare mundum evincunt, serio expenderint? Nemo unus. Et quanto magis in summa rerum omnium ignoratione versantur, eo fidentiores sunt, majorique præsumptione feruntur: quod ipsi, mentis licet obtusæ, vitiisque inquinatæ, non percipiunt, tracta audacia permetant: vanas suas cogitationes ceu oracula fundunt, & velati mathematicas demonstrationes disseminant in vulgus. Istius rei exemplum suppeditat *Benedictus Spinoza*, cuius paralogismi, quos demonstrationes fidenter appellat, non aliis nituntur fundamentis quam suis commentitiis ideis, fictisque perceptionibus, quibus re nihil respondet. Quare definitiones, & axiomata, quæ suis confictis cogitationibus adiecerat, tametsi eiidem consentanea forent, rebus tamen quæ extra fictas ideas existunt, haudquaquam convenire possunt, ut viri doctissimi animadverterunt.

V. *QUARTA* causa quæ viam sternit ad Atheismum, frequens est disputatio de existentia Dei. Rationabile sit obsequium nostrum oportet, Paulo Apostolo teste. Fidei, Religionique nostræ rationem petenti reddere lex ipsa iubet. Quare quisque propriæ professionis principia, instituta, regulas plus minusve callere tenetur. Qui vero aliis præsunt, aut gradu & dignitate eminent; exquisitiori eruditione, & scientia ornati sint necesse est. Quilibet tamen cognitio suæ mi-

teriæ respondere debet. Si res de qua disputatio oritur, obvia sit, & manifesta, haud debet in acrem adduci contentionem. Quid, si non modo aperta, sed summi quoque momenti sit? Porro Deum esse per se notum est. Hæc veritas civilis societatis, commercii, felicitatis, religionis, beatitatisque principium est, & finis illius veritatis lumen signatum super vultum nostrum est, animisque insita, atque innata cognitio. Quod sobria, ac demissa meditatione rationes quæ hanc fovent cognitionem, atque meliori in lumine veritatem constituunt, scrutemur, studium est dignum laude. Quod iisdem momenta ista illis referentur, qui non vana contendendi cupiditate, levique ducti curiositate, sed proficiendi, divinæque cognitionis comparandæ desiderio ducti, eadem sibi explicari postulant; nemo est qui improbet, dummodo temperate id fiat. Verum si Dei existentia, sicut cæteræ veritates levioris momenti, aleæ committatur disputandi, & contendendi; magna inde consequi damna experientia patefacit. Tremenda Dei majestas non altercandi, arguendique materies, sed profundæ veneration nis, timoris, ac cultus obiectum est. Quid ergo indecentius quam publico certamini exponere ipsum divinum esse?

VI. Excusari hæc disputationes solent, exercendæ mentis prætextu, veritatisque clarius enucleandæ gratia. Nostræ ne exercitationis materia, suprema Divinitas erit? Quamquam antiquorum Philosophorum disputationes de Deo non eo tenderent, ut Deum negarent; quin utraque ex parte argumenta adversus Deum objecta solvebantur; tamen non parvam dubitandi ansam dederunt. Nihil adeo populo nocet quam sapientum dissidia. Raro ergo de Dei existentia disputandum. Nec enim consentaneum est ut inter theses quæ exponi solent, quarumque materia interdum sunt spatia imaginaria, relativæ perfectiones, distinctiones attributorum aut ex rei natura, aut virtuales, idque genus similia, Dei existentia collocetur. Quod si & hæc in disputationem quandoque publicam adducenda sit, magna cautione opus est, summoque respectu, & veneratione. Formidandum namque, tremendumque est Dei nomen. Illius tronus, necessitate sublata, nec exercitii gratia litterariæ pœnæ committi debet.

VII. Plurimæ aliæ sunt causæ quæ in Atheismum homines pertrahunt. Mentis obtusæ stupiditas, animique torpedo non parum in extremum illud influunt. Supina illa negligentia meditandi, examinandique librum hunc totius universi apertum, mentis inducit cæcitatem, cordisque duritiem. Omnium tamen caussarum potissima crimina sunt, & flagitia. Hæc tametsi insitam de Deo cognitionem non evellant, bellum tamen intestinum Deo semper indicunt. Quemadmodum dæmones vident, & contremiscunt; sic peccatores vident nolentes videre. Toto nitu adlaborant, totoque impetu conantur Dei notitiam de mente deiere, sed irrito semper conatu. Perverso corde, ac prava voluntate scelesti Deum negant, uti prædixit Deus ipse; sed mente confitentur, quamvis & hoc oretenus negent.

VIII. Probitas quam extrinsecus Athei ostentant, commentitia est, & subdola. Humanitatem, comitatem, æquitatem, eaque omnia quæ mutuam, civilemque hominum societatem fovent, illi præferunt: animi tranquillitatem, mentis serenitatem, cordis lætitiam iactant; sed per summum mendacium. Larvis se tegere student, ut impietatem occultent. Ceterum dum soli mutuo animi sensa aperiunt, tunc quæ sit eorum honestas, palam faciunt. Hi *spiritus fortes* ferocesque temporalia supplicia luere verentur: quippe non *fortes* illhic, sed meticulosi pavidique. Oculis hinc conficiunt tirremes, carceres, funes, laqueos, gladios, ignem, aliaque immanium tormentorum instrumenta: idcirco fortitudo eorum vana est. Quia vero infernus, qui omnia complectitur supplicia, poenarumque severitatem, oculorum fugit aciem, nullum illis timorem incutit. Adversus Deum fortes, in conspectu hominum pavidi sunt. Plura inter exempla quæ huc tranferibere possem, unum recenlebo, quod, quæ sit illorum animi integritas, morumque honestas, patefacit. Ferunt apud Nieuwentyt *ferm. præl.* Benedictum Spinozam talia effari solitum fuisse. *Tametsi cognitio naturalisque intelligentiæ, qua iam imbutus sum, falsa esset, non propterea minus apta est ad me felicem constituendum interea, dum deliciis affluo, vitamque transigo non lacrymis & suspiriis, sed tranquillitate, gaudio atque oblectamentis plenam.* Consule *epist.* XXXIV. *ad Blyenberg.* additque Nieventyt, Spinozam nec fanum, nec morti proximum, umquam fuisse passum, ut vel ipli amici de futura vita quidquam commemorarent, ne lætitiam, gaudiumque præsens interturbarent; versus ne intestinam lamentam exasperarent.

IX. Ex hucusque disputatis tria colliguntur Atheorum genera. Unum est mentis, seu intelligentiæ, quod Deum negat. Aliud est voluntatis, quod Deum esse nollet. Tertium memoriæ appellari potest; eorumque proprium est qui Dei numquam recordantur, ac in illius continua oblivione dies ducunt suos, vivuntque ac si Deus non esset. Huic triplici impietatis generi tres respondent Atheorum species. Primi Athei veri nuncupantur, qui tum mente, tum voluntate Deum persecuntur. Secundi Deistæ vocitantur, qui naturali rationis lumine coacti Deum unum confitentur, sed nullam in eo providentiam, institiamque venerantur. Eum intra se sistere, quæ vero extra illum sunt, nullo modo curare, effutiunt. Tertii vocantur neutrales, seu indifferentes, qui nec credunt, nec impugnant Religionis mysteria; sed loco problematum eadem habent. Primi obcæcati, secundi dementes, tertii tum dementiæ, tum cæcitatis quidquam participant. Non vacat nunc rationes afferre adversus hæc duo postrema impiorum genera. Alibi hoc fiet. Quamquam, semel admisso uno Deo, necessario consequitur eumdem optimum, æquum, providumque esse: &, cum dominus, & gubernator sit totius universi, fieri nequit quin illius curam habeat, illudque regat, atque eidem prospiciat.

## CAPUT X.

*Quædam Paganorum objectiones solvuntur.*

I. UNum Deum agnovisse Paganos probatum est. Hæc eorum cognitio tot fuit tenebris circumsepta, ut reipsa creaturis, seu simulacris Divinitatem tribuerent, thusque adolerent. Porro ut suum excusarent Polytheismum, opponebant, Christianos ipsos plures colere deos. Siquidem in Bibliis nostris habentur hæc: *Non est similis tui in diis, Domine. Ego dixi, Dii estis.* Verum hunc textum optime explicat Catechismus Romanus, inquiens Part. I. de primo art. symb. num. 8. *Neque vero nos moveat quod interdum sacræ Litteræ Dei nomen creatis etiam naturis imponunt. Nam quod Prophetæ, & Iudices dos appellarunt, non gentium more factum est, qui sibi plures deos finxerunt, & impie fuxerunt; sed quadam loquendi consuetudine significare voluerunt excellentem aliquam virtutem.*

II. Opponunt secundo Pagani, Christianos adorare Trinitatem, Patrem nempe generantem Filium, hunque una cum Patre producentem Spiritum sanctum. Respondent Patres, potissimum S. Cyrillus *Lib. V. & Lib. VIII. contra Iulianum*, Christianos unum solumque adorare Deum in tribus personis distinctis, quæ sunt inuidem omnino naturæ, & essentiæ. Quare licet personæ distinctæ invicem sint, cum natura una omnino semper & eadem remaneat, unus quoque Deus perseverat.

III. Etiam nos, inquiunt tertio loco Pagani, unum Deum colimus qui ceteris omnibus aliis diis, utpote inferioribus, præsidet, tamquam suis ministris. Idque ceteros inter exaggerat Maximus Madaurensis *epist.* XLIII. nunc XVI. ad S. Augustinum, cujus verba supra dedimus. Verum habet. Deum unum cognoverunt Pagani, ideirco magis impii, quod ut Deum non glorificaverunt; sed, inquit D. Paulus ad Rom. 1. vers. 25. *commutaverunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & servierunt creaturæ potius quam Creatori.* Hos siquidem deos inferiores progenitos a supremo Deo asserebant, & suapte natura mortales, immortalesque effici virtute supremi Dei. Homines ipsos Senatus Romanus in deorum censum perscribebat, & non raro hominum nequissimos. Nec est quod opponant Pontificem quoque Romanum sanctos viros colendos populo sistere: quoniam aliud est diis, aliud est sanctis aliquem accensere. Dum Pontifex aliquem mortalem declarat sanctum, non Deum, aut Divinitate donatum decernit; sed Dei servum, fidelemque divinæ legis observatorem, atque adeo Dei amicum. Quid plura? Diis suis scelerissima crimina adscribebant, videlicet furta, adulteria, stupra, raptus. Et quamquam Iulianus D. Cyrillo responderet, hæc proba diis tributa commenta esse poetarum, ut colligitur ex *Lib. II. contr. Iulian.* nihilominus D. Athanasius *oratione contr. gent. num.* 16. datam responsionem sic refellit: *Si quæ Poetæ narrant, commentitia & falsa sunt, falsa quoque erunt Iovis, Saturni, Iunonis, Martis, aliorumque nomina &c.* Lege eum ibi, ubi plurima habet. Lege quoque Lactantium Lib. I. Inst. cap. XVI. *Si enim dii matrimonio iuncti filios procreant: vel ergo iis nascuntur quotidie filii novi, nec non timentur ab hominibus fecunditate; & sic innumerabilium deorum plena sunt omnia, nullo scilicet moriente. Cur ergo tam pauci coluntur?* Lege ibi plura.

IV. Opponunt iterum, eodem modo Paganos colere deos inferiores, quo Christiani catholici colunt Angelos, Martyres, Sanctosque suos: non tamquam summum Deum, sed tamquam Dei amicos, & servos. Nonne quemadmodum Pagani a Cerere fruges, a Baccho vinum, a Segetia segetes, a Marte fortitudinem, a Iove Statore victoriam, de quo vide Augustinum *Lib. IV. de Civ. Dei cap.* 1.; ita

& Christiani a D. Lucia oculorum valetudinem, a D. Vincentio Ferretio dorum contritionis, a D. Apollonia a dentium dolore indemnitatem sperant? Cur ergo damnantur Pagani?

V. Huic difficultati, quam Maximus Madaurensis Ethnicus simul & Afer opponebat Augustino *epist.* XLIII. scripta ab eodem Maximo, respondet ipsemet Augustinus epist. XLIV. num. XVII. *Scies a Christianis catholicis, quorum in vestro oppido etiam Ecclesia constituta est, nullum coli mortuorum, nihil denique ut numen deorum, quod sit factum, & cultum a Deo: sed unum ipsum Deum, qui fecit, & condidit omnia. Discentur ista latius &c.* Pluribus in locis latius de hoc disputat. *Lib. XX. cont. Faustum cap.* XX. haec habet: *Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuvetur: ita tamen ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum sacrificamus, quamvis in memoriis Martyrum constituamus altaria.* Vide S. Cyrillum *Lib. VI. cont. Iulianum*. Discrimen ergo maximum deos inter Paganorum, & Sanctos Christianorum est. Pagani diis suis, quantumvis supremo Deo subiectis, divinitatem tribuebant, illique sacra faciebant; nos vero nulli Sanctorum divinitatis quidquam tribuimus, hostias minime litamus, nec templa consecramus; sed uni Deo haec omnia exhibemus in Martyrum memoriam, atque sub Sanctorum auspicis. Et quamquam nos Christiani patrocinia Sanctorum apud Deum imploremus pro eorum diversitate, modo hunc, modo illum invocantes; non ideo tamen credimus unum praelidere huic rei, alterum alteri; sed id agimus, quia scimus Deum servis suis singulis sua varia dispensare dona, prout vult: ut inquit Augustinus epist. CXXXVII. num. LXXVIII. *Non omnes Sancti habent dona curationum, nec omnes habent dilucidationem spiritum: ita nec in omnibus memoriis Sanctorum ista fieri voluit qui dividit propria, prout vult.* Sileo pluria alia discrimina, videlicet quod Pagani deos suos flagitiosos constituebant, adulterum Iovem, stupratorem Herculem, Venerem impudicam: quae de re vide S. Cyrillum *Lib. VI. contra Iulianum*.

VI. Tandem nemo non videt, quantum idola & simulacra Ethnicorum discrepent ab imaginibus Christianorum. Pagani idola sua ut numina colebant, illidem sacra faciebant, erantque imagines bestiarum, ac hominum scelestorum. Contra Christiani imagines Sanctorum nec colunt ut numina, sed tamquam signa eadem veneranturque quae representant merita, & morum sanctitatem fervorum Dei: nec illis quidquam Divinitatis ineste credunt, aut illis hostias litant.

VII. Ultimo loco obiiciunt Pagani, se a diis suis plura beneficia consecutos esse, illorumque simulacra locuta fuisse, atque futura praedixisse. Ad simlacra quod attinet, negamus futura revelasse, aut voces humanis similes edidisse; sed aut sacerdotum non raro intra simulacra loquentium fraudibus, aut vi daemonum, aut ex vehementi aditantium imaginatione contigisse. Plutarchus, & Livius docent. Addimus non raro daemones in praestatis simulacris locutos fuisse: qua de re lege Lactantium *Lib. II. Instit. cap.* XVII. Porphirium *Lib. de Daemon.* Nec omittendus est D. Thomas, qui 2. 2. *quaest.* CLXXII. *art. 6. ad* 1. docet, divina dispensatione quandoque permitti ut daemones, falsique prophetae vera praedicant, ut patet de Baalam; nonquam vero in falsa, sed in verae Religionis confirmationem. Beneficia quae se allecutos Pagani asserunt, non a flagitiosis suis diis, sed a vero unico sanctissimo Deo eadem acceperunt; quippe qui Solem suum super bonos, malosque oriri facit.

VIII. Portenta quae a suis patrata iactant: ut Apollonium Tyaneum loquentem coram Domitiano evanuisse, templum ianuis clausis ingressum, puellamque defunctam revocasse ad vitam, Philostrato teste: Vespasianum ex eo visum restituisse, referente Tacito, & Svetonio; Claudiam Vestalem cingulo navem traxisse, aliamque Vestalem aquam cribro hausisse, & gestalse: mera praestigia daemonum fuere, ut docet de duabus Vestalibus scribens Lactantius *Lib. II. Institut. cap.* XVII. Apollonium Tyaneum fuisse insignem magum, omnibus compertum est. De coco sanato a Vespasiano Tacitus ipso scribit *Hist. Lib. IV. cap.* LXXXI. illius cavitatem non fuisse tantam ut artem naturalem exederet.

IX. Nec majoris auctoritatis est illud quod de Hadriano narrant. Inquiunt Hadrianum caecum mulierem videntem effecisse, & Pannonium natum caecum visione solo contactu donasse, ut narrat Spartianus, qui tamen subdit: *Quamvis Marius Maximus haec per simulationem facta commemoret, per incantationem, & magica remedia.* Optime haec de re scribit Salmasius *Hist. Aug.* in Spartianum: *Omnia quae hic Spartianus narrat vere facta, ea Marius Maximus simulata, & ficta esse commemorabat, & ad hoc tantum excogitata ab Antonio Pio, ut Hadrianus in spem recuperandae salutis traduceretur, qui ideo se occidere tentabat, quod eam recuperare posse desperaret. Hoc ut probaret Antoninus, & Hadrianum bono animo esse iuberet, quasi brevi convaliturum, haec illum arte & simulatione aggressus est. Induxit mulierem quandam quae diceret somno se monitam, ut insinuaret Hadriano ne se occideret, quod esset bene valiturus, quod cum non feciset, esse aegrotum &c.... Haec sunt quae per simulationem facta commemorabat Marius Maximus.*

X. Obiiciunt Epicurei. Atomorum coniunctiones, motionesque infinitae sunt. Infinitum natura sua omnes motus, nexus, & partium posituras comprehendit. Si possibilis aliqua partium dispositio foret quae non esset in hoc infiniti sinu comprehensa, iam infinitum non esset infinitum; illud enim cui addi, vel detrahi aliquid potest, infinitum non est. Porro illius universi dispositio, partiumque mirifica distributio, & connexio, dubio procul innter possibiles coniunctiones continetur. Ergo infinitae atomorum positiones, & fortuiti motus, hanc quam nunc videmus, comprehendunt rerum posituram. Exemplo res clarior evadet. Fac esse infinitas litterarum alphabeti posituras successivo fortuito motu nexas: omnes positiones possibiles in hoc infinito concludunt. Ilias Homeri non aliud est quam litterarum diversa positio. Ergo Ilias Homeri concluditur in hac infinita positionum collectione.

XI. Hoc est Epicurecrum argumentum, quod exaggerant recentes Athei. Nihil tamen absurdius, nihil magis commentitium. Infinitum successionem non excipit, neque divisionem: infinitum successivum, & dividuum chimaera est manifesta. Quod enim successivum, & dividuum est, additionem, aut diminutionem admittit: ideirco infinitum non est. Numero quippe motuum, quem Epicurei infinitum supponunt, semper addi, aut detrahi unitas potest. Ergo infinitas haec chimaerica est. Accedit quamlibet unitatem esse finitam; at finitum additum finito numquam efficit infinitum. Itaque si reapte infinitae essent atomorum positiones, in hac infinita motuum collectione continueretur dubio procul etiam praesens rerum positura. Verum quia chimaericum prorsus est hos positionum atomorum infinitum, ideo argumentum Epicureorum futile est. Nec est quod opponas, Deum ab aeterno potuisse creare mundum: quoniam admisso ente necessario perfectissimo, non apparet, ut multi contendunt, repugnantia cur non



potuerit Deus ab aeterno mundum creare: quoniam tum iam est ens necessarium, cetera omnia movens, & a quo cetera omnia diriguntur. At, excluso in Epicureorum sententia ente necessario perfectissimo, repugnantia infinitarum collectionum, & positionum atomorum evidens est. Dicant nobis Epicurei, num fuerit aliquando in universo orbe aliquis homo, aliqua natio, quae asserverit, aliquod templum, palatium, civitatem, horologium, aut minimum opus artis prodiisse ex hac varia atomorum positura, omni industria humana sublata. Sed quid in nugacissimo, stultissimoque explodendo cavillo amplius immoramur?

## CAPUT XI.

*Confectaria, in quibus Dei notiones, & quae viam ad illius cognitionem sternunt, indicantur.*

I. *Confectarium primum.* Hactenus Deum esse, pro modulo nostro ostensum est, non tam rationum momentis, quam insito illo instinctu quem universis indidit Deus, ne quisquam ad ignorantiae praetextum confugeret. Hanc vel efferatarum gentium mentibus impressam Dei intelligentiam a mundi creatione, flagitiis, & criminibus animo evellere tentarunt impii; sed frustra. Nulla quippe ab initio mundi regio, nulla natio, nulla urbs, nulla domus, quae religione caruerit. Ipsa idolatria validissimum est documentum cuiusque cordis-vilcoribus supremi Numinis notitiam aliquam inhaerere. Quid, quaeso, est quod homines non modo aliis creaturis sele submiserint, sed bruta animalia, serpentes, crocodilos, lignum, lapidem, colere maluerint quam cuiusque numinis cognitionem respuere? Quid quod hanc vehementissimam de Numine impressionem, insitumque instinctum nulla unquam pravitas, nulla impietas obliterare potuit? Quid igitur nonnulli ardeliones blaterant paucorum versutia, & calliditate invectam religionem esse, ut hac vafri arte credulum populum in officio continerent? Plura utique commenti de Deo sunt quae Deo haudquaquam congruunt; at numquam eo pervenire valuerunt ut e mentibus aut suis, aut aliorum Dei praenotionem delerent. Velint enim, nolint, quod ignorare avent, sentiscere coguntur, intusque deferant necesse est fuae damnationis iudicem? Quin quo audaciores impii sunt in Dei contemptum, eo vel ad foli cadentis strepitum timidiores existunt, crudelioreque vilcerum perturbatione torquentur. Unde haec, nisi ex divinae Maiestatis ultione, quae

illorum conscientias vehementius percutit, laceratque, quo magis eam refugere conantur? Recipere se in remotiores latebras studet, ut divinæ præsentiæ se subducant; sed ubique se irretitos sentiunt. Soporis caligem ad momentum bibunt, epotantque usque ad fæces, ne lumen Divinitatis videant, & ut interdum lucem illam exstinctam sentiant; subinde tamen illucescit, noviisque radiis illos percellit, & novo veluti impetu cor, animumque irruens aggreditur. Si qua illis a conscientiæ lucta, & tetricæ anxietate remissio inest, similis quodammodo somno est phreneticorum, & ebriosorum, qui ne dormientes quidem placidæ quiescunt; sed horrificis spectris, dirisque simulacris continenter vexantur. Quid hinc consequitur? Illud sane quod alias dictum est, impios videlicet ipsos argumento esse, insculptum mentibus hominum fuisse Divinitatis sensum, ingenitamque omnibus infidere, & quasi in ipsis medullis infixam hanc persuasionem, Deum scilicet esse. Sacrificent, ollentsentque impii in suorum voluptatum cæno animi tranquillitatem, mentisque serenitatem: quoniam sibi, & aliis mentiri, testis est vernalis ille sensus, cauteriis omnibus acrior, qui sine intermissione vellicat, rodit, mordet: cuius aculeum retundere numquam possunt, quamquam nervos omnes eo intendant, ut Dei notionem exstinguant.

II. *Confectarium secundum*. Deum existere fateantur omnes impii, & pii, scelesti, & probi necessum est; adeo ut superfluum lis de hoc amplius disputare. At, inquis, quenam illius Dei, quem omnes confitemur, & colimus, notio? Sicuti immensitatem, infinitamque maiestatem Dei mens nostra comprehendere nequit; ita plenam exactamque ideam, & notionem promere nequit. Quas Dei notiones lumine tum naturæ, tum fidei Sapientiores excogitarunt, prodam. *Platoni* Genitor universitatis, summum bonum, supremus Auctor Deus est. *Aristoteles* Ens entium, & Deum vocat. *Seneca* summam, & rerum omnium pulcherrimam naturam. *Cicero* præstantissimam mentem. *Trismegisti* Deus est circulus cuius centrum ubique, cuius circumferentia nusquam. *Augustino* Deus est sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine indigentia creator, sine situ præsens, sine habitu omnia continens, sine loco ubique totus, sine tempore semiternus, sine ullo mutatione mutabilia omnia efficiens. *Sancto Thomæ Aquinati* Deus est actus purus, ens universaliter perfectum, prima omnium causa, & totius perfectionis plenitudo. *Lactantio* æterna mens ex omni parte perfectæ, & consummatæ virtutis. *Cassiodoro* virtus incomprehensibilis, sapientia ineffabilis, virtus inexplicabilis. *Ecclesiæ Catholicæ* Rex tremendæ maiestatis, solus Sanctus, solus Dominus, solus Altissimus. *Scripturæ sacræ* est qui est: *Ego sum qui sum*: Alpha, & Omega, Deus Sabaoth, Dominus exercituum, Deus deorum Dominus, Dominus dominantium, Dominator Dominus, magnus Dominus, & laudabilis nimis, Deus excelsus, Rex Regum, Rex magnus super omnem terram, cuius magnitudinis non est finis; Dominus virtutum, magnificus, terribilis in consiliis; quis ut Deus? cæli, & terræ creator, qui sua omnipotentia omnia sustinet, sapientia dirigit, & providentia gubernat.

III. *Confectarium tertium*. Deum boni, malique agnoscunt. Malis cognito Dei supplicium est, bonis solatium. Impiorum conatus, quibus vellent Numinis notitiam abolere, Deus nobis revelavit, ut hinc disceremus malitiam omnem fugere, & ab iniquitate abstinere: ut colligeremus vanam esse mentis perlustrationem, nisi mundus a vitiis animus sit, omnique superbia vacuus. Summa ergo demissione mundi librum, in quo Numinis depicta maiestas est, legito; divi Pauli Epistolas, ceteraque divinas Scripturas frequenter revolvito. Noli altius quam par est sapere; sed sobria, & humili contemplatione divina meditare arcana. Hæc via est quæ ad Dei cognitionem, vitamque ducit æternam.

IV. *Confectarium quartum*. Ut quis Atheismum devitet, non tat est Deum fateri; sed verus Deus confitendus est. Nam Benedictus Spinoza Deum fatetur, & propugnat, sed quem sibi ille effinxit. Hanc Dei notionem nobis ille perhibet. Deus unica substantia est infinitis attributis compacta, quorum quodlibet idzam æternitatis, & infinitis includit: *Ethic. I. prop.* XI. seu aliis verbis: Totum universum una substantia est, variis modis delinita. Natura totum est; omnes creaturæ sunt partes huius totius; homo Dei pars est. Deus ergo, iuxta Spinozam, est natura, seu hoc universum, cuius præcipuæ partes sunt cogitatio, & extensio. Creaturæ ceteræ modi horum attributorum, cogitationis nempe, & extensionis, sunt. Quam sit commentitius Deus iste a Spinoza confictus, nemo non videt. Materialis est Deus ille, mutationi & vicissitudinibus obnoxius. Fons quippe mutationum materia est. Anima hominis, Spinoza iudice, modus est substantiæ infinitæ, seu Dei. Non ergo homo, sed Deus cogitat in homine. Ergo contrariæ, & ineptissimæ, pravæque hominum cogitationes Deo attribuendæ sunt. Plures sunt qui Spinozæ systema penitus labefactarunt, cum ex Protestantibus, quos inter Franciscus Buddeus Lutheranus, tum ex Catholicis, quorum præsidi sunt Daniel Huetius, & Michael Vasfor. Sed mihi sat est pauca hæc delibasse.



# PROLEGOMENON II.

## IN QUO

*Errores adversus Decalogum recensentur. Eiusdem generalis quædam notitia præmittitur.*

IN superiori Prolegomeno Decalogi explicuimus præfationem. In eadem Deus se ipsum existere declarat: *Ego sum Dominus*. Data quoque occasione, deorum pluralitatem, quæ ipso primo præcepto vetatur, explosimus. Nunc propius ad rem qua de agimus, accedentes, quaidam ipsius Decalogi generales præmotiones delibandas duximus: & primum omnium errores indicantur adversus ipsum Decalogum; deinceps eiusdem notionem, partitionem, obligationemque brevi calamo edisseram.

### CAPUT I.

*Lutherus negat Decalogum pertinere ad Christianos, Ianseninus negat omnia Dei præcepta esse possibilia, quattamque qua possibilia sint.*

I. DEcalogum ad solos Iudæos pertinere Lutherus contendit: quippe in sermone de Moyse hæc scribit. *Decem præcepta ad nos non pertinent, sed ad solos Iudæos. .... ex textu clare habemus quod etiam decem præcepta ad nos non pertinent. Non enim nos, sed solos Iudæos ex Ægypto eduxit Dominus*. Luthero accedit Philippus Melanthon. Hinc colliges haud esse mirum quod tantam gentium multitudinem in suam pertraxerit sectam Lutherus. Sublata enim lege, liberius homines carni, & appetitionibus indulgent: idcirco facillime impostori, recentiquæ Episcopo assentabant, eiusdemque nova, atque impia dogmata ambabus manibus suscipiebant.

II. Haud opus est multis, quibus dira hæc hæresis exterminetur. Evangelium ipsum eam apertissime explodit. Nonne Christus inquit Matth. v. *Non veni solvere legem, sed adimplere?* Quæ verba edisserens Tertullianus Lib. IV. cont. Marcion. hæc docet. *Recolite ne Christus præcepta non occidendi, non adulterandi, non falsum testandi, diligendi patrem, & matrem? Ante & illa servavit, & quæ deerant, adiecit. Sabum est & hoc in Evangelio. Non veni dissolvere legem, & Prophetas, sed potius adimplere*. Præterea Christus Ioan. XV. Apostolos suos alloquens, dixit: *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea; sicut & ego præcepta Patris mei servavi, & manco in eius dilectione*. Tandem adolescenti roganti quid agendum ut vitam æternam assequeretur, respondit Christus ipse Matth. XIX. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*: & interroganti, quæ essent mandata servanda: *Dicit illi, Quæ?* respondit Iesus: *Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, & matrem tuam*. Hæc sunt ipsa Decalogi mandata. Quo ergo ausu evulgare Lutherus potuit in publicum, nullum mandatum imposuisse Christum, Christianosque ab observantia solvisse Decalogi? Si liberi a Decalogo Christiani forent, nemo ad illum servandum teneretur: non Turcæ, non Saraceni, non Indi, non aliæ nationes: quoniam per Lutherum solis Iudæis legem hanc impositi, quia solos Iudæos ab Ægyptiaca captivitate solvit. Denique nec ipsos Iudæos obligaret amplius Decalogus: quoniam post mortem Redemptoris nostri lex Mosaica cæremonialis, seu quæ solos afficiebat Iudæos, cessavit. Quæ omnia etronea sunt. Mandata siquidem Decalogi sunt ipsius naturalis iuris principia in tabulis humanorum cordium scripta. Iisdem omnes homines subiecti semper fuere, si labarum, prout cæremoniale est, excipias. Verum ne in re aperta immoremur, satis sit adiicere quæ Concilium Tridentinum decrevit ad-

illorum conscientias vehementius percutit, laceratque, quo magis eam refugere conantur? Recipere se in remotiores latebras studet, ut divinæ præsentiæ se subducant; sed ubique se irretitos sentiunt. Soporis caligem ad momentum bibunt, epotantque usque ad fæces, ne lumen Divinitatis videant, & ut interdum lucem illam exstinctam sentiant; subinde tamen illucescit, noviisque radiis illos percellit, & novo veluti impetu cor, animumque irruens aggreditur. Si qua illis a conscientiæ lucta, & tetricæ anxietate remissio inest, similis quodammodo somno est phreneticorum, & ebriosorum, qui ne dormientes quidem placidæ quiescunt; sed horrificis spectris, dirisque simulacris continenter vexantur. Quid hinc consequitur? Illud sane quod alias dictum est, impios videlicet ipsos argumento esse, insculptum mentibus hominum fuisse Divinitatis sensum, ingenitamque omnibus infidere, & quasi in ipsis medullis infixam hanc persuasionem, Deum scilicet esse. Sacrificent, ollentsentque impii in suorum voluptatum cæno animi tranquillitatem, mentisque serenitatem: quoniam sibi, & aliis mentiri, testis est vernalis ille sensus, cauteriis omnibus acrior, qui sine intermissione vellicat, rodit, mordet: cuius aculeum retundere numquam possunt, quamquam nervos omnes eo intendant, ut Dei notionem exstinguant.

II. *Confectarium secundum*. Deum existere fateantur omnes impii, & pii, scelesti, & probi necessum est; adeo ut superfluum lis de hoc amplius disputare. At, inquis, quenam illius Dei, quem omnes confitemur, & colimus, notio? Sicuti immensitatem, infinitamque maiestatem Dei mens nostra comprehendere nequit; ita plenam exactamque ideam, & notionem promere nequit. Quas Dei notiones lumine tum naturæ, tum fidei Sapientiores excogitarunt, prodam. *Platoni* Genitor universitatis, summum bonum, supremus Auctor Deus est. *Aristoteles* Ens entium, & Deum vocat. *Seneca* summam, & rerum omnium pulcherrimam naturam. *Cicero* præstantissimam mentem. *Trismegisti* Deus est circulus cuius centrum ubique, cuius circumferentia nusquam. *Augustino* Deus est sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine indigentia creator, sine situ præsens, sine habitu omnia continens, sine loco ubique totus, sine tempore semiternus, sine ullo mutatione mutabilia omnia efficiens. *Sancto Thomæ Aquinati* Deus est actus purus, ens universaliter perfectum, prima omnium causa, & totius perfectionis plenitudo. *Lactantio* æterna mens ex omni parte perfectæ, & consummatæ virtutis. *Cassiodoro* virtus incomprehensibilis, sapientia ineffabilis, virtus inexplicabilis. *Ecclesiæ Catholicæ* Rex tremendæ maiestatis, solus Sanctus, solus Dominus, solus Altissimus. *Scripturæ sacræ* est qui est: *Ego sum qui sum*: Alpha, & Omega, Deus Sabaoth, Dominus exercituum, Deus deorum Dominus, Dominus dominantium, Dominator Dominus, magnus Dominus, & laudabilis nimis, Deus excelsus, Rex Regum, Rex magnus super omnem terram, cuius magnitudinis non est finis; Dominus virtutum, magnificus, terribilis in consiliis; quis ut Deus? cæli, & terræ creator, qui sua omnipotentia omnia sustinet, sapientia dirigit, & providentia gubernat.

III. *Confectarium tertium*. Deum boni, malique agnoscunt. Malis cognito Dei supplicium est, bonis solatium. Impiorum conatus, quibus vellent Numinis notitiam abolere, Deus nobis revelavit, ut hinc disceremus malitiam omnem fugere, & ab iniquitate abstinere: ut colligeremus vanam esse mentis perlustrationem, nisi mundus a vitiis animus sit, omnique superbia vacuus. Summa ergo demissione mundi librum, in quo Numinis depicta maiestas est, legito; divi Pauli Epistolas, ceteraque divinas Scripturas frequenter revolvito. Noli altius quam par est sapere; sed sobria, & humili contemplatione divina meditare arcana. Hæc via est quæ ad Dei cognitionem, vitamque ducit æternam.

IV. *Confectarium quartum*. Ut quis Atheismum devitet, non tat est Deum fateri; sed verus Deus confitendus est. Nam Benedictus Spinoza Deum fatetur, & propugnat, sed quem sibi ille effinxit. Hanc Dei notionem nobis ille perhibet. Deus unica substantia est infinitis attributis compacta, quorum quodlibet idzam æternitatis, & infinitis includit: *Ethic. I. prop.* XI. seu aliis verbis: Totum universum una substantia est, variis modis delinita. Natura totum est; omnes creaturæ sunt partes huius totius; homo Dei pars est. Deus ergo, iuxta Spinozam, est natura, seu hoc universum, cuius præcipuæ partes sunt cogitatio, & extensio. Creaturæ ceteræ modi horum attributorum, cogitationis nempe, & extensionis, sunt. Quam sit commentitius Deus iste a Spinoza confictus, nemo non videt. Materialis est Deus ille, mutationi & vicissitudinibus obnoxius. Fons quippe mutationum materia est. Anima hominis, Spinoza iudice, modus est substantiæ infinitæ, seu Dei. Non ergo homo, sed Deus cogitat in homine. Ergo contrariæ, & ineptissimæ, pravæque hominum cogitationes Deo attribuendæ sunt. Plures sunt qui Spinozæ systema penitus labefactarunt, cum ex Protestantibus, quos inter Franciscus Buddeus Lutheranus, tum ex Catholicis, quorum præsidi sunt Daniel Huetius, & Michael Vasfor. Sed mihi sat est pauca hæc delibasse.



# PROLEGOMENON II.

## IN QUO

*Errores adversus Decalogum recensentur. Eiusdem generalis quædam notitia præmittitur.*

IN superiori Prolegomeno Decalogi explicuimus præfationem. In eadem Deus se ipsum existere declarat: *Ego sum Dominus*. Data quoque occasione, deorum pluralitatem, quæ ipso primo præcepto vetatur, explosimus. Nunc propius ad rem qua de agimus, accedentes, quaidam ipsius Decalogi generales præmotiones delibandas duximus: & primum omnium errores indicantur adversus ipsum Decalogum; deinceps eiusdem notionem, partitionem, obligationemque brevi calamo edisseram.

### CAPUT I.

*Lutherus negat Decalogum pertinere ad Christianos, Ianseninus negat omnia Dei præcepta esse possibilia, quattamque qua possibilia sint.*

I. DEcalogum ad solos Iudæos pertinere Lutherus contendit: quippe in sermone de Moyse hæc scribit. *Decem præcepta ad nos non pertinent, sed ad solos Iudæos. .... ex textu clare habemus quod etiam decem præcepta ad nos non pertinent. Non enim nos, sed solos Iudæos ex Ægypto eduxit Dominus*. Luthero accedit Philippus Melanthon. Hinc colliges haud esse mirum quod tantam gentium multitudinem in suam pertraxerit sectam Lutherus. Sublata enim lege, liberius homines carni, & appetitionibus indulgent: idcirco facillime impostori, recentiquæ Episcopo assentabant, eiusdemque nova, atque impia dogmata ambabus manibus suscipiebant.

II. Haud opus est multis, quibus dira hæc hæresis exterminetur. Evangelium ipsum eam apertissime explodit. Nonne Christus inquit Matth. v. *Non veni solvere legem, sed adimplere?* Quæ verba edisserens Tertullianus Lib. IV. cont. Marcion. hæc docet. *Recolite ne Christus præcepta non occidendi, non adulterandi, non falsum testandi, diligendi patrem, & matrem? Ante & illa servavit, & quæ deerant, adiecit. Sabum est & hoc in Evangelio. Non veni dissolvere legem, & Prophetas, sed potius adimplere*. Præterea Christus Ioan. XV. Apostolos suos alloquens, dixit: *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea; sicut & ego præcepta Patris mei servavi, & manco in eius dilectione*. Tandem adolescenti roganti quid agendum ut vitam æternam assequeretur, respondit Christus ipse Matth. XIX. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*: & interroganti, quæ essent mandata servanda: *Dicit illi, Quæ?* respondit Iesus: *Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, & matrem tuam*. Hæc sunt ipsa Decalogi mandata. Quo ergo ausu evulgare Lutherus potuit in publicum, nullum mandatum imposuisse Christum, Christianosque ab observantia solvisse Decalogi? Si liberi a Decalogo Christiani forent, nemo ad illum servandum teneretur: non Turcæ, non Saraceni, non Indi, non aliæ nationes: quoniam per Lutherum solis Iudæis legem hanc impositi, quia solos Iudæos ab Ægyptiaca captivitate solvit. Denique nec ipsos Iudæos obligaret amplius Decalogus: quoniam post mortem Redemptoris nostri lex Mosaica cæremonialis, seu quæ solos afficiebat Iudæos, cessavit. Quæ omnia etronea sunt. Mandata siquidem Decalogi sunt ipsius naturalis iuris principia in tabulis humanorum cordium scripta. Iisdem omnes homines subiecti semper fuere, si labarum, prout cæremoniale est, excipias. Verum ne in re aperta immoremur, satis sit adiicere quæ Concilium Tridentinum decrevit ad-

adversus hanc monstrosam Lutheri hæresim sess. VI. cap. XI. can. 19. *Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cetera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos; anathema sit.* Canon vero sequens hæc continet: *Si quis hominem justificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei, & Ecclesiæ, sed tantum ad credendum; quasi vero Evangelium sit nuda, & absoluta promissio vitæ æternæ sine conditione observationis mandatorum; anathema sit.*

III. Quæ obiicit Lutherus, futilia sunt. Quidem scitum illud Pauli ad Galatas III. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum:* & iterum cap. V. *In libertatem vocati estis, fratres:* de sola libertate loquitur a servitute peccati, de qua Joann. VIII. *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Hanc interpretationem exhibet D. Thomas in Commentariis ad caput III. ad Galat. lect. 5. *De maledicto legis, idest de culpa, & pœna:* quod justius explicat in Commentariis ad cap. IV. Idem significat alter textus qui de libertate a culpa, & pœna, & a timore loquitur, ut ex ipsis verbis colligitur quæ statim subiicit Apostolus: *Tantum ne libertatem in occasionem detis carnis; sed per caritatem spiritus servite invicem:* ubi Angelicus hæc habet: *Galatæ autem iam liberi erant a lege; sed ne credant eis licere peccata committere, quæ lex prohibebat; ideo Apostolus subdit abusum libertatis, dicens: Tantum ne &c.* Eadem prorsus dixerat Hieronymus ibi. Altera etiam interpretatio, quæ communis est, divi Pauli menti proxime accedit. In tota namque illa Epistola Paulus eo tendit ut ostendat Galatas post mortem Christi a cæremoniis, & iudiciis veteris legis liberos esse: cujus contrarium existimabant Galatæ, decepti a Pseudo-apostolis, qui docebant legem Mosaicam simul cum Evangelio servandam esse. Si plura cupis, consule Alphonsum a Castro verb. *Præceptum.*

IV. Altera hæresis est Melanchthonis Lutheri discipuli, qui Libro de loc. com. Theologic. titulo *de discrimine præceptorum, & consiliorum* hæc scribit: *Quidam finxerunt in Evangelio consilia esse de non vendicando, de paupertate, de virginitate. & quidem putant in Evangelio doceri hoc fine, quod hæc opera magis mereantur reconciliationem, aut salutem, quam alia opera. Deinde singunt hæc opera perfectionem esse. Sed hæc sunt plena errorum & superstitionum. Una est lex Dei, quæ nihil nisi præcepta continet.* Antea cum suo magistro Luthero nullum in Evangelio, præter fidem, dari præceptum docuit. Nunc factus & ipse magister leptentrionalis, exclusis consiliis, omnia esse præcepta quæ Deus in Evangelio suggerit, evincere studet. Hic singularis hæreticorum character est, errores erroribus addere, & perpetrata flagitia novis cumulare criminibus. In Philippum Melanchthonem optime quadrat illud Horatii:

*Dum vitant stulti vitium, in contraria currunt.*

Calvinus parum a præfata distat sententia, quin plura, & pejora eructat. Admittit legem, sed eam observatu impossibilem prædicat *Lib. II. Instit cap. VII. num. 5.* ubi hæc habet. *Quod autem impossibilem legis observationem diximus, id est paucis verbis explicandum, simul & confirmandum; solet enim vulgo absurdissima sententia videri, ut Hieronymus non dubitarit anathema illi denuntiare. Quid visum sit Hieronymo, nihil moror. Nos quid verum sit inquiramus.* Nihil moratur modestissimus Calvinus quid Chrysostomo, quid Augustino, quid Patribus, quid Ecclesiæ visum fuerit, & etiamnum videatur. Ipse tribunal erigit, iudexque sed erecontendit. Non modo vulgo, sed etiam omnibus ratione præditis stulta, & monstrosa vita semper fuit opinio isthæc, quæ blasphemat Deum obligare fideles suos ad eam servandam legem quæ servari nullo modo potest. Iniustum, crudelemque Deum constituit, dum eum punire Christianos effutit Calvinus ob illius legis violationem, cujus observatio suapte natura impossibilis est. Mitto alia putida mendacia quibus Calvinus Catholicis improperat, illos inter consilia recenlere præcepta quæ dilectionem iubent inimicorum, vetantque vindictam. An impudentior calumnia excogitari possit, non video. Plures alios errores prætereo, ut brevitati studeam.

V. Iansenius virus calvinisticum epotavit: Impossibilia esse aliqua Dei præcepta, & gratiam qua possibilia fiant, deesse docuit. Libertatem, & facultatem servandi præcepta in Adamo extinctam, non læsam, cum Calvino existimavit. Hæc est prima ex quinque propositionibus quas in Iansenio damnavit Ecclesia. Hæresis hæc adeo fatua est, & impia, ut supervacuum sit eam longius refellere. Iustus enim Deus est qui ad impossibilia neminem cogit.

CA-



## CAPUT II.

*Notio Decalogi, eiusque distributio.*

I. VEra Decalogi notio quæ communiter traditur, hæc est: *Decalogus lex naturalis est, & divina, in decem præcepta tributa, digitoque Dei in tabulis inscripta, & per manus Moysis Iudæorum populo data.* Quam finitionem dat, edisseritque D. Thomas 1. 2. *quæst.* C. *art.* 3. Lex naturalis nuncupatur Decalogus, quod omnia præcepta iuris naturæ ad illum aut tamquam principia, aut tamquam consectaria reducuntur, ut docet Augustinus quæst. CXL. Exod. *Cum tam multa locutus sit Deus, duo tantum tabulæ dantur Moysi lapideæ, quæ dicuntur tabulæ testimonii, futuræ in arca. Nimirum omnia cetera quæ præcepit Deus, ex illis decem præceptis quæ duabus tabulis conscripta sunt, possunt intelligantur, si diligenter quæ tantur, & bene intelliganture; quomodo hæc tursus decem præcepta ex duobus illis, dilectione scilicet Dei, & proximi, in quibus tota lex pendet, & Prophetæ.*

II. Divina lex vocantur, *quod* (inquit Angelicus) *præcepta Decalogi per seipsum Deus dicitur populo propalusse; alia vero præcepta proposuit populo per Moysem.*

III. Primus qui unico simplici nomine hæc decem præcepta *Decalogum* appellavit, fuit Clemens Alexandrinus *Lib. 6. Stromat.* cui sequentes tum Græci, tum Latini Patres accesserc.

IV. Decalogus ergo ille in decem secatur præcepta, & in duas tabulas, quarum una Deum, altera proximum spectat. Omnibus probatur; sed partitio non omnibus eadem est. Iudæi, Iosephus præcipue, & Philo, quibus adhærent Origenes *Lib. de Decal.* Athanasius *in Synop.* & alii nonnulli, præcepta quæ ad primam tabulam pertinent, ad quatuor extendunt. Nam primum in duo secant; quorum unum est, *Non habebis deos alienos in conspectu meo;* alterum *Non facies tibi sculptile.* Verum ne præceptorum numerus augeatur, duo ultima, videlicet *Non concupisces uxorem proximi tui*, & *Non desiderabis rem proximi tui*, in unum contrahunt. Hanc opinionem acriter defendit Calvinus *Lib. II. Institut. cap.* VIII. §. 12. eo animo, pravaque intentione, ut viam sibi ad sacras posterendas imagines sternat. Communior sententia est illa quæ tria dumtaxat primæ, septem secundæ tabulæ præcepta tribuit. Hanc expresse docet Augustinus quæst. LXXI. in Exod. *Quæritur, decem præcepta legis quemadmodum dividenda sint: utrum quatuor sint usque ad præceptum de sabbato, quæ ad ipsum Deum pertinent; sex autem reliqua, quorum primum est, Honora patrem, & matrem, quæ ad hominem pertinent: an potius illa tria sint, & ista septem. Qui enim dicunt illa quatuor esse, separant quod dictum est,* Non erunt tibi dii alii præter me; *ut aliud præceptum sit,* Non facies tibi idolum *&c. ubi figmenta colenda prohibentur. Unum autem volunt esse,* Non concupisces uxorem proximi tui, non concupisces domum proximi tui, *& omnia usque in finem. Qui vero illa tria esse dicunt, & ista septem, unum volunt esse quidquid de una colendo Deo præcipitur, ne aliquid aliud præter illum pro Deo colatur; hæc autem extrema in duo dividunt, ut aliud sit,* Non concupisces uxorem proximi tui, *aliud,* Non concupisces domum proximi tui. *Decem tamen esse præcepta nostri ambigunt: quonism hoc Scriptura testatur.* Hac relata partitione subdit Augustinus: *Mihi autem videtur congruentius accipi tria illa, & ista septem: quia & Trinitatem videntur illa quæ ad Deum pertinent, insinuare diligentius intuentibus; & revera quod dictum est,* Non erunt tibi dii alii præter me, *hoc ipso perfectius explicatur, cum prohibentur colenda figmenta. Concupiscentia porro uxoris alienæ, & concupiscentia domus alienæ tantum in peccando differunt, ut illi quod dictum est,* Non concupisces domum proximi tui, *adiunctis sint & alia, dicente Scriptura:* Neque agrum eius, neque servum eius, neque ancillam eius, neque bovem eius, neque subiugale eius, neque omne pecus eius, neque quæcumque proximi tui sunt. *Discrevisse autem videtur concupiscentiam uxoris alienæ a concupiscentia cuiuslibet rei alienæ, quando utrumque sic cavit:* Non concupisces uxorem proximi tui: Non concupisces domum proximi tui: *Et hæc cavit cetera adiungere; non autem cum dixisset,* Non concupisces uxorem proximi tui.

V. Sententiam Augustini adprobat Angelicus 1. 2. *quæst.* C. *art.* 4. & 5. ubi fuse rem hanc explicat, concluditque: *Unde etiam Augustinus ponit duo præcepta de non concupiscendo rem alienam, & uxorem alienam; & sic ponit tria præcepta in ordine ad Deum, septem in ordine ad proximum: & hoc melius est.*

CA-

## CAPUT III.

*Quomodo principia generalia iuris naturalis, ut* Bonum est faciendum, malumque declinandum *&c. Item præcepta dilectionis Dei, & proximi, fidei, spei, & caritatis, aliaque iuris naturalis mandata in Decalogo continentur.*

I. FAcilimæ solutionis sunt quæ propositumus. Iuris naturalis præcepta in tres classes tecantur. In prima collocantur ea quæ sunt per se nota, & vocantur prima principia, *ut bonum est faciendum, malum vitandum.* Ad secundam classem revocantur ea quæ proxime prima consequuntur: quorum alia solo naturali lumine cognoscuntur, ut *Pater honorandus est*; alia vero ratione naturali luce divina perfusa cognoscuntur, ut *Non facies tibi sculptile.* Postrema denique in classe ea reponuntur quæ, ut ex primis principiis proficisci ostendantur, sapientum consideratione opus est, ut est illud Levit. XIX. *Honora personam senis*, & cetera plurima. Primæ classis mandata iuris naturæ ad Decalogum pertinent ceu illius principia, postremæ vero classis tamquam eiusdem conclusiones.

II. Hæc omnia docet Angelicus 1. 2. q. c. art. 3. *Illa ergo præcepta ad Decalogum pertinent quorum notitiam homo habet per seipsum a Deo. Huiusmodi vero sunt illa quæ statim ex principiis communibus primis cognosci possunt modica consideratione, & iterum illa quæ statim ex fide divinitus infusa innotescunt. Inter præcepta ergo Decalogi non computantur duo genera præceptorum: illa scilicet quæ sunt prima, & communia, quorum oportet aliquam editionem esse, nisi quod sunt scripta in ratione naturali, quasi per se nota; sicut quod homo nulli debeat malum facere, & alia huiusmodi: & iterum illa quæ per diligentem inquisitionem sapientum inveniuntur rationi convenire: hæc enim proveniunt a Deo ad populum mediante disciplina sapientum. Utraque tamen horum præceptorum continentur in præceptis Decalogi, sed diversimode. Nam illa quæ sunt prima, & communia, continentur in eis sicut principia in conclusionibus proximis; illa vero quæ per sapientes cognoscuntur, continentur in eis e converso sicut conclusiones in principiis.*

III. Ad dilectionem Dei, & proximi quod attinet, respondet D. Thomas ibidem ad primum argumentum, quo obiicitur, mandata ista, *Diliges Dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum*, non pertinere ad Decalogum, his verbis: *Dicendum, quod illa duo præcepta sunt prima & communia præcepta legis naturæ, quæ sunt per se nota rationi humanæ vel per naturam, vel per fidem: & ideo omnia præcepta Decalogi ad illa duo referuntur, sicut conclusiones ad principia communia.*

IV. Præcepta itidem fidei, & spei Decalogum præcedunt. Prius namque sint subditi oportet qui legem suscipiant, quam lex promulgetur. Subiiciuntur autem Deo homines, illum credendo, ab eodemque præmia sperando. Præclare hoc explicat Angelicus 2. 2. qu. XVI. art. 1. *Lex non imponitur ab aliquo domino nisi suis subditis: & ideo præcepta legis præsupponunt subiectionem cuiuslibet recipientis legem ad eum qui dat legem. Prima autem subiectio hominis ad Deum est per fidem, secundum illud Hebr.* XI. Accedentem ad Deum oportet credere quia est: & ideo fides præsupponitur ad legis præcepta. Quod idem de spe dicendum sit, patet per se.

V. Ut rem totam breviter perstringamus, iuvat illuc transcribere quæ docet D. Thomas 1. 2. *q. c. art.* 11. ubi declarat, quomodo omnia præcepta moralia revocentur ad Decalogum. Cuivis namque mandato adscribit ea quæ ad illud revocari possunt. Porro illorum cognitio non parum ad fecernendas, perspiciendasque peccatorum species conducit. Audiamus Angelicum. *Alia præcepta moralia superadditæ Decalogo reducuntur ad præcepta Decalogi per modum cuiusdam additionis ad ipsa. Nam in primo præcepto Decalogi prohibetur cultus alienorum deorum, cui superadduntur alia præcepta prohibitiva eorum quæ ordinantur in cultum idolorum; sicut habetur Deut.* XVIII. Non inveniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam suam, ducens per ignem: nec sit maleficus, atque incantator, nec pythones consulat, neque divinos, & quærat a mortuis veritatem. *Secundum autem præceptum prohibet periurium: superadditur autem ei prohibitio blasphemiæ Levit.* XIV. *& prohibitio falsæ doctrinæ Deut.* XIII. *Tertio vero præcepto superadduntur omnia ceremonialia. Quarto autem præcepto de honore parentum superadditur præceptum de honoratione senum, secundum illud Lev.* XIX. Coram cano capite consurge, & honora personam senis: *& universaliter omnia præcepta inducentia ad reverentiam exhibendam maioribus, vel ad beneficia exhibenda vel æqualibus, vel minoribus. Quinto autem præcepto, quod est de prohibitione homicidii, additur prohibitio odii, & cuiuslibet violationis contra proximum, sicut illud Lev.* XIX. Non stabis contra sanguinem proximi tui: *& etiam prohibitio odii fratris, secundum illud Levit.* XIX. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. *Præcepto autem sexto, quod est de prohibitione adulterii, superadditur præceptum de prohibitione meretricii, secundum illud Deut.* XXIV. Non erit meretrix de filiis Israel, neque fornicator de filiis Israel: *& iterum prohibitio vitii contra naturam, secundum illud Levit.* XVIII. Cum masculo non commisceberis, eum omni pecore non coibis. *Septimo autem præcepto de prohibitione furti adiungitur præceptum de prohibitione usuræ, secundum illud Deut.* XVIII. Non feneraberis fratri tuo ad usuram; *& prohibitio fraudis, secundum illud Deut.* XXV. Non habebis in sacculo diversa pondera: *& universaliter omnia quæ ad prohibitionem calumniæ, & rapinæ pertinent. Octavo vero præcepto, quod est de prohibitione falsi testimonii, additur prohibitio falsi iudicii, secundum illud Exod.* XXIII. Nec in iudicio plurimum acquiesces sententiæ, ut a veritate devies; *& prohibitio mendacii, sicut ibi subditur*, Mendacium fugies: *& prohibitio detractionis, secundum illud Levit.* XIX. Non eris criminator, & susurro in populis. *Alia autem duobus præceptis nulla alia adiunguntur: quia per ea universaliter omnis mala concupiscentia prohibetur.*

VI. Primo mandato Decalogi prohibetur ne divinus honos falsis tribuatur diis, nec creaturæ alicui, sive astris, sive elementis, aut animalibus, sive hominibus, sive Angelis, &, ut paucis omnia comprehendam, quidquid superstitionem sapit, vetatur. *Non habebis deos alienos coram me.* Hæc est prima mandati particula. Falso tamen hinc colligunt Lutherani, & Calvinistæ, sanctorum sive Angelorum, sive hominum post mortem divina fruentium præsentia, æternaque felicitate donatorum, cultum præcepto ibi vetari. Quam consectationem oppugnat Grotius ipse inter Protestantes egregius auctor in Commentariis ad cap. XX. Exod. *De animalibus* (inquit) *multo magis dicendum, quod de stelis divimus, cum ad preces fuerint fusæ, neque libertate eligendi sua prædita, falso iis deorum usurpet nomen. Non potest idem dici de Angelis, qui & intelligere preces possunt, & beneficia ex animi quadam liberalitate præstare. Hos ergo qui honore prosequitur aliquo, qui etiam aliquid eorum beneficii se sperat posse consequi, non peccat in hanc legem; sed is demum qui eis ea tribuit quæ summo Deo sunt propria. Exempla rem illustrabunt. Non peccant qui Angelos, quoties ipsis conspicui appareere, venerati sunt procumbendo*, ut Iosue





v. 14. *quippe cum & Prophetis idem honor exhibitus sit sine peccato, ut ei qui putabatur Samuel*, I. Samuelis XXVIII. 15. *Eliæ* II. Reg. cap. XIII. *Danieli* II. 46. *Qui munus, & libamina vetat, reverentiæ signum non vetat, ut ibi notatum a Iosepho Iachiade. Nam quod in Apocalypsi Angelus eum honorem a se amovet, non inde venit quod in eo esset quid illeciti, sed Apostolum sibi æquat Angelus, quod ambo Christi, tam Angelorum capitis, ministri essent; & apostolica legatio ad hominum salutem comparata nulla parte angelica esset inferior. Non solent autem pares inter se ista submissionis signa usurpare. Est autem hæc illius loci explicatio non nova, sed ab Ambrosio, & Gregorio magno tradita. Origines* VIII. *adversus Celsum concedit* [illegible] *veneratione honorari posse Angelos, si modo repurgetur eius vocis significatio. Neque peccaturum putem, si quis Angeli sibi apparentis commendationem apud Deum imploret, quo Maimonides trahit ea quæ apud Iobum leguntur* XXXIII. 23. *quicum confertit quod Philo sæpe* Angelos Mediatores *vocat.*

VII. Altera particula quæ succedit, *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem* &c. idola, falsorumque deorum imagines spectat, ut liquido colligitur ex *Levit.* XIX. 4. *Sapient.* XIV. *I. ad Corinth.* VIII. 4. 5. 6. Constat autem Deum de quibuslibet imaginibus non loqui, ex Cherubinis alatas humano vultu effigies habentibus in Templi penetrali locatis. Vetat denique imagines ethnico consecratas ritu, in quibus vim aliquam divinam includi autumabant, ut Tertullianus *Lib. de idololatr.* Cyprianus *Lib. de idol. vanit.* & alii Patres docent. Ab his porro simulacris tantum distant Catholicorum imagines, quantum lux a tenebris. Nullam illis inesse divinam virtutem credimus, nullam in eisdem ipsem collocamus, nullum eis divinum tribuimus honorem soli Dei debitum.

VIII. Sequitur: *Non adorabis ea, neque colas*, divinum scilicet honorem eisdem offerendo. D. Thomas 1. 2. *q. c. art.* 7. *ad* 2. docet nihil ex hoc primo præcepto elici posse adversus Catholicorum imagines. Quippe, dato etiam quod Hebræis quodcumque imaginum, simulacrorumque genus vetitum fuerit, præceptum illud non morale tantum, sed cæremoniale etiam fuit. Cæremoniale, inquam, quatenus ullam quamvis imaginem vetat; morale vero, prout idola, & idololatriam vetat. *Illa præcepta quæ sunt pure moralia, habent in seipsis tantum rationem, unde non oportuit quod in eis aliqua ratio adderetur. Sed*

*quibusdam præceptis additur cæremoniale determinatorum præcepti moralis communis, sicut in primo præcepto.* Non facies sculptile: *& in tertio præcepto determinatur dies Sabbati. Et ideo utrobique oportuit rationem assignari.* Hæc D. Thomæ interpretatio arridet vel ipsi Grotio, qui eam suo calculo probat in comment. ad cap. xx. Exod. *Ut ad Christianos veniamus, illi nec aliis Hebræorum legibus indeterminate se obligatos tradidere, nec illa de non habendis deorum sculptilibus prætulerunt. Nam & superstitionem, & verum cultum violari tales imagines possunt extitere. Iactior vero, aut pictis figuris, ut quæ nos Hebræi sine discrimine interdixerant, ipsi sunt etiam literati, ut nos docet memorata a Tertulliano figura Pastoris in calice. Immo nec Christi quidem figura abfuerunt, postquam superstitiosi Christiani fuere. Christus purpureum geminati textus in auro Signabat tabacum: Cypreorum insignia Christus.*

Pluruma alia ibidem Grotius persequitur in favorem sacrarum Catholicorum imaginum, quæ legenda, & commeditanda a Protestantibus essent.

IX. Ad primum Decalogi præceptum revocatur etiam mandatum cultum prohibens Molochi. Levit. xviii. 21. *De semine tuo non dabis ut consecretur idolo Moloch, nec polluere nomen Dei tui.* Non convenit inter eruditos quinam e falsis diis fuerit *Moloch*. Nam alii *Saturnum*, alii *Mercurium*, nonnulli *Luciferum* fuisse contendunt. Sed de hoc nihil ad nos investigare spectat. Eodem primo præcepto vetatur lustratio placulari flamma facta, qua veteres Ethnici filios per ignem trahebant. Deut. xviii. 10. *Nec inveniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam suam, ducens per ignem.* Hinc ortum duxit illa Christianorum quorumdam superstitio, qui in noviluniis ingentes rogos accendentes per mediam manibus flammam jolebant. Hanc superstitionem damnavit Trullana Synodus can. xlv.

X. Lex quæ tonsionem capitis in orbem, carnisque incisionem, & stigmata prohibet, sub primo Decalogi mandato continetur, Levit. xix. *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam: & super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis.* Penes Ethnicos mos obtinebat capillitium in orbem tondendi, in occipitio cincinno relicto, & Soli, aut Saturno consecrato; quam tonsuræ formam, falsis diis consecratam, prohibuisse Deum Iudæis, Interpretes non pauci docent. Sed addunt communis alii, extraordinariam tonsuram, in defunctorum exequiis ritu superstitioso fieri solitam, hac lege prohiberi. Contineverant enim Pagani capillos scindere, & in mortuorum busta, loculos, aut sepulcra, vel cadavera jniicere, ut deos manes propitiarent. Carnis etiam incisionem super mortuis factam, quæ in more erat apud Ethnicos, qui unguibus quoque genas lanibant; item stigmata quibus Ethnici falsis numinibus sese devovebant, eorumque nomen, seu notam hieroglyphicam ignitis acubus, vel typis, & characteribus candentibus volæ, frontis, alterive corporis membro inurebant; idque potissimum in amicorum, parentumque defunctorum officium præstabant, ut sinceritatem, ferventemque erga eosdem amorem testarentur, atque ut inferos deos, manesque placarent; atque his similia hoc ipso mandato vetita esse non dubitamus. Denique hoc primo præcepto divinationes, auguria, incantationes, somniorum observationes, maleficia pythonum, & divinorum consultationes, necromantia, omnesque superstitionum genus prohibetur.

XI. Quæ hucusque narravimus, fere omnia negantia sunt, seu prohibentia. Illud quod præcipit Deus, cultus est suæ majestati debitus, eliqoe religionis actus, de quo infra. Amorem, qui actus caritatis est, non præcipi hoc mandato, dictum est supra: quoniam principium universale est, ex quo Decalogus ipse, ceu proximum confectarium, proficiscitur. Quod tamen intelligendum venit non absolute, sed juxta præcitam loquendi formam. Ceterum reipsa vix coli Deus potest sine amore. Hinc Christus Dominus Dei dilectionem maximum mandatum appellat *Matth.* xxii. nam Pharisæorum doctori interroganti: *Magister, quod est mandatum magnum in lege? ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est maximum, & primum mandatum:* quod repetit *Luc.* x. *& Marc.* xii. Est ergo primum, maximumque mandatum, ideit primum, firmissimumque universæ legis principium, & finis. *Plenitudo legis dilectio.* Quapropter nimirum aberrant qui solis externis actibus primum Decalogi præceptum impleri existimant. Sed de hoc pro dignitate suo loco.

CA



## CAPUT IV.

*Primum Decalogi præceptum duplex, affirmans & negans. Momenta quæ ad colendum Deum inducere debent, recensentur. Cur impii neque consentiantur Deum, neque amare conentur, variis indicatur.*

I. UT iam indicavimus, duo potissimum in primo Decalogi mandato continentur: quorum unum prohibet ea quæ capite superiore delcripsi, appellaturque, secundum hanc considerationem, præceptum negans; alterum cultum divinum præcipit, vocaturque mandatum affirmans. Sensus ergo illorum verborum, *Non habebis deos alienos coram me*, est: *Me verum Deum colas, cultumque mihi debitum diis alienis ne exhibeas: nec facies tibi sculptile* &c. Quam interpretationem tradit Catechismus Tridentinus in prim. præcept. Decal. n. 3. *Nam quod dicitur*, Non habebis deos alienos coram me, *eam habet sententiam coniunctam: Me verum Deum colas: alienis diis cultum non adhibebis.* Hinc Christus Dominus illorum verborum sensum exponit *Matth.* iv. ubi diabolum adorari volentem repellens, ait: *Vade Satana: scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.*

II. Moventia quæ humanas excitant mentes, cordaque alliciunt ad Deum colendum, eiusque servandam legem, indicat, exponitque Catechismus Tridentinus III. *Part. in Decal. c. 2. n. 3. 4. 5. & seqq.* Quin Deus ipse legem suam rogando, rationes servandæ legis præmittit. Quo enim, quæso, pertinent verba illa Exod. xx. *Ego sum Dominus Deus tuus?* & illa Malach. i. *Si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* Plurimum ergo iuvabit ad cultum divinum in mentibus nostris excitandum cogitatio illa quæ Deum legis auctorem refert, de cuius potestate haud dubitare valemus. Quid iuvaret unum Deum cum Epicuro fateri, qui, abiecto mundi regimine, otio obiectaretur, & quicum nihil nobis esset negotii? Ne ergo, ut Scholasticorum non pauci speculationum metaphysicarum nimium avidi, ludamus in eo desiguando in quo Dei essentia sit, videlicet in *actuali*, an *radicali intelligere*, an in *esse rate* &c. qualis sit Dei nostri dignitas, majestas, bonitas, & sapientia ostendendum nobis est. Deum ergo & ut factorem nostrum, qui sua nos potentia e nihilo in lucem eduxit, fulcitque, providentia regit, omnique benedictionum genere prosequitur, & ut redemptorem animarum nostrarum, quas proprio sanguine vinculis captivitatis exemit, commeditari debemus. Hæc duplex Dei notitia non est facile dictu quam sit efficax ad amoris divini ignem accendendum. Prima namque nobis repræsentat non solum quod Deus, sicut hunc mundum temel condidit, sic immensa potentia sustineat, sapientia moderetur, bonitate conservet, humanum genus præsertim iustitia, iudicioque regat, misericordia foleret, præsidio tueatur; sed etiam quod unusquam vel sapientiæ, vel iustitiæ, vel potentiæ, vel rectitudinis, vel sinceræ veritatis aliquid reperiatur quod ab ipso non fluat, & cuius ipse non sit causa. Hæc sine cogitatio subire mentem tuam haud potest, quin simul exemplo cogites te ipsius figmentum, eiusdemque imperio iure creationis addictum, atque manicipium esse; vitam tuam illi deberi, & omnia quæ agis, ad ipsum referenda esse. Hinc ergo consequitur, vitam tuam prave corumpi, nisi ad illius obsequium tota componatur: quoniam recta vivendi lex, eius esse debet voluntas. Agnosce ergo Deum tuum bonorum omnium fontem esse, in illius fide, ac fiducia recumbe, illius gloriam promovere satagito, eiusdemque mandatis obrempera. Si malorum, ac miseriarum cumulo premaris, fciro in illius clementia paratum remedium esse: quoniam non Dominus tantum, sed Pater tuus est. Recogita iustum esse iudicem, ad scelera vindicanda armatum: cuius tribunal semper tibi ante oculos proponere debes, ut illius metu a perpetrandis flagitiis appetitiones tuas cohibere valeas. Perpende, non minus ad illius gloriam attinere, impios scelestosque severis punire suppliciis, quam iustis æternæ vitæ mercedem retribuere. Quamquam tamen consentaneum sit a divini iudicii sensu initium repetere salutis tuæ, teque vindictæ formidine a peccando coercere; sistendum tamen ibi non est, sed ultra progrediendum, Deumque loco patris amare, revereri, observare, & colere, etiamsi nulli essent inferi, solamque illius horrere offensionem. Quam celestis amoris flammam validius excitabit cogitatio Dei in facie Christi sui. Siquidem Deus ipse, ut Iudæum populum in sui obsequium alliceret, illius auribus insonuit: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.* Quæ verba licet Hebræis Ægyptiorum dominatu liberatis convenire videantur; tamen, inquit Catechismus Tridentinus, si interiorem salutis universæ rationem spectemus, multo magis

ad

ad Christianos homines pertinent, qui non ab Ægyptiaca ferentur, sed e peccati regione, & tenebrarum potestate ; Deo erepti, atque in regnum Filii dilectionis luæ translati sunt. Cujus beneficii magnitudinem intuens Hieremias prædixit illud : *Ecce dies veniunt, dicit Dominus ; & non dicetur ultra : Vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti ; sed vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de universis terris ad quas ejecit eos ; & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos.* cap. XVI. Pater enim indulgentissimus per Filium suum filios qui erant dispersi, congregavit in unum, ut iam non servi peccato, sed justitiæ *servaremus illi in sanctitate, & justitia coram ipso omnibus diebus nostris* : Luc. IV. Nullus esset dicendi finis, si beneficia illa immensa quæ ita nobis vita, & morte pro salute nostra oppetita contulit Servator divinus, enarrare vellem. Horum descriptionem gravem, piamque legere quilibet potest in citato Catechismo. In præsens sufficiat aliqua dumtaxat delibasse, & quamdam Religionis nostræ germanam formam delineasse.

III. Illud nunc revocandum in memoriam est, cur tam pauci sint qui Deum reverentur, colant, amentque. Omnium mentibus inditam Dei notitiam supra ostensum est. Siquidem, ne quis ad ignorantiæ prætextum confugeret, quamdam sui ipsius intelligentiam Deus ipse indidit universis, cujus memoriam continenter renovat quotidiana beneficiorum collatione. Dum hominibus innatam Dei notitiam asserimus, sensus non est quod omnes reipsa notitia hac ornati sint, sed quod proxima facultate & vi fruantur qua possint, nisi propria malitia obsit, Deum cognoscere. Idololatria ipsa amplissimum documentum est, ut alias animadvertimus, Divinitatis sensum omnibus cordibus inscriptum esse. Quippe cum lignum, lapidem, & rapam colere malint homines quam ut pateretur nullum illos habere Deum, constat vehementissimam illam esse de Numine impressionem, quæ adeo ex hominis mente obliterari nequeat, ut facilius sit naturæ affectum frangi.

IV. Quæ cum ita se habeant, cur huic innatæ de Deo cognitioni amor, cultus, & observantia erga Deum in tam paucis respondet? Non aliunde nisi ex flagitiorum, criminumque teterrima caligine, quæ illius notitiæ lucem undique veram tenebris obduxit. Ex quo, quam sit potens iniquitatis impetus, quam tragica calamitas quam in animas invehit peccatum, colligere quilibet potest. Si enim vel ipsam de supremo Numine insitam notitiam evellere conatur ; quo non abripiet cetera naturæ, & gratiæ dona? Ut tamen proprio damnentur testimonio, irrita est iniquitatis conatus in obliteranda ab humanis mentibus Dei cognitione. Reperiuntur utique etiam hac nostra tempestate qui blaterant, paucorum vaniitie, & calliditate excogitatam Religionem esse, ut hac ante simplicem populum in officio contineret Principes ; cum tamen ipsi, qui aliis auctores erant Dei colendi, nihil minus crederent quam aliquem esse Deum. Quod verisimiliter homines fuerint qui pium commenti sint in Religionis negotio, quis est qui ignoret? Quin hic est potissimum iniquitatis fructus, Deum corde negare illo ipso tempore quo maxime conferri arbitrantur. Quæ tanta eo evadiendi dolor, quo malitia impetu agitur. Quamvis vera cum intimo animi tectentur lenio, innataque notitia, ut inde Deum excutere, eamque detrudere pertendant ; nunquam tamen eo usque furor invalescit quin ad suum illos Deus retrahat tribunal. Salutaris illa quidpiam foret, si peccandi audacia, & consuetudine obduruit, impios ita stupefacere possent, ut omnem Dei memoriam a se repellere valerent. Quapropter ipsa Dei vindicta evenit ut aliqua supremi Numinis cognitione semper illustrentur, quo continenter supplicio torquentur leviore.

## CAPUT V.

*Præceptorum Decalogi obligatio gravis est, Dispensationi obnoxia minime sunt præcepta ipsius.*

I. PRæcepta Decalogi, quæ & juris naturalis sunt, quoniam hominum mores formant, & divini, quod Deus illa præcipiat, ipsaque natura gravem præferunt obligationem. Defectus ullus rationis, ut in fatuis, imperfecta deliberatio, ut accidit cum quis subita commotione percitus proximum percutit, materiæque parvitas, ut furtum unius oboli, levem efficere transgressionem quandoque potest. His sublatis circumstantiis, transgressio cujusque Decalogi præcepti, mortalis est. Quotiescumque Decalogi violatio a Deo hominem transgressorem abstrahit, avertitque. Inter Theologos omnes hac de re convenit : quocirca plura verba facienda minime sunt.

II.



II. De eorumdem præceptorum dispensatione dissident Theologi. Ochamus *II. Sent. dist.* XIX. contendit non modo omnia Decalogi præcepta dispensari, seu relaxari a Deo posse ; verum etiam posse Deum iisdem opposita præcipere, si velit, ut odium sui ipsius, mendacium, idololatriam, idque genus similia. Quod ut evincat, textum promit D. Lucæ I. *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*. Hæc opinio erronea est. Textus evangelicus hunc prodit sensum ; nempe Deum ea omnia efficere posse quæ ut fiant, minime repugnat. Ea vero fieri repugnant quæ suapte natura mala sunt. Ex Ochami sententia, Deum peccare quoque posse infertur : quod aures horrent. Altera sententia defendit, in præceptis primæ tabulæ Deum dispensare non posse ; secundæ vero tabulæ mandata divinæ dispensationi obnoxia esse. Hæc opinio Scoto in *III. Sent. dist.* XVII. eiusque discipulis adjudicatur.

III. Tertia sententia docet, nullum Decalogi præceptum nec a Deo, nec ab homine dispensari proprie posse. Hæc sententia vera est, atque inter Theologos communis. Eam docet D. Thomas I. 2. *quæst.* C. *art.* 8. Ricardus *in III. dist.* XXXVII. *art.* 4. Abulensis *in cap.* XX. *Exod. quæst.* XXXVII. Cajetanus I. 2. *quæst.* C. *art.* 8. Conradus, & Medina *ibid.* Sotus *Lib. II. de iust. & jur. qu.* III. *art.* 8. Montesinus *disput.* XXVI. *de legib.* Azorius *Tom. I. Lib. VI. cap.* I. *quæst.* III. Valentia *disput.* VII. *q.* IV. *punct.* 6. Becanus *tract.* III. *cap.* III. *quæst.* IV. Valquez *disp.* CIXXIX. Salas *ad quæst.* XCIV. *tract.* XIV. *disput.* V. *sect.* 9. Granados *controv.* VII. *de legib. tract.* II. Tannerus *disp. V. quæst.* I. *dub.* 4. Silvius I. 2. *quæst.* C. *art.* 8. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* I. *punct.* II. *num.* 17. Aitisiodorensis, Bonaventura, Major, Navarrus, Sanchez, Covarruvias, Barbosa, Comitolus *de contract. P. I. cap.* XVI. ubi Tullianoloquio more sio D. Thomæ sententiam propugnat.

IV. Si varius dispensationis significatus exponatur, forsatse dissidium omne tolletur. Sotus cum suis de dispensatione in ampla significatione accepta loquitur. D. Thomas, ceterique Theologi, dum indispensabilia enuntiant Decalogi mandata, dispensationem juxta veram eiusdem notionem, propriumque significatum considerant. Dispensatio fusius latiusque considerata quamlibet interpretationem, declarationem, vel abrogationem legis, sin omnino, saltem ex parte, prodit. Hoc pacto dispensare idem est ac declarare quod aliquis lege in hoc aut illo casu non teneatur ; aut quod aliquis actus qui absolute illicitus est, propter materiæ mutationem licitus sit. Dispensatio presse accepta, ac intra suum proprium significatum est, cum superior a lege, suam vim retinente, aliquem eximit, ceteris omnibus legis vinculo obstrictis. His positis, D. Thomæ sententia rationibus evincitur.

V. Decalogi præcepta ea iubent quæ suapte natura bona, eaque vetant quæ ex se mala sunt. Quæ porro eiusmodi sunt, nulla valent, etiam divina, potestate per dispensationem relaxari. Nec enim Deus ipse efficere valet ut quæ natura sua bona sunt, mala evadant, aut e contrario. Quam rationem luhet alio pacto proponere, ac ipsis fere D. Thomæ verbis explicare. Quippe legislator in lege condenda bonum commune intendit ; ac mutuam subditos inter iustitiam, & tranquillitatem. Tria prima Decalogi mandata ipium Deum spectant ; secunda vero tabulæ septem præcepta ordinem iustitiæ inter homines servandæ præscribunt. Tam ergo primæ quam secundæ tabulæ mandata intentionem continent legislatoris, bonum commune primum, deinde inter homines æquitatem spectantis. Præcepta autem quæ legislatoris intentionem in se continent, dispensationem nullam excipiunt. Hinc est quod pluriumæ leges dispensationi subiacent, quia quandoque accidit quod, si in hoc aut illo casu servarentur, legislatoris intentio frustraretur, seu legis observantia esset contra legislatoris mentem. Si ergo Decalogi præcepta semper intentionem Dei præferunt, numquam dispensationi obnoxia sunt. Verba transcribamus ipsius Angelici I. 2. quæst. C. art. 8. in cor. *Tunc in præceptis debet fieri dispensatio, quando occurrit aliquis particularis casus in quo, si verbum legis observaretur, contrariaretur intentioni legislatoris. Intentio autem legislatoris cuiuslibet ordinatur primo quidem, & principaliter ad bonum commune ; secundo autem ad ordinem iustitiæ, & virtutis, secundum quem bonum commune conservatur, & ad ipsum perducitur. Si quis ergo præcepta dentur quæ contineant ipsum conservationem boni communis, vel ipsius ordinem iustitiæ, & virtutis, huiusmodi præcepta continent intentionem legislatoris ; & ideo indispensabilia sunt : puta, si ponerentur hæc præceptum in aliqua communitate, quod nullus destrueret Rempublicam, neque prodiret civitatem hostibus, sive quod nullus faceret aliquid iniuste, vel male ; huiusmodi præcepta*

*essent indispensabilia: sed si eligua alia præcepta traderentur ordinata ad ista præcepta, quibus determinantur aliqui speciales modi; in talibus præceptis dispensatio posset fieri, in quantum per omissionem huiusmodi præceptorum in aliquibus casibus non fieret præiudicium primis præceptis, quæ continent intentionem legislatoris, puta, si ad conservationem Reipublicæ statueretur in aliqua civitate, quod de singulis viris aliqui vigilarent ad custodiam civitatis absentia, possit cum aliquibus dispensari propter aliquam maiorem utilitatem. Præcepta autem Decalogi continent ipsam intentionem legislatoris, scilicet Dei. Nam præcepta primæ tabulæ, quæ ordinantur ad Deum, continent ipsum ordinem ad bonum commune, & finale, quod Deus est. Præcepta autem secundæ tabulæ continent ordinem iustitiæ inter omnes observandæ, ut scilicet nulli fiat indebitum, & cuilibet reddatur debitum. Secundum hanc enim rationem sunt intelligenda præcepta Decalogi. Et ideo præcepta Decalogi sunt indispensabilia.* Hanc eamdem rationem fusius exponit aliis quidem verbis in III. *Sent. dist.* XXXVII. *q. 1. art. 4.* Hanc doctrinam habuit Angelicus tum ex ipso Christo dicente Matth. XIX. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*: tum ex D. Paulo, qui epist. ad Rom. cap. XIII. hæc docet: *Qui diligit proximum legem implevit: Nam non adulterabis, Non occides, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Iuxta D. Paulum caritatis lex secundæ tabulæ præcepta arcto complectitur vinculo. Atqui caritatis lex nullam patitur relaxationem, aut mutationem. Ergo neque Decalogi mandata. Hisdem rationis laqueo irretitus Scotus adiuat magnopere, inquit Paulus Comitolus, ut se expediat; sed parum, mea quidem sententia, aut admodum nihil proficit.

VI. Ut paucis summa comprehendam, præ oculis habenda semper est distinctio præceptorum quæ legislatoris intentionem immediate, & iuxta se natura exprimunt, continentque, ab illis mandatis quæ tamquam media, & instrumenta apta ad legem servandam præcribuntur. Exemplum quod D. Thomas subiicit, perquam rem declarat. Si quis, inquit ille, præcipit ut nemo Rempublicam destruat, ut nemo aliquam similem operetur, immutabilia sunt omnino eiusmodi præcepta: quia ipsam legislatoris præterunt intentionem, & bonum commune directe spectant. Illius porro generis sunt Decalogi præcepta. Mandata vero quæ media præscribunt quibus commune civitatis bonum certum tectum custodiretur, dispensationi & mutationi forent obnoxia; ut si Rector civitatis iuberet ut cives omnes alternatim excubias agerent, plures eximere superior posset, quod bono communi expediat quorundam civium conservatio. Hæc omnia perspicua sunt, idcirco longiora esse non debent.

VII. Adversus expositam doctrinam pluta obiiciunt Scotus, & Durandus ex sacra Scriptura arcessita: nempe quod Abrahamo innocentis filii necem Deus imperavit: quod divino imperio Ægyptiorum gazam asportaverunt Iudæi: quod illius iussu Osea ex adultera muliere filios procreavit: quod Samson ter ipsum eiidem quibus obtrivit hostes, ruinis oppressit: quod prisci Patriarchæ non una contenti uxore, plures duxerunt, eaque in eodem connubernio, atque convicto remurmurunt: quod lex de rebus una postidendis, utrobique, ante primorum parentum crimen data, perpetuo flagitio abrogata sit: quod denique sacramento Romanus Pontifex exlolvit. Hæc ferme argumenta obiiciunt illi qui iuris naturalis vim immutabilem convellere tatagunt.

VIII. *Ut* nullo negotio prefata argumenta dissipemus, duplex distinguenda in Deo potestas est: una effectoris, & summi rerum omnium Domini; altera iudicis, & legislatoris. Hæc pollentiore utens facultate non laxavit unquam, nec laxare valet aliquod ex Decalogi mandatis. Altera enim, invito domino innocente, surripere ita iniquum intrinsecus est, ut nullius legislatoris auctoritate, aut iudicis sententia iustum fieri possit. Si priorem potestatem exerceere Deus velit, quæ largitus hominibus est, sive vitam, sive uxorem, sive regna, sive opes, bonaque omnia, vel ab iis auferre, vel ab uno in alium transferre potest æquissime; multoque æquius ac iilius quam quilque proprium, qua non eget, velleni, aut pecuniam alteri donare valet. Nec in hoc quidquam dispensationis cinet, inquit Sotus *hoc. cit.* cuius est doctrina illiusce. Cum enim rem tuam alteri tradis, non dispensas in furto: quia qui accipit a domino sponte libereque rem suam donante, haudquaquam furatur; ut si pater vestem parvuli filii, inquit laudatus Sotus, eo invito traderet amico, non dispensat in furto, licet invitus filius expolietur, quia pater verus dominus est; quemadmodum in furto minime dispensaret Prælatus meus, si me inscio, aut invito, supellectilem qua utor, alteri traderet. Hæc doctrina posita, quam ex D. Thoma hausiam illustravit Dominicus Sotus, corruunt omnia argumenta.



IX. Et ut a primi solutione exordiamur, cum Deus Abrahæ iussit filii immolationem, neutiquam homicidii legem relaxavit; sed tamquam dominus vitæ Isaaci illum immolandum patri tradidit: sicut quilibet dominus pecudem suam, cui voluerit, mactandam tradere valet; & si homo dominus esset vitæ suæ, sicut propriæ pecuniæ, aiteri, ut se occideret, facultatem tribuere posset. Non quælibet ergo hominis occisio homicidium lege prohibitum dicitur: quin lex ipsa naturalis hominem flagitiosum occidi iubet: quapropter cum iudex reum carnifici perimendum tradit, minime in homicidio dispensat; sed potestate utitur sibi a Deo collata super hominem bono communi Reipublicæ infestum. Ex quo enim crimen commisit morte dignum, ius in vitam amisit suam.

X. Facilior est secundi argumenti solutio. Nam Deus, nedum ut supremus Dominus, sed etiam ut iudex, Ægyptiorum vasa Hebræis tradit. Nullam siquidem laborum quos Ægyptii Hebræi impenderant, mercedem receperant; idcirco Deus legitima potestate iudicis ulus, debitum stipendium Iudæis persolvit, quemadmodum propter execranda Chananæorum scelera illorum terras filo populo tradidit. Nec iudex in furto dispensare dicitur, dum criminosum bonis omnibus privat.

XI. Cum vero facultatem Deus Oleæ fecit ut meretrice etiam invita uteretur, non iudicis, sed supremi Domini potestatem exercuit: ideoque ipse sicut mulierem mactandam, ita quoque utendam homini tradere iure potuit. Nec copula illa fornicaria fuit: nam vel Deus animos utrorumque ita conciliavit ut mutuo consensu matrimonium iniret ambo; aut ipse consensum supplevit. Iubet hæc tria argumenta verbis Angelici dispellere 1. 2. quæst. 6. a. 8. ad 3. *Occisio hominis prohibetur in Decalogo, secundum quod habet rationem indebiti: sic enim præceptum continet ipsam rationem iustitiæ. Lex autem humana hoc concedere non potest, quod licite homo indebite occidatur; sed malefactores occidi, vel hostes Reipublicæ, hoc non est indebitum. Unde hoc non contrariatur præcepto Decalogi, nec talis occisio est homicidium quod præcepto Decalogi prohibetur, ut Aug. dicit Lib. I. de lib. arb. cap. IV. Et similiter si auferatur alicui quod suum erat, si debitum est quod suum amittat, hoc non est furtum, vel rapina, quæ præcepto Decalogi prohibetur. Et ideo quando filii Israel præcepto Dei tulerunt Ægyptiorum spolia, non fuit furtum: quia hoc eis debebatur ex sententia Dei. Similiter & Abrahæ, cum consensit occidere filium, non consensit in homicidium: quia debitum erat eum occidi per mandatum Dei, qui est dominus vitæ, & mortis. Ipse enim est qui punam mortis infligit omnibus hominibus reatis, & infligit pro peccato primi parentis: cuius sententia si homo sit executor auctoritate divina, non erit homicida, sicut nec ipse Deus. Et similiter Osea accedens ad uxorem fornicariam, vel mulierem adulteram, non est machatus, nec fornicatus: quia accessit ad eam quæ sua erat secundum mandatum divinum, qui est auctor institutionis matrimonii. Sic igitur præcepta ipsa Decalogi quantum ad rationem iustitiæ quam continent, immutabilia sunt; sed quantum ad aliquam determinationem per applicationem ad singulares actus (ut scilicet hoc, vel illud sit homicidium, furtum, vel adulterium, aut non) hoc quidem est mutabile; quandoque sola auctoritate divina, in his scilicet quæ a solo Deo sunt instituta, sicut in matrimonio, & in aliis fusmodi: e quandoque etiam auctoritate humana, sicut in his quæ sunt commissa hominum iurisdictioni: quamvis enim ad hoc homines gerant vicem Dei, non autem quantum ad omnia.* Adeo perspicua sunt Angelici verba ut nulla egeant explicatione: illorum enim summa hæc est. Decalogi mandata ea iubent quæ natura sua bona, honesta, iusta, ac necessaria sunt; contra ea vetant quæ ex se iniquitia sunt, atque prorsus vitanda. Quamdiu res iustæ, aut vetitæ vim naturamque retinent suam, ad Decalogum spectant; si qua adiunctione tales esse desierint, extra Decalogum esse censendum est. Idcirco consistit Angelici doctrina, quod iusta Decalogi relaxari dispensatione nequeunt. Sed quandoque Dei aut effectoris summi, aut iudicis potestate fit ut circumstantia aliqua adiecta, non contineantur in Decalogo quæ alioquin absolute spectata ad illud pertinebant.

XII. Quod ad Samsonem attinet, duplex circumfertur responsio, & utraque optima. Prima est Augustini asserentis, Samsonem cœlesti illustratione perfusum mortem sibi consciviste, ut hostes suos puniret. Altera subdit, absque ulla revelatione potuisse Samsonem, ceu virum fortem, extremo se obicere periculo, ut inimicos Dei perimeret. Potuit siquidem non inanem concipere spem evadendi mortem, Dei maxime auxilio implorato, qui pristinas sibi restituerat vi-

vires. Id etiam asseritur de Eleazaro, qui ramquam strenuus miles elephantem impetivit propria vita posthabita, ut dicit Sotus.

XIII. Plura hic dicenda forent de uxorum pluralitate, nisi in tractatu tum de lege naturali, tum de matrimonio latius controversia hæc discutienda esset. Nunc obiter admonemus, iuris naturalis mandata talia esse prima, & universalia, ut sunt hæc: bonum amandum, malum fugiendum: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: alia quæ ex his proxime profluunt, ut sunt Decalogi mandata. Hæc sive primi, sive secundi generis mandata indispensabilia prorsus sunt: quia verant ea quæ genere suo mala sunt, in eoque res suapte natura honestas, ac necessarias. Postrema sunt quædam iuris mandata quæ versantur circa materiam quæ alicuius circumstantiæ adiunctione variationem, ac limitationem excipit: potissimum quod finis harum rerum, non earumdem natura, mensura sit malitiæ, aut bonitatis. Quia tamen finis intimus est, nulla humana, sed dumtaxat divina potestate mutari queunt. Inter hæc triplicis generis naturalia præcepta hic est ordo, ut postrema secundis, secunda primis cedant. Nec uxorum pluralitas, nec maritalis coniunctio in primo consanguinitatis gradu sunt contra ius primarium, aut secundarium: quippe absolute, & intrinsecus mala non sunt; quia tamen finem a natura spectatum impediunt, illique officiunt, spectant ad ius naturale. Quapropter solus naturæ conditor potest eadem honestare: quoniam ipse solus, ut universi generis humani legislator, & conditor, & deprehendit quando finis occurrat nobilior, magisque divinum cultum, communeque bonum promovens, cuius intuitu possit declarare, naturalem legem tertii generis in hoc aut illo casu non obligare. Idcirco uxorum multitudo antiquis patribus concessa fuit, quia religiosæ sobolis propagatio ad excitandum in terris, conservandum, amplificandumque divinum cultum plurimum conducere Deus cognovit. Prohibitio connubii inter fratres, non præfert aliquam iniustitiam, iniuriamve quam coniugum alter pateretur; sed naturalem tantum indecentiam, ac fœditatem. Nihil ergo verat quin Deus, caussa data, valeat in hoc dispensare: mihique satis probabile est quod si universum humanum genus superstes in patre & filia remaneret, possent, divino accedente consensu, matrimonio iungi.

XIV. Ad duo postrema argumenta obvia solutio est. Num, ut dictum est, naturalium legum tripartita est ratio: quædam præcipiunt quæ necessario suscipienda sunt; quædam verant quæ fugienda sunt necessario; nonnullæ autem aliqua prohibent ob finem gravissimum, quem inspiciunt; aut nec iubent, nec verant; sed utendi, vel non utendi eiusmodi legibus hominibus concessa potestas est. Ibius generis est ius sociale res a Deo conditas communiter possidendi. Nihil ergo contra naturæ ius moliti sunt homines, cum res communes diviserunt; sive eorumdem hominum consensione, sive Adami imperio, sive quorumcumque inuslu, atque inducta fasta divisio sit. Quod de iuramenti dispensatione subditur, in tractatu de iuramento latius diluetur. Verum plura de his omnibus dicentur cum de lege naturali termo recurret. Pauca hæc nunc delibasse iatis sit.

# LIBER PRIMUS
## IN DECALOGUM.
### *DISSERTATIO PRIMA.*
## DE FIDE.

UT communi Theologorum viæ insistam, antequam singula Decalogi præcepta edisscro, trium theologicarum virtutum præceptiones exhibeam oportet. Illarum namque cognitio viam ad pleniorem Decalogi intelligentiam comparandam iternit, quippe virtutes illæ fundamentum, & finis Decalogi. Fides basis est universæ religionis. *Fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis*, inquit Synod. Trident. *sess.* XVIII. *cap.* VIII. Caritas autem totius legis finis est, ut ex Apostolo docet Augustinus in Enchirid. cap. CXXI. *Omnia igitur præcepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit Apostolus* I. Timoth. 2. *Finis autem præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Sub initium autem præfati Libri rogatus Augustinus, quonam modo colendus Deus sit, respondet, *fide, spe, caritate colendum Deum.* Cum itaque primum Decalogi mandatum Dei veri cultum præcipiat, iure ab iis virtutibus orsa nostra ducimus quibus potissimum Deus colitur.



## CAPUT I.

*Recensentur propositiones damnatæ ab Ecclesia in materia fidei quæ mores regit.*

I. ERrores nonnullos qui fidei divinæ directe officiunt, in Prolegomenis recensuimus; iterumque non paucos alios in hoc eodem Libro confutabimus. In præsentia propositiones isthæc transcribam quæ ab Ecclesia proscriptæ sunt. Sequentes ergo propositiones Summus Pontifex *Innocentius XI.* damnavit in fidei materia.

II. *Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili.* Ex fructum *Probabilissimi*. Hanc proscriptam opinionem docet expresse Thomas Sanchez *Lib. II. Sum. cap.* 1. *n.* 6. extra articulum mortis, quo in casu probabiliorem sententiam amplecti quisque tenetur; inquit ille. Ergo ne altera Theologia est pro morte obeunda, altera pro vita ducenda? *Probabilismus* vitæ cursui inservit: *Probabiliorismus* extremam luctam regit? Plures quoque Protestantes docere ferunt, in vita Lutheri religionem, in morte catholicam optimam esse. Præfatam opinionem proscriptam absolute defendit Ioannes Sanchez. *disp.* XIX. *num.* 9. Pater Viva in commentariis ad hanc *propos. num.* 4. eidem favere opinioni D. Thomam scribit; sed false æque, ac iniuriose, ut suo loco palam fiet. Ex proscripta thesi optime, ac solido ratiocinio colligitur proscriptio opinionis minus probabilis in conspectu probabilioris in quacumque materia necessaria ad salutem. Cur licitum erit opinionem minus probabilem sequi in contractu, pacto, fœdereve, de cuius iustitia disputatur; secus in materia fidei? Quia, respondet P. Viva, *nunquam licet sequi opinionem minus probabilem, quando datur lex, consuetudo, conventio de sequenda probabiliori; aut quando periculum gravis damni ad id obligat.* Egregie vero. Nullum ne gravis damni periculum urget in legum controversiis dirimendis? Error culpabilis in illis non detrudit in infernum, quemadmodum error infidelitatis? Cur error hic culpabilis erit, innocens vero in alia materia? An periculum gravis damni imminet, si erres in fidei negotio; nullum vero periculum iacturæ instat, si iura violes, iustitiamque corrumpas? Præ oculis habenda est doctrina vel ipsius P. Viva inquientis ad prop. 1. Alexand. VII. n. 6. *Ubi damnatur aliqua propositio, attendenda est ratio damnationis: quæ, si æque militet pro propositione affini, hæc pariter implicite declaratur falsa, & omnino improbabilis.* Sed hæc cursim.

II. *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.* Hanc sententiam docet Thomas Tamburinus *Lib. II. in Dec. cap.* 1. *n.* 9. & 10. *pag.* 37. *col.* 2. Fallitas isthus sententiæ ex se patet. Si enim fide potissimum Deus colitur, illius arcanis, & mysteriis mentem captivando, quis asserere iure ausit nullum urgere fidei præceptum, quo Deus colatur?

III. *Satis est actum fidei semel in vita elicere.* Hanc quoque opinionem docet Tamburinus *loc. cit. num.* 8. ubi ait: *Si sermo est de actu fidei necessario necessitate salutis; & hunc quidem semel in vita elicere satis esse, modo videmus: num.* 3. Porro *num.* 3. citat pro hac sententia Thomam Sanchez, & Aragonium. Quasi tamen nimium rigida foret opinio isthæc, subdit: *Benignius loquitur Castropalaus Tom. I. tract. IV. disp.* 1. *par.* 11. *num.* 5. & 7. Viden quo recidat non paucorum Probabilistarum benignitas? Fides divina æternæ salutis initium est: & tantæ virtutis actum semel elicere sat erit?

IV. *Si a potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum, consulo; tacere, ut peccaminosum per se, non damno.* Hanc propositionem in nullo Casuistarum inveni. Pater Viva ex Sandæo illam decerptam asserit *nu.* 3. ex quibusdam thesibus Antverpiæ propugnatis ann. 1674. præside P. Arnaldo Marchant Minorita. Adeo falsa est, ut illam vel ipsi benigniores Probabilistæ reiiciant.

V. *Voluntas non potest facere ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus quam meretur pondus rationum ad assensum impellentium.*

vires. Id etiam asseritur de Eleazaro, qui ramquam strenuus miles elephantem impetivit propria vita posthabita, ut dicit Sotus.

XIII. Plura hic dicenda forent de uxorum pluralitate, nisi in tractatu tum de lege naturali, tum de matrimonio latius controversia hæc discutienda esset. Nunc obiter admonemus, iuris naturalis mandata talia esse prima, & universalia, ut sunt hæc: bonum amandum, malum fugiendum: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: alia quæ ex his proxime profluunt, ut sunt Decalogi mandata. Hæc sive primi, sive secundi generis mandata indispensabilia prorsus sunt: quia verant ea quæ genere suo mala sunt, in eoque res suapte natura honestas, ac necessarias. Postrema sunt quædam iuris mandata quæ versantur circa materiam quæ alicuius circumstantiæ adiunctione variationem, ac limitationem excipit: potissimum quod finis harum rerum, non earumdem natura, mensura sit malitiæ, aut bonitatis. Quia tamen finis intimus est, nulla humana, sed dumtaxat divina potestate mutari queunt. Inter hæc triplicis generis naturalia præcepta hic est ordo, ut postrema secundis, secunda primis cedant. Nec uxorum pluralitas, nec maritalis coniunctio in primo consanguinitatis gradu sunt contra ius primarium, aut secundarium: quippe absolute, & intrinsecus mala non sunt; quia tamen finem a natura spectatum impediunt, illique officiunt, spectant ad ius naturale. Quapropter solus naturæ conditor potest eadem honestare: quoniam ipse solus, ut universi generis humani legislator, & conditor, & deprehendit quando finis occurrat nobilior, magisque divinum cultum, communeque bonum promovens, cuius intuitu possit declarare, naturalem legem tertii generis in hoc aut illo casu non obligare. Idcirco uxorum multitudo antiquis patribus concessa fuit, quia religiosæ sobolis propagatio ad excitandum in terris, conservandum, amplificandumque divinum cultum plurimum conducere Deus cognovit. Prohibitio connubii inter fratres, non præfert aliquam iniustitiam, iniuriamve quam coniugum alter pateretur; sed naturalem tantum indecentiam, ac fœditatem. Nihil ergo verat quin Deus, caussa data, valeat in hoc dispensare: mihique satis probabile est quod si universum humanum genus superstes in patre & filia remaneret, possent, divino accedente consensu, matrimonio iungi.

XIV. Ad duo postrema argumenta obvia solutio est. Num, ut dictum est, naturalium legum tripartita est ratio: quædam præcipiunt quæ necessario suscipienda sunt; quædam verant quæ fugienda sunt necessario; nonnullæ autem aliqua prohibent ob finem gravissimum, quem inspiciunt; aut nec iubent, nec verant; sed utendi, vel non utendi eiusmodi legibus hominibus concessa potestas est. Ibius generis est ius sociale res a Deo conditas communiter possidendi. Nihil ergo contra naturæ ius moliti sunt homines, cum res communes diviserunt; sive eorumdem hominum consensione, sive Adami imperio, sive quorumcumque inuslu, atque inducta fasta divisio sit. Quod de iuramenti dispensatione subditur, in tractatu de iuramento latius diluetur. Verum plura de his omnibus dicentur cum de lege naturali termo recurret. Pauca hæc nunc delibasse iatis sit.

# LIBER PRIMUS
## IN DECALOGUM.
### *DISSERTATIO PRIMA.*
## DE FIDE.

UT communi Theologorum viæ insistam, antequam singula Decalogi præcepta edisscro, trium theologicarum virtutum præceptiones exhibeam oportet. Illarum namque cognitio viam ad pleniorem Decalogi intelligentiam comparandam iternit, quippe virtutes illæ fundamentum, & finis Decalogi. Fides basis est universæ religionis. *Fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis*, inquit Synod. Trident. *sess.* XVIII. *cap.* VIII. Caritas autem totius legis finis est, ut ex Apostolo docet Augustinus in Enchirid. cap. CXXI. *Omnia igitur præcepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit Apostolus* I. Timoth. 2. *Finis autem præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Sub initium autem præfati Libri rogatus Augustinus, quonam modo colendus Deus sit, respondet, *fide, spe, caritate colendum Deum.* Cum itaque primum Decalogi mandatum Dei veri cultum præcipiat, iure ab iis virtutibus orsa nostra ducimus quibus potissimum Deus colitur.



## CAPUT I.

*Recensentur propositiones damnatæ ab Ecclesia in materia fidei quæ mores regit.*

I. ERrores nonnullos qui fidei divinæ directe officiunt, in Prolegomenis recensuimus; iterumque non paucos alios in hoc eodem Libro confutabimus. In præsentia propositiones isthæc transcribam quæ ab Ecclesia proscriptæ sunt. Sequentes ergo propositiones Summus Pontifex *Innocentius XI.* damnavit in fidei materia.

II. *Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili.* Ex fructum *Probabilissimi*. Hanc proscriptam opinionem docet expresse Thomas Sanchez *Lib. II. Sum. cap.* 1. *n.* 6. extra articulum mortis, quo in casu probabiliorem sententiam amplecti quisque tenetur; inquit ille. Ergo ne altera Theologia est pro morte obeunda, altera pro vita ducenda? *Probabilismus* vitæ cursui inservit: *Probabiliorismus* extremam luctam regit? Plures quoque Protestantes docere ferunt, in vita Lutheri religionem, in morte catholicam optimam esse. Præfatam opinionem proscriptam absolute defendit Ioannes Sanchez. *disp.* XIX. *num.* 9. Pater Viva in commentariis ad hanc *propos. num.* 4. eidem favere opinioni D. Thomam scribit; sed false æque, ac iniuriose, ut suo loco palam fiet. Ex proscripta thesi optime, ac solido ratiocinio colligitur proscriptio opinionis minus probabilis in conspectu probabilioris in quacumque materia necessaria ad salutem. Cur licitum erit opinionem minus probabilem sequi in contractu, pacto, fœdereve, de cuius iustitia disputatur; secus in materia fidei? Quia, respondet P. Viva, *nunquam licet sequi opinionem minus probabilem, quando datur lex, consuetudo, conventio de sequenda probabiliori; aut quando periculum gravis damni ad id obligat.* Egregie vero. Nullum ne gravis damni periculum urget in legum controversiis dirimendis? Error culpabilis in illis non detrudit in infernum, quemadmodum error infidelitatis? Cur error hic culpabilis erit, innocens vero in alia materia? An periculum gravis damni imminet, si erres in fidei negotio; nullum vero periculum iacturæ instat, si iura violes, iustitiamque corrumpas? Præ oculis habenda est doctrina vel ipsius P. Viva inquientis ad prop. 1. Alexand. VII. n. 6. *Ubi damnatur aliqua propositio, attendenda est ratio damnationis: quæ, si æque militet pro propositione affini, hæc pariter implicite declaratur falsa, & omnino improbabilis.* Sed hæc cursim.

II. *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.* Hanc sententiam docet Thomas Tamburinus *Lib. II. in Dec. cap.* 1. *n.* 9. & 10. *pag.* 37. *col.* 2. Fallitas isthus sententiæ ex se patet. Si enim fide potissimum Deus colitur, illius arcanis, & mysteriis mentem captivando, quis asserere iure ausit nullum urgere fidei præceptum, quo Deus colatur?

III. *Satis est actum fidei semel in vita elicere.* Hanc quoque opinionem docet Tamburinus *loc. cit. num.* 8. ubi ait: *Si sermo est de actu fidei necessario necessitate salutis; & hunc quidem semel in vita elicere satis esse, modo videmus: num.* 3. Porro *num.* 3. citat pro hac sententia Thomam Sanchez, & Aragonium. Quasi tamen nimium rigida foret opinio isthæc, subdit: *Benignius loquitur Castropalaus Tom. I. tract. IV. disp.* 1. *par.* 11. *num.* 5. & 7. Viden quo recidat non paucorum Probabilistarum benignitas? Fides divina æternæ salutis initium est: & tantæ virtutis actum semel elicere sat erit?

IV. *Si a potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum, consulo; tacere, ut peccaminosum per se, non damno.* Hanc propositionem in nullo Casuistarum inveni. Pater Viva ex Sandæo illam decerptam asserit *nu.* 3. ex quibusdam thesibus Antverpiæ propugnatis ann. 1674. præside P. Arnaldo Marchant Minorita. Adeo falsa est, ut illam vel ipsi benigniores Probabilistæ reiiciant.

V. *Voluntas non potest facere ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus quam meretur pondus rationum ad assensum impellentium.*

VI. *Hinc potest quis prudenter repudiare assensum quem habet supernaturalem.* Hæ duæ propositiones adeo falsæ, impudentesque apparent, ut indicii quis vix possit quo credat Theologum quemquam repertum fuisse qui easdem docuerit; eas tamen propugnatas fuisse Antverpiæ testatur Sandeus apud Vivam in *hæc. prop. num.* 1. Assensus fidei nititur fundamento divinæ revelationis, idcirco infallibilis est. Rationes quæ in fidei confirmationem adducuntur, haud evincunt evidenter obiectum credituum existere; neque satis sunt ad elicendum infallibilem assensum. Ergo voluntas alio principio uti debet, ut assensus fidei firmus evadat. Hinc neque prudenter reliceret valet assensum fidei supernaturalem.

VII. *Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis; imo cum formidine, quæ quis formidet, an non sit locutus Deus.* Plures Neotericos pro hac sententia repugnantes indicat P. Viva. Prioris partis defensorem induxit Ripaldam, qui *disp. VI. sect. 6. n. 76.* defendit solam probabilitatem revelationis ad credendum aliquid fide supernaturali satis esse; negat tamen sociari hanc fidem posse cum formidine, sit ne locutus Deus, an non. Magna probabilitatis extensio, quæ per omnia vagatur. Mérito damnata est propositio descripta; quoniam fidei assensus nititur firmæ certitudine divinæ revelationis.

VIII. *Nonnulli fides innixa Deo necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita remunerationis.* Hæc propositio expresse adversatur oraculo D. Pauli ad Hebr. XI. *Credere enim oportet accedentem ad Deum; quia est, & inquirentibus se remunerator sit.*

IX. *Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad justificationem sufficit.* Propositionem hanc adiudicant nonnulli P. Ripaldæ; sed ab hac nota illum asserit P. Viva. Verum ne sit, an falsum, non interest modo discutere. Falsitas propositionis manifesta est. Siquidem fide ad justificationem necessaria divino nititur testimonio.

X. *Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, & etiam si per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi.* Istius proscriptæ thesis auctor fertur esse Marchantius. Aliqui tamen benigna interpretatione ab hac nota eum liberant. Non valde ab eadem, saltem ad primam quod attinet partem, distare, ut ego quidem arbitror, videntur Castropalaus *Tom. I. Tract. 24. disp. 1. punct. 11. num. 5. & 6.* Emanuel Sa, Tamburinus *Lib. II. in Decalog. cap. 1. n. 4.* ubi laudat Turrianum, Vasquez, Sa, Coninch. Hi namque docent nunc dari posse ignorantiam invincibilem Trinitatis, & Incarnationis; ex quo sequitur capacem absolutionis esse qui præfata ignorat mysteria. Subdo tamen delectum thesim ob id posse simum damnatatam esse quod asserit absolutionis capacem hominem esse, etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, eiusmodi mysteria ignoret. Sed infra hæc omnia declaranda erunt.

XI. *Sufficit illa mysteria semel credidisse.* Hanc expresse docet Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap. 1. num. 3.* Plura dicenda occurrent suo loco de hac propositione. Indicavi damnatarum thesim auctores non alio fine nisi ut illorum operum lectores admonerem. Tamburini opus manibus omnium teritur; & alioquin damnatæ theses haud sunt, sicuti in quibusdam aliis, notatæ. Quapropter facilis deceptio est.

XII. Duas alias propositiones proscripsit in hac materia Clerus Gallicanus an. 1730. Prima hæc est: *Religio christiana est evidenter credibilis; nam evidenter est prudentem esse quisquis eam amplexatur: non evidenter vera; nam aut obscure docet, aut quæ docet, obscura sunt. Immo qui aiunt, Religionem christianam esse evidenter veram, fatentur necesse est fallsum evidenter esse. Infer hinc evidens non esse.* 1. *Quod existat nunc in terris aliqua vera Religio. Unde enim habes non omnem carnem corrupisse viam suam?* 2. *Quod omnium quæ in terra sunt, verisimillima sit christiana. An enim omnes terras peragrasti, aut peregratas ab aliis esse nosti?* 3. *Quod ab Apostolis, & dæmonibus manifestata fuerit Divinitas Christi: id enim si deceat, decere te oportet, Christum manifeste Deum esse.* 4. *Quod affante Deo fusa sint Prophetarum oracula: quid enim mihi opponas, vel si negem illa fuisse vera vaticinia, vel affirmem conjecturas?* 5. *Quod vera fuerint quæ a Christo edita fuisse commemorantur miracula: quamquam negare hæc nemo prudenter potest.*

Censura quam Clerus Gallicanus tulit in propositionem præfatam hæc est. *Doctrina hæc propositione contenta, impia est, blasphema, erronea, & inimicis christianæ religionis favet.*

XIII. Altera hæc est. *Evidens non est evidentia moralis propriæ dictæ, & physica religionem christianam veram esse.*

Censura. *Hæc propositio, doctrinam superiori propositioni consentaneam continens, temeraria est, & in errorem inducens.*

XIV. *Infidelitas pure negativa in his quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.* Damnata fuit a Pio V. & Gregorio XIII.

XV. *Nihil credendum est quod excedat nostri intellectus virtutem.* Concilium Rhemense hanc Petri Abælardi propositionem damnavit anno 1148.

XVI. *Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides: & etiamsi videantur credere, non est fides divina, sed humana.* Similis est 51. Patchasii Quesnelli.

## CAPUT II.

### *Propositiones quorumdam Casuistarum quæ nimium laxæ videntur.*

I. PRæter theses ab Ecclesia damnatas in fidei negotio, plurimæ occurrunt in quorumdam Auctorum libris, quæ, ut ego quidem arbitror, nimium ab evangelica morum disciplina declinant. Et quamvis censura ecclesiastica insulta ipsis non sit, non ideo tamen securæ sunt conscientiarum regulæ. Ut igitur Lector easdem facilius eviter, tamquam naufragii scopulos, quasdam illhuc transcribam earum quæ, mea quidem sententia, inter laxas percribi debent.

II. „ Et quidem in praxi existimo numquam, aut rarissime denegandam absolutionem ob doctrinæ christianæ ignorantiam: quia rustici ignorantes non habent commode doctorem, & Confessor potest illos instruere, nec ipli maiorem addiscendi capacitatem habent. “ Thomas Sanchez *Lib. II. Sum. cap. 111. n. 21.* Hæc propositio parum distare videtur ab hac proscripta: *Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei.* Adiicit ibidem. „ Immo (ut n. 23. dicemus) hæc perfecta instructio non est necessaria ad eos absolvendos. “ Numero autem 23. hæc subdit. *Immo in rigore, & si pœnitens bona voluntadine utatur, non tenetur Confessarius eum instruere, procurando ut nunc addiscat* &c. Quam sit falsa & laxa hæc doctrina, indicent sapientes. Neque enim ego censorem ago, sed Theologum monitorem.

III. „ Dum infidelis sibi persuasum habet, suam sectam esse probabilem, quamvis contrarium sit probabilior, teneretur utique in articulo mortis constitutus veram fidem, quam probabiliorem iudicat, amplecti, ut pote qui in eo articulo est constitutus in quo de extrema salute agitur, ac proinde partem quam tutiorem, & probabiliorem iudicat, amplecti tenetur; at extra eum articulum non tenetur: quod adhuc prudenter existimet, se posse in sua secta perseverare, tempusque rei melius examinandæ superest. Adde, mysteria fidei tam sublimia esse, ac christianos mores adeo carnis & sanguinis legibus repugnare, ut non quævis maior probabilitas sufficiens reputetur ad inducendam credendi obligationem. “ Thomas Sanchez *Lib. II. Decal. cap. 1. n. 6.* Moya *Part. II. ad tract. VI. oppon. disp. V. quæst. 2.* Hæc doctrina Pyrrhonismum invehit in Religionis negotium. Vide *infra cap. X. num. 10.*

IV. „ Eo assensu semel habito, præceptum hoc affirmativum fidei *per se directe* amplius non obligat . . . . . quia ex una parte nullum potest assignari tempus certum & determinatum neque Christi, neque Ecclesiæ lege, quo per se directe obligaret præceptum fidei, quo ad actum internum . . . . . ideo Christus Dominus prudenter creditur non voluisse imponere præceptum per se distinctum fidei. “ Patritius Sporer *tract. II. in Decal. cap. II. sec. 3. §. 3.* Vide infra *cap. X. n. 17.*

V. „ Puto per se, & directe numquam obligari fideles ad credenda prædicta mysteria nec implicite ex vi necessitatis præcepti fidei. “ Tamburinus *Lib. II. in Decalog. cap. 1. §. 1. num. 9.*

VI. „ An obliget *per se* præceptum fidei ad actu credendum semel in singulis annis? . . . . Probabilius certe respondeo, non obligare; quia non est unde talis obligatio colligatur. “ Leander a SS. Sacramento *tract. II. de fide disput. II. quæst. XXXVII.*

VII. „ Probabilius respondeo, hoc divinum præceptum *nullo modo obligare per se* aut ex vi ipsius præcepti ad eliciendos actus fidei in articulo mortis: quia nec ratio, nec textus aliquis cogit ad oppositum asserendum. “ Idem Leander *tract. II. in Decal. cap. II. sec. 3. §. 3. n. 19.* & alii.

VIII. „ Immo existimo satis probabile, ex magna causa, v. g. ad evitandam mortem, victoriam ab hostibus reportandam, posse Christianos uti veste instituta ad profitendam falsam sectam, v. g. veste sacerdotali Turcarum, vexillo ubi depictus sit Mahometus. “ Antonius a Spiritu Sancto *tract. I. disp. I. sec. 6. n. 26. pag. 4.* Vide *infra cap. XIII. n. 15.*

IX. „ Rustici, aliique homines simplicio-

„ res in Germania, qui hæretici habentur, „ & tamen pertinaces non sunt, possunt ab„ solvi a suis parochis. Ratio est, quia non „ sunt hæretici formales, habentque fidem „ catholicam in baptismo acceptam, quæ non „ perditur, nisi errando pertinaciter. " Busembau apud La-Croix *Lib. II. cap.* IV. *dub. 3. n. 5.* Vide infra *diff.* II. *cap.* XIII. *n.* 16.

X. „ Etiam facta promulgatione Evange„ lii non est necessaria necessitate medii no„ titia explicita Trinitatis, aut mysterii In„ carnationis, sed solum præcepti, atque „ adeo contingere alicui potest salus, quin „ explicite cognoscat Filium Dei incarna„ tum fuisse, & pro nobis passum. " Castropalaus *Tom. I. tract.* IV. *disp.* I. *punct.* 9. *num.* 7.

XI. „ Dubius in fide dubio voluntario, „ sed mere suspensivo, hæreticus non est. " Torrecilla *Tom. I. Sum. tract.* III. *disp.* I. *cap.* I. *sect.* 10. *num.* 144.

XII. „ Ut quis tamquam hæreticus ha„ beatur in foro interno, opus est ut cogno„ scat, & advertat in opinione sua protedere „ contra quod definitum est ab Ecclesia, ejus auctoritatem contemnens. " Torrecilla *T. I. Sum. tract.* III. *disp.* I. *cap.* I.

## CAPUT III.

*Multiplex fidei acceptio: eiusdem vera notio, divisio, atque obiectum, conditionesque illud comitantes.*

I. PLurimæ sunt fidei acceptiones, quarum aliquas hic indicabimus. I. Fides veracitatem, seu sinceritatem prodit. II. Pro fidelitate, seu promissione usurpatur, juxta illud I. ad Timoth. v. *Primam fidem irritam fecerunt*; ideest, sponsionem Deo datam violaverunt. III. Pro conscientia, seu persuasione sumitur: quo in sensu aliquis bonæ, aut malæ fidei possessor appellatur. Hinc ad Rom. XIV. dicitur: *Omne quod non est ex fide, peccatum est*. Quidquid enim quod conscientia, seu ratione non dictante fit, peccatum est. IV. Fides rem ipsa credendam, seu obiectum fidei significat. Quapropter in Symbolo quod Athanasii dicitur, eiusmodi habentur. *Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit*. Fides hoc loco doctrinam, articulosque credendos præfert. V. Fides accipitur pro assensu quem ob alicuius testimonii auctoritatem præstamus. Si testimonium humanum est, fides itidem humana dicitur; & hæc fides fallibilis est, quia nititur testimonio fallaci. Si testimonium divinum sit, divina fides nuncupatur; eslque firma, & infallibilis. VI. Aliquando fides pro fiducia usurpatur: *Postulet in fide nihil hæsitans*: Iacob 1. & Evangelista Matthæus cap. XXI. *Si habueritis fidem, & non hæsitaveritis*. Non negaverim tamen eiusmodi textus etiam pro fide proprie consideratа usurpari posse.

II. De fide theologica, a spe aliisque virtutibus distincta, nobis in præsentia sermo est. Huius fidei hanc tradit notionem D. Paulus ad Hebr. XI. *Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium*. Hanc D. Pauli definitionem sic explicat Angelicus 2. 2. quæst. IV. art. 1. *Fides est habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus*. Alias ibi definitiones prodit: nempe Augustini dicentis: *Fides est virtus qua creduntur quæ non videntur*: tract. XL. in Ioan. & Damasceni inquientis Lib. IV. cap. XII. *Fides est non inquisitivus consensus*. Communis, quæ nunc obtinet, definitio hæc est: *Fides est habitus infusus, quo firmiter assentimur veritatibus a Deo revelatis, & ab Ecclesia propositis*. Fides itaque theologica uni auctoritati divinæ veritatis revelantis innititur. Hæc autem divina revelatio per Ecclesiæ propositionem nobis constat. Quæ porro Deus revelavit ut credantur, in divina Scriptura continentur, aut traditione apostolico-divina absque verbo scripto.

III. Partitur hæc fides in *actualem*, & *habitualem*. *Actualis* est assensus supernaturalis firmus, & certus, omnem excludens dubitationem, datus rebus a Deo revelatis propter Dei revelantis auctoritatem. *Habitualis* est virtus infusa quæ nos permanenter habiles reddit ad eliciendos actus fidei cum auxilio gratiæ actualis. Item partitur in *formatam*, & *informem*, seu vivam, & mortuam. Fides *formata*, & viva illa est quæ gratia habituali, & caritate alitur, & fovetur, quæque per dilectionem operatur, fructuque edit vita æterna dignos. *Informis* est quæ gratia habituali, & caritate destituitur. Illa in iustis, hæc in peccatoribus reperitur. Tandem alia est *fides explicita*, alia est *implicita*. Illa dicitur *explicita*, qua creditur articulus expresse a Deo revelatus; ea vero appellatur *implicita*, qua assentimur alicui articulo revelato, non sub propriis terminis, sed in altero articulo. Credis explicite mysterium resurrectionis, & in eo implicite iuxtorum in vitam æternam resurrectionem. Ita communiter Theologi. Utrumque tamen articulum fide explicita nos credimus. Hæc proinde divisio obiectiva potissimum est, quatenus unum obiectum implicite revelatum est in alio expresse revelato; & dum credo unum explicite, aliud simul implicite credo. Ceterum hoc idem implicite revelatum explicito assensu credere possum.



IV. Obiectum fidei illud dicitur quod menti credendum proponitur. Duplex est *materiale*, & *formale*. Obiectum *materiale* appellari etiam solet obiectum *formale quod*, quatenus distinguitur ab obiecto *formali quo*. Illud est res omnis quæ creditur; hoc vero est ratio formalis *sub qua* creditur. Obiectum *materiale*, seu *formale quod* fidei primarium est Deus; cetera omnia revelata, sunt obiecta secundaria. De hoc infra cap. VII. Obiectum *formale quo*, seu ratio cur credimus, est prima veritas obscure revelans. Ratio cur solus Deus sit obiectum *formale quod*, seu materiale primarium, perspicua est: quoniam fides per se primo Deum attingit, illiusque notitiam inquirit; cetera vero omnia attingit, quatenus Deum respiciunt aut tamquam principium a quo proficiscuntur, aut tamquam finem ad quem redeunt. Audiamus Angelicum 2. 2. quæst. 1. art. 1. *Si consideremus materialiter ea quibus fides assentit, non solum est ipse Deus, sed etiam multa alia, secundum quod habent aliquem ordinem ad Deum, prout scilicet per aliquos Divinitatis effectus homo adiuvatur ad tendendum in divinam fruitionem. Et ideo ex hac parte etiam obiectum fidei est quodam modo veritas prima, in quantum nihil cadit sub fide, nisi in ordine ad Deum*. Altera porro pars, nempe quod sola prima veritas obscure revelans sit obiectum *formale quo*, seu ratio sub qua, fidei theologicæ, aque clara est, & evidens. Assensus namque fidei certus firmusque est: certo ergo, atque firmo testimonio innitatur oportet. Solum autem testimonium divinum, seu divina veritas nec fallere, nec falli potest. Ergo fides theologica soli divinæ veritati revelanti assentitur, quemadmodum solum Deum primo & per se credit. Hinc colligo quam merito proscripta sint ab Innocentio XI. propositiones 19. & 20. quas *cap.* 1. *num.* 5. & 7. descripsi.

V. Inter conditiones quæ fidei obiectum comitantur, potissima, & absolute necessaria est catholicæ Ecclesiæ propositio. Ecclesia namque organum est, & instrumentum quo Deus hominibus suam patefacit voluntatem, suaque referat arcana. *Innititur enim fides nostra* ( inquit Angelicus I. Part. quæst. 1. art. 8. ad 2. ) *revelationi Apostolis, & Prophetis factæ, qui canonicos Libros scripserunt; non autem revelationi, si qua fuit facta aliis Doctoribus*. Revelationes igitur divinæ privatis fidelibus factæ minime pertinent ad obiectum fidei theologicæ. Porro, ut nobis constet quæ Deus omnibus credenda revelavit, catholicæ Ecclesiæ voce opus est. In divinam ergo revelationem, tamquam in suum verum ac unicum principium, seu rationem formalem, fides resolvitur; in auctoritatem vero Ecclesiæ, tamquam in conditionem sine qua nobis constare certo non potest aliquem articulum esse a Deo revelatum. Verum hoc de argumento haud expedit nunc longiorem habere sermonem. Secunda conditio est certitudo adeo firma, ut quamcumque dubitationem formidinemque excludat. Tertia est obscuritas: visio enim, & claritas fidem non patiuntur.

VI. Triplicem fidei actum, iuxta triplicem ordinem quo fides theologica Deum spectat, distinguit D. Thomas 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 2. nempe *credere Deo*, *credere Deum*, *credere in Deum*. Vel enim respicimus Deum tamquam obiectum *formale quo*, seu cui innititur fides, & cuius ratione credimus ea quæ credenda sunt; & hoc modo *credimus Deo*. Vel inspicimus Deum tamquam obiectum *materiale quod* creditur; & tunc *credimus Deum*. Vel tandem aspicimus Deum, quatenus intellectus a voluntate motus in ipsum ceu in ultimum finem tendit; & hac via *credimus in Deum*. Hunc actum credendi *in Deum* elicere quoque peccatores, quamvis imperfecte, certum est. Omnes namque fideles, sive iusti, sive impii recitant Symbolum *Credo in Deum*.

## CAPUT IV.

*Fides ad salutem necessaria, non est peculiaris certaque fiducia, qua quis credat sibi esse remissa peccata, vel se ad æternam beatitudinem esse prædestinatum.*

I. DElibatis fidei notionibus, & quo in sensu fides theologica accipienda sit, ob oculos posito, præcipuus nunc Lutheranorum, atque Calvinistarum error ad examen revocandus est. Hanc quippe methodum nobis præstituimus, Catholicos scilicet non modo in morum regulis instruere, verum etiam adversus hæreticorum crassas aberrationes brevi quadam velitatione, veluti per transennam, occasione data munire. Porro capi-

capite is Protestantium error, atque omnium hæreſium veluti ſcaturigo, in hoc ſitus eſt, quod doceant, fidem chriſtianam nihil aliud eſſe quam fiduciam certam, firmamque, qua Chriſtiani credunt ſibi remitia elle peccata. In hac fiducia totam juſtificationem collocant. Animos, inquiunt, ſumat peccator, quantumlibet ſceleribus, & flagitiis graviſſimis inquinatus; confidat, certoque credat virtute meritorum Chriſti ſibi condonata eſſe crimina; & continuo licet nix dealbata eſt anima ejus. Quid ad peccatorum horrorem tollendum validius, quid ad impellendos homines in delictorum perpetrationem efficacius, quid ad divinæ juſtitiæ timorem excutiendum fortius excogitare dæmon unquam potuit? Et reapſe, hoc poſito principio, pœnitentiæ virtutem, remiſſa, opera laboriola de medio ſuſtulerunt Proteſtantes, totamque juſtificationis noſtræ œconomiam ſalſedque perturbarunt.

II. Calvinus *Lib. III. Inſtit. cap.* XI. quæſtionem hanc *præcipuum eſſe ſuſtinendæ Religionis cardinem* ſcribit. Plures textus adducit ſacros, ut ſuam firmet hæreſim. Deinde *num.* 19. *loc. cit.* ſic effatur. *Tam perſpicit lector, quantæ aquitate doctrinam noſtram boni ſophiſtæ cavillentur, quum dicimus hominem ſola fide juſtificari. Fide juſtificari hominem, quia toties in Scriptura recurrit, negare non audent; ſed quum nuſquam exprimatur ſola, hanc adnectionem fieri non juſtinent. . . . Hic ingenioſum ſubterfugium habent: quod tamen ſe non excogitaſſe ipſi, ſed ab Origene, & quibuſdam veterum ſumpſerunt, ineptiſſimum tamen eſt. Opera legis cæremonialia excludi garriunt, non moralia. Sic proficiunt aſſidue rixando, ut ne prima quidem dialectica elementa teneant.* Audillin ſupercilioſi hominis jactantiam, & impudentem veterum Doctorum contemptionem? Origenem, ceteroſque veteres Catholicorum ſententiam docere, ipſa cogente veritate, fatetur. Sed antiquam doctrinam, qua Patres, & Catholici aſſerunt, opera cæremonialia legis excludi a juſtificatione impii, ſecus opera vi gratiæ divinæ parta, ceu ineptiſſimum perfugium reicit. Contendit quippe *ſolam* fidem ex impio juſtum efficere, univerſo Scripturarum, & veterum Patrum choro reclamante. Quid quod ipſe numero ſequenti, velit, nolit, ſibi minime conſtans, concedit non quamcumque fidem, ſed ſolam fidem quæ per dilectionem operatur, juſtificationem efficere? En eiuldem verba loc. cit. num. 20. *Ac fruſtra etiam frivolam ſubtilitatem capiant, inſiſticari nos ſola fide quæ per dilectionem operatur, ut nitatur caritate juſtitia. Patetenim quidem eum Paulo non aliam fidem juſtificare quam illam caritate efficacem; ſed ab illa caritate efficacia juſtificandi vim non ſumit.* Hoc probandum Calvino incubuiſſet. Si enim Paulo conſtetur ſolam fidem quæ caritate operatur, peccata delere; cur cum eodem Apoſtolo caritati primas in hoc negotio partes non tribuit? Negare ne auſit Calvinus, D. Paulum ubique caritatem ſupra ceteras omnes virtutes, & ſpeciatim ſupra fidem, ſpemque extollere? An non clamat Paulus, nihil ſibi prodeſſe neque fidem, neque myſteriorum ſcientiam, neque corporis incendium, neque pauperum ſolamen, ſi caritate non ardeat? *Et ſi habuero prophetiam, & noverim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. . . . Nunc autem manent fides, ſpes, caritas, tria hæc; major autem horum eſt caritas.* I. Cor. cap. XIII. Si conceptis verbis Paulus teſtatur, ſe *nihil eſſe*, ſibi *nihil prodeſſe* fidem, etſi adeo viva, & firma eſſet, ut montes alio transferret, ſi caritate caret: qua fronte, quo auſu effutit Calvinus fidem a caritate vim, & efficacitatem non ſumere? Non vacat nunc innumeros Scripturarum textus afferre ad retundendam Calvini effrontem audaciam. Alibi hoc præſtabimus, ubi nempe de juſtificatione ſermo recurret. In præſens paucis rem omnem perſtringam.

III. Fides ergo theologica eſt aſſenſus omnibus a Deo revelatis præſtitus ob auctoritatem divini teſtimonii. Fiducia de ſingulari Dei miſericordia qua ſibi quiſque promiſſiones divinas de peccatorum remiſſione applicat, ſi timorem divinæ juſtitiæ comitem habeat, actus ſpei eſt, ad juſtificationem utique neceſſarius, minime vero juſtificationem efficiens. Quin ſi timorem, dubitationemque excludat omnem, ut hæretici contendunt, non ſpei, ſed præſumptionis actus eſt. Quapropter ſanctum Dei verbum non modo non præcipit fiduciam, qua quis credat, & firmiſſime confidat, ſibi eſſe remiſſa peccata, ſed e contrario potius admonet ſemper timendum, verendumque de æterna ſalute. Audi ſanctiſſimum Iobum, quem intimus conſcientiæ index nullius, vel levioris, culpæ redarguebat, cuncta ſua opera verentem:

*Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignoravit anima mea . . . verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti*: cap. IX. Verum habet, reponet Calvinus, quod Iob non Dei miſericordiam quæ fiduciam excitat, ſed ſua opera quæ timorem merito incutere debent, ſpectabat. Ita ne vero? Audi ergo Eccleſiaſticum ita cavillum tuum repellentem cap. V. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque additas peccatum ſuper peccatum; & ne dicas: Miſericordia Domini magna eſt, & multitudinis peccatorum meorum miſerebitur.* Vetat ergo Spiritus ſanctus ne vitam tranſigamus ſine metu de eo peccato quod condonatum nobis a divina miſericordia confidimus. Adducant Calviniani, & Lutherani aliquem textum qui fiduciam remiſſi peccati abſque ullo timore præcipiat. Nos interim alium inter ſexcentos efferimus, qui timorem, pavoremque commendat: ita namque loc. cit. cap. IX. *Sanctus juſti, atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen neſcit homo utrum amore, an odio dignus ſit; ſed omnia in futurum reſervantur incerta.* Adeo hæc perſpicua ſunt, ut nulla valeant cavillatione eludi. Plurima alia ex Scripturis, innumera ex Patribus afferre poſſem in medium; ſed præſtituta brevitas non ſinit. Promam dumtaxat quæ de hac re Synodus Tridentina definivit *ſeſſ.* VI. *cap.* IX. ſequentibus canonibus.

*Si quis dixerit, fidem juſtificantem nihil aliud eſſe quam fiduciam divinæ miſericordiæ peccata remittentis propter Chriſtum; vel eam fiduciam ſolam eſſe qua juſtificamur; anathema ſit.*

*Si quis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequendam neceſſarium eſſe ut credat certo, & abſque ulla hæſitatione propria infirmitatis, & indiſpoſitionis peccata ſibi eſſe remiſſa; anathema ſit.*

*Si quis dixerit, hominem a peccatis abſolvi, ac juſtificari ex eo quod ſe abſolvi, ac juſtificari certo credat; aut neminem vere eſſe juſtificatum, niſi qui credat ſe eſſe juſtificatum, & hac ſola fide abſolutionem, & juſtificationem perfici; anathema ſit.*

*Si quis dixerit, hominem renatum, & juſtificatum teneri ex fide ad credendum ſe certe eſſe in numero prædeſtinatorum; anathema ſit.*

*Si quis magnum illud uſque in finem perſeverantiæ donum ſe certo habiturum abſoluta, & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali revelatione didicerit; anathema ſit.*

IV. Obiiciunt plures ex ſacra Scriptura textus Calviniſtæ, & Lutherani. D. Paulus ad Rom. VIII. *Ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod filii Dei ſumus. . . . certus ſum quia neque mors, neque vita &c. neque creatura aliqua poterit nos ſeparare a caritate Dei.* Hinc colligere licet viris juſtis moralem, ſeu probabilem quamdam certitudinem propriæ æternæ ſalutis. At certitudo iſthæc nequaquam ad fidei theologicæ firmitatem pertingit, ſed formidini, & hæſitationi immixta eſt. Spiritus ſanctus teſtimonium juſtis reddit quod filii Dei ſint, quando intimus conſcientiæ ſenſus nihil illis adverſus legem exprobrat, nihil regerit; immo tunc interiore affectu fiduciam in Deum excitat, iuxta illud I. Ioannis III. *Si cor noſtrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Juſti, qui divino fervent amore, qui rerum divinarum meditatione lætantur, qui Dei cultum atque honorem pro virili parte promovent, qui animi tranquillitate inter miſeriæ hujus vitæ fluctus perfruuntur, qui non modo a peccatis abſtinent, omnemque, quantumlibet levem, offenſam cane peius, & angue odio habent; ſed in via Domini quotidie proficiunt, atque reluctante carne, & reclamantibus ſenſibus ad virtutis faſtigium conſcendere adnituntur: juſti, inquam, hujuſmodi internam quamdam peculiarem fiduciam experiuntur ſalutis, & cæleſti dulcedine, & ſuaviſſima quadam teneritudine tanguntur, ipſius Spiritus ſancti inhabitantis opera, ut nemo inficiatur. Sed ſubdit Apoſtolus I. ad Cor. IV. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum.* Siquidem remanet ſemper verendi fundamentum, ſint ne eiuſmodi affectiones, deſideria, conatus, Spiritus ſancti motiones, an ſenſuum noſtrorum illuſiones. Simiam ſæpe agit amor noſtri, & divini amoris non raro effingit prærogativas. Sæpe nobis ipſi illudimus, & mala bona dicimus. Plures ergo ſimiles textus verbi Dei hac ratione interpretandi ſunt, quod ſcilicet juſti viri probabiliſſimam certitudinem habere ſuæ æternæ ſalutis valent; ſecus firmam, quæ dubitationem, timoremque excludat. Sic ratio, ſic Patrum, & Conciliorum auctoritas intelligere, quos opponere ſolent Calviniſtæ, textus nos edocent. Pudeat ergo Novatores iſtos adverſus univeriam antiquitatem claſſicum canere.



CA-

## CAPUT V.

*Quæ fide theologica credenda ab Ecclesia proponuntur, evidenter credibilia sunt.*

I. UT expositæ propositio clarius percipiatur, distinguamus oportet id quod est evidenter verum, ab eo quod est evidenter credibile. Veritas aut ipsa, aut per sua prædicata essentialia & intrinseca intellectui se prodat necesse est, ut evidenter sciatur. Illud vero credibile dicitur quod prudentem fidei assensum sibi meretur. Si argumenta quæ evincunt rem dignam esse ut credatur, urgentia sunt, & maxima; res illa dicitur evidenter credibilis. Cum evidentia veritatis numquam reperitur falsitas; secus cum evidentia credibilitatis. Plures enim testes possunt quidpiam efficere evidenter credibile quod tamen simul esse quit: quoniam testes vel falli, aut fallere valent. Hoc accidit in humanis, minime in divinis, in quibus testimonium Dei errori subesse nequit, neque deceptioni.

II. Probatur propositio exposita. Illud est evidenter credibile quod luculentissimis pluribusque argumentis ostenditur dignum esse ut fidei assensus eidem adhibeatur. Eiusmodi sunt veritates fidei catholicæ. Ergo sunt evidenter credibiles. Minor propositio ostendenda est. *Testimonia tua* (inquit regius Vates Psal. XCIII.) *credibilia sunt nimis*. Sed melius evinci propositio nequit quam argumenta recensendo quæ credibilitatem articulorum fidei præferunt.

III. *Primum* est Prophetarum vaticinia, quibus Religio christiana, eiusque institutor Christus Dominus prænuntiatos fuit. Legantur prophetiæ Iacob, Danielis, & Isaiæ, in quibus talem quisque inveniet Servatorem nostrum *Iesum Christum*, qualem nobis repræsentant Evangelistæ.

IV. *Secundum* est eiusdem fidei propagatio per universum orbem: quæ sane propagatio, si serio expendatur, vi efficacissima mentem impellit ad assentiendum huic Religioni. Hæc namque mysteria proponit, humanæ rationi impervia, quæ mentem non afficiunt, sed potius animum obtundunt, terrentque. Eiusmodi tamen arcana, non armorum ritu, non divitiarum copia, non eloquentiæ lenocinio, non voluptatum illecebris, sed a duodecim piscatoribus rudibus, imperitis, sola paupertate, humilitate, rerum omnium penuria instructis, prædicata sunt. Quam rationem exponit Paulus Apostolus I. Cor. 1. *Videte, fratres, vocationem vestram, quod non multi potentes secundum carnem, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret.* Accedit quod Religio christiana tam sublimis, tam carni & sanguini infesta, annuntiata sit auditoribus ab eadem summopere aversis; nempe Iudæis obduratis, Ethnicis idolorum cultui addictis: &, quod omnium maximum est, propagatio facta fuit, Regibus, Imperatoribus, supremisque mundi Rectoribus obsistentibus; quique, ut prædicationem impedirent, nullum non moverunt lapidem, nullumque cruciatum, nullum tormentum otiosum reliquere. Sed omnia irrito conatu ceciderunt: & idololatria, quæ post diluvium universum mundum, parvo angulo excepto, invaserat, quæ ubique vexillum erexerat, Principum, & Regum, ac nationum cultu, & obsequio præfulgens, unius crucis, quæ paulo ante ludibrio habebatur, virtute pulsa, ac tenebrarum obscuritate sepulta fuit: & crucem ipsam venerari, Hominemque Deum Christum ut legislatorem, generisque humani servatorem, colere cœperunt, non modo rudes, pauperes, ignobiles, sed viri sapientes, præstantissimi Philosophi, præclarissimæ feminæ, urbium Magistratus, provinciarum Præfecti, Tribuni, Duces, Principes, ac tandem Reges, & Imperatores. Nonne ergo *a Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?* Psalm. CXVII.

V. *Tertium* credibilitatis indicium est Religionis christianæ sanctitas, quæ dogmatum veritate, & legum iustitia constat. Dogmata quæ credenda Religio hæc proponit, alia ratione investigari queunt, alia rationis obtutum superant. Quæ ratione attinguntur, adeo mentibus nostris præiudiciorum vacuis consentanea sunt, ut a nemine reipsi possint. Omnia siquidem quæ Deo adscribit, nempe unitatem, sapientiam, immensitatem, iustitiam, bonitatem, misericordiam, ceteraque perfectiones, rationi consentanea sunt, & Divinitatem produnt. Quænam Religio unquam tam alte de Deo sensit ac christiana? Quænam Numini tam excelsa, tam sublimia attributa adscripsit? Omnia tum Philosophorum, tum Poetarum gentilium elogia, quæ suis panxere idolis, nugæ sunt, & ineptiæ, si cum iis conferantur quæ Prophetæ nostri uni vero Deo cecinerunt. Quæ porro ra-



tationem excedunt, rationi congruunt. Quid namque rationi conformius quam ea de Deo credenda proponere quæ humana comprehendere mens nequit? Solus Deus seipsum plene cognoscere valet, quia solus est infinita præditus mente, & intelligentia. An ne infinitus foret, & immensus, si finitum ingenium hominis, angustaque mens sua vi, & cognitione illum æquaret? Latent ergo in Deo arcana, perfectiones, & mysteria, quæ solo lumine divinitus influo attingi queunt; quæque vel ob hoc sibi adsciscent obsequium nostrum quod mentis nostræ limites infinite excedant: nihil tamen præterunt quod rationi nostræ repugnent.

VI. Quam autem honestæ, sanctæ, piæque sint leges quæ, ut mores actionesque informent, præscribuntur a christiana Religione, multis explicare non est opus. Quæ institutio purior, sanctiorque ea quæ in primis Deum super omnia diligere, & proximum eodem ac nosmetipsos amore prosequi iubet? Quæ omnem dolum, fraudemque in verbis, factisque, quæ mendacia, furta, adulteria, fornicationes, impudicitias, iniurias, cunctique inhonestatis imaginem execratur: quæ non modo peccata, vitia, crimenque omnia externa, sed etiam cogitationes pravas, omnisque internas animi machinationes minus rectas vetat, & detestatur: quæ cordis, animique puritatem, carnis, & rebellium appetitionum mortificationem præscribit: quæ denique iubet bonum pro malo rependere, nedum offensoribus parcere, pro persequentibus orare, pietatis & misericordiæ officia erga omnes, cum amicos, tum inimicos, exercere, omniaque & animi, & corporis actiones ad Dei gloriam referre. Si Religio illibate ubique honestatem, pietatem, æquitatem, ac sanctitatem redolet; sancta, & honesta in seipsa sit necesse est, si honesta, & sancta, ergo a Deo est: & si a Deo est, digna ergo ut credatur.

VII. *Quartum* credibilitatis argumentum est immensa prodigiorum multitudo. Miraculis namque concepta, & parta est christiana Religio. Quis enumerare sufficiat miracula quæ Christus patravit? Cæcis visum, surdis auditum, infirmis sanitatem, morbis vitam restituit. Horum miraculorum testes oculati exiterunt Apostoli. Quid enim illos tam arcto vinculo devinxisset mortuo, ut mortem pro illius fide opperirent? Quid ab eo aut sperare hic in mundo, aut timere poterant? Erat ne quidquam terrenæ felicitatis quod eos in illius obsequium inducere posset? Deum ergo illum habebant, a quo æternam in cœlis beatitudinem sperebant. Quid quod eiusmodi miracula omnibus prædicabant? Falsa hæc si fuissent, fallitatis, & impudentiæ victi illico fuissent. Accedit quod Magistri miracula prædicantes, & doctrinam, innumeris miraculis confirmabant, ut testatur Marcus cap. ult. *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Quid multa? Ipsi miracula ita quodammodo videmus. Nam præter alia plura mundi conversionem spectamus. Omnium autem prodigiorum maximum foret, si absque miraculis orbis terrarum Christo crucifixo fidem adhibuisset. Hoc argumentum fuse pertractat Augustinus *Lib. XXII. de Civ. Dei cap.* v. ubi sic concludit: *Si vero per Apostolos Christi, ut eis crederetur resurrectionem, atque ascensionem prædicantibus Christi, etiam ista miracula facta esse non credunt; hoc unus unum grande miraculum fuerit, quod ea terrarum orbis sine ullis miraculis credidit.* Capite vero VIII. eiusdem Libri fulius hoc de argumento loquitur. *Quisquis* (inquit) *adhuc prodigia, ut credat, inquirit; magnum est ipse prodigium, quod, mundo credente, non credit.* Plurima ibidem miracula recenset, quorum ipse ex oculorum testem tum Mediolani, tum Carthagine fuisse fatetur.

VIII. *Quintum* credibilitatis argumentum est testium dignitas omni exceptione maior. Quod ut a suo principio repetam, observandum est, unicam semper fuisse Dei Ecclesiam & Religionem; quamvis varios status, modosque subierit. Antiqua Iudæorum tropis, figurisque picta novam Christianorum portendebat sortem, cælestemque Messiam innumeris symbolis præferebat. Porro Iudaicæ Religionis primus testis simul, & scriptor fit Moyses. Hic scriptis consignavit Religionis divinæ vestitatem. Epochas, momentaque adeo perspicua punit, ut cuiusque decepionis suspicionem excludat. Quæ priores epochæ, mundi creatio, & aquarum diluvium, tam propinquæ sunt, ut, longæva hominum ætate spectata, una alteram tangeret, earumque memoria tempore quo Moyses scribebat, recens esset. Siquidem *Sem*, finetro tempora spectemus, agnovit Lamec, qui Adam fuit allocutus. Si posteriores respiciamus ætates, idem *Sem* vidit Abraham. Hic vidit Iacob, qui Moysis amicos cognovit. Patriarcharum vitæ, tot annorum plenæ, eorumque genealogiæ erant annales, seu historiæ cuiusque impostoræ expertes. Si quid narrasset Moyses minus verum, extemplo fallitatis reus revinci potuis-

potuillet. Nam quatuor aut quinque hominum, qui se mutuo agnoverunt, ætate tota concludebatur historia. Nullam ergo patitur Moysis narratio exceptionem. Quin ex ipsa historia validissima eruuntur argumenta quæ eamdem fide dignam, veramque produnt. Primo gentis suæ, suæque familiæ, ac tribui delicta, & flagitia, non secus ac virtutes, patefacit. Deinde innumera, ac stupenda quæ narrat miracula in legis hæc confirmationem, nulli sunt obnoxia cavillo. Nam quod tube in montem translatus fuerit; quod illic quadraginta diebus moratus sit; quod eius facies in legis promulgatione solaribus velut radiis splenduerit; quod emicuerint fulgura, & tonitrua, fragoresque aures perculerint populi; quod hiscendo Core, Dathan, & Abiron, impiaque factionis exitio, illius auctoritas vindicata fuerit; quod lapis bis percussus aquas emiserit; quod manna de cælo ad illius precationem depluerit: sunt hæc, & alia plura, quæ omittuntur, momenta, quæ Dei Prophetam Moysem evincunt. Nam hæc prodigia ipsis rerum spectatarum oculatis testibus Moyses narravit, atque pro concione publicavit. Populus toties ingratitudinis, rebellionis, aliorumque scelerum reus convictus, improperasset suo legislatori, si quid vel minimum falsitatis ille enuntiasset. Neque artibus magicis tribui hæc portenta queunt; quis enim suspicari magum ausit Moysem, qui tantopere ab hac superstitione abhorruit, ut lapidibus obrui præceperit qui magos, ariolosque consuluisset? Quid, si eventa recenseremus quæ prædixit, quæque prophetiæ responderunt, & quæ dæmones ipsos latebant?

IX. Ceteri Prophetæ sunt quoque testes divinæ, veraque Religionis, eorumque prædictiones eventis comprobatæ divinitus revelatam ostendunt Religionem. Isaias urbis excidium, populique exilium, ac eiusdem libertatem Cyri opera asserendam vaticinatus est. Jeremias itidem populi captivitatem, eiusdemque liberationem prædixit. Quid de Ezechiele, Daniele, aliisque vatibus dicam? Quid de sacris voluminibus in quibus mysteria, & Religionis sanctiones continentur, dicendum? Hæc sane sacra volumina tum Moysis, tum aliorum vatum, cælesti magis providentia, quam hominum industria conservata sunt. Quis insigne Dei opus non agnoscat, quod sacra illa volumina non modo antiquissimorum temporum iniurias superaverint, sed Antiochi, aliorumque tyrannorum sævitiam evaserint, & ad nos usque sarta tecta pervenerint?

X. Porro si novum testamentum spectemus, nova, & inculentissima credibilitatis argumenta occurrunt. Quis inficias ire ausit, Apostolos Spiritu divino edoctos fuisse, qui paulo ante in ipsa plebe contemptibiles, repente de cælestibus mysteriis supra humanum captum differere aggressi sunt? Divinam historiam humili, abiectoque sermone tres Evangelistæ recitant: sed sententias adeo sublimes, & tam alta arcana edisserunt, ut divinitus eos locutos fuisse quisque agnoscere valeat. Joannes vero e sublimi tonans tanta sermonis maiestate utitur, ut quorumlibet fastum contumaciam, superbiamque confundat, deprimatque. Et quod supra modum satis superque eorum doctrinam attollit, illud est quod homines idiotæ illi fuere, qui nihil in hominum schola dicerant. Quid quod Paulus ex servo, & sanguinario hostis in novum hominem converti, subita, & insperata mutatione doctrinam quam prius oppugnaverat, palam asserit?

XI. Apostolorum, aliorumque Discipulorum Christi atrocissima martyria fidei christianæ credibilitatem splendidorem efficiunt. Quid Apostolos impulit ut pro Religione semel suscepta mortem oppeterent? An ne terrenæ cuiusdam felicitatis spes? An ne aliqua fatuæ credulitas? At ipsi testes oculati extitere eorum mirabilium quæ narrabant: ipsi longo tempore Christi conversatione, colloquiis, consuetudine usi sunt: ipsi prodigia quæ de Magistro suo prædicabant, oculis propriis conspexere. An ne tot labores, persecutiones, verbera, dirissimaque tormenta ipsum subiissent, ut hominem crucifixum defenderent, eiusque doctrinam propagaret, nisi cælesti virtute aditi fuissent, nisi futuræ, beatæque vitæ firma ipsis animos eisdem adiecisset, nisi miracula spectassent quæ omnem creatam virtutem superant? Quis ergo doctrinam tantorum testium linguistæ obtemperat, atque testificatam non amplectetur? Quid, si multitudo addatur martyrum qui ex omni ætate, sexu, ætate, & conditione a primis usque Ecclesiæ catholicæ temporibus sævissima supplicia, mortemque acerbissimam invicta constantia, & alacritate pertulerunt; qui caritate eximia suos complexi sunt tyrannos, & carnifices?

XII. Auctoritatem horum testium firmat insignium Doctorum sententia. Siquidem ex fuit divinæ providentiæ ratio in promulgatione christianæ legis, ut primum piscatores, rudes, hominesque terrena destitutos sapientia delegerit ad fidem amplificandam; deinde temporis decursu homines acciverit præstantissimo ingenio præditos, ac omni doctrinarum genere eruditos. Hi toti fuere in meditandis Scripturis, mysteriisque Religionis. In id conatus suos, omnemque industriam contulerunt, ut ostenderent divinam esse Religionem tanta argumentorum multitudine fultam. Eiusmodi fuere inter plures Origenes, Iustinus, Athenagoras, Irenæus, Cyprianus, Basilius, Athanasius, Gregorius, Nazianzenus, Nyssenus, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, ac alii plurimi cuiusque ætatis, ac temporis.

XIII. Plurima alia credibilitatis indicia nunc prætereo, quæ fusiore calamo ab Auctoribus deferibuntur: Ex iis paucis dumtaxat quæ indicata sunt, colligere evidenter nostræ Religionis credibilitatem licet. Nam prædictiones futurorum eventuum, & miracula quæ omnes naturæ superant vires, quæque ad confirmandam christianam Religionem Deus operatus est, illam evidenter credibilem efficiunt. Eventuum qui vaticiniis Prophetarum respondent, universis orbis testis fuit, ut iam indicatum est. Miraculorum Christi testes oculati fuerunt Apostoli. Miraculorum quæ Apostoli patrarunt, testes fuerunt eorumdem discipuli. Prodigiorum vero quæ a discipulis facta sunt, testes exstiterunt focii Christiani; ita ut perpetua fuerint miracula, & perpetui testes omni exceptione maiores. Opus haud est ut fusius rem hanc explicem. Quisque legis christianæ puritatem, sanctitatem, honestatemque fusius exponere valet, quemadmodum & singula credibilitatis argumenta; ut inde, quam sit fide digna Religio nostra, magis magisque ostendat.

XIV. Plura adversus sententiam nostram obiici solent, quæ paucis expediam. I. Religio christiana non pauca credenda præcipit quæ rationi repugnant. II. Mahumetismus brevi propagatus est tempore, quemadmodum Lutheranismus, & Calvinismus, ut plures alias sectas fileam. III. Pagani, & hæretici suos habent martyres, propheras, & miracula.

XV. Ad primum ex iis quæ diximus, responsum patet. Plura proponit christiana Religio quæ capiem humanæ mentis superant, nihil porro quod humanæ rationi repugnet: quin ratio ipsa, dum immensitatem, infinitatemque Dei ostendit, plura in Deo esse docet quæ comprehendi nequeunt. Divina Religionis mysteria, Deique arcana superioris ordinis sunt, quod & naturalis ratio docet: nequit ergo eadem mensura nostra metiri, limitique intelligentia circumscribere, & æquare. Si humanæ mentis vis in iis ipsis deficit quæ sub aspectu cadunt; quid mirum, si circa divina exciuriat? Satis nobis sit nihil unquam ab infensissimis Religionis nostræ hostibus Porphyrio, Celso, Iuliano Apostata, aliisque eiusdem furoris opposui potuisse quod non fuerit solidis responsis confutatum, atque convulsum: idque ex sapientissimis Patrum, Theologorumque Apologiis constat. Secundi argumenti facilior solutio est. Mahumetismus humana arte, & industria partus, auctusque est: quippe vi, armis, ipe prædæ, regnorum cupidine confinia amplificavit. Religio illiace carnalibus appetitionibus tota est contentanea. Contra fides catholica nullo naturali præsidio, nullaque humana cultura nixa, immo frementibus, atque omni conatu reluctantibus mundi Rectoribus propagata est. Lutheranismus, & Calvinismus ad Mahumetismum accedunt. Sacerdotibus uxores concedunt; virginitatem, atque castitatem improbant, Sanctimoniales, religiososque viros a votis solvunt; bona Deo, & Ecclesiæ consecrata surripiunt, & laicis Principibus donant; ieiunia, & quidquid severitatis præscribit in cohibendis sensibus lex evangelica, rejiciunt; regnum spirituale cum temporali confundunt; summumque Pontificatum, non secus ac Pagani, Regibus adiudicant. Quid ergo mirum, si Religio illæc armis, & fraudibus munita, brevi magnam septentrionis partem invaserit? Martyres quos Sectæ iactant, vefana superbia, ac contumax arrogantia, non veritatis, ac Religionis divinæ amor peperit: idque ex istorum martyrum vita, gestisque clare colligitur. Miracula porro quæ tum Pagani, tum hæretici obiiciunt, præstigia mera sunt. Fabulam omnino redolet quod scribit Suetonius de Vespasiano Cæsare, eum nempe sputo cæcum illuminasse, debilemque crure sanasse. Vaticinia Paganorum, dæmonum illusiones fuere. Quæ narrat Philostratus de Apollonio Thianæo, virtutem dæmonis minime superant, ut asserunt Chrysostomus, Augustinus, & Hieronymus, qui Apollonii portenta artis magicæ incantationes fuisse iciunt. Idem de Antichristi futuris prodigiis dicendum. Catholicæ Religionis miracula similia responsa non excipiunt. Hæc namque in dæmonum contemptionem patrata fuere, atque inter preces, & sacrificia vero Deo oblata. Plurima dæmonum superant potestatem, ut permanens mortuorum resuscitatio, futurorum liberorum, cordisque secretorum revelatio. Qui plura cupit, eos adeat auctores, qui ex instituto hanc versarunt materiam.



CA-

## CAPUT VI.

*Inter Religiones quæ Christi Evangelium profitentur, sola Catholica, Romanum Pontificem obediens, evidenter credibilis apparet.*

I. Christianæ Religionis generatim accepimus argumenta hactenus dedimus, quæ eamdem evidentem credibilitatem ostendunt. Quoniam vero plures reperiuntur sectæ quæ Christo, eiusque Evangelio adhærent, quæque a catholica Religione discerptæ sunt; investigare expedit, an sola catholica Ecclesia manifestis credibilitatis argumentis gaudeat. Neque investigatio isthæc ab instituto nostro aliena erit. Quoniam eo spectant conatus nostri, qualescumque sint, ut animarum pastoribus subditis parentes ovibus gregem suum alere, & a lupis voracibus defendere queant. Porro ut tanto defungi munere valeant, haud sufficiunt quorumdam casuum resolutiones, nudaque articulorum fidei cognitio; sed parati sint, & expediti ad rationem fidei suæ exhibendam oportet, ut inquit S. Petrus Epist. I. cap. III. *Paratis semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe.* Et D. Paulus Epist. ad Tit. cap. I. *Oportet enim ut Episcopus potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.* Quod monitum, sive mandatum inculcat ad Timoth. II. cap. IV. *Prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Lege quam Episcopos præscribit Apostolus, omnes Ecclesiæ pastores, qui animarum curam gerunt, sive pastores, qui animarum curam gerunt, devinciri compertum est. Quilibet namque pastor, sive supremus, sive infimus, gregem suum defendere adstringitur. Qua autem ratione defendet, si armis, subsidiisque ad id necessariis destitutus sit? Conlentaneum ergo est ut eam animarum pastoribus doctrinam tradamus qua & alere, & ab hostium aggressibus gregem suum defendere valeant. Verum quid amplius verba damus? Res adeunda est.

II. Ut sententia quam proposui, perspicua fiat, catholicæ Ecclesiæ notionem promamus oportet. Hæc porro est cœtus, seu congregatio Christianorum, qui Romano Pontifici pro tempore existenti, ceu Christi vicario, & universalis Ecclesiæ moderatori, obedientiam profitentur. Signa nunc, seu notæ describendæ sunt quæ solam hanc catholicam Ecclesiam, seu Religionem quam hæc Ecclesia profitetur, veram esse Christi ipsiusmet evidenter ostendunt.

III. Quatuor sunt notæ quibus Concilium Nicænum primum in suo symbolo Christi Ecclesiam insignit. Illam vocat *unam, sanctam, catholicam, & Apostolicam Ecclesiam.* Et ut a prima ordiamur, unitatem Ecclesiæ christianæ colligunt Patres ex Scripturis sacris. Ex Cant. VI. *Una est columba mea:* ex Ioan. VI. *Fiet unum ovile, & unus Pastor:* & I. Cor. X. *Unum corpus multi sumus:* & Ephes. IV. *Unum corpus, & unus spiritus: vocati estis in una spe vocationis vestræ: unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, & Pater omnium.* Hæc autem unitas tum interna est, fidei fœlicet, & caritatis, iuxta illud I. Cor. IV. *Hebetes eumdem spiritum fidei:* tum externa, & oculis exposita, quatenus omnia membra eamdemque sacrorum dogmatum doctrinam unam profitentur, & prout sub uno visibili capite, & pastore, qui est Romanus Pontifex, colligata sunt. Plura enim corpora, nisi uni subdantur capiti, unum minime vocari possunt. Hinc est quod Petri Cathedra centrum unitatis appellatur a Patribus. *Unus eligitur* (inquit Hieronymus Lib. I. cont. Iovinian.) *ut, capite constituto, schismatis tollatur occasio.* D. Cyprianus Lib. IV. epist. X. *Non aliunde hæreses obortæ sunt, aut natæ sunt schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Christi cogitatur.*

IV. Sanctitatis prærogativam veræ Christi Ecclesiæ, omnes, ne hæreticis quidem exceptis, adiudicant. Porro quod sanctitatis splendore Romana fulgeat Ecclesia, ostenditur. Sanctitas quam Ecclesiæ tribuimus, a doctrinæ puritate potissimum petitur, & deinceps ab hominum castissimis moribus. Cursus namque fidelium *gens sancta* nuncupatur I. Pet. II. Sensus tamen haud est quod omnia membra sancta sint, & a peccato immunia; sed quod professio fidei, & doctrina veræ Ecclesiæ eo spectet ut suos professores sanctos efficiat, aptaque sit ad hanc sanctitatem inducendam, plurimoque re sanctos efficiat; quamquam plures sint qui ab hac sanctitate deficiant, quia leges quas professio fidei præscribit, transgrediuntur. Lex enim *Domini immaculata convertens animas:* Ps. XVIII. Porro quod soli Romanæ Ecclesiæ hæc sanctitatis nota conveniat, res est manifesta. Hæc quippe Ecclesia universam Dei legem prædicat, servandamque inculcat: non modo evangelica mandata, sed consilia itidem exequenda proponit. Quid in suis Conciliis, quid in pontificiis Decretis ad formandos fidelium mores præscribit præter regulas illas quas vel ab Apostolis perenni traditione accepit, vel ab ipso verbo Dei scripto hausit? Eiusmodi Concilia, & Decreta, seu Canones pro morum integritate



tate custodienda editos legant nasuti hæreticorum censores, opponantque, si valeant, quidquam in iisdem haberi minus rectum, minusque sanctum. Pudere eos deberet quorumdam Catholicorum depravatos obiicere mores, eosque in Ecclesiæ dedecus regere; ac si nullum esset Ecclesiam triumphantem inter & militantem discrimen. Hæc ago comparatur, in quo paleæ permixtæ frumento sunt, & domo in qua aurea vasa igneis, & fictilibus sunt interposita. Nonne Ecclesia remedia suis infirmis parat? Quo sacramentorum administratio pertinet, nisi ut pœnitentium crimina deleat, fordesque abluat? Sinu ergo suo Ecclesia excipit peccatores, & iustos: hos ut membra viva & sancta, atque ut potissimam cœtus sui portionem; illos ut infirma membra, ignobilioremque partem. Illos cæleſti pabulo reficit, ut adolescant, altiusque semper ascendant; illos secundo pœnitentiæ baptismate a morte revocat, eorumque vulnera sanat, validaque remedia iisdem præscribit, quibus a futuris sibi cavere morbis, altioresque Sanctorum semitas calcare valeant. A sua narivitate ad hæc usque tempora Romana Ecclesia innumeros peperit filios cuiuslibet sexus, status, ætatis, conditionisque, qui mirabili sanctitate effulsere, Sanctorum virorum multitudinem primis Ecclesiæ seculis vel ipsi hæretici concedunt. Eorum vero qui hac nostra trifti, ac calamitosa tempestate vitam ducunt immaculatam, nos ipsi testes sumus. Fatemur utique magnum, maximumque fœlestorum hominum numerum reperiri in hac ipsa sancta Ecclesia. Quid hinc? Propterea ne sancta desinit esse Ecclesia? Num illorum flagitia, sanctorum virorum merita, virtutes, gestaque divina de medio tollunt? Si iniquorum hominum crimina Religionis veritati, & sanctitati officerent, nulla unquam extitisset vera Religio: quoniam numquam post Adæ culpam defuerunt peccatores. Veritas itaque, & sanctitas Religionis a doctrina, & dogmatum quæ ipsa præscribit, sanctitate arcessitur. Ceterum si in vera Ecclesia fœlesti homines reperiuntur, splendent quoque viri sanctitate præditi, quibus caret semper falsa Ecclesia.

V. Aliæ duæ notæ non minus evidenter Ecclesiæ Romanæ comperunt. Nam quod Ecclesia Romana sit catholica, seu universalis, res est manifesta, si quid hoc vox *catholica* significet, clare explicetur. Igitur catholica Ecclesia ea dicitur quæ universas gentes sinu suo excipit. In hoc a Synagoga distinguitur, quæ solos Iudæos complectebatur, ut inquit David Psal. LXXVI. *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.* Loquens vero de futura Christi Ecclesia Psal. II. ait: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Quare licet una semper fuerit Dei Ecclesia, post incarnationem tamen divini Verbi novum veluti statum induit, atque confinia sua amplificavit. Quippe non modo nationibus omnibus finium suorum aperuit; sed reipsa per universum orbem diffusa est, iuxta illud Ps. XVIII. *In omnem terram exivit sonus eorum.* Quamvis postea plurium populorum scelera divinam provocaverint iustitiam, ut lumen veræ fidei illis subduceret, quo alias illustraret nationes; non propterea definit esse catholica: quia non requiritur quod reipsa Ecclesia diffusa semper sit in quamcumque orbis partem eodem tempore, ut catholica denominetur; sed satis est quod omnia tempora comprehendat, & quod temporis decursu per omnes terrarum orbis partes moralis sensim diffusa fuerit, eoque incumbat ut fidem suam omnibus nationibus prædicare conetur.

VI. Quarta prærogativa, quod Ecclesia Romana sit apostolica, ostenditur successione summorum Pontificum a D. Petro ad hæc usque tempora. *Si enim ordo Episcoporum* (inquit Augustinus epist. olim CXLIV.) *sibi succedentium consideranda est, quanto certius, & vere salubriter ab ipso Petro numerantes?... Petro enim successit Linus, Lino Clemens &c.* Optatus Milevitanus Lib. II. cont. Parmen. *Vestræ*, inquit, *Cathedræ originem ostendite, qui vobis vestris sanctam Ecclesiam vindicare.* Et horum prior Tertullianus Lib. de præscript. cap. XXXII. *Edant*, inquit, *hæreticis originem Ecclesiarum suarum, evolvant ordines Episcoporum suorum ita per successionem ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverit, auctorem habuerit, vel antecessorem.*

VII. Plures alios characteres lato calamo describunt Auctores, quibus Ecclesiæ Romanæ veritas palam fit: illius antiquitatem, visibilitatem, universalitatemque suius exponunt. Non quædam dumtaxat libamenta obiter perstringimus, omnesque Ecclesiæ notas ad duas reducimus, nempe ad catholicitatem, & unitatem. Si enim catholica est, apostolica sit oportet. Claudit quippe omnia tempora a suæ institutionis initio usque ad finem. Unitas porro dogmatum, & doctrinæ visibilis sit necessum est. Quomodo enim tot dissitæ nationes in eamdem consentire doctrinam, eadem profiteri dogmata valerent, nisi

extrinsecus omnibus eadem dogmata proponerentur, unumque esset caput cui omnes obedirent, unusque iudex qui omnes dirimeret de eisdem dogmatibus controversias?

VIII. Quod recensitis notis ornata esse debeat vera Dei Ecclesia, nec ipsi hæretici diffitentur; sed has notas Ecclesiæ Romanæ competere pernegant. Nos vero, ut eadem nostræ soli Romanæ Ecclesiæ asseramus, quamcumque aliam Ecclesiam, seu sectam, deiti tutam illis esse, brevissime ostendemus. Et ut a prima Atheorum secta ordiamur, iam in prolegomenis ostensum est, non modo illam nullo pollere credibilitatis indicio, sed esse evidenter falsam. Idem de Polytheistis dicendum: plures enim deos repugnare lumini naturali, evictum ibidem est. Non minus evidenter falsa apparet Deistarum factio, quæ unum quidem Deum admittit, sed colendum esse statuit, prout rationis lumen præscribit, omnesque divinas respuit revelationes. Hoc autem ipsi rationi repugnat. Quandoquidem, si unus est Deus ipsius universi creator, dominus, & gubernator; modus quo colendus sit, & orandus, non nisi ab eodem præscribi potest: quoniam in rebus divinis, cuiusque supremo Numini offerendo cæcutiunt homines, ut paganorum, vel sapientium experientia patet. Si quisque princeps, & dominus regulas quibus a suis colatur subditis imponit, quidni Deus sui cultus, & venerationis mensuram, qualitatem, terminosque definiet, ut confusionis, contrarietatis, & superstitionis occasionem tollat? Quis negare ausit rationi consentaneum esse, ut Deus ipse modum statuat quo a creatura colatur?

IX. Mahumetismum nulla gaudere credibilitatis nota, compertum est. Plurima doctrinæ capita in Alcorano contenta honestati naturali adversantur. Nonne carnales voluptates, uxorum pluralitas, fœdæ libidines, quas Mahumetis secta permittit, vel ab ipsis Ethnicis proscriptæ fuere? Nec in præsentia est ut flagitia, fraudes, dolos, armorumque crudelem sævitiam, quibus parta, amplificataque fuit religio illiusce, describam.

X. Iudaismi religionem post incarnati Verbi adventum falsam evincunt tum prophetiæ impletæ in Christo Virginis filio, tum prophetiæ eiusdem Christi de Iudæorum excidio, de gentilium conversione, deque suæ Ecclesiæ institutione, atque propagatione: quorum omnium eventum universus orbis conspicit, ipsique Iudæi profugi, & per universam terram dispersi, calamitatibusque obruti, testes sunt divinæ erga semetipsos vindictæ, atque hereditatis cælestis olim sibi promissæ ad alienos devolutæ.

XI. Illud nunc superest ut hæreticorum, qui Christum, eiusque Evangelium, divinosque Codices suscipiunt, sectas veræ Ecclesiæ characteribus destitutas ostendamus. Hoc porro ut evincam, de recentibus Lutheranorum, & Calvinistarum sectis sermonem instituam: eadem quippe omnium hæresum ratio est. Antequam vero ultra progrediar, lubet nonnulla ex ipso Calvino illuc transcribere, quibus notas veræ Ecclesiæ confitetur. Esse unam, & catholicam, seu universalem sese probat, in eosque invehitur qui hanc unitatem dissimulant. Inquit ergo Lib. IV. Institut. cap. 1. num. 2. *Nec vero satis est electorum turbam cogitatione animoque complecti, nisi talem Ecclesiæ unitatem cogitemus, in quam nos esse insitos, vere simus persuasi .... Ideo catholica dicitur, seu universalis, quia non duas, aut tres invenire liceat, quin discerpatur Christus quod fieri non potest. Quin sic electi Dei omnes in Christo sunt connexi, ut quemadmodum ab uno capite pendent, ita in unum veluti corpus coalescant: ex inter se compage cohærentes, qua eiusdem corporis membra; vere unum sacti, qui una fide, spe, caritate, eodem Dei spiritu simul vivunt.* Hanc unam universalem Ecclesiam visibilem esse scribit num. 4. *Verum quia nunc de visibili Ecclesia differere propositum est, discamus vel matris elogio, quam utilis sit nobis eius cognitio, immo necessaria .... Extra eius gremium nulla est speranda peccatorum remissio, nec ulla salus teste Isaia, & Ioele.* Hanc externam visibilitatem in prædicatione Evangelii sitam subdit num. 5. *Fidem Deus nobis inspirat; sed eam in Evangelii prædicatione (eodem Paulo teste) depromit, atque explicat. Hoc consilio olim sacros habuit conventus ad Sanctuarium, ut fidei consensum aleret doctrina per os Sacerdotis prolata .... Sicut autem veterem populum non ablegavit ad Angelos, sed Doctores excitavit a terra qui vere præstarent munus angelicum; ita & nos hodie humanitus vult docere. At sicut olim non contentus fuit sola lege, sed Sacerdotes addidit interpretes, ex quorum labiis populus inquireret verum illius sensum; ita hodie non tantum vult nos esse lectionis attentos, sed magistros etiam præficit, quibus opera adiuvemur. Cuius rei duplex est utilitas: nam ab una parte optimo examine obedientiam nostram probat, ubi eius ministros non secus atque ipsum loquentes audimus; ex opposito etiam nostra infirmitati consulit, dum per interpretes humano more nos ma-*



*nuit alloqui, ac ad se allicit, quam tonando ab se abigere .... Quibus autem videtur ex hominum qui vocati sunt ad docendum, contemptu exinaniri doctrinæ auctoritas, hi ingratitudinem suam produnt: quia inter tot præclara dotes, quibus ornavit Deus humanum genus, hac prærogativa singularis est, quod dignatur ora, & linguas hominum sibi consecrare, ut in illis sua vox personet. Quare ne vicissim & nos obedienter amplecti pigeat salutis doctrinam eius mandato, & ore propositam: quia etsi externis mediis alligata non est Dei virtus, nos tamen ordinario docendi modo alligavit; quem dum recusant temere fanatici homines, multis se exitialibus laqueis involvunt. Multos impellit* (in Anabaptistas invehitur, & semetipsum, suosque gregales, velit nolit, vividis depingit coloribus) *superbia, vel fastidium, vel æmulatio, ut sibi persuadeant privatim legendo, & meditando, se posse satis proficere, atque ita contemnant publicos cœtus, & prædicationem supervacuam ducant. Quoniam autem sacrum unitatis vinculum, quantum in se est, solvunt, vel abrumpunt; nemo iustam impii huius divortii pœnam effugit, quin se pestiferis erroribus, ac tetereimis deliriis faciem. Quare ut vigeat apud nos pura fidei simplicitas, ac uti gravemur hoc pietatis exercitio, quod Deus nobis sua institutione munitavit esse necessarium, & tantopere commendat Deo: qui aures diceret claudendas esse, nemo umquam vel ex petulantissimis canibus inventus est. Sed omnibus seculis difficile fuit certamen Prophetis, & pius Doctoribus contra impios, quorum pervicacia numquam iugum hoc* (heu quam apte hæc in te quadrant, Calvine!) *subire potest, ut ore, & ministerio hominum doceatur.*

XII. Perlequitur *num.* 7. 8. & 9. visibilis, & universalis Ecclesiæ symbola, seu notas describere. *Hinc nascitur* (inquit) *nobis, & emergit conspicua oculis nostris Ecclesiæ facies. Ubicumque enim Dei verbum sincere prædicari, atque audiri, ubi sacramenta ex Christi instituto administrari videmus, illic aliquam esse Dei Ecclesiam nullo modo ambigendum est, quando Dei promissio fallere non potest. Ubicumque duo, aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Sed, ut summam huius rei liquido teneamus, his veluti gradibus progrediendum est. Ecclesiam universalem esse collectam ex quibuscumque gentibus multitudinem, qui intervallis locorum dissita & dispersa, in unam tamen divinæ doctrinæ veritatem consentit, & eiusdem religionis vinculo colligata est .... Ita & Ecclesiæ universali suam servamus unitatem, quam dissecare semper studuerunt diabolici spiritus,* (Lutherus, & Calvinus) *nec conventus legitimos qui pro locorum opportunitate distributi sunt, sua auctoritate fraudamus.*

XIII. Descriptis fuso calamo veræ Christi Ecclesiæ symbolis, concludit *num.* 13. hanc Ecclesiam gremio suo excipere tum iustos, tum peccatores, atque in Catharos, Donatistas, & Anabaptistas declamat, quod solos Sanctos membra esse ecclesiæ doceant, & ab eadem peccatores reiiciant: quem errorem Evangelii textibus confutat. *Fuerunt enim semper qui falsa absolutæ sanctimoniæ persuasione imbuti, tamquam aerit quidam demones iam facti essent, omnium hominum consortium aspernarentur in quibus humanum adhuc aliquid subesse cernerent. Tales olim erant Cathari, & (qui ad eorum vesaniam accedebant) Donatistæ: Tales hodie sunt ex Anabaptistis nonnulli qui supra alios volunt videri profecisse. Alii sunt, qui inconsiderato magis iustitiæ zelo quam insana illa superbia peccant. Dum enim apud eos quibus Evangelium annuntiatur, eius doctrinæ non respondere vita fructum vident, nullam illic esse Ecclesiam statim iudicant. Iustissima quidem est offensio, & cui plus satis occasionis hoc miserrimo sæculo præbemus, nec excusare licet maledictam nostram ignaviam, quam Dominus impositam non sinet, ut tam gravibus flagellis castigare incipit. Ne ergo nobis: qui tam dissolutæ flagitiorum licentiæ committimus ut propter nos vulnerentur imbecilles confessionis. Sed in hoc vicissim peccant illi quos diximus, quod offensioni sua modum statuere nesciunt. Nam ubi Dominus clementiam exigit, omissa illa, totos se immoderatæ securitati tradunt. Quia enim non putant esse Ecclesiam, ubi non est solida vitæ puritas, & integritas, scelerum odio a legitima Ecclesia discedunt, dum a factiones improborum declinare se putant. Allegant Ecclesiam Christi sanctam esse. Verum ut simul intelligant esse ex bonis, & malis permixtam, illam ex ore Christi parabolam audiant in qua reti comparatur, quo pisces omne genus colligantur, neque seligantur, donec in littore sint expositi. Audiunt, agri esse similem, qui bona fruge consitus, zizaniis inimici fraude inficitur; quibus non expurgatur, donec in aream advecta fuerit messis. Audiant denique, aream esse, in qua sic collectum est triticum, ut sub palea delitescat, donec vanno, & cribro repurgatum in horreum tandem reconditur. Quod si hoc malo ad diem usque iudicii laboraturam Ecclesiam pronuntiat Dominus, ut improborum permixtione oneretur, frustra nullo nævo inspersam quærunt.*

XIV. Hæc paulo fusius exscribere placuit, ut ex infensissimi hostis confessione & Catholico-Romanæ Ecclesiæ splendor magis fulgeat, & Protestantium sectas non nisi a spiritu satanico partas esse luculentius conster. Si, Calvino fatente, symbolum potissimum veræ Ecclesiæ est unitas fidei, seu doctrinæ credendæ; offendant, si valent, Lutherani, & Calvinistæ suorum dogmatum unitatem, exhibeant eandem articulorum summam. Nonne in ipsis punctis capitalibus mutuo dissident? Quid quod vel ipsi Lutherani in plures adversas factiones, & Calvinistæ in plurimas mutuo pugnantes sectas dividuntur? Prodigiosam Ecclesiarum Protestantium in fidei professione varietatem, vicissitudines, mutationemque, tanta evidentia evincit doctissimus Jacobus Bossuetus, ut nihil umquam solidi reponere valuerint Protestantes. Lutherus ipso tempore induxit, & quod uno die palam propugnabat, altero die pernegabat. Confessio Augustana infra vigintiseptem annorum intervallum duodecies mutata fuit. Sub initium, cum defectio omnem frontem non exuerat, multa concessit Papæ, quæ postmodum crescente iniquitate pro blasphemiis habuit. Zuinglius Calvini Magister, Calvinus Magister Bezæ in dies fidem permutabant, ut testatur vel ipse Beza *epist. A. ad Andream Dudithum*, inquiens: *Palantes omni doctrinæ vento.... modo ad hanc, modo ad illam partem deferri. Vernm quæ sit hodie de Religione sententia, scire fortasse possis; sed quæ eras de eadem futura sit opinio, ne ita certo affirmare quidem. Si capite alterum si percurras, nihil propemodum reperias ab eo non affirmari quod alter statim non impium esse clamitet. In quo tandem Religionis capite conveniunt inter se Ecclesiæ quæ Romano Pontifici bellum indixerunt?* Similia scribit Luthertis epist. ad Antverpienses: *Tot inter nos Religiones sunt, quot homines; nec asinorum quisquam est tam lubes, Cocycerus, qui infamia propriæ capitis, & propriarum opinionum pro tot simulta Sanctis, & scipsum Propheta haberi nolit.* Habemus ergo fatentes adversarios, nullam penes ipsos Religionis unitatem reperiri. Qua vero fronte conqueritur Lutheras neminem inter suos, vel hebetissimum asinorum esse qui novam quamdam Religionem non procudat? Nonne consectarium istud necessario sequitur doctrinam? Si ipse Ecclesiam in qua regeneratus, & adultus erat, audire detrectavit; illi ne ceteri assurgent? Si omnem infallibilem fidei regulam, cui fideles adhærere debeant, ipse agnovit, & de medio sustulit, qui fieri potest ut in eamdem Religionis unitatem consentiant? Si spiritum privatum cuiusque hominis, seu supremum in terris tribunal ad dirimendas Religionis controversias constituit; quid mirum, si tot sint Religiones, quot Lutherani?

XV. Calvinus, ut ex iis quæ descripsi, patet, palam fatetur, Ecclesiam esse unam, universalem, visibilem, sanctam, quæ impios, & peccatores complectitur. Negat postea eodem *Lib. IV. cap. 11.* præfata symbola Romanæ Ecclesiæ competere: quod quam falsum sit, iam declaratum est. Si Religionis unitas spectetur, deligent, si tanti sint, Protestantes, fidei dogma aliquod in quo discrepent Catholici. Negent, si audent, nos omnes habere unam fidem, unum caput Christum in cœlis, eiusque Vicarium Romanum Pontificem in terris. Visibilem fatetur Calvinus Ecclesiam. At si membra visibilia sunt, ergo & caput, sub quo hæc membra congregantur. Catholicam esse Romanam Ecclesiam, seu universalem, & apostolicam, quæ ab Apostolis fundata in omnes gentes diffusa fit, soli Calvinistæ, & Lutherani, eorumque similes odio perciti, & cæcitate obducti negare possunt. Audiamus quid contra Episcoporum successionem, qua originem suam ab Apostolis ducere Romanam Ecclesiam omni sæculo demonstrarunt Patres, Calvinus reponat. Primo ut indricum respuit argumentum istud. Inquit enim loc. cit. 2. 2. *Sed quibus rationibus verum se Ecclesiam habere confirmant? Allegant ex vetustis annalibus quod olim in Italia, in Gallia, in Hispania fuerit. A sanctis illis viris qui sana doctrina fundarant, excitatumque Ecclesiæ, doctrinamque ipsam, & Ecclesiæ ædificationem suo sanguine stabilierunt, se originem ducere.... Commemorant quanti hanc successionem fecerunt Irenæus, Tertullianus, Origenes, Augustinus, & alii. Quam frivola sint ista, & plane indicra.* Quid agendum cum homine qui omnium antiquorum Patrum solidissimas argumentationes inanes vocat? Docent nos novus hic Aristarchus, quomodo evincenda sit a Christo, & ab Apostolis origo nostra, nisi perenni Episcoporum qui Apostolorum sedes occuparunt, successione? Nonne hæc solæ, & unica via quisque suæ familiæ antiquitatem evincit? Sed quid regerit Calvinus, ut tantum offendat hanc argumentationem? *Quid* (subdit) *si Græciam illis regeram? Quero igitur iterum ab ipsis, cur apud Græcos periisset Ecclesiam dicant, apud quos nunquam interrupta fuit illa Episcoporum successio, unica ecclesiæ*



*rum opinione, Ecclesiæ custos, & conservatrix?* Heu quam cæcutit homo, alloquin peracutus, & eloquens, dum contra Romanam Ecclesiam rabiem, livoremque evomit! Illico ratione, honestate, & sinceritate destituitur, ut vel ex paucis recitatis liqueat. Quis unquam asseruit Episcoporum successionem *unicam*, ideoque solam, esse Ecclesiæ notam? Unam dicimus esse ex notis: quæ si desit, desinit quoque Ecclesia: quia qui deficit in uno, factus est omnium reus. Anne properea, si sola adsit, veram continet Ecclesiam? Hæc ne Calvini dialectica? Præter successionem ab Apostolis unitas doctrinæ quam Christus, & Apostoli tradiderunt, necessaria est. Successionis prærogativam habent Græci; at quia unitate doctrinæ non gaudent, ideo periisse apud eos qui hæresi infecti sint, Ecclesiam dicimus. Apud Calvinistas, Lutheranosque nulla est Ecclesia: quia nec successionem ab Apostolis, nec Apostolorum doctrinæ unitatem ipsi habent. Ex quibus constat, apertissimum impostorem esse Calvinum, dum effutit, Catholicos asserere, successionem Episcoporum unicum esse veræ Ecclesiæ symbolum. Mendacii, & calumniæ Calvinum revincunt omnes Catholicorum libri: revincit ipsum Nicænum Symbolum, in quo quamvis recentiorum Ecclesiæ dotes, ut dictum est. Ne multa: successionem Episcoporum ab Apostolis, & potissimum a capite D. Petro necessariam dicimus; sed vanum esse fucum affirmamus & nos, si desint ceteræ dotes, nempe unitas doctrinæ, eiusdem sanctitas, & universalitas. Successio est necessaria, sed sola non sufficit.

XVI. Catholici vi illius successionis suam Religionis antiquitatem ab ipso Christo, & Apostolis repetunt: atque hoc argumento usi sunt Irenæus, Tertullianus, Augustinus, cæterique Patres. Non modo antiquam, seu apostolicam, & catholicam evincimus esse Ecclesiam nostram; sed unitatis quoque privilegio gaudere ostendimus, cum una sit, semperque fuerit fides nostra, sanctaque Ecclesia. Desigent, si valent, Protestantes aut tempus quo a veritate fidei deciderit Romana Ecclesia, aut auctorem illius Ecclesiæ præter Christum, & Apostolos. Nos fidei Lutheranæ Lutherum, Calvinianæ Calvinum, Zuinglianæ Zuinglium parentes, & auctores prodimus, quos ipsi Protestantes ut suos colunt Patriarchas. Duobus abhinc sæculis (ab illis Catholici quærunt) ubinam gentium erat Ecclesia Lutherana, & Calviniana ante Lutherum, & Calvinum? Nihil adhuc solidi reponi dederunt Protestantes: & cum in hoc se urgeri sentiunt, non modo illis aqua hæret, sed ipsi in luto hærent omnes. Alii namque ad Waldenses, Albigenses, Wiclefitas, & Hussitas se recipiunt. Alii ad Ecclesiam confugiunt Romanam. Sed cum iterum ad incitas rediguntur, ut ollendant præfatas sectas ab Apostolis originem trahere & eamdem omnino doctrinam cum Lutheranis, & Calvinianis professas fuisse, in omne se vertunt latus, & hiscendi deest potestas. Nam licet Lutherani, Calvinianique nonnulla ab hæreticis illis mutuati sint; plura tamen Waldenses, Wiclefitas, & Hussitas docuisse quæ Protestantium præcipuis dogmatibus adversantur, planum est, atque compertum. Si Ecclesiam Christi visibilem in Romana perseveraisse aiunt ad Lutherum usque, & Calvinum; a vera ergo Ecclesia illi deciverunt; ideireo tamquam apostatæ, & hæretici habentur. Si ante Lutherum Romana Ecclesia a vera Christi fide defecit, epocham nobis designent istius defectionis. Quis historicorum illius apostasiam litteris prodidit? Blasphemat utique Calvinus una cum suis gregalibus, Romanam Ecclesiam verbum Dei corrupisse, imperitione, idololatria, mendaciis, & impietate mundum impleviisse christianum. Ut rebellioni iure fucum, & velamen obtenderet, id effutire debuit; at documenta quibus id evinceret, adferre in medium debuisset. Id namque non solum non accidisse, sed nec accidere potuisse, evincit alios inter perdoctus Papin, qui Ecclesiam eamdem semper ac nunc fuisse perpicue demonstrat, nulla obstante personarum mutatione; quemadmodum fluvius semper idem est, quamvis aquæ continuo fluxu mutentur. Quam rem ut oculis conspicuam faciat, Ecclesiam in quatuor tribuit ætates personarum quibus constat. Nam adolescentes quindecim annorum dogmata fidei ab hominibus triginta annorum suscipiunt, illi a quinquagenariis, quinquagenarii a sexagenariis & supra, eadem acceperunt: & harum ætatum successione eadem omnino constitit Ecclesia, sicut idem semper flumen exiat, licet aquæ continenter fluant. Modum nunc, rationemque designent Protestantes, qua a vera Christi fide recedere potuerit Romana Ecclesia, quam quinque primis sæculis tamquam legitimam Christi sponsam agnoscunt. Omnem ceterum simul defecisse nec ipsi dicere audent, sicut nec omnes tiumviri aquæ exficcari eodem tempore queunt. Quænam ergo ætas defecit? Senilis, virilis, iuvenilis? Cedo: eisdem olim ac nunc ætatibus Ecclesia conflcit? Si nunc icnes aliam

prædicarent fidem ab ea quam nobis iuvenibus ipsi tradiderunt; nonne omnes primæ, secundæ, & tertiæ ætatis fideles vocem exaltarent? E contrario silerent forsitan senes, si iuvenes, virique novam inveherent fidem? Si nunc fieri nequit ut vel omnes simul deficiant fideles, vel una, altera tacente, ætas novam procudat Religionem, fateantur necesse est Protestantes, Romanam Ecclesiam, quæ primis Redemptionis nostræ sæculis vera, vel per ipsos, fuerit Dei Sponsa, numquam a vera fide defeciisse, nec defiscere potuisse, quin reclamarent plura eiusdem corporis membra. Nonne quoties alia exorta fuit hæresis, statim Catholici omnes, qua voce, qua scriptionibus, bellum hæresiarchis indixere? Nonne maiores nostri Romanæ Ecclesiæ filii litteris consignarunt, posteroramque memoriæ prodiderunt lapsus, errores, aberrationes eorum qui novas adversus catholicam fidem opiniones, erroneasque sententias commenti fuerunt? Nonne vel ipse Calvinus Ecclesiam comparat & Soli, cuius plures sunt radii, unicum vero lumen; & arbori, cuius multi sunt rami, sed robur unum tenaci radice fundatum; & fonti, de quo rivi plurimi desumpt, & quamquam aquarum copia super universam terræ faciem diffusa sit, unitas tamen manet in origine? Avelle radium Solis a corpore, divisionem unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: a fonte præcide rivum, præcisus arescit, Sic & Ecclesia Domini luce perfusa per totum orbem porrigitur; unum tamen lumen est quod quocumque diffunditur. Nihil elegantius dici potuit ad exprimendam individuam illam connexionem quam habent inter se omnia Christi membra. Ecclesia Romana, ipso Calvino teste, primis sæculis Sol fulgentissimus, fons limpidissimus, arbor virens, & fecunda fuit. Omnes ergo radii a corpore Solis avulsi in tenebras occidunt, omnes rivi ab hoc fonte seiuncti, omnesque rami ab arbore fracti arescunt. Calvinistæ, & Lutherani ab hoc Sole, ab hoc fonte, ab hac arbore præcisi iacent. Ergo sarmenta sunt omni humore destituta, & ad combustionem parata. Prodant unionem suam cum hac planta, si valent. Si se præcisos fatentur a Romana Ecclesia, ostendant fontem, & plantam cui hæreant. An cum Christo fœdus iecerunt? At quomodo Christo capiti iuncti erunt, si præcisi a suo corpore sunt? De latere Christi aquæ salientes in vitam æternam scaturierunt. Aquæ istæ numquam aruere, sed exundantis copiæ largitate universum orbem inundant. Ostendant nobis Calvinistæ, & Lutherani, qua vena, quo meatu ab hoc fonte ipsi dimanent.

XVII. Non me fugit. Calvinum verbum Dei scripturam, sacramentorumque administrationem obtrudere, tamquam veræ Ecclesiæ Christi symbola. *Ubicumque* (inquit loc. cit. num. 9.) *verbum Dei sincere prædicari, atque audiri, ubi sacramenta ex Christi instituto administrari videmus, illic aliquam esse Dei Ecclesiam, nullo modo ambigendum est.* Hoc verum habere nemo inficiatur. Sed videndum superest quænam sit ratio qua deprehendi possit, ubinam sincere Dei verbum prædicetur, & sacramenta administrentur. Hoc constat, reponit Calvinus, ex ipsa divini verbi natura. *Quod autem regant* (inquit Lib. I. cap. VII. num. 2.) *unde profundebimus a Deo fluxisse* (Scripturam) *nisi ad Ecclesia decretum confugiamus: perinde est ac si quis roget, unde discernamus, lucem discernere a tenebris, album a nigro, suave ab amaro. Non enim obscuriorem veritatis suæ sensum ultro Scriptura præfert, quam coloris sui res albæ, ac nigræ, saporis suaves, & amaræ.* Non secus ergo divinæ, & profundissimæ Scripturarum mysteria sentia sua præferunt mentibus ac res albæ, atque coloris sui sensibus imaginem præferunt? Non minus Dei verbum mentibus, quam meridianus Sol oculis affulget? Quis sibi in animum induxisset ut crederet tanta potuisse Calvinum, virum alioquin doctum, & eloquentem, insania abripi? Credo, disputatum ne umquam fuit, utrum Sol meridianus sereno cælo splendeat, vel lux sit caligo? Utrum amarum sit dulce, vel duce amarum? E contrario nonne quæque ex tot Christianorum sectis a se stare linceram divini verbi prædicationem, & sacramentorum ministerium contendit? Divinum verbum, germanamque Scripturæ intelligentiam sibi arrogant Sociniani, Anabaptistæ, Lutherani, Calvinistæ, & olim sibi adiudicabant Ariani, Nestoriani, Eutychiani, & quotquot fuere hæretici. Res hæc facti est. Unde ergo Calvinus argumenta perspicua arcesset, quibus palam faciat penes se tantum residere immaculatam Dei Scripturam, & veram sacramentorum administrationem? Qua via revincet Socinianos, Arianos, Anabaptistas, Lutheranos a vera Scripturarum intelligentia aberrare? An reponet, Scripturam seipsa suum ingerere humanis mentibus sensum? Sed quid est quod unus assequuntur sensum Sociniani, alium Anabaptistæ, alium Lutherani, alium Catholici? Numquam ab hoc expedire se laqueo



queo potuere Sectarii qui palantes ab Ecclesia aberrant. Velit ergo, nolit Calvinus, ad iudicium Ecclesiæ, quæ est columna & firmamentum veritatis, confugiat necesse est. Ad incitas redactus Calvinus, atque Augustini auctoritate pressus, sibi contradicens concedit, eos qui nondum spiritu Dei sunt illuminati, ut Ecclesiæ reverentia ad docilitatem induci, ut Christi fidem ex Evangelio discere sustineant; atque ita hoc modo Ecclesiæ auctoritatem ita gogem esse qua ad fidem Evangelii præparamur. Verum Ecclesiæ iudicium non modo necessarium est ut ad Evangelii fidem præparemur, sed etiam ut divinæ legis genuinum sensum assequamur. At, ut Calvinus simplices decipiat, ipsique non omnino ignaris imponat, fallacissimis paralogismis ludit, splendideque mentitur. Blaterat enim Catholicos docere, infallibitatem Scripturæ non a Deo, sed ab hominum iudicio pendere. *Invaluit autem apud plerosque pernicio sissimus error* (inquit loc. cit. cap. VII.) *Scripturæ tantum inesse momenti, quantum illi Ecclesia suffragiis conceditur; ac si vero æterna inviolabilisque Dei veritas hominum arbitrio niteretur.* Hunc errorem Catholicis affingit de more Calvinus, qui semper dum advertus Catholicos arguitur, causam suam putidissimis mendaciis, calumniis, dicteriis tuetur, ut pro re nata palam in hoc Theologiæ curru fiet. Desingnent Calviniani vel unum Catholicorum qui doceat, docuerive, Ecclesiæ iudicium certitudinem Scripturæ sanctæ conferre. Nos Catholici confitemur, Scripturam sacram a Deo solo suam habere auctoritatem, veritatem, atque certitudinem. Fatemur, Scripturam tanta maiestate splendere, ut ipsa sua divinæ originis characteres plures prodat, sibique maximam credibilitatem adiiciat. Ceterum soli insani, omnique exuti ratione negare possunt, plurima contineri in hoc sacro codice arcana imbecillæ nostræ menti imperviа, plurimoque obscuros sensus. Quæ ergo instituenda via, ut verum sensum, genuinamque interpretationem assequamur? Consulendus ne spiritus privatus cuiusque fidelis? At Calvinus ipse tamquam fanaticos improbat qui illhuc se recipiunt: quoniam quisque illorum suum privatum spiritum alteri præferret, & Babylonicam inducerent confusionem. Tot proinde Ecclesiæ forent, quot essent privati spiritus contrarii. Hunc privatum spiritum a Satan invectum conlectatæ sunt tot hæreses quæ mutuo pugnant, seseque interimunt. Assignent ergo Protestantes, si valent, iudicem qui obscura arcana divini verbi referet, verumque sensum pandat, cui omnes adhæreant, ut dogmatum unitatem fervent. Soli Catholici hunc iudicem habent, nempe Ecclesiam, quæ non certitudinem, non auctoritatem tribuit Dei verbo: sed nobis declarat, atque interpretatur, hoc esse verbum Dei, hunc que sensum quem in sua Scriptura Deus intendit: quemadmodum interpretes legum sensum civilium legum exponunt, minime legibus vim, auctoritatemque donant; sed totam vim, omnemque habent a Principe qui leges ipsas rogavit. Eiusmodi autem interpretes non raro falluntur, quod ab humano Principe infallibilitatem recipere nequeant, cum sit ille errori obnoxius. Contra vero, quoniam Deus veritas est, fallere ac falli nescius, Ecclesiæ suæ, ne erret, assistit, eique lumen infundit quo verum a fallo secernat, legisque suæ dubios sensus interpretetur. Putida ergo est Calvini impostura, dum scribit, nos Catholicos plus hominum decreto quam Dei verbo deferre. Quoniam nos dicimus & Scripturam, & Ecclesiam certitudinem, & auctoritatem habere a Deo, qui omnis veritatis fons est, & origo. Dum Ecclesiæ credimus; Deo credimus, qui numquam a veritate Ecclesiam suam defecturam adpromisit, neque adversus eam inferni portas prævalituras. Ut ergo illuc unde discessimus, revertamur, quomodo evincent Calvinistæ, penes se sincere verbum Dei prædicari, & sacramenta administrari; quæ iuxta Calvinum duo sunt Ecclesiæ symbola, duæque tesseræ? Immo nos iure dicimus, Calvinistas verbum divinum adulterasse, sacramenta de medio sustulisse, Dei cultum sacrilega impietate profanasse. Eorum conventus, & cœtus non Ecclesiæ formam præferunt, sed babyloniæ factionis simulacrum. In illis sepultus latet Christus, obrutum Evangelium, profligata pietas, corrupta sinceritas; abolitur Sanctorum honos, diruta altaria, sanctuarium dissipatum, dispersique lapides: doli, fraudes, circumventio, vafrities, periuria quoquoversum grassantur. Nullum ergo penes ipsos Ecclesiæ vestigium: non propagationis amplitudo, non doctrinæ unitas, non antiquitas apostolica, non denique sanctitas: quæ omnia fuso calamo demonstrarunt Catholicorum plures, qui ex instituto hoc de argumento scripsere. Nos qui obiter tantum has controversias delibare decrevimus, hic sistimus gradum, ut ad ea explicanda pergamus quæ mores Catholicorum ad unam, sanctam, catholicam, & apostolicam Religionem conformant.

## CAPUT VII.

*Pia voluntatis affectio fidem præcedere debet. Fidei ad salutem necessitas explicatur.*

I. QUoniam actus fidei prudens sit oportet, argumenta credibilitatis quæ fidem dignum ostendunt id quod credendum est, comperta habere debet ille qui fidei assensum elicere velit. At quia hæc credibilitatis argumenta extrinseca sunt, & non tollunt rei credendæ obscuritatem; ideirco intellectus assentiri fidei obiecto nequit, nisi interna voluntatis motione adiuvetur. Quippe obiectum obscurum haud valet intellectum movere, & ad actum producendum allicere, nisi aliquo lumine evidens fiat, aut cum evidenti principio connexionem habeat. Fidei autem obiectum nec evidens in se ipso est, nec alicui naturali principio nititur: flectere ergo intellectum nequit. Quapropter necessariam esse piam voluntatis propensionem seu pium voluntatis affectum, qui evidentium obiecti suppleat, docent Theologi communiter. Innumera credibilitatis momenta quæ supra indicata sunt, viam ad fidem parant, altissimas mysteriorum difficultates lævigant, minuunt, atque efficiunt ut eiusmodi mysteria digna appareant ut quisque prudenter debeat illa credere: quæ omnia externa cum sint, indifferens, & suspensus adhuc intellectus manet. Pia autem voluntatis motio, quæ affectio quædam supernaturalis est, divina illustratione, & cælesti gratia excitata, intellectum inclinat, movetque ad fidei assensum. Hæc pia ad divina propensio, Dei æternæque beatitudinis amore fovetur, & alitur. Hæc est notio quam ipsius piæ affectionis tradit Angelicus quæst. XIV. de ver. art. 2. ad 10. *Pia affectio voluntatis, qua determinatur intellectus ad assentiendum his quæ sunt fidei, est quidam appetitus boni reprimissi.* Plurimas difficultates hac de re Scholastici movent, quas præterire congruum est. Dicamus potius, quod huic divinæ inclinationi rerum terrenarum cupiditas adversetur. Quare licet peccata contra legem fidem non auferant, illi tamen insidias struunt, ruinamque parant: quoniam quo magis ardet amor carnalis, eo minus ardet desiderium bonorum cælestium. Hinc flagitiis repetitis prævalet in voluntate peccatoris affectio ad voluptates, mundanamque felicitatem, & minuitur pius voluntatis affectus erga divina; quo vero decrescit pia affectio, eo magis extenuatur, atque obnubilatur fidei lumen. Ex quibus colliges, quam languida sit in flagitiosis, iceleslisque Christianis Iesu Christi fides. Sed hæc nunc persequi haud expedit.

II. De fidei necessitate latius disputant Theologi. Duplicem distinguunt necessitatem: alteram vocant medii, seu finis cum quo connexionem habet; alteram præcepti. Id dicitur necessarium necessitate medii sine quo nullo in eventu finis obtineri valet, quocumque modo, sive innoxie, sive propria culpa illud omittatur. Id vero nuncupatur necessarium necessitate præcepti, quod ex sola voluntate superioris absolute pendet, & a cuius executione ignorantia inculpabilis, aut impotentia excusare quandoque potest. Quod est necessarium necessitate medii, est quoque necessarium necessitate præcepti; sed non e contrario. Necessitas præcepti adultos duntaxat ligat, quin solam in actibus humanis locum obtinet: necessitas medii parvulos quoque adstringit, & eis in rebus reperitur quæ actus non sunt, ut liquet in baptismate, & habitu gratiæ sine quibus salus haberi nequit. Necessitas medii bifariam etiam considerari potest. Primum absolute, & in re, eo quod absolutam præfert cum fine coniunctionem. Eiusmodi est gratia habitualis, quæ posita elevatione creaturæ ad finem supernaturalem, hanc natura ad gloriæ consecutionem necessaria est. Secunda necessitas medii est ex Dei institutione, quæ dicitur necessitas secundum quid, & in voto: cuiusmodi est baptismus, qui licet absolute in re necessarius sit respectu parvulorum; contingere tamen potest quod adultus solo voto in actu caritatis contento illum suscipiendi, æternam gloriam assequatur.

III. In præsentia non de habituali, sed de actuali fide sermo est. Habitum quippe fidei necessarium ad salutem esse necessitate medii, neque in dubium revocatur: quia sine gratia salus æterna haberi nequit, quemadmodum gratia sine fide minime infunditur. Hæc fides actualis, de qua nobis nunc sermo est, alia est explicita, ut dictum est, alia implicita. Illa expresse articulos in seipsis credit, ut *Deum esse unum, & trinum: Christum esse Deum hominem de Virgine natum* &c. Hæc aliquos articulos quorum expressa notitia caret, in altero quem explicite cognoscit, & in quo præfati continentur articuli, credit: ut qui credit expresse quidquid catholica Romana Ecclesia credendum proponit, implicite credit omnia Religionis nostræ mysteria.

IV. Salus supernaturalis, ad quam fidem necessariam asserimus, duplex est: prima, & secunda, seu iustificationis, & glorificationis.

Illa



Illa est per quam homo ab infirmitate cuiusque culpæ, sive originalis, sive actualis, purgatur; altera vero illa per quam homo iustus vitam æternam assequitur. Melchior Canus *Relect. de Sacram. part. 22. concl. 3.* contendit, ad iustificationem satis esse aliquo in eventu fidem implicitam Christi, secus ad salutem æternam: idque Cornelii, de quo in Actis Apostolorum, exemplo ostendit, subditque hanc esse D. Thomæ sententiam 2.2. *quæst. 10. art. 4. ad 3.* quin asserit nullum se legisse auctorem qui huic suæ opinioni refragaretur. Non ita tamen huic adhæret opinioni, quod alteri meliori, si illi occurreret, subscribere recuset. Certum nunc est, contrariam sententiam communiter penes Theologos obtinere; ita ut eadem fides ad iustificationem, quæ ad æternam salutem, requiratur. Auctoritas quam ex D. Thoma Canus opponit, nullo modo ei favet. *De Cornelio* (inquit Angelicus) *secundum est, quod infidelis non erat: aliquam enim operatio ateopia non fuisset Dei, cui sine fide nullus potest placere. Habebat autem fidem implicitam, nondum manifestata Evangelii veritate.* Ante Redemptoris adventum fides Christi implicita latis erat. Tempore Cornelii nondum promulgata ita erat lex evangelica, ut omnes ad expressum fidei assensum tenerentur. Exemplum ergo Cornelii minus aptum est ad inferendum, nunc quoque posse fideles absque explicita fide Christi iustificari. Hæc ergo nulla opinione, communis Theologorum sententia est, eamdem ad iustificationem, & ad glorificationem fidem requiri. His positis.

V. Dico 1. *Omnibus adultis ratione prædictis necessaria est necessitate medii fides interna, actualis, explicita, & supernaturalis, tum ad iustificationem, tum ad glorificationem.* Assertio ex Dei verbo constat. Habacuc II. vers. 4. *Ecce, qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in fide sua vivet.* D. Paulus ad Galat. III. vers. 11. *Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide vivit:* & ad Rom. III. *Arbitramur hominem iustificari per fidem:* & ad Hebr. XI. *Henoch translatus est, ne videret mortem. Ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide impossibile est placere Deo.* Hinc patet falsam esse opinionem Andreæ Vega, qui *Lib. 8. in Trid. cap. 10.* censet adultos in peccato mortali existentes, qui invincibili laborant ignorantia mysteriorum fidei, iustificari posse absque ullo fidei actu. Quod clarius evincitur ex Synodo Tridentina, quæ *sess. VI. cap.* VIII. allegans sacræ Scripturæ verba, hæc decernit. *Cum vero Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem ... ea verba in eo sensu intelligenda sunt quem perpetuus Ecclesiæ sensus tenuit ... scilicet ... quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium pervenire.* Rationem paucis exponit D. Thomas 2. 2. *quæst. 11. art. 3.* Homo elevatus est ad ordinem supernaturalem, & ad beatitudinem assequendam. Porro ad hunc ordinem pervenire minime potest, nisi a superiori, nempe a Deo, dirigatur & instruatur. Directori autem, & magistro fides adhibeatur necesse est. *Omnis autem talis addiscens* (inquit ille) *oportet quod credat, ad hoc quod ad perfectam scientiam perveniat; sicut etiam Philosophus dicit quod oportet addiscentem credere. Unde ad hoc quod homo perveniat ad perfectam visionem beatitudinis, præmittitur quod credat Deo, tanquam discipulus magistro docenti.* Certum itaque est nos plura debere credere quæ captum superant intellectus nostri: quapropter proscripta est propositio Petri Abælardi, qui docuit: *Nihil credendum est quod excedat rationis intellectus virtutem.*

VI. Obiciunt Vega, Estrix, & Ripalda, recensita testimonia explicari commode posse de fide aut in re, aut in voto; sicuti de baptismo, & pœnitentia dici solet. R. Fides in voto vere, & proprie fides non est: quemadmodum baptismus, & pœnitentia in voto sacramenta reapse non sunt. Eiusmodi sacramenta in voto sufficere aliquando, Patres & Concilia testantur. Nemo vero Patrum, nullumque Conciliorum idem asserit de fide. Discrimen etiam suapte natura patet fidem inter & sacramenta: quod illorum administratio extrinsecus pendet ab hominum, scilicet ministrorum, ope, & industria; illa intrinsecus residet in mente, a nullo hominum exteriori ministerio pendens, sed a solo Deo iustus mentem illustrante, & voluntatem tangente. Ignorantia invincibilis Dei, quam obtrudit Vega, ut inane commentum relicimus. Negamus scilicet, dari eiusmodi ignorantiam, ut suo loco probabimus. De infidelitate negativa infra sermo erit.

VII. Dico 2. *Adulti rationem utentes, & in infantia baptizati nequeunt sine fide actuali salutem æternam assequi.* Henricus a S. Ignatio pro contraria sententia plures affert Auctores, quos inter Suarez *disp. XII. sec. 2. num. 10.* Lugo *disp. XII. sec. 1. num. 3.* Sed

3. Sed hi duo Auctores absolute non asserunt adultum in infantia baptismate tinctum posse sine fide actuali salvum fieri. Docent tantum, puerum habentem gratiam sanctificantem in baptismate susceptam posse salutem consequi, si statim postquam pervenit ad usum rationis, moriatur, priusquam de fide cogitet, vel occasio se illi offerat credendi, aut non credendi. Hoc namque in casu salvabitur, inquit Suarez, non ut adultus, sed ut infans. Quare contendit dumtaxat, quod fides non sit necessaria ad conservandam institiam pro brevi tempore in baptismate infusam; minime vero negat, sed affirmat expresse, ad salutem æternam necessariam esse fidem actualem. Hunc accidere casum posse vix concesserim. Nam postquam affulsit plenum rationis lumen, ad Deum se convertere adultus tenetur, eumque fide, spe, & caritate colere. Et cum ipse Suarez asserat, hunc puerum salvum in hoc eventu fieri ut infantem, non ut adultum, fatetur neminem adultorum sine actuali fide beatitudinem obtinere.

VIII. Sententia nostra communis est inter Theologos, eique ex ipsa Scriptura deprompta. Nam Marc. ult. dicitur: *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Plurimos Scripturæ sanctæ textus missos facio, quod obvii sunt, & non pauci supra indicati. Concilia quoque apte hanc firmant sententiam. Tridentinum *sess.* VI. *cap.* VI. de iustificatis loquens ait: *Dum divinæ gratiæ aditi fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse quæ divinitus revelata, & promissa sunt:* & cap. VIII. subdit: *Fides dicitur esse humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis.* Hoc idem docent communiter Patres. Aug. ser. XXXVIII. antiq. edit. *Sine fide*, inquit, *nemo ad filiorum Dei consortium potest pervenire: quia sine ipsa neque in hoc sæculo quisquam iustificationis consequitur gratiam, neque in futuro vitam possidebit æternam.* Ratio denique suffragatur. Quippe nullus adultus ratione præditus salutem assequitur sine propria cooperatione. Adultis namque salus æterna confertur a supremo Iudice tamquam præmium, merces, & corona. Nemo autem præmium, & mercedem adipiscitur, nisi prius laboris pretium solvat. Porro principium cooperandi divinæ gratiæ pro æternæ salutis consecutione est fides, quæ dicitur humanæ salutis initium. Dempta hac fide, deest principium quo adultus negotium agere suæ salutis valeat. Necessaria ergo fides est cuique adulto, ut movere se in Deum, illumque colere, adorare, amare, & ab eodem suam sperare æternam mercedem possit.

IX. Dico 3. *Fide necessaria tum ad iustificationem, tum ad æternam beatitudinem non est fides late dicta, sed theologica, & supernaturalis.* Ostensum est, omnibus ratione utentibus necessariam esse fidem actualem, quemad-modum parvulis necessaria est fides habitualis in baptismate infusa. Hæc autem fides actualis theologica sit oportet, & supernaturalis, divinæ revelationi innixa. Quare haud sufficit fides latius accepta, orta ex cognitione creaturarum, quæque Deum credit ut creatorem. Damnata siquidem est hæc propositio: *Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad iustificationem sufficit.* Hanc propositionem asciibunt nonnulli Ripaldæ; sed P. Viva hoc falsum esse contendit. Fides late dicta, iuxta Ripaldam, aliosque Theologos, est cognitio supernaturalis a Deo infusa iis qui ex cognitione creaturarum in Deum mentem attollunt. Certum est nunc fidem non sufficere, ut ex propositione damnata. Requiritur ergo fides stricte accepta, quæ assensus est supernaturalis ex divina revelatione procedens, Deumque ut remuneratorem, atque salvatorem spectans, ut infra magis patebit.

## CAPUT VIII.

*De obiecto materiali fidei, seu de articulis quorum fides necessaria est necessitate medii.*

I. OBiectum formale fidei definivimus supra *cap.* III. *num.* 4. esse primam veritatem obscure revelantem. Indicatum quoque ibidem est obiectum materiale primarium fidei theologicæ esse ipsum Deum, cetera vero revelata obiectum secundarium. Quoniam veto sermo nunc est de mysteriis quorum fides necessaria est, explicare paulo fusius expedit obiectum materiale fidei, seu exponendæ sunt veritates quæ fide divina credendæ implicite, vel explicite sunt; quæque obiectum materiale fidei constituunt.

II. Itaque verbum Dei obscure revelatum, seu quidquid Deus viatoribus revelavit, est obiectum materiale fidei. Dividitur obiectum istud in primarium, & secundarium. Illud est Deus ipse, quod nuncupari & ab scholasticis solet obiectum attributionis: nam Deus est ad quem omnia alia revelata referantur tamquam ad finem, ut inquit D. Thomas 2. 2. quæst. 1. art. 1. *Si vero consideremus materialiter ea quibus assentit, non solum est ipse Deus, sed etiam multa alia: quæ tamen sub assensu fidei non cadunt, nisi secundum quod habent aliquem ordinem ad Deum.* Hinc est quod Deus omnium primum sese hominibus credendum revelavit, cetera vero propter seipsum.

III. Hoc verbum, quod obiectum materiale fidei esse diximus, aliud est quod Deus per semetipsum immediate viatoribus revelavit; ut quando locutus est Angelis post eorum creationem, quibus revelavit quæ credere debebant; item Hieremiæ, Michææ, aliisque Prophetis, quibus aliquando per semetipsum locutus est. Aliud est verbum quod Deus non immediate per se, sed medio legato suo, manifestavit: sic Tobiæ, Zachariæ, B. Virgini, aliisque pluribus Prophetis, Patriarchis, sanctisque viris locutus est per Angelos suos; & tæpe per Patriarchas, & Prophetas in veteri testamento populo secreta sua retexarit. Tandem, cum venit plenitudo temporis, locutus est nobis in Filio, qui Apostolis & Evangelistis, & per illos nobis omnibus, divina & inaudita arcana patefecit. Hos varios modos, quibus Deus sua nobis mysteria manifestare dignatus est, indicant divini Scriptores. D. Paulus ad Hebr. cap. 1. *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissime locutus est nobis in Filio.* Et S. Ioannes cap. 1. vers. 17. *Lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. . . . Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Item D. Paulus I. ad Thessalon. cap. 11. vers. 13. *Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis.*

IV. Celebris divisio divini verbi est in verbum scriptum, & non scriptum, seu traditum. Verbum scriptum in libris sacris, & canonicis continetur. Canonici libri recensentur a Tridentino *sess.* IV. & sunt sequentes. Veteris testamenti primo loco numerat quinque Moysis legislatoris libros, nempe *Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, & Deuteronomium*: librum *Iosue, Iudicum, Ruth*: quatuor libros *Regum*: duos *Paralipomenon*: duos *Esdræ*, primum, & secundum, qui dicitur *Nehemias*: *Tobiæ, Iudith, Esther, Iob, Psalterium Davidicum*, centum quinquaginta psalmis comprehensum: *Proverbia Salomonis, Ecclesiasten, Canticum Canticorum*, librum *Sapientiæ, Ecclesiasticum*: quatuor Prophetas majores *Isaiam, Ieremiam cum Baruch, Ezechielem, Danielem*: duodecim minores, nempe *Oseam, Ioelem, Amos, Abdiam, Ionam, Michæam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, Zachariam, Malachiam*: duos *Machabæorum* libros, primum, & secundum. Testamenti autem novi quatuor *Evangelia Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis*: *Actus Apostolorum* a Luca Evangelista litteris consignatos: quatuordecim *Pauli Apostoli Epistolas*, unam *ad Romanos*, duas *ad Corinthios*, unam *ad Galatas*, unam *ad Ephesios*, unam *ad Philippenses*, unam *ad Colossenses*, duas *ad Thessalonicenses*, duas *ad Timotheum*, unam *ad Titum*, unam *ad Philemonem*, unam *ad Hebræos*: *Apostoli Petri* duas *Epistolas*: *Ioannis Apostoli* tres: *Iacobi Apostoli* unam: *Iudæ Apostoli* unam: & *Ioannis Apocalypsim*.

V. Scriptores Ecclesiastici aliquando dubitarunt, num libri Esther, Tobiæ, Iudith, Sapientiæ, Ecclesiastici, Baruch, Machabæorum primus, & secundus, epistola Pauli ad Hebræos, epistola Iacobi, secunda Petri, secunda & tertia Ioannis, epistola Iudæ, Apocalypsis Ioannis canonicis accensendi sint. De aliis libris recensitis numquam dubitatum fuit; sed tamquam canonici habiti omni tempore fuerunt. Porro licet de his quos hoc numero indicavimus, dubitatum ab aliquibus fuerit, antequam eosdem in Canonem librorum sacrorum perscribi Ecclesia iussisset; nunc tamen haud licet de illis dubitare, sed omnes pro canonicis habendi sunt, ut præcipit Tridentinum sess. IV. *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris non susceperit; anathema sit.* Multæ hac de re quæstiones institui possent; sed non est instituti nostri easdem versare. Illud dumtaxat nostra interest admonere, omnia in recensitis sacris codicibus contenta ad obiectum materiale fidei attinere, omniaque divina fide credenda esse explicite, vel implicite, ut infra declarabitur.

VI. Verbum Dei non scriptum, seu traditum, illud est quod litteris mandatum non est, sed a Deo revelatum Patribus, Prophetis, & Apostolis de ore in os ad nos pervenit, & hominum cordibus, quemadmodum ver-

verbum scriptum in papyro, custoditur. Hoc verbum traditum admittendum esse adeo evidens est, ut soli Lutherani, & Calvinistæ obcæcati negare illud audeant. Nam Ecclesia antiquior scriptura est. Fides ergo absque scriptura fuit. Nonne priorum sæculorum Patres ante Moysem veram colebant religionem, rerumque divinarum fidem habebant, divinaque mandata nullibi nisi in eorum cordibus scripta servabant, eademque parentes filiis communicabant? Circumcisionem a Deo acceptam Abraham posteris prodidit, quod sacramentum in animis impressum per multos annos in Ægypto servarunt Hebræi, ubi citra Dei legem scriptam, veram unius Dei fidem, & religionem tenuerunt. Christus legem suam scriptis minime prodidit. Apostoli prius viva voce Evangelium docuerunt, deinceps litteris mandarunt, ut testatur Lucas cap. 1. *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem in, quæ in nobis completa sunt, rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, visum est & mihi, assecuti omnia a principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile.* Multa ad doctrinam christianam pertinent quæ nec nunc sunt litteris exarata, ut testantur Patres. Epiphanius hæres. lxi. *Oportet autem & traditionibus uti: non enim omnia a divina Scriptura accipi volunt. Quapropter aliqua in scripturis, aliqua in traditione per verum SS. Apostoli consederunt, quemadmodum dicit S. Apostolus: Sana tradidi vobis: & alibi: Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesia.* Similia docet S. Joannes Chrysostomus in II. ad Thessalonic. cap. 1. *Hinc patet quod non omnia per epistolam tradiderunt, sed etiam multa sine litteris: eadem vero fide digna sunt tam illa, quam ista: itaque traditionem quoque Ecclesiæ fide dignam putamus. Traditio est, nihil quærite amplius.* Quid si recentiore singula fidei dogmata velleni quæ non scriptura aliqua, sed sola traditione credimus? Sed illud facis sit indicare, nos utrumque testamentum novum, & vetus firmissime tenere, non scripturæ, sed solius traditionis auctoritate.

VII. Traditiones apostolicæ diversæ sunt, ac duplicis veluti generis. Quædam temporariæ fuere, ut abstinere a sanguine, & suffocato; aliæ perpetuæ. Rursus aliæ sunt traditiones quas Apostoli a Christo acceperunt, ut matrimonium, confirmationem, extremam unctionem esse sacramenta quæ Christus ipse instituit: alias traditiones ipsi Apostoli Spiritu sancto suggerente ad Ecclesiæ utilitatem ediderunt, tamquam pastores Ecclesiarum. Prioris generis traditiones, quæ Apostolico divinæ nuncupari solent, nulli subsunt mutationi, nec potestati Ecclesiæ, in ea siquidem quæ divini iuris sunt, Ecclesia potestatem non habet: quapropter eiusmodi traditiones nulla consuetudine opposita antiquari valent. In illis vero traditionibus quas Apostoli condiderunt, tamquam Ecclesiarum pastores, potest Summus Pontifex, potest Ecclesia dispensare; quin & contraria consuetudine eiusmodi aboleri valent.

VIII. Hinc colligo, verbum non scriptum, seu traditiones apostolicas quas Apostoli a Christo acceperunt, & perenni Ecclesiæ concredita ad nos pervenerunt, ad obiectum materiale fidei pertinere, nobisque divina fide credendas esse. Quid quod ipso verbo scripto id præcipitur? Inquit enim Paulus I. ad Thessalonicenses cap. II. *State, & tenete traditiones, quas accepistis sive per epistolam, sive per sermonem*, Idem tradunt œcumenica Concilia. Nam Synodus generalis septima a. VII. inquit: *Fatemur nos ecclesiasticas traditiones, sive scripto, sive consuetudine valentes, retinere velle; quarum de numero est imaginum effigiatio. Catholica igitur Ecclesiæ traditionum observantes divinitus, sanctas imagines venerandas. Qui ergo post fuerint aliud sentire, aut more impiorum hæreticorum ecclesiasticas traditiones contaminare, si Episcopi fuerint deponuntur; si laici, communione privantur.* Concilium Tridentinum *sess.* IV. hæc habet. *Sacrosancta Tridentina Synodus prospiciens veritatem Evangelii salutarem, & morum disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus ipsius Christi, quæ ab Apostolis accepta, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ ad nos usque pervenerunt, traditiones ipsas tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tamquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia catholica conservatas, pari pietatis affectu, ac reverentia cum libris sacris suscipit, ac veneratur.... Si quis autem sciens, & prudens traditiones prædictas contempserit, anathema sit.* Ex quibus colliges, non solum verbum scriptum, seu libros canonicos; verum etiam verbum traditum, seu traditiones quas Apostoli a Christo acceperunt, aut Spiritu sancto dictante invexerunt, nobisque tradiderunt, ad obiectum materiale fidei pertinere. Præter fidei obiectum vero sunt traditiones illæ



illæ quas illi proprio arbitrio, tamquam Ecclesiarum suarum pastores, intulerunt, illorum temporum rationi, & genio congruas, quasque tempore cursu in desuetudinem abiere. Quapropter numquam ad fidem pertinuerunt.

IX. Postremo verbum divinum aliud est privatum, alicui nempe personæ singulari a Deo revelatum, & ab Ecclesia minime approbatum: hoc autem nullam habet publicam auctoritatem, neque ad fidem attinet. Aliud est verbum universo generi humano a Deo revelatum, & Ecclesiæ declaratione probatum, cuiusmodi est vetus, & novum testamentum, atque traditiones apostolico-divinæ: quæ omnia publica fruuntur auctoritate, atque obiectum materiale fidei ingrediuntur. Decisiones, seu declarationes Ecclesiæ non constituunt novos fidei articulos non revelatos a Deo. Hæc quippe revelatione haberur, Ecclesiam columnam esse, firmamentum veritatis; veram Dei sponsam, divinæ voluntatis interpretem, portis inferni numquam succubituram, atque usque ad sæculorum consummationem a veritate numquam aberraturam. Credimus ergo fide divina, Ecclesiam catholicam in rebus fidei, morumque infallibilem: quoniam, ne error in rebus ad æternam salutem necessariis, Deus semper illi præsto adest. Hæc itaque novas a Deo revelationes non accipit, ut olim Prophetæ: articulos fidei non auget, nec minuit, sed divini verbi reconditos sensus exponit: quæ sunt a Deo revelata, nobis proponit, & interpretatur: apostolicas traditiones custodit. Explicatis breviter iis quæ obiectum materiale fidei constituunt, seu quæ credere Catholici omnes tenentur saltem implicite; manifestandum nunc superest quæ singillatim, & expresse quisque credere teneatur necessitate medii.

X. Dico I. *Quocumque tempore omnibus necessaria semper fuit fides explicita Dei auctoris supernaturalis, & remuneratoris, seu vitæ æternæ largitoris, necessitate medii, seu finis.* Fidem insuper supernaturalem esse tum ex parte principii, nempe gratiæ intellectum illustrantis, & voluntatem adiuvantis, tum ex parte obiecti, nempe Dei auctoris donorum cœlestium, iam supra demonstratum est. Hic tolimodo clarius explicatur obiectum cuius explicita fides necessaria semper fuit. Hoc porro dicimus esse Deum auctorem gratiæ, & æternæ mercedis largitorem. Hæc conclusio est divi Pauli ad Hebræos XI. vers. 6. *Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Et hac de re nullum esse debet amplius inter Theologos dissidium.

XI. Dico 2. *Post lapsum humani generis in peccatum tam sub lege naturæ, quam sub lege Moysis, fides actualis in Christum Redemptorem saltem implicita omnibus adultis necessaria semper fuit necessitate medii.* Hæc quoque assertio certa penes Theologos est, eamque tradit D. Thomas 2. 2. quæst. II. art. 7. *Mysterium incarnationis aliqualiter oportuit omni tempore esse creditum apud omnes, diversimode tamen secundum diversitatem temporum, & personarum. Nam ante statum peccati homo habuit fidem explicitam de Christi incarnatione, secundum quod ordinabatur ad consummationem gloriæ, non autem secundum quod ordinabatur ad liberationem a peccato per passionem, & resurrectionem, quia homo non fuit præscitus peccati futuri... Post peccatum autem fuit explicite creditum mysterium incarnationis Christi non solum quantum ad incarnationem, sed etiam quantum ad resurrectionem, quibus humanum genus a peccato, & morte liberatur.* Hanc assertionem hausit Angelicus ex Scriptura. Nam Evangelista Joannes hæc scribit cap. XIV. *Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad Patrem nisi per me.* D. Paulus ad Galat. II. *Scientes, quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi.* D. Lucas Act. IV. *Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* Ratione quoque conclusio evincitur. Siquidem quisque viam callere tenetur per quam pervenire ad suam beatitudinem debet. Quis namque attingere portum valet, si viam ignoret quæ sola eo ducit? Solus autem Christus via est quæ ducit ad vitam æternam. Ergo illam nemo assequitur, Christo ignorato. Quæ ratio aliter proponi potest. Omnibus quibus necessaria est redemptio per Christum, fides Christi necessaria est. Atqui nemo, nisi per Christum, redimi potest. Ergo nemo sine Christi fide salvari valet. Hæc porro fides in quibusdam, nempe in maioribus, & sapientibus, explicita fuit, in rudibus implicita; & hæc illis satis erat, eo quod sub figurarum velamine Christi incarnatio occultata erat in lege, sive naturæ, sive scripta. Ita docet Angelicus in III. dist. XXV. quæst. II. art. 2. quæritunc. 2. *In secundo statu post peccatum ante adventum Christi quidam habebant fidem explicitam, qui maiores dicebantur; qui-*

*quidam autem, ut minores, fidem implicitam habebant in fide majorum: unde & eis sacramentum redemptionis sub signis sacrificiorum proponebatur*. Vide quæ docet idem Angelicus 2. 2. *quæst.* 111. *art.* 7. ubi docet, aliquos Ethnicos salutem assecutos ante Christi adventum fide Christi tantum implicita: tunc quippe lex mosaica solos astringebat Judæos. Quare gentes quæ legem servabant naturæ, fideque implicita Christi perfusæ erant, salutem æternam assequi poterant. Et hæc communis est Patrum, Theologorumque sententia.

XII. Dico 3. *Post sufficientem Evangelii prædicationem omnibus adultis necessaria est fides explicita Trinitatis, & incarnationis ad æternam salutem assequendam, necessitate medii*. Hæc quoque sententia communior est penes Theologos, & expresse eruitur ex Scripturis, & Conciliis. Evangelista Joannes *cap.* 111. eam docet: *Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei*. D. Paulus ad Galat. cap. 11. *Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur in fide Christi*. D. Marc. cap. XVI. *Prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur*. D. Matth. cap. ult. *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Concilium Tridentinum sess. VI. *Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati divina gratia & adiuti, fidem ex auditu concipientes liberè moventur in Deum, credentes vera esse quæ divinitus revelata, & promissa sunt, atque illud in primis, a Deo iustificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu*. D. Athanasius in Symbolo: *Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit*. In hoc autem symbolo enucleate explicatur incarnationis, & sanctissimæ Trinitatis mysterium. D. Thomas 2. 2. quæst. IX. art. 7. *Post tempus autem gratia revelata, tam maiores, quam minores tenentur habere fidem explicitam de mysteriis Christi*. Hanc denique sententiam communiter Theologi docent, & Casuistæ. Sotus in IV. *dist.* V. *quæst. unic. art.* 2. *conclus.* 3. Petrus de Ledesma *Lib. IV. cap.* X. Suarez *Tom. IV. in* III. *part. disp.* IV. *sect.* 2. Azorius *Tom. I. Lib. VIII. cap.* VI. *quæst.* VI. Lugo *disp.* 11. *sect.* 4. *n.* 106. Serra *quæst.* 11. *ar.* 7. *concl.* 7. Martinez de Prado *quæst.* IV. §. 3. *n.* 14. Joannes a S. Thoma *disput.* IV. *art.* 1. Gonet *disp.* VI. *art.* 3. Ferre *q.* IX. §. 2. *num.* 52. Salmanticenses Scholastici *disp.* VI. *dub.* 1. §. 3. *num.* 77. Sanchez *Lib. II. sum. cap.* 11. *num.* 8. Salmanticenses Morales *tract.* XXI. *cap.* 11. *punct.* 2. *num.* 15. & communiter Thomistæ fere omnes. Huius sententiæ ratio clara est. Quippe ostensum supra est, fidem implicitam Christi fuisse omni tempore post Adæ peccatum necessariam. Porro status novi fœderis, seu gratiæ, perfectior cum sit, perfectiorem quoque notitiam istius status requirit. Hæc autem perfectior notitia non nisi expressa fides Christi, & Trinitatis esse potest. Eadem ratio evincit necessitatem fidei in Christum, & Trinitatem: quia fides explicita incarnationis haberi nequit sine fide explicita Trinitatis.

XIII. Contrariam sententiam recentiores non pauci sequuntur. Eam sibi semper visam fuisse valde probabilem, scribit P. Patritius Sporer *tract.* 11. *in prim. præcept. Decal. cap.* 11. *sect.* 11. §. 4. *num.* 9. pro eadem citat Layman, Tanerum, plurisque alios. Quæ tamen opinio, tamquam contraria apertissimis Scripturæ, sanctorum Patrum, & potissimum D. Thomæ textibus, nullo modo in praxi sequenda est, eamque ut improbabilem reiicimus. Nec officit quorumdam recentiorum auctoritas nullo solido argumento nixa. Gratis siquidem asserunt, Scripturæ textus prodere necessitatem quæ medii, vel præcepti appellati potest: ac subinde ignorantia invincibilis ab eadem excusare valet. Hoc siquidem perfugium vanum est. Ut enim absolutam necessitatem fidei, quam de præfatis mysteriis Scriptura declarat, temperare, & ad solam præcepti obligationem restringere iure valerent; id vel aliis Scripturæ textibus, vel Patrum auctoritate evincere deberent: quod præstare cum nequeant, corrupit eorum interpretatio.

XIV. Quæst. I. *An post sufficientem Evangelii prædicationem* per accidens *contingere possit quod aliquis Christi fide tantum implicita iustificetur*. Affirmant Salmanticenses tum Scholastici *tract.* XVII. *disput.* VI. *dub.* 1. §. 3. *num.* 79. tum Morales *tract.* XXI. *cap.* 11. *punct.* 2. *num.* 18. Roncaglia *tract.* VI. *cap.* 11. *quæst.* 3. aliique innumeri. Quoniam, inquiunt, fieri potest quod catechumeno proponatur Deus ut auctor, & finis supernaturalis, absque expressa Christi, & Trinitatis notitia. Hoc autem in casu iustificaretur catechumenus, quia poneret Deum auctorem supernaturalem, quem credit, amore caritatis diligere.



XV. Resp. *Nunquam contingere potest quod post sufficientem Evangelii prædicationem quisquam iustificetur, & salutem assequatur absque expressa Christi fide, neque per se, neque per accidens*. Hæc sententia communior est penes Theologos, & mihi unice vera. Quoniam, fatentibus adversariis, Scriptura, & Patres absolute docent explicitam Christi fidem esse ad salutem necessariam. Arbitraria ergo est distinctio necessitatis *per se*, & *per accidens*. In iis namque quæ ex divina institutione pendent, non ratio humana, sed divina voluntas consulenda est. Deus autem, ut ex eius verbo scripto nobis constat, necessitatem fidei explicitæ in Christum ad salutem æternam assequendam tamquam medium necessarium in nobis requirit. Accedit quod facta positione præsentis providentiæ, in qua nemo nisi per Christum redimitur; ex rei natura consequitur neminem, nisi per Christi fidem expressam, fieri salvum posse. Contingere ne potest quod aliquis absque Christi redemptione salutem assequatur? Absit ut id dicatur. Ergo promulgatione facta illius redemptionis nemo sine fide expressa in hunc Redemptorem reipsa salvatur. Ante promulgationem satis erat implicita fides Christi: quia imperfectio illius status, & obscuritas revelationis prædicentis cælestem Messiam, id concedebant. At facta novi fœderis promulgatione, ex natura perfectionis status, atque adeo ex rei natura in hoc statu, accedente etiam divina institutione, elicitur, expressam Christi fidem ad utramque salutem necessariam esse. Quod reponunt Salmanticenses, hoc verum habere *per se*, secus *per accidens*, arbitrarium commentum est. Concedo equidem catechumeno proponi posse Deum auctorem supernaturalem absque expressa Christi notitia; sed subdo, posse etiam eidem proponi Deum auctorem naturalem absque ulla explicita cognitione Dei auctoris supernaturalis. Quid inde? iustificaretur ne hoc in eventu? Quid reponis? Dei auctoris supernaturalis expressam fidem, posita elevatione creaturæ rationalis ad statum supernaturalem, ex natura rei necessariam esse? Idipsum assero ego, nempe admissa hypothesi peractæ incarnationis, & sufficientis promulgationis, consequi ex natura rei necessitatem explicitæ fidei in Christum. Data enim præfata hypothesi, nemo nisi per Christum redimitur. Ergo nemo, nisi per expressam Christi fidem, iustus evadit. Cur in veteri lege rudes iustificabantur fide implicita Christi? Quia hæc fides sufficienter promulgata non erat: quia sub figurarum, typorumque cortice incarnatio Christi latebat. Ergo fublato velamine, ac luce cælesti per omnem terrarum orbem diffusa, expressa fides requiritur. Alioquin inter rudes veteris, & rudes novi testamenti nullum foret discrimen. Hanc nostram sententiam conceptis verbis docet D. Thomas in III. dist. XXV. quæst. 11. art. 2. quæstiunc. 2. *In tertio autem statu post mysterium Christi, quia iam mysterium Christi completum est, & corporaliter, & visibiliter prædicatum, omnes tenentur ad explicite credendum; & si aliquis instructorem non haberet, Deus ei revelaret, nisi ex sua culpa remaneret*. En casum in terminis, ut aiunt, propositum de catechumeno, & quocumque alio adulto, a D. Thoma. Quid respondet? Confugit ne ad *distinctionem per accidens*? Asserit ne, deficiente instructore, qui proponat rudi catechumeno incarnationem Christi, posse eiusmodi catechumenum per accidens absque expressa Christi fide iustificari, & salutem assequi? Minime gentium; sed in sinum se recipit divinæ bonitatis, Deumque ipsum hoc in eventu revelaturum fore huic adulto Christi fidem, nisi sua culpa obicem posuisset. Non est ergo de mente D. Thomæ ambigendi locus. Auctoritatem quam Salmanticenses, & ex ipsis Roncaglia opponunt eiusdem D. Thomæ ex 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 7. extra rem omnino est, quoniam ibidem Angelicus loquitur de Ethnicis tempore veteris legis.

XVI. Obiiciunt Salmanticenses, experientia constare Deum diligi amore supernaturali absque explicita Christi fide, ut patet in iustificatis. Idem ergo in catechumeno contingere potest. Præterea quamquam ex Scriptura baptismi necessitas expresse asseratur, nihil impedit quominus solo baptismatis desiderio quis salutem assequatur. Resp. Experientia, quæ obmurmurat, inanis est. Quod catechumenus notitiam habeat Dei auctoris supernaturalis absque expressa Christi fide, transeat. Quid inde? Experientia ne patet, hanc notitiam satis esse ad iustificationem? Nos cum D. Thoma asserimus, Deum in præsenti providentia omnes homines illuminare, nisi illorum culpa obsit. Deus instructorem mittet, nisi propria iniquitate se homines indignos effecerint. Quando ergo expressa Christi fides deest, credentium culpa deficere dicimus; atque adeo si-

ne

re hac fide iustificari quemquam posse negamus. Paritas de iustificatis inepta est. Nec enim dicimus, omni tempore, & in omni actu necessariam esse expressam Christi fidem; sed eam ad utramque salutem necessariam dicimus. Quod iustus possit actum dilectionis Dei edere, quin expresse de Christo cogitet, quis est qui neget? Hic enim virtute meritorum Christi omnes suos elicit actus, plerisque fidei expressæ in Christum tam elicitis; & quamvis, dum aliquando Deum diligit, actu de Christo non cogitet, vita tamen eiusdem Christi vivit, eiusdemque passionem sibi applicuit, illique fide, spe, & caritate adhæret. Quæ omnia ab infideli, & catechumeno absunt; ideo nulla paritas. De baptismo dictum est supra, nos ex Patribus, & communi traditione habere, satis esse ad salutem baptismum in voto, quando re suscipi nequit: nihil vero simile de fide habetur; immo expresse asserunt Patres, potissimum D. Thomas, divinam providentiam supplere defectum ministerii humani, nisi culpa hominis obsit. Ex natura quoque diversa fidei, & baptismatis discrimen colligitur: quod hoc ab exteriore ministro pendet, illa a solo Deo. Utique fides ordinario modo concepta est ex auditu; sed facillime prædicatio externa per internam illustrationem suppleri valet. Denique qui expresse credit in Christum, expressam notitiam habet medii quod solum, & unicum ad vitam ducit; & in hac expressa fide desiderium baptismi haberi potest. Qui contra expressa fide de Christi caret, cognitione destitutus illius viæ est quæ sola ad æternam beatitudinem iamum refert.

XVII. Quæri. II. *An homini ignoranti mysteria incarnationis, & Trinitatis neganda sit absolutio sacramentalis?* R. Affirmat communissima Theologorum sententia. Graviter ergo peccaret minister qui absolveret quemquam talium mysteriorum ignorantia laborantem. Quia quicumque ignorantia incarnationis, & sanctissimæ Trinitatis laborat, ad pœnitentiæ sacramentum ineptus, & incapax est. Si enim hæc ignorantia vincibilis sit, res clara est. Si postea sit invincibilis, quam in aliquo raro casu dari contendunt Salmanticenses cum quibusdam aliis, licet non sit culpabilis, est tamen obex ne quis aptus sit ad sacramentum pœnitentiæ suscipiendum. Quare illi ipsi Auctores, potissimum Salmanticenses, qui sustinent, aliquo in casu catechumenum salvum fieri posse ide tantum implicita Christi, negant, hac sola fide perfusum capacem esse absolutionis sacramentalis. In quo quam bene sibi constent, ipsi viderint: docent enim, eamdem fidem requiri tum ad iustificationem, tum ad æternam beatitudinem.

XVIII. Hinc colligo, quam merito damnata hæc propositio sit ab Innocentio XI. *Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, & etiam si per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat mysterium sanctissimæ Trinitatis, & incarnationis D. N. Jesu Christi*. P. Viva in explicatione illius thesis n. 7. duplicem capacitatem distinguit: alteram ad ablutionem licitam, alteram ad ablutionem validam: concluditque, illicite quidem ignorantem talia mysteria absolvi; at e contrario valide absolveretur, si ea duo mysteria credenda essent solum necessitate præcepti, non medii. Ex his elicit n. 10. hoc corollarium. *Hinc sequitur, non esse reiiciendam, nec fovere hanc thesim proscriptæ laudatam opinionem Macchantii, quod scilicet non sint repetenda confessiones ab eo qui ignorabat mysteria Trinitatis, & incarnationis? quamvis enim non absolvatur licite qui ea ignorat; at probabile est quod absolvatur valide: quoties autem probabile est confessionem præteritam fuisse validam, ea non est repetenda*.

XIX. Subdit deinde, sibi probabilius videri, fidem explicitam mysteriorum incarnationis, & sanctissimæ Trinitatis necessariam esse necessitate dumtaxat præcepti. Atque ut ab hoc ultimo auspicemur, gratis, & absque fundamento docet, probabiliorem esse hanc suam opinionem. Nec enim omnes quos laudat Auctores, absolute defendunt solam necessitatem præcepti; sed quidam in aliquo dumtaxat casu raro per accidens contingere posse aiunt quod sola implicita Christi fides sufficiat ad iustificationem. Cetera communior, immo communissima, & mihi unice vera, sententia docet, necessariam esse fidem explicitam incarnationis, & Trinitatis necessitate medii. Quare dubio procul probabilior est opinio illa. Quo posito, falsam prorsus reputo opinionem P. Vivæ dicentis, quoties probabile sit confessionem præteritam fuisse validam, eam non esse repetendam. Falsam, inquam, reputo hanc opinionem huic de qua disputamus, controversiæ applicatam. Nam quod pertinacio absolute probabilis de valore præteritæ confessionis eximat ab onere repetendæ confessionis, extra disputationem est. Verum quando probabilius videtur confessionem nullam fuisse,





minor probabilitas satis minime est ut quis liberetur ab obligatione repetendæ confessionis. Porro probabilius est explicitam Christi fidem necessariam esse necessitate medii ad iustificationem, & beatitudinem. Ergo probabilius est nullam esse confessionem illorum qui præfata ignorant mysteria. Reficienda ergo confessio est: quoniam in sacramentorum materia probabilior, immo tutior opinio amplectenda est. Quod postea addit P. Viva, posse illum qui eiusmodi ignorat mysteria, absolvi non licite, sed valide, mihi incompertum est. Nam hæc ignorantia aut invincibilis est, aut vincibilis. Si vincibilis, paret confessionem nullam esse ex thesi proscripta. Si invincibilis asseratur; & valide, & licite pœnitens absolveretur, & minister dumtaxat peccaret, si pœnitentis instructionem omitteret. Quare ex parte Confessarii illicita absolutio foret. Et hæc forsitan est P. Viva opinio, quam tamen nos reiicimus: quoniam ignorantiam invincibilem post promulgationem evangelicæ legis haudquaquam admittimus. Idcirco illicitam, & nullam asserimus absolutionem illius qui incarnationis, & Trinitatis ignorantia laborat. Quare si ignorantia irretitus homo sit, Confessarius tenetur tali homini absolutionem sacramentalem denegare. Et hæc sententia communissima est, quam nec ipse P. Viva negare potest, quamque defendunt vel ipsi Salmanticenses *loc. cit. num.* 19. & passim alii recentiores. Denique ut quis dicatur habere fidem explicitam incarnationis, & Trinitatis, haud est necesse ut explicitam notitiam habeat earum omnium veritatum quæ ad præfata attinent mysteria; sed satis est ut explicitam habeat fidem trium Personarum distinctarum, credatque secundam Personam, nempe Filium Dei hominem factum, mortuum, & a mortuis resurrexisse, atque in cælum ascendisse, ut genus redimeret humanum.

## CAPUT IX.

### *De Symboli, seu fidei articulis.*

I. VErbum scriptum, nempe universam sacram Scripturam, & verbum traditum, scilicet traditiones apostolicas, materiam esse, seu obiectum fidei christianæ, superiore capite ostensum est. Nunc autem addimus, Symbolum quoque Apostolicum, quod summam doctrinæ christianæ continet, ad fidem nostram pertinere. Antequam vero Symboli Apostolici articulos explico, pauca de Symbolorum numero generatim prælibare expedit.

II. Atque ut ab ipso Symboli nomine auspicemur, Symbolum fidei brevis summa est quæ præcipuos fidei articulos continet. Appellatur quoque signum, seu tessera, qua fideles secernuntur. Quadruplex in Ecclesia Symbolum receptum est, videlicet Apostolicum, Nicænum, Constantinopolitanum, & Athanasianum. De hoc Athanasii Symbolo disputant eruditi viri, adiudicandum ne Athanasio sit. Communior sententia negat, ab Athanasio editum illud esse: tum quod inter antiquissimos operum Athanasii codices non habetur; tum quod hæreles post Athanasium ortæ, ut Nestoriana, & Eutychiana, expresse confutantur in hoc Symbolo. Quamvis vero conscriptum ab Athanasio non fuerit Symbolum illud, tota tamen eiusdem doctrina in operibus continetur Athanasii. Et quod caput est, Symbolum illud certissima est fidei regula, cum illud Ecclesia universa approbaverit, fuisque ministris præceperit ut illud diebus dominicis recitarent. Qui Symbolum illud Athanasio tribuerunt, facti errore decepti sunt.

III. Symbolum Constantinopolitanum editum fuit adversus Macedonianos, eisque idem paullulum licet auctum, ac Nicænum Symbolum in Concilio Nicæno contra Arianos conditum. De his duobus Symbolis nullum est inter Theologos dissidium.

IV. Symbolum Apostolicum ab omnibus tum catholicis, tum hæreticis suscipitur. Id solum in discrimen adducitur, fuerit ne ab Apostolis ipsis sub definita formula constitutum. Catholici Scriptores plures referunt Calvinum cum Erasmo, & aliis negantem ab Apostolis Symbolum illud concinnatum fuisse. At Calvinus non inficiatur absolute, sed fatetur hoc Symbolum a veteribus Apostolis tribui, & in eodem doctrinam Apostolorum, & solidis Scripturæ testimoniis consignatam haberi, & ab ipsa Ecclesiæ origine traditam. Inquit enim lib. II. Inst. cap. XVI. num. 18. *Apostolicum autem nuncupo, de auctore interim minime solicitus. Apostolis certe magno veterum Scriptorum consensu adscribitur, sive quod ab illis in commune conscriptum, & editum existimabant, sive quod compendium illud ex doctrina per eorum manus tradita, bona fide collectum tali elogio confirmandum censuerunt. Neque vero mihi dubium est quin a prima statim Ecclesiæ origine, adeoque ab ipso Apostolorum seculo, in stata publica, & omnium calculis recepta con-*

*fessionis obtinuerit.... Quo intellecto, de Auctore vel auxie laborare, vel eum aliquo digladiari, nihil attinet: nisi qui forte non sufficiat certam habere Spiritus sancti veritatem, ut non simul intelligat, aut cujus ore enuntiata, aut enim manu descripta fuerit.*

V. Ubique Calvinus suum ostentat supercilium. Fatetur, veteres magno consensu Symbolum illud adiudicare Apostolis. Quid est ergo quod ipse veteribus non subscribit? Quenam illi ratio est a veteribus recedendi? Nulla præter superbiæ typhonem, ambitionemque aliis contradicendi. Neque nos super hac re anxie digladiamur, quoniam scimus, factum illud ab Apostolis conditum esse quia primorum sæculorum Patres, ceu testes fide dignissimi, id asseverant. Irenæus Lib. I. advers. hæres. cap. 11. *Ecclesia per universum orbem usque ad fines terræ seminata, ab Apostolis, & Discipulis eorum accepit eam fidem quæ est in unum Deum, Patrem omnipotentem &c.* Tertullianus Lib. de præscr. cap. XXXVII. *In ea regula invenimus, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo tradidit.* Lucifer Calaritanus *Lib. II.* adv. Constantium Imperatorem hoc Symbolum appellat *formam disciplinæ, & regulam fidei per Apostolos traditam.* Conjule Ambrosium *Lib. I. epist.* VII. ad Siricium, Rufinum in expositionis Symboli præfatione ad Laurentium, sanctum Leonem ad Pulcheriam Augustam, & Patres communiter. Nec obest quod objiciunt, Symbolum illud non esse Scripturæ canonicæ partem, neque a S. Luca recenseri in Actibus Apostolorum. Hinc potius colligere Protestantes deberent, se mirum in modum hallucinari, dum negant verbum traditum: nam Symbolum illud recipiunt tamquam doctrinam divinam, tametsi scriptis non consignatam, sed de ore in os diffusam, quæque per omnium veluti manus ad nos usque pervenit. Velint ergo, nolint, aut apostolicas traditiones admittant, aut Symbolum apostolicum reiiciant necesse est. Multa gesserunt Apostoli quæ Lucas minime recenluit. Quare argumentum inficiale nullius hic ponderis est.

VI. Recensendæ nunc sunt illius Symboli sententiæ singulæ, quas articulos appellamus, quosque duodecim, juxta numerum duodecim Apostolorum, esse communiter asserunt Doctores.

Primus est: *Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cæli, & terræ.*
Secundus: *Et in Iesum Christum filium eius, unicum Dominum nostrum.*
Tertius: *Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine.*
Quartus: *Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.*
Quintus: *Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.*
Sextus: *Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.*
Septimus: *Inde venturus est iudicare vivos, & mortuos.*
Octavus: *Credo in Spiritum sanctum.*
Nonus: *Sanctam Ecclesiam catholicam: Sanctorum communionem.*
Decimus: *Remissionem peccatorum.*
Undecimus: *Carnis resurrectionem.*
Duodecimus: *Vitam æternam.*

VII. Quamquam Catechismus Tridentinus duodecim articulis universum Symbolum comprehendat, ad numerum respiciens Apostolorum, Theologi tamen res creditas contemplantes, illud in quatuordecim tribuunt sententias, seu articulos: quam divisionem D. Thomas 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 8. adprobat; alteram tamen non improbat, sed æque probat, immo etiam priori præfert exponens apostolicum Symbolum. Parum momenti res habet, cum nullum sit discrimen nisi penes maiorem explicationem. Præfatus Catechismus tres in partes hoc Symbolum tribuit I. *Part. cap.* 1. *num.* 4. In una, divinæ naturæ prima Persona, & mirum creationis opus describitur: in altera, secunda Persona, & humanæ redemptionis mysterium: in tertia, tertia item Persona, caput, & fons sanctitatis nostræ. Theologi cum D. Thoma *loc. cit.* in duo veluti genera totum Symbolum partiuntur. Nam de Deo vel credimus quæ ad naturam ipsam divinam spectant, & ea sunt septem: vel quæ pertinent ad naturam humanam assumptam, & ea itidem sunt septem. *Et ideo* (inquit D. Thomas) *prima distinctio credibilium est, quod quædam pertinent ad maiestatem Divinitatis quædam vero pertinent ad mysterium humanitatis Christi, quod est pietatis sacramentum. Circa maiestatem autem Divinitatis tria nobis credenda proponuntur. Primo quidem unitas Divinitatis & ad hoc pertinet primus articulus. Secundo Trinitas Personarum; & de hoc sunt tres articuli secundum tres Personas. Tertio vero proponuntur nobis opera Divinitatis propria: quo-*





*rum primum pertinet ad esse naturæ; & sic proponitur nobis articulus creationis: secundum pertinet ad esse gratiæ; & sic proponuntur nobis sub uno articulo omnia pertinentia ad sanctificationem humanam: tertium vero pertinet ad esse gloriæ; & sic proponitur nobis alius de resurrectione carnis, & de vita æterna. Et ita sunt septem articuli ad Divinitatem pertinentes. Similiter etiam circa humanitatem Christi ponuntur septem articuli: quorum primus est de incarnatione, scie de conceptione Christi: secundus de nativitate eius ex Virgine: tertius de passione eius & morte, & sepultura: quartus de descensu ad inferos: quintus est de resurrectione: sextus de Ascensione: septimus de adventu ad iudicium. Et sic in universum sunt quatuordecim. Quidam tamen distinguunt duodecim articulos fidei, sex pertinentes ad Divinitatem, & sex pertinentes ad humanitatem. Tres enim articulos trium personarum comprehendunt sub uno: quia eadem est cognitio trium personarum. Articulum vero de opere glorificationis distinguunt in duos, scilicet resurrectionem carnis, & gloriam animæ. Similiter articulum conceptionis, & nativitatis coniungunt in unum.*

VIII. Perspicua sunt hæc omnia. Quia tamen de summa doctrinæ fidei nostræ termo est, lubet nonnulla addere quæ singulorum notitiam enucleatius declarent. Panca primum deliberantur circa septem articulos qui Divinitatis maiestatem spectant. Primus ergo articulus præsert, Deum esse in natura & substantia unum, æternum, infinitum, immensum, & maiestate summum, ubique non solum potestate, vi, & efficacitate, sed etiam re ipsa vere præsentem, cuius ditioni omnia subduntur: qui est supremus omnium rerum Dominus, qui nutu suo omnia moderatur, cognoscit, videt, atque disponit.

IX. Secundus articulus primam in natura divina Personam, Patrem scilicet, prodit, quæ est principium duarum Personarum divinarum. Illum proinde credimus genitorem Filii, & spiratorem Spiritus sancti, parique ratione cum ingenitum credimus, ideft, a semetipso, & per seipsum subsistentem, ab alio suum esse minime habentem.

X. In tertio articulo credimus secundam in natura divina Personam verum Deum, qui ex Patre solo genitus sit ab æterno, naturalis Dei Filius, consubstantialis, & per omnia Patri æqualis, Patrisque unicum Verbum, & expressa imago, eum plene repræsentans, & exprimens.

XI. Profitemur in quarto articulo tertiam in natura divina Personam Spiritum sanctum, qui ex Patre, Filioque ab omni æternitate procedens, qui verus utique, coæternus, coæqualis, consubstantialis Deus est.

XII. Quintus articulus nobis credendum proponit Deum rerum omnium conditorem, qui solo nutu, verbo suo universam mundi machinam, tam visibilia, quam invisibilia, in tempore ex nihilo produxit, eaque producta conservat, dirigit, curat, ac gubernat infinita sapientia, ac bonitate summa: qui sicut prima causa est, a qua cuncta ex nihilo condita in temporis initio dimanarunt; ita est ultimus finis, ad quem omnia referuntur.

XIII. Sextus articulus nobis proponit Deum omnis iustitiæ, & gratiæ, ac sanctitatis largitorem, qui peccata nobis dimittit, peccatorelque per gratiam adoptionis, quæ peccata delet, in suam caritatem, & amicitiam restituit.

XIV. Septimus articulus nobis exhibet credendum, Deum esse gloriæ æternæ, vitæque cælestis datorem, in cuius visione, & amore beatorum spirituum felicitas sita est.

XV. Articulorum qui ad humanam naturam in Personam Filii assumptam pertinent, primus repræsentat Filium Dei de cælis in terram delcendisse, sibique mirabili nexu, & vinculo humanam naturam copulasse. Facta hac coniunctione, Persona hæc divina in duabus naturis, divina scilicet, & humana, subsistit: atque adeo in tempore Verbum incarnatum conceptumque dicitur sine Patre in terris ex incorrupta virgine, in qua operante Spiritus sancti virtute Verbum caro, & homo factus est.

XVI. In secundo profitemur eumdem Dei Filium humana natura assumpta ex immaculata virgine natum prodiisse: eamque Mariam Dei matrem, simulque virginem confitemur.

XVII. Tertius articulus ostendit, Christum Dominum munere docendi, & miracula patrandi peracto, sub Præside Pontio Pilato crucifixum, mortuum, ac sepultum fuisse.

XVIII. Quartus admonet, Christo iam mortuo, eiusdem animam ad inferos descendisse, ibique tamdiu mansisse, quamdiu illius corpus in sepulcro iacuit. Ad illas porro infimas sedes, seu abdita receptacula penetravit, ut morte, dæmoneque devicto patrum animas liberaret. Triduo iacuit in sepulcro; & licet corpus ab anima separa-

tum fuerit; Divinitas tamen nec a corpore, nec ab anima fuit seiuncta.

XIX. In quinto articulo credimus, tertia die victorem Christum ex inferis redeuntem sua vi, & potestate a mortuis resurrexisse, vitamque immortalem, gloriæque plenam adeptum fuisse.

XX. Sextus articulus eumdem Christum proponit, absoluto humanæ redemptionis negotio, post quadraginta a resurrectione dies in cælum propria virtute ascendisse. Quippe secundum naturam humanam evectus est in cælum, sedetque ad dexteram Patris, eidem æqualis, & eadem majestate refulgens.

XXI. In septimo tandem articulo credimus extremum judicii diem, quando Christus Dominus iterum de cælo descendet, severam judicis personam agens, ut judicet universum terrarum orbem, & palam unicuique reddat, prout quisque in proprio corpore gessit sive bonum, sive malum: omnes enim ante illius tribunal tam improbi, quam probi adstabunt, sive qui ante illum tremendissimum diem mortem obierint, sive qui adhuc in carne vivi hoc in mundo peregrinabuntur.

XXII. Hæc est distinctio articulorum quam Theologi communiter tradunt. Si quod ipse sentio, prodere licet, planior, & expeditior mihi videtur illa quam Catechismus Tridentinus exponit, ad duodenarium numerum omnes Symboli articulos restringens, iuxta ordinem, & methodum, qua in ipso Symbolo digesti sunt. Explanatio quoque, quam eorumdem articulorum præfatus Catechismus tradit, omnibus aliis præferenda est. In expositione quatuordecim articulorum, vestigiis insistens Theologorum, de articulo Ecclesiæ nihil expresse dixi. Idcirco pauca modo subiicienda sunt. Nonus ergo articulus *sanctam Ecclesiam catholicam* credendam proponit. Quid nomine Ecclesiæ intelligatur, fusius explicat laudatus Catechismus, & a nobis dictum est supra; quod sit fidelium congregatio visibilis sub uno visibili capite, qui est Romanus Pontifex. Si enim visibile corpus est Ecclesia, ut vel ipsi fatentur hæretici, a visibili capite regatur oportet. Ecclesia hæc ab Adam usque ad sæculorum consummationem *una* semper fuit, est, & erit: in terris dicitur militans, quæ bonos, malosque sinu suo complectitur; & in cælis triumphans, quæ cœtum felicissimum beatorum spirituum, & eorum qui de mundo, carne, & dæmone triumpharunt, atque æterna beatitudine fruuntur comprehendit. Una ergo est Ecclesia, duas veluti partes comprehendens, militantem, & triumphantem. *Sancta* appellatur, quod Deo dicata, & consecrata sit; quod, veluti corpus cum sancto Christo capite Domino totius sanctitatis fonte coniungatur: denique doctrinam sanctam doceat, quod sacramenta, divinæ sanctificantis gratiæ instrumenta, administret, ac legitimum sacrificii cultum Deo offerat. *Catholica* denique nuncupatur, idest universalis. Hanc particulam non positam primitus ab Apostolis, sed temporis decursu additam fuisse verosimilius est, maioris explicationis gratia. Siquidem dicitur hæc vox *catholica* nota Ecclesiæ, non veluti infantis, & in cunis positæ, qualis erat quando Apostoli condiderunt hoc Symbolum; sed adultæ, & in statu perfecto constitutæ. Quamvis enim eadem semper fuerit, diversos tamen habuit status, ut indicavimus. Sanctorum communio non constituit articulum distinctum, sed novi articuli explicatio maior est. Unitas enim spiritus a quo Ecclesia regitur, efficit ut quidquid in eam collatum est, commune sit, inquit Catechismus Tridentinus, quem consule, si maiorem cupis Apostolici Symboli explicationem.

XXIII. Ultimo advertere licet, quod etsi in quibusdam Ecclesiis Symbolum apostolicum nonnullis particulis auctum fuerit; in Ecclesia tamen Romana immeratum ad plura sæcula custoditum semper est. Aquilejensis, & Orientalis Ecclesia particulas, paucas licet, huic Symbolo addidit adversus insurgentes hæreles, ut testatur Rufinus in expositione Symboli. *Illud* (inquit) *non importune commonendum puto, quod in diversis Ecclesiis aliqua in his verbis inveniuntur adiecta. In Ecclesia tamen urbis Romæ hoc non deprehenditur factum: quod ergo proprerea esse arbitror, quod neque hæresis ulla illic sumpsit exordium: & mos iubet servatur antiquus, eos qui gratiam baptismi suscepturi sunt, publice, idest fidelium populo audiente, Symbolum reddere; & utique adiectionem unius saltem sermonis eorum qui præcesserunt in fide, non admittit auditus. In ceteris autem locis, quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addita quædam videntur, per quæ novella doctrinæ sensus crederetur excludi. Nos tamen illum ordinem sequimur quem in Aquilejensi Ecclesia lavacri gratia suscepimus.*

CA-



## CAPUT X.

*De fidei christianæ præceptis.*

I. TRiplex distingui solet fidei præceptum. Primum præcipit ut ea quæ credenda sunt, sciantur. Secundum iubet assentiri omnibus mysteriis credendis. Tertium imponit externam fidei confessionem opportuno tempore faciendam. Hæc tria mandata affirmantia, & positiva nuncupantur. Dantur deinde præcepta quæ negantia dicuntur, affirmantibus opposita, ut sunt non negare fidem externus, non profiteri hæresim, seu infidelitatem: sed hæc in primis includuntur. In præsentia de solo præcepto quod scire credenda imperat, sermo est.

### §. I.

*Christianæ fidei capita quæ adulti omnes scire necessitate præcepti astringantur.*

II. TAque ut quis actus fidei internos elicere queat, prius scire debet veritates, seu mysteria illa quæ credenda sunt. Primum siquidem fidei præceptum iubet notitiam habere eorum quæ credere debemus. Hæc autem sunt triplicis veluti generis: alia namque mentem illustrant, ut *recte credere* valeat; alia ad *spem concipiendam* erudiunt; alia denique *ad bene vivendum, aeternamque salutem comparandam* animum informant.

III. Dico 1. *Omnes adulti ratione præditi scire, & credere explicite teneantur omnes articulos in Symbolo contentos.* Hæc sententia communis est, & certa penes Theologos; quamvis Iustinianum, & antiquiorum Summistarum aliqui oppositum docuerint: quæ tamen opinio ab omnibus nunc reiicitur. Ratio clara est. Nam Symbolum illud summam continet christianæ professionis, inquit Augustinus Lib. de fide, & Symbolo cap. 1. *Est autem fides catholica in Symbolo nota fidelibus, memoriæ mandata, quantum res passa est, brevitate sermonis, ut ne pientibus, atque lactentibus eis qui ex Christo renati sunt, omnium Scripturarum divinarum diligentissima, & spirituali tractatione, atque cognitione roboratis, paucis verbis credendum constituetur.* Et sub finem eiusdem Libri subdit: *Hæc est fides quæ paucis verbis tenenda in Symbolo novellis Christianis datur: quæ pauca verba fidelibus nota sunt, ut credendo subiungantur Deo, subiugati recte vivant, recte vivendo cor mundent, corde mundo, quod credunt, intelligant.* Quod omnia mysteria in hoc Symbolo contenta fideles explicite scire teneantur, ex eo constat quod aliqua mysteria, puta Trinitatis, & incarnationis, in eodem habentur, quorum fidem sub præcepto cadere nemo Catholicorum inficiatur. Cum ergo catholica Ecclesia ceteros articulos simul cum illis proponat credendos, non est cur illi, secus alii credendi sint. Neque alicuius Doctoris est summam hanc articulorum restringere, vel ab eorumdem notitia homines eximere. Posito enim divino præcepto aliqua credendi, necessario consequitur ea credenda esse quæ nobis Ecclesia in suo Symbolo proponit.

IV. Dico 2. *Non est necesse omnes adultos agnoscere præfata mysteria, & memoria distincte tenere eo ordine quo digesta in Symbolo sunt; sed satis est eorumdem notitia quantum ad substantiam.* Quid significet credere Symboli articulos *quantum ad substantiam*, non satis clare explicant Theologi, & vix notio adæquata exhiberi potest. Id solum dici valet; tunc fideles quantum ad substantiam callere hos articulos, quando de iisdem interrogati respondent, se eos credere; quamquam illos eo quo digesti sunt ordine ignorent; nec ita memoria eosdem teneant, ut valeant, nullo interrogante, distincte recitare. Item non est necesse ut exprimere eorumdem definitiones sciant, aut difficultates, plurieque veritates quæ in eisdem continentur, agnoscant; sed satis est quod significatus respondentes vocibus articulorum teneant. Exempla subiiciamus. Mysterium Trinitatis quantum ab substantiam sciunt fideles, si concipiant unum Deum in tribus personis distinctis Patrem, Filium, & Spiritum sanctum: & has personas non esse tres Deos, sed unum Deum; Filium, non Patrem, esse incarnatum &c. Verum vix, ac ne vix quidem, exprimi valet quid ad cuiusdam articuli substantiam pertineat; idcirco ut maiori qua fieri potest perspicuitate rem difficillimam edisseram, sequentes quæstiunculas subiiciam.

V. Quæst. 1. *Quid credere teneantur fideles adulti ex illorum articulorum qui ad Divinitatem pertinent, quantum ad substantiam?* Resp. Credere explicite & absolute debent, Deum esse unum, omnipotentem, creatorem universi, omnium visibilium, & invisibilium, Salvatorem generis humani, omnis sanctitatis, & gratiarum datorem, qui peccata dimittere valet, & peccatores per gratiam adoptionis in suam restituere amicitiam, gloriæ, beatæque vitæ largitorem: & quod dentur tres personæ divinæ, qua-

rum una non sit alia, & omnes tres unus sint Deus.

VI. Quæst. II. *An necesse sit explicite credere, Spiritum sanctum a Patre, Filioque procedere?* Resp. Affirmarunt nonnulli; sed communis Theologorum sententia negat. Nam particula *Filioque* addita fuit circiter nonum sæculum. Si enim fideles scire deberent processiones divinas, non solum quantum ad substantiam, sed exploratam notitiam mysterii Trinitatis habere deberent.

VII. Quæst. III. *Quinam scire fideles debeant de articulis qui ad Christi attinent humanitatem, ut dicantur eos scire quantum ad substantiam?* Resp. Primo quod secunda persona, nempe Filius Dei factus sit homo, qui dicitur Christus, quique Deus, & homo est. Non requiritur ut explicite sciant duas naturas divinam, & humanam in una persona subsistere, aliasque difficultates &c. Secundo quod Christus conceptus sit virtute Spiritus sancti, & ex virgine Maria natus. Tertio quod passus, & mortuus sit. Quarto quod descenderit ad inferos secundum animam. Quinto quod tertia die resurrexerit a mortuis. Sexto quod ascenderit in cælum ad dexteram Patris, & quod venturus sit judicare vivos & mortuos in die judicii.

VIII. Quæst. IV. *Utrum fideles teneantur vi præcepti credere explicite, Deiparam perpetuo mansisse virginem?* Resp. Probabilior, communiorque sententia affirmat. Quoniam hoc satis aperte in Symbolo indicatur, dum dicitur *natus ex Maria Virgine*. Eo ipso namque quod absolute Maria nuncupetur *virgo*, consequitur tum ante, tum post partum, semper fuisse virginem. Hanc siquidem perpetuam virginitatem prodit absoluta & indefinita *virginitatis* appellatio.

IX. Quæst. V. *Tenentur ne fideles credere, Christum passum esse sub Pontio Pilato?* Resp. Non est unde colligatur ad id fideles teneri, nisi quod in Symbolo id narratur. Sed advertendum id non esse in Symbolo positum tamquam distinctum articulum, aut veritatem quamdam quæ ad doctrinam fidei conferat; sed esse circumstantiam magis declarantem passionem ipsius Christi: dum enim iudex demonstratur, sub quo Servator divinus passus est, factum passionis firmius constat. Cæterum satis esse videtur, fideles credere mortem Christi absque hac circumstantia: hæcque communior sententia est.

X. Quæst. VI. *Astringantur ne fideles explicite credere, Christum descendisse ad inferos, & Sanctorum communionem?* Resp. Sententia affirmans mihi probabilior est. Et primo descensus ad inferos articulus est Symboli apostolici. Omnes autem Symboli articulos credere fideles inhentur. Quidni ergo & hunc? Quia ratione illum excipere debemus? An privati Doctoris est fidem articulorum quos Ecclesia credendos proponit, restringere? Ad summum dicerem, fideles debere scire hunc articulum quantum ad substantiam, nempe Christum descendisse ad inferos, prout in Symbolo dicitur. Quod autem scire debeant expresse, hunc descensum in inferiora receptaculi secundum animam contiguisse, atque ibidem usque ad resurrectionem permansisse, non videtur satis mihi exploratum, ut ad hanc distinctam notitiam rudes obligem. Communio quoque Sanctorum, cum sit expresse in Symbolo apostolico posita, credenda expresse est ab omnibus. Et quamquam vim illius vocis, propriamque significationem rudes homines minime teneant; rem tamen ipsam per vocem significatam haud ignorant, cum reipsa viris pius, sanctisque in cælo degentibus se commendent, credantque se ea eorum intercessionibus juvari posse. Verum utique est, hanc Sanctorum communionem non constituere articulum distinctum, & peculiarem in duodenario numero articulorum; sed est particula extrema noni articuli, *Credo sanctam Ecclesiam catholicam*; eique veluti eiusdem explicatio quædam. Hinc tamen haud consequitur ab eiusdem notitia fideles eximi. Potissimum quod vix concipere valeant. Ecclesiam unum esse fidelium cœtum, unum corpus, sacramentorum præcipue nexibus copulatum, cuius caput invisibile Christus, nisi simul percipiant hæc membra quæ mysticum corpus efficiunt, mutuo iuvari, & totius corporis bona participare communia, fructibusque gaudere.

IX. Quæst. VII. *Tenentur ne fideles credere explicite necessitate præcepti mysteria Circumcisionis, Præsentationis in templo, Adventus Spiritus sancti, aliarumque festivitatum quæ solemni ritu in Ecclesia celebrantur?* Resp. Affirmant nonnulli; sed communior, & probabilior sententia negat. Nec enim præfata festa, & mysteria tam Ecclesia celebrat, ut eorumdem fidem exciter in fidelium mentibus, quam ut fideles ad colendum Deum inducat. Nec est unde colligatur præceptum quod ad eiusmodi festorum fidem attingat fideles.

§. II.



§. II.

*Summas eorum quæ credere fideles debent, ut divinam spem concipiant, honeste vivant, & salutem æternam consequantur.*

XII. EA quæ spem nostram in Deum maxopere excitant, sunt petitiones in oratione dominica contentæ. Hæc precatio, quam nos Salvator ipse divinus docuit, maxima vi, & efficacitate pollet ad spem fovendam: quippe Deum sub amantissimi patris persona nobis refert, nosque edocet ea petere quibus illum ultimum nostrum finem assequamur. Hanc dominicam orationem peroptime exponit Angelicus *opusc.* VII. & 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 9. sed fusiorem, & ad pietatem ciendam, spemque alendam, aptissimam tradit expositionem Catechismus Tridentinus.

XIII. Ea porro quæ mores nostros informant, in Decalogo continentur; suntque decem mandata, de quibus singulis sermo erit.

XIV. Media ad æternam salutem assequendam sunt septem sacramenta. Baptismi, pœnitentiæ, & eucharistiæ notitia potissimum requiritur, eo quod tria hæc sacramenta omnibus adultis necessaria sint. Cætera autem sacramenta tunc scire, & credere fideles tenentur, cum eadem suscipere debent. Quamvis tamen illorum necessitas non sit æqualis necessitati baptismi, pœnitentiæ, & eucharistiæ; non ob id tamen ignorantia eorum absolute, & communiter innocens est, potissimum quod in discrimen illa hæretici adducunt.

XV. Præter recensita, necessaria quoque est notitia præceptorum sanctæ matris Ecclesiæ, & salutationis angelicæ, ut plures graves Doctores sentiunt. Quin addit Layman cum Paludano, Navarro, Lopez, & aliis teneri fideles vi præcepti ecclesiastici, longa firmati consuetudine, memoriter discere orationem dominicam, salutationem angelicam, & Symbolum Apostolorum. Et sane communis Ecclesiæ consuetudo obtinet ut omnes pueri ad hæc addiscenda, memoriæque commendanda imbuantur: culpaque immunes non censentur communiter adulti qui præfata ignorant. Sentit tamen laudatus Layman cum aliis, hanc obligationem memoriæ mandandi quæ recensui, astringere tantum sub culpa veniali. Difficile mihi est limites quantitatis culpæ huius figere, quæ maior, aut minor esse potest varietate circumstantiarum inspecta. Si fideles adulti ignorant quæ in Symbolo continentur, certum est eos graviter peccare, quoniam ad illa credenda divino præcepto astringuntur. Si ergo scire ea sub gravi culpa tenentur, consequi videtur quod memoriæ quoque reposita habere debeant. Quare solum dicendum videtur, venialis duntaxat culpæ fontes esse, si illa nesciant eo ordine quo disposita sunt, memoriter, expedite, & distincte recitare: & hoc dicere forsitan volunt Auctores laudati. Sed audire iubet D. Carolum Borromæum act. Eccl. Mediol. Part. IV. *Quoniam Christianus omnis, si adultus est, sub pœna peccati mortalis scire debet articulos omnes Symboli Apostolorum, insuper & præcepta Dei, sanctæque matris Ecclesiæ universa, quæ sub mortali obligant, & docentur communiter in scholis doctrinæ christianæ.* Et in Concilio V. hæc adduntur, mentione facta orationis dominicæ, & salutationis angelicæ: *Si Confessarius parvitatem reperiat omnium istorum ignarum, non absolvat, quin primo quoque tempore iis addiscendis operam daturum se promittat. Quamquam si aut a Confessario suo eodem, vel diverso, vel sua ipse primum confessionis tam alias monitus (quod diligentissime exquiratur) eam adhibere diligentiam neglexerit quæ pro illius ingenii capta ad ea discenda sufficiens sit; non prius absolvatur quam hanc obligationem aliqua saltem ex parte fecerit satis. Si vero ea de re nusquam antea monitus fuerit, poterit tum ei gratiam absolutionis impertiri; ea tamen præmissa semper instructione quam pœnitenti sufficere censuerit, ut tanto beneficio non sit indignus.*

XVI. Illud etiam addendum, quemquam scire debere præter fidei articulos, & legis mandata omnibus communia, illa quoque munia quæ singulorum statum, vel officia spectant, ut inquit Angelicus 1. 2. quæst. LXXVI. art. 2. *Omnes tenentur scire communiter ea quæ sunt fidei, & universalia iuris præcepta. Singuli autem ea quæ ad eorum statum, vel officium spectant.*

XVII. Quæst. VIII. *Fieri ne potest ut homo rudis salvetur, quamquam nihil speciatim credat, dummodo generatim, & implicite credat quidquid credit sancta mater Ecclesia?* Resp. Affirmarunt olim aliqui cum Rosella *verb.* Fides *num.* 1. & 2. sed communis, & certa sententia negat. Quoniam præceptum divinum est, quo quilque astringitur credere fidei articulos. Quare omnes credere tenentur, ut dictum est, ex-

plicite fidei articulos qui in Symbolo continentur, quique aut iuxta numerum Apostolorum duodecim sunt, aut iuxta Theologorum imputationem quatuordecim numerantur: quod discrimen in maiori aut minori explicatione situm est. Ideo qui credit duodecim, credit etiam quatuordecim.

XVIII. Quæst. IX. *An si quis adeo obtusus, & hebeti ingenio sit, ut Symboli articulos percipere neque quantum ad substantiam valeat, innocuus a culpa sit, & præcepto fidei satisfaciat, si aliquos clariores, quos assequitur, explicite credat, cæteros vero implicite, credens quidquid Ecclesia proponit?* Resp. Affirmant Azorius *Lib. VIII. cap.* VI. *quæst.* VI. dummodo aliquem articulum explicite credat. Quare, inquit, si quis Trinitatis articulum nequeat percipere, satis est si credat explicite alios clariores, nimirum Christum Dei Filium natum ex virgine, passum, cruci affixum, mortuum, & sepultum, ex mortuis resurrexisse, & in cælos conscendisse. Hæc tamen opinio mihi non probatur. Unitatis namque Dei, & Trinitatis personarum fides iuxta communiorem Theologorum sententiam necessaria est necessitate medii. Nec concipi facile potest eudem hunc fidelem ea prædium esse mente qua valeat incarnationem Filii Dei, Iesu Christi, mysterium percipere, cum unum mysterium vix sine alio credi possit. Et si Deus illi tantum infundit luminis quo incarnationem Verbi apprehendere queat; cur eundem non illuminabit circa personarum Trinitatem? Potestas percipiendi veritates fidei non ex solis humani ingenii viribus repetenda est; sed potissimum ex supremi Numinis clementia, qua *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*.

XIX. Quæst. X. *Utrum Christianorum quispiam probabili, seu, ut dicitur, invincibili ignorantia omnium articulorum fidei teneri possit?* Resp. Azorius *loc. cit. quæst.* VII. respondet difficile creditu esse, id contingere posse, eo quod fideles imbuantur, sapiuntque audire soleant christianæ fidei præceptiones. Verum respondeo ego, nullo modo id evenire posse. Quoniam credere aliquem articulum necessarium est iuxta omnes necessitate medii. Si enim aliquando accidere posset aliquem invincibiliter omnes articulos ignorare, sequeretur hunc absque fide posse salutem assequi: quod nemo dixerit. Ut tamen magis perspicua responsio sit, dico, illorum articulorum quorum fides necessaria est necessitate præcepti, ignorantiam invincibilem in aliquo etiam fidelium reperiri posse, quamquam raro id contingat; eorum vero articulorum quorum fides necessaria est necessitate finis, seu medii, nulla ignorantia probabilis, seu invincibilis cuiquam suffragatur. Idem de infidelibus dicendum est. Hæc est communior sententia, quam docet D. Thomas super I. ad Corint. cap. XI. *Pertinet autem aliquid ad disciplinam fidei dupliciter. Uno modo directe, sicut articuli fidei, qui per se credendi proponuntur: unde error circa hos secundum se facit hæreticum, si pertinacia adsit. Non possunt autem a tali errore propter simplicitatem aliquam excusari, præcipue quantum ad ea de quibus Ecclesia solemniter, & quæ communiter versantur in ore fidelium, sicut mysterium Trinitatis, Nativitatis Christi, & alia huiusmodi.*

XX. Quæst. XI. *An satisfaciant fidei præcepto fideles qui Symbolum, decem Decalogi præcepta, orationem dominicam, & angelicam latine tantum discunt, dum sunt lingua latina ignari?* Resp. Hæc omnia, vi præcepti, diuturna firmati consuetudine, memoriter, saltem quantum ad substantiam, scire fideles debent. Nunc in quæstionem vertitur, satisne sit quod lingua tantum latina, quam ignorant, memoriæ eadem contineant. Affirmant Navarrus, Azorius, & alii. Sed distinguendum videtur. Si nullo modo significatum articulorum, præceptorumque fideles tenerent, si ita signari latinæ linguæ essent, ut nihil prorsus eorum quæ memoriter sciunt, perciperent; quid illis talium articulorum notitia prodesset? Quare qui prorsus verborum seriem non caperet, esset veluti psittacus, solamque verborum, non vero mysteriorum, notitiam haberet. Ut itaque obligationi sciendi res fidei fiat satis, saltem imperfecto, & confuso modo tenetur quisque fidelis intelligere mysteria quæ vocibus respondent. Sive ergo latina, sive vernacula lingua res fidei addicantur, non sufficit eadem memoriter ut cumque tenere: quia qui tantum memoriter præfata mysteria scit absque ulla sensuum intelligentia, dici proprie nequit quod illa sciat. Itaque necessum est ut crasso quodam modo sensum rerum credendarum, sciendarumque fideles percipiant. Et hæc est communis sententia.

XXI. Quæst. XII. *Utrum sub mortali fideles adulti scire, vel addiscere teneantur septem sacramenta?* R. Quod ad tria attinet sacramenta, baptismi, pœnitentiæ, & eucharistiæ, compertum est omnes adultos ea sub mortali scire debere; eo quod omnes ad eadem suscipienda sub mortali astringantur. Quin calleo debent ea quæ ad eiusmodi sacramenta digne suscipienda necessaria sunt. De aliorum sacramentorum necessaria notitia non una est Theologorum sententia. Nam alii censent, tunc solum eadem sciendi obligationem urgere, cum suscipi illa debeant. Alii sustinent, saltem sub levi culpa quemquam adultorum teneri ad illorum sacramentorum notitiam. Mihi valde probabile est, neminem ab obligatione sciendi hæc sacramenta eximi. Septem enim sacramenta sunt veluti tesseræ catholicæ religionis, sunt divinæ erga nos misericordiæ pignora. Qui illa ignorat, divinæ bonitati ingratus est, & propriæ professionis quasi contemptor. Idque potissimum his temporibus verum habet, quod hæretici præfata pernegent sacramenta. Sunt proinde nunc veluti insignia Catholicorum, qui peculiari iure eorumdem notitia instructi sint necesse est. Quænam vero sit culpa eadem ignorare, fateor me non tenere: Idem dicendum de ignorantia signandi se signo crucis. Certum siquidem est a culpa immunem minime fore fidelem qui hoc sacrosancto crucis signo se signare nesciret. Quantitas vero illius culpæ nos later. Id unum dicere possumus, gravioris culpæ reos fore genitores illos qui filios docere suos negligerent hoc sanctæ crucis signum.

XXII. Quæst. XIII. *An omnes fideles eadem mysteriorum fidei notitia instructi sint oportet?* R. Affirmare videntur hæretici recentiores, docentes, omnes fideles, quantumvis laicos, & simplices, teneri ad sciendo omnia fidei mysteria, ad Scripturam sacram, non modo legendam, verum etiam interpretandam. Contendunt enim fidelium quemquam eo pervolum lumine esse quo valeat reconditiores fidei, & verbi scripti sensus comprehendere. Quem errorem alias refelliimus. Quare communis Catholicorum sententia est, non esse omnibus fidelibus eamdem fidei mensuram communem, ut inquit Apostolus ad Rom. XII. *Unicuique, sicut Deus divisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Sicut ergo membra corporis humani non eumdem actum exercent, neque ad eamdem functionem obligantur; ita membra corporis mystici, nempe Ecclesiæ, ad eamdem omnino explicitam rerum fidei notitiam non astringuntur. Rem hanc perspicuis rationibus Angelicus illustrat 2. 2. q. 11. art. 6. *Explicatio* (inquit) *fidei oportet quod perveniat ad inferiores homines per maiores: & ideo sicut superiores Angeli, qui inferiores illuminant, habent plenioren notitiam de rebus divinis quam inferiores.... ita etiam superiores homines, ad quos pertinet alios erudire, tenentur habere plenioren notitiam de credendis, & magis explicite credere.* Expedit illhuc transcribere aliam eiusdem Angelici doctrinam, quæ ut memoriæ configuretur, menteque percipiatur, digna est. Minores ergo, seu rudis plebs, & laici communiter instrui solent, & debent per maiores, nempe parentes, Sacerdotes, Parochos, aliosque Prælatos. Quid ergo? Num maiorum auctoritate inxi rudes fideles fidei rebus adhærent? Ita res habere videtur. Quippe rustici, & laici respondere interrogantibus, eut ita credant, solent, se ita credere, quia talem fidem sibi a pastoribus suis prædicari audierunt. Regula ergo fidei cognitio humana, seu ab hominibus acquisita erit? Quod quam erroneum sit, nemo est qui ignoret. Respondet ergo Angelicus, minores populi fidem habere maioribus, & pastoribus, non prout homines sunt, sed quatenus ministerium Ecclesiæ exercent, quatenus verbi divini ministri sunt, seu organa, & instrumenta quibus Deus utitur ad suam manifestandam fidem quam ex auditu percipiendam disposuit. Fideles itaque Deo loquenti per suos ministros credunt, divinaque veritas, non humana cognitio, regula fidei est. *Minores* (inquit Angelicus ad 3.) *non habent fidem implicitam in fide maiorum, nisi quatenus maiores adhærent doctrinæ divinæ, unde & Apostolus dicit I. ad Corint.* IV. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. *Unde humana cognitio non sit regula fidei, sed veritas divina, a qua si aliqui maiorum defecerint, non præiudicat fidei simplicium, qui eos rectam fidem habere credunt, nisi pertinaciter eorum erroribus in particulari adhæserint contra universalem Ecclesiæ fidem, qua non potest deficere.* Porro ut difficultatem propositam paucis expediam: laici omnes ad eam articulorum fidem tenentur quam supra explicuimus. Ecclesiastici omnes ad maiorem, vi sui status, explicationemque notitiam, & fidem tenentur quam laici: quia hos illi instruere, & illuminare debent. Porro Ecclesiasticorum alii maiore, alii minore cognitione, prout eorum ministeria, & dignitates sunt, imbuti sint necesse est. Triplex distingui gradus Ecclesiasticorum solet. Primus est clericorum, &



Sacer-

Sacerdotum qui curam non exercent animarum. Secundus est Sacerdotum pastorum, seu parochorum animarum curam habentium. Tertius est Episcoporum. Clerici, simplicesque Sacerdotes præter fidem communem omnibus fidelibus, eorum omnium notitiam habeant oportet quæ ad proprium statum, & officium pertinent, ut dictum iam supra est. Ad aliam vero explicationem fidem, & notitiam, quæ major sit illa ad quam ceteri fideles astricti sunt, non videntur obligati: quia non est unde colligatur aliquo peculiari præcepto illos devinctos esse ad ampliorem notitiam præter illam quæ utrique statui, & communi Christianorum, & peculiari Ecclesiasticorum, necessaria est.

XXIII. Parochi autem omnes curam exercentes animarum, & Confessarii ad ampliorem, explicationemque notitiam præ aliis Sacerdotibus simplicibus, & clericis tenentur. Siquidem illi iure naturali, & divino doctrinæ cælestis pabulo nutrire gregem sibi commissum debent. Quomodo autem pascere oves suas valerent, nisi fidei arcana, & mores præcepta altius ipsi callerent? Neque qualis qualis maior notitia sufficit; sed ea necessaria est quæ ceteris, nempe ovibus, prodit. Porro ut animarum curatores valeant divinæ doctrinæ mysteria, & mandata aliis explicare, debent ipsi penitius ea omnia cognoscere, comprehendere, & veluti pollidere, quæ ad fidelium tum mentem illustrandam, tum mores formandos necessaria sunt. Debent taliter hæc scire, ut possint illa captui rudis populi aptare. Eorum liquidem est frangere panem parvulis, & nutricem imitari, quæ panem in lac transmutat, ut cibus parvulis fiat congruus. Qui ergo animarum tremendissimum onus gerendum suscipit, non satis est illum fideliem quamdam, & infecundam habere cognitionem evangelicæ legis; sicuti minime satis esset mulieri sanguine abundare, nisi vi polleret illum in lac convertendi, communicandique parvulo alendo. Sed necessum est ut pastores omnes fecunda scientia, virtuteque eamdem gregi suo communicandi ornati sint. Nec satis est ut gregem suum doceant; debent insuper illum a lupis rapacibus defendere, seu reddere rationem veritatum quas tradunt aliis, & occurrentibus difficultatibus obviam ire. Quare illi qui sensus suos prodere, sibique divinitus tradita aliis communicare nesciunt, qui dono linguæ, expressionis, & communicationis carent, nisi necessitate cogantur, ab animarum cura abstinere debent.

XXIV. Prælati, Episcopi, Pontifices summi ad maiorem rerum fidei cognitionem tenentur quam Parochi, & inferiores Prælati. Et hoc penes omnes extra disputationem est: quoniam sic docent divinæ Scripturæ, Concilia, & Patres. D. Paulus ad Titum c. 1. vers. 7. *Oportet enim Episcopum sine crimine esse .... iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi vaniloqui, & seductores, maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui.* Verum de hoc plura cum ex instituto rem versabimus.

XXV. Quæst. XIV. *Divinum ne, an ecclesiasticum sit præceptum quo urgentur fideles ad res fidei sciendas?* Resp. Distinctione opus est. Aliud est scire res fidei, aliud est eadem memoriæ consignare; seu aliud est præceptum sciendi, aliud præceptum res scitas memoriter tenendi. Communis, & certa Theologorum sententia est præceptum divinum illud esse quo astringuntur omnes scire articulos fidei in Symbolo Apostolorum contentos, & præcepta quæ iuris divini sunt, ut illa Decalogi. Hoc aperte traditur in verbo scripto Marc. ult. *Prædicate Evangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Quod porro Deus iubet, divinum præceptum est. Insuper præceptum illud supernaturale est tum ex parte principii, Dei scilicet imperantis, tum ex parte obiecti quod est Deus ipse. Naturale etiam vocari potest, quatenus iure naturæ astringimur fidem habere Deo revelanti, & imperanti. Dicitur autem ecclesiasticum quantum ad determinationem memoriæ mandandi articulos, & præcepta, quæ credenda, & exequenda sunt. Hinc est quod aliqui hoc præceptum supernaturale vocant quantum ad substantiam, ecclesiasticum quantum ad determinationem. Quod præceptum, ut diximus, longa consuetudine firmatum, est addiscendi memoriter Symbolum, precationem dominicam, decem Decalogi præcepta, sacramenta, & alia quæ ad honeste vivendum requiruntur, de quibus dictum est supra. Obtusiores tamen ingenio vexandi non sunt, etsi eo ordine quo articuli, & mandata divina digesta sunt, nesciant; dummodo reipsa sciant, non esse furandum, peierandum, adulterandum, occidendum, falsum testimonium dicendum &c. Enitendum tamen est ut, quod fieri potest, memoria teneant ea quæ tum ad credendum, tum ad operandum necessaria



ria sunt. Hoc siquidem plura iubent Concilia. Moguntinum tempore Caroli Magni celebratum *cap.* xlv. hæc præcipit. *Symbolum, quod ipsi signaculum fidei, & orationem dominicam discere semper admonemus Sacerdotes populum christianum; voluntasque ut disciplinam condignam habeant qui hæc discere negligunt.* Item Concilium Forojulense sub eodem Carolo Magno, & Pipino celebratum iubet: *Symbolum, & orationem dominicam omnis Christianus memoriter sciat, omnis sexus, omnis conditio, masculi, & femina, iuvenes, senes, liberi, pueri, coniugatæ, innuptæque puellæ: quia sine hac benedictione nullus poterit in cælorum regno percipere portionem.* Denique de confectatione dist. IV. cap. *Vos autem omnia, ex* Augustino hæc referuntur. *Vos autem omnia, tam mulieres, quam viros, qui filios in baptismate suscepistis, moneo, ut vos cognoscatis fideiussores extitisse apud Deum pro illis quos visi estis suscipere de sacro fonte; ideoque semper eos admonete ut castitatem custodiant, iustitiam diligant, caritatem teneant: ante omnia Symbolum, & orationem dominicam & vos ipsi teneo, & illis quos de sacro fonte suscepistis, ostendite.* Plura alia Conciliorum decreta adferre in medium possem, quæ brevitatis gratia prætereo. Illud in memoriam revoco, hæc omnia intelligenda esse inxta explicationem datam, videlicet non esse culpæ saltem mortalis damnandos fideles qui memoriter ex ordine quo dispositi articuli sunt, recitare nesciant; quando reipsa rogati respondere sciant ad singulos articulos. Curent tamen Parochi, Confessarii, omnesque illi quorum interest, ut fideles altius memoriæ mandent tum articulos, tum præcepta, & sacramenta, ut laudata Concilia iubent, & communis obtinet consuetudo: quoniam culpa non vacat cognitio tantum confusa eorumdem. Vix est artifex qui suæ artis rudimenta ignoret, quantumvis hebes: & quisque non levi dedecori sibi duceret eadem ignorare. Quam ergo excusationem obiicere valet Christianus, si memoria non teneat suæ professionis præceptiones potissimas?

## §. III.

### *Nonnulla Regulæ quas in praxi præ oculis habere Confessarii debent in hac materia.*

XXVI. *Regula prima.* Duo extrema declinare Confessarius debet: alterum negligentiæ in deprehendenda pœnitentis notitia de rebus fidei; alterum nimiæ facilitatis eumdem damnandi gravioris culpæ ob quamcumque minus expeditam, rudemque notitiam articulorum eiusdem fidei.

XXVII. *Regula secunda.* Pœnitentes qui laborant mysteriorum fidei ignorantia, absolvere Confessarius nequit. Distinguenda tamen ignorantia est illorum mysteriorum quorum fides est necessaria necessitate medii, ab ignorantia mysteriorum quorum fides est necessaria necessitate præcepti. Qui priorum mysteriorum ignorantia laborat, numquam absolvi potest, sive ignorantia invincibilis sit, sive vincibilis, ut omnes fatentur. Quin talium mysteriorum ignorantia invincibilis saltem inter fideles non datur, ut expresse docet D. Thomas super I. ad Cor. cap. II. lect. 4. *Non possunt autem a tali errore propter simplicitatem aliquam excusari, præcipue quantum ad ea de quibus Ecclesia solemnizat, & quæ communiter versantur in ore fidelium, sicut mysterium Trinitatis, Nativitatis Christi, & alia huiusmodi.* Nulla ergo, post Evangelii promulgationem, Trinitatis, & incarnationis ignorantia probabilis, seu invincibilis datur, saltem longo tempore. Si vero ignorantia sit eorum articulorum quorum fides necessitate præcepti tantum necessaria est, diversimode Auctores loquuntur. Quæ nobis magis consentanea videntur, indicabimus. Si ignorantia hæc invincibilis sit, quam contingere, licet non adeo frequenter, posse concedimus, instruendus pœnitens est, & absolvi potest, si prudens Confessarius expedire iudicaverit, ceteris libratis conditionibus. Neque nobis probatur opinio Salmanticensium *tract. XXI. cap. II. punc. 5. num. 6.* & aliorum, qui docent absolvendum pœnitentem, si proponat addiscere præfata mysteria quæ vi præcepti scire debet, quando ignorantia invincibilis est. Quoniam dum pœnitus opportunam habet occasionem discendi fidei articulos, si instrui omittit, ignorantia vincibilis evadit. Primum ergo omnium instructio circa fidem præcedat, & absolutio subsequatur. Non negaverim tamen aliquando contingere posse ob varias circumstantias quod Confessarius hunc pœnitentem, qui callet ea quæ necessaria sunt necessitate medii, absolvere valeat, onere illi imposito addiscendi ea quæ necessaria sunt necessitate præcepti. At quænam sunt hæ circumstantiæ in quibus absolutio impertienda est? Si pœnitens singularem præterat dolorem: si optimis moribus sit instructus, bonaque præditus indole: si instet præceptum confessionis annuæ, & facile absolutio differri nequeat, eo quod pœnitens

tens aut proficisci aliquo debeat, aut gravi impedimento irretitus ad Confessarium redire non possit: & id genus alia, quæ arbitrio prudentis minime remittimus. Si ignorantia vincibilis sit, & non inerit pœnitens a Confessario admonitus, contendunt laudati Auctores, absolvi eumdem posse, si doleat præteritæ negligentiæ, proponatque articulos discere; si vero, bis terve admonitus neglexerit institutionem, tunc differendam absolutionem asserunt. Ego vero absolvi prius instruendum pœnitentem aio, antequam absolvatur; nisi in aliqua gravi, & urgente necessitate oppositum indicaverit expedire prudens Confessarius. Hinc falsam censeo *Regulam* III. P. Roncaglia *tract.* VI. *cap.* II. in qua docet, non esse repetendas confessiones illius qui ignorat mysteria Trinitatis, & incarnationis, quod probabile sit notitiam illorum articulorum non esse necessariam necessitate medii: quippe cum de valore agatur sacramentorum, opinio probabilis in conspectu probabilioris haud est sufficiens regula in his administrandis. Rescindæ ergo sunt confessiones eorum qui ignoraverunt ea quæ sunt credenda necessitate medii, quæcumque sit ignorantia quam pœnitens allegat. Repetendæ quoque sunt, quando ignorantia articulorum, quorum notitia tantum vi præcepti necessaria est, fuit vincibilis, & culpabilis: quia tali culpabili ignorantia affectus nec valide, nec licite confessus, vel absolutus fuit. Si vero invincibilis illorum articulorum ignorantia fuit, confessiones non sunt iterandæ, sed instructio præcedere absolutionem debet; nisi aliqua peculiaris necessitas oppositum suadeat: quo etiam in casu præmittendi prudenter fundamentum habere minister debet, quod pœnitens diligens in addicendis articulis erit: sine hac enim prudenti præsumptione illum absolvere nequit.

XXVIII. *Regula tertia.* Si pœnitens in mortis extremo sit constitutus, laboretque mysteriorum ignorantia, illum edocere minister debet primum mysteria potissima, nempe Trinitatis, incarnationis, & passionis Iesu Christi; deinde quæ futuram vitam spectant, exponenda illi sunt. Infinitam misericordiam, divinamque voluntatem omnes salvandi, felicitatem quæ bonis, & iustis, supplicia tremenda quæ malis parata sunt, breviori, aut fusiori sermone, prout conditio talenti infirmi, repræsentare debet. Quæ mysteriorum repræsentatio eo spectet ut dolorem summum præteritorum criminum, firmumque propositum excitet numquam graviter in posterum peccandi. Quare ea fortius mineter inculcabit, fusiusque exponet quæ ad præstatum dolorem, perfectamque, quoad fieri poterit, contritionem eiendam efficaciora cognoverit. Si ignorantia fuerit tantum eorum quorum notitia vi præcepti habenda est, tunc potius sollicitus Sacerdos sit ut pœnitens doleat & conteratur de culpabili negligentia præterita, quam ut eumdem scientia imbuat: plus siquidem dolor, & contritio hunc illi prodest quam scientia. Omnia tamen tempori, & circumstantiis accommodanda sunt. Illud maxime Sacerdos curet, ut pœnitens actus fidei, spei, & caritatis eliciat, quod ut facilius assequatur, moriva eidem proponat quæ ad eiusmodi actus eliciendos apta sunt. Facillime pœnitens actus fidei edet, si hac ratione illum adiuvabit: unum Credis unum Deum, trifque divina, distinctalque personas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum? *Credo*. Credis Filium Dei humanam carnem virtute Spiritus sancti sumpsisse natum ex Maria Virgine, passum, crucifixum, mortuum, sepultumque fuisse, ut animam suam, totumque genus humanum redimeret? *Credo*. Credis eumdem Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ascendisse in cælum, ad dexteram Dei Patris sedere, indicem venturum, ut iudicet vivos mortuosque? *Credo*. Credis Ecclesiam Apostolicam Romanam, extra quam salus non est, & in qua sola datur potestas peccata remittendi, & quidquid ipsa credendum proponit? *Credo*. In hunc ergo Deum tantæ bonitatis, qui ob tuam salutem homo factus est, mortemque subiit, spera, & eiusdem meritorum infinita virtute confide te & remissionem peccatorum omnium, & æternam vitam obtenturum fore. Immensam ilius Dei bonitatem ardenter ama, amorem illum immensum recognitans quo te ille profecutus est. Immensam illam clementiam, & patientiam infinitam meditare quia te rebellem, perversumque iustinuit. Hæc, & similia debet Sacerdos decumbenti peccatori magna mansuetudine, & benignitate referre, atque vivis pro virili coloribus depingere.

XXIX. *Regula quarta.* Necessitas interrogandi pœnitentes, ex eiusdem pœnitentis conditione, & statu colligenda est. Non pauci Auctores admonent, rusticos, plebeiosque interrogandos potissimum esse de christiana doctrina, secus nobiles, optime educatos, litteratosque operam navantes. Sed regula illhæc fallax est. Quin non raro nobiles ab ipsa pueritia vitiorum lue ita inficiuntur, ut densissima caligine obducti cæcutiant omnino in divinarum rerum notitia; & quamquam mysteria fidei quæ in Dei cognitione iuvant, aliquo modo sciant; plerumque tamen prima christianæ doctrinæ rudimenta, quæ quid agendum, fugiendumque sit, præscribunt, omnino ignorant. Necessitatem ergo interrogandi secure minister arguet ex sermone quo pœnitens sua exponit crimina, iisque ilarus & confidentior vulnera. Si enim expedite, clare, & distincte morbum, infirmitatemque animæ suæ, si peccata quæ verbis, operibus, cogitatione, & omissione committi solent, enarrare deprehenditur, si dolorem, & detestationem eorum præstet: argumento hæc omnia erunt eumdem christiana doctrina imbutum esse. Igitur ex conditionibus quibus pœnitens peccatorum confessionem exequitur, facile Confessarius colligere potest necessitatem eumdem interrogandi nec ne de christianæ fidei rudimentis. Plures Confessarios culpabilis negligentiæ reos esse, eo quod similes negligant perquisitiones, experientia compertum est. Frequentius enim in hoc vitioli silentii declinant extremum, quam in aliud inopportunæ interrogationis. Illud etiam admonere iuvat, prudentia, & dexteritate opus esse in hac deprehendenda pœnitentium cognitione, vel ignorantia. Nam sæpe interrogationi factæ sub tali verborum formula respondere sciunt; secus sub alia expressione. Interrogati, an Verbum sit incarnatum, forte respondere nesciunt. Si vero quæratur, an secunda Persona carnem sumpserit, affirmabunt. Idemque de aliis articulis est. Quare interrogationes variæ pœnitentium capacitati accommodandæ sunt. Idque semper præ oculis habeat Confessarius, qua scilicet dispositione affectus pœnitens sit erga divinam bonitatem, quo eiusdem amore flagret, quoque desiderio ardeat suæ æternæ salutis. Si enim percupidum agnoverit æternæ gloriæ, & ad implenda mandata divina paratum, quamquam fortasse minus versatum in legis cognitione; absolvere poterit. Satis enim est quod similes homines rudes modo rustico, simplicique quantum ad substantiam res fidei calleant. Hoc nobis exhibet documentum D. Gregorius narrans stupenda miracula *Sanctuli* Sacerdotis admodum simplicis, & ignari Lib. III. dialog. cap. XXXVII. *Scimus certe quia venerabilis vir Sanctulus provinciæ Nursiæ Presbyter ipsa quoque elementa litterarum bene non noverat, legis præcepta nesciebat; sed quia plenitudo legis est caritas, totam in Deo, ac proximi dilectione servavit: & quod sæpe in cognitione non novit, ei intus vivebat in amore.* Hæc tamen eo in sensu accipias nolim, quasi Sanctulus mirabilium patrator præcipua religionis Christianæ capita ignoraverit; sed id solum colligito, quod litterarum, & divinæ legis, seu sacrarum Scripturarum minus quam Sacerdotem decebat, peritus, tanta nihilominus ardebat caritate, ut prodigia inaudita patraret, ut legenti laudatum D. Gregorii caput constare potest.



## CAPUT XI.

*De præcepto fidei interne. Quanam sufficiens fidei propositio dicatur, ut præceptum obligat. Explicantur requisita necessaria ad sufficientem propositionem.*

I. PRæter præceptum sciendi res fidei, aliud datur præceptum eliciendi actus fidei: quod præceptum duplex est, affirmans, & negans, seu prohibens dissentiri mysteriis fidei, aut de iisdem dubitare. De hoc posteriore mandato infra redibit sermo, non quod dissidium sit dari tale præceptum (omnes enim illud admittunt) sed quod nonnullæ super eodem quæstiunculæ moveri solent. Nunc præceptum affirmativum quod actus fidei iubet eliciendos, discutimus. Præceptum illud ex ipla Scriptura colligitur. Mar. XVI. *Qui vero non crediderit, condemnabitur.* Fuerunt utique Auctores aliqui qui tollere de medio tentarunt mandatum illud; sed eorum innovandi pruriginem repressere Pontifices summi. Alexander VII. hanc damnavit propositionem: *Homo nullo umquam tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & caritatis ex vi præceptorum divinorum ad ea virtutes pertinentium.* Innocentius XI. *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.*

II. Id quod in controversiam vetitur, est, quodnam sit tempus illud in quo peculiare fidei præceptum obliget, seu in quo fideles teneantur vi illius præcepti actus fidei elicere. Certum enim est quod continenter non obliget ad eiusmodi actus, quemadmodum nullum præceptum affirmativum iubet continuam actuum repetitionem. Difficultas ergo est in designando præfinito tempore suæ obligationis.

III. Calvinistæ quidam docuerunt, satisesse semel in vita elicere actum fidei: quam propositionem damnavit Innocentius XI. quæ est 17. *Satis est actum fidei semel in vita elicere.* Quam merito damnata hæc propositio sit, ex eo colligi potest quod, divina Scriptura teste, iustus ex fide vivit; unico vero actu vita

tens aut proficisci aliquo debeat, aut gravi impedimento irretitus ad Confessarium redire non possit: & id genus alia, quæ arbitrio prudentis minime remittimus. Si ignorantia vincibilis sit, & non inerit pœnitens a Confessario admonitus, contendunt laudati Auctores, absolvi eumdem posse, si doleat præteritæ negligentiæ, proponatque articulos discere; si vero, bis terve admonitus neglexerit institutionem, tunc differendam absolutionem asserunt. Ego vero absolvi prius instruendum pœnitentem aio, antequam absolvatur; nisi in aliqua gravi, & urgente necessitate oppositum indicaverit expedire prudens Confessarius. Hinc falsam censeo *Regulam* III. P. Roncaglia *tract.* VI. *cap.* II. in qua docet, non esse repetendas confessiones illius qui ignorat mysteria Trinitatis, & incarnationis, quod probabile sit notitiam illorum articulorum non esse necessariam necessitate medii: quippe cum de valore agatur sacramentorum, opinio probabilis in conspectu probabilioris haud est sufficiens regula in his administrandis. Rescindæ ergo sunt confessiones eorum qui ignoraverunt ea quæ sunt credenda necessitate medii, quæcumque sit ignorantia quam pœnitens allegat. Repetendæ quoque sunt, quando ignorantia articulorum, quorum notitia tantum vi præcepti necessaria est, fuit vincibilis, & culpabilis: quia tali culpabili ignorantia affectus nec valide, nec licite confessus, vel absolutus fuit. Si vero invincibilis illorum articulorum ignorantia fuit, confessiones non sunt iterandæ, sed instructio præcedere absolutionem debet; nisi aliqua peculiaris necessitas oppositum suadeat: quo etiam in casu præmittendi prudenter fundamentum habere minister debet, quod pœnitens diligens in addicendis articulis erit: sine hac enim prudenti præsumptione illum absolvere nequit.

XXVIII. *Regula tertia.* Si pœnitens in mortis extremo sit constitutus, laboretque mysteriorum ignorantia, illum edocere minister debet primum mysteria potissima, nempe Trinitatis, incarnationis, & passionis Iesu Christi; deinde quæ futuram vitam spectant, exponenda illi sunt. Infinitam misericordiam, divinamque voluntatem omnes salvandi, felicitatem quæ bonis, & iustis, supplicia tremenda quæ malis parata sunt, breviori, aut fusiori sermone, prout conditio talenti infirmi, repræsentare debet. Quæ mysteriorum repræsentatio eo spectet ut dolorem summum præteritorum criminum, firmumque propositum excitet numquam graviter in posterum peccandi. Quare ea fortius mineter inculcabit, fusiusque exponet quæ ad præstatum dolorem, perfectamque, quoad fieri poterit, contritionem eiendam efficaciora cognoverit. Si ignorantia fuerit tantum eorum quorum notitia vi præcepti habenda est, tunc potius sollicitus Sacerdos sit ut pœnitens doleat & conteratur de culpabili negligentia præterita, quam ut eumdem scientia imbuat: plus siquidem dolor, & contritio hunc illi prodest quam scientia. Omnia tamen tempori, & circumstantiis accommodanda sunt. Illud maxime Sacerdos curet, ut pœnitens actus fidei, spei, & caritatis eliciat, quod ut facilius assequatur, moriva eidem proponat quæ ad eiusmodi actus eliciendos apta sunt. Facillime pœnitens actus fidei edet, si hac ratione illum adiuvabit: unum Credis unum Deum, trifque divina, distinctalque personas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum? *Credo*. Credis Filium Dei humanam carnem virtute Spiritus sancti sumpsisse natum ex Maria Virgine, passum, crucifixum, mortuum, sepultumque fuisse, ut animam suam, totumque genus humanum redimeret? *Credo*. Credis eumdem Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ascendisse in cælum, ad dexteram Dei Patris sedere, indicem venturum, ut iudicet vivos mortuosque? *Credo*. Credis Ecclesiam Apostolicam Romanam, extra quam salus non est, & in qua sola datur potestas peccata remittendi, & quidquid ipsa credendum proponit? *Credo*. In hunc ergo Deum tantæ bonitatis, qui ob tuam salutem homo factus est, mortemque subiit, spera, & eiusdem meritorum infinita virtute confide te & remissionem peccatorum omnium, & æternam vitam obtenturum fore. Immensam ilius Dei bonitatem ardenter ama, amorem illum immensum recognitans quo te ille profecutus est. Immensam illam clementiam, & patientiam infinitam meditare quia te rebellem, perversumque iustinuit. Hæc, & similia debet Sacerdos decumbenti peccatori magna mansuetudine, & benignitate referre, atque vivis pro virili coloribus depingere.

XXIX. *Regula quarta.* Necessitas interrogandi pœnitentes, ex eiusdem pœnitentis conditione, & statu colligenda est. Non pauci Auctores admonent, rusticos, plebeiosque interrogandos potissimum esse de christiana doctrina, secus nobiles, optime educatos, litteratosque operam navantes. Sed regula illhæc fallax est. Quin non raro nobiles ab ipsa pueritia vitiorum lue ita inficiuntur, ut densissima caligine obducti cæcutiant omnino in divinarum rerum notitia; & quamquam mysteria fidei quæ in Dei cognitione iuvant, aliquo modo sciant; plerumque tamen prima christianæ doctrinæ rudimenta, quæ quid agendum, fugiendumque sit, præscribunt, omnino ignorant. Necessitatem ergo interrogandi secure minister arguet ex sermone quo pœnitens sua exponit crimina, iisque ilarus & confidentior vulnera. Si enim expedite, clare, & distincte morbum, infirmitatemque animæ suæ, si peccata quæ verbis, operibus, cogitatione, & omissione committi solent, enarrare deprehenditur, si dolorem, & detestationem eorum præstet: argumento hæc omnia erunt eumdem christiana doctrina imbutum esse. Igitur ex conditionibus quibus pœnitens peccatorum confessionem exequitur, facile Confessarius colligere potest necessitatem eumdem interrogandi nec ne de christianæ fidei rudimentis. Plures Confessarios culpabilis negligentiæ reos esse, eo quod similes negligant perquisitiones, experientia compertum est. Frequentius enim in hoc vitioli silentii declinant extremum, quam in aliud inopportunæ interrogationis. Illud etiam admonere iuvat, prudentia, & dexteritate opus esse in hac deprehendenda pœnitentium cognitione, vel ignorantia. Nam sæpe interrogationi factæ sub tali verborum formula respondere sciunt; secus sub alia expressione. Interrogati, an Verbum sit incarnatum, forte respondere nesciunt. Si vero quæratur, an secunda Persona carnem sumpserit, affirmabunt. Idemque de aliis articulis est. Quare interrogationes variæ pœnitentium capacitati accommodandæ sunt. Idque semper præ oculis habeat Confessarius, qua scilicet dispositione affectus pœnitens sit erga divinam bonitatem, quo eiusdem amore flagret, quoque desiderio ardeat suæ æternæ salutis. Si enim percupidum agnoverit æternæ gloriæ, & ad implenda mandata divina paratum, quamquam fortasse minus versatum in legis cognitione; absolvere poterit. Satis enim est quod similes homines rudes modo rustico, simplicique quantum ad substantiam res fidei calleant. Hoc nobis exhibet documentum D. Gregorius narrans stupenda miracula *Sanctuli* Sacerdotis admodum simplicis, & ignari Lib. III. dialog. cap. XXXVII. *Scimus certe quia venerabilis vir Sanctulus provinciæ Nursiæ Presbyter ipsa quoque elementa litterarum bene non noverat, legis præcepta nesciebat; sed quia plenitudo legis est caritas, totam in Deo, ac proximi dilectione servavit: & quod sæpe in cognitione non novit, ei intus vivebat in amore.* Hæc tamen eo in sensu accipias nolim, quasi Sanctulus mirabilium patrator præcipua religionis Christianæ capita ignoraverit; sed id solum colligito, quod litterarum, & divinæ legis, seu sacrarum Scripturarum minus quam Sacerdotem decebat, peritus, tanta nihilominus ardebat caritate, ut prodigia inaudita patraret, ut legenti laudatum D. Gregorii caput constare potest.



## CAPUT XI.

*De præcepto fidei interne. Quanam sufficiens fidei propositio dicatur, ut præceptum obligat. Explicantur requisita necessaria ad sufficientem propositionem.*

I. PRæter præceptum sciendi res fidei, aliud datur præceptum eliciendi actus fidei: quod præceptum duplex est, affirmans, & negans, seu prohibens dissentiri mysteriis fidei, aut de iisdem dubitare. De hoc posteriore mandato infra redibit sermo, non quod dissidium sit dari tale præceptum (omnes enim illud admittunt) sed quod nonnullæ super eodem quæstiunculæ moveri solent. Nunc præceptum affirmativum quod actus fidei iubet eliciendos, discutimus. Præceptum illud ex ipla Scriptura colligitur. Mar. XVI. *Qui vero non crediderit, condemnabitur.* Fuerunt utique Auctores aliqui qui tollere de medio tentarunt mandatum illud; sed eorum innovandi pruriginem repressere Pontifices summi. Alexander VII. hanc damnavit propositionem: *Homo nullo umquam tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & caritatis ex vi præceptorum divinorum ad ea virtutes pertinentium.* Innocentius XI. *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.*

II. Id quod in controversiam vetitur, est, quodnam sit tempus illud in quo peculiare fidei præceptum obliget, seu in quo fideles teneantur vi illius præcepti actus fidei elicere. Certum enim est quod continenter non obliget ad eiusmodi actus, quemadmodum nullum præceptum affirmativum iubet continuam actuum repetitionem. Difficultas ergo est in designando præfinito tempore suæ obligationis.

III. Calvinistæ quidam docuerunt, satisesse semel in vita elicere actum fidei: quam propositionem damnavit Innocentius XI. quæ est 17. *Satis est actum fidei semel in vita elicere.* Quam merito damnata hæc propositio sit, ex eo colligi potest quod, divina Scriptura teste, iustus ex fide vivit; unico vero actu vita

vita consistere nequit. Quæ enim foret eiusmodi vita, in qua homo toto tempore mentem suam vanis, mundanisque palceret cogitationibus? Quemadmodum ergo, ut vita corporalis constitat, frequenti nutrimento indiget, sic, proportione servata, ad vitam christianam frequentes fidei actus requiruntur.

IV. Sed antequam definita tempora indicem in quibus hoc urget præceptum, non abs re erit præmittere quid ad credendum prærequiratur. Obligationem ergo credendi præcedere necessario debet sufficiens articulorum propositio. Quippe prudens sit oportet fidei assensus; prudens autem esse nequit, nisi articuli credendi sufficienter propositi sint. Ut autem gravioris momenti veritas clarius pateat, sequentes instituam quæstiunculas.

V. Quæst. I. *Quænam sint requisita ad prudentem assensum qui exhibetur propter humanam auctoritatem?* Resp. Quinque exiguntur conditiones. Prima ut homo in cuius auctoritatem assensum præbemus, verax sit, qui nec facile decipiatur, nec alios decipiat. Quapropter mendacibus, aut credulis qui facile decipi ab aliis solent, fidem adhibere non solemus. Secunda est certitudo sufficiens qua sciamus, ab hoc homine veraci, & sincero allertum fuisse id quod credendum proponitur. Nec enim satis est quod sciamus prolatum aliquid esse ab homine veraci, tamquam ab aliis auditum; sed requiritur nos firmum habere, talem hominem fide dignum auctorem esse & assertorem rei a nobis credendæ. Tertia quod solida sint momenta quæ nobis ostendunt hominem veracem esse, gravem, sincerum, & a facilitate deceptionis, quantum humana conditio fert, alienum. Solida vero non erunt, & gravia, si contraria occurrant argumenta non valde inferiora. Quarta est bona credentis dispositio; quæ nec nimis præcipitem assensum præbere sinat, nec nimis pervicaciter denegare permittat. Facile quippe homines in alterutrum extremorum, aut facilioris credulitatis, aut nimiæ contumaciæ in adhibenda aliis fide, offendunt. Quinta ut sola auctoritas asserentis, & solæ rationes quæ credibilitatem rei propositæ ostendunt, sint causa cur credamus. Quæ omnia paucis habeto. Cave ne insit aliqua humana affectio, quæ intellectura inclinet ad credendum aut illis hominibus quos amore prosequeris, aut eas res quæ tibi arridet; e contrario mentem removeat ab illis quos averseris: facile namque credimus ea quæ nobis placent, facileque assentimur hominibus amicitia nobis coniunctis. Tria ergo potissimum requiruntur ad prudentem assensum, veracitas revelantis, rationes quæ rem credibilem efficiant, & credentis integritas, quæ interiorem propensionem humanis affectionibus partam excludat.

VI. Quæst. II. *Omnia requisita ad prudentem fidei assensum reperiuntur ne in assensu fidei catholicæ?* Resp. Certum est in gradu summo, & excellenti hæc omnia adesse in fidei catholicæ assensu: quippe veracitas Dei asserentis, seu revelantis mysteria sua, infinita est; falli & fallere nescia. Firmus ergo Deo asserenti assensus adhibendus est; eoque prudentior fides erit, quo firmior, & constantior. Altera conditio, qua scilicet agnoscimus, Deum reipsa articulos quos credimus revelasse, certissima pariter est: quoniam Ecclesia, columna & firmamentum veritatis, id nobis testatur. Tertia conditio ex primis duabus profluit: argumenta liquidem quæ Deum nobis veracem ostendunt, Ecclesiamque, divinæ revelationis interpretem, nulli errori obnoxiam evincunt, ita valida sunt, & luculenta, ut nihil solidi adversus eadem reponi queat. Quartum requisitum, quod credentis integritatem, & animi æquabilitatem spectat, in fidei divinæ assensu summopere elucet. Quamquam enim in naturali amore excessus, & perturbatio frequens sit, in amore tamen cælesti erga Deum, & Ecclesiam nihil contra rationem, & ordinem contingere potest: quin quo ferventior affectio est, eo est & rationi, & ordini conformior. Sancta sunt præiudicia illa quæ nos faciles docilesque constituunt in iis quæ ad Deum, Ecclesiamque attinent. Non ergo præceps, non cæca est subiectio mentis nostræ, quæ ex amore divino dimanat, quæque stabiles, firmisque efficit in observantia evangelicæ legis. Ultima denique conditio mirum in modum elucet in catholicæ fidei assensu, qui scilicet propter solam auctoritatem revelantis Dei, & Ecclesiæ proponentis præbetur. Veritas divina revelans est sola ratio formalis fidei nostræ; auctoritas vero Ecclesiæ est conditio, seu requisitum necessarium, ut certiores nos faciat, Deum reipsa quæ credimus, revelasse: organo namque suæ Ecclesiæ suam nobis Deus pandit voluntatem, ut alias fusius dictum est.

VII. Quæst. III. *Quandonam sufficienter proposita pueris dicenda sit catholica fides?* R. Ut quis actum fidei divinæ eliciat, necessum est ut sufficienter illi proposita sit, sicut toties dictum est. Quia *qui cito credit, levis est corde*: Eccl. XIX. Tunc autem sufficienter proposita dicitur, quando per ministros



nistros Ecclesiæ, seu Parochos, seu parentes fide dignos explicatur. Quare illi non raro peccant in docendi munere minus congruo. Siquidem non satis est adultis fidei articulos explicare; sed primum omnium docendi sunt, articulos credendos a Deo esse revelatos; quia miraculorum signis, & Ecclesiæ, seu omnium fidelium testimonio id constat. Requiritur enim quod evidenter credibilia appareant credenti mysteria quæ credere debet, ne levi corde credere dicatur. *Non crederet* (inquit Angelicus 2. 2. quæst. 1. art. 4.) *nisi videret ea esse credenda vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquid huiusmodi.*

VIII. Quæst. IV. *Quandonam infidelibus sufficienter proposita dicenda sit catholica fides?* Resp. Quando rationes, miracula, aliaque credibilitatis signa infideles audiunt, videntve, sufficienter propositam illis fidem dicendum est. Illud advertendum, minime requiri ut pondus rationum, & credibilitatis momenta tanta vi polleant, ut firmum pariant assensum. Hic præbetur, non propter rationum vim, sed propter auctoritatis divinæ pondus. Quare damnata est propositio istiusmodi ab Innocentio XI. *Voluntas non potest efficere ut assensus fidei in seipso sit magis firmus quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.* Quæ propositio quam lit falsa, nemo non videt. Fides quippe nostra innititur non rationum momentis, sed divinæ veritati revelanti. Quæ revelatio, obscura cum sit, intellectum inflectere nequit, nisi pia voluntatis affectio inevidentiam suppleat obiecti, captiveque mentem in obsequium fidei. Falsum ergo est voluntatem non posse efficere ut assensus fidei non sit magis firmus in seipso quam mereatur pondus rationum. Utique voluntas non præbet assensui firmitatem, quia hæc habetur a divino testimonio revelante; sed voluntas sua pia affectione per divinam gratiam excitata elicit ut intellectus assentiatur Deo revelanti. Hinc facit ut assensus fidei firmior quam pondus rationum mereatur, evadat.

IX. Igitur, ut infideles, aut hæretici fidem amplecti catholicam teneantur, sat est ut illis credibilitatis signa exponantur una cum articulis credendis. Inluper sub tali aspectu hæc momenta credibilitatis referri debent, ut religio catholica præ quacumque alia sectа credibilior appareat debeat. Nec enim sufficit qualitecumque propositio: alioquin licite possent ethnici hæreticis suam sectam proponentibus fidem adhibere. Fateor tamen difficillimum esse declarare, atque definire, quandonam dici debeat ita sufficienter esse infidelibus, & hæreticis propositam fidem, ut cogantur credere, peccentque infidelitatis peccato, si fidem propositam reiiciant. Alii enim infidelium sunt qui nihil unquam de catholica fide audierunt; & hi in hoc statu credere nequeunt: fides quippe ex auditu: quomodo autem sine prædicante audient? Alii sunt qui audierunt quidem fidem quoquomodo prædicari catholicam: sed dubii, & incerti fluctuant, utrum illam amplecti debeant. Quod ubi teneantur omnem adhibere diligentiam, & sollicitudinem in inquisitione veræ religionis, convenit penes omnes. Sed id in controversiam vocatur, teneantur ne propriam repudiare sectam; cum æque illis probabilis ac religio catholica quæ proponitur, appareat. Quid sentiant novi Theologi non pauci, primum omnium referam.

X. Quæst. V. *Tenetur ne infidelis suam sectam, quam probabilem iudicat, abiurare, religionemque catholicam, quam probabiliorem censet, amplecti?* Resp. Negat extra articulum mortis P. Sanchez his verbis Lib. II. in Decalog. cap. 1. n. 6. *Dum infidelis sibi persuasure habet suam sectam esse probabilem, quamvis contraria sit probabilior, teneatur utique in articulo mortis constitutus veram sibi eligere, quam probabiliorem iudicat, amplecti, utpote qui in eo articulo est constitutus in quo de extrema salute agitur; ac proinde partem quam tutiorem, & probabiliorem iudicat, amplecti tenetur: at extra eum articulum non tenetur, quod adhuc prudenter existimet se posse in sua secta perseverare, tempusque sibi melius examinandæ superest. Adde mysteria fidei tam sublimia esse, ac christianos mores adeo arctos, & sanguinis legibus repugnare, ut non quævis mater probabilitas sufficiens reputetur ad inducendam credendi obligationem.* P. Busembaum Lib. II. cap. 11. n. 2. docet hæreticum, quamdiu iudicat suam sectam esse credibilem æque ac catholicam, non teneri ad fidem catholicam suscipiendam: quam opinionem temperat P. La-Croix dicens, non teneri hunc hæreticum determinate credere; sed tamen inquirere ulterius debere, & investigare, quæ sit vera religio. Patricius Sporer adoptare videtur laudatam P. Sanchez opinionem *tract. 11. in 1. præcept. Decal. cap. 11. sect. III. §. 1. n. 3.* confute tamen loquitur, mendumque ibi aliquod irrepsisse puto. His itaque opinionibus reiectis, P. Dominicus Viva in expo-

sitio-

sitione *propos.* 19. *Innocent.* XI. postquam retulit P. Sanchez inclinantem in hanc posteriorem propositionem, veritas haud est asserere, D. quoque Thomam tali favere opinioni, quia 2. 2. *q.* 1. *art.* 4. ait neminem credere, nisi *vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquid huiusmodi*. Hæc D. Thomæ doctrina ab omnibus Theologis suscipitur. Signa enim credibilitatis præcedere debere, ut prudens sit fides nostra, omnes Catholici docent. Ubi hic, aut alibi sermonem habet Angelicus de minori probabili notitia in conspectu probabilioris? Per summam ergo iniuriam P. Viva eraduxit tamquam fautorem proscriptæ propositionis D. Thomam, ut tam infignem socium suo adiungeret Sanchez, qui minus amitteret auctoritatis, si secum errantem D. Thomam Aquinatem haberet.

XI. Resp. Statim ac hæreticus indicat, religionem catholicam esse sua secta probabiliorem, tenetur illam amplecti, sua repudiata. Id quippe ratio naturalis suadet. Si enim in omnibus gravioris momenti negotiis ea seligimus quæ verisimiliora videntur, quanto magis id præstare astringimur in amplectenda ea fide quæ necessaria est ad æternam assequendam salutem? Quare opinio P. Sanchez nimium laxa (pace perdocti viri dixerim) est. Quin non modo hæreticus debet amplecti religionem catholicam, dum probabiliorem eam deprehendit; verum etiam dum æque probabilem eamdem existimat, inquirere de illius veritate debet: quod si demisse, & sincero desiderio eam inveniendi peregerit, Deus sua infinita clementia illi præsto aderit, lumenque necessarium porriget. Quare non modo laxa, sed summi periculi plena (ut mihi quidem videtur) dicenda est doctrina recensita P. Sanchez: quippe Pyrrhonismum in religionis negotium inducit, dum ait quempiam posse *prudenter* in sua secta perseverare, etiam dum religio vera ei *probabilior*, nedum *probabilis*, apparet. Percipis ne fructus *Probabilismi*? Ratio quam subiicit Sanchez, non videtur minori periculo obnoxia. Quod ergo fidei arcana sublimia sint, quod carni, & sanguini Ethica christiana bellum indicat; propterea ne maior probabilitas satis minime est ad inducendam credendi obligationem? Quid ergo requiritur? An evidentia? An probabilitas summa, & ultima? Utique religio catholica summam & evidentem credibilitatem, seu probabilitatem præfert. Sed hæc non omnibus eodem in gradu apparet. Hæc siquidem major minorve claritas tum ex acutiore mente credentis, tum ex facundiore sermone illius qui præfata arcana explicat, non raro dependet. Denique hæc suprema probabilitas se se explicat religione suscepta, quæ utpote veritatis lux, in dies mentem credentis illuminat. P. Dominicus Bannez 2. 2. *quæst.* 2. *art.* 1. *dub.* 3. tametsi sui temporis anticipatis Probabilismi opinionibus occupatus concedat, licitum esse sequi opinionem minus probabilem in conspectu probabilioris; negat tamen id locum habere in fidei negotio. Duplex opinionum genus ille distinguit: alterum quod versatur circa actionem aliquam exercendam, puta sit ne aliquis contractus licitus: alterum quod spectat res ipsas, ex. g. sit ne hæc domus propria, vel aliena. Minus probabilem prioris, secus posterioris generis, opinionem, relicta probabiliori, licitum esse sequi, docet. In posteriori genere collocat fidei controversias, in quibus probabiliorem amplectendam decernit. Addendum tamen nec in prioris generis quæstionibus illum absolute defendere præferendam esse minus probabilem probabiliori: quia non apparet illum distinguere id quod tutius, ab eo quod probabilius est; nec rem ex instituto versat. Ut ut tamen de hoc sit in præsentia, suo loco pro dignitate dicam.

XII. Ut autem ad opinionem P. Sanchez revertamur, illa ipsa videtur ac ea quæ damnata fuit ab Innocentio XI. *Ab infidelitate excusabitur infidelis ductus opinione minus probabili*. Nec satis consequenter loquitur P. Sanchez, dum asserit, probabiliorem religionem amplectendam esse in mortis articulo, secus in vita; ac si aliud in vita, aliud in morte Evangelium obtineret. Si enim probabilior opinio sequenda est in morte, quidni & in vita? Quare optime concludunt Salmanticenses tract. 11. c. 11. punct. 3. n. 27. *In omni materia fidei, & morum probabilior sequenda*. Quia tamen sententia nostra, quæ communis est, non levibus difficultatibus obnoxia est, juvat eadem levi manu dispellere.

XIII. Obiicitur 1. Infideles non teneri ad nostram fidem suscipiendam, nisi illis sufficienter sit proposita. Sufficienter autem proposita non est, cum tantum ut probabilis apparet. 2. Nemo religionem quam cum facile potuit, mutare astringitur, nisi prius certus efficiatur de illius fallitate. De fallitate autem non constat, quamdiu sua religio probabilis apparet. Probabilis autem est, licet opposita quæ suadetur, probabilior videatur. Potissimum quod eiusmodi mutatio magnam præfert inconstantiam adeo honesto viro infestam. 3. Nostram sententiam consequitur, Catholicum quoque mutare debere religionem, si hæreticus talia proponeret argumenta quæ probabiliorem ostenderent eorum sectam.



XIV. Ad 1. respondetur, sufficienter propositam esse religionem nostram, quando ut probabilior repræsentatur. Licet enim probabilis propositio satis non sit ad eliciendum fidei assensum; satis tamen est ut teneatur infidelis, vel hæreticus altringatur veram catholicam religionem amplecti, atque ad eliciendos fidei actus se disponere. Quamvis ergo propositio probabilis sub initium facta non sufficiat ad actum fidei supernaturalem, cui præire debet certa, & firma persuasio divinæ revelationis, seu credibilitatis articulorum qui proponuntur; nihilominus sufficit ad hoc ut teneatur investigare, doctos consulere, gratiam implorare qua dignus reddatur recipiendi fidei donum. Quæ enim a Deo infunduntur, requirunt utique nostram præviam dispositionem, non tamen tibi nostris producuntur. Licet ergo prius actus quos infidelis, aut hæreticus elicit, non sint emittative supernaturales, sed tantum obiective, quatenus spectant Deum auctorem supernaturalem; si tamen in finitum addum reperitione sese exercuerit, & pro viribus supplices preces Deo porrexerit, fidei donum consequetur. Ad 2. dicendum, in hoc summo negotio quamque eo quo potest meliori modo sue salutis consulere debere. Licet omnino certa adhuc vera religio illi non appareat, satis est ut illam agnoscat ceu probabiliorem. Quoniam quando periculum omni ex parte vitari non potest, prudentia dictat ut illud vitetur quod maius est. Maius autem periculum imminet, ubi maior est probabilitas errandi. Quid si æque probabilis appareret falsa secta, ac vera catholica religio? Tunc ferventibus precibus, atque summa animi demissione divinum lumen implorandum est. Qui enim sincero corde ad Deum confugit eo proposito ut veritatem reperiat, qui propria detestatur crimina, suamque purgare conscientiam studet, nihilque aliud nisi Deo vero inservire, suamque æternam salutem in tuto ponere, Deum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, propitium inveniet, donumque fidei assequetur. Neque enim in necessariis deest, quin dives est, & superabundans. Ad 3. facilis est responsio. Vel enim Catholicus doctus est, aut indoctus. Si ignarus, a disputatione abstinere debet: si autem vi argumentorum invitus prematur, Deo se commendare debet, tempusque petere quo doctiores Catholicos consulere valeat. Si Catholicus doctus sit, non est periculo locus. Licet enim plurima mysteria captum humanæ mentis summopere superent; attamen nullum affert argumentum potest quo incredibilia suadeantur. Ex alia vero parte tot concurrunt credibilitatis momenta, totque alii articuli ita splendidi apparent, ut mens optime imbuta, atque solidis principiis adiuta, nequeat a fide catholica dimoveri; sed potius firmior, atque constantior ex disputationibus assurgit: dumnodo in certamen non prodeat captandæ popularis auræ, aut levis curiositatis causa, sed necessitate cogente, zeloque defendendæ religionis impellente.

XV. Quæst. VI. *Teneantur ne pueri inter Catholicos enutriti actum interiorem fidei elicere, cum primum illis rationis lumen affulget?* Resp. Dictum est supra, quando sufficienter proposita dicenda fides sit pueris inter Catholicos educatis. Explicandum nunc est, num sub ipsius rationis diluculo debeant proponi sibi fidei actus interiores elicere vi præcepti ad fidem interiorem obligantis. Duo genera penes Theologos sunt. Primum, quod rationis intervallum individuum non sit, sed pro tempore congruo, & opportuno accipiendum esse: citius namque uni quam alteri emicat, quemadmodum alter celerius, alter tardius momenta credibilitatis percipit, prout quisque maiori, aut minori ingenii vi pollet. Alterum, quod pueri statim ac rationis usum assecuti sunt, ad implendum fidei præceptum, sicuti & caritatis, teneantur. Hæc duo communia penes Theologos sunt. Quamvis enim aliqui Probabilistæ sese opposuerint doctrinæ D. Thomæ, & Thomistarum in hac quæstione; post damnatas tamen propositiones ab Alexandro VII. & Innocentio XI. communiter subscribunt Theologi nostræ sententiæ de necessitate qua ligantur pueri, cum primum rationis usum attingunt, eliciendi actum fidei, & amoris Dei, ut testatur vel ipse P. Dominicus Viva in Comment. in propos. 1. Alexand. VII. num. 7. *Incunctanter videtur sententia Thomistarum ex Angelico Doctore, quod quilibet teneatur ad actum amoris Dei in primo instanti usus rationis, dummodo bono ad hanc obligationem advertat*. Illud tamen observandum, ut & communiter Theologi admonent, non esse culpabilis omissionis damnandos pueros, quod hoc præceptum non illico im-

pleverint. Nec enim semper illis proponuntur mysteria credenda itarim ac ullum rationis assecuti sunt. Ideo in praxi non tam investigandum est, num in pueritia hoc servaverint præceptum, quam enitendum ut in posterum in fidei actibus repetendis recte exerceant: imbuendique sunt, ut id præstare valeant.

XVI. Quæst. VII. *Quandonam adultus hoc præceptum per se obligat ad elicitandos fidei actus?* Resp. Duplicem illius præcepti obligationem distinguunt Theologi. Aliam vocant *per se*, & *directam*: alteram *per accidens*, & *indirectam*. Prima oritur immediate ex ipso præcepto obligante ad actus fidei eliciendos absque respectu ad quamcumque aliam legem, aut mandatum. Altera oritur ex alio præcepto, cujus observantia prærequirit fidei actum: puta, si elicere debet actum caritatis, necesse est ut fidem præmittat: neque enim diligere Deum vales, nisi eumdem credas. Nunc ergo quæritur, quando præceptum fidei *per se* obliget adultos. Et primo communis est, ut iam diximus, Theologorum sententia, pueros comparato rationis lumine astringi ad illius præcepti observantiam: tenentur enim tunc se in Deum convertere, illumque fide, spe, & caritate colere. De alio tempore quo adulti teneantur se exercere in fidei actibus, discrepant Auctores, qui tamen nunc omnes concedunt, hoc præceptum *per se* obligare: quoniam damnata est contraria propositio ab Innocentio XI. *Fides non censetur cadere sub præcepto speciali, & secundum se.* Ut vero maiori qua fieri potest claritate res tota exponatur, distinctas, quæstiunculas instituemus.

XVII. Quæst. VIII. *Utrum semel in anno per se teneantur exercere aliquem actum fidei?* Resp. Nihil certi definire possumus, nisi prius in memoriam revocemus propositiones hoc de argumento a summis Pontificibus damnatas. Tres igitur propositiones proscriptæ sunt quæ tempus spectant quo fidei actus edendi sunt. Prima proscripta fuit ab Alexandro VII. *Homo nullo umquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & caritatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.* Altera propositio proscripta fuit ab Innocentio XI. *Satis est actum fidei semel in vita elicere.* Tertia ab eodem Pontifice proscripta est circa Trinitatis, & incarnationis mysteria, de quibus statuit: *Sufficit illa mysteria semel credidisse.* Ex propositionibus proscriptis tria eliciuntur. Primum, quod præceptum fidei *per se* obliget fideles ad eliciendos actus eiusdem virtutis. Alterum, quod non sufficiat actum fidei semel in vita elicere. Postremum, quod qui ultra quinquennium eiusmodi actum differt, hoc præceptum transgreditur. Hæc omnia certissima sunt, quippe oppositum proscriptum est ab Ecclesia. Quare minus caute, ut modeste loquar, scribit P. Patritius Sporer tract. 11. in Dec. cap. 11. sect. 3. §. 3. *Ex assensu semel habito, præceptum hoc affirmativum fidei per se directe amplius non obligat ..... Quia* (inquit) *ex una parte nullum potest assignari tempus certum, & determinatum neque Christi, neque Ecclesiæ lege, quo per se directe obliget præceptum fidei quoad actum externum ... ideo Christus Dominus prudenter creditur non voluisse imponere præceptum per se directum fidei.* Hæc assertio directe opponitur propositioni damnatæ: *Fides non censetur cadere sub præcepto speciali, & secundum se.* Opinionem suam P. Sporer accepit a P. Tamburino qui *Lib. II. in Dec. cap. 1. §. 1. n. 9.* hæc scribit: *Puto per se, & directe nunquam obligari fideles ad credenda præcisa mysteria nec implicite, nec explicite ex vi necessitatis præcepti fidei.* P. Tamburinus scripsit ante propositiones damnatas, ideo excusandus est: caute tamen legendi illius libri. Idcirco enim similes propositiones indico, non ut perdocto iuniori, quem summopere colo, dicam quampiam impingam, sed ut lectores errandi periculo subducam. In Theologia P. Sporer inseruit reperiuntur theses proscriptæ; sed assuræ suis locis videntur post operis confectionem. Ut ut tamen sit, certum est opinionem quam Tamburini, quem laudat, auctoritate nixus scribit, in recensita propositione proscripta contineri. Nec verum habet quod ex P. Lugo subdit idem Sporer, inutilem nempe esse quæstionem de tempore quo teneantur fideles actus fidei repetere: quia contingere nequit quin Christianus sæpe tum per se, tum per accidens fidei actus repetat una cum aliis bonis actibus necessariis, & liberis, ut orando, Missam audiendo, sacramenta suscipiendo. Hoc ipsum intendebant Auctores propositionis proscriptæ, nempe præceptum fidei *secundum se* non obligare, sed tantum *per accidens*, videlicet ratione aliorum actuum, quos ipse P. Sporer recenset. Porro inutilis dicenda ea quæstio non est quæ, detur ne aliquod præceptum divinum ab aliis seiunctum, inveniatur. Utinam Theologia moralis ab inutilibus quæstionibus immunis esset. Sed de hoc alias. Addo tutiusmodo & hunc Auctorem non in paucis quæstionibus caute legendum esse: quia enim pro tuis in Theologia morali Magistris proponit Auctores qui ante proscriptas propositiones theologica opera ediderè, non raro abertavit eorumdem amplectendo opiniones, ad quarum amussim propositiones damnatæ aliquando explicatæ reperiuntur. Quid enim christianæ sanctitatis ex huiusmodi Auctoribus colligi potest, cum doceant Christianos numquam *per se* astringi ad credenda præfata religionis mysteria?

XVIII. Ad propositam quæstiunculam respondetur, ut minus semel in anno teneri fideles aliquem fidei actum *per se* exercere. Ratio evidens est. Quippe datur præceptum fidei quod *per se*, & *directe* obligat, ut ex Ecclesiæ definitione constat. Ergo hæc obligatio ut minus semel in anno impleuda est. Quodnam enim præceptum divinum adstrictius reperire fas est, quod numquam intra annum obliget? Nullum sane. Otiosa siquidem lex esset, quæ tui executionem non imperaret nec intra unius anni spatium. Ergo semel admisso præcepto per se obligante, necessario consequitur fideles reipsa urgeri ad actus talis præcepti repetendos ut minus semel intra annum. Quam sententiam docent Bannez 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 1. *dub.* 2. *concl. ult.* Ledesma II. *Part. Sum. tract.* 1. *cap.* XIII. *concl.* 4. Tapia *Lib. I. quæst.* 11. *art.* 2. *n.* 6. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* 11. *punct.* 3. *n.* 31. aliique non pauci. Dixi *ut minus*, quoniam cum quo libet præceptum ex Ecclesiæ ordinatione, puta præceptum poenitentiæ, eucharistiæ &c. obliget semel in anno; frequentius fidei exercitium statuendum videtur, tum ob illius virtutis nobilitatem, qua Christiani vivunt, tum ob facilitatem repetendi eiusdem actus. Hanc tamen frequentiorem actuum repetitionem ut præcepti definire non audeo; sed quisque contendere debet ut certam obligationem meliori quo valet modo salvat. Nemo ergo intra annum fidei catholicæ exercitium differat, ne violati præcepti reus evadat: & intra annum curet actus repetere, ut fecerius impleat. Subdo tamen in praxi raro reperiri fidelem qui præceptum hoc praxi reddatur, nisi impotione sit, & perditus: quia vix est qui symbolum in quo præcepta fidei articuli continentur, non recitet. Sentit ut *IV. dist. XXIV. quæst. unic.* docet, præceptum fidei obligare omnibus diebus festis. Ioannes Nyderius statuit fideles teneri ad eliciendum actum fidei illis saltem diebus quibus prædicta mysteria celebrantur. Quæ licet sententiæ piæ sint, & in praxi consulendæ, utpote admodum utiles tutelæ animarum vitæ. Contra vero ut laxam reiicio sententiam P. Leandri, qui *tract.* 11. *disput.* 11. *in fidei quæst.* XXXVII. hæc docet. *An obligent per se præceptum fidei ad actu credendum semel in singulis annis? ... Probabilius certe respondeo non obligare: quia non est modo talis obligatio colligenda.* Ne iste leventur Probabiliorista, qui laxiores opiniones probabiliores passim efficit.

XIX. Quæst. IX. *An hoc præceptum obligat per se in articulo mortis, & quando urget gravis tentatio contra fidem?* Resp. Communis sententia affirmat, in articulo mortis *per se* fidei præceptum obligare ad actus eliciendos: quia, inquiunt Salmanticenses, fides est medium necessarium ad resistendum tentationibus iuxta illud Petr. I. cap. V. *Cui resistite fortes in fide*: sed in articulo mortis graves urgent tentationes: ergo tunc obligat præceptum ad credendum. Sed hæc ratio non obligationem *per se* inducit, sed tantum *per accidens*. Quare dico, hoc præceptum *per se* obligare in articulo mortis, quemadmodum præcepta eucharistiæ, poenitentiæ, extremæ unctionis &c. obligant. Quoniam, si ullo unquam tempore tenetur homo testimonium professionis suæ Deo, & hominibus exhibere, profecto id potissimum mortis tempore præstare astringitur. Tum maxime vita fidei vivere debet, ut visionem beatam, quæ fidei virtutis respondet, assequatur. Quis dixerit, ad fidem, quæ fundamentum catholicæ professionis, ac iperandarum rerum substantia est, hominem christianum absolute non teneri? Tenetur iuxta omnes cum primum rationis usum assecutus est, & alitus non erit Deum fide colere, cum tempus, & momentum imminet rationis usum amittendi, seu potius vitam cum morte commutandi, ac ad divinum tribunal reddituras? Hanc sane exercendæ fidei obligationem mortis tempore confirmat Ecclesiæ consuetudo. Siquidem dum infirmi sacro viatico reficiuntur, a sacerdote excitantur, momenturque, ut fidei professionem edant, atque fidei actus repetant. Ne multa: nullum tempus magis opportunum ad fidei actus repetendos quam mortis urgentis. Quare laxa valde mihi videtur Leandri opinio, quam de more ut probabiliorem refert *tract.* 11. *disp.* 11. *quæst.* XXXVII. his verbis: *Probabilius respondeo hoc*

*divinum præceptum nullo modo obligare per se, aut ex vi ipsius præcepti ad eliciendos actus fidei in articulo mortis: quia nec ratio, nec textus aliquis cogit ad oppositum asserendum.* Contra nos dicimus & textus, & rationem evincere necessitatem fidei mortis tempore. Nam textus omnes, & rationes quæ absolutam fidei necessitatem evincunt in vitæ curriculo, eamdem potiori jure evincunt mortis tempore, ut ostensum est. Falso quoque asserit Leander, laxam suam opinionem communiter a Doctoribus doceri. Docent utique eam Castropalaus, Oviedo, Hurtado, & etiam P. Patritius Sporer, licet hic forte scripserit pejus damnatas propositiones quæ recentiorum in illius operibus. Verum communissima est sententia nostra, quin nullo modo probabilem nunc judico laudatam opinionem, sed tamquam plurimum laxam reficio. Secunda vero quæstionis pars sequela patet: urgente enim tentatione contra fidem, urget præceptum fidei non *per se*, sed *per accidens*, quatenus medium necessarium reputatur ad victoriam de tentatione terendam. Obligatio enim *per se*, seu absoluta, alicujus præcepti ex natura oritur ejusdem præcepti; obligatio vero *per accidens* ut indicatum supra est, ex fortuito eventu consurgit, sicut clarius infra dicturi sumus.

XX. Quæst. X. *Quandonam* per accidens *fidei præceptum obliget?* Resp. Multi occurrunt casus in quibus homines tenentur actus fidei *per accidens* repetere. Ac primo toties obligatio hujus præcepti urget, quoties fidei assensus necessarius est ad servandum aliud præceptum. Qui enim obligatur ad finem, etiam ad mediorum executionem astringitur. Hinc quia fideles obligantur diebus festis Sacrum audire, obligantur ad assensum fidei, sine qua Missam audire, ut catholicos decet, nequeunt. Qui tamen Sacrum audire negligit, non duo, sed crimen unum perpetrat. Secundo ad fidem fideles tenentur, cum contritionem edere, vel sacramenta suscipere debent. Nemo enim justificari valet sine fide, ut toties dictum est. Ergo quoties se in Deum convertere fideles debent per contritionem, sacramentorumque susceptionem, toties fidei actus repetere astringuntur. Hac eadem ratione, quando homo tenetur actus supernaturales spei, caritatis, religionis, contritionis elicere, tenetur fidem exercere: quia hæc est primum fundamentum spiritualis ædificii. Opus tamen haud est quod actu formali, & expresso quis dicat: Credo Deum esse, quem nunc oro, quem hoc sacramento suscipio; sed sat est implicite, & virtualiter, quatenus virtute fidei toties exercitæ sacramenta administrat, suscipit, Deum precatur, amat, atque in eumdem sperat. Quamvis tamen hæc actualis, & expressa fides vi præcepti non requiratur; utile tamen, & consentaneum est ut similes fidei actus repetantur cum christianæ professionis officia peraguntur. Tertio, cum gravis tentatio animum pulsat contra fidem, aliamve virtutem; fidei præceptum urget, si credatur fidei exercitium remedium esse ad victoriam comparandam. Et certe, cum tentatio contra fidem animum provocat, fidei obligatio potius *per se* quam *per accidens* reputanda est. Per se enim quælibet virtus suam poscit defensionem; nulla vero magis directa defensio fidei in discrimine per tentationem adductæ quam fidei ipsius exercitium. Ceterum, si etiam hoc in casu quis contenderet, *per accidens* talem dicendam esse obligationem, res tanti non est ut litem instituamus. Si tentatio callitati, caritati, obedientiæ, ceteriisque a fide virtutibus insidias struat, obligatio fidei juxta omnes *per accidens* reputatur. Porro cum dicimus, quemquam ad actum fidei teneri, cum in discrimine fidei negandæ versatur: ea moderatione accipi debet quod in tali circumstantia fidei exercitium medium necessarium ad consequendam victoriam credatur: quod & communiter reapte ejusmodi est. Ceterum si homines tentationibus vexati anxii sint, pavidi, perplexitatibus, & scrupulis obnoxii, tunc fidei exercitium non esse illis opportunum remedium, concors est Theologorum sententia. Illi contemnere tentationes debent, & alio mentem deducere: satisque est, si tempore pacis, ac mentis serenæ, placidique animi, fidei actus repetant, plus minusve, prout eorum directori expediens visum fuerit. Ibi numquam recta manus conferere, congredique cum hoste debent, sed illum spernere, nihilque illius aggressus curare. Denique tyranno ad fidem catholicam abjurandam provocante, præceptum fidei confitendæ urget. Porro fidem vere exterius confiteri quis nequit, nisi interius credat. Interiori itaque fides tunc necessaria est ob exteriorem confessionem. Ideirco hoc internæ fidei exercitium *per accidens* necessarium in hoc eventu dicitur. Pariter, cum quis in hæresim lapsus est, eam per contrarium fidei actum abjurare astringitur. Hæc omnia communia sunt.

C A-



## CAPUT XII.

*De præcepto adfirmante divino fidei exterius confitendæ.*

I. Præter præceptum sciendi res fidei, & eiusdem fidei actus interiores eliciendi, datur tertium præceptum hanc fidem exterius confitendi. Hinc præmissa explicatione duplicis præcepti, fas est ut tertium exponamus. Hoc præceptum externæ confessionis duplex est: divinum, & ecclesiasticum. De ecclesiastico infra, nunc de divino sermo erit. Hoc divinum præceptum duplex itidem est. Alterum adfirmans, quod jubet exteriorem confessionem, & violatur omissione, & *pro semper* non obligat. Alterum negans, quod vetat exteriorem negationem; & *pro semper* obligat, & actu positivo frangitur. Primum omnium agam de præcepto divino adfirmante, seu imperante externum fidei actum. Et antequam ultra provehar, notionem externæ confessionis prodo. Est autem ejusmodi: *Manifestatio fidei internæ signo aliquo exteriori suapte natura, vel vi communis acceptionis, & intelligentiæ id significante.* Itaque fides exterius manifestari potest verbis conceptis, signis, nutibus, gestibus, actionibusque ex speciali institutione, aut communi acceptione fidem exprimentibus. Non sufficit tamen quæcumque expressio, sed necessum est ut exprimatur fides catholica ut a quacumque alia secta distincta, ut sufficus explicabitur.

II. Dari autem hoc divinum præceptum, nemo est qui in controversiam adducat. Id enim colligitur ex divina Scriptura ad Rom. x. vers. 9. *Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* Hic enim Apostolus non de laudis confessione loquitur, ut nonnulli contendunt; sed de fidei professione, ut ex integra citati capitis lectione compertum est. Idem colligitur ex Matth. x. *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis est; qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.* Quod confirmat D. Lucas cap. ix. *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.* Superest nunc ut investigemus tempus quo præceptum illud obligat.

III. Quæst. I. *Quandonam præceptum divinum confitendæ exterius catholicæ fidei obliget?* Resp. Hunc quæstionis facit satis D. Thomas 2. 2. quæst. 111. art. 2. *Confiteri fidem non semper, neque in quolibet loco est de necessitate salutis; sed in aliquo loco, & tempore, quando fieret per dimissionem hujus confessionis subtraheretur debitus honor Deo, & etiam utilitas proximis inspondenda, puta, si aliquis interrogatus de fide taceret; & ex hoc crederetur vel quod non haberet fidem, vel quod fides non esset vera, vel alii per eius taciturnitatem averterentur a fide. Eo huiusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis.* Pro pleniore angelicæ doctrinæ intelligentia id est animadvertendum, duobus modis subtrahi Deo, & proximo honorem, & utilitatem posse. Primo simplici omissione, seu, ut dicitur, *negative*, quatenus ex occultatione fidei cessat honor Dei, & proximi utilitas: quia publicum fidei exercitium suapte natura semper in Dei gloriam proximique commodum cedit. Si ad hanc divinam gloriam promovendam semper astringeremur, præceptum externæ confessionis fidei semper, & pro semper obligaret; quod nemo dixerit. Secundo *privative*, prout Deus ignominia afficitur, & populus scandalum patitur ex hoc quod quis fidem suam profiteri omittat; & tunc urget præceptum fidei confitendæ. Quando ergo populo periculum adest a fide delcidendi, vel in ea vacillandi, quando indiget in fide confirmari; quando præcepto cogimur alios religionem catholicam docere; quando ex occultatione fidei nostræ suspicio nascitur nos fidem christianam negare: in his, similibusque casibus præceptum fidei obligat ad externam confessionem, ut cum S. Thoma docent communiter Theologi. Azorius *Lib. VIII. cap.* VII. *quæst.* VII. Sanchez *Lib. II. in Decal. cap.* IV. *n.* 4. Tapia *Lib. IV. quæst.* III. *art.* 3. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* II. *punct.* 6. *n.* 6.

IV. Quæst. II. *Hæc externa confessio fidei est ne actus virtutis fidei?* Resp. Adfirmat Angelicus 2. 2. quæst. III. art. 1. *quia actus exteriores illarum virtutum proprie sunt actus ad quarum fines secundum suas species referuntur... Confessio autem eorum qua sunt fidei, secundum suam speciem ordinatur, sicut ad finem, ad id quod est fidei, secundum illud* II. *ad Cor.* IV. Habentes eumdem spiritum fidei credimus, propter quod & loquimur. *Exterior enim locutio ordinatur ad significandum id quod in corde concipitur. Unde sicut*

*conceptus interior eorum quæ sunt fidei, est proprie actus fidei; ita etiam exterior confessio.* Acriter disputant Scholastici, sit ne elicitive, aut imperative exterior confessio a virtute fidei. Verum nihil nostra refert hæc discutere. Satis enim nobis est hanc exteriorem confessionem proprie esse actum fidei, ut cum Angelico communiter Doctores defendunt.

V. Quæst. III. *Qui interrogatur de fide catholica, peccat ne, si taceat?* Resp. Pro parte affirmante Sanchez *loc. cit. num. 6.* refert D. Thomam, Cajetanum, Tabienum, & Abulensem. Alii distinguunt interrogationem factam a potestate privata, & tunc nullum esse peccatum silentium personæ interrogatæ aiunt; contra, si fiat a potestate publica, tacitumitas peccatum erit. Pro hac quoque opinione allegat Sanchez plures Doctores.

VI. Utraque opinio suas patitur exceptiones. Nam quandoque peccatum est non profiteri publice fidem, etiamsi interrogatio facta sit a persona privata; quando scilicet debitus honor Deo subtrahitur, ut ex D. Thoma vidimus. Contingere autem non raro potest Deum ignominiam perferre, proximumque scandalum pati, si quis Catholicorum a privata persona de fide rogatus non respondeat. Quippe si ego interrogarer coram Christianorum multitudine ab infideli de Catholica religione, propiceremque ex meo silentio fluctuaturos in fide Catholicos audientes; quis me a debito confitendæ publicitus fidei excusat? Quid, si infidelium turba, privata licet, conviciaretur, derideretque Christianos, quod tanti non essent qui fidem palam confiteri auderent; possem ne licite a publica fidei confessione abstinere? In his ergo, ac similibus eventibus, in quibus honor Dei, & proximi fides periclitaretur, præceptum publicæ confessionis obligat, etiamsi interrogatio a persona privata fieret. Quæ sententia est D. Thomæ, & eidem sic explicatæ nemo Theologorum contradicere iure valet.

VII. Altera quoque opinio explicatione eget. Nam persona publica interrogare valet, non ut iudex, & in odium fidei, sed ob politicas status rationes; videlicet ut divitias extorqueat a Catholicis, aut aliud id genus momentum. Quo in casu non tenetur Catholicus respondere; sed aut silentio, aut alia responsione eludere interrogationem potest. Immo aperte reponere valet: Quid tua refert, sim nec ne Christianus? Contra ab hac persona publica, seu iudice in fidei odium interrogetur Catholicus, fidem palam confiteri tenetur. Quid, si iudex interrogaret, non qua iudex, sed ut persona privata, licet in fidei odium? Licita quandoque interrogationis contemptio esse posset, dummodo debitus honor Deo non subtraheretur. Quare dum ejusmodi occurrunt interrogationes, semper ob oculos habenda D. Thomæ doctrina est. Si enim ex silentio, aut ambigua responsione, aut Dei gloria, aut proximi salus periclitatur, modo supra explicato; semper fides professionem aperta fronte est. Si hæ rationes essent, occultari valet. Advertendum tamen, in nullo casu licitas esse mentales restrictiones quæ externis verbis nullo modo significatum ita produnt, ut ab interrogante deprehendi possit.

VIII. Objices. D. Petrus interrogatus fuit a persona privata, nempe ab ancilla, ter usque Caipha; & nihilominus Christum negando grave perpetravit scelus. Resp. Petrus non modo fuisse fidei confessionem, sed Christum negavit: quod numquam licet, sive publica, sive privata sit persona quæ interrogat. Præceptum namque negans quod vetat negare fidem, *semper & pro semper* obligat. Præter quam quod iis in circumstantiis Petrus interrogatus fuit in quibus tacitumitas, & silentium peccatum fuisset, ut res clara ex se est.

IX. Ex his colligo, quam merito damnata ab Innocentio XI. fuerit sequens propositio: *Si a potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum, consulo; tacere ut peccaminosum per se non damno.* Interrogationi factæ a persona publica non respondere suapte natura Deo contumeliam, proximo scandalum infert. Quod in præfata propositione damnatur, est quod fidelis absolute a persona publica interrogatus de rebus fidei non teneatur respondere, idcirco damnatum non est asserere, te non teneri respondere, si de rebus ad fidem minime pertinentibus interrogatus esses. Leander *tract. III. quæst. VIII.* docet, sententiam damnatam defendere plures Doctores, nempe Ægidium, Tannerum, Lorcam, utrumque Henriadum, Granados, Oviedum, Castropalaum, qui satis ambigue loquitur. Ut verum tamen fatear, expresse proscriptam propositionem non decet Castropalaus, ut cuilibet legenti *tract. IV. disp. I. punct. 14.* constare potest. Quare, ut mihi videtur, Castropalao aliquantulum Leander imponit. Sed quia ante propositiones proscriptas ambo scripserunt, excusandi sunt, caute tamen hac de re legendus Castropalaus.



X. Quæst. IV. *Fidelis cogatur a persona privata de sua fide in odium ejusdem fidei, teneatur ne respondere?* Resp. Leander *loc. cit. quæst. VII.* probabilius ait esse, illum non adstringi. Sed hæc probabilior Leandri opinio falsa est, si absolute sumatur. Quoniam contingere potest Deum debito honore privari, & scandalum fideles subire, etiam cum quis privatæ interrogationi respondere negligit. Dicendum ergo: Si nullum fidei detrimentum timeatur, privata responsio prætermittenda est; si honor Dei, proximique salus in discrimen adduci cognoscatur, fides confitenda palam est. In interrogationibus privatis hæc sapit natura optima responsio esse solet: Quid tua interest ejusmodi scire? Tum enim, licet privata responsio coram multitudine fiat, non præsumitur respondens negare fidem suam, nec adstantes scandalum patiuntur, cum audiant fidelem contemnere privatum interrogatorem. Quid, si fidelis interrogatus iniquis foret auctoritatis, & dignitatis? P. Sanchez *Lib. II. in Decal. cap. IV. num. 6.* citans Valentiam docet peccare hunc fidelem, si rogatus etiam a persona privata, non respondeat: quia tunc ob dignitatem personæ respondentis silentium, tolaque tacitumitas, fidei detrimentum infert. Si verum sit quod solum silentium dignioris personæ in fidei materia scandalum pariat, vera est sententia Sanchez. Sed verum non apparet, per se dignitatem personæ talem esse ut semper culpabile efficiat silentium in fidei materia. Optime enim evenire potest quod fideles nullum offendiculum patiantur, etiamsi videant Catholicum magnæ auctoritatis contemnere privatam in religionis negotio interrogationem. Id solum verum habet, frequentius in persona superioris quam inferioris gradus, tacitumitatem criminalem esse in hac materia. Circumstantiæ itaque spectandæ sunt, & ob oculos D. Thomæ doctrina superius explicata habenda.

XI. Quæst. V. *Fidelis astringitur ne respondere superiori catholico de fide interroganti?* Resp. Certum est teneri. Superiori namque legitime interroganti, & præcipienti parendum, & respondendum est. Hæc siquidem responsio ex una parte nullum parit damnum, nec periculum grave; ex altera parte laus, & honor accedit. Quod verum est, etiam si iudex, seu superior interrogans secularis sit: quia licet ad catholicos Principes non spectent interrogationes de fide, accidere tamen potest quod eorum sit scire, sint ne subditi sui catholici: eliique communis opinio.

XII. Quæst. VI. *Catholicus videns sacras imagines conteri, Crucifixum contumeliis affici, teneatur ne fidem suam prodere, sacrasque imagines a contemptoribus vindicare?* Resp. P. Castropalaus *tract. IV. disp. I. punct. 12. num. 7.* docet, ut etiam advertunt Salmanticenses, teneri utique fidem profiteri, si confidat hac sua publica confessione compescendam fore infidelium protervitam, & impietatem; secus vero si ex sua confessione prævideat irritandos magis fore, atque in blasphemias emputros contemptores. Hanc opinionem communiter Auctores retinent. Sanchez *Lib. II. in Decal. cap. IV. n. 5.* Bonacin. *disp. III. quæst. II. punct. 3. n. 12.* Arag. 2. 2. *quæst. III. art. 2. dub. 2.* Salmanticenses *tract. II. cap. II. punct. 6. n. 72.* Ratio est, quia tunc fides catholica delpicitur, Deoque honor debitus subtrahitur per contrariam contumeliam: ergo confitendæ fidei præceptum urget: ergo sua publica confessione tenetur, quoad fieri potest, injuriam Deo, & sacris imaginibus irrogatam propulsare. Nec curare Catholicus in hoc casu debet, sint ne ex hac confessione, & defensione in blasphemias prolapsuri infideles, qui ex propria pravitate, non ex alieno impulsu in Deum, Divolque lacrimea evomerent convicia.

XIII. Quæst. VII. *Licitum ne aliquando sit tyrannum fugere, ut coactio ad confitendam fidem vitetur?* Resp. Librum edidit Tertullianus *de fuga in persecutione*, negatque licitum esse fugam in persecutione advertus fidem arripere: quem errorem amplexati sunt Montanistæ. Quoniam qui fugit, inquit Tertullianus, inconstantem se in fide prodit, & vacillantem, quod iudicium est. Hæc ratio trivola est: quippe qui tyrannum fugit, fidei sue firmitatem profert; & solum indicat te minime expedire judicare vitam suam prodigere, cum eam sua fuga redimere valet. Quare Tertulliani opinionem tamquam erroneam, immo hæreticam, Patres, Athanasius, Cyprianus, Nazianzenus, aliique communiter reiciunt: & merito, quoniam advertatur Evangelio Matth. X. *Cum vos persequuntur in civitate ista, fugite in aliam.* Idemque repetit cap. XIV. *Qui in Judæa sunt, fugiant in montes.* Quid quod Christus ipse Judæorum declinavit hevitiam? ut patet ex

*Ioan.* x. & xi. D. Paulus per murum sporta dimissus iram Præpositi Damasci, volentis illum comprehendere, vitavit, ut ipse refert II. Corinth. cap. xi. *Per murum in sporta dimissus sum, & sic effugi manus eius.* Elias a furente Iezabel aufugit in speluncam III. *Reg.* xix. Tyrannorum crudelitatem declinarunt Cyprianus, Athanasius, Sylvester, Basilius, Polycarpus, aliique plurimi, quos describit Nicephorus *Lib.* X. & XVI. *Hist.*

XIV. Fuga ergo tyrannorum persequentium fidei catholicæ professores absolute spectata peccatum non est, ut contendebat Tertullianus, sed pro circumstantiarum varietate bona, aut mala esse potest. Primum licita, quin & necessaria est, quoties fideles timent, prævidentque periculum succumbendi tormentorum atrocitati, fidemque negandi. Qui enim conscius talis periculi, tyranni lævitiam non declinaret, Deum tentaret, qui sicuti non deest in necessariis, ita non abundat in superfluis. Secundo quando persona necessaria, aut magnopere utilis est bono communi Ecclesiæ. Hoc probat D. Augustinus *tract.* xlvi. *in Ioannem* exemplo D. Pauli, qui ob Ecclesiæ utilitatem se furori Præpositi Damasci subduxit. Tertio declinandum martyrium est, quoties prævidetur aut illud nemini profuturum, aut tyrannum magis irritandum, & crudelius in Christianos sæviturum.

XV. Contra vero nemo fidelium fugere tyrannum licite valet, quoties fidei confessio necessaria est ad religionem promovendam, imbecillesque roborandos. Hocque commune est inter Doctores, quod plurimis sanctorum Martyrum exemplis confirmant.

XVI. Quæst. VIII. *Episcopi, Parochi, aliique Pastores curam habentes animarum, tenentur ne cum vitæ propriæ periculo ovibus sibi concreditis assistere, & ante tyrannum, si opus fuerit, se sistere?* Resp. Quæ certa sunt, præmittamus fas est. Si in solos Pastores tyranni sæviunt, illi fugere licite possunt, & quandoque debent, si alii ministri adsint, qui subsidia spiritualia ovibus dimissis suppeditare valeant. Tunc enim proprie oves non dimittuntur, ut peroptime docet Angelicus lect. III. in cap. x. Ioan. *Non enim quia fugit, sed quia dimittit oves, vituperatur: unde, si possit fugere, non dimittendo oves, non esset vituperabile. Contingit enim aliquando quod quæritur persona Prælati, aliquando totus grex. Manifestum est autem quod si quæritur sola persona Prælati, possunt alii loco sui ad gregis custodiam deputari, qui vice sui consoletur, & gubernet gregem. Unde si sic fugiat, non dicitur dimittere oves; & hoc modo, & casu fugere licet. Si autem quæratur totus grex, aut oportet quod Pastores omnes simul sint cum ovibus, aut oportet quod aliqui ex eis remaneant, & aliqui recedant. Si autem totaliter deferant gregem, tunc eis competit quod hic dicitur: Videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit. Lupus rapit, & dispergit oves.* Ex quibus constat oves non deseri, quando fugientibus aliquibus Pastoribus non necessariis, alii adsint qui ovium curam gerere possint.

XVII. Quæstioni ergo propositæ respondeo, tunc Pastores cum periculo vitæ tenere tyrannorum perferre sævitiam, fusisque ovibus assistere, quando nulli sint Sacerdotes qui tantum onus supplere velint, & oves gravi premantur necessitate spiritualis subsidii, vel sint in gravi periculo amittendæ fidei. Tunc enim non modo caritatis, verum etiam iustitiæ debito, suo adesse gregi astringuntur. Quod idem dicendum, si ex fuga Pastorum fideles scandalum caperent, *Nam bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis: mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oves.* Ioan. x. Pastores ergo in casibus recensitis titulo & caritatis, & iustitiæ cum ovibus suis permanere coguntur. Qui vero Pastores non sunt, vi evangelicæ caritatis succurrere ovibus, seu fratribus suis astringuntur, quando eorum præsentia exilimatur valde necessaria ad confortandos, firmandosque vacillantes in fide: quoniam unicuique mandavit Deus de proximo. Si enim quisque proximo suo gravissima corporis egeritate presso suppetias ferre iubetur; quanto magis animabus perelitantibus manum porrigere astringitur? Quæ omnia, magna prudentia opus est, ut executioni apte, & opportune mandentur. Nam si revera cognoscatur quod occultatio Pastorum ad tempus utilior fiat populo, poterunt Pastores latere, tyrannorum furorem paullulum declinare, perquisitionem eludere, alio pro brevi tempore se recipere, e carcere fugere, dummodo omnia eo spectent ut securius, & validius animarum salus procuretur. Quæ dicta sunt, confirmat summus Pontifex Nicolaus in cap. *Scitatis* exemplo nautarum qui tempestate ingruente clavum tenere, navem gubernare cum vitæ periculo debent. Doctrina communis est.

CA-



## CAPUT XIII.

*De præcepto adfirmativo ecclesiastico fidei exterius confitendæ, & de iis qui huic præcepto obnoxii sunt.*

I. PRæter præceptum adfirmans divinum palam fidem confitendi, de quo dictum est, aliud præceptum ecclesiasticum datur, quo plures in dignitate constituti urgentur fidem suam publicitus profiteri. De his omnibus hoc in capite dicturi sumus.

II. Quæst. I. *Tenentur ne omnes curam animarum habentes fidei palam professionem edere?* Resp. Primum omnium quæ sacra Tridentina Synodus hac de re præcipit, exscribenda sunt. Porro *sess.* XXIV. *de reform. cap.* XII. hæc decernit. *Provisi etiam de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus, teneantur a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel ex impedito coram generali eius vicario, seu officiali, orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & in Romana Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac iurent.* Quam ordinationem ad Canonicos Cathedralium extendit his verbis. *Provisi autem de canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesiis cathedralibus, non solum coram Episcopo seu eius officiali, sed etiam Capitulo idem facere teneantur; alioquin prædicti omnes provisi, ut supra, fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur.* Idem inculcat sess. XXV. cap. II. de reform. *Præcipit igitur sancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis omnibus qui de iure, vel consuetudine Concilio provinciali interesse debent, ut in prima Synodo provinciali post finem præsentis Concilii habenda, ea omnia, & singula quæ ab hac Synodo definita, & statuta sunt, palam recipiant, nec non veram obedientiam summo Romano Pontifici spondeant, & profiteantur; simulque hæreses omnes a sacris canonibus, & generalibus Conciliis, præsertimque ab hac eadem Synodo damnatas, publice detestentur, & anathematizent. Idemque in posterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcoposque promovendi in prima Synodo provinciali in qua ipsi interfuerint, omnino observent. Quod si quis ex supradictis omnibus, quod absit, venerit; Episcopi comprovinciales statim summum Romanum Pontificem adornare sub pœna divinæ indignationis teneantur.* Et paullo infra decretum illud extendit ad omnes universitates, studia generalia, eorumque Magistros, Doctores, divinique verbi Interpretes, & Concionatores. Quam ordinationem protendit Pius Papa IV. in suo *Motu proprio*, cuius initium est *Inunctum nobis*, ad omnes Ordinum Regularium, & Militarium Prælatos: & S. Pius V. in sua constitutione quæ incipit *In sacrosancta*, fusius, clariusque extendit, iubetque, omnes Doctores, Magistros, Regentes, Concionatores, & cuiusque facultatis Professores, fidei professionem emittere. Et sacra Congregatio declaravit præfatam constitutionem comprehendere omnes magistros grammaticæ, arithmeticæ, musicæ, & aliarum artium, tametsi publice bas artes non exerceant, sub pœna privationis omnium dignitatum, & officiorum, & insuper excommunicationis majoris.

III. Quæst. II. *Præfatæ constitutiones obligant ne sub mortali?* R. Adfirmat communis sententia: idque colligitur tum ex gravissimis pœnis in transgressores constitutis, tum ex materiæ gravitate, & fine sublimi servandæ, amplificandæque religionis. Id tamen intelligendum est, ubi constitutiones laudatæ usu receptæ sunt: nam quantum ad aliquas personas ubique non obtinere, infra indicabo.

IV. Quæst. III. *Beneficiati curam animarum habentes tenentur ne intra bimestre a die pacificæ possessionis, fidei professionem emittere in manibus Episcopi, aut eius vicarii, vel officialis?* Resp. Adfirmativa sententia communis est. Illi quippe expresse nominati sunt tum in Synodo Tridentina, tum in laudatis constitutionibus. Sub beneficiatis autem veniunt etiam commendatarii illiarum Ecclesiarum quarum facultatem habent disponendi de fructibus, quia tunc sunt vere provisi de beneficiis: secus dicendum, si Episcopus illis Ecclesias commendet, minime vero de beneficiis provideat, ut docent Grazia *de Benef.* II. *Par. cap.* III. *num.* 20. Augustinus Barbosa *de potest. Epis. Par.* III. *alleg.* lxi. *num.* 12. Sanchez *Lib.* II. *in Decalog. cap.* v. *num.* 1. Castropalaus *tract.* IV. *disp.* 1. *punct.* 19. *num.* 3. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* II. *punct.* 7. *num.* 79. Advertunt quoque Sanchez, Palaus, Bonacina, Salmanticenses contra Barbosam, decretum intelligendum esse de his qui actu curam habent animarum. Quare aliquis provisus de parochia quæ olim habuit, sed nunc non habet parochianos, ad fidei professionem faciendam non esset astrictus. Canonici vero, & dignitatibus insigniti Ecclesiarum cathedralium fidei professionem coram Episcopo, & Capitulo edere te-

re tenentur, ut conceptis verbis Tridentinum præcipit. Idque verum habet, etiamsi sint exempti, aut Regulares, cum omnium eadem ratio sit, ut scilicet fides sarta tecta custodiatur, & ab Ecclesiis Catholicorum exulent hæretici. Si, dum fidei professio fit coram Capitulo, adsit Episcopus, non est coram illo professio iteranda. Sede autem vacante, non solum coram Capitulo, sed etiam coram eius vicario fidei professio facienda est: quia iurisdictio episcopalis per vicarium repræsentatur, & administratur. Ad hanc vero professionem minime tenentur Canonicorum coadiutores quod non sint veri Canonici; quemadmodum nec Canonici provisi in Ecclesiis collegiatis: quia Concilii decretum loquitur tantum de Canonicis provisis in Ecclesiis cathedralibus. Immunes quoque sunt ab hac professione beneficiati simplices, seu *portionarii*, ut vocantur, & capellani Ecclesiarum cathedralium. Doctores qui ratione doctoratus professionem emittere, si intra bimestre beneficium accipiant, non tenentur ad iteratam professionem: quia sufficienter satisfecerunt menti Concilii. Quæ omnia communia sunt.

V. Quæst. IV. *Beneficiarii, vel Canonici, qui infra bimestre à die possessionis pacificè professionem non ediderunt propria culpa, fructus ne fructus suos ita ut non teneantur ante iudicis sententiam in conscientia restituere eosdem fructus?* Resp. Duplex reperitur sententia: quarum prima negat prælatos beneficiarios, aut Canonicos teneri ad restitutionem ante iudicis sententiam: quam opinionem defendunt Navarrus *tit. de Summ. Trinitate consil.* III. *& consil.* XII. *num.* 1. *tit. de iureiurando*. Sanchez *Lib. II. in Decal. cap. V. num.* 10. Castropalaus *tract.* IV. *disp.* 1. *punct.* 19. *num.* 16. Barbosa *alleg.* LXI. *par.* III. *num.* 28. Tapia *Tom. II. Lib. I. quæst.* III. *art.* 12. & alii.

VI. Sententia contraria, quæ affirmat prælatos beneficiarios non fieri legitimos fructuum possessores, atque adeo ad restitutionem teneri, non expectata iudicis sententia, probabilior est, & mihi unice certa. Quoniam hæc est aperta mens Tridentini asserentis, beneficiarios qui propria culpa intra bimestre non edunt professionem præscriptam, *non facere fructus fuos*. Si fuos non constituunt, ergo restant alieni. Bona autem aliena restituenda esse iure naturæ ante quamlibet iudicis sententiam, quis vertit inficias? Quod magis elucet ex declaratione eiusdem Concilii decernentis *illis possessionem non prodesse*. Si possessio nihil illis prodest ut eos fructus retinere valeant; quo titulo a restitutionis onere eximi possunt? Confirmatur sententia nostra ex propositione damnata sub Alexandro VII. quæ est in ordine XX. *Restitutio à S. Pio V. imposita beneficiatis non recitantibus non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eo quod sit pœna*. Porro ratio potissima cui innituntur adversæ opinionis Auctores, est quod lex Tridentini pœnalis sit. Ergo contraria sententia illa ipsa est ac ea quæ proscripta fuit ab Alexandro VII. Si leges quæ pœnas constituunt in transgressores, dicendæ omnes pœnales essent, ita ut non obligent in conscientia ante sententiam iudicis; actum de quamplurimis legibus esset. Sæpius pœnæ imponuntur ad maiorem legis obligationem manifestandam, quæ propriæ pœnæ non dicuntur, sed *inhabilitates* vocatia Theologis solent, quatenus inhabilem beneficiarium constituunt ad percipiendos fructus. Huiusmodi est illa quæ declarat, beneficiatos non recitantes officium divinum non facere fructus suos, & alia quæ eamdem pœnam imponit non residentibus in propriis Ecclesiis: quæ leges ante iudicis sententiam obligant ad fructuum restitutionem. Sed his legibus similima est illa quæ tulit Tridentinum in beneficiatos qui intra bimestre non edunt fidei professionem. Ergo istarum legum eadem est obligatio. Quod ex collatione utriusque legis patet. Nam hæc est lex quam adversus omittentes divini officii recitationem edidit Concilium Lateranense sess. IX. §. *Statutimus. Habens beneficium cum cura, aut sine cura, si post sex menses, obtento beneficio, officium divinum non diserit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus non faciat suos pro rata recitationis officii divini, & temporis*. Id ipsum decernit Tridentina Synodus, dum statuit, omittentes fidei professionem *non facere fructus suos*. Itaque eiusmodi leges non pœnales, sed conventionales, seu conditionales sunt, quæ non impleta conditione, ante quamcumque iudicis sententiam obligant. Hanc nostram sententiam defendunt Azorius *Tom.* II. *Lib.* VII. *cap.* II. *quæst.* I. Garzia *cap.* III. *num.* 45. Ledesma II. *Part. tract.* I. *cap.* IV. Filliucius *tract.* XXII. *cap.* III. *num.* 97. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* II. *punct.* 7. *num.* 82.

VII. Obiciunt I. contrariæ sententiæ Auctores. Lex Tridentini est pœnalis: ergo ante sententiam iudicis non obligat, potissimum quod ad executionem necessaria sit hominis actio. II. Lex pœnalis benigne est interpretanda. III. Si Tridentina Synodus intendo-

ret



ret executionem suæ legis ante iudicis sententiam, id declararet, quemadmodum *sess.* XXIII. *cap.* I. *de reformat.* expresse decrevit, non residentes in suis Ecclesiis ante iudicis sententiam ad fructus restituendos teneri.

VIII. Resp. Ex iis quæ dicta sunt in confirmationem sententiæ nostræ, corruunt duo prima obiecta. Negatur enim legem Tridentini pœnalem esse. Quod tertio loco opponitur, pariter ipsiplo evanescit: satis namque Tridentinum declaravit, restituendos esse fructus ante iudicis sententiam dum dixit conceptis verbis, beneficiatos *non facere fructus suos*. Idque constat, concedunteque adversarii in omittente recitationem officii, & in eo qui assequitur secundum beneficium quod cum primo coniungi nequit: ante enim iudicis sententiam hoc secundo beneficio privatur.

IX. *Quid, si provisi absque propria culpa fidei professionem emitterent?* Negant potiori iure adversarii, tunc restituendos esse fructus, non expectata iudicis sententia. Verum in hoc quoque casu probabilius videtur faciendam esse restitutionem ante iudicis sententiam: quia præfatæ leges, conditionales cum sint, obligant absque respectu ad culpam, & eum solo respectu ad conditionem quæ affixa est legi. Ergo quoties conditio non apponitur, absoluta obligatio urget. Sive ergo vitiosa, sive innocens omissio conditionis sit, dummodo reapte non ponatur, restitutionis debitum urget. Hanc sententiam defendunt Ledesma *II. Par. tract.* I. *cap.* IV. *concl.* 10. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* II. *punct.* 7. *num.* 84. Fructus porro restituendi tunt a die elapsi bimestris usque ad diem qua professio præscripta editur. Quippe lex concedit beneficiato privilegium differendæ professionis usque ad completum bimestre: ergo fructus intra illud percepti non sunt restituendi, sed tantum ii qui elapso bimestri colliguntur usque ad tempus quo fit professio. Nec tamen hinc infertur omittentes hanc professionem amittere titulum beneficii: quia talem pœnam Concilium non imponit. Quare titulus, & possessio beneficii constituunt, vi quorum Canonici vocem habent in Capitulo, & quotidianis distributionibus frui valent. Qui vero intra bimestre non fecerint fidei confessionem, transacto bimestri, ad illam tenentur: quia non est alligata tali tempori, ut præceptum ieiunii affixum uni diei, quo elapso cessat obligatio; sed spatium duorum mensium designatur non ad finiendam, sed ad non differendam obligationem: quod patet in voto ingrediendæ religionis intra annum, quo elapso, si impletum non sit, remanet obligatio. Et hoc communiter Auctores docent, eslque sententia vera.

X. Quæst. V. *Patriarchæ, Archiepiscopi, Primates, Episcopi sunt ne legi præfatæ obnoxii?* Resp. Affirmativa sententia certa est ex Concilio Tridentino *sess.* XXV. *cap.* II. *de reformat.* ubi decernitur, illorum professionem faciendam esse in Synodo provinciali; cuius Tridentini verba retulimus supra *num.* 2. Respectu Episcoporum extat Bulla Gregorii XIV. cuius initium est, *Omnes Apostolicæ servitutis*, data anno 1591. Hæc Bulla præcipit fidei confessionem iuramento firmatam, cuius formula habetur in Pontificali Romano iussu Clementis VIII. edito. Opinio communis.

XI. Quæst. VI. *Prælati Regulares tenentur ne ad hanc fidei professionem?* Resp. Affirmant plures Auctores, quos refert Barbosa: sed communis sententia oppositum docet, & consuetudo id ostendit. Quare breviter dicimus, ad hoc quod attinet, servandam esse consuetudinem. Si alicubi consuetudo obtinet quod Regularium Prælati professionem hanc emittant, servanda est, utpote optima; si mos contrarius viget, eidem inhærendum.

XII. Quæst. VII. *Doctores, Lectores, & cuiusque liberalis artis professores, qui in publicis gymnasiis docent, astringuntur ne fidei professionem emittere?* Resp. Affirmant communiter Doctores auctoritate constitutionis editæ a Pio IV. cuius verba referre iubet. Initium constitutionis est, *In sacrosancta*, & habetur in Bullario Cherub. *Tom. II. constit.* 88. in qua hæc continentur. *Idcirco hanc fidei puritatem fcientis, doctrinisque quibuslibet tum tradendis, tum addiscendis, tanquam necessariam basim constituere, & ne simplicia nonnullorum adolescentium, res novas audiendi cupidorum, ingenia in naufragos blandientium haereseum scopulos imprudenter impingant, exuere cupientes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, quod decoepi unius Doctor, Magister, Regens, vel alius cuiuscumque artis, & facultatis professor, sive clericus, sive laicus, ac facultatis, vel cuiusque ordinis regularis sit, in quibuslibet studiorum generalium universitatibus, aut gymnasiis publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam Lectoris cathedram assequi, vel iam obtentam retinere, seu alias Theologiam, canonicam, vel civilem censuram, medicinam, philosophiam, grammaticam, vel alias liberales artes in quibuscumque*

que

que civitatibus, terris, oppidis, ac locis, etiam in Ecclesiis, Monasteriis, aut Conventibus Regularium quorumcumque, publice, vel privatim, quomodocumque profiteri, seu lectiones aliquas in facultatibus hujusmodi habere, vel exercere.

Nec Doctores ipsi, aut universitatum, seu gymnasiorum eorumdem Rectores, Cancellarii, vel alii superiores, sed nec etiam Palatini Comites, aut alii particulares facultatum eruditi viri ad eosdem gradus promovendi, etiam a nobis, & apostolica Sede, vel alias undecumque habentes scholares tam laicos, quam clericos, & cujusvis ordinis Regulares, vel alios quoscumque, quantulibet eruditione praditos ad ullum gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere, & admittere.

Nec Doctores, Magistri, & scholares ad electionem alicujus in Rectorem, vel Cancellarium universitatis, aut gymnasii procedere. Nec si ipsi scholares, vel alii quantumlibet docti, & aliquin habiles, gradus hujusmodi, vel eorum aliquem palam, vel privatim recipere valeant, nisi Doctores videlicet, ac Regentes, Magistri, & alii professores tam ad cathedras, & lecturas recepti in Italia infra tres, extra vero illam infra sex menses, a die publicationis praesentium computandos, reliqui vero ad cathedras, & alias lecturas in posterum ibidem assumendi, ante illorum receptionem in Rectoris, vel aliorum superiorum, eligendi autem in Rectores vel Cancellarios ante illorum electionem, vel saltem admissionem, in Ordinarii loci, vel eius in spiritualibus Vicarii, aut Doctorum, aliorumve promovendorum manibus, praevio etiam processu, vel debita informatione, quantum eis sufficere videbitur super religione fideque catholica, Lectorum, Cancellariorum, Doctorum, Rectorum, & promovendorum eorumdem per ipsos locorum Ordinarios vel eorum Vicarios rite facta praecedente, eamdem catholicam fidem, verbis iuxta forma praescripta tenorem conceptis palam, & solemniter profiteri teneantur. Et desuper instrumentum publicum confici, ac de processu, seu informatione, & fidei professione in privilegio declaratus, vel alterius gradus hujusmodi specialis, ac de verbo ad verbum mentio, & relatio fieri debeat, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo statuimus, & ordinamus. Opus haud est commentario. Clara sunt haec omnia, & penes tum Theologos, tum Canonistas communia.

XIII. Quæri. VIII. *Fieri ne per procuratorem eiusmodi fidei professio valet?* Resp. Dissident Auctores super hac quæstione, in duasque abeunt sententias: quarum prima adfirmans est, quam illius patroni pluribus legum textibus confirmant. Leg. 1. ff. de procur. cap. *Qui per alium*, & cap. *Potest quis* de regul. iur. in 6. *Quod per nosmetipsos facere possumus, potest & praestari per procuratorem, nisi lex, aut canon aliter decernat.* Idem constat exemplo iuramenti quod per alium praestari potest cap. *Tibi Domino* lxiii. Pariter matrimonium per procuratorem iniri non raro solet. Et hanc sententiam defendunt Ledesma, Navarrus, Sanchez, Suarez, Tamburinus, Azorius, Barbosa, & alii: quæ, si iuris tenor spectetur, vera est.

XIV. Secunda sententia negat, hanc fidei professionem fieri per procuratorem posse. Quoniam fidei professio actio personalis est, quæ per alium praestari nequit. Potissima namque Ecclesiæ intentio est subditos suos in fide confirmare. Haec autem confirmatio necessario poscit personalem confessionem. Accedit quod ita declararunt sacræ Cardinalium Congregationes. Quare licet prior sententia, iuris communis tenore inspecto, vera sit, nunc tamen secunda amplectenda est ob iura peculiaria. Sacrarum Congregationum decisiones referunt Farin. in additionibus ad consilia Navarri *consil.* 11. *tit. de inreiur.* Diana *Part. 1. tract.* xiv. *resol.* 23. Denique Cardinalis Bellarminus in *notis ad Concil. cap.* xii. *n.* 7. haec scribit. *Quod iuramentum professionis est corporaliter praestandum, ut tradunt Doctores in cap. Ego N. de iureiurando: ubi Abbas num.* 6. *Plat. Lib. I. decis.* xli. *Et sic oportet professionem praesentem esse. Aliquis non potuit dici corporaliter illam professionem praestare, idest coram Capitulo, & Episcopo. Plat. dicta decis.* xli. *Professio fidei non potest fieri per procuratorem. Plat. decis.* lxxvii. *in dicta Carthaginensi fructum dicens ita fuisse resolutum per illustrissimos Cardinales interpret. Sac. Cong. Concil. Trident.*

XV. Exscribenda nunc est forma professionis fidei emittendæ quam Pius IV. edidit, habeturque in Bull. Tom. II. constit. 88. quæ est eiusmodi. *Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula quæ continentur in Symbolo fidei quo S. R. E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum IESUM CHRISTUM Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.*



*Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, & Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam, catholicam, & apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas, & ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum quem tenuit, & tenet sancta mater Eccl-sia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam umquam, nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vera, & propria sacramenta novæ Legis a IESU CHRISTO Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre; & ex his Baptismum, & Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio iterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Eccl-siæ ritus in supradictorum sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse vere, & realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, una cum anima, & Divinitate Domini nostri IESU CHRISTI, fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, totius substantiæ vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fatetur etiam, sub altera tantum specie totum, atque integrum CHRISTUM, verumque sacramentum sumi. Constanter teneo, Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari. Similiter & Sanctos, una cum CHRISTO regnantes, venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & venerandas esse, atque eis debitum honorem, ac veneration-m impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum christiano populo maxime salutarem affirmo. Sanctam catholicam, & apostolicam Romanam Ecclesiam matrem, & magistram agnosco. Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac IESU CHRISTI Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro. Cetera item omnia a sacris canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum constantissime, Deo adiuvante, retinere, & confiteri, atque a meis subditis, seu illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, & doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro: sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.*

## CAPUT XIV.

*De præcepto fidei negativo, & de eiusdem transgressionibus.*

I. Dictum supra est, præceptum divinum adfirmans res fidei, includere præceptum negans quo prohibetur negare fidei articulos. Explicato igitur præcepto adfirmante tum divino, tum ecclesiastico, consentaneum est ut hoc quoque præceptum negativum exponamus. Et in primis dari hoc præceptum negans, illudque obligare semper, & pro semper ad non negandam exterius fidem, certum est. *Qui negaverit me* (inquit Christus Matth. x.) *coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. Si negaverimus, & ipse negabit nos*, Paulus II. ad Timoth. II. Et hoc docent Catholici omnes contra Priscillianistas, & alios hæreticos. Quod præceptum ipso jure naturali fulcitur. Qui enim fidem veram negat, culpam Deo debitum subtrahit;

que civitatibus, terris, oppidis, ac locis, etiam in Ecclesiis, Monasteriis, aut Conventibus Regularium quorumcumque, publice, vel privatim, quomodocumque profiteri, seu lectiones aliquas in facultatibus hujusmodi habere, vel exercere.

Nec Doctores ipsi, aut universitatum, seu gymnasiorum eorumdem Rectores, Cancellarii, vel alii superiores, sed nec etiam Palatini Comites, aut alii particulares facultatum eruditi viri ad eosdem gradus promovendi, etiam a nobis, & apostolica Sede, vel alias undecumque habentes scholares tam laicos, quam clericos, & cujusvis ordinis Regulares, vel alios quoscumque, quantulibet eruditione praditos ad ullum gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere, & admittere.

Nec Doctores, Magistri, & scholares ad electionem alicujus in Rectorem, vel Cancellarium universitatis, aut gymnasii procedere. Nec si ipsi scholares, vel alii quantumlibet docti, & aliquin habiles, gradus hujusmodi, vel eorum aliquem palam, vel privatim recipere valeant, nisi Doctores videlicet, ac Regentes, Magistri, & alii professores tam ad cathedras, & lecturas recepti in Italia infra tres, extra vero illam infra sex menses, a die publicationis praesentium computandos, reliqui vero ad cathedras, & alias lecturas in posterum ibidem assumendi, ante illorum receptionem in Rectoris, vel aliorum superiorum, eligendi autem in Rectores vel Cancellarios ante illorum electionem, vel saltem admissionem, in Ordinarii loci, vel eius in spiritualibus Vicarii, aut Doctorum, aliorumve promovendorum manibus, praevio etiam processu, vel debita informatione, quantum eis sufficere videbitur super religione fideque catholica, Lectorum, Cancellariorum, Doctorum, Rectorum, & promovendorum eorumdem per ipsos locorum Ordinarios vel eorum Vicarios rite facta praecedente, eamdem catholicam fidem, verbis iuxta forma praescripta tenorem conceptis palam, & solemniter profiteri teneantur. Et desuper instrumentum publicum confici, ac de processu, seu informatione, & fidei professione in privilegio declaratus, vel alterius gradus hujusmodi specialis, ac de verbo ad verbum mentio, & relatio fieri debeat, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo statuimus, & ordinamus. Opus haud est commentario. Clara sunt haec omnia, & penes tum Theologos, tum Canonistas communia.

XIII. Quæri. VIII. *Fieri ne per procuratorem eiusmodi fidei professio valet?* Resp. Dissident Auctores super hac quæstione, in duasque abeunt sententias: quarum prima adfirmans est, quam illius patroni pluribus legum textibus confirmant. Leg. 1. ff. de procur. cap. *Qui per alium*, & cap. *Potest quis* de regul. iur. in 6. *Quod per nosmetipsos facere possumus, potest & praestari per procuratorem, nisi lex, aut canon aliter decernat.* Idem constat exemplo iuramenti quod per alium praestari potest cap. *Tibi Domino* lxiii. Pariter matrimonium per procuratorem iniri non raro solet. Et hanc sententiam defendunt Ledesma, Navarrus, Sanchez, Suarez, Tamburinus, Azorius, Barbosa, & alii: quæ, si iuris tenor spectetur, vera est.

XIV. Secunda sententia negat, hanc fidei professionem fieri per procuratorem posse. Quoniam fidei professio actio personalis est, quæ per alium praestari nequit. Potissima namque Ecclesiæ intentio est subditos suos in fide confirmare. Haec autem confirmatio necessario poscit personalem confessionem. Accedit quod ita declararunt sacræ Cardinalium Congregationes. Quare licet prior sententia, iuris communis tenore inspecto, vera sit, nunc tamen secunda amplectenda est ob iura peculiaria. Sacrarum Congregationum decisiones referunt Farin. in additionibus ad consilia Navarri *consil.* 11. *tit. de inreiur.* Diana *Part. 1. tract.* xiv. *resol.* 23. Denique Cardinalis Bellarminus in *notis ad Concil. cap.* xii. *n.* 7. haec scribit. *Quod iuramentum professionis est corporaliter praestandum, ut tradunt Doctores in cap. Ego N. de iureiurando: ubi Abbas num.* 6. *Plat. Lib. I. decis.* xli. *Et sic oportet professionem praesentem esse. Aliquis non potuit dici corporaliter illam professionem praestare, idest coram Capitulo, & Episcopo. Plat. dicta decis.* xli. *Professio fidei non potest fieri per procuratorem. Plat. decis.* lxxvii. *in dicta Carthaginensi fructum dicens ita fuisse resolutum per illustrissimos Cardinales interpret. Sac. Cong. Concil. Trident.*

XV. Exscribenda nunc est forma professionis fidei emittendæ quam Pius IV. edidit, habeturque in Bull. Tom. II. constit. 88. quæ est eiusmodi. *Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula quæ continentur in Symbolo fidei quo S. R. E. utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum IESUM CHRISTUM Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.*



*Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, & Filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam, catholicam, & apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas, & ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum quem tenuit, & tenet sancta mater Eccl-sia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam umquam, nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vera, & propria sacramenta novæ Legis a IESU CHRISTO Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaque gratiam conferre; & ex his Baptismum, & Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio iterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Eccl-siæ ritus in supradictorum sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse vere, & realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, una cum anima, & Divinitate Domini nostri IESU CHRISTI, fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, totius substantiæ vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fatetur etiam, sub altera tantum specie totum, atque integrum CHRISTUM, verumque sacramentum sumi. Constanter teneo, Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvari. Similiter & Sanctos, una cum CHRISTO regnantes, venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & venerandas esse, atque eis debitum honorem, ac veneration-m impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum christiano populo maxime salutarem affirmo. Sanctam catholicam, & apostolicam Romanam Ecclesiam matrem, & magistram agnosco. Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac IESU CHRISTI Vicario veram obedientiam spondeo, ac juro. Cetera item omnia a sacris canonibus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eamdem integram, & inviolatam usque ad extremum vitæ spiritum constantissime, Deo adiuvante, retinere, & confiteri, atque a meis subditis, seu illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, & doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro: sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.*

## CAPUT XIV.

*De præcepto fidei negativo, & de eiusdem transgressionibus.*

I. Dictum supra est, præceptum divinum adfirmans res fidei, includere præceptum negans quo prohibetur negare fidei articulos. Explicato igitur præcepto adfirmante tum divino, tum ecclesiastico, consentaneum est ut hoc quoque præceptum negativum exponamus. Et in primis dari hoc præceptum negans, illudque obligare semper, & pro semper ad non negandam exterius fidem, certum est. *Qui negaverit me* (inquit Christus Matth. x.) *coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. Si negaverimus, & ipse negabit nos*, Paulus II. ad Timoth. II. Et hoc docent Catholici omnes contra Priscillianistas, & alios hæreticos. Quod præceptum ipso jure naturali fulcitur. Qui enim fidem veram negat, culpam Deo debitum subtrahit;

trahit; quin Deum ipsum, qui fidei arcana revelavit, de medio tollit: quod clarius exponi potest. Aut enim externa fidei negatio correspondet internæ abinutioni, aut secus. Si dum fides externus negatur, simul interius resipuitur; patet hanc esse infidelitatem inapte natura malam. Si fides interius servetur, tolumque externus negatur ob tormentorum atrocitatem, aut alias rationes cogentes; mendacium committitur, quod pariter genere illo peccatum est. Idque a nemine Catholicorum in dubium vocatur. Omnes fatentur, nullo unquam casu licitum esse, etiam monte acerbissima imminente, fidem negare sive expresse sive tacite, & interpretative, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive facto aliquam fidei sectam simulando: etiamsi intus in corde veram Christi fidem quis firmiter retineret. Ad majorem porro perspicuitatem sequentes inibitiam quæstiunculas.

II. Quæst. I. *Negaret ne fidem qui negaret se esse Christianum, aut Papistam?* R. D. Augustinus huic quæsito respondet *tract. CXII. in Ioan.* sub initium. *Sane in ista, quæ tam capta est, negatione Apostoli Petri debemus advertere, non solum ab eo negari Christum qui dicit, eum non esse Christum; sed ab illo etiam qui, cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro: Discipulum meum te negabis; sed me negabis. Negavit ergo ipsum, cum se negavit eius esse discipulum. Quid autem aliud ipso modo quam se negavit esse Christianum?* Qui enim, inquit Augustinus, negat se esse Christianum, negat ipsum Christum, cuius fide Christianus appellatur. Idem dicendum de eo qui negaret se esse *Papistam, Romanensem, aut Pontificium*, dummodo interrogatio fieret ab hæreticis ad religionis notitiam investigandam: si enim fieret interrogatio ad deprehendendam patriam, nationem, & ob similes rationes ad fidem, vel religionem minime pertinentes, ut cum barbari interrogant, num hostes eorum sint Christiani, tunc negare se Christianum, non esset negare fidem Christi, cum interrogatio quovis alio quam fidem spectaret. Hoc commune est apud Auctores.

III. Quæst. II. *Negaret ne fidem qui negatus Turca ne sit, an Lutheranus, adjuraret?* Resp. Si interrogatio intuitu religionis fiat, dubio procul fidem negaret. Quia idem valet dicere, se Lutheranum, aut Turcam esse, ac negare se esse Christianum catholicum: qui autem negat se Christianum esse, Christum negat. Si autem interrogatio eo pertineret ut interrogans sciret, esset ne Hollandus, Anglus, Batavus, seu alterius nationis; tunc si responderet interrogatus, se esse Lutheranum, idest Anglum, aut Hollandum, aut Constantinopolitanum, nullo modo fidem negaret, cum de fide nullus esset sermo. Hæc quoque opinio communis.

IV. Quæst. III. *Peccaret ne contra fidem qui negaret se esse Clericum, Sacerdotem, Religiosum?* Resp. Negativa opinio communis est: quia hoc non est negare fidem; sed munus quoddam professionis fidei: & sat esse Christianum catholicum absque Clericatu, & Sacerdotio. Addunt Salmanticenses cum Suarez, Cajetano, Azorio, Palao, id fieri posse absque culpa veniali mendacii, nedum sine peccato contra fidem. Leander assignat etiam *disp. III. quæst. XXIII.* formam verborum, quibus absque levi culpa mendacii possit Clericus negare se esse Clericum, dicendo: *Non sum Clemens, vel Sacerdos, ut tentar tibi dicere*: quæ tamen ultima verba intus in mente occulta servat. Quam restrictionem puram putamque mentalem amphibologiam vocat. Quare prafati Auctores utuntur doctrina restrictionis pure mentalis, quæ nunc ab Ecclesia damnata est; ideo caute legendi sunt. Dicimus ergo, Clericum qui negaret se esse Clericum, utique contra fidem non peccare. Addimus, posse silentio, aut aliqua externa amphibologia, si occurrat, interrogationem sibi factam eludere. Contra si negaret se esse Clericum, interius subintelligendo, ut tibi dicam, peccaret peccato mendacii, ut alias fusius demonstrabimus.

V. Quæst. IV. *Licitum ne est vitandæ mortis caussa adorare thus idolo, genuflectere, aliaque similia religionis signa exhibere, dummodo illibata in corde fides servetur?* R. Quando actiones externæ suapte natura religionem sapiunt, numquam licite exerceri possunt ad protestandam venerationem erga idolum. Potro adolere thus, flectere genua ante idolum &c. sunt actiones quæ suo genere instituta sunt ad cultum offerendum idolo. Nullam quippe aliam exteriorem significationem habent. Sed offerre cultum idolo peccatum est contra præceptum fidei. Ergo peccatum etiam est eidem thus adolere, aut genua flectere, quod actiones istæ superstitiosum cultum ita redoleant, ut nulla possint interiori intentione purgari. Et hæc opinio communis est.

VI. Obiici tamen solet ex Adriano [illegible] *tract. 1. de baptism. quæst. 1. art. 1.* [illegible]



Lorca *disp. XXIV. membr. 1.* Naaman Syrus ad veram fidem conversus petiit ab Eliseo licentiam ut cum Rege genua flecteret ido-lo Remmon: cui Eliseus respondit: *Vade in pace* IV. *Reg. v.* II. Iehu simulavit, se velle sacrificium offerre Baal, quod approbalte Deum legitur IV. Reg. x. *Quia studiose egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis.* III. D. Paulum circumcidisse Timotheum, legitur *Act. XVI.* IV. Simulatio materialis non est peccatum. Ergo &c.

VII. Resp. Ad primum dicitur, falsum esse Naaman licentiam petiisse cultum exhibendi idolo, sed inserviendi domino suo Regi, cui civilis servitutis signa exhibebat in templo, quemadmodum in aliis locis. Ad II. hanc exhibet responsionem D. Thomas 2. 2. quæst. CXI. *art.* 1. ad 2. *Simulationem vero Iehu non est necesse excusari a peccato, vel mendacio: quia malus fuit, utpote ab idololatria Ieroboam non recedens. Commendatur tamen, & temporaliter remuneratur a Deo, non pro simulatione, sed pro zelo quo destruxit cultum Baal.* Quam responsionem hausit Angelicus ex D. Augustino *Lib. contra mendacium cap. 11.* quibus subscribunt communiter Theologi: quidquid in oppositum Lugo scribat *disp. XIV. sect. v.* cuius confutationem brevitatis gratia omitto. Ad III. dico, circumcisum Timotheum fuisse tempore quo nondum promulgata erat evangelica lex, & consequenter mosaicæ cæremoniæ licite adhuc servari poterant. Quod postremo loco dicitur, verum habet, quando simulatio materialis reipsa est. Negamus vero quod flectere genua, & thus adolere simulacro, simulationis materialis loco definiri possit. Sunt quippe actiones eiusmodi absolute superstitiosæ, falsumque cultum redolent.

VIII. Quæst. V. *Est ne licitum falsæ religionis cæremonias usurpare, non qua tales, sed ob finem honestum, puta circumcisionem pœnitentiæ caussa?* Resp. Quando aliquæ cæremoniæ sunt suapte natura veluti tesseræ alicuius religionis, redolentque absolutæ cultum superstitiosum, numquam usurpari valent, neque licitæ evadere possunt ob quemcumque finem honestum: sic nullo modo licet devotionis titulo circumcisione, aut agni paschalis esu uti, quod antiquatæ religionis signa sunt; hocque commune est penes Theologos.

IX. Quæst. VI. *Licitum ne est Catholico vestibus, signisque propriis infidelium fidem ostentare?* Resp. Sub varia acceptione infidelium vestes considerari queunt. Primum vestes istæ quandoque insignia sunt nationis, regni, vel patriæ in qua infideles commorantur, absque illo omni ad religionem respectu: quemadmodum inter ipsos Catholicos alia Italorum, alia Hispanorum, Gallorumque sunt indumenta, absque ullo religionis discrimine. Secundo sunt vestes per le institutæ ad aliquam sectam professandam, distinguendamque: puta apud Gentiles, Turcalque vestes insignitæ imagine Mahumeti, aut alterius idoli, & apud Iudæos vestis summi Sacerdotis. Tertio infidelium vestes instinctæ sunt non ad professandam religionem, sed ad distinguendos homines unius sectæ ab altera: sic pileus ruber Venetiis, flavus Romæ prodit Iudæos, eosque a Christianis, aliisque infidelibus fecernit, ut tobalia distinguit Turcas, & Saracenos. De primi generis vestibus nulla occurrit difficultas. De aliis controversiæ aliquæ discutiendæ sunt.

X. Quæst. VII. *Licitum ne est propriam occultare fidem infidelium vestibus per se institutis ad falsæ sectæ protestationem?* Resp. Affirmat Azorius *Lib. VIII. cap. XXVII. quæst. IV.* quem sequuntur Coninch, Hurtado, & alii. Dolendum Azorium, virum sane gravem, in sententiam adeo falsam descendisse, & quod peius est, hanc probabiliorem illi visam fuisse. Contrariam quippe opinionem communiter nunc Theologi docent, potissimum post propositiones damnatas de restrictionibus mentalibus. Quare dicendum, nullo in casu, neque ad mortem vitandam, licitum esse uti prælatis vestibus, quæ per se symbola sunt, & insignia falsæ religionis. Quoniam licet usus talium vestium absolute, suoque genere indifferens sit; attamen posito quod vestes istæ institutæ sunt ad falsam religionem protestandam, iam in morali commercio, seu societate, ita in communi hominum existimatione significant falsam religionem, ut ab hac significatione separari nequeant. Etiam adolere thus idolo, genua flectere, idque genus alia, sunt absolute actiones indifferentes, seu adiaphoræ; attamen, postquam institutæ sunt ad potissima religionis munia exercenda, nullo modo licitæ sunt fidelibus, ut dictum est supra. Quod adeo verum est, ut omnes qui præfatis vestibus indutum hominem vident, incunctanter judicent, illum talem profiteri sectam, qualem produnt dictarum vestium symbola. Et hæc opinio communis est penes Theologos.

XI. Obiicies. Vestes institutæ sunt ad tegendum corpus, illudque defendendum a temporum iniuriis, simulque ad falsam sectam.

ctam significandam. Quidni ergo licitum erit, hac posteriore relicta significatione, ob priorem finem adhibere? Quod confirmatur ex eo quod licitum sit verbis amphibologicis, & infidelium sermone uti.

XII. Resp. Licet vestes absolute acceptæ ad corpus tegendum sint ordinatæ, quando tamen aliquæ vestes non sunt institutæ ad corpus operiendum, vel ornandum, sed primo & per se ad religionis munia exercenda, nequeunt ex personæ particularis eisdem utentis intentione a sua primaria significatione separari. Idem dicimus de verbis quæ ita affixa sunt uni significationi, ut aliam exteriorem non admittant. Quod postea aliquando fideles infidelium sermone utantur, extra rem est. Sermo enim suapte natura non est definitivum religionis symbolum. Quod si eiusmodi sermo daretur, idem de hoc ac de vestibus dicendum esset. Advertendum tamen, quod cum vestes reapte, & per se primo institutæ sint ad corpus operiendum, si circumstantiæ tales sint quæ ostendant usum talium vestium non alio adhiberi fine, nisi ut corpus tegatur; tunc licitus earum esset usus, quemadmodum de verbis dictum alias est, quæ ex temporis circumstantiis peculiarem subeunt significationem. Sic qui spoliatus a latronibus, aut naufragio subductus, nudus existeret, ut nuditatem tegeret, frigusque repelleret, licite, deficiente quolibet alio instrumento, lacerdotales vestes infidelium induere posset. Quoniam eiusmodi vestes, prout designatæ sunt ad religionem profitendam, superinduuntur aliis vestibus, atque ex circumstantiis dignoti possit, sit ne illarum usus vel ad corpus operiendum, vel ad religionem profitendam adhibitus. Itaque illicitus erit talis usus, cum ad simulandam falsam religionem, propriamque veram occultandam adhibetur; secus in casu exposito. Quæ opinio sic explicata communis est.

XIII. Quæst. VIII. *Licitum ne sit eis uti vestibus quæ institutæ sunt ad sacerdotes unius sectæ hominem ab alia, ut sunt apud Turcas tobaliæ albæ, apud Iudæos pilei flavi, vel rubri?* Resp. Licitum id esse, plures Theologi docent, ob iustam causam, puta ut mortis periculum evitetur. Quoniam, inquiunt, præfatæ vestes non sunt per se primo professativæ falsæ religionis. Deinde habitus monachalis & operit corpus, & statum religiosum prodit: & tamen seculatis ob necessitatem evadendi mortem, illum induere licite valet. Ergo pari iure poterit quis per loca infidelium transiturus illorum sectæ propriis vestibus operiri, quin illorum sectam protestetur. Confirmant, quod vestes non sint per se a natura institutæ ad significandum, sed potius ad alios fines, quemadmodum contra voces institutæ natura sua sunt ad exprimendos hominum conceptus: quapropter eisdem in alium finem uti non licet, nisi sint verba æquivoca, quorum usus licitus est ad modo unam, modo alteram rem significandam. Hanc opinionem defendunt Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* II. *punct.* 10. *num.* 117. & pro eadem citant Bannez. 2. 2. *quæst.* 111. *art.* 2. *dub.* 2. *conc.* 3. Valentiam *disp.* 1. *quæst.* 111. *punct.* 2. *dub.* 4. Suarez *de fide disp.* XIV. *sect.* v. *num.* 7. Tapiam *Lib.* I. *quæst.* 111. *art.* 7. *num.* 3. Castropalaum *tract.* IV. *disp.* v. *punct.* 17. Sanchez *Lib.* II. *cap.* IV. *num.* 10. Lugo *disp.* XIV. *num.* 73. Gonet *disp.* VII. *art.* 2. *num.* 122. Trullench *Lib.* I. *cap.* I. *dub.* 8. *num.* 19. Magister Ferre eam probabilem censet. Sporer *tract.* II. *in Decal. cap.* 12. *sect.* v. §. 3. *n.* 34. Antonius a Spiritu sancto *tract.* I. *disp.* I. *sect.* VI. *num.* 26.

XIV. Contrariam sententiam defendunt D. Antoninus II. *P. tit.* XII. *cap.* VI. Cajetanus 2. 2. *quæst.* 111. *art.* 2. Navarrus *cap.* 11. *num.* 25. Toletus *Lib.* IV. *cap.* 11. *n.* 7. Arriaga *disp.* XXII. *sect.* 111. *num.* 20. Becanus *cap.* IX. *quæst.* V. *num.* 35. Leander *tract.* II. *disp.* IV. *quæst.* XXIX. Natalis ab Alexand. *Lib.* IV. *art.* 8. *reg.* 18. Et hanc sententiam esuit ex Tertulliano *Lib. de idol. cap.* XVIII. ubi narrat Iosephum in Ægypto, Danielem in Babylonia insignia utique dignitatum, quibus ornati erant, induisse; secus vestes quæ religionis falsæ professionem indicabant. *Proprius habitus* (inquit) *uniuscuiusque est tam ad usum quotidianum, quam ad honorem, & dignitatem. Igitur purpura illa, & aurum cervicis ornamentum, apud Ægyptios, & Babylonios insignia erant dignitatis ..... Simplex igitur purpura illa nec iam dignitatis erat, sed ingenuitatis apud Barbaros insigne. Quemadmodum enim & Ioseph qui servus fuerat, & Daniel qui per captivitatem fuerat vertebat, civitatem Babyloniam, & Ægyptium sunt consecuti per habitum barbaricæ ingenuitatis; sic penes nos quoque fides, si necesse fuerit, poterit & puerilis præsertia cucculi, & puerilis fimbria naticivitatis insignia, non professitis; generis, non honoris; ordinis, non superstitionis.*

XV. Hæc itaque secunda sententia, si clare, prolixque explicetur, ita certa nobis videtur, ut probabilis altera dici nequeat.





Nam certum penes omnes est, aut esse debet, illicitum esse usum illarum vestium quæ reapte ad falsam repræsentandam sectam sunt institutæ; ita quod qui tales deferunt vestes, communiter talis sectæ professores habeantur. Quare nimium laxa, & falsa prorsus mihi est sententia quam his verbis exprimit Antonius a Spiritu sancto loc. cit. *Immo satis probabile existimo quod ex magna causa, v. g. ad evitandam mortem, victoriam ab hostibus reportandam, posse Christianos uti veste instituta ad profitendam falsam sectam, v. g. veste sacerdotali Turcarum, vexillo ubi depictus sit Mahometus. Ratio est, quia licet signa sint apud Turcas protestativa falsæ sectæ, possunt etiam assumi ad ornatum, vel ad significandam falsitatem sectæ.* Hæc, inquam, opinio laxa nimium, & falsa est. Posito namque quod vestes institutæ sint ad profitendam sectam falsam, qui illis utitur, facto, seu verbo, falsam illam sectam profitetur. Porro vestes sacerdotales Turcarum, & vexilla quibus Mahometi figura depicta sit, sunt absolute institutæ ad falsam Mahometi religionem profitendam. Hinc vel ipsi Salmanticenses *loc. cit. num.* 118. reiiciunt hanc præfati Antonii a Spiritu sancto opinionem de licito usu illarum vestium sacerdotalium falsæ sectæ, in quibus imago Mahometi depicta sit.

XVI. Rationes quæ huius nostræ sententiæ veritatem evincunt, perspicuæ sunt, & principio S. Thomæ ab omnibus admisso nituntur: quod principium hoc est: *Non refert autem utrum aliquis mentiatur verbo, vel quocumque alio facto:* 2. 2. quæst. CXI. art. 1. Qui autem vestes institutas ad secernendos homines unius sectæ ab altera induit, facto ipso profitetur falsam sectam, fiamque negat, eo modo ac si verbis eam negaret. Quid refert una, ac altera ratione fidem veram negare, falsamque confiteri? Licitum ne esset turcico sermone Mahometi religionem profiteri, catholicamque negare; latino vero idiomate hanc profiteri, illam repudiare? Dicant adversarii, tobaliæ albæ Turcarum sint nec ne symbola mahometanæ religionis, an tantummodo nationis insignia? Si hoc secundum asserant, nobiscum tenuunt, ut definitum supra est. Si primum adfirment, non videmus qui fieri possit ut Catholicus valeat *tobaliam illas albas* vulgo *turbante* deferre. Henricus a S. Ignatio *Tom.* II. *Lib.* II. *part.* I. *cap.* XV. *n.* 207. docet, licite mercatores uti Constantinopoli tobaliis albis morem gentis imitantes, quod per usum eiusmodi minime se probant Turcas esse, aut Turcarum sectam profiteri. Contendit quippe Auctor iste, præfatam tobaliam nationis, non religionis, symbolum esse. Quæres facti cum sit, non aliunde erui potest quam ex communi eiusdem nationis assensu. Nos enim semper circumsteri audivimus, & Auctores contrariæ opinionis adfirmant, recensitam tobaliam signum esse ad turcicam religionem protestandam institutum. Qua positione facta, dicimus, nullo modo licitum esse talia deferre insignia. Nec refert quod vestes genere suo institutæ non sint ad religionem significandam, sicuti verba instituta sunt ad conceptus internos exprimendos. Satis quippe est vestes illas determinatas esse ex communi & universali illius sectæ consensu ad protestandam propriam religionem: latis est homines communiter habere pro tali sectæ alumnis eos omnes qui præfatis symbolis insigniti sunt. Itaque, ut rem totam paucis expediamus, quoties illi qui deferunt vestes unius falsæ sectæ, habentur tamquam professores eiusdem sectæ, quia vestes illæ in communi hominum existimatione sunt symbola, & tesseræ quæ illam sectam produnt; tunc illicitus est earum usus: quia tunc vestes illæ non sunt signa æquivoca, sed determinata, ut verba quæ depliceni sensum non excipiunt; atque adeo per se illicitus est earumdem usus. E contrario si vestes nationis tantum insignia sint, licite indui possunt; quamvis aliquis ex earum usu deciperetur, haberetque pro talis sectæ professoribus qui illis utuntur. Sententia sic explicata mihi certa videtur, ab omnibus admittenda.

XVII. Ex his prioris opinionis argumenta corruunt. Quoniam licet vestes per se primo institutæ non sint ad religionis protestationem faciendam; attamen quando determinatæ sunt ad tale munus religionis confitendæ, tam evadunt symbola eiusdem religionis. Vestes monachales non sunt symbolum religionis distinctæ a religione christiana, sed status tantum perfectionis eiusdem; idcirco sæcularis homo induere illas vestes potest, urgente necessitate; nec enim falsam religionem simulat, sed veram, quam amplecti & ipse potest. Quod obiiciunt de verbis æquivocis, ex dictis solutum remanet.

XVIII. Hinc colliges, Christianos exploratores in bello contra Turcas, infideles, & hæreticos posse idiomate, & vestibus uti earumdem sectarum, dummodo, ut dictum est, nationis, non religionis, symbola sint.

Tunc, vero religionis, non nationis signa dicenda sunt, si imagines Mahometi, Mercurii, alteriusve falsi numinis depictæ fuerint, ut docent Azorius *Lib.* VIII. *cap.* XXVII. *quæst.* VI. Sanchez *Lib.* II. *in Decal. cap.* IV. *n.* 23. Fagundez *Lib.* I. *cap.* VII. *num.* 12. Castropalaus *punct.* XVII. *n.* 5. Bonacina *disp.* III. *quæst.* II. *punct.* III. *num.* 20. Trullench *Lib.* I. *cap.* I. *dub.* 8. *num.* 1. Leander *disp.* III. *quæst.* XXIII. Opposita opinio Layman, Dianæ, Hurtadi, mihi probabilis haud est. In eamdem propendere videntur Salmanticenses, asserentes posse præfatas imagines adhiberi tamquam fabulosa ornamenta; quod falsum reputamus, dum reapse habentur pro symbolis sectæ falsæ.

XIX. Quid si Principes infideles iuberent deferri in suis principatibus aliquam vestem in signum falsæ fidei? Non posse tuta conscientia Catholicos talibus operiri vestibus, communis est Theologorum sententia, neque vitandæ mortis causa. Quod verum est, etiamsi præceptum illud solos infideles spectaret. Quoniam lata Principis lege, vestis illa efficitur falsæ religionis symbolum, seu tessera qua infideles a fidelibus secernuntur.

XX. Quæst. IX. *Licite ne ingredi infidelium, Iudæorum, & hæreticorum templa Catholici valeant?* Resp. Sermo est de templis, quatenus domus sunt in quibus religionis officia peraguntur. Nam de ingressu in eadem templa, prout habitacula sunt, in quæ se recipi homines possunt ad declinandas temporum iniurias, hostium persecutiones, aliaque id genus incommoda; item ad peragenda civilia negotia, ut quando Senatores catholici una cum hæreticis ingrediuntur, ut civitatis, aut principatus regimini consulant, nulla est difficultas. Eiusmodi quippe ingressus materialis est, quod non sit in templum religionis gratia, sed rerum temporalium causa: neque tunc consideratur ut religionis sacrarium, sed ut palatium, negotiis civilibus tractandis commodum.

XXI. Ad quæstionem ergo respondetur, licitum esse iustis occurrentibus causis ingredi templa hæreticorum, synagogas Iudæorum, & infidelium, eo quod talis ingressus non sit professatio religionis, ut communis obtinet usus. Cum enim religionis professio in facto sita, penes hominum existimationem accipienda sit; quando communiter homines, sive fideles, sive infideles, actionem aliquam non reputant tamquam religionis symbolum, actio illa adiaphora est, & licita. Cur enim diximus, vestium falsæ sectæ usum illicitum esse, nisi quia communiter homines pro alumnis, & professoribus talis sectæ illos habent qui similes induunt vestes? Cum ergo e contrario non iudicent Iudæos, qui synagogas, nec hæreticos, qui illorum templa intrant; planum est ingressum illum licitum esse, si ratio honesta adsit, & absint pericula. Quadruplicem assignare causam solent Doctores. Prima, ne ulla fit in ritibus, cæremoniisque communicatio. Secunda, ne ullum a vera fide defectionis subsit periculum. Tertia, ne Catholicis offendiculi occasio sit talis ingressus. Postrema, ne ingressus iste frequens fit. Nam frequentia illhæc vehemens indicium esset talem profitendi religionem. Qui enim videt aliquem frequenter adire templum in quo solemnia peragi solent religionis officia, prudenter colligit, hunc illam profiteri religionem cuius munia in illo templo exercentur. Præterquamquod talis frequentia vix reputari a perfidiæ periculo immunis valet. Nec prætextus curiositatis valida defensio est. Quippe ob solam curiositatem se periculo delinquendi a fide committere, peccatum est. Et quamvis hoc periculum non experiri tibi videaris, non ob id tamen a crimine liber es: ineft namque tali frequentiæ periculum istud, in illudque incides, antequam præcognoscas. Et hæc sententia communis est.

XXII. Quæst. X. *Quid si Princeps hæreticus præciperet ut Catholici sua ditioni subjecti hæreticorum templa frequentarent religionis causa?* Resp. Mortem potius oppetere deberent Catholici, quam simili parere decreto. Quoniam ingressus iste, iussus religionis titulo, esset eiusdem falsæ sectæ publica professatio. Accederet periculum subversionis huic ingressui annexæ, scandalum Catholicorum, hæresis gloria, ac veluti triumphus, quem hæretici canerent. Quin parendum minime foret, etiamsi decretum civilem tantum subiectionem pro causa talis ingressus allegaret: quia licet verbis illudentibus deliniret impiam iussionem, reapse tamen aliter res se haberet: mentiretur namque iniquitas sibi. Desunt ne innumeræ aliæ rationes probandi subditorum civilem obedientiam? Quid, quæso, attinet ad civilem subiectionem audire conciones in templo hæreticorum, & ibidem precibus Deo oblatis interesse? Quare consultus summus Pontifex Paulus V. a Catholicis Anglis super hac re anno 1606. hanc dedit responsionem, quam



refert Suarez *Lib. VI.* in fidei defensione sub initium: *Accepimus namque, compelli vos gravissimis pœnis propositis templa hæreticorum adire, cœtus eorum frequentare, concionibus illorum interesse ..... Nihilominus ut lo pastoralis officii nostri impulsi, & pro paterna sollicitudine qua pro salute animarum vestrarum assidue laboramus, cogimur monere vos, atque obtestari ut nullo pacto ad hæreticorum templa accedatis, aut eorum concionibus audiatis, vel cum ipsis in ritibus communicetis, ne Dei iram incurratis. Non enim licet vobis hæc facere sine detrimento Dei cultus, & salutis vestræ.* Et hanc sententiam communiter Theologi docent.

XXIII. Quæst. XI. *Extrema urgente necessitate, licitum ne est hæreticorum templa adire ad suscipiendum baptismum, aut pœnitentiæ sacramentum, ministris catholicis deficientibus?* Resp. De baptismo nulla est difficultas, cum iam certum sit baptismum ab hæreticis collatum validum esse. Baptismus quippe Calvinistarum, Lutheranorum non est peculiaris ritus talis sectæ, sed universæ Ecclesiæ christianæ. Idem dicendum foret de aliis sacramentis pœnitentiæ, extremæ unctionis, & eucharistiæ, posito quod eiusmodi sacramenta hæretici habeant, riteque administrent. Nam si de Lutheranis, Calvinistis, aliisque sectariorum transfugis fermo fit, certum est illos præfata sacramenta non habere: idque plurimis rationibus evinci potest; sed non est huius loci. Nec enim Sacerdotes habent qui conficrent elementa, neque rite illa tractant. Quin si Sacerdotes haberent, cum minime credant, intendantque vere Christi corpus sub sacris symbolis vi consecrationis poni, ut Calvinistæ, vel solum corpus Christi ibidem existere, ut Lutherani; non licet ullo in casu hoc sacramentum ab illis petere. Cetera autem sacramenta Ecclesiæ Romanæ ne agnoscunt quidem, sed de albo expunxerunt sacramentorum. Idcirco frustra, & illicite præfata sacramenta ab illis peteres. Secus dicendum, si adesset veri Sacerdotes, tametsi suspensi, excommunicati, degradati, quin & hæretici: licitum enim esset in mortis articulo ab illis sacramenta omnia quæ per eosdem recte, & valide administrantur, suscipere. Denique amicitiæ causa haud est illorum illicitum interesse nuptiis, funeribusque; dummodo nulla sit in ritibus cæremoniisque quæ religionem redolent, communicatio. Et hæc omnia communia sunt.

XXIV. Quæst. XII. *Licitum ne est comedere cibos idolis consecratos?* Resp. Panis, fructus, vinum, carnes, & cetera id genus, quæ idolis consecrata sunt, nuncupantur *idolothyta*. Communis sententia docet, extrema necessitate famis urgente, consecratum idolothytorum licitam esse, dummodo species absit superstitionis, scandalum, falsæque sectæ cultus. Idque ex D. Pauli eruitur, qui *1. ad Corinth.* X. 25. inquit: *Omne quod in macellum venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam ..... Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire; omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, Hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicavit, & propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius.* Idolothytum hic prohibet ob solum alterius scandalum vitandum, ut clarius explicat cap. VIII. vers. 7. *Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia eorum, cum sit infirma, polluitur. Esca autem vos non commendat Deo. Neque enim si manducaverimus, abundabimus, neque si non manducaverimus, deficiemus. Videte autem ne hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.* Utrobique scandalum, seu offendiculum infirmorum vitandum in comestura idolothyti inculcat. Ergo, scandalo sublato, esus, causa urgente, licitus est. Quod confirmat Angelicus in IV. dist. XXXVIII. quæst. II. art. 4. quæstiunc. 3. ad 3. *Satius est fame mori quam idolothyto vesci, scilicet cum scandalo: quia primum est malum pœnæ, secundum malum culpæ. Non tamen debet aliquis se dimittere fame mori, antequam cum scandalo idolothytum comedat, quia iniiceret sibi manus, & sic cum malo pœnæ adjungeretur malum culpæ.* Ratio clara est. Cibi enim instituti a natura sunt ad corpus alendum: spreta ergo infidelium superstitione licitus erit eorumdem esus qui nullo modo habetur tamquam professatio falsæ sectæ. Ad id quod obiici solet ex Actibus Apostolorum *cap.* XV. ubi iubentur fideles abstinere *ab immolatis simulacrorum, a sanguine, & suffocato*, respondet D. Thomas I. 2. *quæst.* CIII. *art.* 4. *ad* 3. præceptum illud iam cessasse, cum Iudæis impositum fuerit ob periculum prolabendi in idololatriam. *Ideo ista prohibita fuerunt pro tempore illo, in quo de novo oportebat convertere in unum Gentiles, & Iudæos. Procedente autem tempore, cessante causa, cessavit & effectus, manifestata evangelicæ doctrinæ veritate, in qua*

*Dominus dicat, quod nihil quod per os intrat, coinquinat hominem, ut dicitur Matth.* xv. Solet etiam opponi Auguſtinus *epiſt.* clxv. ubi revera docere videtur, ſubeundam potius mortem eſſe quam idolothyta manducare. Sed communiter Doctores Auguſtinum interpretantur ſolum conſulere, chriſtiana virtute reiicienda eſſe idolothyta, etiamſi oppetenda mors eſſet: minime id præcipere.

XXV. Quæſt. XIII. *Catholici per regiones hæreticorum peragrantes poſſunt ne eorum vetitis carnes manducare, ut evitent vitæ, aut alterius gravis damni periculum?* Reſp. Quod neceſſitate ſublata, nequeant carnibus veſci Catholici diebus vetitis, planum eſt. Ubicumque enim reperiantur, ſervare Eccleſiæ præcepta debent. Item quod ad evitandam mortem, aliudve grave incommodum poſſint abſolute veſci carnibus dictis diebus, convenit inter Theologos: quia præcepta Eccleſiæ cum vitæ diſpendio, aut graviſſimo damno non obligant. Quandoquidem eius carnium non eſt fidei catholicæ abnegatio, aut falſæ ſectæ proteſtatio. Immo apud ipſos Catholicos diſpenſatio ab his præceptis facile conceditur ad evitandum grave damnum.

XXVI. Difficultas ergo eſt non levis, num licitus ſit carnium eius die veneris apud illos hæreticos qui carnium conſeſtiram tali die inſtituerunt ad profitendam propriam falſam ſectam; ut in more habent Angli die veneris carnes comedere ad religionem calvinianam ſolemni ritu profitendam. Negant plures Doctores: quia qui talibus diebus comedunt carnes, hæretici reputantur. Quippe licet cibi illi corpus reficiant, eo tamen die potiſſimum religionis falſæ proteſtationem ſignificant: ergo illiciti dicendi ſunt. Hanc opinionem defendunt Hurtado *diſp.* ix. *diſſ.* 10. Oviedo *controv.* viii. *punct.* 6. *n.* 80. Valentia 2. 2. *diſp.* vii. *q.* xv. *punct.* 6. *q.* iv. *caſ.* 2.

XXVII. Altera ſententia licitum defendit talem carnium eium, eo quod carnium manducatio primo & per ſe inſtituta, & ordinata ſit ad corpus reficiendum. Quod autem a Calviniſtis detorqueatur eſus talis cibi ad propriam ſectam poſtrendam, nihil impedit quominus poſſit urgente neceſſitate ſervandæ vitæ abſolute adhiberi; dummodo ſcandalum, & religionis catholicæ contemptio abſint. Et hanc ſententiam defendunt Sanchez *Lib. II. in Decal. cap.* iv. *num.* 25. Azorius *Lib. VIII. cap.* xxvii. *quæſt.* iii. Lugo *diſ.* xiv. *ſec.* v. *num.* 104. Salmanticenſes *tract.* xxi. *cap.* ii. *punct.* ii. §. 2. *n.* 130. & pro eadem laudant Lyram, Abulenſem, Palaum, & alios.

XXVIII. Ambæ ſententiæ, ut ego quidem arbitror, conciliari poſſunt, ſi dicamus, licitum eſſe talium carnium eſum præfato die, facta poſitione quod eiuſmodi manducatio reapſe non ſit profeſſio falſæ ſectæ. Hinc qui manducaret illas carnes ſolus privatim abſque cuiuſquam ſcandalo, non eſt ambigendum, quin licitus eſſet talis cibus, urgente cauſſa. Contra ſi publica eſſet comeſtura, ſi videntes pro hæretico haberent edentem; tunc illicitus uſus foret. Et hoc a nemine negari iure valet. Attendendæ ergo ſunt circumſtantiæ, ut uſus licitus ab illicito ſecerni queat.

XXIX. Quid ſi tyrannus in contemptum catholicæ religionis eſum carnium diebus ab Eccleſia vetitis præciperet ſub pœna mortis? Tunc ſubeunda mors foret potius quam in contemptum religionis chriſtianæ carnes comedere. Quoniam divina lege aſtringimur vitare religionis catholicæ contemptum: idque commune eſt penes Theologos.

XXX. Quæſt. XIV. *Negaverunt ne fidem Chriſtiani tertii ſæculi, qui libellatici dicebantur?* Reſp. Libellatici ii Chriſtiani dicti ſunt qui ne idolis thus adolere urgerentur, pecuniam, ſive aliud munus ethnicis magiſtratibus dabant, & ab iiſdem libellos accipiebant pro ſe, ſuiſque, quibus a ſatellitum furore liberabantur. Duplicis generis fuerunt. Alii, qui, ne fidei cauſſa torquerentur, aut ad magiſtratus traherentur, innumeribus a magiſtratu obtinebant libellum, in quo dicebatur, libelli poſſeſſores idolis ſacrificaſſe, atque Imperatorum edictis paruiſſe: non eſſe ſubinde amplius fidei cauſſa molеſtandos. Iſtius generis libellaticos graviſſimi ſceleris reos, & veluti idololatras, improbarunt Patres. Tertullianus *Lib. de fug. in perſec. cap.* xii. & xiii. D. Cyprianus *epiſt.* xv. *ad Preſbyt. & Diacon.* Poſteriores generis libellatici verentes, ne propria imbecillitate in tormentis deficerent, magiſtratibus pecuniam dabant, a quibus libellum obtinebant, in quo magiſtratus imperabant militibus, ſuiſque miniſtris, ne latores libelli comprehenderent fidei cauſſa; minime vero teſtabantur, ut primi, præfatos Chriſtianos idolis ſacrificaſſe, vel paruiſſe Imperatorum edictis. Libellatici iſti nullum crimen perpetrabant. Licitum quippe eſt pecunia iniuſtam redimere vexationem, & perſecutionem. Ea ſiquidem ratione qua fugere perſecutionem licitum eſt, licet quoque eidem ſe pecunia ſubducere. Illius rei exemplum habetur in Actibus Apoſtolorum *cap.* xvii. ubi Jaſon, aliique Pauli diſcipuli ab Ethnicorum vexatione pecunia ſefe liberarunt. Ob hanc rationem Chriſtiani captivi propter fidem donare carcerum cuſtodibus pecuniam poſſunt, ut abire liberi permittantur; dummodo id abſque ſcandalo fieri poſſit. Si tamen tota argumentum eſſet negationis fidei, tum illicita foret. Hinc reputatus fuit fidei delictor locus quadraginta Martyrum, quod e gelido balneo in tepefactum tranſierit. Quoniam ingreſſus in balneum tepefactum præmus a tyranno erat in teſtimonium, & argumentum negatæ fidei.



## CAPUT XV.

*De præcepto confitendæ doctrinæ quæ mores regit, & appetitiones moderatur. Graviter peccant non modo ii qui fidei myſteria, verum etiam ii qui morum præcepta publice coram Catholicis fateri erubeſcunt.*

I. SUmmi momenti veritatem explicare aggredimur. Præceptum profitendæ fidei coram tyrannis cum vitæ diſpendio, atque omnium tormentorum contemptione fuſa calamo Theologi docent, illudque frequenter Chriſtiani in ore habent. Parum nunc illis hoc mandatum incommodat, quod jam defecerint tyranni, atque catholicæ religionis acerrimi perſecutores. Hinc mirum haud eſſe debet, ſi voce eiuſmodi mandatum prædicent, ſuſcipiant, & eiuſdem obligationem fateantur. Verum quo fortiores videntur ad fidei confeſſionem iactandam, eo ſunt imbecilliores in morum doctrina publice, occaſione data, confitenda: quin plurimi eo devenerunt, ut penitus ignorent debitum illud. Sciamus ergo neceſſum eſt, præceptum confitendæ fidei non modo obligare fideles ad confitendos externus articulos, ſeu myſteria illa quæ mente percipiuntur, quæque ſpeculativa vocari ſolent; verum etiam ad mandata quæ mores noſtros regunt, & moderantur. Integrum enim Evangelium publice fateri vi profeſſionis noſtræ aſtringimur. Evangelium autem tum fidei, tum morum præcepta continet. Audiamus Chriſtum ipſum loquentem Luc. cap. ix. verſ. 26. *Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc Filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate ſua.* Item Matth. x. verſ. 33. *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt.* Cornelius a Lapide ad cap. ix. Luc. verſ. 15. *Qui me erubuerit*, inquit, *ut pudore, aut metu Regum, Principum, tyrannorum, vel parentum, & amicorum, meam fidem negat, vel me confiteri non audeat, aut meis legibus obedire veretur, quaſi eum pudeat humiliatis crucis, & crucifixi Chriſti; hunc viciſſim Chriſtus erubeſcet.* D. Gregorius Magnus *homil.* xxxii. *num.* 5. explicans textum D. Lucæ, hæc habet. *Sed ecce nunc apud ſe homines dicunt: Nos iam Dominum, & ſermones eius non erubeſcimus, quia aperta cum voce profitemur. Quibus ego reſpondeo, quod in hac plebe chriſtiana ſunt nonnulli qui Chriſtum ideo confitentur, quia cunctos chriſtianos eſſe conſpiciunt..... Nam ſi nomen Chriſti in tanta fidei gloria non eſſet, tot profeſſores Chriſti Eccleſia non haberet..... De eo ſe quiſque interroget, & in confeſſione Chriſti ſe veraciter probet, ſi non tam nomen eius erubeſcit, ſi plena virtute mentis humanum pudorem ſubdidit. Certe enim perſecutionis tempore erubeſcere poterant fideles, ſubſtantiis nudari, de dignitatibus deici, verberibus affligi; pœne autem tempore, quia hæc a noſtris perſecutoribus deſunt, eſt aliud unde offendamur nobis. Verentur ſæpe a proximis deſpici, dedignamur iniurias verbi tolerare. Si contingat iurgium fortaſſe cum proximo, erubeſcimus priores ſatisfacere: cor quippe carnale, dum huius vitæ gloriam quærit, humiliatem reſpuit.... Perſonas ſæcla veritatis, & videamus quo iaceam noſtræ prævitatis actione.*

II. Plurima hoc de argumento habet Auguſtinus variis in locis. Serm. i. in Pſalm. lxviii. *Frontoſus eſto, quando audis opprobrium de Chriſto: prorſus eſto frontoſus. Quid times fronti tuæ, quam ſigno crucis obarmaſti?* Longius hac de re diſputat in Pſalm. xxxix. *Sunt enim Chriſtiani, habent fidem in corde, & inter Paganos amantes, miſere urbanos, ſordidos, infideles, ineptos, inſultatores, ſi exagitari cœperint, quia Chriſtiani ſunt, habent in corde fidem, & timent confiteri per labia; prohibent labia ſua ſonare quod norunt, ſonare quod intus habent. Sed reprehendit hos Dominus? Qui me confeſſus non fuerit coram hominibus, confundar de illo quia erubuit me confiteri coram hominibus, coram Patre meo; ideſt, non eum agnoſcam. non eum confiteber coram Patre meo. Dicant ergo labia quod habet cor: hoc contra timorem habeat cor quod dicunt labia; hoc contra ſimulationem la-*

*labia; hoc contra halezant labia quod credit cor. Aliquando enim timor est, & non audes dicere quod nosti, quod credis. Aliquando simulatio est: dicis, & non habes in corde, Consentiunt labia tua cordi tuo.*

III. Verum missis nunc innumeris sanctorum Patrum textibus, jubet prestius explicare textum evangelicum ore ipsius Christi Domini prolatum: *Qui me erubuerit, & sermones meos, Qui me erubuerit.* Non dicit Christus: Qui erubuerit confiteri Divinitatem, Trinitatem, Unitatem Dei, & alia innumera splendida, & divina arcana, quæ mentem nostram illustrant; sed *qui me erubuerit*, idest me hominem humilem, opprobriis plenum, persecutionibus exagitatum, crucifixum, mortuumque. Qui erubuerit *sermones meos*, videlicet mandata, & consilia mea, quibus dilectionis nutrire fœdera, pœnitentiæ, austeritatis, contritionis, omniumque virtutum exercitia præscribo. *Qui me erubuerit coram hominibus*; nempe qui publice, ac in totius mundi conspectu erubuerit exequi præcepta mea, & labiis fateri, & prædicare sermones meos, doctrinam meam, meamque veram morum legem, omni abscisso respectu: qui notam *Religiosum* veritus fuerit subire ob Moralis evangelicæ institam, veramque defensionem: & ego omnes illos erubescam coram Patre meo; ideli, eos, ceu delertores religionis meæ, indignos reprobabo.

IV. Hinc ergo collige, præceptum istud externæ confessionis non minus libere mysteria fidei quam præcepta morum profitendi opere, & verbo, prout occasio fert. Plurimi hodie doctrinam evangelicam, quæ appetitiones nostras cohibet, virtutum exercitia præcipit, confiteri publice ore, nedum palam exequi opere, pudori sibi vertunt. Quoties prævident christianæ legis veritates propriis rationibus incommodas, minuique iis placituras a quibus sperant quidquam se consecuturos fore; aut silentio prætereunt, aut ambigius verbis involvunt, aut fucis, & lenociniis delinunt, temperant, & ad aures hominum, gratiamque captandam inflectunt. Quid, quæso, juvat religionem, ejusque arcana publice obtentare; si moralia ejusdem præcepta erubescis, si doctrinæ sinceritatem adulterare, & Ethicæ christianæ austeritatem pigmentis, fucisque obfucare, contendis? Heu quam frequenter cuilibet conditionis homines in hoc delinquunt mandatum! Modo loqui Dei sermones, occasione data, illos pudet; nunc mundanis illecebris, voluptatibus, ludis, choreis, aliisque intantentis mundi judiciis ipse facilis inserviunt, ne videantur nimis leveri, sed ut blandi, mites, & in omnem formam ductiles appareant. Doctrinam evangelicam temporum, & personarum conditioni accommodant. Iustitiæ partes impiere negligunt, ne amicis displiceant.

V. Peccatum hoc adversus præceptum confitendæ christianæ Theologiæ quæ mores spectat, pernitiosius non raro est ipso crimine contra præceptum confitendæ fidei. Utique crimen fidei confessioni oppositum gravissimum est, & quocumque flagitio, contrario tantum præceptis moralis doctrinæ, scelestius; si utrorumque natura absolute spectetur: ceterum si damna, scandala, pœnitendi difficultatem, aliaque innumera mala, quæ peccatum erubescendi publicam confessionem Ethicæ evangelicæ consequuntur, serio animo reputentur, scelus conspicientius immanissimum. Meditare paullisper, quot mala profluant ex vano illo timore iustitiam sive commutantem, sive distribuentem, sive vindicantem administrandi, & publice exequendi, ne amicis, patronis, parentibus displiceas, neve ambitioni tuæ, malique rationibus præjudicium aliquod quod futurum prævides, inferas. Hinc lane innocentum oppressio, viduarum, pupillorumque lacrymæ, & singultus; furta, rapinæ, peculatus, homicidia impunita. Quæ immensa damna compensare tenetur is qui sui officii, & professionis vi invicto pectore tenetur publicæ iustitiæ partes sustinere.

VI. Recopita insuper, quæ crimina perpetrant, quam animarum stragem pariant Doctores illi qui arctam Iesu Christi viam manifestare, morum doctrinas evangelicam severitatem præterentes, mundanique hominibus infestas prædicare verecundantur, ob inanem respectum conturbandi, irritandique illos a quibus sibi aut timent, aut sperant. Quid de illis dicendum qui veritatem agnoscentes, eam in corde occultant, labiisque fateri erubescunt, ne irrideantur ab hominibus, quive doctrinis novis & peregrinis, desiderris carnalibus, cupiditatibus avaritiæ indulgere student, ut auram popularem aucupentur? Si fidei arcana erubescere in conspectu tyranni tormenta atrocissima, iptamque mortem crudelissimam minantis, maximum scelus est; leve ne crimen erit, si coram ipsis Catholicis fateri, & exequi evangelica mandata non ausis; non ut mortem, vel læva tormenta declines, sed ne



ne sustineas aut unius verbi irrisionem, aut maledicorum detractiones, aut amicorum despectum, & contemptum, aut contangineorum iram, & indignationem?

XII. Igitur ut mundi timores inanes, vanosque respectus contemnere, ut terrena flocci facere, ut carni; & sanguini te opponere valeas ob iustam necessitatem evangelicam doctrinam manifestandi, promendi, tartam tectamque tuendi, animo tuo altius hæc Scripturarum oracula infideant: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest & corpus, & animam perdere in gehennam*: Matth. x. *An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*: ad Galat. i. *Mihi pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die*: ad Corinth. I. iv. *Ipsi de mundo sunt; ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit: nos ex Deo sumus*: I. Iohann. iv.

# DISSERTATIO II.

## DE INFIDELITATE EJUSQUE VARIIS SPECIEBUS.

### CAPUT I.

*Varia infidelitatis acceptio. Tres sunt eiusdem species, paganismus, iudaismus, & hæresis.*

I. TRiplex est infidelitatis acceptio. Primo accipitur negative, secundo privative, tertio positive seu contrarie. Infidelitas negativa est mera fidei carentia in eo cui fides annuntiata nullo modo est, aut saltem sufficienter prædicata non est. Hæc pœna, non peccatum est, ut inquit D. Thomas 2. 2. quæst. x. art. 1. *Si autem accipiatur* (infidelitas) *secundum negationem puram, sicut in illis qui nihil audierunt de fide, non habet rationem peccati, sed magis pœnæ: quia talis ignorantia divinorum ex peccato primi parentis contracta est. Qui autem sic sunt infideles, damnantur quidem propter alia peccata quæ sine fide remitti non possunt; non autem damnantur propter infidelitatis peccatum.* Hinc est quod leguens propositio proscripta ab Ecclesia est: *Infidelitas pure negativa in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.*

II. Privativa infidelitas est carentia fidei in eo qui aut fidei mysteria non vult audire, vel sufficienter sibi propositis assensum præstare recusat, cum debet; quamquam nec re ipsa positive dissentiat, nec errorem directe contrarium propugnet. Hæc infidelitas dubio procul peccatum est: qui enim omittit id quod debet, & potest, peccat. Potest autem credere, cum fides sufficienter sibi proposita est: tenetur quoque credere. Ergo, dum credere negligit, omittitque, peccat peccato infidelitatis privativæ.

III. Infidelitas contraria, & positiva est carentia fidei in eo qui fidei sibi sufficienter propositæ positive resistit, negando quidquam ad fidem pertinens, aut errorem fidei contrarium defendendo; & hoc est proprie infidelitatis crimen, inquit Angelicus loc. cit. *Alio modo potest intelligi infidelitas secundum contrarietatem ad fidem, quia scilicet aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam contemnit ipsam, secundum illud Isaiæ* LIII. Quis credidit auditui nostro? *Et in hoc proprie perficitur ratio infidelitatis; & secundum hoc infidelitas est peccatum.* Hoc autem peccatum gravissimum est, quia per infidelitatem fundamentum auferur aliarum omnium virtutum, & radix præciditur iustificationis, ut subdit Angelicus 2. 2. q. CXII. art. 7. *Sicut fides est prima virtutum; ita infidelitas est ultimum peccatorum, ad quod homo quandoque per alia peccata perducitur.*

IV. Descriptæ infidelitatis, quæ peccatum est, triplicem speciem D. Thomas assignat. 2. 2. quæst. X. art. 5. *Cum enim peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei, hoc potest contingere dupliciter. Quia aut renititur fidei nondum suscepta; & talis infidelitas est Paganorum, seu Gentilium: aut renititur fidei christianæ suscepta, vel in fi-*

*labia; hoc contra halezant labia quod credit cor. Aliquando enim timor est, & non audes dicere quod nosti, quod credis. Aliquando simulatio est: dicis, & non habes in corde, Consentiunt labia tua cordi tuo.*

III. Verum missis nunc innumeris sanctorum Patrum textibus, jubet prestius explicare textum evangelicum ore ipsius Christi Domini prolatum: *Qui me erubuerit, & sermones meos, Qui me erubuerit.* Non dicit Christus: Qui erubuerit confiteri Divinitatem, Trinitatem, Unitatem Dei, & alia innumera splendida, & divina arcana, quæ mentem nostram illustrant; sed *qui me erubuerit*, idest me hominem humilem, opprobriis plenum, persecutionibus exagitatum, crucifixum, mortuumque. Qui erubuerit *sermones meos*, videlicet mandata, & consilia mea, quibus dilectionis nutrire fœdera, pœnitentiæ, austeritatis, contritionis, omniumque virtutum exercitia præscribo. *Qui me erubuerit coram hominibus*; nempe qui publice, ac in totius mundi conspectu erubuerit exequi præcepta mea, & labiis fateri, & prædicare sermones meos, doctrinam meam, meamque veram morum legem, omni abscisso respectu: qui notam *Religiosum* veritus fuerit subire ob Moralis evangelicæ institam, veramque defensionem: & ego omnes illos erubescam coram Patre meo; ideli, eos, ceu delertores religionis meæ, indignos reprobabo.

IV. Hinc ergo collige, præceptum istud externæ confessionis non minus libere mysteria fidei quam præcepta morum profitendi opere, & verbo, prout occasio fert. Plurimi hodie doctrinam evangelicam, quæ appetitiones nostras cohibet, virtutum exercitia præcipit, confiteri publice ore, nedum palam exequi opere, pudori sibi vertunt. Quoties prævident christianæ legis veritates propriis rationibus incommodas, minuique iis placituras a quibus sperant quidquam se consecuturos fore; aut silentio prætereunt, aut ambigius verbis involvunt, aut fucis, & lenociniis delinunt, temperant, & ad aures hominum, gratiamque captandam inflectunt. Quid, quæso, juvat religionem, ejusque arcana publice obtentare; si moralia ejusdem præcepta erubescis, si doctrinæ sinceritatem adulterare, & Ethicæ christianæ austeritatem pigmentis, fucisque obfucare, contendis? Heu quam frequenter cuilibet conditionis homines in hoc delinquunt mandatum! Modo loqui Dei sermones, occasione data, illos pudet; nunc mundanis illecebris, voluptatibus, ludis, choreis, aliisque intantentis mundi judiciis ipse facilis inserviunt, ne videantur nimis leveri, sed ut blandi, mites, & in omnem formam ductiles appareant. Doctrinam evangelicam temporum, & personarum conditioni accommodant. Iustitiæ partes impiere negligunt, ne amicis displiceant.

V. Peccatum hoc adversus præceptum confitendæ christianæ Theologiæ quæ mores spectat, pernitiosius non raro est ipso crimine contra præceptum confitendæ fidei. Utique crimen fidei confessioni oppositum gravissimum est, & quocumque flagitio, contrario tantum præceptis moralis doctrinæ, scelestius; si utrorumque natura absolute spectetur: ceterum si damna, scandala, pœnitendi difficultatem, aliaque innumera mala, quæ peccatum erubescendi publicam confessionem Ethicæ evangelicæ consequuntur, serio animo reputentur, scelus conspicientius immanissimum. Meditare paullisper, quot mala profluant ex vano illo timore iustitiam sive commutantem, sive distribuentem, sive vindicantem administrandi, & publice exequendi, ne amicis, patronis, parentibus displiceas, neve ambitioni tuæ, malique rationibus præjudicium aliquod quod futurum prævides, inferas. Hinc lane innocentum oppressio, viduarum, pupillorumque lacrymæ, & singultus; furta, rapinæ, peculatus, homicidia impunita. Quæ immensa damna compensare tenetur is qui sui officii, & professionis vi invicto pectore tenetur publicæ iustitiæ partes sustinere.

VI. Recopita insuper, quæ crimina perpetrant, quam animarum stragem pariant Doctores illi qui arctam Iesu Christi viam manifestare, morum doctrinas evangelicam severitatem præterentes, mundanique hominibus infestas prædicare verecundantur, ob inanem respectum conturbandi, irritandique illos a quibus sibi aut timent, aut sperant. Quid de illis dicendum qui veritatem agnoscentes, eam in corde occultant, labiisque fateri erubescunt, ne irrideantur ab hominibus, quive doctrinis novis & peregrinis, desiderris carnalibus, cupiditatibus avaritiæ indulgere student, ut auram popularem aucupentur? Si fidei arcana erubescere in conspectu tyranni tormenta atrocissima, iptamque mortem crudelissimam minantis, maximum scelus est; leve ne crimen erit, si coram ipsis Catholicis fateri, & exequi evangelica mandata non ausis; non ut mortem, vel læva tormenta declines, sed ne



ne sustineas aut unius verbi irrisionem, aut maledicorum detractiones, aut amicorum despectum, & contemptum, aut contangineorum iram, & indignationem?

XII. Igitur ut mundi timores inanes, vanosque respectus contemnere, ut terrena flocci facere, ut carni; & sanguini te opponere valeas ob iustam necessitatem evangelicam doctrinam manifestandi, promendi, tartam tectamque tuendi, animo tuo altius hæc Scripturarum oracula infideant: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest & corpus, & animam perdere in gehennam*: Matth. x. *An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*: ad Galat. i. *Mihi pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die*: ad Corinth. I. iv. *Ipsi de mundo sunt; ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit: nos ex Deo sumus*: I. Iohann. iv.

# DISSERTATIO II.

## DE INFIDELITATE EJUSQUE VARIIS SPECIEBUS.

### CAPUT I.

*Varia infidelitatis acceptio. Tres sunt eiusdem species, paganismus, iudaismus, & hæresis.*

I. TRiplex est infidelitatis acceptio. Primo accipitur negative, secundo privative, tertio positive seu contrarie. Infidelitas negativa est mera fidei carentia in eo cui fides annuntiata nullo modo est, aut saltem sufficienter prædicata non est. Hæc pœna, non peccatum est, ut inquit D. Thomas 2. 2. quæst. x. art. 1. *Si autem accipiatur* (infidelitas) *secundum negationem puram, sicut in illis qui nihil audierunt de fide, non habet rationem peccati, sed magis pœnæ: quia talis ignorantia divinorum ex peccato primi parentis contracta est. Qui autem sic sunt infideles, damnantur quidem propter alia peccata quæ sine fide remitti non possunt; non autem damnantur propter infidelitatis peccatum.* Hinc est quod leguens propositio proscripta ab Ecclesia est: *Infidelitas pure negativa in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.*

II. Privativa infidelitas est carentia fidei in eo qui aut fidei mysteria non vult audire, vel sufficienter sibi propositis assensum præstare recusat, cum debet; quamquam nec re ipsa positive dissentiat, nec errorem directe contrarium propugnet. Hæc infidelitas dubio procul peccatum est: qui enim omittit id quod debet, & potest, peccat. Potest autem credere, cum fides sufficienter sibi proposita est: tenetur quoque credere. Ergo, dum credere negligit, omittitque, peccat peccato infidelitatis privativæ.

III. Infidelitas contraria, & positiva est carentia fidei in eo qui fidei sibi sufficienter propositæ positive resistit, negando quidquam ad fidem pertinens, aut errorem fidei contrarium defendendo; & hoc est proprie infidelitatis crimen, inquit Angelicus loc. cit. *Alio modo potest intelligi infidelitas secundum contrarietatem ad fidem, quia scilicet aliquis repugnat auditui fidei, vel etiam contemnit ipsam, secundum illud Isaiæ* LIII. Quis credidit auditui nostro? *Et in hoc proprie perficitur ratio infidelitatis; & secundum hoc infidelitas est peccatum.* Hoc autem peccatum gravissimum est, quia per infidelitatem fundamentum auferur aliarum omnium virtutum, & radix præciditur iustificationis, ut subdit Angelicus 2. 2. q. CXII. art. 7. *Sicut fides est prima virtutum; ita infidelitas est ultimum peccatorum, ad quod homo quandoque per alia peccata perducitur.*

IV. Descriptæ infidelitatis, quæ peccatum est, triplicem speciem D. Thomas assignat. 2. 2. quæst. X. art. 5. *Cum enim peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei, hoc potest contingere dupliciter. Quia aut renititur fidei nondum suscepta; & talis infidelitas est Paganorum, seu Gentilium: aut renititur fidei christianæ suscepta, vel in fi-*

*gura ; & sic est infidelitas Iudæorum : vel in ipsa manifestatione veritatis ; & sic est infidelitas hæreticorum. Unde in generali possunt assignari tres prædictæ species infidelitatis.* Hæc infidelitatis vitia specie distingui communiter D. Thomæ Discipuli sustinent : qua de re vide Collegium Salmanticense *Tom. VII. tract. de fide disput.* IX. *dub.* 2. §. 2. *a. num.* 21. ubi Castropolai, Fagundez, aliorumque D. Thomæ adversariorum objecta solvuntur. Res tanti non est, ut in metaphysica disceptatione tempus teramus : ideo ad singularem Ipecierum explicationem accedendum est.

V. Et ut a paganismo aniipiceamur, variæ istius vocis acceptiones prælibandæ hiteviter sunt. Philastrius *Lib. de hæres. cap.* III. Paganos dictos fuisse scribit a Pagano quodam, sic nuncupato, filio Deucalionis, & Pyrrhæ, Regè potente, & inclyto, qui proterea ut Deus haberi cœpit. Sed hæc interpretatio pluribus displicet. Isidorus *Lib. VIII. Etymologiarum cap.* XIX. Paganos dictos contendit ex pagis Athenienibus, ex quibus orti erant. In locis siquidem agrestibus, villisque Gentiles lucos, suaque idola colere cœperunt ; ideoque idolorum cultores Pagani appellati sunt. Quæ opinio non est præcedenti melior. Quid non valde dissimile Beda scribit in *Cant. Lib.* VI. *cap.* XIX. Communior, multisque probabilior sententia est, tempore christianorum Imperatorum, Gentiles cœpisse vocari Paganos, eo quod eorumdem Imperatorum legibus statutum fuit ut idolorum fana, & delubra clauderentur, & sacra Gentilium prohibita in oppidis, & urbibus fuere ; atque idcirco pagos, villas, agrosque petere cogebantur : ut deos suos colere, suaque vana sacra celebrare possent. Itaque urbibus, oppidisque exclusi, dicti sunt Pagani, quod in pagis, & villis sacilla numina sua colerent. Probabilis quoque est opinio Theodoreti qui *Lib. III. hist. cap.* III. scribit, Constantinum Magnum adversus Maxentium pugnaturum decrevisse ut milites omnes sacro baptismate instituerentur. Gentiles vero qui baptismate tingi nollent, proprios hres repeterent : & hinc cœpisse Gentiles Paganos dici, quod a militia liberi essent. Ut ut tamen sit, illud certum est falsorum numinum cultores sic dictos a Christianis fuisse, quemadmodum Hebræi Gentes appellabant eos omnes qui ab eorum instituto alieni erant, & Græci Barbaros vocabant omnes qui græcanicæ nationis non erant.

VI. Explicatis variis vocis *Paganismi* acceptionibus, promenda nunc definitio istius inhdelitatis est. Communitet autem sic definitur. *Paganismus voluntarius error est fidei vendum susceptæ cum pertinacia resistens.* Quæ definitio ut clarius intelligatur, illud notandum, quod susceptio fidei accipitur non subjective, ut aiunt, sed objective. Nam plures hæretici adulti baptizantur cum aliquo errore circa fidem, atque adeo fidei habitum non recipiunt : quia vero plura mysteria credunt, dicuntur habere fidem objectivam ; quemadmodum, & Iudæos habere hanc fidem dicimus objectivam in figura, ut infra videbitur. Pagani autem nullam habent fidem nec subjectivam, quia habitum fidei non recipiunt : nec objectivam, quia vi revelationis divinæ nullum articulum credunt. Ad paganismum reducitur atheismus, & mahometismus. Licet enim Atheista Deum, quem Paganus admittit, neget, cum Pagano tamen convenit in respuenda fide sibi propolita. Mahometanus utrumque relicit testamentum, fidejque nondum susceptæ contradicit. Non refert, quædam illum mysteria credere quæ in Scriptura sancta habentur : quoniam non ideo illa credit, quod Deus eadem revelaverit, sed quia Mahometus illa promulgavit. Iudaismus error est, fidei in figura susceptæ cum pertinacia resistens. Hæreticismus error, fidei in manifestatione veritatis susceptæ cum pertinacia resistens. Distinguuntur etiam hæretici a Iudæis, quod illi verus testamentum tantum recipiunt ; hæretici vero utrumque testamentum amplectuntur.

## CAPUT II.

*Quid iuris Ecclesia, & Principes christiani habent circa tolerandos suis in ditionibus Paganos, Iudæos, & hæreticos?*

I. QUæstionem gravem propono discutiendam de christianorum Principum potestate in tolerandis, rectipiendisque infidelibus in suis regnis, civitatibus, & oppidis. Ut tamen omni nos invidiæ periculo subducamus, illud minime in quæstionem vocamus, num quos nunc Principes infideles, hæreticosque tolerant, recte, an secus id præstent. Quin omnia Principum gesta quæ commune subditorum regimen spectant, ea quia par est veneratione colimus.

II. Primum itaque dico, suapte natura illicitam esse infidelium tolerantiam, absolute acceptam. Eiusmodi quippe Paganorum, Iudæorum, aliorumque infidelium communicatio cum fidelibus suapte natura noxia, & alex plena est. Hinc est quod Scriptura frequentissime reprehendit Principes Iudæorum, qui sana idololatrici cultus non abstulerant.

III. Sola spes maioris boni, communisque utilitatis augendæ, maiorisque mali vitandi inducere Principes potest ad tolerandos in suis ditionibus præfatos infideles. Principes quippe divini regiminis imaginem præferunt. Porro Deus plura permittit mala particularia ob bonum commune, & universale, & ad maiora vitanda incommoda, inquit D. Thomas 2. 2. quæst. X. art. 11. *Humanum regimen derivatur a divino regimine, & ipsum debet imitari. Deus autem, quamvis sit omnipotens, & summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in universo, quæ prohibere posset ; ne eis sublatis, maiora bona tolleruntur, vel etiam peiora mala sequerentur. . . . Sic ergo, quamvis infideles in suis ritibus peccent, tolerari possunt.* Sententia hæc communis est.

IV. Eo difficultas recidit quo sufficientem istius tolerantiæ causam assignemus. Iusta permittendi in Catholicorum regnis Iudæos causa præsto est, quam D. Thomas ipse assignat ; eisque maior religionis nostræ confirmatio. *Ex hoc autem* (inquit Angelicus loc. cit.) *quod Iudæi vitus suos observant, in quibus olim præfigurabatur veritas fidei quam tenemus, hoc bonum provenit, quod testimonium fidei nostræ habemus, & quasi in figura nobis representatur quod credimus : & ideo in suis ritibus tolerantur.* Hæc tamen Iudæorum tolerantia quibusdam conditionibus circumscripta est. Prima conditio habetur cap. *Nonnulli*, de *Iudæis*, ubi hæc præscribuntur. *Statuimus ut Iudæi, cuiuscumque status sint, in omni Christianorum provincia, & in omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur.* Altera conditio habetur cap. *Quia super his*, de *Iudæis*. Hic vetitum illis est in die parasceves domorum ostia, & fenestras apertas habere. Tertia conditio est, ne diebus dominicæ Passionis in publicum prodeant, ut habetur in cap. *Nonnulli*. Quarta conditione prohibentur novas excitare synagogas, solumque eis concessum est antiquas reparare, & corruentes instaurare, absque tamen splendidiori ornatu. Ritus quoque suos modeste, & absque Christianorum scandalo celebrare debet. Communis sententia. Sylvester verb. *Iudæus*, Azorius *Tom.* I. *Lib.* VIII.



*cap.* XXII. Tapia *Tom.* I. *Lib.* I. *quæst.* V. *art.* 3. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* III. *punct.* 1. *n.* 6.

V. Hæreticorum tolerantia maiorem expescit causam, quæque sufficiens raro occurrit. Martinus Bonacina, tametsi Auctor minime leverus, scribit *Tom.* II. *disp.* III. *quæst.* II. *punct.* 8. *num.* 4. §. 1. hæreticos tolerari ab Ecclesia non posse, nisi ob commune catholicæ religionis bonum ; secus ob temporalem regnorum, & provinciarum conservationem. Quoniam bona inferioris ordinis ad tuenda religionis bona eisque periculo exponenda sunt. Regna autem, & provinciæ sunt bona inferioris ordinis respectu religionis. Hanc sententiam amplectuntur etiam Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* III. *punct.* 1. *num.* 5. referuntque Paulum V. numquam addici potuisse ad permittendam libertatem conscientiæ ; tametsi hinc permisceret catholicis provinciis bellum ab hæreticis inferendum. Mihi tamen hæc sententia, nisi clarius explicetur, non arridet. Quippe si regna, & provinciæ Catholicorum amittantur, religio quoque perit. Dicendum ergo, quod ob sola terrena commoda nullo modo tolerandi hæretici sunt, illisque conscientiæ libertas permittenda. Et tamen eo res devenit ut audiam his temporibus in quibusdam portubus Italiæ ob solius mercaturæ augendæ emolumentum, commerciumque negotiatorum amplificandum contesta hæreticis Anglis domicilia esse. Quod si verum est, latere tamen Pontificem talem permissionem, dicendum est. A tempore siquidem Lutheranæ, & Calvinianæ apostasiæ numquam Pontifices summi domicilia suis in ditionibus hæreticis impertiti sunt. Experientia quippe compertum est familiare hoc hæreticorum contubernium, communicationemque cum Catholicis, morum integritati, fidejque noxiam esse. Hæresis fermento, tetram massam corrumpenti, similis est. Facilius ad hæreticos deliciscunt Catholici quam hæretici Catholici fiant. Sola itaque cura ipse ampliandæ catholicæ religionis tolerandi in catholicis regnis hæretici sunt. Hanc doctrinam confirmat D. Thomas 2. 2. *quæst.* X. *art.* 11. ubi postquam permittendos Iudæos scripsit, subdit : *Aliorum vero infidelium ritus qui nihil veritatis, aut utilitatis afferunt, imo sunt aliqualiter tolerandi, nisi forte ad aliquod malum vitandum, scilicet ad vitandum scandalum, vel dissidium, quod ex eo posset provenire ; vel impedimentum salutis eorum qui paullatim sic tolerati convertuntur*

ad

*ad fidem. Propter hæc enim hæreticorum, & paganorum ritus aliquando Ecclesia toleravit, quando erat magna infidelium multitudo.*

## CAPUT III.

*De Ecclesiæ, ac Principum christianorum potestate in infideles sibi non subditos.*

I. HÆreticos qui quondam fidem susceperunt, compelli posse ad eam amplectendam quam repudiarunt suscepiam, nemo est qui in quæstionem vocet. De solis infidelibus qui fidem catholicam nunquam amplexi sunt, cuiusmodi sunt Pagani, & Judæi, sermo instituitur.

II. Quæst. I. *Possit ne Ecclesia, aut seipsa immediate, aut Principum christianorum ope infideles sibi temporaliter non subditos ad fidem suscipiendam cogere?* Resp. Negant communiter Theologi cum D. Thoma 2. 2. *q.* x. *art.* 8. Dico ergo, neque Principes, neque Ecclesiam cogere infideles posse sive subditos, sive non subditos ad fidem amplectendam. Quoniam nemo iuste quempiam cogere potest, nisi auctoritate in eumdem potiatur. Sed Ecclesia nullam iurisdictionem habet in eos qui fidem aliquando non susceperunt, ut dicit Paulus I. Cor. v. *Quid mihi de iis qui foris sunt, iudicare?* Quod Principes christiani nullam habeant in extraneos potestatem clarum est. Si vero subiecti infideles sunt temporali, & politico regimini, non ideo subiiciuntur in iis quæ fidei sunt. Siquidem potestatem in infideles Principes christiani non habent neque iure naturæ quæ ad supernaturalem ordinem non pertingit, neque a Deo. Quippe nullibi habetur, Deum potestatem Principibus seciſſe ut infideles ad veram religionem suscipiendam vi adigerent; quemadmodum Israelitis facultatem delendi idololatras concessisse legimus *Dent.* VII. Quid quod Christus nec illos coegit qui vi legis ipsis data illum ut Messiam susciperent tenebantur? Quin aperte contrariam iniri viam præcepit, dum Apostolos suos imbuit prædicatione, mansuetudine, pace, & amore gentes ad fidem convertere. Hæc sunt arma quibus illos instruxit: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*: Luc. XXI. Item cap. X. *Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos*. Item ibi v. 5. *In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: pax huic domui*. Quod si infideles audire detrectaverint, minime subdit oppugnare civitatem, interficere refractarios, sicuti illum Israelitis præcepisse scimus; sed addit Matth. X. *Exeuntes foras, excutite pulverem de pedibus vestris*. Denique cum Samaritani Christum recipere noluissent, Iacobus, & Ioannes quærentes dixerunt: *Domine, vis dicimus ut ignis descendat de cælo, & consumat illos?* Quibus mansuetissimus Dominus respondit: *Nescitis cuius spiritus estis*. Luc. IX.

III. Confirmatur auctoritate Ecclesiæ, quæ nunquam Principibus suasit ut arma distringerent pro infidelium conversione; quin opposita condidit decreta quæ id vetant. Nam dist. XLV. cap. *Qui sincera* hæc habentur. *Qui extraneos a christiana religione ad fidem rectam cupiunt perduci, blandimentis, non asperitatibus debent studere*. Plura id genus habentur & in Concilio Toletano IV. & cap. *Maiores* tit. *de baptismo*. Et Clemens III. cap. *Sicut Iudæi* tit. *de Iudæis, Statuimus*, inquit, *ut nullus invitos, vel nolentes Iudæos ad baptismum venire compellat*. Denique Tridentinum sess. XIV. cap. II. *Ecclesia in omnium iudicium exercet qui non prius in ipsam per baptismi lauacum fuerit ingressus*.

IV. Quæst. II. *Potest ne Ecclesia infideles non subditos cogere ad audiendam fidem, seu Evangelium?* Resp. Quemadmodum Ecclesia nequit licite compellere infideles non subditos ad fidem suscipiendam; ita nequit illos cogere ad illam audiendam. Auditio enim non ad aliud dirigitur nisi ad amplectendum id quod auditur. Nec refert Ecclesiam potestatem habere prædicandi Evangelium in universo orbe. Quoniam hinc dumtaxat infertur, Ecclesiam per universum terrarum orbem suos mittere concionatores posse ad annuntiandum omnibus Evangelium Christi: minime vero colligitur, illam potestate instructam a Deo esse qua cogere infideles non subditos valeat ad divinum verbum audiendum.

V. Quæst. III. *Potest ne Ecclesia infideles subditos ad audiendum Evangelium cogere?* Resp. Negant Salmeron, Corinch, & Valentia apud Castropalaum *tract.* IV. *disp.* II. *punct.* 5. *num.* 5. Bannez 2. 2. *quæst.* X. *art.* 8. ut probabile affirmat, infideles semel cogi posse: Franciscus Sylvius 2. 2. *quæst.* X. *art.* 8. suscipit ut probabilem hanc Bannesii opinionem; quin & alteram quæ docet pluries ad id compellere infideles subditos posse. Communis, mihique certa sententia est, Ecclesiam compellere Iudæos subditos posse ad fidem audiendam. Atque pro omnibus rationibus una sufficiat eruditorum Ecclesiæ auctoritas. Romæ quippe Iudæos commorantes summi Pontifices cogunt ad audiendum



dum verbum Dei semel in singulis hebdomadibus: eique concionator ad id munus delectus. Rationes quibus utitur Castropalaus ut oppositum inadeat, minus solidæ sunt. Docet ille auditionem fidei actum esse supernaturalem, in quem ordinem Respublica nihil potestatis habet supra infideles, quos regere dumtaxat debet in iis quæ civilem, & politicum statum spectant. Addit auditionem Evangelii ad fidem suscipiendam ordinari, cum auditio propter seipsam appeti nequeat. Qua ergo ratione nequeunt infideles cogi ad fidem amplectendam, eadem nequeunt compelli ad illam audiendam. Verum rationes istæ non satis firmæ apparent. Auditus namque Evangelii, actus naturalis est, & honestus. Ordinatur utique ad fidem suscipiendam: nulla tamen necessaria connexio est auditum inter & ipsam fidei susceptionem; sed audiens liber est ad amplectendam, vel respuendam fidem.

VI. Quæst. IV. *Potest ne Ecclesia iure illos compescere infideles, sive subditos, sive non subditos, qui evangelica fidei prædicationem impediunt?* Resp. Affirmant communiter Theologi. D. Thomas conceptis verbis hanc affirmantem opinionem docet 2. 2. quæst. X. art. 8. *Sunt tamen compellendi a fidelibus, si adsit facultas, ut fidem non impediant vel blasphemiis, vel malis persuasionibus, vel etiam apertis persecutionibus. Et propter hoc fideles Christi frequenter contra infideles bellum movent: non quidem ut eos ad credendum cogant (quia si etiam eos vicissent, & captivos haberent, in eorum libertate reliquerent an credere vellent) sed propter hoc ut eos compellant ne fidem Christi impediant.* Plures adferre Theologi rationes solent in huiusce sententiæ confirmationem. Unam & alteram in medium adducam. Ecclesia absoluta, & indefinita potestate a Deo donata est annuntiandi in universum terrarum orbem Evangelium Christi: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra*: Matth. XXVIII. ver. 18. subditque statim: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Quæ potestas refidet in summo Pontifice, qui caput est universæ Ecclesiæ. Porro cui ius conceditur ad legem divinam gentibus explicandam, ea omnia impertiuntur quæ ad hunc assequendum finem necessaria sunt. Nihil autem tam necessarium quam Prædicatores ipsos tueri ab iniuriis, & ea omnia repellere quæ prædicationem ipsam remorantur, aut prorsus impediunt. Fruitranea quippe esset potestas illhæc prædicandæ fidei, nisi facultas adesset propulsandi impedimenta quæ eidem obici possunt. Accedit quemque ius habere ad repellendas iniurias sibi factas. Maximam autem iniuriam Ecclesia patitur, dum impeditur exercere potestatem sibi a Deo collatam prædicandi fidem omni creaturæ. Ergo ius illi ineit eiusmodi propulsandi iniurias. Hanc sententiam præter D. Thomam defendunt Cajetanus 2. 2. *quæst.* X. *art.* 8. Franciscus Sylvius 2. 2. *quæst.* X. *art.* 8. *concl.* III. Franciscus Suarez *disp.* XVIII. *sect.* I. Dominicus Soto *in* IV. *dist.* IV. & V. *art.* 10. Ledesma *Part.* II. *tract.* I. *cap.* V. *concl.* 23. Castropalaus *tract.* IV. *disp.* II. *punct.* 5. *num.* 6. Tapia *Lib.* I. *quæst.* V. *art.* 10. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* III. *punct.* 2. *n.* 10. aliique communiter.

VII. Quæst. V. *Liceatne ne Ecclesiæ est Prædicatores suos mittere militibus, armisque stipatos?* Resp. Negant communiter Auctores, id licere *per se*, & *absolute*. Arma siquidem quæ deferre ministri apostolici debent, sunt patientia, pax, ieiunia, vigiliæ, castitas, caritas, veritas, mansuetudo, idque genus similia, ut D. Paulus docet II. Cor. cap. VI. *In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis..... in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ a dextris, & a sinistris*. Casus tamen occurrere possunt in quibus licitum, quin necesium sit, armis spiritualibus ferreos adiungere gladios. Si enim efferatæ, ac barbaræ nationes crudeli armatura devinci nequirent, immo peiores, prævalente eorum iniquitate, fierent, & in ministros Christi sævirent; tunc expediret, licitumque esset barbarorum feritatem armis domare, ac in ordinem redigere. Idque Hispani peregerunt, cum Evangelium primum annuntiarunt Indis, qui Prædicatores summa humanitate susceptos iniqua fraude, atque immani crudelitate trucidabant, susque idolis victimas litabant. Quare Alexander VI. Regibus Catholicis Ferdinando, & Elisabeth, & Regibus Portugalliæ privilegium impertiit defendendi Prædicatores evangelicos Indis fidem annuntiantes. Quod ut felicius præstarent, Hispanis occidentalem, Lusitanis orientalem Indiam donavit. Advertunt tamen Scriptores

Hispa-

Hispani, eiusmodi regna concessa a Pontificibus esse, non absolute, sed ea tantum conditione, ut evangelicos ministros, occasione data, tuentur, quod raro contingit. Ideireo bellum nationibus illis, necessitate iublata defendendi fidei ministros, indicere iure nequeunt: quoniam regna illa absolute sunt extra Ecclesiæ potestatem, ut Theologi advertunt.

VIII. Quæst. VI. *Potest ne Ecclesia infideles Principes sui non subditos privare dominio, & iurisdictione in vasallos, servosque christianos?* Resp. Principes infideles possunt habere, habentque reipsa dominium in Christianos fideles. Hoc ex ipsa Scriptura patet: Nam dicitur Matth. XXII. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Et D. Petrus Epist. I. cap. II. *Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: sive Regi, quasi præcellenti; sive ducibus, tanquam ab eo missis... Servi subditi estote in omni timore dominis; non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis.* Ex quo colligitur, Principes infideles Ecclesiæ non subditos dominium in suos vasallos haudquaquam amittere; quamvis ad fidem hi convertantur. Quippe dominium illud potuit conditionibus necessariis iuri naturæ nititur, quod fidei minime tollit. Quare toto cælo aberrant illi Auctores qui docent, omnia servitutis, & subiectionis vincula rescindi, cum subditi infideles fidem amplectuntur catholicam: manent enim suis Principibus subditi etiam post susceptam fidem. Quod patet in Christianis subditis Imperatoribus ethnicis, antequam christiani Principes imperium acquirerent. Quis antiquorum Patrum a debita subiectione, fidei relationisque catholicæ prætextu, illos exemit, atque a suorum Principum iurisdictione? Cum itaque in natura dominium fundetur, illud infideles retinent etiam in illos qui fideles evadunt. Fides namque æternum, non temporarium regnum adpromittit.

IX. Quæst. VII. *Infidelis tenetur quærere ne valeat amittere iurisdictionem in Catholicos?* Resp. Infideles in Catholicorum regnis capaces non sunt iurisdictionis in Catholicos. Quare iure ac merito Ecclesia arcet Paganos, Iudæosque ab omni magistratu, & publico officio inter Christianos, cap. *Cum sit nimis*, & cap. *Ex speculi* tit. *de Iudæis*. Cuius rei rationem tradit Angelicus 2. 2. quæst. X. art. 10. *Cederet hoc in scandalum, & pericolum fidei. De facili enim illi qui subiiciuntur aliorum iurisdictioni, immutari possunt ab his quibus subsunt, ut sequantur eorum imperium. Et ideo nullo modo permittit Ecclesia quod infideles acquirant dominium super fideles, vel qualitercumque præsentur eis in aliquo officio.*

X. Quæst. VIII. *Infideles christianis Principibus subditi possunt ne habere servos, ancillasque Christianas?* Resp. Sententia negativa est, ut constat ex c. *Cum Iudæi* 2. de Iudæis. Item ex c. *Mancipia*, & ex c. *Nulla cum aliis*, & ex Cod. *Ne christianum mancipium*. Horum canonum, legumque ratio est periculum subversionis, & honor catholicæ religioni debitus. Quod si Iudæus servum emerit ad servitium, factus Christianus liber evadit, si ad mercaturam emptus fuerit, lotus pretio liber fit, ut communiter Theologi docent cum D. Thoma loc. cit. ubi inquit: *In illis enim infidelibus qui etiam temporali subiectione subiiciuntur Ecclesiæ, & membris eius, hoc ius Ecclesia statuit ut servus Iudæorum, cum fuerit factus Christianus, statim a servitute liberetur, nullo pretio dato, si fuerit vernaculus, ideoque in servitute natus: & similiter, si infidelis existens fuerit emptus ad servitium. Si autem fuerit emptus ad mercationem, tenetur etiam infra tres menses exponere ad vendendum. Nec in hoc iniuriam facit Ecclesia: quia cum ipsi Iudæi sint servi Ecclesiæ, potest ipsa disponere de rebus eorum.* Hinc tamen non infertur, illicitum esse fidelibus terras Iudæorum colere, quia in hac agricultura nulla est cum infidelibus conversatio. *Et ideo* (inquit Angelicus loc. cit. ad 1.) *permittit Ecclesia quod Christiani possint colere terras Iudæorum, quia per hoc non habent necesse conversari cum eis.* Advertendum etiam, filios infidelium iugum patriæ potestatis excutere simul atque baptismum iuscoperint.

XI. Quæst. IX. *Potest ne Ecclesia infideles privare dominio quo potiuntur in Christianos?* Resp. Infideles non subditi Ecclesiæ non privantur iurisdictione quam habent in subditos, quamquam illi convertantur ad fidem, ut dictum est. Quare Ecclesia nequit infideles ejusmodi dominio in subditos, etiam ad fidem catholicam conversos, privare. Nullus quippe privari absque iusto titulo potest bonis quæ iure possidet. Infidelitas autem haud est iustus titulus quo privari Princeps possit dominio quo potitur in subditos suos. Nec conversio ad fidem catholicam eximit subditos a Principum dominio, ut iam dictum est. Hinc inferunt communiter Theologi, Ecclesiam potestatem directam non habere in Principes infideles.

XII. Quæst. X. *Habet ne Ecclesia potestatem*



*tem indirectam in Principes infideles?* Resp. Difficilis quæstio est, quam alibi forsitan pro dignitate discutiemus. Nunc brevissime dico, Theologos communiter docere, in Ecclesia potestatem indirectam residere supra Principes infideles: quæ potestas indirecta eo spectat, ut possit infideles Principes spoliare dominio, & iurisdictione in vasallos, & servos ad fidem conversos, quando periculum imminet ne perverrendi a fide sint Principum iniuriis, vexationibus, perfecutionibus, malisque artibus. Quandoquidem cum infideles catholicam fidem suscipiunt, fiunt Ecclesiæ membra, eiusque iurisdictioni spirituali subiiciuntur. Hæc autem iurisdictio inutilis foret, nisi posset subditos fideles protegere, periculis subducere, ac in cælestem finem dirigere. Quamquam ergo iure naturæ politico regimini subditi sint fideles suis Principibus, etiam infidelibus; si tamen hi a fide retrahere tentarent subditos fideles, tunc parere Principibus subditi non tenerentur, & Ecclesia iure posset subducere subditos suos infidelium perfecutioni. Quia quæ sunt ordinis inferioris, iisque sunt superioris ordinis, subiici debent. Hinc licet matrimonium iure naturæ indissolubile sit, & perpetuum, dum tamen periculum occurrit deficiendi a fide, Ecclesia coniugem fidelem ab infideli separat. Hæc potestas Ecclesiæ indirecta vocatur: quia indirecte tantum spectat suos fideles subditos, quos ab infidelium tyrannide iure liberare potest. Addendum tamen, Ecclesiam non semper uti hac sua indirecta potestate, ut scandalum declinet infidelium. Audiamus D. Thomam 2. 2. q. X. art. 10. *Considerandum est, quod dominium, & prælatio introducta sunt iure humano. Distinctio autem fidelium, & infidelium est ex iure divino. Ius autem divinum, quod est ex gratia, non tollit ius humanum, quod est ex naturali ratione. Ideo distinctio fidelium, & infidelium secundum se considerata non tollit dominium, & prælationem infidelium supra fideles. Potest tamen iuste per sententiam, vel ordinationem Ecclesiæ auctoritatem Dei habentis, tale ius dominii, vel prælationis tolli: quin infideles merito sua infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles, qui transierunt in filios Dei. Sed hoc quidem Ecclesia quandoque facit, quandoque autem non facit.* Advertendum, quod, dum Angelicus scribit: *Infideles merito sua infidelitatis merentur potestatem amittere super fideles:* non intendit Ecclesiam punire infideles ob peccatum infidelitatis (oppositum namque docuit *art. 8. & 9.*) sed sensus Angelici Doctoris est, quod Ecclesia possit tollere dominium ab infidelibus, quatenus præcipere valet Christianis, ne infidelibus pareant, & subiiciantur, dum premuntur, aut vexantur in rebus fidei. Infideles quippe, ut etiam ait Sylvius, propter suam infidelitatem occasionem præbent ut fideles ab eorum dominio subtrahantur: eo quod inconveniens sit fideles infidelibus servire. Si tamen id quod sentio, libere effari licet, ambigua hac de re, & nonnihil involuta est D. Thomæ doctrina. Subdit namque laudato loco: *In illis vero infidelibus qui temporaliter Ecclesiæ, vel eius membris non subiacent, prædictum ius Ecclesia non statuit, licet possit instituere de iure: & hoc facit ad scandalum vitandum.... Ita etiam Paulus, cum dixisset, quod servi dominos suos honorarent, subiungit: Ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur.* I. ad Timoth. VI. De infidelibus ergo non subditis docet Angelicus, Ecclesiam non condidisse ius aliquod, seu non constituisse legem, vi cuius declaretur, infideles dominio in Christianos privandos esse. Potest Ecclesia, Aquinate iudice, hoc ius statuere; sed minime statuit. Quid ergo inferendum pro praxi? Quod propter solam infidelitatem dominio in Christianos, infideles non subditi privandi non sint. Quid vero agendum, dum infideles in fidei negotio subiectos Christianos vexent? Privandos omnino esse iurisdictione præfatos infideles, docent communiter Theologi. Nos iudicio Ecclesiæ id relinquendum expediens iudicamus.

XIII. Quæst. XI. *Valet ne Ecclesia cogere infideles non subditos, ut errores iuri naturæ infestos deponant, bellumque eisdem indicere, si renuant?* Resp. Si de subditis infidelibus iterum instituretur, haud esset ambigendum, Ecclesiam, sive Principes christianos posse dictos infideles compellere ad ritus, erroresque legi naturali contrarios relinquendos. Quoniam Principis est subditorum mores ad rationis amussim exigere. Quare Principes omnes, sive christiani, sive ethnici, cogere subditos debent ut idololatriam lumini naturali adversam detestentur. Idque Theologi omnes docent; si tamen id præstare Principes valent absque proportionum iactura regnorum, vel aliorum fidelium incommodo.

XIV. Porro de infidelibus non subditis prima sententia docet, privari illos ab Ecclesiæ posse suis regnis, si idololatriam, alioque errores iuri naturæ adversos relinquere nolint. Idque evincit I. auctoritate Alexandri VI. qui Regibus Hispanis anno 1493. Indiam occiden-

cidentalem fere totam concessit. Cuius concessionis ratio alia haud esse potest, nisi idolatriæ exitiparitio. II. D. Augustinus *Lib. V. de Civit. Dei cap.* XII. D. Thomas *Lib. III. de Regimin. Principum cap.* IV. docent, Romanos efferatas gentes bello subjugasse, ut ad meliores revocarent mores. III. Ecclesia compescere atque potest blasphemias adversus Deum, & innocentium oppressiones. Idololatriæ autem Deum continenter blasphemant, innocentesque pueros diis sacrificant. Hanc sententiam defendunt Maior *in II. dist.* XIV. *quæst.* III. Lyranus *cap.* XXXI. *Num.* Abulensis *ibidem quæst.* VI. Castro *Lib. II. de iust. hæret. punit. cap.* XIV. aliique plures.

XV. Altera communissima sententia negat Ecclesiam cogere infideles posse ad relinquendos errores lumini naturali contrarios: quoniam ad Ecclesiam non pertinet de illis qui foris sunt, nempe qui extra Ecclesiam existunt. Hinc Nicolaus I. papa ad interrogationes Bulgarorum respondet: *De his qui idolis immolant, nihil aliud decere possumus, nisi quod rationes potius quam vi convincendi sunt.* Accedit quod si ob idololatriam lumini naturæ adversam armis impeti possent infideles, eadem ratione privandi regnis forent ob furta, homicidia, adulteria, ceteraque crimina legi naturali contraria. Quin ob similia delicta Principes ipsi christiani sibi mutuo bella indicere possent. Hanc sententiam, quæ communis est, & vera, docent D. Thomas 2. 2. *quæst.* XII. *art.* 2. Sylvius 2. 2. *quæst.* X. *art.* 10. Cajetanus 2. 2. *quæst.* LXVI. *art.* 8. Bannez 2. 2. *quæst.* X. *art.* 10. Suarez *disput.* XVIII. *sect.* IV. *num.* 3. Molina *de iustit. & iur. tract.* II. *disp.* CVI. Azorius *Lib. VIII. cap.* XXVI. *quæst.* VIII. Barbosa *de potest. Episcop. tit.* III. *cap.* II. *num.* 38. Salmanticenses *tract.* XX. *cap.* III. *punct.* 3. *num.* 21. & alii communiter.

XVI. Ad argumenta contrariæ sententiæ facilis responsio est. Nam Alexander VI. Hispanis Monarchis ius tantum concessit protegendi Concionatores evangelicos, Indis religionem catholicam explanantes, ab infidelium Principum iniuriis, & vexationibus. Romani laudantur quod feritatem barbarorum morum suavitate delinierint; secus quod eorum regna usurpaverint. Postremum idololatria non est blasphemia proprie dicta, nec religioni directe iniuriam irrogare intendit. Defensio innocentum licita est, nisi inde maiora damna profluant, ut contingeret in casu nostro. Præter quam quod, seclusa omni lege divina & humana, non est tam evidens hominum sacrificia legi naturali repugnare. Quippe gentes cultissimæ, ut Iudæi, & Romani, sanctum iudicarunt filios, filiasque suas diis sacrificare. Quare ob eiusmodi delicta planum est bellum indici non posse.

XVII. Quæst. XII. *Principes christiani valent ne Turcas armis impetere, peculiaribus cassis fabulatis, ob hoc solum quod hostes iurati sint Christianorum?* Resp. Vix verbum de hac quæstione Theologi quos evolvi, faciunt. Ut clare, ac perspicue resolvatur, Turcarum leges in bellis excitandis recolendæ sunt. Porro illi religionis loco habent armorum vi mahometanæ sectæ superstitionem amplificare. Quemadmodum Christiani sola ratione infideles ad fidem convertendos docent, & reipsa, data occasione, præstant; sic ex adverso Turcæ ratione spreta, armorum strepitu, & humani sanguinis effusione religionem propriam amplificare, ceteraque religiones, sed potissimum christianam, extirpandas pro instituto habent. Hac via Christianorum imperia, regna, & provincias usurpatas possident. Hinc manifestum colligo responsionem ad propositam quæstionem. Dico itaque, Principes christianos, opportunitate data, iure ac licite bellum Turcarum monarchiæ indicere posse, peculiaribus momentis fabulatis, ob hoc solum quod Turcæ sint manifesti Christianorum hostes, & ob peculiare institutum illius sectæ, quæ eo molimine sua dirigit, quo christianum delere nomen valeat. Quid amplius requiritur ad iustum bellum, iustamque vindictam? Ceteri infideles suis regnis, & dominio in Christianos spoliandi non sunt: quia eorum nemo pro instituto religionis habet Christianos vexare, opprimere, ac in servitutem redigere. Hoc Turcarum proprium est. Ergo iusta semper inest Christianis causa bellum Turcis indicendi, regna, & imperia usurpata adimendi. Non licet tamen inita cum eisdem fœdera, pacta, conventionesque iuramento firmatas quoquomodo infringere, sed fides data servanda est, & implenda. His fabulatis, bellum illis inferre licite semper Christiani valent. Et quamquam Theologi hoc ex professo non doceant, ex eorum tamen doctrina clare colligitur: quandoquidem docent communiter, infideles regnorum dominio per Principes christianos privari posse, si prælati infideles Legatos christianos repellant, naturalis societatis iura infringendo; si prædicationem evangelicam impediant, & catholicam religionem propagari vetent; si Christianos ad idololatriam pertrahere conentur. Plures alios titulos describit Franciscus Sylvius 2. 2. *q.* II. *art.* 10. *concl.* 4.



## CAPUT IV.

*De communicatione fidelium cum infidelibus.*

I. PLura iam hac de re dicta sunt *diff.* I. *cap.* XIII. Quare breviter nonnulla quæ superiunt solvenda, expediemus. Duplex distingui communicatio solet: altera religiosa, quæ in operibus ad religionem spectantibus sita est; altera civilis, & politica, quæ ad commercium, & humanam pertinet societatem. Prima iure naturali, & divino vetita est, ut docet D. Paulus II. ad Corint. VI. *Quæ est communicatio lucis ad tenebras, aut templi Dei cum idolis; seu quæ pars fidelis cum infideli?* Quæcumque ergo communicatio in precibus, in ritibus, in sacrificiis, aliisque religionis exercitiis peccatum est contra fidem. Communicatio civilis absolute accepta non est vetita. Ex circumstantiis vero accidere potest ut hæc quoque communicatio illicita evadat: puta, si sit familiaris, & frequens, & ex ea immineat periculum subversionis: si personæ fideles infirmæ sint, minusque in fide stabiles. Eiusmodi autem periculosa vitanda sunt, ut ex te constat, docentque omnes cum D. Thoma 2. 2. *q.* X. *art.* 9.

II. Quæst. I. *Licitum ne Christianis est vendere infidelibus ea quæ eorum sacrificiis, & vanæ religionis ritibus inserviunt?* Resp. Negant omnes cum D. Thoma 2. 2. *qu.* CLXIX. *art.* 2. *ad* 4. ubi hæc statuit: *Si qua ars est ad faciendum aliqua opera quibus homines uti non possunt absque peccato; per consequens artifices talia faciendo peccarent, utpote præbentes directe aliis occasionem peccandi: puta, si quis fabricaret idola, vel aliqua ad cultum idololatriæ pertinentia.* Peccarent ergo illi omnes qui Iudæis fabricarent synagogas, & ceteris infidelibus idola, altaria, vestes sacerdotales, templa, delubra, & cetera id genus quæ ad religionem determinata sunt. Cetera vero quæ adiaphora suapte natura sunt, quibusque bene, vel male infideles, sicut & fideles, uti possunt, licite eis vendi possunt.

III. Quæst. II. *Licet ne admittere infideles ad sacramentorum participationem?* Resp. Sententia negativa communis est: quia nullum illi percipere fructum ex sacramentis valent; atque adeo ad eorumdem participationem admitti nequeunt. Hinc in tractatu de matrimonio dicitur, illicitum, & nullum esse matrimonium fidelis cum infideli. Quod ad Missæ sacrificium attinet, si infidelis non sit denuntiatus, & eiusdem conversionis probabilis spes habeatur, admitti potest: si nulla sit salutis spes, excludi debet, ut docet D. Thom. III. Par. quæst. LXXX. art. 4. ad 4. *Non baptizati autem non sunt admittendi, etiam ad inspectionem huius sacramenti.* Catechumeni autem ad conciones, preces, & Missam quæ catechumenorum est, admittuntur: quia illi candidati sunt christianæ religionis, & præfata religionis opera in eorumdem salutem conferunt.

IV. Quæst. III. *Quot sunt casus in quibus Ecclesiæ decreto vetita Christianis est communicatio cum infidelibus?* Resp. Decem sunt casus illi, numerati in cap. *Nullus*. Primo interdicta est cum illis habitatio. Secundo vetitum est illos invitare, aut ad eorum convivia accedere. Tertio eorum azymis vesci. Quarto cum iisdem balneum ingredi. Quinto medicinas ab illis accipere. Sexto eorum uti Medicis, & medicinis. Septimo Iudæorum filios a Christianis nutriri. Octavo famulatum illis exhibere. Nono servitutis iugo se le illis subiicere. Decimo Iudæos legatarios Christianorum instituere. Advertunt plures Doctores, eiusmodi interdictum, quamquam expresse latum sit adversus communicationem cum Iudæis, extendi tamen adversus Mahometanos, Saracenosque: immo aliqui Theologi addunt, protendi adversus omnes paganos, & infideles, eo quod eadem sit omnium ratio. Sanchez *Lib. II. cap.* XXXI. *num.* 25. contendit prohibitionem restringi ad solos Iudæos, præter duos casus in quibus leges ipsæ comprehendunt sub interdicto Mahometanos, & Saracenos. Porro primus casus est familiari Iudæis, & Saracenis: c. *Iudæis*. Probabilior porro sententia est, sub laudato interdicto illos tantum infideles comprehendi ad quos fit expressa extensio per textus citatos. Nec enim attendenda est semper ratio prohibitionis, sed verba legis prohibentis. Si lex loquitur de solis Iudæis, cur ad alios prohibitio extendi debet?

V. Nonnulla in singulos casus dicenda sunt. Ad primum quod attinet, ea cohabitatio prohibetur quæ veram societatem, & familiaritatem præfert. Quare vetitum minime est, Christianos habere in servos aut Iudæum, aut Saracenum, ut colligitur cap. *Iudei*, de Iudæis. Iudæus tamen servus commorari cum domino, seu cohabitare haud debet. Servitus contemptionem prodit; cohabitatio quamdam familiaritatem secum defert: idcirco servitus

vitus permissa, cohabitatio vetita est. Saracenos vero, aliosque gentiles & servos habere, & in propriis domibus detinere permissum est Christianis. Hæc opinio communis est.

VI. Accessus ad Iudæorum convivia in secundo casu prohibitus ideo est, non modo quod nimiam familiaritatem præferat, verum etiam quod Iudæi epulas differnant, pluresque cibos ut immundos reliquant. Hinc Christiani his conviviis assidentes periculo hunc superstitionum approbandi ritum obnoxii fiorent. Quæ tamen intelligenda sunt de conviviis in proprio sensu acceptis, quæ videlicet in symbolum condicuntur, quarque instrui singulari solent apparatu; ut dum celebrantur nuptiæ, vel dum amici invitari solent. Quapropter non modo convivari, sed etiam choreas ducere, ludos, joculque cum Iudæis his in circumstantiis exercere vetitum est. Licet vero in eadem taberna cum eisdem manducare; quin ad illorum quoque cauponam divertere licet. Quoniam hæc, & similia familiaritatem non indicant.

VII. In azymorum interdicto id vetat Ecclesia quod iure divino vetitum est de idolothytis, aliisque cibis ad falsam religionem profitendam institutis. Ritu ergo iudaico azymos panes manducare vetitum est. Ceterum edere azyma, ablato scandalo, & potissimum necessitate impellente, ad famem exturandam nullum peccatum est. Idque patet ex plurium Christianorum consuetudine quæ obtinet edendi azymos panes.

VIII. Similiter ingressus in balneum prohibitus est, si fiat die condicta, & tamquam familiares socii Christiani, & Iudæi illuc conveniant. Secus, si casu, & fortuito in balneum Catholicus, & Iudæus sanitatis causa ingrediantur. Tunc enim nulla familiaritas, nullum commercium intervenit.

IX. In quinto, & sexto casu prohibetur accersiri Medicos iudæos ad Christianorum curam, necessitate urgente sublata. Si enim ex Christianis Medici deessent, ac sanitatis grave immineret periculum, tunc licitum esset opera Medicorum ex Iudæis uti. Hac penuria, seu necessitate sublata, usus Iudæorum in sanandis ægrotis catholicis illicitus est. Quid ergo de illis dicendum Catholicis qui ex ingenio, & mera illudente imaginatione, ad proprii corporis curam iudæos Medicos eligunt, tametsi illi ut plurimum veram medendi artem ignorent, pluique illudere imperitis, iucumque facere zoilis, quam restituendæ sanitatis scientiam comparare satagant? Mirandam sane Catholicorum cæcitatem. Inveteratum, ac ardens Iudæorum in Christianos odium omnes experiuntur. Supina reprobæ gentis ignorantia in omni fere scientiarum genere cuique competenti est. Quis ergo ita desipiat, ut privilegium artis, quæ potissimum prudentiæ nititur, rudi ac infami populo adscribat? Quod Iudæorum aliqui quandoque medendi fama pollent, non hinc colligitur vel illos præferendos esse catholicis Medicis, qui communiter Iudæis doctiores sunt, & prudentiores; & quod magnopere notandum, maiori zelo, & sinceriori amore ægrotorum sanitati restituendæ operam navant. Nisi ergo gravis urgeat necessitas, neglectis Iudæis, christiani Medici ad infirmos curandos vocentur: quod potissimum verum habet, si de cura quotidiana infirmorum sermo sit. In consultationibus vero & Medici iudæi sententia audiri licite potest. Ad medicinas quod attinet, contendunt plures in decreto vetitum dumtaxat esse fidelibus, ne permittant sibi a Iudæis medicinas applicari; secus vero has medicinas ab eisdem emere: quia in medicinarum applicatione quardam familiaritas intercedit, ideo vetita est; emptio vero medicinæ nullam prodit familiaritatem: ideo sicut aliarum rerum, sic nec medicinarum emptiones prohibitæ sunt. Quam opinionem defendunt Sanchez, Palaus, Leander, Salmanticenses, & alii. Ceterum contrarium mihi dicendum videtur. Duo quippe in decreto prohibentur, & Medicos iudæos accersere, & medicinis Iudæorum uti. Medicinarum applicatio est ipsa medendi ars, quam in curandis Christianis exercere Hebræus nequit. Alterum quod prohibetur, non est medicinarum applicatio ab ipsa medendi arte haud distincta; sed est medicinarum emptio. Intentio quippe, & verba canonis eo spectant, ut in valetudine mala curanda Christiani Iudæis præferantur tum in medendo, tum in medicinas suppeditando. Quando ergo medicinis æque perfectis Christiani pharmacopoæ, ac Iudæi abundant, ab illis, non ab illis emendæ sunt. Sola itaque necessitas licitam efficere emptionem valet. Quod de Medico iudæo, idem dicendum de Chirurgo est.

X. Acriter Theologi disputant de septimo casu, sit ne in illo vetitum Christianis mulieribus in propriis Iudæorum domibus tantum, aut etiam extra illas, illorum lactare infantes. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* III. *punct.* 4. *num.* 35. Castropalaus *tract.* IV. *disp.* II. *punct.* 9. *n.* 14. & alii contendunt, christianas mulieres in Iudæorum domibus non posse eorumdem filios lactare; extra illas vero domos posse. Siquidem lex pœnalis extendenda non est ad casum in eadem expresse non contentum. Porro nutritio parvulorum Iudæorum in domibus Christianorum expresse prohibita non est; sed tantum in domibus Hebræorum. Accedit quod nutritio extra domos Iudæorum peracta non adfert familiaritatem, nec periculum perversionis. Hæc opinio sua non caret probabilitate.

XI. Probabilior mihi contraria est. Anima siquidem legis est illius finis proximus, & immediatus. Finis autem proximus quem lex intendit, est evitare familiaritatem Christianorum cum Iudæis. Porro sive intra, sive extra Iudæorum domos christianæ nutrices illorum pueros lactent, familiaritas vitari nequit; quamquam maior sit, si in eorumdem domibus nutritio fiat. Parentes siquidem amore filiorum ducti sæpe nutricum domos adeunt, cum eisdem familiare commercium fovent: quin ipsa filiorum consignatio sub cura christianæ nutricis familiaritatis argumentum est. Hanc opinionem docent Azorius *Lib. VIII. cap.* XXII. *quæst.* 12. Angelus *verb.* Iudæus *num.* 4. Sanchez *Lib. II. cap.* XXXI. *n.* 19. Suarez, Trullench, & alii.

XII. Circa octavum, & nonum casum de famulatu & servitute, prohibetur Christianis famulari, & servitutem locare suam tam intra, quam extra proprias Hebræorum domos. Habitare namque extra domum non tollit rationem famulatus. Quin frequens est hæc habitatio extra dominorum domos, vel ob angustiam domorum, vel ob alias rationes. Terras Iudæorum colere non prodit rationem aut famulatus, aut servitutis. Quapropter coloni, operarii, aliique opifices non comprehenduntur sub hac prohibitione, ut cum D. Thoma communiter docent Theologi.

XIII. Institutio Hebræorum in heredes, vel legatarios vetita est, sive hereditas, aut legatum relinquatur universitatibus, vel collegiis, sive personis. Hebræo, vel infideli in extrema necessitate constituto potest aliquid vel legati, vel hereditatis relinqui. Extra hunc necessitatis casum hoc licitum minime est; quamvis Iudæi sint testatoris consanguinei. Catechumeni liberi sunt ab hoc interdicto, quia catholici habentur. In mercatura, aliisque commerciis nulla est prohibitio: quoniam *exceptio firmat regulam in contrarium*. In laudatis casibus solus Pontifex dispensare valet, necessitate quæ moram non patitur, sublata: tunc enim Episcopus dispensare potest.





## CAPUT V.

*De hæresi, & apostasia a fide.*

I. OMnium primum hæresis finitio promenda est, quam exhibet D. Thomas, & Theologi omnes, atque Iurisperiti amplectuntur. Est autem eiusmodi: *Hæresis error est intellectus voluntarius, & pertinax contra aliquam veritatem fidei catholicæ in eo qui fidem recepit.* Antequam datæ definitionis particulas singillatim explicem, hæresis etymologiam paucis prodo. Vox *hæresis* græca est, quæ electionem significat: dicitur ab eligendo, quemadmodum *secta* a sectando, ut inquit Isidorus *Lib. VIII. Etymol. cap.* III. Idcirco subdit Angelicus 2. 2. *quæst.* XI. *art.* 1. *ad* 3. *Hæresis, & secta idem sunt.* Nomina isthæc nullam mali speciem olim præferebant, sed in bonam partem accipiebantur. Inquit enim D. Paulus Act. cap. XXXIV. vers. 14. *Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam quam dicunt hæresim, sic deservio Patri, & Deo meo, credens omnibus quæ in lege, & Prophetis scripta sunt.* Item cap. XXVI. *Quoniam secundum certissimam sectam vestræ religionis vixi Pharisæus.* Temporis decursu, & diffidiis in fidei articulis subortis, communiter Patres, & Doctores in malam partem usurpare cœperunt *hæresis*, & *secta* nomina.

II. Explicandæ nunc sunt exhibitæ definitionis particulæ. *Error intellectus* dicitur: quia sicut fidei assensus certus est in intellectu, licet obscurus; ita assensus falsus fidei contrarius in intellectu residet, vocaturque error. Dicitur *voluntarius*: quoniam sine voluntate peccatum nullum: & quemadmodum a pio voluntatis affectu fidei assensus pendet; sic a perversa voluntatis iniquitate hæresis fidei contraria ortum ducit. Additur *pertinax*: quia cum hæresis electionem significet, requirit obstinatam in errore deliberationem: qui enim deliberate errat, corrigi paratus, hæreticus non est. *In eo qui fidem recepit.* Qui fidem catholicam non suscepit, adversus fidem errat utique; sed error iste infidelem, paganum, aut Iudæum constituit, secus hæreticum. Fidei ergo professio hæresim præcedat necesse est.

III. Quæst. *In quo sita sit hæc pertinacia ad hæresim necessaria?* Resp. Ut quis pertinax in fidei negotio dicatur, requiritur ut sciens, & advertens aliquid deliberate teneat contra Ecclesiam catholicam. Quandoquidem sicut ad fidem veram exigitur ut quis veri-

ratibus revelatis a Deo fidem adhibeat, Ecclesia proponente; ita ad reliciendam hanc fidem auctoritas Ecclesiæ proponentis respuatur oportet. Propositio Ecclesiæ attestantis veritatem aliquam esse a Deo revelatam, necessaria est ad fidem catholicam. Ergo illius auctoritatis Ecclesiæ contemptio requiritur, ut quis dicatur suscepta fidem abjicere, & contrario errori adhærere. Nec tamen necesse est ut errans directe, & expresse velit auctoritati Ecclesiæ reluctari, & se le opponere; sed satis est quod sciens, & advertens aliquid teneat quod cognoscit Ecclesiæ auctoritati adversari. Pertinacia istiusmodi non sumitur pro obstinatione, & cordis obdurations contraria infirmitati; sed accipitur pro deliberatione voluntatis, sive ex infirmitate oriatur, sive ex passionis impetu. Nec mora temporis necessaria est ut quis pertinax, & hæreticus habeatur; sed temporis momento, sicut alia crimina, hæresis flagitium perpetrari valet. Quæ omnia communia sunt.

IV. Quæst. II. *Utrum propositio fidei catholicæ contraria ab ignorante prolata hæretica dicenda sit; quamvis qui illam profert, hæreticus non habeatur?* Resp. Melchior Cano *Lib.* XII. *de l. theol. cap.* VII. satis diffuse hanc versat quæstionem. Et primo argumenta partis adversantis promit, quæ hæc sunt. Nisi propositio fidei contraria hæresis esset, aliqua propositio ab uno asserta hæresis esset, focus si ab alio diceretur: ut si quis sciens Scripturam sacram docere Moysen Judæum esse, assereret esse Ægyptium, hæreticam proferret propositionem; hæretica vero non esset, si rusticus & idiota ignorans illam enuntiaret. Ita fieret ut propositionis natura ab asserente penderet. Accedit quod veritas catholica, ut catholica sit, haud pender ab asserente: a quocumque enim dicatur, catholica est. Ergo & hæresis a quocumque asseratur, hæresis est. Tandem Theologi rogati, sine aliqua propositio hæretica, resolvunt esse, aut non esse, nulla eius qui asserit, habita ratione. Hanc opinionem defendunt Ocamus *I. Part. Dial. Lib. II. cap.* XI. Cardinalis Turrecremata *Lib. IV. part.* II. *cap.* III. Hadrianus *in IV. Gent. quæst.* I. Alphonsus Castro *Lib. I. de iust. hæret. punit. cap.* I.

V. Contrariam sententiam docent D. Thomas I. *Cor. cap.* I. *lect.* IV. Caietanus 2. 2. *quæst.* XI. *art.* I. Plura pro hac opinione congeruntur ab eodem Cano argumenta; sed, ut ipse advertit, nominis potius quam rei controversia est. Paucis ergo expedienda res est. Itaque si hæresis presse, & in vero sensu accipiatur, non est absque pertinacia, & voluntatis malitia. Hæresis porro hæreticum denominat. Propositio autem fidei catholicæ contraria, voce, vel scripto enuntiata, hæretica vocatur ex genere, & obiecto, sicumque hæresis esse solet; ut urina lana dicitur, quia sanitatis signum est. Ceterum sicut urina fallax quandoque signum est, ita propositio interdum ex genere hæretica est, quin ille qui eam protulit, hæreticus sit. Plura occurrunt in Theologia exempla. Concubitus Iacob cum Lia ex obiecto, & genere suo fornicarius fuit; re tamen fornicarius non fuit ob ignorantiæ causam. Brevissime ab hac difficultate se se expediunt scholæ Theologi dicentes præfatam propositionem hæreticam esse *materialiter*, secus *formaliter*. Non ergo quicumque error fidei contrarius hæresis est; sicuti non omnis color albedini adversus, ater est; sed gilvus, glaucus, & pallidus eidem contrarii sunt, imperfecte tamen. Error ergo perfectus, inductus scilicet pertinaciæ, hæresim constituit. Quapropter si fidelium quispiam per inscitiam, quin & flagitiose erret in fidei articulis, contradicit utique fidei, si dialecticorum leges spectentur; immo culpæ quoque reus efficitur: verum nisi vivus, ut dicitur, & videns pereat, hoc est nisi prudens, volensque se a catholico dogmate separet, nec sectam facit, neque hæresim admittit. Quoniam error constituens sectam & hæresim, absolutus & perfectus, nempe pertinaci voluntate partus sit oportet. Ceteri errores a pertinacia seiuncti, sunt informationes, & inchoationes quædam hæreticæ pravitatis, ad cuius speciem indirecte, ut imperfecta ad perfecta, reducuntur, inquit laudatus Cano. Numquam igitur hæresis formalis habetur, nisi ratione assertis habita. Ex his vero solutio patet ad argumenta prioris opinionis. Theologi rogati ut sententiam super aliqua propositione catholicæ veritati contraria ferant, expediunt propositionem ex genere suo talem, & secundum quod ut plurimum accidit, & in exteriori foro illam definiunt. Et quia propositio fidei catholicæ adversa, & ex obiecto hæretica, communiter animum prodit hæreticum, idcirco hæreticos censuram eidem inurunt; quamquam interdum hæretica materialiter sit; frequentissime vero formaliter, si ab homine docto prolata fuerit.

VI. Quæst. III. *Quid de eo sentiendum est qui externus tantum fidem negat?* Resp. Sunt qui affirmant, ut Caietanus 2. 2. *quæst.* XII. *art.* 2. & alii, hunc hæreticorum pœnas incurrere, eo quod Ecclesia non iudicat de internis. Quod confirmari potest exemplo illius qui furatur, & occidit sive animo furandi, & occidendi; & nihilominus pœnis furis, & homicidæ subiacet. Sed communis, & vera sententia negat, præfatum fidelem pœnis in hæreticos constitutis obnoxium esse. Quia hæreticorum pœnæ nonnisi ob hæresis crimen infligi debent. Exterior autem fidei negatio hæresis non est, quia non est error in intellectu. A quolibet ergo Confessario absolvi poterit fidelis qui timore, aut alia ratione victus fidem exterius reiicit, firmam tamen in mente & corde retinet. Argumenta contrariæ opinionis facile resolvuntur. Ecclesia punit eos qui exterius fidem negant: quia in foro exteriori præsumitur talem fidem interius repudiasse: prudenter quippe præsumitur factis animum respondere: idque communiter accidit ut qui exterius recedit a fide, animo quoque & mente ab eadem seiungatur. In foro ergo externo præfatus fidelis excommunicatus reputatur. Furtum, & homicidium actibus externis continuantur. Hæresis vero actus internus intellectualis est. Quare homicida solo externo actu obnoxius est irregularitati. Hæresis vero essentialiter pendet ab actu interno. Si quis tamen exterius fidem negaret, animo favendi hæreticis, tametsi pœnas in hæreticos latas non incurreret, subiaceret tamen excommunicationi latæ in hæreticorum fautores. Similiter qui exterius idolo thus adoleret ex effectu erga idolum, absque tamen mentis errore, licet immunis esset ab excommunicatione lata in apostatas, incurreret tamen ceteras hæreticorum pœnas, præter bonorum publicationem: quia hic, tametsi non esset verus hæreticus, esset tamen verus idololatra, ut docet Bannez 2. 2. *qu.* XI. *art.* 4. *dub.* 2. Aragon. 2. 2. *quæst.* XII. *art.* I. Petrus Ledesma *Tom. II. tract.* I. *cap.* VI. *concl.* 14. Sanchez *Lib. II. cap.* VII. *num.* 10. idque evincunt *quadam extravagantes* Ioannis XXII. si tamen illa nitu recepta sit, ut advertit Sanchez. Si vero non ex affectu erga idolum, sed metu, vel avaritia, aliave causa cultum idolo exhiberet, non incurreret dictam excommunicationem, eo quod verus idololatra non foret.

VII. Quæst. IV. *Utrum dubius in fide hæreticus habendus sit?* Resp. Non leviter controvertuntur super proposita quæstione iurisperiti, & Theologi. Partem siquidem affirmantem plures docent, probantque primo canonis auctoritate. Quoniam *cap.* I. *de hær.* dicitur: *Dubius in fide infidelis est.* Tum D. Augustini testimonium promunt ex Enchirid. cap. XVII. *Quis enim nisi errans malum negat approbare falsa pro veris, aut improbare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis, vel certa pro incertis?* Item Concilium Viennense doctrinam omnem aut temere asserentem, aut vertentem in dubium, quod subitantia animæ rationalis non sit humani corporis forma, tamquam erroneam, ac veritati fidei catholicæ inimicam reprobat. Præterea is qui dubitat, fidem amittit; alioquin infidelis non esset. At fides in baptismo suscepta, nisi per hæresim, non amittitur. Pollremum fidei ratio firmam & constantem certitudinem requirit. Vacillatio autem, & dubitatio, maxime si pertinax sit, fidei firmitudinem corrumpit. Erit ergo, saltem indirecte, fidei contraria, atque adeo hæresis erit. Si enim ex infirmitate, non ex pertinacia quis dubitet, omnium una sententia est, hunc hæreticum non esse. Dicitur namque Matth. XIV. *Modicæ fidei quare dubitasti?* Citari pro hac opinione solent Gabriel *in IV. dist.* XIV. *quæst.* II. *art.* I. *not.* 3. Angelus *verb. Hæresis*. Silvester *verb. Hæres.* I. *qu.* III. Caietanus 2. 2. *qu.* XI. *art.* 2. Castro *Lib. adver. hæres. cap.* X. Corduba *Lib.* I. *qu.* XVII. § 7. Valentia 2. 2. *disp.* I. *qu.* XI. *punct.* I. *diff.* I. Aurorius *Lib.* VIII. *cap.* IX. *quæst.* V. & alii plures.

VIII. Negat altera sententia, plurimorum Doctorum suffragio nixa, dubium in fide hæreticum esse. Quod evincunt primo auctoritate Augustini qui *Lib.* I. *de utilitate credendi cap.* I. inquit: *Hæreticus est qui falsas opiniones vel gignit, vel sequitur.* Porro qui dubitat, nec alterutram quæstionis partem sequitur, neque falsas opiniones gignit. D. Hieronymus in *cap.* V. *Epist. ad Galat.* docet hæresim ab electione dici, illumque esse hæreticum, qui sibi eligit disciplinam quam putat esse meliorem. D. Thomas I. *ad Corinth. cap.* XI. *lect.* IV. refert hanc Hieronymi auctoritatem, dein sic concludit: *Electio firmam importat inhæsionem; & ideo hæreticus dicitur qui pertinaciter propriam errorem sectatur.* Rationibus autem hanc firmant sententiam. Nam hæresis contrarie opponitur fidei, secus per negationem, aut privationem. At dubitatio, cum nec habeat assensum, nec dissensum, contrarie fidei non adversatur. Ergo dubitatio non est hæresis. Præterea hæresis est error fidei contrarius. Error autem assensus est, vel dissensus falsi. Cum ergo hæsitatio nec assensus, nec dissensus sit, nec hæresis quidem est. Denique dubitatio me-

dium quoddam est inter duas extremas controversiarum partes. Fides vero, & hæresis duo sunt extrema summopere pugnantia. Dubitatio igitur quæ inter dogma hæreticum & veritatem catholicam intermedia est, non est hæresis, sed illius particeps, atque vicina. Hæc sunt argumenta, concludit laudatus Cano, quibus Auctores sane nobiles confirmant sententiam.

IX. Prioris sententiæ argumenta facile resolvunt. Ad auctoritatem canonis statuentis dubium in fide infidelem esse, respondent, infidelitatem tripliciter accipi: uno modo negative, ut accidit illis qui nihil de fide audierunt: secundo modo contrarie, quando scilicet quis susceptæ fidei repugnat: tertio cum quis inter duas partes fluctuat, vacillatque, nec fidei veritati, nec errori contrario inhærens. Dubius autem in fide, hoc tertio modo infidelis est, non secundo, qui proprie fidei opponitur, hæresimque constituit. Testus ergo laudatus non evincit, dubium in fide esse hæreticum vere talem, sed iuris tantum fictione illum esse. Porro Stephanus Papa, cuius est decretum illud, voluit tantum hoc laudato canone docere, quibus testibus habenda fides sit, & illos a ferendo testimonio reiicit qui aut fidem ignorant, aut dubii in fide sunt: sive enim fidei veritates ignorent, sive de eisdem dubitent, indigni sunt ut in fidei controversiis testificentur. Ad auctoritatem Augustini subdunt, tunc illum errare qui certa pro incertis, aut e contrario habet, si aut affirmet incerta esse illa quæ certa sunt, aut neget esse certa quæ certa sunt. Error enim propositio falsa est, verbo sive affirmato, sive negato. Qui ergo nihil aut affirmat, aut negat, errare nequit: nisi ille dicatur errare qui scopum non attingit, cum sagittam quidem non eiicit, collineaturus tamen, si eiecisset. Ad Concilium Viennense dicitur, illud utique reprobare omnem doctrinam sive asserentem, sive vertentem in dubium, animam rationalem esse formam corporis. Verum ne quis putaret dubium & assertionem eodem gradu, & loco habenda esse, subiungit: *Definientes, quod quisquis deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumpserit, quod anima rationalis non sit forma corporis humani, tamquam hæreticus sit censendus.* Neque existimandum, inquit Canus, Concilium sine causa præter-misisse eos qui in dubium verterent. Doctrina itaque illa quæ in dubium vertit catholicas veritates, inimica est fidei christianæ non consummate, & perfecte, sed imperfecte, & inchoato.

X. Ut ultimum argumentum solvam, quid ipse sentiam, exponam. Est primo dissidium quod inter Auctores apparet, de nomine potius quam de re mihi videtur. Nam convenit inter eos, dubium ex fragilitate ortum hæresim non sapere. De isto ergo dubio pertinaci quæstio est. De hoc dubio laudatus Cano loquens subdit: Si metaphysicas leges inspicio, neque hoc dubium constituere formalem hæreticum aiserо. Quoniam dubium neque speciem habet, neque formam, sed quid medium est. Non ergo contrarium fidei est. Quæ enim contraria proprie sunt, ea duas esse formas maxime repugnantes constat. At si moralis Philosophiæ leges sequimur, quæ in id spectat quod frequentissimum est; incredibile est hominem pertinaciter dubitantem nullum habere errorem fidei contrarium. Clarius ergo rem expediam. Admissa hypothesi, quod intellectus pendulus maneat, & anceps, nullumque assensum, vel dissensum eliciat, certum est hunc non esse vere, & proprie hæreticum ob ea quæ dicta sunt. Verum quia reipla contingere vix potest ut homo pertinaciter dubitet, quin aliquod iudicium reflexum ferat quo iudicet res fidei dubias esse, idcirco in praxi hæretici communiter sunt illi omnes qui pertinaci animo in rebus fidei dubitant: & merito Theologi, Iurisperiti, Iudiceique ecclesiastici tamquam hæreticos eiusmodi iudicant. Addit Canus fidem amitti non modo per hæresim, sed etiam per dubitationem, sicuti colorem album expellit non modo ater, sed etiam gilvus, & glaucus. Quamvis, ut dixi, vix in praxi dubitatio pertinax ab errore infuncta occurrit, seu a iudicio quo intellectus adversus fidei veritates sententiam ferat.

XI. Qui dubitat ob difficultates quæ in fidei articulis inlunguntur, atque harum difficultatum pondere pressus, inclinat in assensionem intellectus, peccat adversus fidem: quia dum deliberate assensum sublbet, eo ipso approbat difficultatum momenta contra fidem quam suo ratiocinio meriri audet. Si vero intellectum ideo abstrahit a rerum fidei contemplatione, ut defatigationem, laborem, ac molestiam evitet, se sequa a periculo pertinaciter dubitandi indicat, nullo modo peccat; hæc si quidem dubitatio ex infirmitate, ac imbecillitate oritur. Quandoque tamen, potissimum si tentatio gravis sit, urget præceptum eliciendi fidei actum: & sane fecurior via est, ingruente limili fluctuatione, actu fidei expresso veluti sacra an-



anchora intellectum firmare. Inspicienda tamen est dubitantium indoles. Nam si qui dubitationi obnoxius est, scrupulis angatur; rune satius erit alio intellectum divertere, dubitationisque flocci facere, & contemnere; quemadmodum spernendæ omnino sunt tentationes blasphemandi Deum, Sanctosque conviciandi: his namque suggestionibus non raro dæmon animas Deo caras vexat, torquetque; cum opus minime habeat hæc, & similia flagitiosis, iceleisisque hominibus suggerere; sua quippe sponte illi tanctum Dei nomen profanant, polluuntque, Sanctorumque honorem conviciis proficindunt. Ex quibus colliges, ad hæresis rationem necessariam esse particulam in eiusdem finitione positam, nempe *voluntarietas*.

XII. Qui deliberate dubitat ob difficultates quæ sibi occurrunt, paratus corrigi, si rationes sibi congruæ proponantur quibus suis difficultatibus fiat latis, iecus vero ob auctoritatem Ecclesiæ similes difficultates reiicientis, hæreticus habendus est. Non enim hic credit ob Dei, & Ecclesiæ auctoritatem, sed proprio suo ratiocinio nixus. Fidelis autem proprium est captivare intellectum in obsequium fidei.

XIII. Quæst. V. *Sit ne hæreticus qui privatæ revelationi divinæ dissentit, aut qui propositionem theologicam proxime ex propositione de fide deductam negat?* Resp. Non convenit inter Theologos, quin acriter dissident super quæstionibus propositis. Ad primam quod attinet, Corduba, Lorca, Vivaldus, aliique contendunt, hæreticum non esse qui revelationi sibi factæ a Deo, quamque divinam esse putat, fidem denegat, eidemque resistit: quoniam, inquiunt, hic non sese opponit veritatibus divinis ab Ecclesia propositis. Alii contra instituent, hunc hæreticorum crimen incurrere, eo quod fidem negat primæ veritati. Res tanti non est ut fusius eam pertractem; potissimum quod de nomine potius quam de re dissidium sit. Breviter ergo dicam, mihi in tenui hunc hæreticorum maximum esse: quoniam ratio formalis fidei est divina revelatio, quæ obscura cum sit, visibili Ecclesiæ organo nobis proponitur. Porro si ipsa revelatio suo proprio lumine spectabilem se afferat, si Deus ipse Ecclesiæ proponentis conditionem supplet: quis dixerit gravissimum consummatæ hæreleos scelus non perpetrare illum qui Deo sic revelanti veritatem fidem non adhibeat? Quid? Hæreticus est qui Ecclesiæ resistit; iecus qui Deo ipsi reluctatur, si propter Deum Ecclesiæ credimus? Opus non esset Ecclesiæ, si Deus se ipse vellet humano, & sensibili modo suas veritates manifestare, ut contigit, cum Christus carne indutus humana, cælestia dogmata explicuit. Non est ergo ambigendum quin hæreticus habendus sit qui convincitur Deo sibi revelanti fidem non adhibere. Accedit quod qui divinæ sibi factæ revelationi resistit, eo ipso Ecclesiæ auctoritatem contemnit. Quomodo enim Ecclesiæ credere poterit qui Deo, fidem adhibendam Ecclesiæ suæ iubenti, fidem denegat?

XIV. De altera propositæ quæstionis parte similiter Theologi dissident. Canus *Lib.* XII. *cap.* VIII. Valentia 2. 2. *quæst.* XI. *punct.* 1. Bonacina *disp.* II. *de cons. quæst.* v. *num.* 5. hæreticum esse contendunt qui theologicæ veritati immediate ex propositione de fide elicitæ reluctatur. Contra negant alii plures. Et hoc dissidium nominis potius quam rei est. Quippe si metaphysicis legibus inhæreamus, utique hæreticus non est qui propositionem duntaxat theologicam reiicit. Ceterum si moralis Theologiæ præceptis inspiciantur, quæ id considerant quod communiter accidit, hæreticus habendus est qui propositionem theologicam, suapte natura fluentem ex propositione de fide, alpernatur. Tanta siquidem connexio inter utramque propositionem est, ut vix possit qui alteram negat, alteram affirmare. Qui enim Christum hominem fatetur, qua ratione nisibilem negare audit, & contra?

XV. Quæst. VI. *Est ne pertinax, & hæreticus qui Episcopo proponenti res fidei non assentitur, existimans se Ecclesiæ non contradicere?* Resp. Adfirmantem sententiam defendunt Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* III. *punct.* 5. §. 2. *num.* 50. Castropalaus *tract.* IV. *disp.* III. *punct.* 2. *n.* 6. Lugo *disp.* X. *sect.* V. *num.* 160. aliique plures, quos ipsi laudant, probantque. Qui veritatibus fidei sibi latis propositis resistit, hæresis reus evadit. Porro cum Episcopus, Inquisitor, aliique Doctores fidei mysteria proponunt, sufficiens est earumdem veritatum propositio. Tenetur ergo fidelis eisdem assentiri. Praterea cum fides per Episcopos, Inquisitores, aliosque Doctores declaratur, Ecclesia ipsa per horice suos ministros eam declarat. Raro quippe Ecclesia seipsa fidelibus credenda denuntiat; sed utitur ministrorum ope. Accedit quod qui veritatibus ab Episcopo, & fidei Quæstionibus propositis dissentit, in foro exteriori ut hæreticus pœnas luit: er-

go & in foro interiori pro hæretico habendus est, quia forum externus interiori cohæret.

XVI. Altera sententia negat, quempiam hæresim incurrere ob hoc quod Episcopo, vel Inquisitori proponentibus fidei articulos fidem adhibere recusat. Hunc tamen peccare concedit plus, minusve, pront maior, aut minor illius temeritas, & pertinacia fuerit. Hanc secundam sententiam tuetur Canus *Lib. XII. de loc. theol. cap.* VIII. Valentia 2. 2. *disp.* 1. *quæst.* XI. *punct.* 1. *diff.* 4. Vasquez 1. 2. *quæst.* LXXVI. *disp.* CCXXVI. *cap.* III. *num.* 7. Sanchez *Lib. II. cap.* VII. *num.* 25. Sayrus *Tom. I. Lib. III. cap.* IV. *num.* 17. & alii. Hæc sententia mihi probabilior est, & si vero in sensu explicetur, unice vera, & a nemine neganda.

XVII. Nemo inficias ire ausit, quemlibet Episcopum, quemque Inquisitorem errori obnoxium esse. Sola quippe Ecclesia, solus Romanus Pontifex ex cathedra loquens nec fallere, nec falli potest. Qua ergo ratione hæreticus dicendus ille est qui sive Episcopis, sive Inquisitoribus, quos vocant, fidem adhibere recusaverit? Quæ ratio ut clarior fiat, & ut paralogismum, quo contraria laborat opinio, tollatur, considerandum occurrit; num Episcopi voce Ecclesiæ loquantur, & ut Ecclesiæ præcones ab eo qui audit habeantur; aut tamquam Doctores, & privati Pastores res credendas proponant. Si is qui Episcopum res fidei explicantem audit, existimat eum doctrinam Ecclesiæ catholicæ proponere, ac voce Ecclesiæ loqui, & nihilominus fidem adhibere recusat; hoc in casu nemo est qui ambigere iure possit hanc hæreticum esse. Contra si Episcopum ut privatum Pastorem, atque Doctorem habet, si eidem fidei dogmata edisserenti credere renuit, peccare utique audaciæ, & temeritatis potest, hæresis sane non potest: quoniam Episcopo sic loquenti dum contradicit, Ecclesiæ catholicæ se minime contravenire existimat. Quare admiratio quædam animum subit, Salmanticenses, viros alioquin acutos, in ipso quæstionis titulo proponere, fidelem hunc, dum contradicit Episcopo, *existimare se in hoc non contravenire Ecclesiæ*. Et tamen constituunt hunc hæreticum esse. Quod sane non cohæret cum iis quæ paulo ante de pertinacia docent, videlicet pertinaciæ notionem in eo sitam esse, quod quis sciens, & prudens ab ea veritate recedat quam definitam esse ab Ecclesia cognoscit. Itaque, ut iusta hæresis feratur censura, præ oculis habenda pertinacia est quæ ad hæresim constituendam necessario requiritur. Porro dictum supra, repetendumque nunc est, hæresim mentis assensu perfici ex voluntatis consensione in eo qui rem quam credere renuit, cognoscit esse catholicam veritatem: ergo & infidelitas intellectus dissensu perficitur in eo qui rem cui assentit, cognoscit esse contra Ecclesiæ communem fidem, ut post Caietanum optime advertit laudatus Cano. Contrariorum enim contrarias oportet esse notiones. Pertinax autem, si vel ipsam nominis notionem inspiciamus, is est qui plus nimio in propria sententia hæret. At qui opinionem suam intelligat communi Ecclesiæ sensui, & fidei repugnare, atque in ea perstat nimis, profecto in illa perseverat. Vere igitur est pertinax. Immo hæc sola consummata pertinacia est, quæ absolute cum fidei constantia pugnat; atque adeo sola ea simpliciter hæresim conficit. Hinc colliges, quam falsa sit hæresis definitio quam Clarissimus Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus in sua Eloquentia Italica tradit *pag.* 367. his verbis italicis; *L' essere eretico appunto consiste in dire eresie con la persuasione di non dirle, ma bensì di proferire verità cattoliche.* Quæ verba sic latine redduntur: *Hæreticus notio in eo scilicet sita est, ut quis hæreses proferat, persuasum habens se hæreses minime proferre, sed catholicas veritates.* Si hoc verum foret, quis certus esse posset se hæreticum non esse? Cuique enim excidere verbum valet reipsa adversum catholicæ doctrinæ, quod eidem consentaneum existimet. In obsequium tamen eruditissimi viri cuius familiaritate, atque amicitiæ honore frui mihi licuit, id forsitan ille intellectum voluit, hæreticos nempe proferre hæreses quas Romanæ Ecclesiæ agnoscunt contrarias; existimant tamen veritates catholicas enuntiare, quod errare posse Ecclesiam impudentissime docent. Quo in sensu Lutherus, Calvinus crecitatis pœna percussi, aliique hæresiarchæ sciebant dogmata sua Romanæ doctrinæ adversari; putabant tamen, seu verius dicam, iactabant saltem extrinsecus, se veritates catholicas prædicare.

XVIII. Ad argumenta quæ opponunt Salmanticenses cum aliis, ex dictis responsio patet. Laborant siquidem aperta fallacia. Nam verum est Ecclesiam per Episcopos, fideique Quæsitores, aliosque Doctores credenda proponere. Qui his contradicit, Ecclesiæ reluctatur. Distinguendum est. Si qui fidem illis adhibere recusat, existimat illos prædicare doctrinam Ecclesiæ catholicæ, & non propria sensa promere; tunc certum omnibus est hunc hæreseos crimine inhici. Quippe hoc in casu hic agnoscit, auctoritati Ecclesiæ se se opponere. Laudati tamen Auctores suam quæstionem huic sensui non illigant, immo in ipsius quæstionis titulo loco positionis constituunt, quod qui resilit Episcopo, *existimet se in hoc Ecclesiæ non contravenire*. Si vero fidem adhibere recusat Episcopis, & Inquisitoribus, existimans eos Ecclesiæ voce non loqui, nec doctrinam Ecclesiæ evulgare, licet ministri eius sint, hæresim non incurrit, si fidem illis deneget. Quoniam qui hac ratione eis reluctatur, minime existimat se cum Ecclesia catholica pugnare: atque adeo deest pertinacia quæ ad hæresis crimen perpetrandum necessaria est. Hac sola distinctione, seu explicatione notitiæ sententiæ, omnia adversariorum obiecta resolvuntur.

XIX. Quæst. VII. *Esset ne formaliter hæreticus catechumenus, qui aliquos fidei articulos negaret?* Resp. Affirmant Suarez, Bannez, Azorius, Palaus, Tapia, Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* III. *punct.* 5. *num.* 52. aliique, qui laudantur ab iisdem. Quoniam, inquiunt, hæresis in hoc sita est, quod veritati alicui revelatæ quis dissentiat. Sed ante baptismi susceptionem æque resistere quis potest veritati divinæ, ac post. Ergo ad hæresim incurrendam susceptio non requiritur baptismi. Idque patet in catechumeno qui vere in Christum credit, tametsi tinctus sacro lavacro non sit.

XX. Contrariam sententiam defendunt Caietanus, Toletus, Aragonius, Hugolinus, Sayrus, & alii. Si Theologorum spectetur auctoritas, utraque opinio sua fruitur probabilitate. Si notio hæresis penitius consideretur, probabilior mihi est secunda opinio. Nam ultima particula definitionis hæresis hæc est, *in eo qui fidem recepit*. Porro qui aqua baptismatis ablutus non est, fidei christianæ professionem non emisit; neque in Catholicorum censum perscriptus est. Quamquam igitur catechumenus interius in Christum credat, dici tamen nequit quod fidem Christi professus sit, eamque receperit; sed solum in via est ad illam recipiendam. Verum utique est quod si credit, fidem habet; sed particula *in eo qui fidem recepit*, sensum prodit de eo qui christianam religionem professus est. Quemadmodum qui tyrocinium ponit in aliqua religione, & ab eadem, antequam profiteatur, recedit, a nemine pro apostata habetur. Cur ergo tyro christianæ religionis apostata, vel hæreticus proprie, & formaliter dicendus est, si antequam catholicæ religionis professionem edat, ab eadem recedit, aut aliquos articulos deneget?



XXI. Ad contrariæ sententiæ argumenta facilis responsio est, & utraque opinio conciliari valet. Et primo falsum est in eo hæresis malitiam sitam esse, quod quis veritati divinæ revelatæ resistat: alioquin omnes pagani essent hæretici. Idque patet ex recensita ultima particula in hæresis finitione posita. Catechumenus, inquis, non est infidelis, qui nullo modo fidem recepit, nec Iudæus: ergo hæreticus, cum tantum sint tres infidelitatis species. Resp. Communis Theologorum doctrina est, dupliciter peccatum aliquod in genere collocari, & in specie. Uno modo, inquiunt, formaliter, & directe; altro modo materialiter, & reductive. Hoc secundo modo Dialectici materiam in prædicamento substantiæ, punctum in genere quantitatis, embryonem in specie animantis, cuius gratia a natura paratur, ponunt. Idem in deliranda peccatorum specie actidit. Dicimus ergo, catechumenum fidei catholicæ resistentem, hæreticum esse reductive. Quapropter in ipso quæsitionis titulo propositum fuit: sitne dicendus hæreticus *formaliter*: quoniam in hoc difficultas veritur. Dicimus ergo unanimi consensione, catechumenum ante solemnem fidei catholicæ professionem, si eidem fidei resistat, hæreticum esse initiative, & reductive; secus formaliter, & completo. Quod adeo verum est, ut is, si a fide recedat, in nullius sententia hæreticorum pœnis subiaceat; cum excommunicationis capax non sit, neque Ecclesiæ iurisdictioni subiectus. Fit quippe Ecclesiæ membrum professione in baptismate emissa. Sententia sic explicata mihi probabilior, & verior est.

XXII. Quid de eo dicendum qui ficte baptismum suscepit? Ecclesia fictionis ignara eum ceu hæreticum damnat. Ceterum vere, & proprie, seu formaliter hæreticus non est: quia reipsa fidei christianæ professionem non edidit, quando baptisma irritum fuit.

XXIII. Maior difficultas de illis est qui sincera voluntate ad sacrum lavacrum accessere, & defectu seu legitimæ materiæ, seu intentionis ministri baptismus irritus fuit; & nihilominus se se tamquam veros Catholicos gesserunt, putantes se vere baptizatos

esse. Affirmant laudari Salmanticenses cum pluribus aliis. Verum ex iis quæ dicta sunt, non esse veros, & formaliter hæreticos colligitur. Quoniam revera baptizati non fuerunt, atque adeo fidei professionem solemni ritu non edidere. Quare nec excommunicationem, nec alias hæreticorum pœnas incurrunt. Aliqui tamen docent, posse Ecclesiam ejusmodi cogere ad baptismum suscipiendum, eo quod ex parte sua illum susceperint. Ita Sayrus, Sanchez, Henriquez, & alii.

XXIV. Verum contrarium mihi dicendum videtur. Quoniam, quando contractus nullus ex quocumque defectu est, una pars vi talis contractus ius in alteram minime acquirit. Porro Ecclesia vi ficti baptismi nullum ius adipiscitur in eum qui tali baptismo tinctus est. Ergo nequit eum cogere ad baptismum denuo suscipiendum. Solos quippe subditos Ecclesia cogere valet ad ea præstanda quæ fidei christianæ sunt. Fides autem baptizatus non est, nec fuit subditus Ecclesiæ catholicæ. Quare concludendum est neminem posse ab Ecclesia posse ut hæreticum, qui prius baptismatis sacramento eiusdem Ecclesiæ membrum non evaserit, & ab eiusdem corpore per hæresim se seiunxerit. Quæ resultio est ipsius Concilii Tridentini confirmantis ea quæ hactenus dicta a nobis sunt. *Cum Ecclesia* (inquit sacra Synodus sess. XIV. cap. II.) *in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per baptismum tanquam fidei ingressus. Quid enim mihi, inquit Apostolus, de his qui foris sunt, iudicare?* Quæ tamen intelligenda sunt, quando constat iuridice non esse baptizatum. Nam si quis publice baptismum susciperet, licet interna fictione illum respueret, Ecclesia fictionis ignara præsumeret vere hunc baptizatum esse: idcirco eum tamquam hæreticum puniret, si in hæresim incideret.

XXV. Quæst. VIII. *Quid sit apostasia, & an specie differat ab hæresi?* Resp. Apostasiæ finitio hæc est, quæ ex D. Thoma colligitur 2. 2. quæst. XII. art. 1. *Apostasia est recessus hominis baptizati a tota fide*. Hinc colligitur, apostatam ab hæretico discrepare, quod hic aliquam evangelicam veritatem sciens impudenique denegans, plures alias admittit, atque Christum, cuiusque Religionem se profiteri tactat; ille universe christianæ legi, atque Christo eiusdem auctori nuntium remittit. Hæc est vera, & potissima apostasia. Apostatæ quoque vocantur qui retrocedunt ab Ordine, a Religione quam professi sunt. Non eo ipso tamen a Deo recedunt, sicut contra qui a fide christiana desciscunt, a sacris quoque ordinibus discedunt, & duplici reatu inficiuntur.

XXVI. Dissident Theologi, differat ne specie apostasia ab hæresi. Negant Bannez, Valentia, Aragon, Sanchez, Salmanticenses *tract. XXI. cap. III. punct. 3. num. 58.* Affirmant Turrecremata *Lib. V. Summ. part. II. cap. XIII.* Sylvester verbo *Hæresis*, Canus *de loc. theol. Lib. XII. cap. VIII.* Quæstio potius nominis quam rei est. Si D. Thomæ mens spectetur, hæc secunda sententia verior est. Quippe apostasia morum quemdam importat discedentis a fide. Motus autem non habet speciem a termino a quo, sed a termino ad quem. Cum ergo apostata ad Iudæorum superstitionem, & errorem accedit, iudaicæ infidelitatis reus est: si ad paganismum desiecit, paganicæ infidelitatis culpam contrahit. Textus quem Salmanticenses pro sua opinione afferunt ex D. Thoma 2. 2. *q. XII. art. 1. ad 3.* illis non favet, sed aperte officit. Dicit ergo Angelicus: *Unde apostasia non importat determinatam speciem infidelitatis, sed quamdam circumstantiam aggravantem.* Huius textus genuinus significatus est, apostasiam nullam præferre determinatam infidelitatis speciem; sed ad eam revocari ad quam apostata accedit. Ex eo enim quod a fide christiana recedit, speciem non habet, ut ait Angelicus, sed solum circumstantiam quamdam aggravantem iniquitatis. Meinus quippe erat illi non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti. Hæc clara sunt, & perspicua. Hæresis in definita infidelitatis specie collocatur. Si ergo Angelicus conceptis verbis ait, apostasiam non constituere peculiarem speciem intra genus infidelitatis, compertum est hæresim specie distingui ab apostasia. Sed levioris negotii quæstio est, quam ut longiorem illius discussione terminum effundamus. Si plura cupis, consule Canum *loc. cit.*

XXVII. Quæst. IX. *Princeps propter apostasiam a fide amittit ne dominium in subditos?* Resp. Integrum articulum super hac quæstione D. Thomas instituit 2. 2. *q. XII. art. 2.* ubi evincit, Principem apostatam amittere propter apostasiam a fide dominium in subditos, simul atque Ecclesia excommunicatum denuntiavit ob tale crimen. *Quia*, inquit, *homo apostata pravo exemplo malefactor malum, & turgita seminat, intendens homines separare a fide: & ideo quam cito aliquis per sententiam denuntiatur excommunicatus propter apostasiam a fide, ipso facto eius subditi sunt absoluti a dominio eius, & iuramento fidelitatis, quo ei tenebantur.* Ad argumenta quæ opponi solent petita ex dominio infidelium Principum, & ipsius Iuliani apostatæ in Christianos subditos, respondet, aliam esse rationem quæ favet illis Principibus qui nunquam fidem susceperunt, ab ea quæ adversatur apostatis a fide susceptæ. Quoniam ad Ecclesiam non pertinet punire eos qui foris sunt; sed contra iure punire valet eos qui fidem susceperunt. Ad id quod de Iuliano dicitur, respondet, *quod illo tempore Ecclesia in sui novitate nondum habebat potestatem terrenos Principes compescendi: & ideo toleravit, fideles Iuliano apostatæ obedire in his quæ nondum erant contra fidem, ut maius periculum fidei vitaretur.*



## CAPUT VI.

### *Quotuplex sit hæresis, & quæ pœna.*

I. PRima hæresis partitio in *formalem* est, & *materialem*. Hæresis formalis iam supra finitionem dedimus. Ea siquidem est, cum quis prudens, & sciens veritati alicui catholicæ cum pertinacia resistit. Iuvat hic clarius explicare particulam *scientia* requisitæ ad hæresim formalem, cum scilicet ignorantia crassa, & affectata satis sit ne quis in hæresim incidat. Dicimus ergo ad hæreticæ culpam contrahendam ita necessariam esse scientiam, qua quis advertat se catholicæ Ecclesiæ auctoritati resistere, dum aliquam revelatam veritatem negat, ut ignorantia etiam crassa ab hac culpa excuset. Quamvis ergo quispiam ignorans aliquam veritatem dogma esse catholicum, admonitus ab Episcopo, aliisque viris doctis persistat in suo errore tali dogmati contrario; adhuc tamen hæreticus notam non contrahit. Insolens utique, audax, præceps, contumax, sapiens hæresim, & quid aliud simile compellari poterit; hæreticus vero non poterit. Quoniam pertinacia eius nondum cum fide catholica, & Ecclesiæ auctoritate pugnat. Illius reluctatio, & obstinata ignorantia peccatum est, maxime post admonitionem Episcopi, aliorumve Doctorum: quodque peccatum ad hæresim reduci utique potest, seu erit reductive hæresis; secus formaliter, & complete. Hanc sententiam defendunt Canus, Bannez, Toletus, Vasquez, Sanchez, aliique plurimi. Quid vero de ignorantia affectata dicendum? Excusat ne etiam ista ab hæresis nota? Negat Canus cum aliis, ignorantiam affectatam ab hæresi excusare. Affirmant Bannez, Ledesma, Azorius, aliique. Optime Vasquez *t. 2. q. LXXVI. art. 3. disp. CXXVI. c. II.* distinctione utitur. Qui suum affectat errorem ex auctoritatis Ecclesiæ contemptione, hic dubio procul hæreticus est. Idem dicendum, si errorem affectet ob finem liberius vivendi: quia in amore illius pravæ libertatis includitur recessus ab ipsa Ecclesiæ auctoritate, & pertinacia, qua hic affectans errorem fruitur, renuit sese subiicere eidem Ecclesiæ. Si quis vero ignorantiam affectaret ex negligentia & tædio addiscendi veritatem catholicam, is hæreticus dicendus non esset: quia tum pertinacia adversus Ecclesiam deesset, quin potius adesset animi præparatio ad correctionem. Et hæc opinio mihi probabilior est. Ad hæresis partitionem nunc revertamur.

II. Hæresis *materialis* est cum quis aliquid contra fidem credit, aut profert, ignorans illud ad fidem pertinere. Si ignorantia sit invincibilis, hæresis materialis est sine culpa; si vincibilis cum culpa, dummodo non sit affectata modo iam explicato. Hæresis quoque materialis est cum quis propositionem aliquam fidei contrariam exterius pronuntiat, absque tamen assensu interno. Aliqui hæresim formalem distinguunt ab objectiva. Illam dicunt esse actum quo hæreticus renuit assentiri veritati catholicæ; hanc obiectum ipsum quod falso quis credit. Sed superflua videtur divisio hæc. Tribuitur secundo hæresis in *mentalem*, seu *pure internam*, atque *in utramque*, *internam* nempe *simul*, & *externam*. Hæresis mentalis, seu interna, ea est quæ ita intra animum, mentemque sistit, ut nullo signo exteriori manifestetur. Tunc vero externa evadit simul, & interna, quando aliquo signo exteriori palam fit, ita ut ab iis qui adsunt, cognosci valeat. Ad hæresim quippe externam satis est ut manifestetur signo exteriori, quod suapte natura aptum est eam patefacere. Datur denique hæresis mere externa (si tamen hæresis iure appellari possit) quæ tunc est cum quis aliquam veritatem catholicam externis tantum verbis negat, aut falsam fectam signo, vestæ, aut facto profitetur, seu potius simulat. Huiusmodi hæretici coram Deo neque hæresim formalem contrahunt, nec excommunicationem incurrunt, sed tantum peccant contra præceptum con-

confessionis fidei. In foro tamen exteriori Ecclesiæ pro hæreticis, & excommunicatis habentur. Rursus hæresis formalis interna simul, & externa dividitur in eam quæ est *manifesta per se*, quæ etiam *publica* dici solet, quæ non modo signo, verboque manifestata est, sed etiam coram pluribus videntibus, & audientibus prolata est; & in eam quæ *occulta per accidens* est, quæ etiam *privata* dici potest: quæ licet verbo, aut signo manifestata sit, sinque vete externa; tamen hoc evenit nemine vidente, aut audiente. Denique dividitur in *affirmativam*, & *negativam*: illa est dum quis errorem contra fidem in mente conceptum libere palam verbo, signove coram omnibus profitetur; hæc est cum quis de hæresi iuridice convictus, hæresim hanc suam fateri pertinaciter recusat, immo exterius fidem catholicam profitetur.

III. Duo sunt pœnarum genera in hæreticos constituta, Primum spiritualium, alterum temporalium. Prima spiritualis pœna est excommunicatio, ut colligitur ex *cap.* Quicumque *de hæreticis, in 6. & cap.* Noverit *de sentent. excommunicationis*, ubi lata, non ferenda, declaratur; quamquam olim tantum ferenda fuisset, ut colligitur ex *cap.* Si quis Episcopus, *1. q.* VII. Hæc pœna non divini, sed ecclesiastici iuris est, ut communis fert opinio.

IV. Secunda pœna in hæreticos lata irregularitas est, ut colligitur ex *cap.* Nos consuetudinem *dist.* XII. & *ex cap.* Conveniebantibus *1. quæst.* VI. Tertia pœna est privatio potestatis spiritualis in illis qui sacris ordinibus sunt insigniti. Hæc itaque pœna non ordinem aufert, sed usum licitum illius interdicit. Id colligitur ex *v.* Arianos *1. quæst. 1. cap.* Conveniebantibus, *& cap.* Si quis voluerit *1. quæst.* VII. Quarta pœna spiritualis est privatio dignitatum, beneficiorum, atque ad ea in posterum obtinenda inhabilitas, ut habetur in *cap.* Quo iure *distinct.* VIII. & alibi. Quinta est privatio sepulturæ, ut colligitur ex *cap.* Quicumque *de hæreticis, in 6.* Neque ad hanc pœnam incurrendam requiritur quod sint expresse denunciati; sed late est quod publice in hæresi mortem occumbant; quin illi ipsi excommunicationi obnoxii sunt, qui notos hæreticos sepultura donant.

V. Temporalium pœnarum princeps est, omnium bonorum quæ hæretici sunt, confiscatio, ut patet ex *leg.* Manicharos *cod. de hæreticis*. Nemo tamen huic pœnæ ante latam sententiam subiacet. Secunda est infamia qua hæretici indigni quocumque honore, dignitate, & officio evadunt, ut patet ex *cap.* Infames *q. 1. cap.* Statutum II. *de hæretic. in 6.* Ilius infamiæ hæreticorum quoque filii rei fiunt, ut patet ex *cap.* Statutum *de hæretic. in 6.*

VI. Prolixam instituit quæstionem P. Sanchez super pœnis filiorum qui a parentibus reis læsæ maiestatis divinæ, vel humanæ progeniti sunt. Quæritque, utrum obnoxii sint eiusmodi filii pœnis in eosdem statutis, si geniti sint ante parentum crimen: & hanc quæstionem celeberrimam vocat, eamque fusiore calamo versat *Lib. II. c.* XXVII. *a. n.* 5. Primo recenset argumenta sententiæ adstruentis, quæ eiusmodi sunt. Ratio constituendi pœnas in filios progenitos a parentibus maiestatis divinæ, aut humanæ reis, non est aliqua sanguinis parentum infectio, qua virus iniquitatis derivetur in filios. Nec parentes rei læsæ maiestatis peccatum proprium transfundunt in filios. Quin si ratio sanguinis spectetur, plus iniquitatis a matre quam a patre filius participaret. Accedit quod ratio potissima constituendi pœnas debitas parentibus in filios, est præsumptio quod filii parentum mores sint imitaturi. Frequens quippe est tales fore filios quales parentes; quod pluribus argumentis evincit Tiraquellus *Lib. VII. connubiali par.* VII. *gloss.* 1. & D. Ioannes Chrysostomus *hom.* XXV. *in Matth.* D. Gregorius Nazianzenus carmine ad Nicobolum:

*Gloria namque patri natorum fama, decusque,*
*Ut rursus natis est gloria fama parentum:*
*Gratia communis, labes communis utrinsque.*

Plautus in Pseudolo *act. 1. scen.* 5. Homerus *Iliadum* XVII. Ovidius *Lib. I. de trist. eleg.* VII. Virgilius *eclogæ* VIII. Catullus *Lib. III. eleg.* IV. aliique Auctores tam sacri, quam profani communiter. Denique ideo parentum pœna plectuntur filii, ut inde maiorem dolorem parentes sentiant. Quæ rationes evincunt, filios obnoxios parentum pœnis esse debere, sive ante, sive post delictum læsæ maiestatis geniti fuerint. Has rationes confirmat Sanchez innumeris pene auctoritatibus ab utroque iure petitis.

VII. Contrariam tamen ille sententiam, tamquam probabiliorem, defendit; quam evincit primo, quia ad optimos, aut pravos filiorum mores confert quod parentes conceptionis tempore bonis moribus instructi sint, ut docet Ovidius *Lib. IV. Metam.*

*Et patrum in natos abeunt cum semine mores.*

Aristoteles Lib. I. Polit. cap. IV. *Ut ex hominibus hominem, ex bestiis bestiam, sic ex bonis bonum generari. Sed natura quidem hoc vult; attamen plerumque non potest.* Quamvis optima educatio plurimum valeat ad conformandos puerorum mores, plus tamen in id confert optima parentum indoles, ac sanguis purus, pravisque affectionibus defecatus tempore quo filii concipiuntur, ut inquit Plato in orat. funeb. *Boni autem fuerunt, quia ex bonis nati sunt. Generis igitur præstantiam prius laudemus, deinde educationem, & doctrinam.* Quoniam mores boni, aut pravi ex sanguine parentum vel infecto, vel puro, quasi naturales sunt; ex educatione vero accidentarii. Naturalia autem fortiora sunt. Et hinc concludit, filios conceptos ante crimen læsæ maiestatis a parentibus perpetratum, minime obnoxios fore parentum pœnis, sed tantum illos qui post perpetratum delictum concepti sunt. Idque confirmat rationibus, & auctoritatibus undequaque quæsitis. Non vacat diutius in hac re immorari. Utraque opinio probabilis est. Problema illud, num optima indoles prævaleat educationi, an educatio optima pravæ indoli, difficilis est solutionis. Optimam tamen indolem præferendam esse mihi probabilius est.

VIII. Tertia est pœna carceris, quæ tamen pœna infligenda non est, antequam reus per testes convictus sit. Qui vero ut hæretici deprehensi fuerunt, etiamsi pœnitentiam libere spondeant, seleque ad subeundam offerant; perpetua nihilo secius carcerum pœna damnandi sunt, ut colligitur ex *cap.* Excommunicamus II. *de hæret.*

IX. Ultima, & omnium gravissima pœna est capitis damnatio, ut habetur in Ia Ariani, *cod. de hæret. leg.* Culpa. Longa hic instituenda quæstio foret de potestate Ecclesiæ ad infligendam hæreticis mortis pœnam. Verum eam pro dignitate plures celeberrimi Theologi versarunt: ideo ne actum agamus, ab illius discussione abstinemus. Brevissime dumtaxat, & per transennam rationem indicabimus quæ evincit Ecclesiæ potestatem in hæreticorum caput. Crimen hæreleos, inquit Angelicus 2. 2. *q.* XI. *art.* 3. est morte dignum, utpote crimen læsæ maiestatis divinæ. *Unde si falsa-*



*vii pecunie, vel alii malefactores statim per sæculares Principes iuste morti traduntur; multo magis hæretici statim ex quo de hæresi convincuntur, possunt non solum excommunicari, sed & iuste occidi.* Potestatem vero hanc mortis pœnam infligendi esse penes Ecclesiam, sive penes illius supremum caput, nihil est quod obsit. Quandoquidem & Elias prophetas Baal apprehendit, & duxit *ad torrentem Cisou, & interfecit eos ibi: III. Reg.* XVIII. *vers.* 40. Divus quoque Petrus a Christo Iesu summus Pontifex constitutus Ananiam, & Saphiram verbo interfecit ob fidem Deo datam læsam in surreptione bonorum quæ ipsi consecrata iam erant, ut habetur *Act.* V. Id tamen quod certo statuimus, non est, quanam potestate, ecclesiastica ne, an sæculari, exequenda hæreticorum mors sit; sed quod illi morte plectendi sint. Quin addimus, hanc mortis pœnam in hæreticos infligendam non exerceri ab Ecclesia, sed a laicorum Principum gladio, ut tradit D. Thomas loc. cit. *Relinquit eum iudicio sæculari a mundo exterminandum per mortem. Dicit enim Hieronymus . . . . . Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ovis a caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant.* Verum de hoc alibi.

## CAPUT VII.

*De iis qui excommunicationi in hæreticos latæ obnoxii sunt.*

I. PRimum omnium de illis dicendum qui ab hac excommunicatione liberi sunt. Itaque qui hæresim mere internam concepit, seu hæreticus internus, excommunicationi in hæreticos latæ non subiacet. Quia ut commune fert axioma, Ecclesia non iudicat de occultis, quæ scilicet sunt omnino intra mentem abdita; & ideo iudicio Ecclesiæ non subsunt. Similiter hæreticus mere externus præfatam pœnam non incurrit: quoniam hic non est verus hæreticus, cum nullo intellectus errore infectus sit. Porro excommunicatio lata est in eos qui revera hæretici sunt. Quod tamen intelligendum est in foro interiori, & coram Deo. Nam si ad tribunal Ecclesiæ iste denuntiaretur, hæreleos fontem præsumerent indices. Quisque ergo Confessarius absolvere eum potest qui aut hæreticus est omnino internus, nulloque signo manifestatus, aut hæ-

re-

confessionis fidei. In foro tamen exteriori Ecclesiæ pro hæreticis, & excommunicatis habentur. Rursus hæresis formalis interna simul, & externa dividitur in eam quæ est *manifesta per se*, quæ etiam *publica* dici solet, quæ non modo signo, verboque manifestata est, sed etiam coram pluribus videntibus, & audientibus prolata est; & in eam quæ *occulta per accidens* est, quæ etiam *privata* dici potest: quæ licet verbo, aut signo manifestata sit, sinque vete externa; tamen hoc evenit nemine vidente, aut audiente. Denique dividitur in *affirmativam*, & *negativam*: illa est dum quis errorem contra fidem in mente conceptum libere palam verbo, signove coram omnibus profitetur; hæc est cum quis de hæresi iuridice convictus, hæresim hanc suam fateri pertinaciter recusat, immo exterius fidem catholicam profitetur.

III. Duo sunt pœnarum genera in hæreticos constituta, Primum spiritualium, alterum temporalium. Prima spiritualis pœna est excommunicatio, ut colligitur ex *cap.* Quicumque *de hæreticis, in 6. & cap.* Noverit *de sentent. excommunicationis*, ubi lata, non ferenda, declaratur; quamquam olim tantum ferenda fuisset, ut colligitur ex *cap.* Si quis Episcopus, *1. q.* VII. Hæc pœna non divini, sed ecclesiastici iuris est, ut communis fert opinio.

IV. Secunda pœna in hæreticos lata irregularitas est, ut colligitur ex *cap.* Nos consuetudinem *dist.* XII. & *ex cap.* Conveniebantibus *1. quæst.* VI. Tertia pœna est privatio potestatis spiritualis in illis qui sacris ordinibus sunt insigniti. Hæc itaque pœna non ordinem aufert, sed usum licitum illius interdicit. Id colligitur ex *v.* Arianos *1. quæst. 1. cap.* Conveniebantibus, *& cap.* Si quis voluerit *1. quæst.* VII. Quarta pœna spiritualis est privatio dignitatum, beneficiorum, atque ad ea in posterum obtinenda inhabilitas, ut habetur in *cap.* Quo iure *distinct.* VIII. & alibi. Quinta est privatio sepulturæ, ut colligitur ex *cap.* Quicumque *de hæreticis, in 6.* Neque ad hanc pœnam incurrendam requiritur quod sint expresse denunciati; sed late est quod publice in hæresi mortem occumbant; quin illi ipsi excommunicationi obnoxii sunt, qui notos hæreticos sepultura donant.

V. Temporalium pœnarum princeps est, omnium bonorum quæ hæretici sunt, confiscatio, ut patet ex *leg.* Manicharos *cod. de hæreticis*. Nemo tamen huic pœnæ ante latam sententiam subiacet. Secunda est infamia qua hæretici indigni quocumque honore, dignitate, & officio evadunt, ut patet ex *cap.* Infames *q. 1. cap.* Statutum II. *de hæretic. in 6.* Ilius infamiæ hæreticorum quoque filii rei fiunt, ut patet ex *cap.* Statutum *de hæretic. in 6.*

VI. Prolixam instituit quæstionem P. Sanchez super pœnis filiorum qui a parentibus reis læsæ maiestatis divinæ, vel humanæ progeniti sunt. Quæritque, utrum obnoxii sint eiusmodi filii pœnis in eosdem statutis, si geniti sint ante parentum crimen: & hanc quæstionem celeberrimam vocat, eamque fusiore calamo versat *Lib. II. c.* XXVII. *a. n.* 5. Primo recenset argumenta sententiæ adstruentis, quæ eiusmodi sunt. Ratio constituendi pœnas in filios progenitos a parentibus maiestatis divinæ, aut humanæ reis, non est aliqua sanguinis parentum infectio, qua virus iniquitatis derivetur in filios. Nec parentes rei læsæ maiestatis peccatum proprium transfundunt in filios. Quin si ratio sanguinis spectetur, plus iniquitatis a matre quam a patre filius participaret. Accedit quod ratio potissima constituendi pœnas debitas parentibus in filios, est præsumptio quod filii parentum mores sint imitaturi. Frequens quippe est tales fore filios quales parentes; quod pluribus argumentis evincit Tiraquellus *Lib. VII. connubiali par.* VII. *gloss.* 1. & D. Ioannes Chrysostomus *hom.* XXV. *in Matth.* D. Gregorius Nazianzenus carmine ad Nicobolum:

*Gloria namque patri natorum fama, decusque,*
*Ut rursus natis est gloria fama parentum:*
*Gratia communis, labes communis utrinsque.*

Plautus in Pseudolo *act. 1. scen.* 5. Homerus *Iliadum* XVII. Ovidius *Lib. I. de trist. eleg.* VII. Virgilius *eclogæ* VIII. Catullus *Lib. III. eleg.* IV. aliique Auctores tam sacri, quam profani communiter. Denique ideo parentum pœna plectuntur filii, ut inde maiorem dolorem parentes sentiant. Quæ rationes evincunt, filios obnoxios parentum pœnis esse debere, sive ante, sive post delictum læsæ maiestatis geniti fuerint. Has rationes confirmat Sanchez innumeris pene auctoritatibus ab utroque iure petitis.

VII. Contrariam tamen ille sententiam, tamquam probabiliorem, defendit; quam evincit primo, quia ad optimos, aut pravos filiorum mores confert quod parentes conceptionis tempore bonis moribus instructi sint, ut docet Ovidius *Lib. IV. Metam.*

*Et patrum in natos abeunt cum semine mores.*

Aristoteles Lib. I. Polit. cap. IV. *Ut ex hominibus hominem, ex bestiis bestiam, sic ex bonis bonum generari. Sed natura quidem hoc vult; attamen plerumque non potest.* Quamvis optima educatio plurimum valeat ad conformandos puerorum mores, plus tamen in id confert optima parentum indoles, ac sanguis purus, pravisque affectionibus defecatus tempore quo filii concipiuntur, ut inquit Plato in orat. funeb. *Boni autem fuerunt, quia ex bonis nati sunt. Generis igitur præstantiam prius laudemus, deinde educationem, & doctrinam.* Quoniam mores boni, aut pravi ex sanguine parentum vel infecto, vel puro, quasi naturales sunt; ex educatione vero accidentarii. Naturalia autem fortiora sunt. Et hinc concludit, filios conceptos ante crimen læsæ maiestatis a parentibus perpetratum, minime obnoxios fore parentum pœnis, sed tantum illos qui post perpetratum delictum concepti sunt. Idque confirmat rationibus, & auctoritatibus undequaque quæsitis. Non vacat diutius in hac re immorari. Utraque opinio probabilis est. Problema illud, num optima indoles prævaleat educationi, an educatio optima pravæ indoli, difficilis est solutionis. Optimam tamen indolem præferendam esse mihi probabilius est.

VIII. Tertia est pœna carceris, quæ tamen pœna infligenda non est, antequam reus per testes convictus sit. Qui vero ut hæretici deprehensi fuerunt, etiamsi pœnitentiam libere spondeant, seleque ad subeundam offerant; perpetua nihilo secius carcerum pœna damnandi sunt, ut colligitur ex *cap.* Excommunicamus II. *de hæret.*

IX. Ultima, & omnium gravissima pœna est capitis damnatio, ut habetur in Ia Ariani, *cod. de hæret. leg.* Culpa. Longa hic instituenda quæstio foret de potestate Ecclesiæ ad infligendam hæreticis mortis pœnam. Verum eam pro dignitate plures celeberrimi Theologi versarunt: ideo ne actum agamus, ab illius discussione abstinemus. Brevissime dumtaxat, & per transennam rationem indicabimus quæ evincit Ecclesiæ potestatem in hæreticorum caput. Crimen hæreleos, inquit Angelicus 2. 2. *q.* XI. *art.* 3. est morte dignum, utpote crimen læsæ maiestatis divinæ. *Unde si falsa-*



*vii pecunie, vel alii malefactores statim per sæculares Principes iuste morti traduntur; multo magis hæretici statim ex quo de hæresi convincuntur, possunt non solum excommunicari, sed & iuste occidi.* Potestatem vero hanc mortis pœnam infligendi esse penes Ecclesiam, sive penes illius supremum caput, nihil est quod obsit. Quandoquidem & Elias prophetas Baal apprehendit, & duxit *ad torrentem Cisou, & interfecit eos ibi: III. Reg.* XVIII. *vers.* 40. Divus quoque Petrus a Christo Iesu summus Pontifex constitutus Ananiam, & Saphiram verbo interfecit ob fidem Deo datam læsam in surreptione bonorum quæ ipsi consecrata iam erant, ut habetur *Act.* V. Id tamen quod certo statuimus, non est, quanam potestate, ecclesiastica ne, an sæculari, exequenda hæreticorum mors sit; sed quod illi morte plectendi sint. Quin addimus, hanc mortis pœnam in hæreticos infligendam non exerceri ab Ecclesia, sed a laicorum Principum gladio, ut tradit D. Thomas loc. cit. *Relinquit eum iudicio sæculari a mundo exterminandum per mortem. Dicit enim Hieronymus . . . . . Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ovis a caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant.* Verum de hoc alibi.

## CAPUT VII.

*De iis qui excommunicationi in hæreticos latæ obnoxii sunt.*

I. PRimum omnium de illis dicendum qui ab hac excommunicatione liberi sunt. Itaque qui hæresim mere internam concepit, seu hæreticus internus, excommunicationi in hæreticos latæ non subiacet. Quia ut commune fert axioma, Ecclesia non iudicat de occultis, quæ scilicet sunt omnino intra mentem abdita; & ideo iudicio Ecclesiæ non subsunt. Similiter hæreticus mere externus præfatam pœnam non incurrit: quoniam hic non est verus hæreticus, cum nullo intellectus errore infectus sit. Porro excommunicatio lata est in eos qui revera hæretici sunt. Quod tamen intelligendum est in foro interiori, & coram Deo. Nam si ad tribunal Ecclesiæ iste denuntiaretur, hæreleos fontem præsumerent indices. Quisque ergo Confessarius absolvere eum potest qui aut hæreticus est omnino internus, nulloque signo manifestatus, aut hæ-

re-

reticus mere externus nullo interiori errore polluitur.

II. Quæst. I. *Hæreticus internus, finalique externus, occultus tamen, subiacet ne excommunicationi in hæreticos latæ?* Resp. Communi penes omnes est excommunicationis pœnam in eos constitutam esse qui interius simul & exterius hæretici sunt. Sed contingere potest quod aliquis secreto, nullo præsente, in aliquo secreto cubiculo, vel angulo hæresim mente conceptam verbo proferat, Christi divinitatem deneget, Crucem conculcet, idque genus similia perpetret. Hic esset utique hæreticus tum internus, tum externus; sed tamen occultus: atque adeo eius crimen deferri ad forum externum nequit. Communis sententia affirmat, hunc esse excommunicationis pœnæ obnoxium; quoniam hæresis quæ vere externa est, iudicio Ecclesiæ subiacet. Quod vero occulta sit, per accidens est. Et hinc tantum infertur, quod, dum peccatum occultum est, non potest tribunal iudicium singulare ferre, iuridicæ formulis servatis illud punire: ad hanc namque punitionem actualis cognitio culpæ, seu delicti requiritur. Secus tamen se habet, quando index per sententiam generalem in illos constituit pœnam qui tale delictum perpetraverint; potissimum quando pœna spiritualis est, & medicinalis. Tunc enim pœna lata est sub conditione perpetrati delicti, quod genere suo subiectum sit iurisdictioni exteriori. Porro, ut dictum est, quoties delictum hæreticæ externum est, natura sua constitutum est sub iurisdictione tribunalis exterioris. Quod ergo occultum sit, minime tollit quin subiaceat pœnis constitutis in eos omnes qui eiusmodi perpetrant flagitia. Sed difficultas hæc ex instituto in tractatu de sacramento Pœnitentiæ discutietur.

III. Quæst. II. *Quænam verba, & signa requiruntur, ut hæresis externa manifestata dicatur?* Resp. Ut verba, seu signa externa hæresim manifestent, duo potissimum necessaria sunt. Primum, ut verba ita, vel signa expresse, & complete hæresim prodant, ita ut si aliquis prudens foret, posset hæresim internam dignoscere. Porro eiusmodi verba, signa, aut scripta queunt hæresim manifestare vel propria significatu, vel ob consuetudinem, vel ob circumstantias loci, temporis, personarumque qualitates. Hæresis quippe intra mentem latitans, & prorsus interna, fieri manifesta nequit humanæ cognitioni, nisi per sensibilem significationem. Hæc autem sensibilis significatio percipi nequit, nisi verbis, signis, scripturisque, quæ integre, plenoque talem significationem repræsentent. Alterum, quod signum externum ex se sit grave peccatum in materia hæresis: quæ gravitas non sumitur ex comparatione actus, seu signi exterioris cum actu interiore; sed ex eiusdem actus natura. Excommunicatio enim gravissima pœna est, quæ nisi ob grave crimen non infligitur. Hinc communiter Theologi docent, non incurrere excommunicationem illum qui leviter clericum percuteret; quamquam gravissimo odio interno adversus eumdem perculsor arderet. Requiritur ergo quod in propria hæresis materia actio, seu id quod hæresim internam manifestat, sit grave peccatum. Quapropter si quis hæresi internam teneret de Veneris, contempta Ecclesiæ authoritate, licitum esse carnium esum, & exterius levem tantummodo carnis quantitatem ederet, hæreticus externus non esset. Denique verba quæ manifestare hæresim internam debent, necessum est ut reipsa exterius ita repræsentent, quo adstantes percipere hæresim valeant. Quare si quis intus in corde crederet sacramenta quæ conferuntur gratiam, nulla reperiri, atque externus hæc, quibus hanc hæresim exprimeret, verba proferret, *ita est, sic credo*; non esset hæreticus externus: quia prædicta verba non satis exprimunt internam hæresim, nec ex eisdem colligere quispiam hæresim illam valet. Contra si exterius quispiam interrogaretur, crederet ne Christum reperiri sub speciebus panis, vinique in altaris sacramento, & interius crederet reipsa non adesse; si interrogationi responderet. *Ita non est, non credo*, hæreticus proculdubio esset: quia ex circumstantia interrogationis satis superque responsio hæresim internam externus proderet.

IV. Quæst. III. *Verba æquivoca sunt ne apta ita manifestare hæresim internam, ut externus hæreticus evadat, & excommunicationem incurrat qui iismodi verbis suam patefaceret hæresim?* Resp. Negat prima sententia, esse hæreticum illum qui verbis æquivocis suam proderet hæresim: quam opinionem defendit Castropalaus cum aliis *tract. IV. disp. III. punct. 3. num. 2.* Verba enim ambigua, seu æquivoca duplicem habent sensum, alterum catholicum, hæreticum alterum; neque unum præ alio efferunt. Quid ergo est quod in sensu hæretico accipienda sint verba illhæc? Secunda sententia



tia affirmant, eum qui ambiguis seu æquivocis verbis hæresim internam manifestat, vere incurrere in hæresim externam, & excommunicationem. Quoniam verba hæc satis hæresim internam patefaciunt, quamquam per accidens ob aliam significationem hæresis interna occultetur. Ergo per se, seu absolute talia verba perfecte hæresim manifestant. Ergo hæreticus externus habendus est qui eiusmodi verbis suam prodit hæresim. Verum utique erit hunc esse hæreticum occultum, non manifestum: quia forum externus iudicium ferre nequit in eum qui verbis tantum ambiguis accusatur ut hæreticus.

V. Hanc secundam sententiam defendunt Suarez *disp. XXI. sect. II. num. IV.* Sanchez *Lib. II. cap. VIII. num. 16.* Salmanticenses *tract. XXI. cap. III. punct. 7. num. 57.* aliique apud ipsos. Prior tentia in foro exteriori certa est. Ad forum internum quod attinet, secunda sententia probabilior apparet. Quoniam licet verum sit verba æquivoca duplici frui significatu; hinc solum infertur, in foro exteriori convinci tamquam hæreticum illum non posse qui similibus verbis suam promit hæresim; & hac ratione non erit hæreticus manifestus. Verum erit hæreticus externus, occultus licet: quia verba illa, respectu saltem proferentis, vere & proprie manifestant hæresim mente conceptam. Et hæc externa manifestatio comperta est proferenti verba æquivoca eodem modo ac si verbis perspicuis uteretur. Quid ergo impedit quominus hæreticus habendus sit externus homo iste? Nempe nihil; verba æquivoca, & ambigua aliis occultant hæresim loquentis; at respectu eiusdem illam satis superque exterius manifestant. Accedit quod in hæresim controversis pro hæresi in dubio iudicandum est. Crimen quippe est lædæ maiestatis divinæ, & catholicæ societati infestum. Qua de causa, omissa prævia admonitione, reprehendi valet. Secunda itaque sententia amplectenda est.

VI. Quæst. IV. *Qui confidens virum doctum, aut in sacramentali confessione suam internam hæresim patefecit, incidit ne in hæresim externam?* Resp. Negans opinio communis, & certa est. Et ratio ex iis quæ sunt dicta, patet. Actio quippe quæ exterius hæresim manifestat, mala esse debet, & peccatum grave. Prædicta autem revelatio bona est. Ergo non efficit hæreticum exteriorem, neque hæreticorum pœnis illum subiicit. Quapropter qui legens, transcribens, disputans hæresim pronuntiat quam in mente habebat, sine animo tamen illam pronuntiandi, non est hæreticus exterior: quia manifestatio eiusmodi animum non prodit hæreticum; neque transcriptio, lectio, disputatio genere suo apta sunt ad hæresim internam patefaciendam. Sicut qui narrat se fornicatum, non indicat le nunc fornicatorem esse. Similiter hæreticus non est qui scribit hæresim characteribus sibi tantummodo cognitis: quia tunc hæresis illa integra manet in mente. Siquidem characteres illi nullam, ut supponitur, penes quoscumque alios habent significationem. Quod non est idem de verbis ambiguis, quæ reapte externum significatum habent in ipsis, licet cum alio significatu coniunctum. Neque pro hæretico exteriore illum habent Sanchez, Filliucius, Bonacina, Salmanticenses, qui verbis manifestaret le olim hæreticum fuisse: quia hæc narratio non est prælentis hæresis professio, sed elapsæ hæresis manifestatio. Quin nolunt esse hæreticum externum, etiamsi complaceret sibi in hæresi præterita: quia hæc complacentia non patet. Pariter qui animo interiore crederet fornicationem, adulteriumque licitum esse, illudque perpetraret animo hæreticali, in hæresim externam non incideret; quia actio adultera itapte natura non manifestat, nec apta est manifestare hæresim internam. Hæreticus vero esset qui Christi imaginem verberaret, quocumque errore adverius incarnationem Verbi divini ductus id præstaret. Idem dicendum de eo qui errore Anabaptistarum interiore infectus, aliquem rebaptizaret. Quoniam eiusmodi actiones abunde hæresim interiorem patefaciunt. Efficient quoque hæretici externi tum qui credentes polygamiam licitam esse, duplici uxori iungerentur, tum qui ex animo hæreticali Missæ sacrificio numquam adhiberet, vel ad hostiæ elevationem genua non flecteret: quandoquidem & hæ actiones satis manifestant hæresim internam.

VII. Quæst. V. *Esset ne hæreticus externus qui hæresim mente sola conceptam in somnis illam proderet, si experientia præcedente didicit illam se manifestarorum, nullamque adhibuit diligentiam ad illam occultandam?* Resp. Negat communis, & vera sententia, eo quod eiusmodi manifestatio non ex hæresi oritur, neque ex animo hæreticali, sed ex prava consuetudine. Porro actio externa quæ hæreticum externum constituit, ab hæresi interna oriri debet. Si enim disparata sit, nullamque cum eadem exprimat connexionem,

nem, non dicitur actio manifestativa hæresis. Accedit quod prolatio illa in somnis materialis esset, non formalis hæresis. Excommunicatio autem lata est in hæresim formalem, non in materialem. Nec alicuius momenti est quod obiici solet, nempe excommunicationem incurrere illum qui per somnium clericum verberaret, si providens non impedivit. Quippe ratio evidenter diluit ell. Quia percussio exterior clerici, quoties voluntaria est, sive in se, sive in sua causa, excommunicationi obnoxia est. Crimen autem hæresis in intellectus errore situm est, & ab intellectu egredi debet; seu media actione quæ connexionem cum intellectu habeat, prodire exteriùs debet. Prolatio autem quæ per somnium accidit, a quadam prava consuetudine dimanat: minime vero ab ipso intellectu ortum ducit: idcirco inepta est ad constituendum hæreticum externum.

## CAPUT VIII.

*De excommunicatione lata in credentes, fautores, receptatores, & defensores hæreticorum, deque communicatione cum iisdem.*

I. NOn modo excommunicationis pœna lata est in hæreticos, verum etiam in eorumdem fautores, receptatores, defensores, & illos qui fidem illidem adhibent. Explicandæ sunt voces sub quibus comprehenduntur illi qui cum hæreticis communicare existimantur, quique hæreticorum excommunicationi subiacent: quæ omnia ut clarius pateant, per distinctas quæstiunculas explicabimus.

II. Quæst. I. *Qui dicantur hæreticis credentes?* Resp. Quæ forum externum spectant, missa facimus, & ad solius conscientiæ forum responsionem restringimus. Dupliciter quis hæretico fidem adhibere potest. Primum ut homini politico, & humanæ societatis membro, bonam de illo existimationem habendo. Secundo ut homini hæretico, quatenus illius erroribus quis adhæret, & assentitur, sive omnibus, sive uni, aut alteri, sive confuse, & implicite, sive clare, & expresse; dumodo verbis, signisve externis hunc consensum indicet, & manifestet. Qui hoc modo hæreticis credunt, appellantur *credentes*, & hæreticorum excommunicationi subiacent. Porro illi dicuntur confuse *credentes* qui bonam esse hæretici huius, vel illius fidem asserent; quamquam nullum peculiarem errorem proferrent: aut qui se se credere profiterentur quidquid hæretici credunt, aut illorum conciones audirent, scriptionesque legerent, animo illis assentiendi. Omnes isti hæreticorum loco habendi sunt, & illorum pœnis obnoxii. Ita communiter Doctores.

III. Quæst. III. *Qui sint hæreticorum fautores?* Resp. Voces istæ *fautoris*, *receptatoris*, *defensoris* &c. intelliguntur in rigido sensu, seu formaliter, quatenus favor exhibetur hæreticis ut hæreticis, vel ut in eorum hæresim quoquo modo confert. Quare qui hæretico amico, consanguineo, ob titulum amicitiæ, consanguinitatis, aut paupertatis, clementiæ &c. auxilium aliquod præstarent, excommunicationem non incurrerent; quidquid in oppositum scribat Toletus, Sayrus, aliique pauci. Quoniam dum quis ob recensitos titulos hæreticis succurrit, nullo modo hæresim fovet, aut in hæresis favorem beneficium collatum cederet, ut supponimus. Et ita docet Sanchez *Lib. II. cap. X. num. 5.* ubi laudat Caietanum, Sotum, Navarrum, & alios. Quod de fautoribus dictum, idem dicendum est de receptatoribus, defensoribusve, quod scilicet sint receptatores *formaliter* hæreticorum, quatenus hæretici sunt. Item notandum, probabilius esse requiri ad subeundam excommunicationem ut effectus subsequatur. Non desunt tamen qui sustineant excommunicationem illum incurrere qui faveret hæretico, ne caperetur a iudice; etiamsi post exhibitum favorem in manu incideret vindicantis iustitiæ. Verum cum pœnæ illæ sint, ut dicitur, odiosæ, non videntur, nisi effectu secuto, infligendæ.

IV. *Fautores* itaque hæreticorum illi dicuntur qui hæreticis ut hæreticis suppetias porrigunt, ne a iudicibus comprehendantur, aut quoquo modo illis in hæresi propagandæ, tuendæque faveut. Idque duplici via contingere valet, commissione scilicet, & omissione. Omissione quis *fautor* hæreticorum dicitur, si hæreticum occultum revelare interrogatus a iudicibus omittit; si propriæ custodiæ concreditum negligit eumdem custodire; si magistratus, iustitiæque ministri omittunt capere, punire hæreticos, eaque peragere quæ iuris leges præscribunt. Pœnæ privatæ sola omissione non dicuntur favere hæreticis, nisi in ipso tribunali rogatæ iuridice omitterent veritatem dicere. Pœnæ publicæ sunt illæ quæ sola omissione illidem favent. Commissione *fautores* hæreticorum dicuntur qui aut verbis laudant, defendunt, pro-



protegant eosdem; aut auxilio iuvant, ut fugiant, & condemnationem evadant. Pro hæreticorum fautoribus illi quoque habentur qui defunctos hæreticos in loco sacro sepeliunt. Quæ omnia communia sunt.

V. Quæst. III. *Qui dicantur hæreticorum receptatores, & defensores?* Resp. Qui fugientem hæreticum, aut se occultantem hospitio recipiunt in domibus, provinciis, regnisque propriis, sive etiam alienis. Nec est necessaria repetita receptatio, sed unica sufficit ad excommunicationem incurrendam. Requiritur tamen quod hæreticus causa hæresis fugiat, & causa hæresis se se occultare satagat. *Defensores* vocantur qui vel errores defendunt hæreticorum, vel personas quoquo modo tuentur, & protegunt, sive in iudicio, sive extra illud. Qui tamen extra hæresis causam hæreticum defendunt, ut in causa civili, vel contra vim a privato illatam, non incurrunt excommunicationem.

VI. De communicatione cum infidelibus dictum est supra. Panca hic de communicatione cum hæreticis delibabimus. Itaque qui cum hæreticis communicaret in sacris cæremoniis, signis, ritibus, peccaret mortaliter, & excommunicationem incurreret, si animo interiore hæreli infecto id ageret; si vero fidem integram interius servaret, solumque exterius religionem hæreticorum simularet, peccaret mortaliter, excommunicationem tamen in hæreticos latam non incurreret. Quæ omnia intelligenda sunt hoc in sensu, quod nempe communicatio vere interveniat. Tunc autem communicatio reperitur, quando quis hæreticorum sacris ritibus assistit, quasi unus de illis, ac si esset illius communionis, seu sectæ membrum, aut simularet se esse membrum eiusdem. Alioquin si quis hæreticorum conciones audiret, si cœnæ administrationem spectaret ob aliquem honestum finem, videlicet ut illorum errores, ritusque penitus dignosceret ad confutandum; sublato scandalo, nullum, ut mihi videtur, peccatum foret; si ob quamdam curiositatem, levitatemve, peccatum veniale; dummodo & scandalum, & periculum quodlibet abesset.

VII. In Germania ad sacra Catholicorum, puta ad conciones, exequias, hæretici tolerati admitti solent, excluso scandali, & irreverentiæ periculo. Hæc communicatio passiva vocatur, quatenus hæretici nullam actionem habent in sacris Catholicorum, sed tantummodo assistunt veluti spectatores. Qui enim eos ad communicationem activam admitteret, gravissime delinqueret: puta si Catholicus in Baptismo, aut confirmatione patrinum, vel minist rum, hæreticum adhiberet. Quippe patrini munus est pueros in rebus fidei imbuere; atque adeo pueri isti periculo perversionis expositi essent.

VIII. Communicatio quoque in matrimoniis vetita est. Licet enim matrimonia Catholicorum cum hæreticis valida sint; illicita tamen per leges ecclesiasticas declarata sunt, & graviter peccant qui illa, potissimum gravi necessitate subiata, contrahunt. Idque tum divino, tum ecclesiastico iure compertum est. Periculum namque subversionis animæ vi legis & naturalis, & divinæ quisque declinare tenetur. Porro grave occurrere periculum in coniugibus diversæ religionis, divina Scriptura testatur III. Reg. cap. XI. vers. 2. *De Gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israel: Non ingredientur ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras. Certissime enim avertent corda vestra, ut sequamini deos earum. His quippe copulatus est Salomon ardentissimo amore.... Cumque tam esset senex, depravatum est cor eius per mulieres, ut sequeretur deos alienos.* Si infidelium mulierum connubia vel ipsum Salomonem perverterunt; quid de illis qui Salomones non sunt, iperandum erit? Quare eiusmodi coniugia expressius Deus vetat Deut. VII. vers. 3. *Neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum, ut sequatur me, & ut magis serviat diis alienis.* Iuri divino concinit ius ecclesiasticum. Concilium Illiberitanum *can. XVI.* definit: *Hæretici, si se transferre voluerint ad Ecclesiam, nec ipsis dandas catholicas puellas.* Concilium Laodicense *cap. XIV.* statuit: *Non oportet cum hæreticis universis nuptiorum fœdera celebrare, aut eis filios dare, vel filias, sed magis accipere; si tamen Christianos se fieri promittant.* Plures alios hac de re canones missos facio, quod obvii sunt. Recentiorum plures docent, eiusmodi connubia licita esse in Germania, ubi cum Catholicis hæretici permixti sunt: idque consuetudine diu obtinente evincunt; servatis tamen conditionibus quatuor, nempe 1. quod matrimonium secundum leges Ecclesiæ catholicæ celebretur. 2. quod liceat coniugi catholico quiete vivere in propria fide. 3. quod pactum expressum adsit, ut prolis educatio in fide, moribusque sit penes coniugem catholicum. 4. quod adsit necessitas, seu gravissima difficultas matrimonia

nia ineundi cum Catholicis, vel utilitas spiritualis, nempe si coniux hæretica spondeat fidem se suscepturam catholicam. Verum vix, ac ne vix quidem, adduci ego possem ut licita permitterem similia connubia. Quomodo enim caritas evangelica coniungere potest quos fides diversa separatos tenet? Quænam sinceritas, & mutua coniunctio animorum corda illa valet, quæ a Deo separata religionis diversitate sunt? Quare numquam ego assentirem ut quorum una fides non est, unum per matrimonium corpus fiat. Verum de hoc plura in libro de Matrimonii sacramento.

IX. Communicatio in rebus politicis, in mercatura, & commerciis licita est, periculo sublato perversionis. Et quia in familiari communicatione facile periculum est, idcirco cauta omnino sit oportet eiusmodi communicatio, ut licita dici queat. Quare auscultandum Apostolo est dicenti ad Titum. III. vers. 10. *Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem devita, sciens quia subversus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.*

## CAPUT IX.

*Quinam Catholicorum cum infidelibus, & hæreticis licite disputare de rebus divinæ fidei valeant?*

I. QUæstionem hanc versat Angelicus 2. 2. *quæst.* X. *art.* 7. adeo perspicue, ut illius verba iisdem tranferibere opportunum esse censeamus. *In disputatione* (inquit) *fidei duo consideranda sunt. Unum quidem ex parte disputantis, aliud ex parte audientium. Ex parte quidem disputantis est considerandus intentio. Si enim disputat tamquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis experiri intendens; procul dubio peccat, tamquam dubius in fide, & infidelis. Si autem disputet aliquis de fide ad confutandum errores, vel etiam ad exercitium, laudabile est. Ex parte vero audientium considerandum est, utrum illi qui disputationem audiunt, sint instructi, & firmi in fide, aut simplices, aut in fide titubantes. Et quidem coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide. Sed circa simplices est distinguendum. Quia aut sunt sollicitati, sive pulsati ab infidelibus, puta Iudæis, vel hæreticis, sive paganis, nitentibus corrumpere in eis fidem: aut omnino non sunt sollicitati super hoc, sicut in terris in quibus non sunt infideles. In primo casu necessarium est publice disputare de fide, dummodo inveniantur aliqui ad hoc sufficientes, & idonei, qui errores confutare possint. Per hoc enim simplices in fide firmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas; & ipsa taciturnitas eorum qui resistere deberent pervertentibus fidei veritatem, esset erroris confirmatio. Unde Gregorius in* II. *Pastorali: Sicut incauta loquitio in errorem pertrahit; ita indiscretum silentium res qui erudiri poterant, in errore derelinquit. In secundo vero casu periculosum est publice disputare de fide coram simplicibus; quorum fides ex hoc est firmior, quia nihil diversum audierunt ab eo quod credunt. Et ideo non expedit eis ut verbis infidelium audiant disputantium contra fidem.* Hac Angelici doctrina declarata omnia fere remanent quæ disputari hoc de argumento a Theologis solent. Idcirco pauca adiiciemus.

II. Duplex itaque disputatio distinguenda est. Altera quam formalem appellant, quæque eo spectat ut fidem defendat ab hæreticorum cavillis; altera materialis, quæ inter ipsos Catholicos instituitur, ut fidei dogmata clarius patefiant, ipsique disputatores acuantur, & ad bellum cum hæreticis, occasione data, peraguendum aptiores fiant.

III. Quæst. I. *Vetitum ne laicis est publicam cum hæreticis disputationem habere?* Resp. Decretum hoc prohibens habetur in *cap.* Quicumque §. Inhibemus *de hæreticis in* 6. ubi non modo publice, verum etiam private interdictum laicis est cum hæreticis disputationem habere sub excommunicatione lata, non ferenda. *Inhibemus quoque ne quisquam laicæ personæ liceat publice, vel privatim de fide catholica disputare. Qui vero fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.* Inter ipsos Catholicos licita disputatio est, quoties ex fine altius confirmandi res fidei ortum ducit. Si enim ex trepidatione, ac dubitatione de fidei articulis quis disputationem instituerat, ut periculum faceret, sint ne reaple vera fidei dogmata, atque ut argumentis, & ratiociniis veritatem exploraret; infidelitatis peccatum perpetraret, ut ex addncta D. Thomæ doctrina patet.

IV. Quæst. II. *Laudatum decretum vetat ne laicis tum doctis, tum indoctis disputationem cum hæreticis?* Resp. Negant non pauci Theologi. Caietanus 2. 2. *quæst.* X. *ar.* 7. *dub.* 1. Bannez 2. 2. *quæst.* VII. Ledesma *in Sum. Tom. II. tract.* 1. *cap.* 5. *canel.* 13. Granados *tract.* XV. *disp.* IX. *num.* 5. Regnaldus *Lib. XVII. num.* 22 Petrus Hurrado *disp.*



*disp.* LXXV. *sect.* III. §. 24. & alii. Quoniam, inquiunt, cum cessat finis legis, lex ipsa cessat. Finis præsatæ legis est periculum deficiendi a vera fide, ac in hæresim prolabendi. Porro huic periculo obnoxii frequenter sunt laici ob doctrinæ inopiam. At, cum aliqui docti sunt, periculum illud abest; atque adeo finis a lege intentus evanescit: ergo tunc lex non urget.

V. Verum contraria sententia, cui subscribo, communis, & probabilior mihi est. Si quidem falsum est principium illud cui adversarii innituntur, cessare nempe legem, fine legis cessante in aliquo peculiari eventu. Id verum ad summum habet, cum finis adæquatus, & universalis respectu omnium cessat; secus si tantum in hoc, aut illo eventu evanescit. Lex quæ communiter occurrunt, vetat: quæ raro contingunt, per se a lege non inspiciuntur, seu propter eiusmodi lex non instituitur. Si solos indoctos præfata lex spectaret, frustranea esset, nihilque vetaret. Lege quippe naturali indoctis cum hæreticis interdicta disputatio est; quemadmodum & clericis ipsis illitteratis. Etiam legis naturalis fornicationem vetantis ob pravam, incertamque prolis educationem aliquando finis particularis cessat; non ob id tamen quisquam dixerit legem ipsam cessare. Ignotum, ut diximus, lex ea spectat quæ communiter eveniunt. Et quia communiter laici indocti sunt, & consequenter frequens periculum deficiendi a fide, aut ex inepta, atque ignoranti disputatione pusillorum, & adhuc tam scandalum, & fidei contemptio, derisioque accidunt; idcirco omnes laici tum docti, tum indocti sub vetante lege comprehenduntur. Hanc sententiam defendunt Glossa in cap. *Quicumque*. Navarrus *Lib. V. conf. tit. de hæret.* Sanchez *Lib. II. Sum. cap.* VI. *n.* 5. Azorius *Lib. VIII. cap.* XXVI. Lupo *disp.* XXII. *sec.* V. Bonacina *disp.* VII. *quæst.* II. *punct.* 4. Castropalaus *Tom. IV. disp.* II. *punct.* 4. *num.* 2. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* II. *punct.* 12. & alii. Sanchez probabilem contrariam sententiam censet. In tractatu de legibus fusius indicatum principium explicabimus. Nec enim adeo nobis certum est principium illud, quod fuse non patiatur appendices, necessariis circumstantiis sublatis, si de legibus mere humanis sermo sit.

VI. Quare addimus, occurrere eventus posse in quibus licite laici queant, si docti sint, cum hæreticis disputare, quin etiam teneantur. Nam si hæretici concionibus, disputationibus pervertere Catholicos tentarent, *Cone. Theol.* Tom. I. & clericus aptus non adesset; tunc laici docti possent, quin & deberent periclitantibus Catholicis succurrere, eoque in fide confirmare, atque hæreticos sive publice, sive privatim aggredi, eorum errores repellere, oraque loquentium mendacia obstruere. Tunc enim finis legis prohibentis cessat, ut aiunt, contrarie, quatenus contraria lex naturalis præcipit opem ferre indigentibus, atque in fide vacillantes firmare. Hæc sententia communis est pene laudatos Auctores.

VII. Clarissimus Lamindus Pritanus in suo opere *delle Riflessioni sopra il buon gusto par.* II. *cap.* VII. Caietani, Bannez & Ledesmæ opinionem defendit, & rationibus ab eruditione arcessitis confirmare contendit. Et primum animadvertit, doctum laicum, clericum vocari cœptum fuisse, & contra Ecclesiasticos ignorantes laicos appellatos: allegatque auctoritatem Oderici Vitale, Galli quoque olim doctum pro clerico accipiebant. Possent adiici varii significatus quos refert Du-Freine in suo latino Glossario ad vocem *Clericus*. Tandem Glossa in hanc concedere sententiam videtur. Pace doctissimi viri, quem magnopere suspicio, dixerim, Ecclesiam in suis canonicis textibus condendis numquam laicum, tametsi doctissimum, pro clerico; neque clericum, licet ignotantem, pro laico usurpasse. Quis dixerit, Ecclesiam adhibuisse voces *Clericus*, vel *Laicus* iuxta significatus peculiares cuiuslam nationis, & plebis, iuxta acceptationes varias adductas in Glossario Du-Freine? Ecclesia semper prælatis vocibus uta est secundum communem, universalemque significationem usurpatam a Patribus, & a Conciliis cuiusque ætatis. Porro Patres, & Concilia clericorum nomine homines intellexere semper a mundo seiunctos, & sacris altaribus addictos, nec umquam sub clericorum nomine laicos vel doctissimos comprehendetunt. *Clericus* (inquit S. Hieronymus epist. II. ad Nepot.) *interpretetur primo vocabulum suum, & nominis definitione probata, videatur esse quod dicitur. Si enim κλῆρος græce, sors latine appellatur: propterea vocantur clerici, vel quia de sorte Domini sunt, vel quia ipse Dominus sors, id est pars, clericorum est.* Quid quod vel ipsi doctiores Sectarii transalpini Bingamus, Doduvellus, Pearson contra Lutherum, Kemnitium, alioique, a laicis seiungunt clericos? Nec alteri opinioni Glossa favet his verbis ad dictum caput *Quicumque*. *Dicunt quidam, quod non est licitum laicæ personæ, idest illiteratæ de fide catholica publice disputare:*

*tare: & istud est vulgare Gallicorum. Alii dicunt, quod nonlices laicis, quantumcumque litteratis disputare de fide catholica. Et hæc est verior opinio.* Quidam, inquit Glossa, recentiræ opinioni adhærere; sed alii oppositum propugnant: & hæc opinio verior est. Nec aliquius momenti reputanda confideratio illa est qua indicatur tempore Alexandri IV. canonis conditoris laicos maxima laborasse ignorantia; quoniam in quolibet fere sæculo laici terrenis curis diffenti Theologiæ studio communiter caruerunt. Quid quod vel in hoc nostro sæculo, quantumvis litteratissimo, laici in rebus theologicis communiter non eminent? Qui enim ex laicis, litteris dant operam, liberalibus artibus, eruditioni, rei antiquariæ, secus Theologiæ student: & non raro accidit ut qui ex illis, controversiis theologicis se se immiscere audent, in errores labantur. Quare sententia, ut a nobis explicata est, sola videtur vera.

VIII. Quæst. III. *Nomine laicorum intelliguntur ne Religiosi qui* laici, conversi, donati, *aliisque vocibus appellari solent?* Resp. Negant comprehendi plures, gravesque Theologi. Suarez *disp.* XX. *num.* 10. Sanchez *Lib. II. cap.* V. Coninchius *disp.* XVIII. *dub.* 9. Fagundez *Lib. I. cap.* VIII. *num.* 10. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* II. *punct.* 12. *num.* 137. Castropalaus, Leander, & alii. Si textui litterali legis insistendum sit, vera est sententia illhæc. Quippe præfati Religiosi privilegio canonis fruuntur, suntque vere Religiosi; cum non minus ac clerici saltem in pluribus Religionibus vota solemnia emittant. Si anima legis spectetur, quæ finis est ob quem lex condita fuit, cum eiusmodi Religiosi sint, ad litteraturam quod attinet, laicis ipsis communiter inferiores, disputare prohibentur. Ad laborem namque vocati illi sunt in Religionem, & ut plurimum rudes sunt, & imperiti. Quare etiam illos sub prohibitione comprehendi, defendunt Lugo *disp.* XXII. *num.* 138. Petrus Hurtado *disp.* LXXIV. §. 32. Gaspar Hurtado *disp.* X. *difficult.* II. Ægidius *disp.* XVIII. *dub.* 9. *num.* 148. & alii. Opinio hæc satis probabilis apparet. Illos ego pro certo habeo comprehensos sub lege vetante esse qui solemnem professionem votorum non edunt, ut in quibusdam Ordinibus accidit.

IX. Quæst. IV. *Quibus clericis licitum est de rebus fidei publice, aut privatim disputare?* Resp. Illis omnibus qui necessaria litteratura ornari sunt, qui fidei controversias callent, sacramque eruditionem tenent. Notandum, tamen, scientiam eruditionemque ad disputandum cum hæreticis requiri, ut licita omnino sit disputatio, lege tum naturali, tum positiva inspecta. Rudes quippe clerici, & illitterati, licet vi legis canonice non prohibeantur disputationem inire cum hæreticis; illis tamen lege naturali vetitum est. Quare si illi disputarent, non peccarent contra legem canonicam, nec excommunicationi serendæ subiecti forent; peccarent tamen adversus legem naturalem. Permissum est ergo clericis omnibus disputare, lege positiva inspectata: quia ut laici communiter reputantur indocti, sic clerici pro doctis eruditisque habentur: quod, attenta utriusque status conditione, sic res esse deberet. Verum si clerici indocti, & ignorantes litterario certamini se cum hæreticis committant, peccant graviter, ut dictum est, contra legem naturalem. Doctis ergo clericis licitum undequaque est manus cum hæreticis de rebus fidei conserere, certamenque subire. Nomine clericorum veniunt illi qui choro destinati, primaque tonsura insigniti sunt; quin communiter docent Auctores, clericos destinatos choro in Religione approbata, etiamsi prima tonsura non sint initiati, posse cum hæreticis disputare, quod vere Religiosi sint.

X. In publica disputatione Catholicorum cum hæreticis Principes sæculares ut iudices admittendi non sunt. Quoniam, quamquam Principes sint fidei protectores, & defensores, iudices tamen non sunt fidei controversiarum, ut constat ex *cap.* Si Imperator *dist.* XCVI. Illicitum ergo est coram illis pro tribunali sedentibus disputare; secus si ut protectores adsint. Quare D. Ambrosius ab Imperatore Valentiniano accitus ad disputandum cum Auxentio Episcopo Ariano comparere recusavit, rationemque prodit epist. XXXII. *In caussa fidei, vel ecclesiastici alicuius ordinis ille iudicare debet qui nec numere impar sit, nec iure dissimilis. Quando audisti, clementissime Imperator, in caussa fidei laicos de Episcopo iudicasse? At certo vel si Scripturarum sectem divinarum, vel vetera tempora tractemus, quis est qui non audiat in caussa fidei Episcopos solere de Imperatoribus christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare?*

## CAPUT X.

*De libris hæreticorum prohibitis in Bulla Cœnæ.*

I. QUemadmodum libri qui veritates fidei, & morum continent, maximam legentibus utilitatem conferunt; sic libri qui errores fidei, aut moribus adversos proponunt, extremam animarum pernicium inferre solent. Iure igitur tum naturali, tum divino, cum adest perversionis periculum, vetita est eorum lectio qui fidei nostræ contrarios errores edocent. Inmitis hæretici conquerantur, Romanos Pontifices eorum libros prohibere. Quoniam experientia compertum est, plurimum valere librorum hæreticorum lectionem ad illos instillandos errores qui in præfatis libris continentur. Qua ergo ratione errores vitare debemus, eadem periculum gravissimum errandi, quod affert errorum lectio, declinare altringimur. Nec recens hoc in Ecclesia est, sed ipso Apostolorum tempore libros vana, & curiosa docentes flammis addictos fuisse, legimus Act. XIX. vers. 19. *Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.* Quam combustionem, ipsis Apostolis imperantibus, factam fuisse nemo negaverit. Socrates *Lib. I. cap.* IV. narrat Concilium Nicænum hæresiarchæ Arii libros comburi iussisse, Magnumque Constantinum Imperatorem poenam capitis in eos qui præfatos libros occultassent, constituisse. In Concilio Calchedonensi *act.* III. Decretum Valentiniani, & Marciani Imperatorum extat de concremandis Nestorii libris, & lex Theodosii in Concilio V. Constantinopolitano. Dicenda nonnulla forent de indice librorum prohibitorum, de quo plura scripsere Cardinalis Abizi in responsione ad historiam Inquisitionis Pauli Sarpi, P. Libelli in indicem Alexandri VII. & VanEspen *I. Part. iuris eccl. pag.* 191. Bellarminus *Lib. III. de Laicis cap.* XX. refert primum librorum indicem confectum a Gelasio Papa anno 456. Verum de his nostra nunc differere haud interest.

II. Duplici ratione hæreticorum libri vetiti sunt: nempe ut malum quod parere eorum lectio solet, impediatur; & ut hæretici confundantur, subeantque infamiæ poenam de propriorum parturum damnatione. Hæreticorum libri prohibiti sunt in *Bulla Cœnæ*. Sub hac tamen prohibitione non comprehendantur libri Iudæorum, Mahumetanorum, aliorumque ethnicorum: quia in Bulla de hæreticorum libris tantum expresse mentio fit. Prohibitio facta est sub excommunicationis poena. Quatuor conditiones occurrere debent ad excommunicationem incurrendam. Prima, ut libri sint hæreticorum. Secunda, ut hæresim doceant, aut de religione tractent. Tertia, ut scienter legantur, aut imprimantur, aut retineantur. Quarta, ut ablque auctoritate Summi Pontificis id contingat. Ii libri res religionis tractant qui divinam Scripturam exponunt, Theologiam sive scholasticam, sive dogmaticam, aut moralem tradunt, qui de clericis, monachis, Sanctorum cultu, aliisque rebus quæ ad christianam religionem attinent, sermonem habent. Secus illi qui philosophicas quæstiones versant, historias continent, aut inferiores artes explicant.

III. Si Catholicorum librum in quo essent descripti errores alicuius hæretici, quis legerit, poenis Bullæ non subiacet: eo quod liber non hæretici, sed Catholici sit: idque verum habet, etiamsi legentis intentio præcipua esset hæretici errores noscendi. Idem dicendum de eo qui legeret librum Auctoris catholici, in quo aliquæ hæreses essent ob ignorantiam scriptæ. Pariter excommunicationem non incurrit qui legit librum catholici Auctoris, in quo scholia sint, & adnotationes hæreticorum, etsi præfata scholia legat: quia liber Catholici, non hæretici est. Si vero hic liber alias prohibitus sit, tunc legens, vel retinens evadet quidem excommunicationem Bullæ Cœnæ; secus vero excommunicationem contentam in catalogo librorum prohibitorum, quæ nulli reservata est. In excommunicationem vero incidet qui librum hæretici legerit, etiam nondum typis excusum: æque enim liber dicitur calamo scriptus, ac typis impressus. Antequam ars typographica inventa esset, libri calamo exarati ab hæreticis perinde ac nunc prohibiti erant.

IV. Quæst. I. *Qui legit concionem hæretici, orationem, epistolam, brevemque disputationem hæreses continentem, incurrit ne excommunicationem?* Resp. Negat cum aliis P. Thomas Sanchez *Lib. II. cap.* X. *num.* 29. quod præfata nomine libri non veniant. At laxa, & ratione destituta hæc nobis videtur opinio: tum quod epistolæ, conciones, sermones manuscripti, libri etiam nuncupantur, ut patet ex ipsis Patribus, qui frequenter sermones aliorum libros appellant: tum quod vel ipsæ theses Romanæ curiæ stilo libelli nuncupantur. Denique quid nuncupatio libri refert ad hæreseos virus propagandum? Quare nimis laxa est opinio quam P. Sporer *tract.* II. *in I. Præcept. cap.* III. *sect.* IV. *num.* 29. ex Sanchez, Layman, & aliis docet, videlicet non incurrere excommunicationem Bullæ qui legeret scripturam hæretici minorem decem foliis: quia, inquit, lex odiosa est li-

bertati humanæ, ideo strictæ interpretanda. Laxa, inquam, nimium est opinio illiusce, falsoque nititur principio, quod supius perperam obtinuit Probabilistæ. Lex quippe ista & fidei, & libertati a peccato favet. Quapropter hæc opinio communiter reiicitur.

V. Quæst. II. *Datur ne materiæ parvitas quæ legentem hæreticorum libros ab excommunicatione excusat?* Resp. Hugolinus cum aliis paucis negat quamcumque materiæ parvitatem in hæreticorum librorum lectione, contenditque excommunicationem incurrere illum qui vel unam vel alteram lineam legat. Sed communis, & vera sententia etiam in hac lectione librorum materiæ parvitatem admittit. In designandis hujus materiæ levitatis terminis non una est Auctorum opinio. Azorius unum vel alterum versiculum designat: Suarez duas aut tres lineas: Sayrus decem: Sanchez folii paginam: Fagundez extendit hanc materiæ parvitatem ad paginam cum dimidia, ita ut qui minus quam integrum folium legerit, non censeamur limites levis materiæ transiisse. Alii denique autumant eam dicendam esse materiam parvam quæ absolute accepta liber non existimatur. Quisque pro arbitrio loquitur, & ultimæ opiniones nimis laxæ sunt. Vix assignari regula generalis valet. Sententia quæ unum, aut alterum versiculum statuit pro materiæ parvitate, nimis rigida videtur. Dicerem itaque, id ex pluribus circumstantiis pendere: videlicet ex conditione legentis a periculo seductionis alieni, vel in errorem proclivis, & ex qualitate controversiæ quæ legitur: quippe accidere potest ut virus hæresis in paucis lineis occludatur. Quare cum limites designari prudenter nequeant, via unica tuta est a talium librorum lectione abhinere. Nisi enim inconsiderantia, aut subreptio excuset, talis lectio vix culpa saltem veniali vel curiositatis, vel inobedientiæ carere valet. Quin si quis aperiens librum hæreticum statim offenderet in hæresim, & curiositate, aut levitate ductus lectionem perlegeretur paucarum linearum in quibus tota contineretur hæresis, noxam mortalem non evaderet. Contra, si plures lineas legeret in quibus nulla esset hæresis, nullumque subversionis periculum, gravis culpæ non videretur damnandus. Igitur, ut paucis rem omnem conficiamus, circumstantiæ & personæ legentis, & materiæ quæ legitur, finisque legendi spectanda sunt, ut gravitas materiæ dehinatur.

VI. Quæst. III. *Incurrit ne excommunicationem qui legit librum hæretici qui nec de religione tractet, nec hæresim continet?* Resp. Ut iam supra indicatum est, ille dicitur liber religionis controversias tractare qui Scripturam quoquo modo interpretatur, qui conciones, aut disputationes theologicas de fide, sacramentis, purgatorio, Sanctorum cultu, libertate, iustificatione, clericorum, monachorumque statu, cæteriique id genus argumentis quæ ad religionem attinent christianam, versat. Qui librum eiusmodi ab hæretico confectum legeret, peccaret mortaliter, & excommunicationem incurreret, etiamsi in tali libro nulla haberetur hæresis. Quoniam similes hæreticorum libros Ecclesia prohibet in iustissimam eorumdem hæreticorum contemptionem, & detestationem. Ut autem recta quæstioni respondeatur, libri hæreticorum qui nec de religione tractant, nec hæresim continent, non videntur, vi saltem Bullæ Cœnæ, vetiti; exceptis libris hæresiarcharum, Lutheri, Calvini, Zuinghi, Buceri, & similium. Prohibiti ergo sunt hæreticorum libri, aut quia de religione tractant, aut quod hæresim contineant. Ceteri vero libri historiales, vel politioris litteraturæ, qui nullam hæresim continent, non sunt prohibiti vi Bullæ Cœnæ.

VII. Quæst. IV. *Quæ ignorantia excusat legentes hæreticorum libros?* Resp. In Bulla aperte fermo est de illis qui *scienter* libros prædictos legunt. Duplex itaque notitia necessaria est, iuris nempe, & facti, ad culpam contrahendam, pœnamque contra legentes constitutam; debet namque legens scire, libros hæreticorum esse vetitos; & librum quem legit, esse hæretici. A culpa, & pœna excusat ignorantia sive iuris, sive facti. Si ignorantia sit invincibilis, excusat ab omni culpa, & pœna; si ignorantia sit leviter culpabilis, excusat a lethali, & ab excommunicatione; si sit culpabilis lata, supina, & crassa ignorantia, non excusat a mortali, ab excommunicatione tamen eximit ob particulam *scienter*.

VIII. Quæst. V. *Incurrit ne excommunicationem qui alium legentem audit?* Resp. Qui librum hæreticum legendum alteri tradit, ut ipsum legentem audiat, peccat, & excommunicationem incurrit. Hic quippe reipsa iuxta moralem existimationem legit, medio scilicet instrumento alterius linguæ: quod non facit ille qui alium legentem audit, cum ad legendum non induxerit: quin tunc revera tantum audit; contra vero audientes lata excommunicatio non est. Audiens vero peccare valet, si periculo perversionis se le exponat, si in doctrina hæretica sibi complaceat, si faventem hæreticis se fe pro-



prodat. Quin tunc excommunicationem incurret latam in credentes, & fautores hæreticorum. In quo numero illi quoque habendi essent qui librum hæreticum illis legendum traderent, quamvis ipsi non audirent: quia licet non subiacerent excommunicationi latæ in legentes, excommunicationem tamen incurrerent latam in credentes, aut faventes hæreticis. Ad hoc tamen opus esset ut hic exterius proderet suam in hæreticos propensionem, summque favorem. Ob solam namque libri exhibitionem non incurreret excommunicationem. In similibus ergo casibus circumstantiæ spectandæ sunt.

IX. Quæst. IV. *Contingere ne potest ut quis libros hæreticorum legere licite valeat absque expressa licentia?* Resp. Quælibet lex positiva *epikeiam* excipit. Theologus, Confessarius, Concionator aliquando licite legere hæretici librum valent cum scilicet necessitas urget aut confirmandi Catholicos in fide, aut confundendi hæreticos ipsorum librorum textibus: quod non ita frequenter occurrit; occurrere tamen potest, maxime in eis regionibus in quibus Catholici hæreticis permixti sunt.

X. Quæst. VII. *Qui licentiam habent a summo Pontifice, seu Congregatione S. Officii legendi libros hæreticorum, peccant ne, si absque necessitate illos legant?* Resp. Natalis ab Alexandro *Lib. IV. art. 8. reg. 25.* docet illos qui ex librorum lectione subversionis periculum fidei imminere animadvertunt, mentemque suam dubitationibus concuti, peccare mortaliter, si in eorumdem lectione perseverent. Natalem totidem verbis excipit P. Paulus a Lugduno *dissert. 11. de Virtutibus quæst. v. art. 1. quæ, 6. resp. 3.* Quæ sententia verissima est. Nulla quippe pontificia licentia a fugiendæ occasionis quæ ad peccatum induxit, onere eximit. Sed falsa est sententia quam ibidem docet præfatus P. Paulus Lugdunensis, nempe graviter peccare eos qui eusimodi libros ex sola curiositate legunt, tametsi facultate legendi donati sint. Licentia legitime concessa tollit omnem prohibitionem. Qua ergo ratione dici potest graveris culpæ ream esse lectionem ex sola curiositate? Graviter ergo peccabunt omnes qui ob solam curiositatem quoslibet libros minime vetitos legerint? Hoc nemo dicere audsit. Ut falsa itaque reiicienda est hæc opinio. Consulendum tamen est ut a prætactum librorum lectione abstineant, rationabili causa sublata, etiam illi qui legitima auctoritate fruuntur.

XI. Quæst. VII. *Quid dicendum de illis qui libros tenent hæreticorum?* Resp. Peccant, & excommunicationem incurrunt non solum qui retinent hæreticorum libros ut illorum lectione fruantur, verum etiam qui absolute retinent ob quamlibet causam, sive ad pompam, & ornatum, sive ad bibliothecas implendas. Adeo severe nonnulli loquuntur, ut non exculent nec aromatarios, nec librarios, qui foliis talium librorum merces involvunt, quamvis usus talium librorum contemptionem prodat. In hac retentione materiæ parvitas reperitur. Quæ mota excusat a gravi culpa, & ab excommunicatione, ex circumstantiis pendet. Non semper opportunum tempus, & obvia occasio est præfatos libros superioribus tradendi: nec semper illorum combustio expedit. Cum quis primum advertit se libros habere hæreticorum sine licentia, statim tradat Inquisitori, vel Ordinario: & si facultas præsto non est, Confessario confulat.

XII. Quæst. IX. *Quid de impressoribus dicendum?* Resp. Peccant, & excommunicationem incurrunt typographi librum hæreticum imprimentes, omneique illi qui manus adiutrices exhibent, qui librum imprimendum tradunt, qui corrigunt. Qui expensas pro impressione facerent, qui atramenta, & characteres submministrarent, peccarent, sin ut imprimentes, quia valde remote ad id concurrunt (quamquam mihi remota cooperatio hæc haudquaquam videtur) saltem ut hæreticis faventes. Denique peccato, pœnisque obnoxii illi forent qui librum hæreticum defenderent, laudarent, commendarent verbo, aut scripto, aut impedirent ne Superiorum inanibus eiusmodi libri traderentur.

XIII. Quæst. X. *Hæc Bulla Cœnæ est ne ubique recepta?* Resp. Non pauci Doctores contendunt, pluribus in locis haud esse receptam. Hanc ego quæstionem discutere nolo; sed aio, iis in regnis ubi recepta Bulla est, obligare iuxta omnes. Plura sunt quæ lege divina, & naturali vetita sibi reperiuntur.

XIV. Quæst. VI. *Præter prohibitionem latam in Bulla Cœnæ, est ne alia lex adversus libros hæreticorum, aliusque scriptorum lata?* Resp. Ut supra *num. 1.* indicatum est, sub initium nascentis Ecclesiæ Apostoli libros fidei, aut morum integritati noxios prohibuere, flammisque addixerunt. Indicem, in quem vetiti libri perscriberentur, primum confecisse Gelasium, asserunt communiter eruditi. Sæculo sexto decimo plures confecti fuere. Academiæ Parisiensis & Lovaniensis anno 1546. catalogum ediderc hæreticorum librorum.

Paulus Papa IV. in mandatis dedit Inquisitioni Romanæ, ut hæreticorum librorum indicem texeret, ut testatur Archiepiscopus Fontaninus in sua Eloquentia nuper typis edita *pag.* 507. Alter index confectus fuit a Patribus Concilii Tridentini, ut liquet ex *sess.* XVIII. in qua ad hoc munus peragendum delecti Episcopi, & Theologi fuere. Designati Patres integro anno huic operi desudarunt, Concilioque in ultima sessione decrevit, confectum indicem a summo Pontifice, post absolutum Concilium, examinandum, approbandumque esse: quod & præstitit Pius IV. anno 1564. librumque typis edidit Paulus Manutius eodem anno. Hunc indicem auxit Sixtus Papa V. sed Clemens Papa VIII. præ ceteris librorum *indicem regnâsque*, per Patres in Tridentino delectos confectas examinari, & recognosci curavit. Editus est anno 1596. Temporis decursu plures adiectæ fuere accessiones.

XV. Quæst. XII. *Qui libri prohibiti sunt in indice Tridentino, seu Romano, & sub qua pœna?* Resp. Duplicis classis sunt libri qui in laudato indice prohibentur. Primæ classis sunt hæresiarcharum omnes libri, ut Lutheri, Zuinglii, Calvini aliorumque similium, quæcumque sit materia quæ ab illis tractatur. Eo ipso quod liber sit alicuius hæresiarchæ, nulla argumenti quod in eodem libro disputitur, ratione habita, proscriptus censetur. Deinceps in eadem classe prohibiti sunt omnes hæreticorum libri qui aut religionis puncta tractant, aut hæresim, vel propositiones sapientes hæresim, male sonantes, temerarias, scandalosas continent. Omnes eiusmodi hæreticorum libri editi, vel imposterum edendi proscripti sunt sub pœna peccati mortalis, & excommunicationis Romano Pontifici reservatæ.

XVI. Secundæ classis sunt libri Catholicorum qui errores continent, vel doctrinam fidei, morumque integritati infestam, aut qui suspicionem gravem, solidamque erroris ingerant, aut scandalum, aut quippiam bonis auribus male sonans præferant. Eiusmodi libri non propter Auctores, sed propter errores prohibentur. Prioris classis non modo propter errores, sed propter Auctores ipsos proscribuntur. Posterioris classis aliqui prohibentur absolute; alii adiecta conditione, *donec repurgentur*. Præfati Catholicorum libri proscripti non intelliguntur, usquedum in censum librorum proscriptorum speciatim relati non sint. Prohibentur sub peccato mortali, & excommunicatione non reservata.

XVII. Quæst. XIII. *Sunt ne alia librorum prohibitorum genera?* Resp. Plura alia sunt genera librorum qui in præfato indice proscribuntur. Primum omnes libri Magiam tractantes. Secundo libri de Astrologia. Tertio omnes libri ex professo obscœni sunt ipso iure prohibiti. Antiquiorum Poetarum latini libri propter sermonis elegantiam permittuntur. Verum pueris, & iuvenibus minime permittendi sunt. Quamvis enim legentes eiusmodi antiquorum Poetarum, nempe Ovidii, Catulli, aliorumque similium libros nullam incurrant censuram; si tamen grave periculum experiantur in lectione, sub gravi culpa abstinere tenentur. Denique in quarta regula indicis Romani vetita est lectio Bibliorum sacrorum in lingua vernacula absque Superiorum licentia.

XVIII. Quæst. XIV. *Libri Catholicorum prohibiti in uno, sunt ne in alio idiomate vertiti?* Resp. Ut certam exhibeam responsionem, regulam transcribo Clementis Papæ VIII. quæ habetur §. 6. de prohibitione librorum: *In universum autem de malis, & perniciosis libris id decernatur, atque statuatur, ut qui extra linguæ suæ ditionem editi, & deinceps prohibiti, ac damnati a Sede apostolica sunt, eosdem quoque, in quamcumque postea vertantur linguam, censeri ab eadem Sede ubique gentium sub eisdem pœnis intendictos, & damnatos.* Exemplo quæstionem illustro. Colloquia P. Gabrielis Daniel adversus Epistolas provinciales vetita sunt a Sede apostolica latine reddita. Numquid prohibita sunt lingua gallica, in qua eadem primum edidit P. Daniel? Dubio procul. Immo si in latina, potiori iure in gallica lingua prohibita sunt. At regula indicis eos libros in quacumque lingua damnatos asserit qui initio certa lingua damnati sunt. Dialogi P. Daniel anno 1695. latine editi delati ad tribunal S. Officii prohibiti fuerunt. Si gallice scripti denuntiati fuissent, eadem proscripti pœna essent. Ex Anglorum libris vix unus in lingua anglica, sed aut in gallicam, aut in latinam versi proscribuntur. Tunc liber in una tantum versione proscribitur, ut quando versio hæc quidquam peculiare continet prohibitione dignum, quod in prima lingua editus liber non continebat. Colloquia, seu Dialogi Patris Daniel adversus Provinciales sincere, nulla additione facta, redditi latine sunt a P. Iuvenci, ut aiunt, seu ab alio Iesuita (super quo facto nolo me vadem exhibere.) In utraque ergo lingua proscripti sunt. Scripturæ sacræ (arguntur Probabilistæ quidam) versio italica, seu vulgaris, veti-



vetita est; secus latine edita. Peregregie. Ergo si latine editi Dialogi Patris Daniel proscripti sunt, potiori iure damnati reipsa sunt in lingua gallica. Versio latina sacræ Scripturæ, non item vulgaris, omnibus concessa est. Prohibita vulgaris versio est ob peculiares rationes. Inepti sime a quodam Probabilista Quilogiorum P. Gabrielis Daniel versio cum Scripturæ divinæ versionibus comparatur. Doctrina iunioris Probabilistæ qui exuerere a prohibitione præfatos Dialogos lingua gallica editos aulus est, quod latine redditi proscripti sunt, omnem librorum prohibitionem eludit. Si quidem Romana Sedes non librorum idiomata (sola excepta Scriptura divina) sed doctrinam eorumdem, calumnias, falsitatesque damnat. Evidens enim, compertumque, Dialogos P. Gabrielis Daniel in quacumque lingua proscriptos esse.

## CAPUT XI.

### *De librorum impressione: de Superiorum licentia: de eorumdem librorum Censoribus.*

I. QUÆ hoc in capite dicenda sunt de librorum impressione, potissimum Regulares spectant: nam de ceteris scriptoribus qui Regulares non sunt, nulla fere difficultas occurrit. Porro ut maiori qua fieri potest perspicuitate res declaretur, primum omnium decreta quæ a Concilio hoc de argumento edita sunt, in medium promam. Primum decretum editum est in Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess.* x. & habetur in Bulla eiusdem Leonis *n.* 12. *Tom. I. Bullarii.* Verum censuræ latæ in præfato decreto contra impressores librorum non fuerunt ulla receptæ, ut contendunt Cajetanus, & Navarrus in *Manual. cap.* XXVII. *num.* 111. & 249. nec in laudato Lateranensi decreto Regularium mentio fit.

II. Concilium Tridentinum innovasse videtur decretum Concilii Lateranensis, atque de Regularibus expresse sermonem habet: ideo transcribendum iisdem est ex *sess.* IV. ubi regulæ statuuntur pro sacrorum librorum editione, ut ex titulo decreti, & decreto ipso colligitur: totus siquidem sermo est de sacris Bibliis tum interpretandis, tum imprimendis. Sub initium ergo decreti decernitur, quænam sacra Scriptura *pro authentica habenda sit.* Deinceps subdit: *Ad coercenda petulantia ingenia decernit ut nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum .... sacram Scripturam ad suos sensus contorquens.* Postremum de impressione librorum sacrorum hæc iubet: *Nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine Auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi prius examinatis, probatisque fuerint ab Ordinario, sub pœna anathematis, & pecuniæ in canone Concilii novissimi Lateranensis appositæ. Et si Regulares fuerint, ultra examinationem, & probationem huiusmodi, licentiam quoque a suis Superioribus impetrare teneantur, servatis pro eo libris, iuxta formam sacrum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant, vel evulgant, nisi antea examinati, probatique fuerint, eisdem pœnis subiaceant quibus impressores. Et qui eos habuerint, vel legerint, nisi prodiderint Auctores, pro Auctoribus habeantur. Ipsa vero huiusmodi librorum probatio in scriptis detur; atque also in fronte libri vel scripti, vel impressi authentice appareat.*

III. Nonnulla animadversione digna in hoc decreto. Primum ex scopo ibi præfituto, atque ex contextu eiusdem de solis sacris Bibliis sermo est; quæ scilicet in rebus fidei, & morum interpretari nequeunt iuxta proprium cuiusque sensum. Quare dum subdit: *Nulli liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris* &c. de iis Libris sacris loquitur Concilium quorum in decreto sit mentio. Porro in toto illo decreto nec verbum habetur nisi de sacris Bibliis. De his ergo solis sermo haberi videtur. Communiter Theologi interpretantur de quibuslvis sacris Libris in quibus theologicæ quæstiones disputantur. Verum hæc omnia nullum faciesunt negotium, cum regula indicis prohibitionem extendat ad omnes libros sive sacros, sive profanos, nedum theologicos.

IV. Alterum quod occurrit meditandum, est sint ne omnia ista recepta quæ in Tridentino de librorum impressione præscribuntur. Martinus Navarrus in *Man. cap.* XXVII. *num.* 248. hæc habet: *Nescimus, an sit recepta, vel an recipietur: quia videmus, libros impressos sine illius observationis solemnitate insignium virorum Dominici Soto, Bartholomæi Carranzæ, & Ambrosii Catharini, qui eidem Concilio interfuerunt. Quamquam nunc in recentioribus editionibus cernimus impressos cum dicta solemnitate.* Hæc etiam nostra tempestate aliqua laudati decreti non videntur ulla recepta. Et certe libelli manuscripti vulgantur absque ulla approbatione, quin aliquis, quantumlibet pius, id religioni sibi vertat. Et tamen in decreto citato dicitur: *Qui autem scripto eos (libros) communicant, vel evulgant,*

*gant, nisi antea examinati, probatique fuerint, eisdem pœnis subitaceant quibus impressores.* Hoc præceptum refertur etiam in *regula* X. *Indicis Romani*, his verbis: *Eos vero qui libelles manuscriptos vulgant, nisi ante examinati, probatique fuerint, eisdem pœnis subiici debere, indicarunt Patres deputati, quibus impressores.* Quis nunc tanctionibus Tridentini, aut Indicis adversari se suspicatur, si librum manuscriptum communicet, aut vulget nulla infigritum approbatione? In dies circumferri manuscripta videmus, eadem legimus omnes absque ulla vel levis culpæ suspicione. Idem contingit in propria nominis appositione. Plurimi enim cumulque fere scientiæ in lucem prodeunt anonymi. Illorum plures doctrinam sanam, & undique Evangelio consentaneam continent, Auctoresque integris moribus ornati sunt; immo in ipsa nominis occultatione pietatem redolent, quod humilitatis, demissique animi ergo id peragant. Neque Superiores adversus hanc nominis occultationem reclamarunt unquam, quoties cetera quæ in præfato decreto, & regula pro legitima editione continentur, servata fuere: neque liber aliquis superiorum licentia typis editus proscriptus est, ob id præcise quod absque Auctoris nomine in lucem prodierit. Et hoc commune est apud Auctores.

V. Tertium quod in hoc decreto, & regula Indicis animadvertendum occurrit, est, quidnam sit in eodem sub lege obligante impositum. Hoc porro est quod liber, antequam typis edatur, a Superioribus examinatus, approbatusque sit. Si autem quæras, quinam sint Superiores isti quorum interest libros examinare, & approbare, juxta Tridentinum sunt locorum Ordinarii, & juxta regulam Indicis in urbe Roma sunt Vicarii Pontificis, & Magistri sacri Palatii; extra urbem vero in Italia pluribus in locis sunt Inquisitores, alicubi Episcopi. In pluribus vero regnis usus obtinuit ut per regiam potestatem, non per Ecclesiasticos, examinentur, summi Pontificis, inquiunt plures Doctores, tacita approbatione. Qui absque hac approbatione libros typis ederent, pœnis in Tridentino constitutis subiecti essent.

VI. Quæst. I. *Regulares qui libros quoscite typis edunt eum approbatione Ordinarii, seu Inquisitoris juxta morem Patriæ in qua libri eduntur, subiecti ne sunt pœnis a Tridentino, seu a regula Indicis latis, si Prælatorum suorum Ordinum approbationem impetrare omittant?* Resp. Nec Tridentinum, nec regula Indicis censuram aliquam infligunt Regularibus imprimentibus libros absque Prælatorum Ordinis licentia. Verba Tridentini hæc sunt: *Si Regulares fuerint, ultra examinationem, & approbationem huiusmodi licentiam quoque a suis Superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris juxta formam suarum ordinationum.* Nulla hic adiicitur pœna, vel censura. Nec nos ergo eam adiicere debemus; potissimum quod pœnæ sunt restringendæ. Regulares ergo qui absque Ordinarii, seu Inquisitoris juxta Patriæ ullam libros imprimeret, pœnis in Tridentino constitutis obnoxius eliet: obtenta vero Ordinarii, seu Inquisitoris approbatione, si Prælatorum sui Ordinis approbationem negligat, eiuidem Ordinis legum transgressor evadet, pœnaique solum iis præfatis legibus constitutas subire debebit. Et hæc est communis, quoad mihi perspicere licuit, sententia, quam defendunt Suarez *Tom. IV. in III. part. disp. XXIII. sect. VII. n.* 1. Pesirinus *de Prælato quæst. III. cap. IX. num.* 1. Pellizarius *tract. VI. cap. IV. num.* 4. Lezana *Tom. II. verb.* Libri *num.* 6. Antonius a Spiritu sancto *in Direct. Reg. tract. III. disp. VI. sect. 6. §. 17. num.* 1113. Cassinus a Sancto Elia in sua *Athenæ opinion. verb.* Impressor *num.* 8. Portel. *in Dub. Reg. verb.* Libri *num.* 6. & alii, neminemque oppositum adferentem mihi videre licuit.

VII. Regulares ergo, habita approbatione Superiorum extra Ordinem secundum Patriæ morem, consulere suas debent constitutiones. Lezana *loc. cit.* prodit sui Ordinis constitutiones quæ pœnam privationis loci, vocis, & gradus statuunt in eos qui absque Prioris Generalis licentia libros edunt.

VIII. Quæst. II. *Quid hac de re constitutiones Ordinis Prædicatorum decernunt?* Resp. Textus originalis præscribit, nulla scripta prælo committenda esse, nisi prius per Fratres peritos, quos aut Magister Generalis, vel Prior Provincialis in sua Provincia designaverit, examinata, & approbata fuerint: dist. II. cap. XIV. de Student. text. XI. *Nulla scripta facta, vel compilata a Fratribus aliquatenus publicentur, nisi per Fratres peritos, quibus Magister Ordinis, vel Prior Provincialis commiserit, fuerint examinata.* Hanc potestatem ademptam esse Provincialibus nulibi lego. P. Fontana *tit. de lib. imprim. num.* 2. promit ordinationem nonam Capituli Generalis Metis celebrati anno 1313. ubi hæc leguntur: *Inhibemus etiam districte, ne scripta, tractatus, compilationes, repertationes quæstionum quarumcumque a Fratribus nostris edita, vel edenda, extra Ordinem publicentur, quousque per venerabilem P. Magistrum examinata fuerint, & correcta, communicata vero extra Ordinem, per eumdem examinari, & corrigi volumus diligenter.* Hæc ordinatio adiecta est Constitutionibus *dist. II. cap. XIV. ad text. XI. sub lit. V.* Verum hic Provincialibus facultas quæ illis in textu conceditur, nullo modo adimitur, sed tantum una textus pars quæ Magistrum Generalem spectat, adducitur; altera quæ ad Provinciales attinet, silentio præteritur. Propterea ne tetractatur, revocaturque? Quidquod etiam si expresse retractaretur, non ob id prælata lex, quæ interpretatione ob suam perspicuitatem non eget, abolita intelligeretur, propter legem generalem quæ cavet, ne textus originales immutentur, nisi per tria Capitula Generalia continuata, & in eumdem finem celebrata? Verum quod rem conficit, est quod præteacto sæculo in Capitulo Generali Vallisoleti celebrato, anno 1605. & in Capitulo Generali Romano anno 1688. confirm. 5. Provincialibus eorumque Definitoribus hæc potestas asseritur, concedendæ scilicet licentiæ imprimendorum librorum, ut habetur apud ipsum Fontana loc. cit. num. 5. *Confirmamus ordinationem quintam Cap. præcedentis Vallisoletani, qua statuitur, ut nullus deinceps liber typis mandetur, quin prius examinatus, & approbatus fuerit a duobus vel tribus Patribus in unaquaque Provincia, a Provinciali, & Definitoribus Capituli Provincialis sequentis.* Hæc ordinatio inserta habetur Constitutionibus *dist. II. cap. XIV. ad text. X. sub lit. T.*

IX. Quæst. III. *Constitutiones Regularium quæ pœnas infligunt librorum editoribus, omissa Ordinis approbatione?* Resp. Aliquorum Ordinum leges privant subditos edentes libros loco, voce, & gradu. Quisque sui Ordinis leges consulat. Textus originalis, qui solus vim Constitutionis in Ordine Prædicatorum habet, nullam peculiarem pœnam imponit præter illam quæ cumque constitutionis violatoni annexa est. In hoc quippe Ordine nulla lex est præter tria vota, eaque præcepta quæ vota comitantur, quæ sub culpa gravi, vel levi genere suo obligent. Temporis decursu pœna gravioris culpæ constituta fuit in eos qui sine Ordinis approbatione libros ederent, ut colligitur ex Capitulis Mediolani 1505. Romæ 1518. celebratis, ut videre est apud Fontana *tit. de grav. culp. num.* 10. & *tit. de lib. imprimendis num.* 3. & 4. Adducitur præceptum formale, & excommunicatio latæ sententiæ Capituli Romæ celebrati anno 1644. in eiusmodi editores, etiam illos qui alieno nomine, vel proprio suppresso, aut fictitio apposito, libros typis ederent. Verum eiusmodi censuræ, & præcepta cum ipsis Capitulis desinunt, & nisi renoventur in sequentibus Capitulis, nullam vim habent, ut expresse decernit Textus Constitutionum in Prolog. text. IX. *Ordinationes tam Capitulorum Generalium, quam Magistri Ordinis, quoad vim præcepti, & censurarum ecclesiasticarum, cum ipsis expirare intelligitur.* Laudatum præceptum, & censura nec in sequentibus Capitulis confirmata sunt, nec in Glossa Constitutionum relata. Quin in Glossa Constitutionum eiusmodi pœna quæ transgressoribus debetur, indefinita relinquitur Prælatorum arbitrio determinanda. *Qui autem contrarium fecerint, debita pœna plectantur iuxta id quod etiam apud Treverim fuit ordinatum* 1266. *ord.* 60. *const. dist. II. cap. XIV. text.* XI. Constat etiam quod nemo hodiedum sibi conscientiæ vertit, libros debita Superiorum facultate obtenta, suppresso proprio nomine, aut fictitio adiecto typis cudere. Ut enim supra indicavimus, quod privilegium peragendæ editionis in fronte libri apponatur, ut in Tridentino præscribitur, non est, nec fuit usu necessario receptum.

X. Quæst. IV. *Peccaret ne Regularis qui scripta sua sæculari tradere imprimenda cum licentia Ordinariorum sub eiusdem sæcularis proprio, vereque nomine?* Resp. Concors est Auctorum opinio, quod Doctor sæcularis non violaret Tridentini legem, si occultato proprio nomine, sub alterius hominis vero nomine suos libros typis ederet: quia ille Auctor libri habetur sub cujus nomine in lucem liber prodit; itque rationem Superioribus reddere tenetur: qui propterea admoneri, antequam edatur, debet, & ille libere contentire, aut refragari valet. Siquidem illo resistente, iniusta editio foret ob iniustam eiusdem nominis usurpationem. Ad Regulas autem quod attinet, communiter Auctores docent, posse Regularem extraneo sua scripta edenda sub extranei nomine communicare, quin peccet saltem graviter, eo quod honor quo Religio caret ob suppressum Regularis nomen, tanti non est ut inde Religio grave patiatur damnum. Isti Auctores supponunt, quemque Scriptorem, etiam Regularem, dominium in sua manuscripta habere. Nos autem in nostra *Disciplina Apostolico-Monastica differt. V.* oppositum demonstravimus. Quare si manuscripta essent tanti valoris qui materiam gravem constitue-

stituerer; tunc peccaret Regularis, si, invita Religione, illa distraheret. Quid si petitam a Religione licentiam editionis obtinere non posset? Tunc præsumitur, Religionem præfata manuscripta parvi facere: ideoque eiusdem iura non tuederentur ob præcisam alienationem. Possent vero occurrere iusta alia momenta negandi talem licentiam, & tunc distractio illicita foret. Si Conventus, ad quem dominium in iur Regularis manuscripta pertinet, consentiret in alienationem; tunc dubio procul sub vero nomine fiduciarius consentientis, Ordinariorum facultate impetrata posset Regularis edere librum suum. Hæc omnia tamen ex circumstantiis dijudicanda sunt. Nec enim adeo frequens est ut manuscripta sint magni valoris; ita ut iustitia, votumque paupertatis violetur, si alienentur. Contra nec tam frequenter, quin raro occurrit ut Religio non consentiat in manuscriptorum editionem. Et cum resistit, argumentum est quod manuscripta non sint luce publica digna.

XI. Quæst. V. *Peccaret ne qui approbato, & subscripto manuscripto aliqua adderet?* Resp. Si in fraudem id faceret, indubitate peccaret. Si absque fraude aliqua adiceret, vel ad maiorem explicationem, ornatum, & confirmationem, certusque scriptor esset, hæc quæ adiicit, nihil continere improbandum; tunc non peccaret, maxime si Censor facile consuli non posset, quia tunc rationabiliter consentiens Approbator præsumitur. Caute tamen procedendum, bonaque fide, & æquitate: nec tam spectanda est quantitas scriptionis quæ adiicitur, quam puritas doctrinæ quæ nulli sit subiecta censuræ.

XII. Quæst. VI. *Censura quam inflixit Tridentinum, & regula Indicis, est ne reservata alicui?* Resp. Certum est nemini reservatam esse: quia nec in Concilio Lateranensi, nec in Tridentino, nec in Indice reservationis mentio fit. Quapropter Confessarii ordinarii absolvere suos pœnitentes valent. Pœnis autem, præter excommunicationem, ante iudicis sententiam, nemo subiectus est. Hæc omnia communia sunt apud Auctores, contra Barbosam qui de *potest. Epis. allegat. 20. num. 13.* scribit excommunicationem reservatam Episcopo esse, cum nullibi vel verbum talis reservationis habeatur.

XIII. Quæst. VII. *Quo decimentur opere Superiores in facultatis concessione prolibris edendis?* Resp. Tenentur Examinatores, seu Censores designare pro libri edendi revisione. Ex arbitrio negare licentiam nequeunt: actus quippe iurisdictionis est, qui iustitiæ legibus dirigi debet. Peccarent, si aliqua peculiari affectione, aversione, invidentia, aliove fine ducti facultatem imprimendi libros denegarent; puta, quia argumenta quæ in libro tractantur, illis displicent, quoniam eorum rationibus, & cupiditatibus minime quadrant. Inspicere ergo debent aut seipsis, aut reviforum opera, sit ne sana doctrina quam liber promit, sit ne prudenter, ac serio explicata, & utrum liber utilis sit bono publico, reique litterariæ proficuus. Hæc si adsint, quamvis non essent Superiorum negotiis consentanea, licentiam denegare nequeunt.

XIV. Quæst. VIII. *Quid si Regularis petita licentia a suo Superiore, & ob iustam causam non obtenta, librum ederet?* Resp. Primum omnium Regularis obedientiæ, quam habuis suis solemni ritu Prælatis suis sponondit, recordari debet. Illud etiam fere certum est, Prælatos suorum Ordinum incrementum, & decorem summopere cupere; atque adeo facillime licentiam impressionis concedunt, quoties prudenter deprehendunt, librum edendum in Ordinis decorem, & gloriam cessurum fore. Quare si licentiam edendi libri denegant, communiter iustam esse negationem præsum debet. Si res dubia sit, præsumptio favere Superioribus certo debet. Si in utramque partem negotium probabile sit, adhuc Superioribus parendum: quidquid afferant recentiores Catullæ, qui contendunt in occursu istius probabilitatis, subditum adhærere illi probabilitati licite posse quæ sibi magis favet, quamvis probabilior opinio contraria stet a Prælatis. Quæ omnia nos improbamus. Si vero evidens esset, Prælatum iniuste licentiam denegare, eo quod suspicatur librum edendum suis progressionibus, commodisque privatis infestum fore, tunc si liber revera ipsapte natura magnæ esset utilitatis, quod argumentum grave, & ad bonum publicum promovendum magnopere aptum dispiceret, petita, & non obtenta licentia, posse licite librum edi, docent laudati Probabilistæ. Quomodo autem scire poterit in propria causa Auctor, sit ne suus liber recenitis prærogativis ornatus? Ut hoc affequi secure valeat, doctis pijsque viris examinandum librum subiiciat, rogetque ut evangelica sinceritate sententiam sibi dicant suam. Si docti isti Censores candide testentur, post severum examen, nihil se in libro animadvertisse sive contra fidem, sive contra bonos mores, sive contra splendorem, gloriamque proprii Ordinis, quod sit censura, aut correctione dignum; si id quoque admaverint Ordinariorum, & Principum revisores, facultatemque pro impressione Ordinarii conscripserint, licitum esse a fortiori, ut dicitur, edere librum, petita, & non obtenta licentia, docent laudati iuniores. Ego tamen contulerem, ne umquam, invitis Superioribus, quisquam librum ederet. Quoniam, dum revera liber bonus est, probatusque ab Ordinariorum Censoribus, sub alio nomine edi potest. Numquam enim mundi artes adeo potentes sunt, ut veritati divinæ occludere omnem viam queant.



XV. Quæst. IX. *Quenam esse debent Censorum prærogativæ?* Resp. Multæ sunt prærogativæ quibus ornati sint oportet illi omnes qui iudicium ferre debent in capita, sive in res humanas. Et quo altior est materia iudicio obnoxia, eo profundior cognitio, acrius ingenium, maturior prudentia in Iudice, seu Censore requiruntur. Porro ex librorum lectione regimen tum sacrum, tum politicum pendet. Argumenta sacra in libris discussa fidem, motusque spectant. Non mediocri ergo cognitione instructi sint oportet qui libris examinandis præsunt. Tres tamen prærogativæ præ ceteris iisdem necessarie sunt: morum scilicet integritas, & prudentia. Qui his duabus dotibus carent, huic sunt officio inepti. Quid si adsint sordida venalitas, personarum acceptio, invidentia, impotens rancor, religionis neglectus, pietatis incuria, pluraque alia quæ excæcant mentem, ne rectum proferre iudicium queat? Si prudentia delit, umbras, & chimæras mens effinget. Quapropter repellendi tamquam omnino indigni ab hoc officio sunt illi omnes qui proprii instituti leges non servant, qui pecuniis iubiant, ut suas explere appetitiones valeant: qui in incessu, statu, habitu, aspectu, colore, gestu, oculorum revolutione, & in omnibus fere motibus perturbationem animi, mentis machinationes, turbidosque cordis impetus produnt. Istius generis homines ab officio Censorum, seu Iudicum repelli omnino debent. Sunt quippe prorsus indigni, unaque inepti, & litterarum cultui, immo & humanæ societati, atque tranquillitati infesti. Ultima prærogativa est litterarum, scientiarumque peritia.

## CAPUT XII.

*Stulta est persuasio eum Politicorum asserentium quemquam in sua religione, tum hæreticorum docentium cunctos in propria secta christiana, quomodo credant articulos fundamentales Evangelii, salvari posse.*

I. NIhil umquam demencius excogitari potuit quam futile illud commentum, videlicet quemquam in sua religione salutem assequi æternam posse. Hoc delirium somniasse referunt Marcum Antonium de Dominis. Qui hoc errore infecti sunt, *Neutrales* appellantur, quod indifferenter quamque religionem admittant, nullam damnent, sed data occasione illam amplectuntur quam suis appetitionibus magis experiuntur consentaneam. Inter Catholicos Catholici, inter Lutheranos Lutherani, inter Calvinistas Calvinistæ, inter Turcas Turcæ, inter Paganos Pagani fiunt. Hæc est impietas quæ hac tempestate latius dominatur, quod pietatis fuco se deliniat, obtegatque. Siquidem scelestissimi hi Politici inquiunt, se neminem damnare velle eorum qui conscientiæ sæ dictatis adhærent, religionisque, quam veram reputant, regulis parent. Quid, adiunt, pietati, caritatique congruentius quam omnes in statu constituere salutis, omnibusque viam aperire qua ad æternam felicitatem pertingant? Hoc quippe divinæ bonitati quam maxime consentaneum videtur.

II. Sub hac ementitæ caritatis larva erumpit in medium monstrum illud impietatis, quod ex impoterti libidine indulgendi carnalibus desiderii ortum ducit. Nullam siquidem religionem profiteur qui in dies religionem mutare paratus est, cuiusmodi sunt impii Politici, *Indifferentes*, seu *Neutrales*. Porro quam falsa, & erronea fit opinio illa quam deprædicant, statim compertum fit cuique singulas sectas antichristianas in examen vocanti. Nam Paganismus, qui quinto seculo exterminatus potissimum sub Romano Imperio fuit, salutem certe non confert, sicuti nec Polytheismus qui lumini naturæ repugnat, ut in primo prolegomeno ostensum est. Quid de Iudæorum perfidia dicam? Illi ipsi se damnatos asserent, si Messias quem expectant, advenisset in mundum. Porro Messiam a septemdecim & amplius seculis de cœlis in terram populum suum redemptum descendisse, ut factum certum compertumque nunc habemus. Nequeunt ergo Iudæi salutem assequi, dum fidem denegant

filio-

salutis principio & fini. Mahumetissmus vero, qui sinu suo innumeras sectas comprehendit, quique totus carnalis est, futuramque felicitatem in lasciviæ voluptatibus collocat, adeo repugnat vel ethnicorum sapientum honestati, ut absque ulla confutatione se ipso corroat.

III. Secundo convellitur *Neutralium* impietas. Deus unicus est, ut in primo prologomeno evicimus. Porro Deus ille hunc mundum regit, gubernat, sustinet: imperat se a suis subditis coli; legem suam imperi. Cum autem sapiens sit, sibi repugnare, & contraria præcipere minime valet; sed quæ honesta sunt approbet, quæve turpitudinem producunt, execretur necesse est. Quis ergo fronte impii *Neutrales* effutire ausint, quemquam in sua religione fieri salvum posse? Ut quis salutem, & felicitatem teneat, placeat oportet illi cuius tantum est felicitatem, & salutem conferre. Tam autem repugnat omnes sectas Deo placere, quam repugnat easdem se invicem probare. Una enim alteram improbat, quod ritus, leges, moresque contrarios profiteatur. Quæ siquidem honesta sunt uni sectæ, alteri turpia existunt, & cultum quem una religio Deo offert, altera detestatur. Quid si omnium sectarum pugnantes mores, contrarias leges, oppositos ritus recenseremus? Qua ergo ratione Deus unius religionis cultum suscipit ut sibi gratum, eadem alterius sectæ contrarium ritum ut sibi infensum repudiat. Contraria & pugnantia approbare nequit. Deum ut trinum colunt Catholici, Mahumetani Trinitatem ut vanum Christianorum commentum reiciunt. Hæc duo summopere distant, pugnantque. Si Deus trinus est, ficuti certe est, in personis; quomodo Turcarum religionem approbare valet? Quomodo Deo placere potest Turcarum odium in Christianos, quod Mahumetem ut impostorem exfibilant; vel Christianorum odium in Turcas, quod Mahumetem ut supremum Prophetam Christo, & Moyse superiorem adorent? Quis sanæ mentis dixerit, hæc omnia grata Deo fore? Grati ergo Deo utriusque sectæ professores esse nequeunt. Quæ ratio urget adversus omnes sectas, una sola excepta. Quandoquidem sicuti una veritas est, ita unica sola religio vera, Deoque cara sit necessum est. Fieri ne potest ut inter plures oppositas propositiones plus una vera sit? Non audes hoc adfirmare. Qui ergo contingere valet ut plus una pugnantium religionum vera, sancta, & immaculata existat? Si una sola sancta, una sola intemerata, & vera; ergo ceteræ omnes falsæ, impiæ, & maculatæ. Porro numquid falsitas, numquid impietas, numquid turpitudo placere Deo potest? Sed quid fudimus operam, ut id convellamus quod seipso in nihilum occidit? Dicamus ergo cum nostro divino Servatore Iesu: *Qui non est mecum, contra me est; & qui non colligit mecum, dispergit*: Lucæ 11. & cum Apostolo Paulo ad Ephes. IV. *Unus Dominus, una fides, unum baptisma*.

IV. Obiicies. Dei bonitatem dedecet tam immensa hominum damnandorum multitudo. Nonne Deus vult omnes homines salvos fieri? Incredibile igitur videtur omnes Iudæos, Turcasque damnandos fore. Illi namque Deum pie colunt, eique iuxta ritum quem a teneris unguiculis didicerunt, placere student, iustitiam servant, proximum diligunt. Resp. Si sola naturæ ratione fidei religionisque arcana referanda essent, aliquam veri æquique speciem præberet oppositio istiusce. Sed Dei mysteria doctrinis illis explicanda sunt quas Deus nobis revelavit. Porro in una tantum religione salvos fieri homines posse Scripturæ divinæ nobis reclamant. Quippe si Turca, Iudæus, & quisque in sua religione salvari potest; frustra Apostoli in fide Christi asserenda laborarunt, irrita Martyres sanguinem fudere, frustra Christus factus homo, frustra passus, ut Apostolus arguit ad Galat. II. *Si per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est*; videlicet, si unius Dei cognitione obtineri iustitia potest, haud necessaria erat Christi mors. Verum quæ infra dicturi sumus, clarius palam facient obiectam difficultatem puruo putumque esse sophisma.

V. Quod ad hæreticos qui Evangelium profitentur, attinet, non minus evidens est, non posse scilicet quemquam in sua secta salvari. Nam præterquamquod æque adversus illos ratio præcedens, ac adversus Ethnicos, urget, accedit quod verbum Dei, cui ipsi fidem adhibent, sectarum pluralitatem detestatur. *Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem devita; sciens quia subversus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus*, ad Tit. III. Epistola quoque ad Hebræos *cap.* XIII. doctrinarum varietatem prohibet: *Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci*. Quid quod hæretici plura superstitionis, idololatriæ, iniquitatis damnant, ut Sanctorum cultum, sacrificia, preces in defunctorum suffragium, alia-



aliaque id genus, quæ Catholici ut pia, sancta, Deoque grata habent, defendunt que? Quorumnam sententiam confirmabit Deus? Numquid idolatriam, superstitionemque adprobabit? Quod si verus, sanctus, debitusque est cultus ille quem Catholici pani eucharistico consecrato, divisque cum Deo regnantibus offerunt; numquid non animadvertet in illorum impietatem qui hoc obsequium Deo subtrahunt, & in sacros cultores sacrilege debacchantur?

VI. Recentiores hæretici eo cecutire haud potuerunt, ut in catholica Ecclesia salutem obtineri posse negarent. Hinc excogitarunt inventum non valde illi dissimile quod in Politicis, seu Neutralibus impugnatum est supra. Distinguunt itaque articulos fidei catholicæ in fubilantiales, seu fundamentales, & non fundamentales. Quæ sane distinctio, prout ab illis invecta, commentitia est, & chimærica. Quippe contendunt illi fundamentalium articulorum fidem ad salutem necessariam esse; secus vero fidem articulorum non fundamentalium. Si vero ab illis quæras, unde didicerint illorum, secus illorum, fidem ad salutem requiri; si urgeas, ut textum Scripturæ allignent qui hanc prodat diversitatem, vel ex quo colligi aperte possit dispar illius necessitatis ratio: silent omnino, & obmutescunt. Et sane ex textu sancto, in quo illi omnia credenda, non modo re, & virtute, seu implicite, ut dicitur, sed explicite, & aperte haberi contendunt, distinctio articulorum fundamentalium, & non fundamentalium colligi nullo modo valet: multo minus vero illinc eruitur illorum, secus illorum, necessitas. Quin oppositum conceptis verbis docetur, reum esse infidelitatis omnium articulorum qui vel unum respuit articulum, ut habetur Epist. Iacob. cap. II. vers. 10. *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non machaberis, dixit & Non occides. Quod si non machaberis, occides autem, factus es transgressor legis*. Hæc divi Iacobi doctrina, cui forsitan non acquiescunt heterodoxi, pluribus in aliis eiusdem Scripturæ locis inculcatur. Quid quod ipsi hæretici plenis buccis nobis improperant, auxisse nos fidei articulos, repugnante Scriptura, quæ prohibet vel verbum aut addere, aut detrahere fidei articulis quos Deus nobis revelavit. Cur? Quia sicuti nihil superflui, ita nihil non necessarii nobis credendum proposuit Deus.

VII. Oppones. Nonne Catholici distinguunt articulos credendos: & quorumdam necessarium esse fidem contendunt necessitate medii, sine qua salus obtineri nullo modo potest; aliorum vero fidem necessariam defendunt necessitate præcepti, quorum proinde ignorantia invincibili laborare quis potest, & absque illorum expressa fide salutem assequi æternam? R. Nemo neget, immo quisque rationis compos admittat fas est, in christiana professione, sicut in qualibet facultate, principia quædam esse generalia, & alia peculiaria, quæ ex illis profluunt. Quis negare ausit, Deum esse, illumque effectorem omnipotentem universi, providentiam, gubernium, & iudicium tum in bonos ut remuneret, tum in malos ut puniat, exercere: quis, inquam, negare ausit, articulum hunc credendum fundamentalem esse? Quis negaverit, in lege gratiæ articulum fundamentalem esse fidem Trinitatis, incarnationis, nativitatis, mortis, & resurrectionis Christi Domini; ceteros vero articulos minus fundamentales, & generales? Adfirmant Catholici contingere posse ut quis invincibiliter ignoret aliquem ex his minus præcipuis articulis, quorum fidem necessariam tantum defendunt vi præcepti. At numquid Catholicorum aliquis docet, eum qui pertinaciter vel unum minimum articulum neget, fieri salvum posse? Omnes Catholici docent, omnium articulorum fidem necessariam ad salutem esse vel expresse, vel in promptitudine animi; eos vero omnes qui pertinaciter cuiquam divinæ veritati a Deo revelatæ, & ab Ecclesia catholica propositæ resistunt, extra statum salutis omnino reiiciunt. Non ideo ergo hæreticos improbamus, quod articulos distinguant in *fundamentales*, & *non fundamentales*: hæc quippe distinctio vera est: sed abusum huius distinctionis detestamur. Contendunt quippe illi non modo ignorari invincibiliter posse, sed contumaciter reiici articulos quos non fundamentales appellant: quandoquidem Calviniste præsentiam realem Lutheranorum, & transubstantiationem Catholicorum execrantur, nedum ignorant; & tam Lutherani, quam Calviniste, Sociniani, Anabaptiste, ceterique hæretici articulos quos Romana Ecclesia credendos proponit, improbant, impugnantque. Quapropter dicimus, illos extra salutis statum reperiri. Aliud ergo est afferere, rudes aliquos ignorare sine æternæ salutis dispendio unum vel alterum articulum posse qui christianæ religionis principia non tangit; aliud longe maxime divet-

sum

sum docere, articulorum fundamentalium fidem satis esse ad salutem æternam; quamvis articuli minus præcipui reiiciantur, & impugnentur. Primum docent Catholici; secundum heterodoxi, universa Scriptura sancta, antiquis Patribus, & Conciliis repugnantibus. Quin ratio ipsa naturalis manis commenti fallitatem deprehendit. Quoniam si Deus approbat cultum quem Catholici corpori Christi Domini sacris symbolis velato, Sanctis in cœlo regnantibus, ligno sanctissimæ Crucis offerunt; quomodo gratam habere potest Lutheranorum, & Calvinistarum voluntatem, ne dicam impietatem, qua, ceu idololatriæ macula pollutum, cultum illum execrantur? Extrema adeo pugnantia Deo grata erunt? Si alterum extremum diligit, alterum odio habeat necesse est. Aut enim articuli isti non fundamentales revelati a Deo sunt; aut secus. Si revelati, veri sunt; si veri sunt, Deo, qui veritas est, non placere nequeunt. Si falsi, falsitatem a Deo probari repugnat. Accedit: si articulorum non fundamentalium fides haud est ad salutem necessaria; quid ergo Lutherani, & Calvinistæ cum ceteris sectis ab Ecclesia Romana, in qua nati, sanctificati, & salutaribus pharmacis refecti erant, delicere? Cur tot schismata, tempestates, bellaque concitarunt? Si doctrina sacramentorum, justificationis, bonorum operum, purgatorii, cultusque Sanctorum ad fundamentales articulos non pertinet; ut quid a Romana recesserunt communione? Ex his nemo non videt, quam vanum sit hoc recens hæreticorum inventum. Quemadmodum enim pro delirio haberetur, si quis vellet aliquod divinum præceptum contumaciter violare, ea ductus erronea opinione, quod mandatum illud fundamentale non sit; ita sane loco monstri habenda pertinacia illorum est qui plures divinæ fidei articulos pernegant eo prætextu quod fundamentales non sunt. Canamus ergo cum Ecclesia in suo Symbolo: ***Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem, quam nisi quis integram, inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit.***

## CAPUT XIII.

*Extra Catholico-Romanam Ecclesiam nulla datur salus. Laxa Casuistarum Busembaum, Garamuelis, La-Croix, Sporer, & aliorum opinio reiicitur.*

I. QUæstionem impeditam, arduam, sublimem, tremendissimamque examinandam aggredimur: eoque mihi difficilior est, quod pro dignitate enucleatam nondum invenerim. Convenit inter Catholicos, salutem extra Ecclesiam catholicam non reperiri. Sed quinam dicendi sint extra Ecclesiam catholicam, non est una Doctorum sententia. Nam recentiores non pauci, potissimum ex Casuistis, extra Ecclesiam catholicam reiiciunt dumtaxat hæreticos quos vocant *formales*, nempe qui pertinaciter oppugnant aliquos articulos fidei. Alios appellant hæreticos *materiales*, qui utique separati sunt ab Ecclesiæ Romanæ communione; sed contendunt istos reperiri in Ecclesia catholica universali, seu etiam Romana, animo, & desiderio, eo quod invincibiliter ignorent articulos fidei Ecclesiæ illius. Idcirco hæreticos materiales vocant, quod pertinaces non sunt in impugnando aliquo fidei articulo. Horum in numero ponunt Lutheranos montolos, silvestres, rudes, simplicesque, qui bona fide ex in religione vivunt quam a teneris unguiculis didicere. Isti nihil de Romano Pontifice, nihil de Romana Ecclesia, nihil de purgatorio, nihil de Sanctorum cultu audierunt. Quapropter istorum articulorum ignoratio invincibilis, & innocens in illis reputanda est. Salvabuntur ergo, si articulos præcipuos, & fundamentales crediderint.

II. Illud ut certum ponendum est, quemadmodum inter Catholicos, sic inter hæreticos, aliquorum articulorum invincibilem ignorantiam reperiri posse. Eam in rudibus quibuldam Catholicis admittunt communiter Theologi. Potiori ergo iure concedenda aliquibus hæreticis est, non minus quam Catholicis imperitis, rudibus, & ignaris. Hoc ego extra controversiam positum existimo. Porro illi qui hac invincibili laborant ignorantione, quique extra Catholico-Romanam Ecclesiam reperiuntur, fieri ne salvi valeant, seu obtinebunt ne reipsa salutem æternam? Hæc est controversia dirimenda.

III. *Nemo adultorum extra aream Ecclesiæ Romano-Catholicæ e vivis decedens salutem consequitur.* Tremendissimæ sententiæ veritas, non ratiunculis humanis, sed divinis testimoniis ostendenda, firmandaque est. Porro innumera sunt Scripturarum documenta quæ propositam confirmant veritatem. Brevitati indulgens unum promo ex Petri Epist. cap. III. *Cum fabricaretur arca, in qua pauci, idest octo animæ salvæ factæ sunt per aquam: quod & vos nunc similis formæ salvat baptisma.* Arca Ecclesia est, in quam quisque medio baptismate ingreditur. In diluvio omnes extra arcam, nemine excepto, perierunt. Ergo omnes extra Ecclesiam æterno periclitantur naufragio. Quid ad hæc novi Casuistæ? Ignorantia invincibilis quempiam ne salvum fecit extra arcam noeticam? Vi istius decantatæ ignorantiæ, animo ne aliquis fuit intra arcam, ut animo, & corpore a naufragio liber evaderet? Et audebunt extra veram Christi arcam aliquem in paradisum eveliere? Ob oculos tibi fiite omnes Christi parabolas. Nullum triticum, nisi ex designata area, mittitur in horreum: nulla piscium electio, nisi ex sagena: nullæ virgines, nisi ex decem illis ad nuptias deliguntur. Nullus ergo, nisi ex vera Ecclesia, ad æternum sumitur regnum. Audi Hilarium Pictavienlem in Matth. cap. XIII. *Sedens in navicula &c. In parabolis enim erat locuturus: & facti istius genere significat eos qui extra Ecclesiam positi sunt, nullam divini sermonis capere posse intelligentiam. Navis enim Ecclesiæ typum præfert, intra quam verbum vitæ positum, & prædicatum, hi qui extra sunt, & arenæ modo sterites, atque inutiles adsident, intelligere non possunt.* Audi Cyprianum Lib. de unit. Eccles. *An fecum esse Christum, cum colleti fuerint, opinantur qui extra Christi Ecclesiam colliguntur? Tales enim si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis, & gravis culpa discordiæ nec passione purgatur. Esse martyr non potest qui in Ecclesia non est: ad regnum pervenire non potest qui eam quæ regnatura est, dereliquit.* Audillis? Sanguinis effusio ob Christi nominis confessionem abluere haud valet separationis maculam. Hanc vero delebit ignorantia invincibilis a vobis invecta? Quenam maior ignoratio, immo quænam maior veritatis pernicies, illa quæ ad effugendum pro Christi nomine sanguinem impellit? Et tamen firmissima hæc persuasio, atque adeo vera Ecclesiæ ignoratio nihil teste Cypriano prodest ad æternam salutem. Argumentatur iterum ibidem S. Martyr Cyprianus. *Habere iam non potest Deum patrem qui Ecclesiam non habet matrem. Si potuit evadere quisquam qui extra arcam Noe fuit; & qui extra Ecclesiam foris fuerit, evadit?* Legas velim integrum laudatum Cypriani librum: interim audi Augustinum. *Lib. de patientia cap. XXVI. & seq.* ubi fusio calamo explicat patientiam, & constantiam qua *in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, nuditatem, persecutionem, periculo, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennarum:* quæ omnia laudat; subdit tamen, *nihil prodesse ad regnum cælorum obtinendum; non ad extremi iudicii tolerabilius supplicium subeundum.* Hanc fortitudinem, & patientiam Dei donum esse adfirmat; continuo tamen admonet: *Cavendum est enim ne forte, si Dei donum istam patientiam dixerimus, hi quibus inest, etiam ad regnum Dei pertinere credantur.* Quid clamant Caramuel, Busembaum, La-Croix, ceterique? Hæretici isti materiales sunt, non formales. Adeo quippe heroica illorum patientia, ut ad mortem pro Christi fide subeundam adducat. Si Ecclesiam Catholico-Romanam ignorant, invincibilis ignorantia illhæc? Contra definiunt Patres Cyprianus, Augustinus. Patientia hæc donum quidem Dei est; at non *filiorum illius Hierusalem quæ sursum libera est mater nostra*; sed ex iis *quæ possunt accipere etiam filii concubinarum, quibus Iudei, schismatici, vel hæretici comparantur. Quamvis enim scriptum sit: Eiice ancillam, & filium eius: neque enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac: & Abrahæ dixit Deus: In Isaac vocabitur tibi semen ... ut intelligeremus, semen Abrahæ secundum Isaac propter Christum ad Dei filios pertinere, qui sunt corpus Christi, & membra, idest Ecclesia Dei, una, vera, germana, catholica ... tamen etiam filios concubinarum fuarum quando a filio suo Isaac divisit Abraham, non nulla ex largitus est munera, ne relinquerentur omnino inanes, non ut tenerentur hæredes &c.* Alterutrum ergo dicendum infert perdoctus P. Michael Elizalde in suo opere inscripto *Forma vera Religionis* quæst. XXXVI. pag. 481. *vel sanctissimos hos Patres audacissimos, ac temerarios fuisse, qui pro Christo etiam occisos condemnarint: vel eos qui hic aliud sentiunt, & tam facile salvant, esse, ne quid dicam acerbius, inconsideratissimos, & in hac parte ignorantissimos.* Confirmat hanc suam sententiam P. Elizalde, cujus iudicium magni facio, *quæst. præambul.*

sum docere, articulorum fundamentalium fidem satis esse ad salutem æternam; quamvis articuli minus præcipui reiiciantur, & impugnentur. Primum docent Catholici; secundum heterodoxi, universa Scriptura sancta, antiquis Patribus, & Conciliis repugnantibus. Quin ratio ipsa naturalis manis commenti fallitatem deprehendit. Quoniam si Deus approbat cultum quem Catholici corpori Christi Domini sacris symbolis velato, Sanctis in cœlo regnantibus, ligno sanctissimæ Crucis offerunt; quomodo gratam habere potest Lutheranorum, & Calvinistarum voluntatem, ne dicam impietatem, qua, ceu idololatriæ macula pollutum, cultum illum execrantur? Extrema adeo pugnantia Deo grata erunt? Si alterum extremum diligit, alterum odio habeat necesse est. Aut enim articuli isti non fundamentales revelati a Deo sunt; aut secus. Si revelati, veri sunt; si veri sunt, Deo, qui veritas est, non placere nequeunt. Si falsi, falsitatem a Deo probari repugnat. Accedit: si articulorum non fundamentalium fides haud est ad salutem necessaria; quid ergo Lutherani, & Calvinistæ cum ceteris sectis ab Ecclesia Romana, in qua nati, sanctificati, & salutaribus pharmacis refecti erant, delicere? Cur tot schismata, tempestates, bellaque concitarunt? Si doctrina sacramentorum, justificationis, bonorum operum, purgatorii, cultusque Sanctorum ad fundamentales articulos non pertinet; ut quid a Romana recesserunt communione? Ex his nemo non videt, quam vanum sit hoc recens hæreticorum inventum. Quemadmodum enim pro delirio haberetur, si quis vellet aliquod divinum præceptum contumaciter violare, ea ductus erronea opinione, quod mandatum illud fundamentale non sit; ita sane loco monstri habenda pertinacia illorum est qui plures divinæ fidei articulos pernegant eo prætextu quod fundamentales non sunt. Canamus ergo cum Ecclesia in suo Symbolo: ***Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem, quam nisi quis integram, inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit.***

## CAPUT XIII.

*Extra Catholico-Romanam Ecclesiam nulla datur salus. Laxa Casuistarum Busembaum, Garamuelis, La-Croix, Sporer, & aliorum opinio reiicitur.*

I. QUæstionem impeditam, arduam, sublimem, tremendissimamque examinandam aggredimur: eoque mihi difficilior est, quod pro dignitate enucleatam nondum invenerim. Convenit inter Catholicos, salutem extra Ecclesiam catholicam non reperiri. Sed quinam dicendi sint extra Ecclesiam catholicam, non est una Doctorum sententia. Nam recentiores non pauci, potissimum ex Casuistis, extra Ecclesiam catholicam reiiciunt dumtaxat hæreticos quos vocant *formales*, nempe qui pertinaciter oppugnant aliquos articulos fidei. Alios appellant hæreticos *materiales*, qui utique separati sunt ab Ecclesiæ Romanæ communione; sed contendunt istos reperiri in Ecclesia catholica universali, seu etiam Romana, animo, & desiderio, eo quod invincibiliter ignorent articulos fidei Ecclesiæ illius. Idcirco hæreticos materiales vocant, quod pertinaces non sunt in impugnando aliquo fidei articulo. Horum in numero ponunt Lutheranos montolos, silvestres, rudes, simplicesque, qui bona fide ex in religione vivunt quam a teneris unguiculis didicere. Isti nihil de Romano Pontifice, nihil de Romana Ecclesia, nihil de purgatorio, nihil de Sanctorum cultu audierunt. Quapropter istorum articulorum ignoratio invincibilis, & innocens in illis reputanda est. Salvabuntur ergo, si articulos præcipuos, & fundamentales crediderint.

II. Illud ut certum ponendum est, quemadmodum inter Catholicos, sic inter hæreticos, aliquorum articulorum invincibilem ignorantiam reperiri posse. Eam in rudibus quibuldam Catholicis admittunt communiter Theologi. Potiori ergo iure concedenda aliquibus hæreticis est, non minus quam Catholicis imperitis, rudibus, & ignaris. Hoc ego extra controversiam positum existimo. Porro illi qui hac invincibili laborant ignorantione, quique extra Catholico-Romanam Ecclesiam reperiuntur, fieri ne salvi valeant, seu obtinebunt ne reipsa salutem æternam? Hæc est controversia dirimenda.

III. *Nemo adultorum extra aream Ecclesiæ Romano-Catholicæ e vivis decedens salutem consequitur.* Tremendissimæ sententiæ veritas, non ratiunculis humanis, sed divinis testimoniis ostendenda, firmandaque est. Porro innumera sunt Scripturarum documenta quæ propositam confirmant veritatem. Brevitati indulgens unum promo ex Petri Epist. cap. III. *Cum fabricaretur arca, in qua pauci, idest octo animæ salvæ factæ sunt per aquam: quod & vos nunc similis formæ salvat baptisma.* Arca Ecclesia est, in quam quisque medio baptismate ingreditur. In diluvio omnes extra arcam, nemine excepto, perierunt. Ergo omnes extra Ecclesiam æterno periclitantur naufragio. Quid ad hæc novi Casuistæ? Ignorantia invincibilis quempiam ne salvum fecit extra arcam noeticam? Vi istius decantatæ ignorantiæ, animo ne aliquis fuit intra arcam, ut animo, & corpore a naufragio liber evaderet? Et audebunt extra veram Christi arcam aliquem in paradisum eveliere? Ob oculos tibi fiite omnes Christi parabolas. Nullum triticum, nisi ex designata area, mittitur in horreum: nulla piscium electio, nisi ex sagena: nullæ virgines, nisi ex decem illis ad nuptias deliguntur. Nullus ergo, nisi ex vera Ecclesia, ad æternum sumitur regnum. Audi Hilarium Pictavienlem in Matth. cap. XIII. *Sedens in navicula &c. In parabolis enim erat locuturus: & facti istius genere significat eos qui extra Ecclesiam positi sunt, nullam divini sermonis capere posse intelligentiam. Navis enim Ecclesiæ typum præfert, intra quam verbum vitæ positum, & prædicatum, hi qui extra sunt, & arenæ modo sterites, atque inutiles adsident, intelligere non possunt.* Audi Cyprianum Lib. de unit. Eccles. *An fecum esse Christum, cum colleti fuerint, opinantur qui extra Christi Ecclesiam colliguntur? Tales enim si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis, & gravis culpa discordiæ nec passione purgatur. Esse martyr non potest qui in Ecclesia non est: ad regnum pervenire non potest qui eam quæ regnatura est, dereliquit.* Audillis? Sanguinis effusio ob Christi nominis confessionem abluere haud valet separationis maculam. Hanc vero delebit ignorantia invincibilis a vobis invecta? Quenam maior ignoratio, immo quænam maior veritatis pernicies, illa quæ ad effugendum pro Christi nomine sanguinem impellit? Et tamen firmissima hæc persuasio, atque adeo vera Ecclesiæ ignoratio nihil teste Cypriano prodest ad æternam salutem. Argumentatur iterum ibidem S. Martyr Cyprianus. *Habere iam non potest Deum patrem qui Ecclesiam non habet matrem. Si potuit evadere quisquam qui extra arcam Noe fuit; & qui extra Ecclesiam foris fuerit, evadit?* Legas velim integrum laudatum Cypriani librum: interim audi Augustinum. *Lib. de patientia cap. XXVI. & seq.* ubi fusio calamo explicat patientiam, & constantiam qua *in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, nuditatem, persecutionem, periculo, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennarum:* quæ omnia laudat; subdit tamen, *nihil prodesse ad regnum cælorum obtinendum; non ad extremi iudicii tolerabilius supplicium subeundum.* Hanc fortitudinem, & patientiam Dei donum esse adfirmat; continuo tamen admonet: *Cavendum est enim ne forte, si Dei donum istam patientiam dixerimus, hi quibus inest, etiam ad regnum Dei pertinere credantur.* Quid clamant Caramuel, Busembaum, La-Croix, ceterique? Hæretici isti materiales sunt, non formales. Adeo quippe heroica illorum patientia, ut ad mortem pro Christi fide subeundam adducat. Si Ecclesiam Catholico-Romanam ignorant, invincibilis ignorantia illhæc? Contra definiunt Patres Cyprianus, Augustinus. Patientia hæc donum quidem Dei est; at non *filiorum illius Hierusalem quæ sursum libera est mater nostra*; sed ex iis *quæ possunt accipere etiam filii concubinarum, quibus Iudei, schismatici, vel hæretici comparantur. Quamvis enim scriptum sit: Eiice ancillam, & filium eius: neque enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac: & Abrahæ dixit Deus: In Isaac vocabitur tibi semen ... ut intelligeremus, semen Abrahæ secundum Isaac propter Christum ad Dei filios pertinere, qui sunt corpus Christi, & membra, idest Ecclesia Dei, una, vera, germana, catholica ... tamen etiam filios concubinarum fuarum quando a filio suo Isaac divisit Abraham, non nulla ex largitus est munera, ne relinquerentur omnino inanes, non ut tenerentur hæredes &c.* Alterutrum ergo dicendum infert perdoctus P. Michael Elizalde in suo opere inscripto *Forma vera Religionis* quæst. XXXVI. pag. 481. *vel sanctissimos hos Patres audacissimos, ac temerarios fuisse, qui pro Christo etiam occisos condemnarint: vel eos qui hic aliud sentiunt, & tam facile salvant, esse, ne quid dicam acerbius, inconsideratissimos, & in hac parte ignorantissimos.* Confirmat hanc suam sententiam P. Elizalde, cujus iudicium magni facio, *quæst. præambul.*

*lul.* ad opus illud auro, cedroque dignum *de recta doctrina morum* §. 4. *pag.* 4. ubi hæc habet: *Probe equidem scio, non modo in amplissimis gentibus, sed in ipsis etiam Italiæ finitimis, & ipsos inter Catholicos commixtis hæreticis, admisti aquibusdam infidelitatem negativam, & hæreses invincibiles, & sceleris innexias. Sed quidquid de his erit, illud mihi firmum est, & præter omnem opinionis formidinem certum, indubitatumque, extra Ecclesiam catholicam tam salvari geminem, quam in diluvio extra arcam evasit nemo. At salvari omnes homines possunt, ut concedunt omnes. Ergo & catholicam Ecclesiam, ac veram religionem invenire, sine qua scilicet salvatur nemo.* Invenias mihi vel unum Theologum paris doctrinæ, & probitatis qui oppositum doceat.

IV. Martyres de quibus loquuntur Patres, ex obstinatione, non veritatis amore sanguinem fundunt: ideirco eos non salvari, merito Patres docent. Bene habet. At unde tibi exploratum est, præfatos viros dum ob Christi confessionem sanguinem fundunt, id obstinato, non forti animo peragere? Edissere: unde tibi hoc constat? Cordium ne scrutator es tu? Minime, inquis. Unde ergo tibi nota est obstinatio istiusce? Quod hi potuerint veram assequi religionem? At ut eam assequerentur nullum non movisse lapidem testantur, & tam certo persuasi sunt se veram profiteri religionem, ut pro illius confessione sustineant mortem. Non ergo aliunde tibi constat, hos obstinatos esse martyres, nisi quia extra Ecclesiam veram non reperitur verum martyrium. Sed ultra pergamus. Concilium Florentinum hæc statuit. *Sacrosanctam Romanæ Ecclesiæ firmiter credit, nullos extra catholicam Ecclesiam existentes, non paganos, nec Judæos, nec hæreticos, nec schismaticos, æternæ vitæ fieri posse participes, sed in ignem æternum ituros, nisi ante finem vitæ eidem fuerint aggregati; tantumque valere ecclasiastici corporis unitatem, ut nemo, quantascumque eleemosynas fecerit, possit salvari, nisi in catholicæ Ecclesiæ gremio, & unitate perseverit.* Idem colligitur ex cap. *Firmiter* de Sum. Trinit. Lib. I. tit. 3. §. 3. *Una vero est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur.* Cardinalis Turrecremata plures in illius sententiæ confirmationem congerit rationes *Sum. de Eccles. Lib.* I. *cap.* XXI. D. Augustinus in Psalm. liv. *In multis erant mecum. Baptismum habebamus, utique in eo erant mecum. Festa Martyrum celebrabamus, erant ibi mecum. Pascha solemnitatem frequentabamus, erant ibi mecum. Sed non omnino mecum: in schismate non mecum, in hæresi non mecum. Sed in his paucis in quibus non mecum, non eis profuit multis in quibus mecum. Etenim, fratres, videte quam multa enarravit Apostolus Paulus: unum, dixit, si defuerit, fustra sunt illa. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, (ait) si habeam omnem prophetiam, & omnem fidem, & omnem scientiam, si montes transferam, si distribuam omnia mea pauperibus, si tradam corpus meum, ita ut ardeat: quam multa numeravit! His omnibus multis defuit una caritas: illa numero plura sunt, hæc pondere maior est. Ergo in omnibus sacramentis mecum, in una carnitate non mecum.* Similia repetit Augustinus epist. ad Cath. de tribus. contr. Donatist. *Quicumque credunt quidem quod Jesus Christus, ita ut dictum est, in carne venerit, & in eadem carne in qua natus, & passus est, resurrexerit, & ipse sit Filius Dei apud Deum, & cum Patre unum, & incommutabile Verbum Patris Verbum, per quod facta sunt omnia; sed tamen ab eius corpore, quod est Ecclesia, ita dissentiunt, ut eorum communio non sit cum toto corpore, quocumque diffunditur, sed in aliena parte separata inveniatur; manifestum est eos non esse in catholica Ecclesia, nec in salutis via.*

V. Non minus perspicue hanc veritatem docet D. Fulgentius Lib. de fide ad Petrum Diaconum cap. XXXVIII. *Firmissime tene, & nullatenus dubites, non solum omnes paganos, sed etiam omnes Judæos, hæreticos, atque schismaticos, qui extra Ecclesiam catholicam præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.* Item cap. XXXIX. *Firmissime tene, & nullatenus dubites, quemlibet hæreticum, sive schismaticum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizatum, si Ecclesiæ catholicæ non fuerit aggregatus, quantascumque eleemosynas fecerit, etsi pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse salvari. Omni enim homini qui Ecclesiæ catholicæ non tenet unitatem, neque baptismus, neque eleemosyna quamlibet copiosa, neque mors pro Christi nomine suscepta proficere poterit ad salutem, quamdiu in eo hæretica vel schismatica pravitas perseverat, quæ ducit ad mortem.*

VI. Ratio quoque assertionis positæ manifesta est. Quoniam sola Ecclesia Romano-Catholica vera Ecclesia est. Sed extra





veram Ecclesiam nulla reperitur salus, omnibus fatentibus hæreticis ipsis. Igitur extra Ecclesiam Romano-Catholicam nemo potest salvus fieri. Prima propositio aliàs demonstrata est. Ibique Ecclesiæ caput est Christus, qui eam & visibili sui Vicarii, Romani scilicet Pontificis, regimine, & interiori atque exteriori gratia gubernat, irrigat, & alit, tamquam pastor gregem suum. Porro qui hic in terris extra ovile, extra gregem, seu Ecclesiam est, Christum pastorem non habet: quoniam pastor non est nisi gregis unius. *Fiet unum ovile, & unus pastor:* Ioan. x. Qui autem hic pastorem Christum non habet, nec illum in cœlis glorificatorem habebit. Plura adduci ex Scripturis exempla lolent. Extra arcam Noe, quæ Ecclesiam Christi adumbrabat, omnes naufragio perierunt. Domum quoque Raab in qua mortem evaserunt soli qui in eadem congregati fuere, ceteris omnibus pereuntibus, Ecclesiæ figuram fuisse docent Interpretes sacri; illique adscribunt, quod Iosue *cap.* II. dixit mulieri Raab: *Patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam: omnis qui exierit ostium domus tuæ foras, reus sibi erit mortis suæ.* Alia plurima exempla tum ex veteri, tum ex novo fœdere petita omitto, quod obvia sint.

VII. Quæ hactenus dicta sunt, libenter omnes concedunt; sed remanet difficultas solvenda de hæreticis qui *materiales* appellantur. Isti extra Ecclesiam Romanam reperiuntur: in iisdem plurium articulorum ignorantiam invincibilem posse esse, iam concessum est supra n. 2. Salutem ne isti consequentur, si eum hac ignorantia invincibili decedant e vivis? Hic nodus tane tremendus, ac difficilis dirimendus est. Ut omnia clare, & ubi deserviendum explicemus, illud primum pro certo habendum, quod tametsi fieri possit ut in quibusdam sectariis ignorantia quorundam articulorum fidei catholicæ sit invincibilis; vix tamen id reipsa contingit, potissimum si ferme sit de hæreticis Lutheranis, & Calvinistis. Vix enim reperire licet in Germania, Hollandia, aliisque conterminis regionibus Lutheranum, aut Calvinistam, qui nihil de Ecclesia Romana audierit, cum ministri hæretici nil aliùs populorum animis instillare studeant quam odium adversus Catholicam Romanam Ecclesiam, eiusdemque Pontificem summum. Hæc autem auditione polita, facile hæreticis illis est, & quamvimlibet rudibus & imperitis, dubitare de sua sectæ fallitate. Numquid Deus auxilia sufficientia illis non confert, quibus excitentur ad cogitandum, & inquirendum de vera Religione, & Ecclesia? Adversariis auxilia sufficientia, vel ipsis obcæcatis & obstinatis, Deum conferre, nedum offerre docent; & positea, ut ignorantiæ invincibilis commia amplificent, hæc auxilia prætereunt. Fides donum Dei est, cuius utique collationem auditus credendorum præcedit. Et cum difficile, & rarum sit reperire aliquem ex Lutheranis, Calvinianisque, cui ignota omnino sit Ecclesia Romana; ideo vix continget ut eorum aliquis ignorantiæ invincibilis privilegio fruatur.

VIII. Sed hypothesim admittamus, reipsa aliquos reperiri qui baptismate suscepto, & adulti effecti, credentes Unitatem, & Trinitatem Dei, immo omnes Symboli apostolici articulos, laborent ignorantia invincibili Ecclesiæ Romanæ, eiusdemque articulorum particularium. Quid in illos sententiæ profers? Salvabuntur ne, an damnabuntur? Resp. Extra arcam si moriantur, illos æternum perire, Scriptura, Concilia, & Patres, ut ego quidem arbitror, asserunt. Sed extra arcam Ecclesiæ Romanæ non sunt, inquis, nisi corpore, & ut aiunt, materialiter, animo enim, & desiderio intra Ecclesiam Romanam reperiuntur. Si animo, & desiderio communionem Romanæ Ecclesiæ anhelant, dubio procul salvari illos, fatire nos convenit; quemadmodum salvos fieri illos dicimus qui baptismum non re, quia impediti, sed voto, & desiderio susciperunt. Quare si Lutheranorum, & cuiusque sectæ adultus homo in extremis constitutus in communione Romanæ Ecclesiæ decedere cupit, contritusque moriatur, nemo ambigit, hunc fieri salvum. At in hoc difficultas vertitur, Calvinista &c. qui nihil omnino neque in vita, neque in morte cogitat de Romana Ecclesia, sed illius ignorantia laborans moritur, suæ sectæ adhærens, portum salutis sit consecuturus. Fieri posse salvum tu contendis, quod principalium mysteriorum divinæ fidei lumine penitus innoxia illi sit aliorum articulorum ignorantia. Clarius rem exponamus.

IX. Obicies 1. Lutheranus sacro tinctus lavacro, fideique habitu imbutus a Deo, adultus effectus nulla per totam vitam gravi culpa inficitur; sed vitam inraminatam cuiusque criminis expertem ducit: nihil umquam de Romana Ecclesia, nec de articulis

qui in eadem creduntur, audivit: cum eiusdem ignoratione moritur: quid de hoc pronuntias?

X. Resp. Priusquam directe difficultati occurro, dico casum hunc satis metaphysicum esse. Rara quippe in terris avis undequaque alba. Primum ergo perpende, quam vana sit illorum argumentatio, qua fucum facere imperitis solent qui sic fermocinantur. Immensa est Dei benignitas, infinitaque illius misericordia. Non ergo perire sinet plebem illam mentotam, rudem, simplicemque Lutheranæ, & Calvinianæ sectæ: quoniam miseri illi homines bona conscientia credunt vera esse quæ a suis audiunt pastoribus. Nulla illi contumacia Romanæ refragantur Ecclesiæ; immo dicendi sunt in sinu Ecclesiæ Romanæ quiescere, cum nihil in neutram partem audiesint. Crudelis ergo, & tetrica videtur sententia illa quæ rudem illum populum ad unum usque damnat. Damnabuntur utique qui flagitia perpetrant; secus innocentes, probique. Quam vana, inquam, sit eiusmodi argutatio, quamque Evangelio, & potissimum D. Pauli Apostoli ad Romanos Epistolæ contraria, nemo non videt. Disertius quippe præfatus non principiis evangelicæ legis, sed humanis ratiocinitis, & naturæ æterna supplicia horrentis sensibus nititur. Hoc autem evidenter ostendo. Quot adultos inter Lutheranos, ne dicam inter Catholicos, reperire licet nullius gravis culpæ reos? Vel ipse concedis, vix unum ex millibus immaculata spleudere innocentia baptismatis. Porro si adulti illi communiter in aliquod prolabuntur flagitium; quo pacto buntur remedio, si sacramentorum medicinali gratia carent? Damnantur ergo, sin minus propter infidelitatis crimen, certe propter alia peccata, quæ sacramento pœnitentiæ, quod non agnoscunt, delere nequeunt. Habent, inquis, remedium perfectæ contritionis. Verum, præterquamquod perrarum, atque difficillimum est eiusmodi homines perfecta contritione, & caritate consummata ardere; de hac contritione nec cogitant quidem plures eorum, cum firmiter teneant, sola fide, fiduciaque in Christum iustificationis donum se reipla consequi. Quare hoc de iustificatione obtinenda per fidem errore decepti, nec contritionem elicere student, nec dolere de suis peccatis curant, nec pœnitentia expiare crimina sua, divinamque sibi propitiare iustitiam conantur. Clarum ergo est omnes adultos hæreticos Lutheranos, Calvinistasque, qui aliquod peccatum mortale perpetrant, in infernum descendere; cum nullum propriæ culpæ remedium habeant, seu habere nolint, quo commissum delictum deleant: de contritione enim nec cogitant quidem. Et quia vix in integra populosa provincia occurrit aliquis illorum adultus ab omni gravi flagitio purus; ideo planum est communiter hæreticos omnes, quantumlibet rudes, & imperitos, æternas daturos pœnas. Ratiocinium ergo ab humana illa commiseratione, & ab infinita misericordia arcessitum, vanum est. Quapropter etiam admissa contraria opinione quæ contendit possibilem esse rudium hæreticorum quorumdam salutem ob privilegium ignorantiæ invincibilis, paucissimis, aut nullis illa suffragatur ob defectum remedii quo perpetrata scelera deleantur.

XI. Ut autem propositæ difficultati directe faciam satis, dico primum, propositum casum pugnantia includere. Pugnant enim hæc duo, scilicet quod hæreticus adultus credat mysteria Trinitatis, & Incarnationis, quorum fides necessaria est necessitate medii ad salutem; & quod ignoret Romanam Ecclesiam. Nonne communis est Theologorum sententia quæ asserit, proponendos esse ab Ecclesia Catholico-Romana Articulos credendos? Nonne communiter Theologi tamquam conditionem necessariam exposcunt Ecclesiæ propositionem, ut fide divina articuli credantur? Omnes Catholici defendunt fidem divinam in hæreticis non reperiri, propterea quod Trinitatem, Incarnationem, & cetera arcana non credant ob testimonium divinum ab Ecclesia propositum. Si ergo iuxta communissimam Theologorum sententiam in hæreticis nulla est fides divina ob defectum piæ affectionis, & Ecclesiæ proponentis; qui fieri potest ut illorum aliquis salvetur? Numquid sine fide Trinitatis, & Incarnationis ad paradisum quispiam perveniet? Illorum articulorum in aliquibus hæreticis, & Catholicis infidelitatem negativam cum D. Thoma admittimus. At sine illorum articulorum fide neminem salvari, omnes docemus. Hinc est quod D. Thomas subdit, adultum qui gratia divina adiutus a quaque culpa se abstinet, legemque naturalem implet in prosecutione boni, & fuga mali, illuminandum a Deo fore vel per hominem, vel per Angelum. Idem in casu proposito dicendum est. Si rudis, & imperitus hæreticus vitam eniuliquæ culpæ innoxiam ducat, legemque Decalogi impleat, Deus ad illum ministrum Ecclesiæ Romanæ mitter, qui nomine veræ Ecclesiæ credenda necessario proponat. Si hoc non



non evenit, dicamus oportet, rudem hæreticum in aliquod peccatum prolapsum esse, indignumque sactum fidei divinæ dono.

XII. Obicies 2. D. Thomas addiuit, infidelem negative illuminandum a Deo fore per hominem, Angelumve de fide Trinitatis & Incarnationis, quod fides illorum mysteriorum necessaria sit necessitate medii. Hæretici materiales de quibus in præsentia sermo est, Trinitatem, Incarnationem, omnesque Symboli apostolici articulos credunt. Mysteriorum Ecclesiæ Romanæ, transubtantiationis, purgatorii, cultus Sanctorum, fides non est necessitate medii necessaria ad salutem: quamobrem eorumdem ianoxia ignorantia laborant. Salvari illos ergo dicendum est.

XIII. Resp. Ex his quæ diximus, difficultas soluta est. Admittimus, ut sæpius concessimus, piurium articulorum Ecclesiæ Romanæ ignorationem invincibilem. At negamus sine Ecclesiæ Romanæ proponentis auctoritate haberi fidem divinam posse illorum articulorum fundamentalium quorum fides necessaria est necessitate medii. Quoniam, ut dictum est, auctoritas Ecclesiæ proponentis conditio necessaria est ad fidem divinam.

XIV. Obicies 3. Rudis ex populo hæretico credit suo pastori, articulos Trinitatis, & Incarnationis proponenti; quemadmodum rudis Catholicus credit suo Parocho eos articulos annuntianti. Cur fides Catholici divina est, secus fides hæretici? Ambo audiunt, ille a Parocho suo, hic a ministro. Tam Parochus, quam minister nomine Ecclesiæ proponunt credenda. Ergo vel neutrius, vel utriusque fides divina dicenda erit.

XV. Resp. Fides Catholici divina est, quod Parochus nomine veræ Ecclesiæ Romano-Catholicæ credenda annuntiat; minister Lutheranus nomine Ecclesiæ reformatæ, a catholica separatæ, mysteria proponit: ideo fides audientis, & credentis divina non est. Sed rudis hæreticus credit, suam Ecclesiam esse veram. Ita est, at falso credit. Mens adhuc non quievit, nec rationis discrimen percipit, cur divina sit fides Catholici idiotæ credentis suo Parocho manifestanti articulos; humana vero sit fides idiotæ hæretici credentis mysteria divina sibi a suo pastore proposita. Ut mens tua omnino quiescat, lege *caput* IX. & XI. D. Pauli Apostoli ad Romanos, quibus hoc ineffabile, tremendumque mysterium explicans exclamat: *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigabiles vie eius!* Integro hoc capite narrat Apostolus Hebræorum, & Gentium vicissitudines in religionis negotio. Ostendit divinam bonitatem erga Gentes, leveritatemque adversus Iudæos, qui cum essent oliva electa, tamquam aridi rami præcisi fuere, ut Gentes excitæ ex oleastro, bonæ olivæ inserentur. Illius porro mutationis non aliam rationem affert quam iscrutabilia iudicia Dei. Hinc omnes nos hortatur ut neamus, mentemque nostram in obsequium divinæ Sapientiæ habdamus. *Tu autem fide stas. Noli altum sapere; sed time:* vers. 20.

XVI. Obicies 4. Pueri hæreticorum habitum infusum fidei divinæ in baptismate recipiunt. Adulti facti nullum actum infidelitatis eliciunt: quoniam articulos quos a suis pastoribus audiunt, constanti fide credunt. Articulos Romanæ Ecclesiæ non audiunt; atque adeo illis non resistunt. Cur ergo non salvabuntur, si legem Decalogi impleverint?

XVII. Resp. Ad salutem æternam fides actualis necessaria est. Porro ut quis actus fidei internos edat, præcedat oportet exterior credendorum propositio. Prudens est actus divinæ fidei. Hæc autem propositio, ut ad fidem divinam satis sit, ab Ecclesia catholica fieri debet. Hæc conditio necessaria est, ut alias oltensum fuit. Nequit ergo idiota hæreticus adultus actum fidei divinæ ad salutem necessariæ elicere, usque dum nomine catholicæ Ecclesiæ proposita eidem sint mysteria credenda. Consistit ergo conclusio nostra, neminem salvum fieri extra arcam Romanæ Ecclesiæ.

XVIII. Quoniam tamen maximi momenti res est, iubet iterum rationem potissimam quam ad eam firmandam adduxi, clarius exponere. In fide divina non tantum quid creditur spectandum est, verum cum primis etiam quo fundamento credatur: quod & in quaque humana fide servatur. Qualis namque est credendi ratio, talis est fides naturæ. Si illa certa, hæc quoque certa; fallax hæc, si & illa. Porro omnes sectæ extra catholicam Ecclesiam fallaci nituntur fundamento in credendis fidei arcanis: quod omnes enumerando palam facio. Turca credit esse unum Deum, quia Alcoranus, quem divino afflatu exaratum putat, sic docet. Quod credit, verum est, sed credendi ratio falsa: quæ propterea plura vera mysteria, ut Trinitatem, Christum & cetera divina arcana, impie reiicit. Protestantes credunt Deum, Trinitatem, Incarnationem, Symbolum &c. vel auctoritate nixi suorum apo-

ſtulorum, Lutheri, Calvini, Zuvinglii, Bezæ, & ceterorum; vel quia proprio privato iudicio ea in Scripturis contineri iudicant, vel quia Spiritus ſanctus peculiari affatu illis teſtatur præfata myſteria eſſe vera. Hæc ſunt fundamenta fidei Lutheranæ, Calvinianæ, aliarumque ſectarum. Nemo autem non videt eiuſmodi fundamenta fallacia eſſe. Et ad primum quod attinet, quis inficias iverit, Lutherum, Calvinum, Bezam, ceteroſque iſtius furfuris apoſtolos falli potuiſſe, & reapſe in pluribus, impoſſibque errores fuiſſe prolapſos? Non minus vacillat ſecunda credendi ratio. Quot enim falſa reputamus vera, & contra, dum proprio iudicio illa metimur? Tertium denique omnium eſt ineptiſſimum, & illuſorium. Spiritus Dei unus eſt, ſibique conſtans; quæ docet, pugnantia minime ſunt, ſed unitatem, & veritatem ſpirat. Porro inter Calviniſtas, Lutheranos, Anabaptiſtas tot fere ſunt Spiritus ſancti, quot capita. Quis numerare ſectas omnes poterit, & factiones, quas peperere Lutherus, Calvinus, Zuvinglius? Sunt qui ultra centum ſuppoſuerunt. Singulæ iactant ſuum Spiritum ſanctum; tametſi ſibi mutuo contradicant, & contraria doceant. Quælibet ſuo privati ſpiritus teſtimonio falſa veram eſſe propriam religionem credit. Extenuatur ergo oportet aut Spiritum Dei ſecum pugnare, & oppoſita docere; aut ſe divino Spiritu deſtitutos, plenoſque eſſe ſpiritu erroris, & mendacii, ut D. Paulus de ſimilibus teſtatur II. Theſſal. II. *Eo quod caritatem veritatis non receperint, ut ſalvi fierent; ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.*

XIX. Nec eſt quod reſpondeas, ſectarios iſtos credere non proprio iudicio, aut privato ſpiritu, ſed divinis Scripturis, quæ errare nequeunt, nixi. Inanis eſt ceteris effugium iſtud. Utique divinæ Scripturæ errare nequeunt. Sed probandum eſt errare non poſſe qui eas legunt. Catholici, Lutherani, Calviniani, Sociniani, Anabaptiſtæ, Quakeri, & ceteræ ſectæ omnes Scripturas legunt: quælibet a ſe ſtare Scripturam mordicus aſſerit: & tamen, cum una ſit veritas, una tantum favere poſſe Scripturam liquido conſtat. Catholici ſenſum Scripturæ intelligunt iuxta interpretationem Eccleſiæ, cui Spiritus Dei aſſiſtit: quapropter nulla inter iſtos in iis quæ fidei ſunt, divitio, nulla oppoſitio, omnes idem omnino ſentiunt. Ceteræ ſectæ omnes proprio iudicio Scripturarum ſenſum metiuntur, fidemque myſteriis in iiſdem contentis adhibent, propria ratione præeunte. Ideirco tot factiones, quot capita: nulla unitas, nulla fides. Qui enim deficit in uno, factus eſt omnium reus.

XX. Hæc manifeſta ſectarum multitudo ſub vexillis Lutheri, Calvini, Socini, aliorumque hæreſiarcharum, ſola ſufficere deberet ad evincendam illarum fallitatem. Huiuſmodi namque ſectarii Chriſtum, divinamque legem profitentes, nihilominus intra unius ſæculi intervallum ab Eccleſia catholica ſeiunctæ, tot fere ſectis, quot familiis conſtant. Altera alteram damnat, omneſque invicem conſiſtantur. Quod ſane perſpicuo, luculentiſſimo argumento eſt, ſpiritum erroris & mendacii illorum infatuare mentem, animum pravitate inficere, rationemque omnem in religionis negotio adimere, idque eſt eo admirabiliùs, quo ſunt ceteris omnibus infidelibus eruditiores, doctioreſque. Sed quo ad vana acuti ores, eo ſunt hebetiores ad divina. Indidelis populi, ut Turcæ, Iudæi, ceteræque, credunt propriæ religionis arcana propter auctoritatem vel Alcorani, vel Scripturæ, doctorum ſuorum interpretatione propoſitæ. Summam Turcæ Mahometo fidem præſtant, iniſque Rabbinis plebeii Iudæi. Quare iſtorum credendi regula minus fallax eſt, quidque rationi conſentaneum præfert. Novatores noſtri ſelectiori doctrina præditi, ac ſplendidiore perfuſi lumine non adeo magnificunt ſuum Lutherum, Calvinum, Zuvinglium, Melanchthonemque, ut religioni ſibi ducant ab illis diſſentire. Homines & ipſi tant, inquiunt: ergo mendaces. Quod ſi mendaces magiſtri, numquid veraces diſcipuli? Cum igitur aut magiſtrorum, aut proprio iudicio in fidei aſſenſu ducantur, plantum eſt ſpiritu mendacii, & inconſtantiæ illos teneri. Et tam ſunt exculatione minus digni, quam ſupra aliis lumine, & doctrina præſtant. Ex quibus omnibus elicitur, nullam apud eos divinam ſplendere fidem: quia omnis credendi ratio fallax eſt, vana, & deceptoria. Et profecto, niſi excæcati prorſus eſſent, & in Catholicos ſatanæ furore abrepti, continuo deprehenderent ſpiritum illum quem interius ſele ſentire eſtatiunt, non eſſe Spiritum Dei, ſed dæmonis.

XXI. Accedit: ſi qui Chriſtum, eiuſque præcipua dogmata confitentur, ignorantiæ invincibilis ſcuto ſe tueri poſſent, ſalutemque aſſequi æternam; cur tanta inter religiones diſſenſio? Cur mutuis anathematis ſe perſtringant, diſceerpunt, damnant? Cur Lutherani Calviniſtas infectantur? Cur Calviniſtæ



niſtæ Lutheranis adhærere recuſant? Poſtremum ſi ignorantiæ invincibilis effugium valeret, ſuperſtiti forent tot labores in illorum converſione, ſuperſtitiæ prædicationes, & maximæ illæ ſollitudines quas Eccleſia catholica adhibet, ut ad ovile Chriſti errantes oves revocet. Firma ergo & certa videtur ſententia noſtra, neminem adultorum extra Romanam Eccleſiam e vivis decedentem, & fuæ ſectæ adhærentem poſſe fieri ſalvum. Ille vero extra Romanam Eccleſiam moritur qui eam ut veram matrem, & magiſtram expreſſe non agnoſcit.

XXII. Oppones 5. Extra Eccleſiam Catholico-Romanam reperitur verum baptiſma, quo tincti infantes Chriſto regenerantur. Ergo aliæ Eccleſiæ ſeparatæ a Catholico-Romana regenerant filios æterna gloria dignos. Si generant, ergo ſponſæ: ſi ſponſæ, ergo æterno ſponſo Chriſto coniunctæ. Si aliæ Eccleſiæ ſeparatæ, ſen earum miniſtri verum baptiſma conferunt, quidni & divina proponere myſteria credenda poterunt ut Eccleſiæ miniſtri?

XXIII. Reſp. Hoc inane ſophiſma pluribus in locis ſibi oppoſitum a Donatiſtis explodit Auguſtinus, potiſſimum Lib. I. de baptiſ. c. XIV. & XV. *Eruſtra ergo mihi dicunt: Si baptiſmum noſtrum acceptatis, quid vobis habemus, ut nobis de veſtra communione conſulendum putetis? Reſpondemus enim: Non baptiſmum veſtrum acceptamus, quia non eſt baptiſmus ille hæreticorum, vel ſchiſmaticorum, ſed Dei, & Eccleſiæ, ubicumque fuerit inventus, & quocumque translatus. Veſtrum autem non eſt, niſi quod prave ſentitis, & ſacrilege agitis, & impie ſeparamini .... Eccleſia quippe omnes per baptiſmum parit ſibi apud ſe, ideſt ex utero ſuo; ſive extra ſe de femine viri ſui, ſive de ſe, ſive de ancilla. Sed & Eſau de uxore natus propter fraternam diſcordiam ſeparatus eſt a populo Dei.* Similia habet cap. X. *Sed videntur ſibi argutiſſime quærere, utrum generet filios baptiſmus Chriſti in parte Donati* ( Lutheri, Calvini, Zuvinglii &c. ) *an non generet: ut ſi conſenſerimus quod generet, ſuam eſſe aſſeverent Eccleſiam matrem quæ filios potuit de Chriſti baptiſmate generare: & quia unam oportet eſſe Eccleſiam, ex hoc iam veſtram non eſſe Eccleſiam arguantur. Si autem dixerimus, Non generat: Cur ergo, inquit, apud vos non renaſcuntur per baptiſmum cum tranſeunt a nobis ad vos, cum apud nos fuerint baptizati, ſi nondum damnati ſunt? Quæſo vero ex hoc generet unde ſeparata eſt, & non ex hoc unde coniuncta eſt. Separata enim eſt a vinculo caritatis, & pacis; ſed adhuc ſta in uno baptiſmate.... Neque enim ſeparatio eorum generat, ſed quod ſecum de iſta tenuerunt. Quod ſi & hoc dimittant, omnino non generant .... Ergo ipſa* ( Eccleſia catholica ) *generat & per uteros ancillarum ſuarum, & per uteros ancillarum ex eiſdem ſacramentis, tamquam ex viri ſui ſemine.* Sacramentum baptiſmatis ſua natura gratiam confert. Quare miniſtri hæretici illud ut Eccleſiæ catholicæ theſaurum impertiunt; quamvis, ut Auguſtinus docet *Lib. I. de baptiſ. cap. II. & ſeq.* peccent illud in hæreſi & ſchiſmate adminiſtrantes. Dei dona ex ipſorum hæreſi non inquinatur; ſed inficiuntur ipſi qui indigne divina tractant myſteria. Hinc patet quam futilis ſit argutatio ſupra facta. Conferunt hæretici miniſtri baptiſmum: ergo auctoritate quoque pollent qua credibilia reddant plebi fidei myſteria. Nam ſi ab Eccleſia recili ſunt, atque ſeiuncti, omni quoque auctoritate carent. Nullo ergo modo fieri poteſt ut tamquam Eccleſiæ Catholicæ miniſtri fidei articulos plebi credendos proponant.

XXIV. Extra Eccleſiam Romano-Catholicam infantes iuſtrali abluti aqua ſalvantur, ſi antequam lumine illuſtrentur rationis, e vivis deceſſant. Continuo ne ac rationis uſu potiuntur, gratiam amittunt? Quid arcana iſta ſoli Deo nota penetrare audes? Momentum illud nos latet. Illud nos Scripturæ ſanctæ, Patres, & Concilia docent, adultos omnes a Romana Eccleſia ſeparatos, & propriæ ſectæ Calvinianæ, Lutheranæ, Socinianæ, Photianæ &c. adhærentes extra arcam eſſe ſalutis, & niſi in eamdem regrediantur, æternum perdendos. Hæretici adulti baptiſma recipientes gratiam non recipiunt, hæreſi qua ſunt polluti, impediente. Nullus ergo, iterum inclamant, adultorum inter hæreticos ſalvabitur? Nemo profecto, niſi intra arcam regrediatur. Regrediatur, inquis, animo, licet non corpore. Si animo regrediatur, & cetera adſint, dubio procul ſalvatur. At numquam animo regreditur unquedum alteni ſectæ, ſive Lutheranæ, ſive Calvinianæ a Romana Eccleſia ſeparatæ animo iunctus eſt: niſi vis quemlibet poſſe duobus dominis ſervire, & duabus ſponſis eſſe coniunctum. Adhærent, iterum reponis, plures Eccleſiæ Lutheranæ cognitione expreſſa, illam reputantes veram Eccleſiam: adhærent ſimul Eccleſiæ Romanæ media ignorantia invincibili qua laborant. Commenta hæc ſunt arbitraria, & inania. Sancti Patres qui ex inſtituto

hoc traslant argumentum, nullibi istius insuperabilis ignorantiæ, vi cuius salvari hæretici adulti possint extra Ecclesiam, meminere. At quid emolumenti colligeres; etiamsi concederem possibilem esse casum in quo adultus aliquis extra Ecclesiam laboret ignorantia invincibili pro aliquo tempore, immunisque sit a vitio schismatis, & hæreseos? Ille ne perrarus eventus expleret amplam illam tuam cupiditatem multiplicandi electos? Nimium crudelem reputas sententiam nostram. Numquid benigna, & tuæ humanæ commiserationi consentanea evadit, ob unum aut alterum casum perquam maxime rarum? Crudelis, & inhumana est doctrina nostra? Crudelis ergo est doctrina quæ damnatos docet omnes pueros Catholicorum sine baptismate decedentes, omnes infideles, omnes Judæos, omnes idololatras, omnes *formales* hæreticos, schismaticos, omnes Catholicos sceleribus infectos, nisi pœniteant. Crudelitatis ne arguis doctrinam hanc?

XXV. Sed audiamus tandem Casuistas illos qui cum Caramuele in Theologia fundamentali *num.* 1338. 1341. 1348. sic *caramuelizant*. Verba sunt Caramuelis. „ Præsidebat P. Ioannes de Ionghe vir doctissimus, „ & ad ignorantiam insuperabilem recurrens „ Iansenium materialiter erraſſe pronuntiavit. Tunc ego ponderavi responsionem e„ iusmodi, modo eamdem retuno. Sic in„ quam. *Cornelius Iansenius fuit Theologia professor primarius Lovanii, & tamen insuperabiliter ignoravit esse hæreticas multas propositiones quæ in propriis terminis a Tridentino condemnantur. Ergo nullus rusticus, nulla femina, nullus auditus, nullus mechanicus, nullus iurista, nullus medicus est formaliter hæreticus: quia nemo ex istis est in theologicis tam doctus quam Iansenius fuit, aut esse debuit. Ergo pauculi, aut nulli prædicantes sunt formales hæretici: quia nulli, aut pauculi tam docti in theologicis sunt quam Iansenius.* Admisit Præses, multos esse in Europa materiales hæreticos, quod omnes docti dicunt, & clare experientia demonstrat. " Hactenus Caramuel, qui *citatis num.* 1351. *seq.* plura congerit ad augendam hæreticorum *materialium* turbam, sub qua comprehendit etiam Iansenium.

XXVI. Quo ista Caramuelis cavillatio tendat, non est quod pluribus declarem. Ianua hac patefacta, quisque in sua secta, opinione probabili de eius veritate convictus, perseverare licite poterit. Rusticos, montosque Lutheranos, Calvinistas, Socinianos, Photinianos, hæreticos, & schismaticos materiales tu esse exilimas, tametsi Ecclesiam Romanam a suis pastoribus decepti detestentur? Eccur potiori iure hæreticis materialibus non accenses pastores ipsos? Isti, ut iureiò de seipso testatur, humiles fundunt Deo preces, ut lumen assequendæ veritati necessarium sibi impertiat: sedulam navant operam, ut quænam sit vera Ecclesia, quænam vera fides, discernere valeant. Post fusas preces, post improbum studium, non probabili, non probabiliore, sed certa persuasione convicti sunt, Ecclesiam reformatorum esse veram? Tibi millies iurabunt, se nullo conscientiæ scrupulo, vel morsu torqueri: adiicient incorruptos mores, moralium officiorum exercitia. Quid ad hæc? Cur isti *formales*: rustici vero *materiales* hæretici? Quid quod rustici, & montosi homines nequeunt propriam ignorantiam depellere, cum litterarum eruditione careant? Quid quod pastores eruditi, & docti certo iudicant Ecclesiam Lutheranam esse veram? Bona itaque fide pastores isti odio adversus Ecclesiam Romanam accendunt plebem suam, quemadmodum, per te, bona fide decipitur plebs ipsa a pastoribus suis. Ergo tam pastores, quam populi materiales hæretici erunt. Cur obstinatos pastores asseris, secus rusticos a pastoribus imbutos fide, ut apparet, bona?

XXVII. Ultimo tandem te urgeo. Inter tot religiones quæ sunt in mundo, fieri nequit ut plus una vera sit. Hæc autem Catholica est. Falsa ergo religio Lutherana: falsa religio Calviniana, Sociniana &c. Alterutrum itaque dicendum: aut quemlibet in sua religione salvandum, aut omnes extra veram religionem perdendos. Una vera religio, una vera Ecclesia. Ergo sicuti nemo nisi in vera religione; ita nemo nisi in vera Ecclesia salvari potest. Denuo obtrudent, plebeios Lutheranos, Calvinianos &c. animo esse tum in vera religione, tum in vera Ecclesia: isquidem fidem quam receperunt in baptismate, conservant, eo quod ignorent invincibiliter religionem Romano-Catholicam esse veram. Peregregie. Omnes adulti hæretici aliquam, aut nullam profiteri religionem debent. Si nullam, omne cessat dissidium. Si aliquam, aut veram Catholicam, aut falsam Lutheranam, Calvinianam &c. Profitentur, inquit, expresse firmiterque Lutheranam, Calvinianam; at simul animo ignorantione invincibili persuso profitentur religionem Romanam. Apage monstrosa commenta.



ta. Duas ergo religiones mutuo pugnantes profitentur homines isti? Quidni potiori iure Indi, Iapones, Sinenses, Turcæ, ceterique omnes poterunt & propriæ Ecclesiæ firmiter adhærere, & privilegio ignorantiæ invincibilis profiteri Romanam Ecclesiam? Aſ carent illi baptismate: baptisma autem necessarium est necessitate medii. Bene habet; verum etiam professio veræ religionis necessaria est necessitate medii. Ergo eadem utriusque ratio. Baptisma infantes morientes salvat, respectu adultorum ianua est ingrediendi in arcam. Aut ergo adulti effecti ingrediuntur arcam Romanæ Ecclesiæ, aut secus. Si primum, lis nulla; si secundum, naufragio pereunt: quoniam istis baptisma non fuit reipla tanua introeundi in arcam. Si naturalis ratio consulenda esset, excusabiliores viderentur Iapones, Indi, Æthiopes, innumeræque barbaræ nationes, quam rustici Lutherani, Calviniani, ceterique hæretici Europei, qui sunt penes fores atræ, digitoque eam fere contingunt.

XXVIII. Hinc collige, quam laxa sit opinio P. Busembaum *Lib. II. cap.* IV. *dub.* 3. *num.* 5. ubi hæc habet: *Rustici, aliique homines simpliciores in Germania, qui hæretici habentur, & tamen pertinaces non sunt, postquam abducti a suis Parochis. Ratio, quia non sunt hæretici formales, habentque fidem catholicam in baptismo acceptam, quæ non perditur, nisi errando pertinaciter.* Laudat pro hac opinione Layman. Laxior est doctrina P. Claudii La-Croix inquientis loc. cit. num. 94. *Probabilius videtur quod etiam in Germania sint hæretici tantum materiales. Inveniuntur enim aliqui ita simplices, vel præventi doctrina suorum ministrorum, ut firmiter existiment se non debere dubitare de fide sua, similque ita sistere procedunt in confessione sua, ut si fuerint fidem suam falsam, statim admitterent nostram. Tales autem non sunt hæretici formales, sed materiales.* Et tales esse multos testantur Confessarii plurimi in Germania, Auctoresque experientissimi; Tannerus Tom. III. *disp.* 1. *quæst.* 7. *n.* 10. Terillus in *Regul. mor. quæst.* IXIV. *num.* 51. Gobat. *tract.* VII. *num.* 621. Reiffenst. *Tom. IV. disp.* IV. *quæst.* 11. Sporer *Tom.* II. *cap.* III. *sect.* II. §. 2. *n.* 14. Vindic. Gobatian. *part.* II. *prop.* III.

XXIX. Si recensita doctrina constitat, actum conclamatumque est de vera Ecclesia, veraque religione. Hæc doctrina posita, quis est qui in qualibet secta nequeat esse salvus? Hæretici in Germania sunt tantum materiales. Eccur? Quia ita sunt præventi doctrina iuorum ministrorum, ut firmiter existiment, se non debere dubitare de fide sua. Papæ! Quo ergo obstinatiores sunt hæretici, eo erunt magis *materiales?* Sed expendamus quæ sequuntur verba: *Si scirent fidem suam esse falsam, statim admitterent nostram. Tales autem non sunt hæretici formales, sed materiales.* Ex omnibus qui religionem profitentur aliquam, vix unum, nisi stultissimum, repertum iri existimo qui *si sciret fidem suam esse falsam, non admitteret nostram.* Omnes ergo hæretici communiter materiales erunt. Pastores omnes sive Lutherani, sive Calviniani, si scirent religionem suam esse falsam, quis dixerit non amplexuros fore nostram, falsa abiurata? Admissa doctrina P. La-Croix verum est quod subiicit, nempe *tales esse multos*, immo fere omnes, nisi sint aut Athei, aut penitus dementes. Quod postea Confessarii plurimi in Germania, & Auctores experientissimi Tannerus, Terillus, Gobatus, Sporerius, Reiffenstuel, Caramuel aliique factum istud testentur, mirum haud esse debet. Mirandum, nisi id docerent.

XXX. Hinc malorum detrudit Probabilismi doctrina. Nullam experiuntur dubitationem hæretici, nullum sentiunt conscientiæ morsum: non advertunt propriam religionem esse falsam. Ergo non peccant: ergo hæretici materiales sunt. Hæc sunt Probabilismi axiomata. Et hæc sunt necessaria conclusaria: Ergo nullum in mundo peccatum obstinationis, nullum in mundo peccatum ex citatis, nullum ignorantiæ peccatum. Qui enim sciunt, aut dubitant actionem esse pravam, non ignorantiæ, sed malitiæ crimen perpetrant. Si Arius, si Nestorius, si Lutherus, si Calvinus, si hæresiarchæ omnes scivissent suam doctrinam fuisse falsam, veram autem nostram, fuissent ne mente hæresiarchæ?

XXXI. Quod autem plures hæretici in Germania *simplices sint, & sincere procedant in conscientia sua*, quid inde? Plurimi Turcæ, Indi, Iapones, Sinenses sincere agunt, pluraque pietatis exercent officia. Fac etiam illos mortem pro Christi confessione oppetere. Hæc omnia dona Dei sunt, inquit sanctus P. Augustinus laudato *Lib. de patient. cap.* XXVIII. Sed dona quæ dantur filiis concubinarum, secus ac iis donis quæ dantur filiis uxoris, seu matris Ierusalem. *Proinde sicut negandum non est etiam hæc esse donum Dei, ita intelligendum est alia esse Dei dona filiorum illius Ierusalem quæ sursum li-*

*bera est mater nostra . . . . . Alia vero quæ possunt accipere etiam filii concubinarum, quibus tamen dari cæpisse, & sanctificare, vel hæreses comparantur.* Missis itaque Calvinistarum arbitrariis commentis sanctorum Patrum doctrinæ adhærendum est. Hi quippe sunt magistri nostri, hi in salutis via duces a clementissimo Deo nobis donati. Lumines Cassiodori fieri Christianos fere per totam vitam a præcepto caritatis *per se* urgente, a præcepto fidei, a præcepto religionis eximunt; ita extra arcam per medium aquarum diluvium tutra ignorantiæ invincibilis navicellam conflictos ad æternæ salutis portum conducunt. Oppositam opinionem non improbabiliter modo, verum etiam omnium errorum, & pestilissimum *Tolerantismi*, & *Indifferentismi* scaturiginem existimo.

## CAPUT XIV.

*Confessaria, quæ fundent virtutis fidei exercitium, illudque dirigant.*

I. *Confessarium primum.* Fidei catholicæ veritatem, sanctitatem, atque adeo eiusdem credibilitatem adversus tum incredulos, tum hæreticos brevi calamo propugnavimus. Regulas ad quas respicere Catholici debent, ut firmi stabilesque in eadem perseverent, palam fecimus. Periculis eiusdem amittendæ, humanæ mentis cavillationes, subtilitates, recentiorum quorumdam Catholicorum inventa quæ fidei nostræ fiscentitatem adulterant, splendorem obnubilant, veritatem involvunt, propalavimus. Illud nunc est reliquum ut in hominum corda, nostra illabatur, & si fieri potest, irruat oratio, qua sublimis virtutis, ac principis personæ studeamus exercitium. Splendet catholici viri in mente fidei lumen: fel oleum quod ignem hunc alit, & fovet, in cordis lampade ardere debet. Fides quippe vera, & perfecta lux in mente, amor in corde est. Sol terræ vaporibus, atque exhalationibus obtenebratur; & fidei lux languet, hebetaturque, si corda humana pravitatis cœno inquinata emittunt vapores antidos qui fidei lucem tenebris obducant. Fidei ergo elementum voluntatis pia affectio est. Hæc, cœlestis cum sit, terrenas illecebras respuit, mundique amorem socium non patitur. Pugnant enim mutuo, nec diu simul quiescere valent. Si amor Dei in animo dominatur, fulgida incedit virtutum principes; contra si animi malitia inquinantur, confestim hebescere primum fides incipit. Deinceps quo mundi cupiditas adolevit, & carnalia oblectamenta cordis occupant principatum; eo fidei lux languet, deficit, ac tandem occidit. Vitia recta fidem non adiuvantur; sed a vitiis, ceu a prima scaturagine, impietas, incredulitas, & hæreses originem trahunt. Quoniam contraria summo in gradu pugnantia simul consistere nequeunt. Pia voluntatis affectio, seu amor Dei, & mundi amor mutuo pugnant: ergo cum carnis lenocinia, fastuum illecebræ, terrenique affectus corda impient, atque in dies altius radices agunt; cœlestium bonorum amor recedat, penitusque exulet necesse est.

II. Expergiscamur ergo, & pro eo quo ardemus zelo decus religionis nostræ adversus hæterodoxos defendendi, operibus fidem nostram comprobemus. Virtutum splendor fidei obscuritatem illuminet. Si verborum apparatu, si eloquentiæ uberrima vi, si argumentationis efficacitate hæreticorum mentes in fidei obsequium subigere non valemus, innocentia vitæ, virtutum, ac operum sanctitate illorum animos emollire, nostraque humilitate illorum superbiam deiicere studeamus. Rationem, saltem ab omnibus, haud requiret supremus Iudex, quod ad veram fidem hæreticos non reduxerimus; sed in nos severissime animadvertet, si nostris exemplis animam illis dederimus ut in errore perdilant. Audiamus Chrysostomum hoc terribentem: *En nos fumus causa ut illi in errore permaneant, iam pridem doctrinam suam damnassent, & nostram approbassent, nisi eam insecta retrahentur. Verbis philosophari facile: sed nostrorum operum probationem. Itaque horribus non pænas dabimus, non solum eorum quæ ipsi commisimus; sed quorum exteros fecimus, ut Dei nomen blasphemetur.*

III. Porro ut hæreticorum oculis fulgeat mordax nostrorum candor, ut vitæ nostræ integritas illorum animos permoveat, a vitiis hæreat mentibus nostris divinæ majestatis præsentia: quoniam illius cultivio omnium malorum radix est. *Non est Deus in conspectibus eius* (inquit Vates regius *Psalm.* 13.) Quid hinc legimur? *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* Hanc iniquitatem ut vitaret, quid peragebat David? Audi illum testem: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* Deum credit fides nostra, illumque tua immensitate omnia replentem repræsentat. Nulla creatura illius præsentiam figere valet. Quid ergo peius, quid monstruosius excogitari potest quam illius obliviscì, qui non modo memoriæ, sed cogitationibus nostris adest? Inquit Augustinus Lib. XIV. de Trinit. cap. XII. *Magna iniquitas mentis est eum illo non esse, sine quo non potest esse. In quo enim est, procul dubio sine illo non est: & tamen si eum non meminit, eumque non intelligit, nec diligit, cum illo non est.* Tunc enim fides mortua est, quoniam sine caritate est, quæ ceu anima illam vivificat. Corpus seiunctum ab anima cadaver evadit, & diu in domo denati non servatur, quod factorem effluat: ideirco in sepulcro obtegitur. Si fides cadaver caritate destituta efficitur, e domo mentis tuæ abibit. Illius vestigia animæ tuæ impressa apparebunt, ut severiori tibi supplicio sint, & propria fidei confessione damnent. Minus esset malum non esse, quam malum fuisse Christianum. Opprobrium patitur religio, & Christus ipse ob Christianorum crimina confusione perfunditur.

IV. Diu mecum animo reputavi, cur fides nostra nobis ipsis, ut minus vilescat, minimo salutem habeatur in pretio. Id vero in causa esse existimo, quod nimi excellentiam non meditemur, quod immensam misericordiam qua nos tanto Deus beneficio donavit, penitus ignoremus. Saporem ergo aliquantisper excute, christiane lector, recogita fidem tuam auxilium pretiosissimum esse, quo animæ tuæ sponsalia cum Deo obsignantur. Fides nil secretiora Dei arcana retegat, tibique communicat, quod ultimum est intimæ amicitiæ argumentum. Fides illitos Christi sanguine parat, Martyrum cruore adulta, miraculorum virtute munita, Doctorum sapientia defensa, nullo unquam tempore occidit. Hoc excellentissimo dono te Deus ita sola bonitate motus, ab infinita hominum multitudine seiunxit. Mente percure tot mundi plagas, tot regiones, provincias, regna, imperia renebris infidelitatis involuta. Recogita, te tot inter millia millium delectum esse in filium sanctum, in regale sacerdotium, in populum Deifice Trinitatis. Verum simul recordare regna, imperia, regionesque illas quæ nunc poenam infidelitatis, iramque divinam perferunt, olim, non secus ac tu, fidei lumine illustratas fuisse. Recipe ad latera tua fidei stigem. Qui quondam fratres tui, Deique filii nuncupabantur, & erant; nunc hostes tui, divinæque iræ filii, dæmonum præcones, reliquis quos proditores evitarunt: folo æquata sunt templa, diruta altaria, sacrificia antiquata; & (cum, horribile dictu) sacrificia, hæreses, impietas vexillum explicant, ubi olim sanctior dominabatur fides. Quid est quod Deus præ millibus fidei tuæ annis animam tuam obsignavit; quod ab universali naufragio servaram in area religionis tuæ reposuit; quod tanta dilectione complexus eam est? Si ad hæc animum intenderes, an non paveres, an non contremisceres, ne eadem te manebundus exclamabat: *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigabiles viæ eius!* Mentem ergo defige cum Paulo in tantam arcanum vere tremendum; & confestim, pulsa superbia tum tuæ, tum corde, humilitas, divinarum iudicorum timor, gratitudo erga Dei beneficentiam animum tuum erigens, fidem tuam fovebunt, & custodient.

V. *Confessarium secundum, fidei docendæ methodum dirigens.* Primum quod nobis fide imbuendorum menti inculcandum occurrit, est, mysteria divina credenda esse, quia Deus fallere, & falli nescius eadem revelavit. Deinceps addendum; Ecclesiam quæ Spiritu Dei illustrata infallibilis est, nos certos reddere, articulos credendos esse a Deo revelatos. Nomine ergo, & voce Ecclesiæ se loqui fidei arcana, testari animarum curator debet. In proponendis articulis hunc servabis ordinem. Deum remuneratorem, scelerumque vindicem præ ceteris exponet. Hunc articulum excipiet alter Trinitatis, & Incarnationis; cuius fides necessaria est. Si pœnitentes deprehenderit horum laborare ignorantia mysteriorum, instruere eosdem debet, prinsquam absolutionis impertiat beneficium. Idem præstare debet, si ignorantes in periculo mortis conflicti reperiantur. Tunc vero solicitus haud sit in defatiganda infirmi memoria, sed ad actus fidei repetendos excitare illum laragat.

VI. Eo autem studia sua animarum Pastor conferre debet, ut fideles instruat in repetendis frequenter fidei actibus: quia hoc exercitio adolevit, virelque recipit fides, & vividior evadit. Fieri autem vix potest fidem in corde vitam agere robustam, quin morum integritas respondeat. Deficiunt frequenter animarum Pastores, quod arcana fidei, quam speculatricem vocant, fuse, & distincte explicant; ea vero mandata quæ mundi

renun-

renuntiationem, rerumque terrenarum contemptum, quæ inimicorum amorem, bonorum pro offensis receptis retributionem; quæ pœnitentiam, carnis conflictationem, patientiam, adversitatum tolerantiam præcipiunt, silentio prætereunt. Harum quippe virtutum exercita cor inflammant, fidemque ipsam splendidiorem, fortioremque constituunt. Doceant Pastores gregem sibi commissum, ideo frontem lino crucis muniri, & sacro chrismate ungi, ut coram universo mundo, etiam cum vitæ dispendio, si opus fuerit, Christi fidem, & legem sincere, candide, atque invicta fronte confiteatur.

VII. Non sint faciles animarum Pastores in admittenda ignorantia invincibili sive mysterionum, sive mandatorum divinæ legis. Nam ignorantia istiusmodi quæ in rudibus Catholicis obtenditur, aut ex ipsius Parochi culpabili negligentia in docendo, aut ex ipsius subditi malitia, sive incuria in addiscendo, ortum ducit. Quare raro accidit ut inter Catholicos detur ignorantia Decalogi, articulorumque fidei præcipuorum, quæ culpæ expers omnino sit. Obviæ quippe sunt addiscendi ea quæ ad salutem sunt necessaria, occasiones.

VIII. Postremum, ut animarum moderatores vacillantes in fide confirmare valeant, atque succumbendi fraudibus, & illusionibus inimici periculo Christianos sibi creditos subducere queant, non rationum momentis, non eloquentiæ apparatu illorum mentes aggrediantur; sed illis humilitatem suadeant, instruantque ut ad sinum se se recipiant divinæ misericordiæ: ibi preces fundant, propriam superbiam comprimant, atque sublimem mysteriorum majestatem adorent. Si tentatio aliquod fidei arcanum valde obscurum in disquisitionem adducit, animumque de loco movere laboret, mentem alio dirigant, & captu faciliores articulos sibi proponant. Dei omnipotentiam, sapientiam, ac veracitatem intellectus contempletur, Deumque precetur ut adjuvet incredulitatem suam: & cum Apostolo *ad Ephes.* II. dicat: *Gratia estis salvati per fidem, & non ex vobis, Dei enim donum est.* Tandem *fides a te exigitur, & sincera vita; non altitudo intellectus, & profunditas mysteriorum:* de Imit. Christ. lib. IV. cap. IV. Richardus a S. Victore sent. I. de Trinitate cap. II. *Domine, si error est quod credimus, a te decepti sumus. Nam ista in nobis tantis signis, & prodigiis confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt.*

# DISSERTATIO III.

## DE SPE VIRTUTE THEOLOGICA.

### PRÆLOQUIUM.

Hæc secunda theologica virtus, de qua breviter disputaturi sumus, in illius morientis in singula momenta humanæ vitæ fluctibus anchora firmissima est, cui, ne mergamur, inhærere debemus. Fides lumine suo menti nostræ bona infinita, mysteria altissima credenda repræsentat; spes animum erigit ut bona quæ fides credenda proponit, reaple consequatur. Porro si fallaces, vanæque, & plane illudentes mundi species tantum fortitudinis, totque auxilia excitant in hominibus qui terrena appetunt bona, ut non marium tempestates, non hiemis frigora, non ætatis calorem, non latronum insidias, non denique obvia mortis pericula vereantur, quoties comparandarum fugacium mercium occasio offertur; quam ingentes nobis adiicere animos non debet spes illa divina quæ immensos, æternosque thesauros possidendos adpromittit? Hæc sane sola corda nostra tot præsentis vitæ molestiis, adversitatibus, angustiis, morbis, innumerisque incommodis pressa solari, & recreare valet. Ad hanc spem viri sancti quasi a fluctibus humanarum vicissitudinum delati confugiunt, ut præsentem egestatem, famem, nuditatem, persecutiones, omniaque mundi pericula libenter invicto, hilarique animo perferre queant. Regius Propheta non modo exercitum cælestis fiduciæ nobis commendavit, sed vitam nostram in spe divina firam asserit Psal. IV. *Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.* Quare non modo sperare, sed & supersperare nos vult in Dei promissis: *In verbis tuis superspera vi:* Psal. CXVIII. Non modo spero, Domine, sed supraspero. Quid, quæso, prodit emphasis istiusmodi *superspera vi?* Exprimit nobis quamdam divinæ fiduciæ ideam: urget nos ad dilatanda theologicæ spei confinia: admonet nos ut non modo speremus, sed superesperemus; scilicet ut speremus præter id quod lingua loquitur, quod mens concipere, quod Doctores explicare valent. *Quia* (inquit Augustinus) *Deus potens est facere super id quod petimus, parum est sperare, sed debemus supersperare.* Hanc vero *superspem* facile concipiemus in cordibus nostris, simul ac mens nostra recogitaverit eum Regio Propheta, Deum ipsum esse spem nostram. *Quoniam tu es, Domine, spes mea:* Psalm. XC. Quid quod Deus noster *Deus spei* vocatur? Deus ergo sit spes nostra, quia ipse est nostra hereditas, salus, & vita nostra. Exulent a nobis mundanæ fiduciæ, ut ipse est nostra hereditas, salus, & vita nostra. Exulent a nobis mundanæ fiduciæ, ut ipse est nostra hereditas, salus, & vita nostra. Sit spes nostra vera, & germana fidei nostræ sola impleat cor nostrum spes theologica

renuntiationem, rerumque terrenarum contemptum, quæ inimicorum amorem, bonorum pro offensis receptis retributionem; quæ pœnitentiam, carnis conflictationem, patientiam, adversitatum tolerantiam præcipiunt, silentio prætereunt. Harum quippe virtutum exercita cor inflammant, fidemque ipsam splendidiorem, fortioremque constituunt. Doceant Pastores gregem sibi commissum, ideo frontem lino crucis muniri, & sacro chrismate ungi, ut coram universo mundo, etiam cum vitæ dispendio, si opus fuerit, Christi fidem, & legem sincere, candide, atque invicta fronte confiteatur.

VII. Non sint faciles animarum Pastores in admittenda ignorantia invincibili sive mysterionum, sive mandatorum divinæ legis. Nam ignorantia istiusmodi quæ in rudibus Catholicis obtenditur, aut ex ipsius Parochi culpabili negligentia in docendo, aut ex ipsius subditi malitia, sive incuria in addiscendo, ortum ducit. Quare raro accidit ut inter Catholicos detur ignorantia Decalogi, articulorumque fidei præcipuorum, quæ culpæ expers omnino sit. Obviæ quippe sunt addiscendi ea quæ ad salutem sunt necessaria, occasiones.

VIII. Postremum, ut animarum moderatores vacillantes in fide confirmare valeant, atque succumbendi fraudibus, & illusionibus inimici periculo Christianos sibi creditos subducere queant, non rationum momentis, non eloquentiæ apparatu illorum mentes aggrediantur; sed illis humilitatem suadeant, instruantque ut ad sinum se se recipiant divinæ misericordiæ: ibi preces fundant, propriam superbiam comprimant, atque sublimem mysteriorum majestatem adorent. Si tentatio aliquod fidei arcanum valde obscurum in disquisitionem adducit, animumque de loco movere laboret, mentem alio dirigant, & captu faciliores articulos sibi proponant. Dei omnipotentiam, sapientiam, ac veracitatem intellectus contempletur, Deumque precetur ut adjuvet incredulitatem suam: & cum Apostolo *ad Ephes.* II. dicat: *Gratia estis salvati per fidem, & non ex vobis, Dei enim donum est.* Tandem *fides a te exigitur, & sincera vita; non altitudo intellectus, & profunditas mysteriorum:* de Imit. Christ. lib. IV. cap. IV. Richardus a S. Victore sent. I. de Trinitate cap. II. *Domine, si error est quod credimus, a te decepti sumus. Nam ista in nobis tantis signis, & prodigiis confirmata sunt, & talibus, quæ non nisi per te fieri possunt.*

# DISSERTATIO III.

## DE SPE VIRTUTE THEOLOGICA.

### PRÆLOQUIUM.

Hæc secunda theologica virtus, de qua breviter disputaturi sumus, in illius morientis in singula momenta humanæ vitæ fluctibus anchora firmissima est, cui, ne mergamur, inhærere debemus. Fides lumine suo menti nostræ bona infinita, mysteria altissima credenda repræsentat; spes animum erigit ut bona quæ fides credenda proponit, reaple consequatur. Porro si fallaces, vanæque, & plane illudentes mundi species tantum fortitudinis, totque auxilia excitant in hominibus qui terrena appetunt bona, ut non marium tempestates, non hiemis frigora, non ætatis calorem, non latronum insidias, non denique obvia mortis pericula vereantur, quoties comparandarum fugacium mercium occasio offertur; quam ingentes nobis adiicere animos non debet spes illa divina quæ immensos, æternosque thesauros possidendos adpromittit? Hæc sane sola corda nostra tot præsentis vitæ molestiis, adversitatibus, angustiis, morbis, innumerisque incommodis pressa solari, & recreare valet. Ad hanc spem viri sancti quasi a fluctibus humanarum vicissitudinum delati confugiunt, ut præsentem egestatem, famem, nuditatem, persecutiones, omniaque mundi pericula libenter invicto, hilarique animo perferre queant. Regius Propheta non modo exercitum cælestis fiduciæ nobis commendavit, sed vitam nostram in spe divina firam asserit Psal. IV. *Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.* Quare non modo sperare, sed & supersperare nos vult in Dei promissis: *In verbis tuis superspera vi:* Psal. CXVIII. Non modo spero, Domine, sed supraspero. Quid, quæso, prodit emphasis istiusmodi *superspera vi?* Exprimit nobis quamdam divinæ fiduciæ ideam: urget nos ad dilatanda theologicæ spei confinia: admonet nos ut non modo speremus, sed superesperemus; scilicet ut speremus præter id quod lingua loquitur, quod mens concipere, quod Doctores explicare valent. *Quia* (inquit Augustinus) *Deus potens est facere super id quod petimus, parum est sperare, sed debemus supersperare.* Hanc vero *superspem* facile concipiemus in cordibus nostris, simul ac mens nostra recogitaverit eum Regio Propheta, Deum ipsum esse spem nostram. *Quoniam tu es, Domine, spes mea:* Psalm. XC. Quid quod Deus noster *Deus spei* vocatur? Deus ergo sit spes nostra, quia ipse est nostra hereditas, salus, & vita nostra. Exulent a nobis mundanæ fiduciæ, ut ipse est nostra hereditas, salus, & vita nostra. Exulent a nobis mundanæ fiduciæ, ut ipse est nostra hereditas, salus, & vita nostra. Sit spes nostra vera, & germana fidei nostræ sola impleat cor nostrum spes theologica

II. In Bulla itaque *Cœlestis Pastor* sequentes propositiones anathemate confixit Pontifex summus.

12. „ Qui sinum liberum arbitrium Deo „ donavit, de nulla re debet curam habere, „ nec de inferno, nec de paradiso, nec de „ iisdem debet habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ sanctitatis, nec propriæ salutis, cujus spem purgare debet.

13. „ Resignato Deo libero arbitrio, ei„dem Deo relinquenda est cogitatio, & cura de omni re nostra, & relinquere ut faciat in nobis sine nobis suam divinam voluntatem.

14. „ Qui divinæ voluntati resignatus est, „ non convenit ut a Deo rem aliquam petat, quia petere est imperfectio; cum sit actus propriæ voluntatis, & electionis, & est velle quod divina voluntas nostræ conformetur, & non quod nostra divinæ. Et illud Evangelii, *Petite, & accipietis*, non „ est dictum pro animabus internis, quæ non sunt habere voluntatem. Immo huiusmodi animæ eo perveniunt ut non possint a Deo rem aliquam petere.

15. „ Sicut non debent a Deo rem aliquam petere, ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent: quia utrumque est „ actus propriæ voluntatis.

16. „ Non convenit indulgentias quærere pro pœnis propriis peccatis debitis: quia „ melius est divinæ iustitiæ satisfacere, quam divinam misericordiam quærere: quoniam „ illud ex puro Dei amore procedit, & „ istud *ab amore nostri interessato, nec est „ ex Deo grata, nec meritoria*, quia est velle crucem fugere. " Plures aliæ hinc profluentes propositiones eiusdem Molinos missas facio.

III. Innocentius Papa XII. anno 1699. damnati tres propositiones decerptas ex libro cui titulus: *Explication des maximes des Saints sur la vie interieure par Monsieur Francois de Salignac Fénelon Archevesque Duc de Cambray* &c. proscripsit. Ex pluribus paucas illinc transcribo.

1. „ Datur status habitualis amoris Dei, „ qui est caritas pura, & sine ulla admixtione motivi proprii interessé. Neque timor pœnarum, neque desiderium remunerationis habent amplius in eo partem. Non amatur amplius Deus propter meritum, neque perfectionem, neque propter felicitatem in eo amando inveniendam.

2. „ In statu vitæ contemplativæ, seu unitivæ amittitur omne motivum interessatum timoris, & spei.

4. „ In statu sanctæ indifferentiæ anima non habet amplius desideria voluntaria, & desiderata propter lumen intellecté, exceptis occasionibus in quibus toti suæ gratiæ fideliter non cooperatur.

6. „ In hoc sanctæ indifferentiæ statu nolumus amplius salutem ut salutem propriam, ut liberationem æternam, ut mercedem nostrorum meritorum, ut nostrum interesse omnium maximum; sed eam volumus voluntate plena ut gloriam, & beneplacitum Dei, ut rem quam ipse vult, & quam nos vult velle propter ipsum.

7. „ Derelictio non est nisi abnegatio, seu sui ipsius renuntiatio, quam IESUS CHRISTUS a nobis in Evangelio requirit, postquam omnia externe reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est, nisi quoad interesse proprium .... extremæ probationes, in quibus hæc abnegatio, seu sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes quibus Deus æmulator vult purgare amorem, pullum ei offendendo perfugium, *neque ullam spem quoad suum interesse proprium, etiam æternum.*

11. „ In hoc statu anima amittit *omnem „ spem* sui proprii interessé, sed numquam amittit in parte superiori, idest in suis actibus directis, & intimis, *spem perfectam*, quæ est desiderium disinteressatum promissionum.

12. „ Director tunc potest huic animæ permittere ut simpliciter acquiescat iacturæ sui proprii interessé, & iuste condemnationis quam a Deo sibi indictam credit.

19. „ Potest dici in hoc sensu; quod anima passiva, & disinteressata nec ipsum amorem vult amplius, quatenus est sua perfectio, & sua felicitas, sed solum quatenus est id quod Deus a nobis vult.

20. „ In confitendo debent animæ transformatæ sua peccata detestari, & condemnare se, & deliderare remissionem peccatorum suorum, non *ut propriam* purificationem, & liberationem, sed ut rem quam Deus vult, & vult nos velle propter suam gloriam.

IV. Deo sunt propositionum quas recensuimus, erroneæ principia, ita connexa, ut unum alterum consequatur. Primum est,

cui



cui falsa, & commentitia divini amoris idea superstruitur. Contendebant siquidem damnatarum propositionum Auctores, desiderium felicitatis nostræ, ac æternæ mercedis expectationem puritati, & perfectioni amoris divini officere. Eam puritatem huic amori asserebant, ut quemeumque respectum ad nostram felicitatem excluderent, tamquam labem præfatum amorem inquinantem. Hinc inferebant (quod est alterum principium) statum illum animæ indifferentis tum ad æterna suppleia, tum ad felicitatem beatam. Quæ duo fundamenta ordinem pervertunt divinæ providentiæ, animam truncum efficiunt, ac insensibilem statuam: de medio industriam, vigilantiam, bona opera, merita hominis, denique naturam tollunt.

V. Porro quam universæ Scripturarum doctrinæ, Patrum, & Theologorum omnium sensui contraria sint erroneæ, quæ descripsimus, principia, cuique facile constare potest. Nam Deus ipse Matth. VI. iubet: *Quærite primum regnum Dei*. Regnum illud amore quæritur, amore invenitur, amore possidetur. Si amor ille imperfectionis cuiusdam labe foedaretur, numquid primum nos illud quærere Servator noster præciperet? Quid quod vix unquam Deus sui amorem nobis præcipit quin nostram felicitatem simul non recordetur? Animum intende in illud primum, maximumque mandatum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: Matth. XXII. Non Deum absolute diligere iuberis, sed Deum *tuum*. Si tuus est, ergo ipsum quoque illum possidendi te habere oportet. Si Deus ipse nostrum se constituit, si est regnum nostrum, corona nostra, merces nostra, felicitas, gaudium, & lætitia nostra; imperfectus ne erit amor noster, si Deum possidere desideret, si hoc regnum, si hanc coronam, & mercedem anhelet? Quid quod Christus Dominus orationem nobis composuit, qua nos condocefacit petere quotidie regnum Dei: *Adveniat Regnum tuum*? Numquid magnæ, sanctæque animæ hanc precem, tamquam propriæ perfectioni minus congruam, negligere debent? Quid denique quod sanctæ sublimesque animæ quas in cœlo regnare scimus, hoc æternæ felicitatis desiderio, hoc obtinendæ beatitudinis amore iugum pete ardebant? Sanctus Propheta David Psalm. LXXII. *Quid enim mihi est in cœlo, & a te quid voluit super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum*. Item Psalm. XXVI. *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*. Psal. XLI. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus*. Psalm. CXVIII. *Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem*, D. Paulus Apostolus continenter anhelabat iustitiæ coronam, bravium tenere, atque æternam civitatem assequi: *Non habemus hic civitatem permanentem, sed futuram inquirimus*. Hebræor. XIII.

VI. Pauca ex S. Augustino proferamus, qui perfectam amoris divini imaginem præ ceteris vividioribus depingit coloribus. Porro *tract.* IX. *in epist. Ioan.* ad illa verba, *In hoc perfecta est dilectio in nobis, ut fiduciam habeamus in die iudicii*, plura habet hoc de argumento. *Nescio utrum magnificentius nobis caritas commendari possit, quam ut diceretur, Deus caritas est .... Nam si Deus caritas est, nec proficit, nec deficit Deus. Sic dictum proficere in te caritas, quia tu in ea proficis .... In hoc perfecta est in nobis dilectio. Quare in quo? Ut fiduciam habeamus in die iudicii. Quisquis fiduciam habet in die iudicii, perfecta est in illo caritas. Quid est habere fiduciam in die iudicii? Non timere ne veniat dies iudicii. Sunt homines qui non credunt diem iudicii. Isti fiduciam non possunt habere in die quem venturum esse non credunt. Præmittamus istos: excitet illos Deus, ut vivant .... Cœpit quis credere diem iudicii: si cœpit credere, cœpit & timere; sed quia timet, adhuc nondum habet fiduciam in die iudicii, nondum est in illo perfecta caritas.* Tandem post medium commentarium illius tractatus declarat S. Doctor, se desiderio flagrare alloquendi animam perfectæ caritatis igne æstuantem. Eam vero hac ardere caritate scribit quæ regnum æternum anhelat, & sulpirat. *Alloquamur & illam quæ habet iam timorem casium permanentem in sæculum sæculi. Putamus inveniemus illam, ut alloquamur illam? Putas est in hoc populo? Putas est ex hac ecclesia? .... Sed ubicumque est illa anima, utinam illam inveniem, & non aures suas præberet mihi, sed ego meas aures illi. Illa me doceret aliquid potius quam a me disceret. Anima quædam sancta, ingnea, & desiderans regnum Dei, hanc non ego alloquor, sed Deus ipse, & patientem inventem in hac terra ita consolatur. Iam vix veniam, & ego novi quantum vis ut veniam: novi qualis es, ut securus expectes adventum meum. Novi quia molestia est tibi; sed magis expecta, tolera: venio, &*

cito

*cito venio. Sed amanti tardum est: Audi eam cantantem tamquam lilium de medio spinarum: audi suspirantem, & dicentem: Psallam, & intelligam, in via immaculata, quando venies ad me?*

VII. Hinc perspicue patet caritatis divinæ perfectioni haudquaquam obesse cæcum, ac fervens desiderium æternæ beatitudinis. Quare caute legendi sunt non pauci Scholastici, qui præpotentem divini amoris notionem formantes existimarunt, tunc perfectam dumtaxat esse caritatem quando expectandæ mercedis spem excluderet. His Scholasticorum quorundam principiis occupatus S. Franciscus Salesius *Lib. II. de amor. Dei cap.* XVII. tametsi fateatur, Deum esse summum bonum nostrum, nostramque felicitatem, quietem esse, atque in eiusdem possessione sitam nostram beatitatem; subdit tamen, quod amor quo Deum sub hac consideratione diligimus, non sit *supremus, & perfectus*. Omnia nostra, & nos ipsos in Deum tamquam in ultimum finem nostrum dirigere debemus: illum propter suam infinitam bonitatem, & immensa attributa diligere debemus; sed respectum Dei ad nos ab eodem perficiendos, & beandos, atque castissimum desiderium quo anhelamus illius amplexus, & intimam perpetuamque coniunctionem, excludere minime valemus. Quin ipsa Dei natura insitam sibi habet hanc sui communicationem; sicut ipsius animæ rationalis ea natura est ut appetat gratia cælesti adinta Deo coniungi, & ab eodem perfici. Verum de hoc infra.

## CAPUT II.

*Spei notio, obiectum, subiectum, præceptum, & tempus quo urget obligatio.*

I. Priusquam spei theologicæ ideam expono, iubet quædam de spe generatim accepta præfari. In hac autem ampla consideratione spes est *motus efficax appetitus boni absentis, ardui, possibilis*. Motus hic, seu affectio, si appetitus sensitivi partus sit, passio nuncupatur, eo quod non habetur sine corporis mutatione, seu impressione aliqua; si appetitum rationalem consequitur, induit virtutis formam. Spes utroque modo accepta in appetitu irascibili residet; eam tamen præcedunt affectiones appetitus concupiscibilis. Spei passione etiam bruta aguntur. Imaginativa illis bonum repræsentat, puta talem cibum ut sapidum, illique conuenientem. Hinc quædam assurgit complacentia quæ desiderium excitat. Eiusmodi affectiones fetus sunt appetitus concupiscibilis, qui ut bona sibi conuenientia assequatur, irascibilem movet, spemque excitat, quæ desiderium firmat, & obstacula aggreditur quæ boni concupiti assecutionem remorantur. Hæc omnia brutis, & hominibus communia sunt.

II. Porro spes *motus efficax* dicitur, ut a simplici, languidaque volitione distinguatur. Additur *boni*, quia obiectum spei bonum est. Hoc autem abiens sit oportet: nec enim spes est boni præsentis, & possessi: idcirco ponitur *absentis*. Requiritur quod bonum hoc arduum sit, ut spes distinguatur a desiderio, cuius non est vincere difficultates quæ bonum impediunt: officium illud spei est. Iure ergo adiicitur particula *ardui*. Tandem additur *possibilis*: quia, ut quis concupiscere valeat, necesse est ut bonum quod speret, apprehendat ut sibi possibile, seu, ut verius loquar, ut futurum. Nec enim satis est ad spem veram mera possibilitas absoluta, quæ in quadam non repugnantia rei sperandæ sita sit; sed qui sperat, apprehendere debet bonum ut sibi possibile, seu quod consequi ipsa valeat. Bonum autem consequendum futurum, nedum possibile, est. Hæc conditio adeo necessaria est, ut nemo sperare valeat, quin nec amare amore efficaci bonum, quantumvis absolute possibile; nisi ab illo qui sperare debet, percipiatur bonum illud & ut sibi congruum, conveniensque, & ut consequendum, possidendumque. Quæ sola conditio ostendit, quam vana sit illa opinio quæ contendit, spem actualem habere posse illum cui a Deo revelata esset eiusdem æterna damnatio, ob possibilitatem absolutam salutis, quæ in data hypothesi esset possibilitas, rei futuritionem excludens; quin respectu talis, reduplicata hypothesi, non esset vera possibilitas. Quare opinio præfata votum significatione abnitur. Sed hæc nihil ad nos. Explicata spei doctrina tota est S. Thomæ 1. 2. quæst. xl. art. 1. *Spei quatuor conditiones attenduntur. Primo quidem quod sit bonum .... Secundo ut sit futurum: non enim spes est de præsenti iam habito .... Tertio requiritur quod sit aliquid arduum cum difficultate adipiscibile .... Quarto quod illud arduum sit possibile adipisci.*

III. Præmissa quadam idea universali ipsius spei, eiusdem nunc, quatenus virtus theologica est, finitionem exhibeamus oportet. Definitur autem hoc modo: *Spes virtus supernaturalis est, qua voluntas humana sperat æternam beatitudinem Dei auxilio obtinendam.* Appellatur *virtus*, sive sit in peccatoribus destituta caritate, & idcirco *informis*; sive in iustis caritate formata: quia veris fulget virtutis characteribus, quorum præcipuus est ratio actus boni: qua de causa dici solet, quod virtus bonum facit habentem illam. Quam porro bonus sit actus spei, ex se patet, cum ad consecutionem beatitudinis æternæ inclinet, & inducat, illamque firmiter expectet. Actus autem ille bonus est. *Inclinavit* (inquit David Psalm. CXVIII.) *cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem*, spem ab aliis theologicis virtutibus distinguunt. Proprium siquidem spei est Deum attingere, prout est beatitudo nostra æterna. Deum quippe specias immediate, quia virtus theologica est; sub ratione vero felicitatis æternæ Deum respicit, prout est peculiaris virtus. *Dei auxilio obtinendam*. Hæ ultimæ particulæ declarant, nos viribus nostris haud posse æternam assequi beatitudinem. Sicut enim habitus spei donum est supernaturale a Deo in baptismate infusum; sic exercitium talis habitus supernaturale est: ideo actus quibus expectatur, & speratur beatitudinis consecutio, vi auxiliorum Dei elici debent, ut hac via præmium æternum nec solis nostris viribus, nec soli divinæ gratiæ, sed humanæ voluntati gratia divina elevatæ, & adiutæ, tamquam corona & merces respondeat.

IV. Quæst. I. *Quodnam sit obiectum spei?* Resp. Spei, sicut cuiusque virtutis, duplex est obiectum. Materiale unum, formale alterum. Obiectum materiale primarium spei est Deus possidendus, seu, ut inquit Angelicus 2. 2. quæst. XVII. art. II. *est vita æterna, quæ in fruitione ipsius Dei consistit.* Obiectum formale est itidem Deus ipse ut omnipotens, seu omnipotentia auxiliatrix. Obiectum secundarium sunt auxilia divina, bona opera gratiarum vi parta: item bona temporalia, secundum quod illorum bonus per gratiam usus ad salutem æternam viam sternit. Fundamenta itaque potissima spei



nostræ sunt Dei omnipotentia, ipsius misericordia infinita, & merita immensa Christi Domini, quorum virtute omnia a Deo assequi confidimus. Frequenter ergo repetendum ex imo cordis nostri. *Ego autem in misericordia tua speravi*: Psal. XII. *Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum*: Psal. XVII. Illudque ob oculos habendum: *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis*: Genes. XV. Macte igitur animo *in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur Deus*: ad Tit. I.

V. Quæst. II. *Est ne spes virtus a caritate distincta?* Resp. Spem esse a caritate distinctam, docet Apostolus Paulus I. ad Corinth. XIII. *Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria hæc; maior autem horum est caritas*. Idque patet ex definitionibus variis iitarum virtutum. Nam fides Deum sub ratione veri revelati; spes sub ratione boni ardui futuri, & a nobis virtute auxiliantis omnipotentiæ obtinendi, & caritas sub ratione boni absolute dilecti prosequitur. Sed D. Thomam audiamus, qui perspicue more suo harum virtutum distinctionem explicat 2. 2. quæst. XVII. art. 6. *Caritas ergo facit hominem Deo inhærere propter seipsum, meretur hominis unionem Deo per affectum amoris. Spes autem, & fides faciunt hominem inhærere Deo, sicut cuidam principio ex quo aliqua nobis proveniunt. De Deo autem provenit nobis & cognitio veritatis, & adeptio perfectæ bonitatis. Fides ergo facit hominem Deo adhærere, inquantum est nobis principium cognoscendi veritatem: credimus enim vera esse quæ nobis a Deo dicuntur. Spes autem facit Deo adhærere, prout est in nobis principium bonitatis, inquantum scilicet per spem divino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinendam.*

VI. Quæst. III. *Est ne in beatis, damnatis, & hæreticis spes christiana?* Resp. Communis, & vera sententia est negativa. Et primo quod in beatis spes theologica non reperiatur, res clara est; quamvis Suarez oppositum doceat. Deest enim in patria obiectum spei, quod est bonum arduum, futurumque. Quoniam licet futuritio non sit ratio formalis obiectiva spei, est tamen conditio ita necessaria, ut sine ipsa spes non consistat, sicut sine obscuritate fides non reperitur. Porro felicitas, seu beatitudo non modo futura non est beatis, & absens, sed est ab illis possessa, atque adeo intime eisdem præsens. Hinc est quod Apostolus Rom. VIII. scribit: *Quod videt quis, quid spe-*

*sperat?* & I. Corinth. XIII. solam caritatem in patria perleverare docet. Actus quibus beati propriæ corporis gloriam expectant, non sunt actus spei, ut docet Angelicus 2. 2. quæst. XVII. art. 2. ad 4. *Cum spes sit virtus theologica habens Deum pro objecto, principale objectum spei est gloria animæ, quæ in fruitione divina consistit, non autem gloria corporis.* Actus quoque quibus alii sperant beatitudinem, non sunt habitus spei, sed caritatis, inquit ibidem Angelicus ad 3. *Sed evacuata spe in beatis, secundum quam sperabant sibi beatitudinem, sperant quidem aliis beatitudinem, sed non virtute spei, sed magis ex amore caritatis.*

VII. Quod in damnatis non sit spes, veritas est certa apud omnes Catholicos. Certi quippe damnati sunt de sua æterna pœna, atque adeo beatitudinem neque ut possibilem, neque ut futuram concipere valent. In hæreticis non reperiri fidem divinam, & theologicam, supra ostensum est: ergo nulla reperitur in eisdem spes. Fides quippe fundamentum spei est, quo submoto corruat spes, cui superstruitur, oportet.

VIII. Quæst. IV. *Est ne in solis Catholicis, & animabus purgatoris spes theologica?* Resp. affirmant omnes Theologi. Quippe soli Catholi habent veram fidem, quæ substantia sperandarum rerum est. Nec obest quod Catholici peccatores sint: quia peccatum non impedit quominus Catholicus peccator valeat concipere æternam salutem vi auxilii divini possibilem, & futuram. Verum quidem est peccatorum sordes non secus spem ac fidem magnopere extenuare, viamque sternere ad earumdem jacturam. Diabolus enim primum, ut homines ad peccandum alliciat, peccatorum servos detinear, sub illudentis spei larva præsumptionem fovet, & nutrit; at præva ante iniquitate, lassos in scelerum via ad desperandum illos inducit. Eo ergo firmior erit spes, quo erit animus a peccatis immunior. Tandem in animabus purgatorii spem reperiri certum est. Securitas quippe obtinendæ beatitudinis non impedit exercitium spei: eo quod adhuc beatitudo illa ablens est, & futura, & ardua est; cum solum post severam, atrocemque expiationem, ac solutionem pœnarum obtineri debeat.

IX. Quæst. V. *In qua hominis facultate habitus spei residet?* Resp. In voluntate, cujus est bona natura cupere, & expectare: & quia bonum quod spes expectat, arduum est, ideo voluntas hæc est, ut aiunt, æquivalenter irascibilis, cujus est ardua aggredi. Quare subjectum proprium spei est voluntas, prout irascibilis, ut obstacula, & impedimenta forti animo devincat.

X. Quæst. VI. *Datur ne spei præceptum?* Resp. In primis certum est, spei theologicæ actum, sicut & fidei, necessarium esse necessitate medii ad justificationem: ut Tridentina Synodus declarat Sess. VI. cap. VI. *Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, & adjuti, fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum ... Et dum peccatores se esse intelligentes, a divinæ justitiæ timore, quo utiliter excitantur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore.*

XI. Non modo eliciendi sunt spei actus ad donum justificationis virtute meritorum Christi assequendum; verum etiam urget præceptum divinum peculiare, quod spei actus absolute, dato tempore, jubet, imperatque. Opinio contraria proscripta est ab Alexandro VII. in hac propositione: *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actus fidei, spei, & caritatis ex vi præceptorum ad eas virtutes pertinentium.* Datur igitur verum, & peculiare spei præceptum. Ergo quandoque ad id quod præcipit, obstringit: alioqui non præciperet, sed consilium foret. Nullum siquidem reperire præceptum licet quod aliquando necessario non obliget.

XII. Quæst. VII. *Quo tempore urget hujus mandati observatio?* Resp. Præcepta affirmantia licet semper, non tamen *pro semper* obligant, sed dato tempore. Itaque quamquam Christiani fide divina quæ bona æterna possidenda repræsentat, illustrati continenter anhelare debeant felicitatem, ac veluti peregrini, & exules a patria conatus, æstusque suos in civitatem sanctam sensualem collineare, illuc adipisci, illamque expectare, & cupere sine intermissione deberent, ut dicitur Osee XII. *Spera in Deo tuo semper*: nihilo tamen secius hanc continuam actuum spei repetitionem præceptum non jubet. Connitendum utique nobis est ut Christo semper hæreat anima nostra, illum credat, speret, ametque. At quia jugum suave est, hi continui actus liberæ sunt perfectionis, non legis devincientis.

XIII. Quoniam autem præcipio tempore urgeat spei præceptum, non una est Theologorum sententia. Communis, & vera ea est quæ sub primo rationis splendentis diluculo præceptum spei *per se* omnes obligare docet. Hoc quippe tempore omnes Deum ut supremum Dominum recognoscere, illum amare, illi animorum hostias litare, illumque tamquam hereditatem possidendam cupere, & sperare debent. Nonne tunc Deus tamquam ultimus finis colendus est? Illuc ergo desideria nostra, illuc spes nostræ, ceu lineæ ad centrum, acri animo tendant necesse est. Hæc est communis sententia, quam cum D. Thoma 2. 2. *quæst.* XXII. *art.* 1. docent Theologi graviores. Sanchez *Lib. II. in Decalog. cap.* XXXIII. *num.* 2. & 3. cum aliis contendit, præceptum istud tunc non obligare *per se*, ie per accidens. Immo ex loco laudato colligitur iuxta hunc Auctorem, nullum esse tempus quo præceptum istud *per se* obliget. Quod quam distet a propositione proscripta, quisque perspicere valet. Clarius id docet Castropalaus *tract.* v. *punct.* 4. *Tom. I. n.* 4. his verbis. *Restat ergo ut dicamus, nullum esse tempus determinatum in quo hujusmodi præceptum obliget; sed prudentis arbitrio mensurandum esse, nec permittendum longo tempore differri.* Hæc opinio adversatur, ut ego quidem arbitror, & communi Theologorum sensui, & veritati. Quoniam si præceptum divinum est, designatum tempus habet quo onus observantiæ imponit. Commentitium præceptum foret illud quod nullo designato tempore obstringeret. Falsa ergo est opinio istiusmodi, quæ ad divinum mandatum cuiuslibet prudentis arbitrio subjicit. Fatemur, & nos, tempus illud non designari aperte in Scripturis: ideirco dicimus communi inhærendum sensui Theologorum, qui hoc præceptum urgere decernunt, dum primo affulget rationis lux: & postea frequenter repeti spei actus debent. Prudentiæ leges docent seniorum consilium auscultandum esse, antiquiorumque vias calcandas. Prudentes igitur omnes veterum Theologorum sententiam amplecti debent. In hoc laudandus P. Castropalaus, quod exercitium spei longo tempore differendum non esse doceat.

XIV. Quæst. VIII. *Obligat ne hoc præceptum quoties gravis tentatio animum pulsat contra spem?* Resp. Adhæret communis sententia, cui subscribo. Gravis tentatio contra spem animum ad desperandum inducit. Remedium suapte natura efficax ad hoc evitandum malum est spes directe desperationi opposita. Ergo urgente desperationis gravi periculo, actus spei, quo periculum istud declinetur, necessarius est.

XV. Quemadmodum sub vitæ rationalis initium, sic instante eiusdem vitæ termino *per se* obligat mandatum hoc. Dum ergo infirmitas ingravescit, mortemque minatur, tunc





*per se* spei præceptum obligat. Communis quoque sententia docet, Christianos singulis annis ut minus semel teneri ad actum spei. Vide quæ diximus *Dissert.* 1. *cap.* X. *de fide q.* VIII.

XVI. *Per accidens* obligat præceptum istud, primo cum pœnitentia peragenda est, neque enim quis vere conteri de peccatis suis valet, nisi remittenda sibi a divina misericordia peccata sua confidat. Secundo cum actus spei opportunus, ac necessarius indicatur ad vincendas tentationes carnis, iræ, cupiditatis, aliarumque rerum, tunc præceptum *per accidens* obligat. Tertio quando urgent præcepta dilectionis Dei, & orationis, quæ impleri nequeunt absque divinæ gloriæ confidentia. Et ideo tanta est inter eiusmodi præcepta coniunctio, ut cum unum impletur, alterum quoque observetur.

XVII. Quæst. IX. *Quodnam discrimen est inter obligationem* per se, *&* per accidens? Resp. Magnum discrimen est. Nam quando præceptum obligat *per se*, illius omissio peccatum peculiare est: quod necessario manifestandum in confessione est. Quando autem præceptum obligat *per accidens*, omissio illius non constituit peccatum distinctum ab eo ad quod requiritur. Quapropter qui pœnitendi mandatum violat, peccat contra virtutem pœnitentiæ; secus contra virtutem spei. Hæc omnia communia sunt penes Theologos.

XVIII. Quæst. X. *Quam certitudinem secum affert spes theologica?* Resp. Si spes christiana consideretur, quatenus divinæ omnipotentiæ, quæ auxilia confert, innititur, firma, & certa est: quam propterea *anchoram animæ tutam, & firmam* Hebr. VI. vocat Apostolus Paulus. Firma quoque est, & secura ob certitudinem, & immutabilitatem gloriæ quæ speratur. Verum prout humanæ hæret voluntati, eam timor comitatur. Quapropter erigere animos, ut firmiter sperent, debemus, divinam spectantes misericordiam, quæ non confundit sperantes in se; at nostræ conscii infirmitatis timendum nobis est ne ob latentem aliquam in sinu cordis nostri maculam indigni misericordia simus. Hinc est quod Scripturæ sanctæ clamant: *Qui stat, videat ne cadat*: atque cum timore & tremore salutem nostram peragere nos admonent. Optime Gregorius Magnus *Lib. XXIX. Moral. cap.* IX. scribit: *Debet profecto non solum in spe esse securitas, sed etiam timor in conversatione; ut & illa certantes foveat, & iste torpentes pungat.*

## CAPUT III.

*De dono timoris.*

I. TImor varie usurpatur. Primo pro affectione, seu passione appetitus accipitur. Hoc modo refugit ex instinctu naturæ malum, ut docet D. Thomas 1. 2. *quæst.* XLII. Secundo timor sumitur pro vitio fortitudini opposito, vocaturque pavor seu vilis timiditas, quæ contra rectam rationem malum fugit. Postremo timor accipitur pro dono Spiritus sancti, quo animus cohibetur ne in vitium labatur præsumptionis.

II. Antequam doni timoris notionem, & characteres profeto, nonnulla præfari libet de ipso timore latius considerato. Porro in amplo hoc significatu timor finiri hoc pacto solet: *Timor est fuga mali ardui futuri, quod non potest facili vitari.* D. Thomas 1. 2. *quæst.* XLII. *art.* 3. Dicitur *fuga mali ardui*, quod parva mala timorem non incutiant: & additur *futuri*, nempe proxime imminentis. *Quod non potest facile vitari.* Nam si malum quod imminet, facile declinari possit, inicere minime valet vitio forti timorem. Ut finitionem clarius teneas, timor duplex spectat obiectum, nempe ipsum malum, quod refugit, & causam quæ malum minatur, eique infligere parat: quemadmodum ipse duplex itidem reipicit obiectum, videlicet bonum arduum quod assequi conabitur, & auxilium, vi cuius illud re assequatur.

III. Hinc sequitur quod D. Thomas docet 2. 2. *quæst.* XIX. *art.* 1. videlicet Deum obiectum esse timoris, non quatenus bonus est, sed ut infligere malum potest. Quare non solum malum pœnæ, sed etiam ipse Deus qui pœnam imponere valet, a timore inspicitur. Quapropter timor a tristitia differt, quod hæc de malo præsenti absolute spectato dolet, ille vero inspicit malum futurum ut a causa superiori infligendum. Si enim causa inferior sit, malum inferre ut plurimum nequit. Hac ratione peccatum non est timoris obiectum, quod facile vitari possit, utpote nostræ subiectum voluntati. Accedit quod malum quod timor refugit, terribile est, ut ait Angelicus 2. 2. *quæst.* CXLIV. *art.* 2. Quod autem terribile est, a causa superiori proficiscitur. Causa autem peccati intra nos est, quam pro arbitrio impedire possumus.

IV. Celebris partitio est timoris in *filialem*, *initialem*, *servilem*, & *mundanum*. Divisionis hanc D. Thomas prodit rationem. Si homo a Deo propter malum quod timet, recedit, *mundanus* timor appellatur: quippe tum magis mundus quam Deus diligitur. Ideo enim quis a Deo recedit, eiusque mandata infringit, ne malum, videlicet temporalium bonorum iacturam, subeat. Quis erto inficias iverit, plus bona hæc terrena tunc diligi quam divina? Si homo ad Deum convertitur formidine pœnæ sibi infligendæ, *servilis* timor dicitur. Postremo si ad Deum accedimus culpæ horrore perciti, & divinæ maiestatis reverentia excitati, *filialis* timor nuncupatur. Filiorum siquidem est patris offensam perhorrescere, eamque ob hanc rationem cavere. Mosaica lex timore, veluti primario cardine, vertebatur: lex quippe servitutis erat. Contra lex evangelica amoris ac dilectionis fœdus est, ut scribit Apostolus Rom. VIII. *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba (Pater.)* Denique si ob utrumque malum, culpæ scilicet, & pœnæ, Deo iungimur, timor est *initialis*, qui medium locum servilem inter & filialem tenet. Incipientium enim, seu imperfectorum proprium est, vitamque aperit, & parat ad filialem, qui perfectis in sanctitate animabus convenit.

V. Plura hic discutere Scholastici solent: sint ne timores illi specie diversi, & qua ratione timor initialis malum culpæ reipiciat, si culpa, utpote a libero pendens arbitrio, non sit obiectum timoris filialis? Quæ omnia nos paucis verbis perstringimus, & explicamus. Timor initialis, & filialis specie non differunt, sed solum tamquam imperfectum, & perfectum distinguuntur. Timor filialis non timet culpam ut pœnam, sicut timor servilis; sed eam timet prout inducit separationem a Deo amato. Neque hanc separationem ut pœnam spectat; sed precise ut seiungit ab amato amantem, inquit D. Thomas in III. dist. XXXIV. quæst. 1. art. 3. quæstiunc. 1. ad 2. *Timor casius non timet separationem, inquantum est pœna, sed inquantum est elongatio ab amato.* Clarius tem hanc explicat 2. 2. *quæst.* XIX. *art.* 5. *ad* 2. ubi distinctionem servilis timoris a filiali specificam constituit ex diversa habitudine ad Deum. De timore vero initiali, & filiali hæc scribit art. 9. *Timor initialis hoc modo se habet ad filialem sicut caritas imperfecta ad perfectam.*

VI. Quæst. I. *Timor mundanus prodit ne honestatem quampiam?* Resp. Timor ille turpis est. Arbor enim mala bonos edere fructus nequit. Radix timoris mundani amor mundi est, timorem habet servilem; & hic bonus est. Ulterius duplicem distinguunt servilitatem: alteram subiectivam vocant, alteram obiectivam. Prima reperitur in eo qui peccati mortalis labe inquinatus est. Hæc vero non pertinet ab substantiam timoris servilis, neque eidem speciem dat. Altera vero specificat actum timoris, quia respicit malum pœnæ ut obiectum. Servilitas tunc mala est quando culpam horret ob timorem pœnæ quam respicit tamquam finem ultimum, nullatenus in Deum referendum. Hæc autem servilitas, ut indicavimus, nullo modo ad substantiam timoris servilis pertinet; alioquin timor servilis malus esset, sicut servilitas ipsa. Tandem advertas velim, quod licet quis culpam vitet ob timorem pœnæ, non ideo malum pœnæ præfert malo culpæ: neque comparationem inter utrumque malum instituit; sed solum pœnam considerat ut motivum disponens, & movens ad culpæ detestationem. Quibus positis evincitur, timorem servilem secundum suam substantiam bonum esse.



VII. Quæst. II. *Honestus ne est timor servilis?* Resp. Definitum ab Ecclesia est, bonum, honestumque esse timorem servilem. Concilium Tridentinum *sess.* VI. *can.* VIII. hæc decernit: *Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad Dei misericordiam de peccatis dolendo confugimus, vel a peccato abstinemus, peccatum esse; anathema sit.* Fulsurem hanc explicat sess. XIV. cap. IV. *Illam vero contritionem imperfectam quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ; declarat non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat.* Hanc doctrinam his ultimis temporibus labefactare ausi sunt nonnulli Transalpini, quorum unam supra triginta propositiones anathemate confixit Alexander VIII. quarum quartadecima hæc est: *Timor gehennæ non est supernaturalis.* Quintadecima vero hæc est: *Attritio quæ gehennæ & pœnarum metu concipitur sine dilectione benevolentiæ Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.*

VIII. Innumeras movere difficultates Theologi solent contra hunc timorem servilem, quas nos alibi discutiemus, iis tamen negligentis quæ nullius sunt momenti. In præsens notionem claram, quod fieri potest, servilis timoris exhibeo. Timor ergo servilis horret culpam formidine pœnæ. Id duobus contingere modis valet. Si quis horret culpam, & ab eadem abstinet ob pœnam tantum, ita ut affectum reipsa conditionatum habeat perpetrandi culpam, pœna sublata; hic timor mundanus est, suo genere turpis, & malus, ut ostensum est. Qui culpam detestatur horrore pœnæ absque ullo alio respectu; ita ut hanc pœnam spectet ut finem proximum suapte natura referibilem in finem ultimum; quem tamen finem ultimum homo timens nec positive includit in suo timoris actu, neque excludit, sed præscindit, & pœnam respicit ut obiectum immediatum præcise & absolute consideratum; qui, inquam, sic timet, timorem habet servilem; & hic bonus est. Amor mundi mundo nititur ceu fini ultimo. Ergo malus est, sicut & timor ab eodem proficiscens. *Timor mundanus* (inquit D. Thom. loc. cit. art. 3.) *est qui procedit ab amore mundano, tamquam a mala radice, & propter hoc ipse timor mundanus semper est malus.*

IX. Timorem servilem ipse Dominus suadet Matth. X. *Timete eum qui potest corpus, & animam perdere in gehennam.* Bonus ergo est. Plura ex Patribus proferre possem; sed satis sit textum Augustini *in Psal.* CXXVII. *n.* 8. adducere. *Ille timor nondum castus persecutionem Domini, & pœnas timet. Timore fecit quidquid boni fecit, non timore amittendi bonum illud; sed timore patiendi illud malum: non timet ne perdat amplexus illius pulcherrimi sponsi; sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est & iste timor, utilis est.* Ratio quoque id suadet. Nam timor servilis refugit malum pœnæ eternæ. Sed gehennam fugere bonum est; quemadmodum optimum est anhelare beatitudinem, quæ est summum bonum contrarium malo inferni. Ut claram ergo precitamque timoris servilis notitiam habeas, illud quod indicatum est, pre oculis obversetur, videlicet timorem servilem non ideo anteferre pœnam inferni Deo offenso, quia ex timore inferni inducitur ad vitandam culpam; sed duntaxat respicit pœnam gehennæ ut motivum honestum, & rationabili fuga dignum. Tunc solum præferret pœnam inferni offenso Deo, quando occultam voluntatem conditionatam haberet perpetrandi culpam, si pœna subeunda non foret: & tunc timor malus esset. Ceterum quod quis ex timore gehennæ excitetur ad detestandum peccatum, nihil inhonesti includit. Nam timor iste, prout refugit gehennam, bonus est: quia pœna gehennæ malum ingens est, quod

rationabiliter omnes vitare studeant. Neque timor ille malus est ex parte radicis, nempe amoris proprii commodi, unde profluit. Nam amor proprii commodi, seu propriæ felicitatis, bonus est: quia in Deum refertur, vel referri potest. Quare eadem ratione qua quis cupit sibi æternam beatitudinem, horret etiam æternam miseriam. Timor ergo servilis malus evadere potest ex malitia, seu perverso ordine illius qui timet; at suo genere bonus est. Cum regio ergo Vate dicamus Psal. CXVIII. *Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.*

X. Servilitas subiectiva quæ est in peccatore, non inficit timorem servilem; dummodo peccator non agat ex motivo servilitatis, seu dummodo non præferat pœnam divinæ offensæ, quam, si pœna non immineret, perpetraret: tunc enim, ut ex dictis constat, timor malus esset. Verum peccatores non semper hunc perversum ordinem servant, sed contrarium ut plurimum: excitantur siempe pœnarum metu ad detestandum peccatum, a quo sæpe ipsa abstinent. Immo in peccatoris conversione hæc est ordinaria methodus, ut primum ab imperfecto timore initium ducat, deinde altius assurgat, ut in quaque mutatione contingit. Quando Patres quandoque dicunt, ut Augustinus ser. XV. de verb. Apost. *Qui timore non concipiebat, pavio quia concepisset*, loquuntur de timore servili qui faciam habet voluntatem peccandi.

XI. Ultimo loco animadverte, quod quando quis ob merum pœnæ abstinet ab externo peccati opere, sed intus retinet voluntatem peccandi, si peccatum impune committi posset; timor ille potest esse sine peccato, quia effectum bonum parit, nempe abstinentiam a culpa exteriore. Qui tamen sic timet, peccat: atque adeo inficeretur voluntas timentis, secus timor iple; nisi expresse dirigeretur in malum pœnæ tamquam in finem ultimum.

XII. Obicies. Timor pœnæ in eo qui est in peccato mortali, malus est, quia oritur ex amore boni proprii, quod peccator ceu finem ultimum spectat. Bonum liquidem proprium est finis ultimus ipsius peccatoris, ad quem omnia ordinat. Hæc quippe est finis ultimi prærogativa quod omnia in ipsum referantur.

XIII. Hoc argumentum evincit, omnia opera peccatoris peccata esse: quoniam peccator omnia ex amore sui operatur, cuique bonum est illi finis ultimus. Porro omnia Peccatoris opera esse peccata, hæresis est damnata & a Tridentino, & a pluribus Pontificibus, S. Pio V. Gregorio XIII. & Alexandro VII. Verum responsio patet ex iis quæ dicta sunt. Spectat utique peccator habitualiter bonum proprium tamquam ultimum finem; sed non semper agit propter hunc ultimum finem actualiter, ut aiunt. Clarius rem explico. Peccator agit ob bonum proprium, quod respicit habitualiter tamquam ultimum finem; sed hoc bonum proprium non exercet rationem ultimi finis actualis respectu cuiusque operis ipsius peccatoris; sed quandoque finis ultimi, quandoque finis intermedii. Bonum proprium peccatoris ultimi finis actualis prærogativam prodit, cum privatione directionis in alium finem, respectu cuiusque operis vitiosi, seu peccati mortalis: quia opus ipsum culpabile secum defert privationem ordinationis in Deum; silit quippe peccator in bono proprio *peruerse*, excludendo scilicet quemcumque alium ultimum finem. Bonum vero proprium quod suapte natura honestum est, nullamque malitiam præfert respectu operis honesti, & suo genere boni, non fungitur officio ultimi finis, sed tolum finis intermedii: quia opus morale honestum non affingit huic bono proprio aliquam privationem quæ impediat ulteriorem ordinationem; sed contra illud respicit præcise, & absolute acceptum: & iuxta hanc considerationem in Deum referri potest. Neque hinc sequitur, peccatorem duos habere fines ultimos contrarios. Sed bonum proprium habitualiter respicit tamquam finem, in quem omnia opera mala actu dirigit privative; opera vero honesta dirigit in eumdem finem præcisive, & absolute absque ulla privatione, sed ut referibilem, si ita loqui fas, in Deum.

XIV. Quæst. III. *Quinam timor donum est Spiritus sancti?* Resp. Timor servilis prærogativam doni a Spiritu sancto infusi non habet; quamquam perfectio sit a Spiritu sancto infusa, ut inquit Angelicus 2. 2. q. XIX. art. 9. *Timor servilis non est numerandus inter septem dona Spiritus sancti; licet sit a Spiritu sancto.* Rationem assignat, quod timor ille voluntatem peccandi annexam potest habere. Dona autem Spiritus sancti cum voluntate peccandi copulari nequeunt. Dum ergo Angelicus dicit *art. 6.* timorem servilem donum esse Spiritus sancti, intelligit, præfatti timoris perfectionem esse infusam a Spiritu sancto.

XV. Timor ergo filialis, & casus proprie donum est Spiritus sancti, sicut & timor initialis, qui non distinguitur, nisi tamquam imperfectum a perfecto, a timore filiali. Ita docet D. Thom. loc. cit. art. 9. *Unde relinquitur quod timor Dei qui numeratur inter septem dona Spiritus sancti, est timor filialis, sive castus.*

XVI. Quæst. IV. *Datur ne timoris præceptum?* Resp. Affirmant communiter Theologi cum D. Thom. 2. 2. *quæst.* XXII. *art.* 2. ubi primum affert textum sacræ Scripturæ præceptum illud ostendentem: nam dicitur Deut. X. *Et nunc, Israel, quid Dominus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum?* Et David in Psal. XXXIII. *Timete Dominum omnes sancti Dei. Sed illud a nobis requirit* (subdit Angelicus) *quod præcipit observandum. Ergo sub præcepto cadit quod aliquis timeat Deum.* Et quamquam expressum in lege non sit mandatum hoc (est enim quoddam veluti præambulum ad legem,) attamen, inquit Angelicus, Sapientes, & Prophetæ intendentes homines in legis observantia stabilire, tum de spe, tum de timore præcepta tradiderunt.

XVII. Quæst. V. *Præceptum istud est ne peculiare, & quo tempore obligat?* Resp. Dubio procul peculiare est, si sermo sit de timore generatim accepto. Verum si loquamur de timore servili, non levis occurrit difficultas. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* V. *punct.* 2. *num.* 49. nulla facta distinctione asserunt, dari speciale præceptum de timore servili. Quod uno in sensu verum habet, secus in altero. Nam certum est hoc præceptum dari, & quidem speciale, nempe distinctum a præceptis aliarum virtutum. Sed certum quoque est hoc præceptum non obligare absolute omnes homines. Nam possent, & utinam vellent homines, toto vitæ cursu, ut advertit perdoctus Contenlonius *Lib. VII. dissert.* III. *cap.* 2. *specul.* 3. amore caritatis legem implere, Deum diligere, illumque filiali timore revereri, & a culpa abstinere: & hi exacte implerent præceptum timoris filialis. Præceptum ergo timoris servilis obligat tantum ex suppositione quod peccator ob sui duritiam cordis egeat concuti, & emolliri pœnarum timore. Quare non videtur certum, saltem secundum fidem, quod præceptum timoris servilis sit distinctum absolute a præceptis aliarum virtutum; in hypothesi tamen facta, nempe peccatoris indigentis tali timore, præceptum distinctum est: quippe tunc medium est necessarium ad evadendam culpam. Præceptum vero timoris filialis peculiare, & distinctum est, sicut præceptum dilectionis. Nec obest quod timor filialis ex amore profluat: quia etiam aliæ virtutes oriuntur ex caritate; & nihilominus & de hac, & de illis dantur specialia præcepta: ergo & de timore. De obligatione illius præcepti idem dicendum, proportione servata, ac de præcepto spei.





## CAPUT IV.

*De vitiis spei oppositis, nempe desperatione, & præsumptione.*

I. DUO sunt virtuti spei contraria extrema, desperatio, & præsumptio. Hæc frequentior illa. Desperatio finiri hoc modo solet: *Est voluntas efficax abiiciendi salutem æternam ex divina misericordia consequendam.* Quæ definitio constare potest ex contraria virtute spei, quæ motus animi est in bonum arduum, seu beatitudinem vi divini auxilii obtinendam. In oppolito ergo motu non assequendi hanc felicitatem sita desperatio est. Duplici autem ratione ad desperandum induci quis solet: aut quod Deum impotentem iudicet ad conferendam beatitudinem; aut quod iudicat se capacem amplius non esse obtinendi æternum præmium ob criminum multitudinem, cordisque detritiem.

II. Desperatio gravissimum peccatum est: male quippe sentit de divina misericordia, & omnipoteutia: & licet infidelitas, ac odium Dei sint genere suo graviora delicta; periculosior tamen est desperatio, inquit D. Thomas 2. 2. qhæst. XX. art. 3. *Si tamen comparetur desperatio ad ista alia duo peccata ex parte nostra, sic desperatio est periculosior. Quia per spem revocamur a malis, & inducimur ad bona perseqnenda: & ideo sublata spe, irrefrenate homines labuntur in vitia, & a bonis operibus retrahuntur. Unde super illud Proverb.* XXIV. Si desperaverit laplus in die angustiæ, minuetur fortitudo sua, *dicit Glossa: Nihil est execrabilius desperatione, quam qui habet, & in generalibus fatus vitæ laboribus, & quod peius est, in fidei certamine constantiam perdit.*

III. Quæst. I. *Est ne semper hæresi continuata desperatio?* Resp. Ut plurimum conjungitur, quando scilicet peccator ideo desperat, quod iudicium format, quo iudicat, Deum non posse illum salvare, eidemque illius crimina condonare. Et tunc duplex committit flagitium; alterum hæresis, alterum desperationis. Seiuncta ab hæresi est

desperatio, quando peccator absque præfato iudicio desperat, non quia indicet Deum ipsum salvare non posse; sed quia conveniens sibi existimat desperare, ut liberius, nulloque conscientiæ morsu intus pungente, vitiis & voluptatibus indulgere, illisque sese ingurgitare valeat. Tunc desperatio cuiusque hæresis expers esset. Sic qui iudicaret furtum licere, hæreticus esset; qui vero furatur, quia furtum sibi commodum, ac conferuum iudicat, ut communiter evenit, peccat, sed ab hæresi immunis est.

IV. Quæst. II. *Licite ne desperaret ille cui facta de propria damnatione esset revelatio?* Resp. Magna contentione versant Scholastici quæstionem hanc, possit ne scilicet sperare ille cui divina revelatione sua constaret damnatio. Inutilis sane, & vana investigatio. Perdoctus, eruditusque Contensonius omnes & eloquentiæ, & acuminis vires exerit, ut propugnet in hac positione hominem sperare posse, & debere. Negant alii communiter. Totum diffidium ex diverso quæstionis statu, & ex diversa spei notione oritur. Contensonius fatetur, hominem sperare non posse, si Deus eidem revelasset absolutam exclusionem a regno æterno. Ideirco statum quæstionis in hoc collocat quod Deus revelet alicui propriam damnationem ob suam facilitatem prolabendi in peccata, ad quæ vitanda auxilia confert sufficientia: qui quæstionis status chimæricus omnino est. Revelat Deus Iudæ illius damnationem, & auxilia quibus illam vitet, impertitur. Diversam quoque constituunt spes notionem. Nam Contensonius videtur asserere, satis esse ad spem quod concipiat obiectum absolute possibile. Alii contendunt hoc ad spem minime sufficere; sed requiri docent, quod obiectum spei concipiendum sit non solum ut possibile absolute, sed ut futurum practico iudicio propositum; ita ut qui sperat, debeat apprehendere bonum quod sperat, ut sibi practice futurum. Et hæc est vera, & genuina spei notio. Et ex hac sola notione patet falsitas sententiæ quam defendit Contensonius, prudens alioquin, & acutus in seligendis probabilioribus sententiis. Sed suos quisque manes habet. Itaque cum in hypothesi revelationis factæ nequiret homo proponere sibi practica, & sincera sententia beatitudem æternam ut futuram, nullo modo sperare eam posset. Nihil quippe refert quod beatitudo hæc absolute possibilis sit, aut quod concipiantur auxilia sufficientia ad illam assequendam, si haberetur dictatum practicum, & certum quod illa futura non sit.

V. Ad quæstionem ergo dicimus, hominem hunc, facta positione revelatæ damnationis, posse in uno, non posse in altero sensu desperare. Non potest licite desperare, iudicium efformando de defectu divinæ misericordiæ; quasi Deus sua misericordia non possit illum salvare. Ceterum si attenta revelatione, videns non sibi futuram sibi æternam beatitudinem ob sua crimina, quæque illam sibi infligi privationis pœnam, desperet, tunc nullum committit peccatum; sed potius se subiicit divino decreto. Nec quidquam valet quod opponitur, nempe, si Deus revelaret peccatum futurum, deberet sperare ille cui facta esset revelatio, fugam peccati: eadem quippe est utriusque ratio. In hypothesi hanc spem habere non posset. Ergo non teneretur vitare peccatum. Consequentia non valet. Quia alia est spei, alia abstinentiæ a peccato regula. Illius est futuritio, ut sic dicamus, eventus; istius est voluntas refugiens culpam. Hanc voluntatem non tollit revelatio, sicut auferet quod bonum sit futurum. Ne multa: revelatio destruit obiectum spei, non destruit facultatem vitandi peccatum; quamquam reipsa non vitabitur ob iniquitatem eiusdem peccatoris. Nec enim ideo non vitabitur, quia Deus revelavit; sed e contrario quia Deus vidit peccatorem infallibiliter perpetraturum peccatum, revelavit illud futurum. Verum de his nugis plusquam satis.

VI. Alterum vitium quod spei opponitur, est præsumptio, quæ sic definitur a D. Thoma 2. 2. quæst. XXI. art. 2. *Præsumptio est inordinata confidentia in divina misericordia.* Hæc est grave peccatum; licet gravius scelus sit desperatio, ut inquit D. Thomas ibidem. *Præsumptio est peccatum minus quam desperatio: quoniam magis proprium est Deo misereri, & parcere, quam punire, propter eius infinitam bonitatem.* Peccatum præsumptionis committitur, dum quis gloriam assequi confidit sine ulla cooperatione, sine meritis, ac laboriosis operibus: quod attenta Dei providentia iam constituta fieri nequit; licet non repugnaret, Deum absolute sine meritis aliquem salvare, si vellet. Peccatum quoque præsumptionis contingit, dum quis sub spe veniæ obtinendæ in peccato perseverat. Advertendum tamen ex D. Thoma, non peccare peccato præsumptionis illum qui peccaret sub spe veniæ percipiendæ, & cum proposito abstinendi a peccato, & de eodem pœnitendi. *Hoc* (inquit) *non est præsumptionis, sed peccatum diminuit: quia per hoc videtur habere voluntatem minus firmatam ad peccandum.* Peccant ergo qui in peccato persistunt spe veniæ decepti; sed propositum abstinendi a peccato, & peragendæ pœnitentiæ multum malitiæ demit; & non est proprie peccatum præsumptionis. Quare non adeo frequenter occurrit ut peccatores rei sint præsumptionis in vero sensu theologico acceptæ. Quippe rari sunt qui salutem æternam obtinere confidant sine ullis meritis & pœnitentia; aut qui proponant perseverare in peccato sub spe veniæ, sine proposito peccatum detestandi. Sed contra communiter peccatores vitiis se dant, in eisdem voluntantur, velut sues in luto, pœnitentiam differunt in senectutem. Deincepe de die in diem propositum habent & pœnitendi, & assequendi, prævia pœnitentia, peccatorum remissionem. Non negaverim tamen, plures quoque criminis præsumptionis vere reos esse, & simul hæreticos lue infici. Quippe vix contingere potest, aut saltem raro accidit, quod quis præsumptionis proprie dictæ peccatum committat sine hæresi quod Confessariis perpendendum serio est.

## CAPUT V.

*Confessaria quæ spei, ac timoris exercitium suadent, & praxim dirigunt.*

*Confessarium primum. Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.* Psal. IV. In spe fita est vita nostra, sive hanc caducam, & fugacem corporis, sive rationalem, quæ duratura æternum est, spectemus. Spes in ardua, & difficilia tendit. Circumspice quæ aggreditur amplificandi imperia, triumphandi de hostibus fiducia. Pro nihilo habet æraria exhaurire publica, privatorum conquirere, ac conquisitas effundere pecunias. Nihil facit uxorum lacrymas, filiorum fortem. Læto, ac invicto animo iustinet diras tempestatum vices: non hiemis frigora, non æstatis calorem, non noctis tenebras veretur, ut gloriam bello partam assequatur. Quæ non suscipit itinera mercium acquirendarum fiducia? quibus scopulis, syrtibusque non se exponit? quæ incommoda, quæ pericula non perfert? Si spes hæc terrena, quæ passio appetitus est, tam ardua, dura, ac tetrica decoquit, ut votorum compos fiat; qua animi fortitudine spes theologica obstacula quæ viam intercipiunt cælestem, aggredi, quos suscipere labores non conabitur? Qua pectoris constantia carnis luctam, lenocinia seniuum, mundi fraudes, hostium dolos, dæmonum tragulas repellere non debet? Heu nimium dissimiles spes nostræ! Quæ merces caducas assequi gestiunt, fortes, strenuæ, invictæ, ac triumphatrices incedunt; quæ vero hereditatem æternam, gloriam immortalem, Deumque ipsum expectant, languidæ, pavidæ, torpentesque repunt, incentque. Erige animum, o Christiane, exere vires, atque conatus omnes, ut Deum assequaris. *Quoniam tu es, Domine, spes mea,* inquit David: & Bernardus subdit: *Tu, Domine, una es omnium laborum, ac molestiarum mearum spes: tu cogitationum, operumque finis: tu principium, ac meta totius vitæ meæ.* Ad hanc propositam spem, ceu ad rutam, & firmissimam anchoram confugiamus. Facessant spes vanæ, miseræ incertæ, quæ corda nostra saturare nequeunt, & in solo Deo sit spes nostra: quia ille solus implere cor nostrum potest: ille solus non deserit sperantes in se: *Quando unquam speranti defuit illa maiestas quæ tam studiose monet in se sperari? Plane non derelinquit sperantes in se. Adiuvabit, ait, & eruet eos a peccatoribus, & salvabit eos. Quare? Quibus meritis? Audi quod sequitur: Quia speraverunt in eo. Dulcis caussa, attamen efficax, attamen irrefragabilis.* D. Bernardus in Psal. *Qui habitat.*

Illud tamen animo reputa, spem fortitudine niti, qua impedimenta superet, hostes propulset, pericula devitet. *Quoniam* (inquit Augustinus Lib. XVI. de Civ. Dei cap. XIX.) *si periculum quantum cavere poterat, non caveret; magis eum tutari Deum quam sperare in Deo.* Multi sibi impunitatem de divina misericordia spondent, non ut respiscant, sed ut prudentius peccent. *Si enim* (subdit Augustinus in Psal. LXXVII. circiter medium) *ut secundum ipsos loquar, Deus fortasse non perdet malos, sine dubio non perdet bonos. Cur ergo potius non id eligimus, ubi dubitatio nulla est?* Verum ea est Christianorum illusio, atque deceptio, ut spem illam quam ut tutissimam anchoram cui inhæreamus, dedit nobis Deus, in scopulum naufragii æterni convertant. Quippe *anima recreata a desperationis malo invenit aliam fiduciam, ut quæ desperatione perire non potuit; spe ipsa pereat. Quis est qui perit spe? Qui dixerit in corde suo: Bonus est Deus, misericors est Deus; ergo faciam quidquid voluero; convertam me, quando voluero. Isti spe ipsa pereunt, isti spe periclitantur. Quid est ergo maligne sperator?*

*Si desperas, peris: si speras, peris. Ubi ergo tutus locus tibi erit, ut ab utraque fovea te eripias?* inquit alicubi Augustinus, cuius locum memoria excidit. Hunc pessimum abusum spei describit etiam in Psal. CXIV. *Dedit ergo spem venia, ne desperando amplius peccet. Et spes, & desperatio timenda est in peccatis . . . . . Audi vocem desperantis. Iam, inquit, dum audius sum: quare non facio quidquid volo? Audi & vocem sperantis: Misericordia Domini magna est, quando me convertero, dimittet mihi omnia: quare non facio quidquid volo? Desperat, ut pereat: sperat, ut pereat. Utrumque metuendum est, utrumque periculosum. Vae a desperatione, vae a perversa spe.* Plurima alia afferre possem, sed ea transmitto. Igitur *Fratres* (inquit idem Augustinus in Psalm. CXI.) *non tardetis converti ad Dominum. Sunt enim qui præparant conversionem, & differunt. & sit in illis vox corvina eras, eras. Corvus de arca missus, non est reversus. Non quærit Deus dilectionem in voce corvina, sed confessionem in gemitu columbino. Missa columba reversa est. Quandiu eras, eras? Observa ultimum eras, quia ignoras quod sit ultimum eras. Sufficiat, quia vixisti usque ad hodiernum diem peccator. Audisti. Sæpe soles audire, audisti & bene. Quam quotidie audis, tam quotidie non corrigeris. Tu enim secundum duritiem cordis tui, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die ira, & revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Non sic tibi videatur Deus misericors, ut non videatur & iustus. Misericors, & misereator Dominus.*

*Confectarium secundum.* Radix perversæ spei est defectus timoris Dei. Spes, quia bona promittit, animum demulcet, allicit, delectat; timor e contrario servilis conturbat, terret, mœstitiamque inducit, idcirco peccatores mentem a divinæ iustitiæ meditatione avertunt, ne timor confligat cum eorum: solam ipsi Dei misericordiam aspiciunt, ut vana spe lactent cogitationes suas. Spes quæ solam Dei bonitatem absque timore vindictæ confidenter, audacia est, tentatio Dei est. Ergo *timete Dominum omnes sancti eius. Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos:* Psalm. XXI. Audiamus sancti Vatis doctrinam, qua nos instruere in timore Domini spondet. Timorem ergo filiorum *Venite filii*, non servorum, nos docet: nempe timorem castum, filialem, confidentiæ plenum, caritatis fecundum, qui non mœstitiam, sed gaudium, non diffidentiam, sed fiduciam inducit. Timor iste concupiscentiam frenat, audaciam comprimit, a periculis servat, atque in salutis via firmat, roboratque. Clavum animæ fluctuantis appellat timorem hunc divus Gregorius qui *Lib. III. Moral. c. XII.* privilegia describit timoris huius. *In via Dei a timore incipitur, ut ad fortitudinem venitur. Nam sicut in via sæculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem parit; & sicut in via sæculi timor debilitatem, ita in via Dei timor fortitudinem gignit, Salomone attestante:* In timore Domini fiducia fortitudinis. *Quia nimirum mens nostra tanto valentiùs terrores rerum temporalium despicit, quanto se auctori earumdem verecundius per formidinem subdit; quæ in timore Domini constituta non invenit extra quod metuat: quia dum recto metu conditori omnium coniungitur, potestate quadam supra omnia sublevatur.*

At cuinam venire in mentem valet, rationum momentis, & eloquentiæ vi opus esse ut ad timendum, pavendumque Christiani inducantur? Pericula in terris, pericula in mari, pericula in fallis fratribus, pericula in nobis ipsis, in cordibus nostris, in sensibus, & cogitationibus nostris: undique nobis mala imminent, undique mala circumstant; & nos stupidi, insensatique nullo periculi timore in deliciis, & voluptatibus ducimus dies nostros? Unde, quæso, tanta dementia? Stupiditas unde tanta? Quis flagitiorum reus, vinculis ligatus, sententiam iudicis expectans non paveret? Suscipe tandem aliquando prudentis viri cogitationem, o Christiane, & perpende te in carcere istius mundi constitutum esse. Recogita delicta iuventutis, virilitatis tuæ. Supremum, tremendumque divinæ iustitiæ tribunal examen instituit severissimum vitæ tuæ. Tu in hoc exilio sententiam aut æternæ mortis, aut æternæ vitæ expectas. Hinc corona gloriæ, hinc gladius æternæ mortis impendet capiti tuo. Erige oculos fidei tuæ, ut videas coronam appensam operibus bonis, ut videas supplicium paratum operibus pravis. Decurrunt tempora, fluunt dies, horæ, & momenta percurrunt, instant, imminentque aut coronam accipiendi æternam, aut cervicem gladio funesto, æternoque subponendi: & tu nec paves, nec times? Et tu laute epularis, choreas ducis, voluptatibus carnalibus vacas, comœdias frequentas, futiles lasciuas quæritas? Oculos, quæso, conijce in Dionysium illum Syracusanum Tyrannum, qui quinque & viginti annos natus pulcherrimæ urbis dominatum occupavit, tenuitque duodequadraginta annos. Cum quidam ex eius adlentatoribus, scribit Marcus Tullius *Tuscul. quæst. Lib. V.* Damocles commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium regiarum, negaretque umquam beatiorem quemquam fuisse: Vis ne igitur, inquit, o Damocles, quoniam hæc te vita delectat, ipse eamdem degustare, & formam experiri meam? Quum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili ostrago, magnificis operibus picto, abacosque complures ornavit argento, auroque cælato: tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere, eosque nutum illius intuentes diligenter ministrare. Aderant unguenta, coronæ, incendebantur odores, mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina aptatum demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores aspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam, iam ipsæ defluebant coronæ. Denique exoravit Tyrannum, ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse. Satis ne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum cui semper aliquis timor impendeat? Hactenus Tullius. Gladius qui nobis impendet, non cervicum amputationem, sed perpetuam animæ occisionem minatur. Timete ergo Dominum pusilli, & magni: timete iusti, ne a iustitia declinetis: timete peccatores, ut ab iniquitate resipiscatis.

*Confectarium tertium.* Pastor evangelicus, ut animas sibi creditas in spe exerceat præmii, seu mercedis consequendæ, immensitatem Dei, omnipotentiam, misericordiamque paratam auxilia quibus mereces obtineantur, conferre, palam faciat. Illas doceat frequenter ultius divinæ fiduciæ actus repetere, potissimum dum vitæ huius calamitate, adversitatibus, fortunaque tormentis conflictantur. Illas imbuat, ut omnes spes suas in Deum ipsum referant, & omnia sua in Dei gloriam dirigant: nostra quippe gloria in ipsius Dei gloriam cedere debet. Verum hæc omnia fere suapte natura evenirent, cum anima christiana vera spei virtute in Deum assurgit. Actus siquidem divini ultra semper procedunt, & pergunt, nisi malitia nostra retardentur, perturbenturque. Confidat ergo in Domino, & metabit fortitudinem, assumet pennas, ut aquila volabit, donec in Dei sinu requiescat.

Timoris excreitium alia via animarum moderator suadebit iustis, alia peccatoribus. Illis filiorum, his servorum timorem incutiet. Filii qui patrem amant, eius quoque maiestatem reverentur, illiusque bonitatem spectantes timeut ab eiusdem feinugi amplexu. Peccatores, mundi amore pellecti, a corporis blanditiis, carnisque voluptatibus difficile separantur, nisi formidine pœnæ. Corporeæ delectationes, ac sensuum lenocinia, quæ in præsens experiuntur, obtusos, stupidosque efficiunt ad cœlestium bonorum gustum. Hæc namque futura cum sint, & a sensibus, immo cogitationibus nimium remota, animum peccatoris nihil, aut parum commovent, terruntve. Ideo tormentorum atrocitate cordis durities emollienda, ac frangenda est. Fortius quippe supplicium terror quam bonorum fiducia, hominum corda insiecit. Agehennæ ergo timore iacienda sunt regenerationis divinæ a peccato fundamenta. Commollito corde terroris malleo, ad paradisi gloriam contemplandam mens erigatur: ultra pergat ad divinæ maiestatis, illiusque bonitatis conspectum. Beneficia collata meditetur, ingratitudinem qua tot auxiliis, gratiis, ac favoribus respondit, sub examen indicat: & post hæc omnia in contemplatione sistat divinæ bonitatis, quæ infinitis amari titulis meretur. Si hæc omnia demisso supplicique animo commeditatus fuerit Christianus, si ferventes preces Deo fuderit, donum timoris casti amoris socii assequetur. Quare imbuat Parochus subditos suos, timorem necessarium ad confessionem talis naturæ esse debere, ut, voluntatem peccati excludat omnino. Porro actus qui a timore proficiscuntur, partim voluntarii, & partim involuntarii sunt, ut docet Angelicus: estque doctrina verissima, quam suo loco edisseram. Si ergo ex mero gehennæ timore quis peccatum detestaretur, peccandi voluntatem non pœnitus abiiceret. Quin periculum adest, dum quis in solo sistit timore, ne in cordis recessu voluntas latitet peccandi, si ardendi pœna deesset. Ut secure Parochus officio fungatur hac, doceat peccatorem, dolorem necessarium ad confessionem donum esse supernaturale a divina misericordia profluens. Media ad illud obtinendum sunt preces, lacrymæ, corporis conflictatio, eleemosynæ, si conditio fert. Si hæc peccator sincero, humilique animo præstiterit, a Deo dolorem verum, & cor sincere contritum assequetur. Hæc est unica, & secura via tum consulendi propriæ saluti, tum vitiligationes, subtilitatesque a nonullis invectas dedocendi. *Timete ergo Dominum omnes sancti eius.*



DIS-

# DISSERTATIO IV.

## DE CARITATE.

### PRÆLOQUIUM.

ULtimum inter virtutes theologicas locum caritas occupat, quia illarum finis est, & meta. Hæc est virtutum omnium regina: hæc est omnium meritorum principium, & forma: hæc est legis, & præceptorum observantia: consortium aliarum virtutum non modo non excludit, sed fovet, & splendidas constituit, valorem, & pretiositatem conferens eisdem. Hæc est filiorum Dei nuptialis, ac fulgentissima vestis, sine qua nemo ad æternum excipitur convivium. Hanc filiorum vestem nemo inducere potest, nisi vestem exuat servorum? vestem, inquam, servilis timoris, qui mancipiorum proprius est. Hæc denique vestis multitudinem operit peccatorum: non agit perperam, non irritatur: non malum pro bono, sed bonum pro malo pendit: omnia fulciet, omnia sustinet. De hoc ego cœlesti ac divino dono verba hac in Dissertatione facturus sum. Verum qui fieri potest ut cœlestis istius amoris prærogativas explicem, si cor aridum, frigidumque reperiatur; cum ex abundantia cordis os loqui, & calamus scribere debeat? Preces ergo Deo fundendæ sunt, ut scintillam quampiam divini ignis in lampade cordis dignetur ob suam infinitam bonitatem accendere. Quod si præstiterit, scriptio nostra utilis, proficua, & pretiosior auro erit, & argento. Inutiles quæstiones quæ cor non calefaciunt, sed mentem inutiliter torquent, missas faciet; eaque tantum argumenta tractabit quæ veram, & sanctam divini amoris artem edocent. Tu te ergo, benevole Lector, compara ad caritatis lectionem ea animi humilitate, eoque proficiendi desiderio quo caritatis fructus degustare valeas. Unum te admonere interest, me nempe in plurium censuras incursurum fore, quod prolixius quam iuniores soleant, sim de caritate disputaturus. Opponent, me concionatoris stilo uti, & nimio verborum, figurarum, & exhortationum apparatu folia implere. At censuras istas nihil moror, ipsoque censores miror, veluti christianæ Theologiæ tradendæ veram methodum ignorantes. Morum ecthica non modo mentem illuminare, sed voluntatem perdoctare, & appetitiones subigere debet. Ideo iis præludiis instructa sit necesse est quæ huic fini assequendo conentanea sunt. Novi duntaxat Casuistæ sterilem, spinosamque; veteres Patres omnes secundam, ornatam, & ad ciendos voluntatis affectus aptissimam Theologiam nobis reliquerunt. Ad rem.

### CAPUT I.

*Census propositionum quæ præceptum caritatis theologicæ labefactant, quasque Pontifices summi proscripsere.*

I. NUllum, ut mea præfert opinio, validius occurrit argumentum quo evincamus plurium Casuistarum ingenium ad laxitatem, legisque divinæ iugum, quoad fieri potuit, excutiendum proclive, quam illud quod ab illorum propositionibus adversus caritatis mandatum evulgatis arcessitur. Quis non dicam Theologorum, sed vel efferatarum gentium, sibi adducere in animum potuisset umquam, futurum fuisse ut Doctores reperirentur qui docere publice ausi fuissent, amandum totius vitæ curriculo non esse Deum illum quem universi conditorem, generis humani, propriæ humanæ assumptæ vitæ dispendio, redemptorem, omnipotentem conservatorem, infinitum beneficatorem confitebantur? Quæ gens tam inculta, tam barbara fuit unquam quæ Deum crederet, adoaret, unaque amandum aut numquam, aut semel in vita, aut singulis tantum quinquennliis assereret? E tamen quæ in viris ipsis silvestribus monstra forent, in viris non modo catholicis, sed catholicorum Doctoribus, litteris excultis, ac eruditione claris, spectare cogimur. Illorum, inquam, Doctorum non pauci eo prolapsi sunt laxitatis, ut voce docuerint, scripsrique ad perpetuam posterorum memoriam, ne dicam in Christianorum dedecus, contignarint, fideles ad pecuiarem dilectionis actum per se, & absolute non esse obligatos. Cuius invehendæ laxitatis capaces illi non sunt qui similia cudere portenta non reformidant? Verum iam mihi videre te videor, christiane Lector, in memetipsum ira excandescere, quasi aut invidiam proximo meo conflem, incredibilia eidem affingam paradoxa. Lex christiana, inquis, lex amoris est, illius plenitudo dilectio: primum, ac maximum eiusdem mandatum, quod basis, ac fundamentum ceterorum dicitur, amor est. Quid quod non alium in finem factus est homo, nisi ut Dei amore flagret, Deum omnium virtutum cultu adoret? quippe beatitudo cordis amor est. Hæ sunt primæ catholicæ professionis notiones. Cuinam itaque venire in mentem potest, catholicæ legis Theologos eo usque autus suos efferre, ut mandatum hoc propriæ institutionis primum, & apertissimum vanis distinctiunculis extenuare, & in nihilum fere redigere non pudeat? Quoniam hæc tibi incredibilia videntur, & reapte sunt, colligas hinc magnopere velim, quantum Theologis istis fidendum sit, quantum eorum deferendum auctoritati, & quanta vigilantia ab eorum opinationibus, ac probabilitatis legem laxantis lenocinius cavere debeas. Si enim meridianæ caritatis luci tenebras offundere portentarunt, si legem adeo manifestam, perspicuam, suavem, de medio tollere conati sunt; qua caligine non involvent, quibus larvis non obtegent, quibus futelis, & technis non obducent leges illas quæ tantam non præferunt claritatem? Quibus commentis, fucisque non eludent quæ ab aliis Decalogi præceptis iubentur, si ipsum Decalogi fundamentum ab imis suffodiunt? Ne porro ulla iubeat mentem tuam dubitatio, a me quidquam per exaggerationem dictum esse, proscriptas a summis Pontificibus propositiones primum, deinde libros unde decerptæ fuere, indicabo. Damnatarum propositionum aliæ indolem, naturamque caritatis impetunt, ut sunt illæ Michaelis Baii; aliæ præcepti obiervantiam, & necessitatem adorionntur, ut sunt eæ quas recentiores evulgarunt Casuistæ.

II. Sanctus Pius V. anno 1567. novem supra septuaginta propositiones proscripsit, quarum sequentes caritati theologicæ adversantur.

31. *Caritas perfecta, & sincera, quæ est ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, tam in catechumenis, quam in pœnitentibus potest esse sine remissione peccatorum.*

32. *Caritas illa quæ est plenitudo legis, non est semper coniuncta cum remissione peccatorum.*



33. *Catechumenus iuste, recte, & sancte vivit, & mandata Dei observat, ac legem implet per caritatem, ante obtentam remissionem peccatorum, qua in baptismi lavacro demum percipitur.*

34. *Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor naturæ, & gratuiti, quo Deus amatur ut beatificator, vana est, & commentitia, & ad illudendum sacris Literis, & plurimis veterum testimoniis excogitata.*

38. *Omnis amor creaturæ rationalis, aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quæ a Ioanne prohibetur; aut laudabilis illa caritas, qua per Spiritum sanctum in corde diffusa, Deus amatur.*

16. *Non est vera legis obedientia quæ fit sine caritate.*

23. *Absurda est eorum sententia qui dicunt hominem ab initio dono quodam supernaturali, & gratuito supra conditionem naturæ suæ fuisse exaltatum, ut fide, spe, & caritate Deum supernaturaliter coleret.*

70. *Homo existens in peccato mortali, sive in reatu æternæ damnationis, potest habere veram caritatem; & caritas etiam perfecta potest consistere cum reatu æternæ damnationis.*

III. Alexander VII. quinque super quadraginta propositiones proscripsit, quarum prima eiusmodi est: *Homo nullo umquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & caritatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.*

IV. Innocentius XI. ex sexaginta propositionibus quas proscripsit, tres ad hanc materiam spectantes damnavit, suntque sequentes.

5. *An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.*

6. *Probabile est ne singulis quidem vigorose quinquenniis per se obligare præceptum caritatis erga Deum.*

7. *Tunc solum obligat quando tenemur iustificari; & non habemus aliam viam qua iustificari possimus.*

V. Alexander VIII. anno 1690. unam supra triginta damnavit propositiones, quarum sunt inter alias sequentes in ordine.

9. *Revera peccat qui odio habet peccatum mere ob eius turpitudinem, & disconvenientiam cum natura, sine ullo ad Deum offensum respectu.*

10. *Intentio qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, mere ut caleftem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.*

11. *Omne quod non est ex fide christiana super-*

*supernaturali quæ per dilectionem operatur, peccatum est.*

13. *Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, caritate fi caruerit, vitio non caret, quoties licet intuitu beatitudinis operatur.*

16. *Attritio quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur sine dilectione benevolentiæ Dei propter se, non est bonus motus supernaturalis.*

## CAPUT II.

*Inventarium propositionum quæ nimium laxæ videntur: quasque nonnulli recentes Confessarii docuere.*

I. PRopositiones quas Pontifices summi Alexander VII. & Innocentius XI. damnarunt, e libris recentium quorumdam Theologorum decerptæ fuere. Id palam fiet ex propositionibus quas hic fideliter transcribimus ex Auctoribus quos allegabimus, non illis invidiam conflandi (quod Deus avertat) sed lectores imbuendi cautla. Hoc quisque sibi persuasum habebit, quoties in mentem sibi induxerit, præfatas propositiones, vel eisdem simillimas, in illis reperiri Theologis quorum doctrina adhiberi a Confessariis passim solet in animarum regimine. Sed hanc designandi libros ex quibus decerptæ propositiones sunt, necessitatem alias fusius expolui. Iuvat tamen eam ad propulsandam invidiam frequenter repetere, atque in oculos, memoriamque conjicere.

II. P. Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap. 1. num. 9.* de fide scribens, doctrinam præmittit, qua omnium trium theologicarum virtutum præcepta in nihilum redigit. *Puto* (inquit) *per se, directe numquam obligari fideles ad credenda prædicta mysteria nec implicite ex vi necessitatis præcepti fidei . . . . Ratio prioris dicti est, quia, ut diximus . . . numquam præceptum aliquod obligat, nisi sit determinatum. Cum enim non possit nisi ut determinatum exire in executionem, non consecutur practice esse completum.*

Num. 10. ultra progreditur ad destruendum speciale præceptum caritatis. *Confirmatur primo nostra sententia ex Azorio, qui docet caritatis præceptum tunc solum obligare, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam qua justificari possimus: quia hoc præceptum non videtur obligare, nisi ut medium justificationis, vel ut dispositio ad illam. Hæc ex illo. Ex quibus colligo similiter dici posse de actu fidei, & consequenter de actu spei; ut cum de spe infra cap. 11. §. 1. & cum de caritate agam, huc me remittens tuosque innumeros cap. 11. §. 2. num. 2.*

III. Videndum nunc est quid de caritatis præcepto scribat loco a se citato. Refert *num. 1.* varia Doctorum placita his verbis. *Laborant Doctores in assignando tempore quo debet fidelis ex obligatione actum positivum amoris elicere circa Deum; variaque tempora, ut varia sunt ingenia hominum, assignant. Primum tempus quod aliqui assignant, est initium usus rationis. Secundum finis vitæ. Tertium tota vita indeterminate sumpta, ut saltem semel in ea ametur Deus. Quartum omnes dies festivi in quibus debemus Deo spectaliter vacare. Quintum tempus quo adultus suscipit baptismum. Sextum tempus quo quis suscipit eucharistiam. Septimum, quando forte sumitur martyrium. Octavum, quando a Deo magnum accipis beneficium. Nonum, quando audis aliquem contra Deum blasphemantem. Decimum, quando gravi urgeris tentatione, præsertim odii Dei, cum periculo consensus, nisi ad Deum per amorem te convertas.*

*2. Mihi placet doctrina Azorii, qui docet, hoc præceptum caritatis impositum fuisse ob justificationem impii: solum igitur tunc obligare, quando impius, quia sacramentum pœnitentiæ non est in promptu, non habet aliam viam qua se justificet, nisi eliciat actum contritionis, quæ semper, aliquo tandem modo, actum amoris Dei super omnia dilecti involvit. Consequenter igitur, & indirecte, ratione suæ justificationis, ad actum caritatis fideles obligantur. Vide supra cap. 1. §. 1. n. 50. ubi idem loquendi modus mihi placuit de præcepto actus fidei, & spei: nam per ibidem dicta & confirmabatur hæc Azorii doctrina, & impugnari poterunt tempora modo assignata num. precedente.*

*3. Confirmatur: quia licet communis sententia doceat, dari præceptum speciale de amando Deo in illis verbis:* Diliges Dominum Deum tuum, *& alibi: tamen non ignobiles Doctores docent, hoc præceptum non esse speciale & speciali tempore implendum, sed generale imbuitum in omnibus præceptis; sicut secundum præceptum de dilectione proximi non est speciale, sed in Decalogi præceptis contentum: nam propterea dicitur:* In his duobus præceptis, idest dilectione Dei, & proximi, universa lex pendet, & Prophetæ; & qui habet præcepta mea, & servat ea, ille est qui diligit me; & plenitudo legis dilectio. *Si enim qui servat præcepta, diligit, quique diligit, servat; iam unum ex his continetur in alio,*



*alio, & consequenter præceptum caritatis indirecte solum, & ratione alterius obligabit.*

*4. Probabilis ergo, & tutissima sententia est illorum qui negant, fideles initio usus rationis: sic Castr. cum Azor. Val. Sanch. Suar. Coninch. ab eod. cit. & sine vitæ; sic idem tibi num. 9. cum Azor. & Sanch. ab eodem cit. obligari ad se convertendos ad Deum, illum amando: ponere enim huiusmodi obligationem, quæ certe solido fundamento non innititur, nihil aliud est nisi scrupulos ingerere, non quidem indoctis, quia hi ad eam obligationem minus advertunt, sed doctioribus &c.*

IV. Hæc, licet paullulum prolixiora, transcribere placuit, tum ut doctrina Tamburini plene hoc de argumento constaret, a qua cavere sibi lectores possint, tum ut palam fieret sinceritas P. Dominici Viva, qui in sua Trutina theologica frequenter aliorum opiniones non ad pondus Sanctuarii, sed ad libram ingenii sui trutinat. Quin eo progreditur, ut insignioribus Doctoribus imponat, quo socios suos a proscriptis propositionibus alienos repræsentet. In commentariis quippe *Propositionis 1.* Alexandri VII. quæ tria theologicarum virtutum præcepta de medio auferat, distinguit duplicem obligationem sive fidei, sive caritatis: alteram *per se*, alteram *per accidens*. Dein subdit: *Hanc secundam obligationem ex vi aliorum præceptorum nemo unus negavit. De prima dubitarunt nonnulli apud Tamburinum Lib. II. de precept. Decal. cap. 111. Immo Sanctus, Serra, Bannez illam negare ausi sunt.*

V. Non ut Theologos proprii instituti defendam, vel ut propriæ factioni indulgeam, sed ut veritati sit locus, atque lectores admoneam, trepidque in memoriam revocem, parum fidei adhibendum esse quibuldam Casuistis, impolluram quam P. Dominicus Viva impingit P. Dominico Bannez, palam facere constitui. Sed priusquam de Bannez disseram, unum, & alterum verbum de Thoma Tamburino præmittam oportet: Tamburinus auctor, & approbator est propositionis damnatæ, quæ speciale præceptum caritatis, & fidei destruit. Hæc propositio patet ex textibus eiusdem Tamburini a nobis transcriptis. Quod etiam ut evidentius pateat, aliam eiusdem Tamburini periodum exscribere iuvat. Itaque *tit. Lib. II. cap. 1. n. 1. n. 2.* antequam sententiam suam promat, qua constituit theologicarum virtutum præcepta nullam per se obligationem imponere, tellatur, nullos hactenus obvios habuisse Doctores qui hoc de argumento sibi satisfecerint. Idcirco tribunal ipse erigit, sententiamque dicit, quam tamen supremo Ecclesiæ iudicio supponit. En illius verba: *Sane nondum obviam habui Doctores qui id explicando mihi satisfecerint. Unde omnibus perpensis, salvando tamen, ut hoc, ita & alia omnia mea S. R. E. iudicio, puto per se, & directe numquam obligari fideles ad credendum &c.* Aliqui ne apud Tamburinum de hac obligatione dubitarunt? Non ille ipse de medio eam sustulit? At numquid succenseudum est P. Dominico Viva, quod perdocti socii sui errata occultare studuerit? Immo fraternus socialisque laudandus amor. Non modo domesticorum, sed extraneorum etiam errores obtegendi sunt; dummodo pernicioli aliis non fiat. Doctrina Tamburini, ut ego quidem arbitor, & mihi lecure arbitrari videor, est ipsissima quæ continetur in quatuor propositionibus damnatis quas *cap. præced.* dedimus. Admonendus ergo lector fuisset, in Tamburino ipso reperiri doctrinam proscriptam. Quod tamen non ideo hic assero, ut Patri Viva onus imponam manifestandi omnes damnatarum propositionum Auctores. Nimium hoc iniustum foret. At cum Tamburinum in medium afferat, locumque, ubi argumentum edisserit, laudet, dum dicit nonnullos apud ipsum dubitasse, nihilque de Tamburini sententia hisce, lector ex lectione P. Viva colligit, alienum a præfata doctrina Tamburinum esse; immo, si minus peritus sit, doctrinam Tamburini, ut innocuam, epotabit. Verum ut ut de hoc sit, dandum quidpiam est affectui erga socium Scriptorem. At nullam meretur veniam, quod notam proscriptæ doctrinæ duobus Theologis non inferioris sublellii, nempe Magistro Bannez, & Magistro Serra Ordinis Prædicatorum impingat, non uteumque, sed acri, & improperanti phrasi. *Immo Serra, Bannez illam negare ausi sunt.* Non ergo dubitanter, non obscure, non trepido animo, sed fronte aperta Doctores illi *negare ausi sunt* speciale caritatis præceptum, quod per se ad actus obliget. Quid, si nihil de hoc scripserent? Quid, si ambigue loquerentur? Quid, si conceptis verbis oppositum docerent? P. Dominicus Bannez *2. 2. q. XIV. art. 1.* lato calamo explicat specialem præcepti caritatis obligationem. *Tertia conclusio. Præceptum dilectionis Dei supernaturalis speciale præceptum est, & maximum, & primum mandatum. Probatur conclusio. Et primo quidem quod sit speciale præceptum, ostenditur ex eo quod caritas est specialis virtus, cuius actus necessarius est ad salutem: ergo de illo actu est speciale*

*riale præceptum*. Plura alia in confirmationem hujus veritatis adducit quæ nunc prætereo. Resolvit omnia quæ opponi solent argumenta: tempus quo obligatio urget, indicat, opinionemque illam confutat quæ in articulo tantum mortis hanc vigere obligationem docet, eamque ridiculam vocat his verbis: *Alii dicunt, quod præceptum dilectionis tantum obligat, quando homo est in periculo, & in articulo mortis. Sed hæc sententia ridicula est. Quoniam lex divinæ amicitiæ, quæ etiam ordinatur ad meritum vitæ æternæ, non solum debet obligare in extremo vitæ. Dicendum ergo, sicut supra diximus de fide, & spei præceptis, difficile esse punctualiter definire omnia tempora, & singula, quibus hujusmodi præcepta obligent.* Porro explicans præcepta fidei, & Spei pressius tempora obligationis designat. Scribit ergo *qu.* XXII. *art.* 1. *dubit.* 2. *concl.* 1. hominem pervenientem ad usum rationis actus theologicarum virtutum elicere debere. *Quod si quis obliciat*, inquit, *ex hac sententia sequi quod quando homo tenetur se in Deum convertere, si id non fecerit, peccat triplex peccatum, primum contra fidem, secundum contra spem, tertium contra caritatem: respondetur: Concedo sequelam: quia omnes illos actus tenetur habere ex præceptis specialibus fidei, spei, & caritatis. Sit secunda conclusio. Non est facile definire tempus certum, & determinatum, postquam homo iam est conversus in Deum, quando obliget speciale præceptum. Ratio est, quia etiam est difficile determinatum tempus designare pro quo obligat præceptum credendi, vel diligendi ex caritate ipsum Deum ... Sit ultima conclusio. Qui aliquoties in anno exercet actum spei* (idem dic de fide, & caritate) *tutus esse potest de adimpletione præcepti huius, dummodo non desperet aliquando.* Postremo concludit laudata q. XLIV. art. 1. ad 3. *Tandem dico, quod fortassis nobis ignorantibus aliquando est omissio huius præcepti.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: *sicut etiam solet esse omissio præcepti grandi Deum: & propterea oportet dicere semper*: Ab occultis meis munda me Domine.

VI. Audaciæ ne Patri Bannez vertet P. Viva, quod cum Regio Vate paveat, tremateque, dum facilitatem recordatur violandi mandatum divini amoris? *Absit* ne *est* Bannez negare specialem divini mandati obligationem, dum adeo eam inculcat, ut asserat, nobis etiam ignorantibus, omitti illius observationem?

VII. Videamus, num saltem P. Magister Marcus Serra *absit* sit negare speciale præceptum *per se* obligans ad actum amoris. Hæc ille docet 2. 2. qu. XLIV. art. 1. *Quidam, quos suppresso nomine hic referunt nonnulli D. Thomæ interpretes, dixerunt, præcepta dilectionis Dei, & proximi non esse specialia, nec ab aliis præceptis distincta. Sed horum sententiam impiam, & errorem maximum esse, asserunt prædicti recentiores ... Contra prædictam sententiam est etiam communis omnium Theologorum consensus, sed præsertim D. Thomæ hic ad* 1. *Si quæras, quando hoc præceptum caritatis obligat, respondetur, certum esse, non solum obligare semel in vita, aut tantum in articulo mortis. Hoc enim falsum esse ac ridiculum, ostendit Magister Soto ubi supra ... Unde hoc certum est, præceptum caritatis obligare ut pluries in decursu vitæ actum dilectionis Dei, & proximi eliciat homo.* Hiccine ausus negans peculiarem cælestis dilectionis obligationem? Si semel P. Viva imposuisset Scriptoribus, potissimum Dominicanis; oscitantiæ, vel memoriæ lapsui adscribendum fuisset, silentioque transitum. At cum similem illis notam frequenter impingat, ut constabit ex illius operis decursu, in quo, ubi de propositionibus proscriptis sermo erit, Trutina P. Viva ad pondus Sanctuarii revocabitur; idcirco æquitas postulat ut eodem pro viribus vindicemus. Ad Sancium quod attinet, fateor hunc Casuistam, sicuti ceteras laxissimas opiniones, ita & hanc ampliecti: & pro eadem citat Vasquez, Suarez, Molinam: quod verum ne, an falsum sit, penes ipsum esto. Illud solummodo addo per summam impostoram, atque impudentiam *disp.* 1. *n.* 21. ipsum D. Thomam laudare pro hac sua sententia, quam Serra, & Lorca 2. 2. *q.* XLIV. *art.* 3. *disp.* LVII. impiam, temerariam, erroneamque iure ac merito appellant. Oppositam, veramque sententiam docere D. Thom. infra palam faciam.

VIII. P. Patritius Sporerius *tract.* II. *in* 1. *precept. Decal. cap.* 2. *sect.* 1. *n.* 31. sui P. Tamburini, & Auctorum quos Tamburinus allegat, opinionem de more transcribit, ac fusius eam explicat, & quatenus fieri potest, propugnat. „ Probabilis mihi (inquit) hactenus semper visa fuit sententia, præceptum illud numquam obligare „ *per se*, quo ad actum explicitum amoris „ Dei super omnia; sed ei plene satisfieri per „ voluntariam observantiam præceptorum, & „ exclusionem omnis peccati propter Deum, „ uti docent multi, & graves Doctores apud „ Tamburinum. Ratio est, quia ex una „ parte volens propter Deum observare omnia præcepta eius, & pro nulla re ipsum peccando offendere, vere diligit Deum super omnia, saltem implicite, & virtualiter, & ex toto corde negative.... Ex altera autem parte non est astruenda obligatio alicuius præcepti, & quidem gravis sub mortali, absque certo fundamento. Nullum autem certum, & urgens adferri potest fundamentum, quod præceptum dilectionis obliget aliquando *per se* ad actum formalem, & explicitum amoris Dei, ut patebit expendendo fundamenta communiter allata. „ Unum, & præcipuum fundamentum est „ ipsum magnum mandatum, & præceptum „ affirmativum caritatis: *Diliges Dominum „ Deum tuum ex toto corde tuo*: quod sane „ debet obligare aliquando ad actum suum „ proprium, ne frustra sit. Agnoscimus, & „ veneramur divinissimum mandatum, eiusque exercitium, & frequentissimum nobis „ in omnibus optamus. *Nulla tamen ratio, „ vel auctoritas convincit illud esse præceptum „ speciale, & speciali aliquo tempore per se „ obligatorie implendum.* Quin cum D. D. relatis probabilissime dici possit, esse præceptum generale imbibitum in omnibus præceptis, ut proinde illi abunde satisfiat actibus amoris Dei implicitis, contentis in observatione voluntaria præceptorum propter Deum, ut dictum est.

2. „ Eadem prorsus ratione etiam alterum „ præceptum caritatis, *Diliges proximum tuum „ sicut te ipsum*, non est speciale, *speciali aliquo tempore per se obligatorie implendum per „ aliquem actum internum* eliciturn amoris „ erga proximum (quando enim hoc?) sed „ est præceptum generale imbibitum in omnibus præceptis Dei erga proximum: eique „ abundanter satisfit, dum quis vult servare „ præcepta Dei erga proximum, & data occasione de facto servat abstinendo ab omni odio, offensa, & injuria, & dum opus est, „ exhibendo opera externa caritatis....

3. „ Aliud novum urgentius fundamentum „ exhibet propositio omnino prima inter prohibitas, ac damnatas sub Alexandro VII. „ anno 1665. ita sonans: *Homo nullo unquam „ vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, „ spei, & caritatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.* Sic propositio damnata. Verum nulla hic expressa „ fit mentio de actu formali explicito amoris „ Dei super omnia; & omnino sufficere videtur, præceptum caritatis sæpe obligare per „ se, saltem quatenus est negativum, ut in „ casibus supra positis, *etsi numquam obliget „ ut affirmativum*.... Ergo minus damnata „ censeri debet nostra sententia.

4. „ Sed ecce novissime anno 1679. fundamentum urgentissimum, meo iudicio, „ posuit Innocentius XI. Inter complures propositiones damnatas, tamquam scandalosas, & in praxi perniciosas etiam has tres „ ordine reposuit. *An potest mortaliter qui actum &c.*... Hic ergo do victas manus ob reverentiam, & obedientiam sacræ Sedis apostolicæ.

IX. Hactenus P. Sporer. Duo in hoc Auctore, alioquin pio & docto, animadversione digna occurrunt. Primum est illius propensio in opiniones laxas. Quid, quæso, sub lenocinantis benignitatis fuco non delituit qui tamquam probabilem, securamque regulam constituit, Catholicum fieri posse salvum, quin toto vitæ suæ cursu Deum redemptorem, glorificatorem, patremque suum peculiari amoris actu prosequatur? Alterum quod hæc opinio, vel ethnicis ipsis, barbarisque horrida, probabilis visa illis fuerit, postquam summus Pontifex Alexander VII. proscripsit recensitam propositionem, quam eludit hoc inanissimo, ac prorsus chimærico commento, quod in damnata propositione nulla fiat mentio *de actu formali explicito amoris Dei*, latisque sit servare præceptum, quatenus est negativum, *etsi numquam obliget, ut est affirmativum*. Quid non potest impotens opinandi licentia, & inveterata laxandæ legis cupiditas, aut a teneris unguiculis hausta cum lacte anticipationes? Quis umquam Christianorum negavit necessitatem amoris impliciti? Quis Casuistarum docuit, præceptum caritatis, etiam ut negativum, implendum non esse? An ne Theologi illi qui propositionem ab Alexandro summo Pontifice proscriptam evulgarunt, negabant amorem virtualem, aut præcepti necessitatem in eventu pœnitentiæ peragendæ? Quod in propositione damnata *amoris* non fiat *formalis*, & *expliciti* recordatio; ideo incolumis, & sarta tecta constitit sententia quæ negat præceptum caritatis ut affirmans obligare ad actum amoris? Quis umquam hilcere ausus fuerit, si dixerimus, Casuistarum plures futilissimis distinctiunculis frequenter elevare sacrarum legum auctoritatem? Si dixerimus, tantum apud ipsos valere quaidam *dilitrices distinctiones* quibus propriæ factionis systemata tueri solent, ut vel evidentissimæ demonstrationes ad illorum mentem languescant, atque hebescant? Quoniam quid eviventius, quid clarius tum in ve-

veteri, tum potissimum in novo fœdere præcipitur, quam amor Dei, & proximi? Et tamen amoris istius necessitatem aperte negant citati *iuniores* nostri? Quid quod non solum in conspectu Scripturarum, non solum post D. Pauli anathema, *Qui non amat Dominum* IESUM *Christum, anathema sit*; sed etiam post summi Pontificis Alexandri, quem divinæ legis interpretem, imoque voluntatis Vicarium constituit Deus, manifestam explicationem, unius distinctiunculæ circuitione *amoris impliciti, & expliciti*, erroneam propugnant opinionem? Ut hoc quoquomodo randem dimoveantur, necesse fuit ut alter Iummus Pontifex Innocentius XI. anathemata conduplicata iacularetur in spectrum illius distinctionis amoris *impliciti* & *expliciti*, seu in illud *PER SE. Probabile est ne singulis quidem quinquenniis PER SE obligare præceptum caritatis erga Deum*. Tantum auctoritatis, tot oracula, & anathemata necessaria fuere ad subigendum Calvinistarum mentem, eorumque cohibendos calamos. *Hic ego* (inquit Sporerius) *do victas manus ob reverentiam, & obedientiam S. Sedis apostolicæ*. Ceterum nisi suprema potestas manus devinciret, mens contenderet, calamus scriberet, & manus adhuc stringeret probabilitatis scutum in oppugnationem amoris *expliciti, & per se*. Vitio mihi verterunt adversarii, quod scripserim, *Casuistarum plures subtilissimæ distinctiunculis frequenter elevare sacrarum legum auctoritatem? Si dixerimus tantum apud ipsos valere quasdam libidinosas distinctiones*. Sed debuissent, iuxta æquitatis leges, patefacere laxas opiniones quæ ad hæc scribendum coegerunt. Primum & gravissimum caritatis præceptum aut de medio fere tollitur, aut nimium exenuatur, & nos silere debemus? Se amare perhibent adversarii opiniones quas hic confotavi, dum confutationem meam vellicant, & torquent. An non sunt distinctiunculæ futilissimæ, & illusoriæ, quas recensui?

X. Ultimum quod notandum in Auctore isto venit, est quod, tametsi post damnatas propositiones ab Innocentio XI. sequenti §. 4. defendat necessitatem amoris formalis Dei; non propterea argumenta quæ §. antecedenti adduxerat in favorem proscriptæ propositionis, retulit, sed illa intacta reliquit. Accedit quod conceptis verbis reflexit specialem præceptum amoris erga proximum, definitique, solum esse præceptum generale in aliis virtualiter contentum, & nullum internum amoris actum præcipere. Quin exclamans scribit: *Quando enim hoc?* Porro hanc ille opinionem expresse non retractavit; nec in sequenti paragrapho illius mentionem fecit. Est, quod admirationem maximam ingerit, quid in caussa fuit ut post oracula pontificia in medium afferret, exaltaretque probabilitatem proscriptæ doctrinæ, eamque argumentis muniret, & veræ sententiæ rationes resolveret? Quorsum labores conatusque isti? Displicet postremum ultima conclusio laudati paragraphi quarti sub *num.* 36. posita, quæ est eiusmodi: *Valde probabile, & modo ... omnino certum est, præceptum caritatis, & amoris Dei super omnia etiam aliàs obligare in tempore, saltem aliquando in vita*. Iam *num.* 33. indicaverat damnatam propositionem quæ ultra quinquennium extendebat necessitatem amoris, atque adeo debitum repetendorum actuum intra quinquennium. Deinceps ultima conclusione decretorie resolvit, amandum esse Deum *saltem aliquando in vita*? Cur aliquando in vita, si tempus intra lustrum amandus est Deus, & saltem ut minimum singulis annis?

XI. Caltropalaus tract. VI. disp. 1. punct. 4. n. 9. *Quinto asserunt alii, instante periculo mortis, etiamsi peccati mortalis conscius non sis, immo etiamsi illius conscius sacramentaliter confiteris, te obligatum esse Deum super omnia diligere... Fateor, hanc obligationem esse satis probabilem, & in praxi semper confidendam; at non est omnino certa, si peccati mortalis conscius non es: nam illam retinent Azor. Sanch.* Per caritatem, inquit Angelicus, affequimur ultimum finem, Deoque coniungimur. Instante separationis momento ab hoc mundo, & coniunctionis cum Deo, non iubemur actum elicere amoris, qui medium est quo reapte Deo copulemur?

XII. Idem loc. cit. num. 9. *Septimo alii dicunt obligare hoc præceptum, primo, cum martyrium est subeundum, vel aliud egregium, difficileque opus aggrediendum: quia expedit tunc firmare animum Dei obsequio. Sed ego contrarium agnoscam, obligationem improbo*. Christianus ergo, tyranno mortem minante, ac morte ipsa imminente, actum caritatis qua & Deum, & tyrannum amet, atque seipsum confirmet roboretque ad subeundum agonem, immaneque supplicium, edere non astringitur? Conveniens id erit, necessarium non erit?

XIII. Idem loc. cit. num. 10. *Hæc ergo obligatione existima quemlibet adultum teneri non singulis annis, ut placuit Petro de Ledesma, quia hoc est nimis durum, & nullo firmo fundamento nititur; sed aliquoties in vita*



*vita... Reputatem autem dilationem trium annorum esse gravem*. Nimis durum est suavibus amicitiæ amplexibus singulis annis Deum parentem, provisorem, conservatorem, redemptorem, benefactorem nostrum amare? Beatitudo cordis amor est. Durum ergo beatitudine gaudere?

## CAPUT III.

### *Caritatis theologicæ notio, & obiectum.*

I. ANtequam theologicæ caritatis notionem prodo, variam huius nominis *caritatis* acceptionem præmittam fas est. Caritas idem est ac amor. Amor generatim acceptus est *motus voluntatis in bonum*. Triplicem distinguere amorem Theologi solent, *concupiscentiæ, benevolentiæ, amicitiæ*. Primo nobis bonum quodpiam congruum optamus. Secundo bonum proximo facimus, aut desideramus. Tertio mutuo amamur. Istius amoris amicitiæ tres veluti species assignat D. Thomas 2. 2. *quæst.* XXIII. *art.* 5. nempe utilis, delectabilis, & honesti. Amicitia utilis illorum est qui ob utilitatem sese diligunt. Altera est eorum qui ob voluptatem quam ex amore capiunt, se diligunt. Tertia eorum est qui amicis bona volunt ipsorum amicorum caussa. Hæc tertia vera amicitia est, duæ priores similitudinem, & quidem languidam, amicitiæ præferunt: quippe non amant aliquem per le, sed secundum quod nobis utilitatem, aut commoditatem adfert. Amicitia porro definiri solet hoc pacto: *Est mutua benevolentia in quadam communicatione consistens*. Eam Philosophus vocat Lib. VIII. Ethic. cap. 11. *benevolentiam mutuam non latentem*. Prærogativa, seu conditiones ad veram amicitiam requisitæ, sunt sequentes. Prima, ut amor sit non concupiscentiæ, quo, ut dictum est, aliquis amatur propter nostrum commodum; sed amor benevolentiæ, quo alteri bonum volumus. Altera, ut sit mutuus amor, quia amicus amico amicus est. Quare si quis non redamatur ab eo quem amat, amans, non amicus dicitur. Hinc D. Thomas ait, quod Deus amicus peccatorum dicitur, quatenus amans, secus ut amatus. Tertia, ut amor iste super aliqua communicatione bonorum honesta fundetur. Addi aliæ conditiones solent: nempe quod mutuus amor non lateat, quod sit animorum unitas, secretorumque communicatio, & quod alter alterius voluntatem faciat. At hæc omnia sub tribus assignatis proprietatibus continentur.

II. Amor benevolentiæ erga Deum alius est habitualis, alius actualis. Item alius naturalis, quo Deus ut Auctor naturæ diligitur: alius supernaturalis, quo ut gratiæ, & gloriæ auctor amatur. Quæ distinctio & rationi, & Scripturarum consonat auctoritati. Quippe tum ratio, tum Scriptura nobis mirabile mundi huius ædificium ob oculos repræsentant, ut ex illius intuitu ad amorem divini artificis, qui tam varia, & exquisita cuiusque generis bona nobis contulit, excitent. Bona vero gratiæ, & gloriæ fides divina nobis manifestat, animbusque meditanda inculcat, ut divinum largitorem amore prosequamur. Iure ergo, & merito proscripta est propositio Michaelis Baii, quæ est ordine 34. *Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor naturæ, & gratuiti, quo Deus amatur ut beatificator, vana est, & commentitia, & ad illudendum sacris litteris, & plurimis veterum testimoniis excogitata*. Denique amor Dei alius est affectivus, qui animam afficit, & in corde dulciter fervet, atque delicias suas ibidem effundit: alius est effectivus, qui foras erumpit, & bona operatur. Hic etiam efficax appellari solet, ut distinguatur, ab amore ineficaci qui languidum desiderium, & velleitas simplex nuncupari solet. Alius dicitur remissus, alius intensus. Denique alius appretiativus, qui præfert Deum omnibus creaturis; alius intensivus, qui iuxta plures iuniores non solum Deum super omnia amat, verum etiam quamdam sensibilem teneritudinem, fervoremque inducit in animam.

III. Ultimo tandem notandum est, tria hæc vocabula *amorem, dilectionem*, & *caritatem* ita diffingui, ut amor latius pateat quam dilectio, & dilectio quam caritas. Amor quippe tum in bono, tum in malo sensu accipitur. *Erunt homines* (inquit Apostolus II. ad Tim. III.) *se ipsos amantes*. Idem de dilectione dicendum. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam*: Psal. X. At Amor non solum rationalis, sed etiam sensibilis appetitus partus esse potest; dilectio vero solius rationalis. Caritas solum in bono sensu accipitur a Theologis, residetque in appetitu rationali. Tandem caritas theologica aliquando sumitur pro suo obiecto: *Deus caritas est*; aliquando pro amore Dei in homines: *caritate perpetua dilexi te*. His præliba-tis finitio caritatis theologicæ exhibetur.

IV. Notio caritatis theologicæ pro habitu accepta hæc est: *Virtus est divinitus infusa, qua Deus propter se, & proximus propter*

*Deum diligitur*. Singulæ exponendæ sunt particulæ. Dicitur *virtus*, quia, ut inquit S. Thomas 2. 2. *quæst.* XXIII. *art.* 3. caritas est principium actus attingentis primam regulam non solum naturalem, quæ est ratio, sed etiam supernaturalem, quæ est Deus. Quare scribit Augustinus epist. XXIX. *Virtus est caritas, qua id quod diligendum est, diligitur*. Altera particula *divinitus infusa* prodit caritatem theologicam supernaturalem esse, quæ a solo Deo animabus nostris infunditur, ut dicit Apostolus ad Rom. v. *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Additur: *quæ Deus propter se diligitur*. Caritas Deum amat, ut Deus est. Deus autem ut Deus, propter se, & a se est; ac super omnia alia a se. Diligit ergo caritas Deum propter se, & super omnia. Per hanc particulam *propter se* differt caritas a spe. Spes diligit Deum super omnia; sed in Deo non sistit, sed Deum sibi propitium, largitorem, clementemque desiderat. Additur: *& proximus propter Deum*. In hac particula *proximus* primum nos, deinceps omnes creaturæ rationales æternæ gloriæ capaces intelliguntur. Hæ omnes propter Deum amantur, dum caritate diliguntur: quia ratio, seu motivum, ut vocant, formale caritatis est bonitas ipsius Dei, vi cuius tam Deus debito ordine, quam proximus diligitur.

V. Quæsti. I. *Quodnam sit objectum caritatis theologicæ?* Resp. Objectum cuiusque virtutis aliud formale, aliud materiale est: seu aliud *quod*, aliud *quo*. Objectum materiale, seu *quod*, primarium caritatis Deus est: secundarium est proximus propter Deum. Quod Deus secundum omnes suas perfectiones sit obiectum primarium caritatis, res clara est. Nam, inquit Augustinus Lib. I. de Doct. Christ. cap. XXIII. *cum quatuor sint diligenda: unum quod supra nos est, alterum quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est: de secundo, & quarto nulla præcepta danda erant*. Obiectum quod supra nos est, Deus est solus, quem primum, & principaliter diligere, & in quem omnia referre debemus. Quod nos sumus, est persona nostra, anima, & corpore conflata. De hoc non erat dandum præceptum: quia, ut docet Apostolus Ephes. v. *nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovet. Modus ergo* (subdit Augustinus loc. cit. cap. XXIV.) *præcipiendus est homini, idest quomodo se diligat, ut prosit sibi*. Quod iuxta nos est, est omnis rationalis creatura, sive Angelus, sive homo, sive infidelis, sive fidelis, sive iustus, sive peccator; omnes denique qui æternæ beatitudinis sunt capaces. Quod infra nos est, sunt res omnes natura, & statu inferiores. De hoc quoque præceptum dandum non erat, quia creaturæ irrationales capaces non sunt beatitudinis; ideo non ingrediuntur obiectum secundarium caritatis. Possunt tamen aliquo modo diligi, quatenus in Dei gloriam referuntur. Hinc optime Augustinus *loc. cit. cap.* XXVI. relatis duobus præceptis diligendi Deum, & proximum, concludit: *Nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis prætermissum est. De dilectione tua nihil dictum videtur; sed cum dictum est: Diliges proximum tuum tanquam teipsum; simul & tui ab te dilectio non prætermissa est*. Quare merito antea dixerat, non fuisse peculiare præceptum dandum de sui ipsius amore, quod in proximi præcepto inclusum sit. Amor porro quo quis seipsum diligit, caritatis quidem est, sed non amicitiæ, quæ non nisi inter duos haberi potest; sed benevolentiæ. Quemadmodum nec creaturæ irrationales, nec dæmones amore amicitiæ amari ullo modo queunt; sed amore caritatis, seu benevolentiæ diligi valent, quatenus illarum naturarum conservationem ad Dei gloriam permanere avemus, inquit D. Thomas 2. 2. quæst. XXV. artic. II. *Ex caritate diligimus creaturas irrationales, inquantum voluimus eas permanere ad gloriam Dei, & utilitatem hominum, ut dictum est. Et per hunc modum naturam dæmonum etiam ex caritate diligere possumus, inquantum scilicet volumus illos spiritus in suis naturalibus conservari ad gloriam Dei*.

VI. Quæsti. II. *Quodnam sit caritatis obiectum formale?* Resp. Est infinita Dei bonitas propter se amabilis. Hac siquidem ratione caritas ab aliis duabus theologicis virtutibus distinguitur: a spe, quæ Deum spectat ut bonum nobis, & sub ratione omnipotentiæ conferentis auxilia quibus bonum expectatum comparemus: a fide, quæ Deum inspicit ut verum sub ratione primæ veritatis revelantis. Hæc omnia communia sunt apud Theologos cum D. Thoma 2. 2. *quæst.* XXIII. *art.* 5. *ad* 2. *& art.* 6. *in cor.*

## CAPUT IV.

*Prærogativæ caritatis theologicæ.*

I. Plcturam quamdam theologicæ caritatis formare lubet, eiusdemque excellentiam indicare; tametsi optimo simus penicillo destituti, coloresque desint, quibus splendidissimum virtutis reginæ vultum referre valeamus. Sed non propterea quædam saltem lineamenta adumbrare omittendum nobis est. Prima caritatis theologicæ prærogativa est amicitia Deum inter & homines. Contraria Durandi opinio *in IV. dist.* XIIX. *quæst.* IV. falsa prorsus est. Quippe caritas *infinitus thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei*: inquit Auctor divinus *Sap.* I. & David. Psal. CXXXVIII. *Nimis honorati sunt amici tui Deus*. Item Ioannes cap. XIII. *Iam non dicam vos servos, sed amicos*. At numquid commemorabo tot celeberrimos Dei amicos, ut Moysem, Abraham, Ioannem Baptistam, Ioannemque Evangelistam, quorum familiaris cum Deo amicitia in Scripturis describitur? ut Exod. XXXIII. Iud. III. Isai. XLI. Iacob. II. Ioan. III. *Si vis vera amicitia delectari*, (inquit Hieronymus *in cap.* VII. Michææ) *esto amicus Dei, sicut Moyses, qui loquebatur Deo quasi amicus ad amicum: esto amicus ut Apostoli, ad quos Salvator ait: Iam non dicam vos servos, sed amicos*. Verum utique est etiam homines scelestos a Deo quandoque amicos appellari, ut Matth. XXII. *Amice, quomodo hoc intrasti non habens vestem nuptialem?* & cap. XXVI. Iudam proditorem alloquens interrogavit: *Amice, ad quid venisti?* Quæ tane phrases non officiunt, sed profunt assertioni nostræ. Licet enim homines perversi non sint amici ut amantes, sunt tamen amici ut amati, quatenus Deus benevolentiam suam erga impios ostendit, significatque se illos, non ut perversos & rebelles, sed ut redemptionis suæ pignora diligere. Prærogativæ amicitiæ sunt mutua benevolentia, bonorumque communicatio. His vero mirum in modum caritas fulget. Deum nos amamus, ipsius pellecti bonitate de eiusdem infinitis gaudemus perfectionibus, illi gloriam, honorem, cultum, obsequiumque optamus: cor, animam, omniaque nostra in sacrificium illi litamus. Vicissim ille nos infinito suo prosequitur amore: *Ego diligentes me diligo*: Prov. VIII. *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum*: Ioan. XIV. Sua vero infinita bona non solum communicat, sed effundit, ac prodigit, si ita loqui fas est, Gratiam nobis confert, quæ sua nos efficit naturæ consortes. Caritatem infundit, quæ valorem æterni præmii operibus nostris donat, nosque infinitæ illius gloriæ qua ipse vivit, & gaudet, participes reddit. Omnia itaque quæ amicitiæ iura sibi vindicant, amor quo Deum amamus, possidet. Quid inæqualitatem obtrudis personarum? Quoniam amicitia proportionem, similitudinem, legem æqualitatem requirit. Inter sponsum & maritum, patrem & filium vera amicitia ardet; tametsi disparis sint dignitatis, & gradus. Quid quod Deus humanam naturam unione hypostatica sibi copulavit, & ad divinitatis sublimia evexit; & ut quamdam æqualitatem nos inter & seipsum constitueret, suam ad nos mansuetudinem inclinavit, nostramque vilitatem ad suæ naturæ participationem exaltavit?

II. Secunda caritatis prærogativa est quod sit animæ vita, sicut corporis vita anima est. Quippe per caritatem Spiritus sanctus animam nostram vivificat, in eam illabitur, diciturque ab Augustino ipsius animæ vita ser. v. de verb. Dom. *Sicut anima est vita corporis, sic autem vita est Deus. Sicut expirat corpus, cum animam emittit, ita expirat anima, cum Deum amittit. Deus amissus mors animæ, anima amissa mors corporis*. Beatitudo, & vita cordis amor est. Amor quo fluxa, & caduca huius vitæ bona diliguntur, vita cordis non est: quia quemadmodum bona in nihilum occidunt, sic & amor; atque adeo cor quod in eadem morituro amore rapitur, ad mortem properat. Solus ergo amor æternæ vitæ, felicitas, & vita cordis est. Hæc vita quam amor divinus hic inducit, duratura æternum est. Manet enim caritas vitæ etiam in patria.

III. Tertia prærogativa caritatis est quod sit donum a Deo infusum, nullis nostris antecedentibus meritis, nullaque nostra naturali capacitate spectata. Quoniam, ut inquit Angelicus, caritas amicitia cum Deo est super æternæ beatitudinis communicationem fundata. Hæc autem communicatio gratuita est. Igitur & caritas, quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datur nobis. Neque repugnat Synodus Tridentina *sess.* VI. *cap.* VII. ubi ait: *Spiritus sanctus partitur pro ut vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem, & cooperationem*. Nam quod sit gratia, & comitans caritas donum mere gratuitum Dei, non excludit conatum, atque cooperationem liberi arbitrii. Nam & ipsa impii iustificatio donum Dei gratuitum est: nec propterea anima tamquam stupidum instrumentum se habet; sed Dei gratia prævenita se se ad eam recipiendam disponit. Hinc quandoque Doctores catholici aiunt gratiam, caritatemque Deum infundere secundum quantitatem, & mensuram dispositionis,

nis, & bonorum operum recipientis. Quoniam hic est divinæ providentiæ fixus ordo, ut vi gratiæ a Deo nobis omnino gratis communicatæ apti efficiamur ad ampliora recipienda caritatum dona, velitque Deus operam nostram attollere, atque locum partemque nobis in tam sublimi negotio impertire. Omnia tamen a sua infinita proficiscuntur bonitate, profluuntque a fonte passionis Domini nostri Iesu Christi, qui meritorum suorum intuitu omnia nobis communicat. Hoc in sensu illud intelligitur: *Dedit unicuique secundum propriam virtutem*: Matth. XXVI. secundum propriam virtutem gratia saltem, secus secundum virtutem naturalem.

IV. Quarta caritatis prærogativa est valor quem ceteris operibus tribuit. Habent utique cæteræ virtutes ex proprio obiecto suam honestatem, bonitatemque; verum, ut vitæ æternæ corona redimitæ appareant, sigillo caritatis distinctæ sint oportet. Nisi sigillum illud in fronte illarum splendeat, custos ianuæ regni cælestis nequaquam earum titulo animas ad Sponsi amplexus admittit, neque ad convivium divinum, donec vestem hanc fulgentissimam induerint. Innumera alia sunt caritatis privilegia, quæ modo describere non vacat. Illius extensio ad omnes creaturas, ordine servato, non infimum locum tenet. De hoc ordine tam supra indicatum est, & in præsentia id solum addam quod Augustinus scribit Lib. I. de Doct. Christ. cap. XXVIII. *Omnes autem homines æque diligendi sunt. Sed cum omnibus prodesse non possis, potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi, quasi quadam sorte, iunguntur. Sicut enim si tibi abundaret aliquid quod dari oporteret, & qui non haberet, nec duobus dari posset, si tibi occurrerent duo, quorum neuter alium vel indigentia, vel ergà te aliqua necessitudine superaret, nihil iustius faceres quam ut sorte eligeres cui donandum esset quod dari utique non posset: sic in hominibus quibus omnibus consulere nequeas, pro sorte habendum est, prout quisque tibi temporaliter colligatius adhærere potuerit.* Ex hac Augustini doctrina palam est ordinem cælestem caritatis, ordinem quodammodo imitari ipsius naturæ in bonorum communicatione. Nam sicuti natura primum in proximiores, dein in remotiores sua effundit bona; sic caritas primum Deum, qui ceteris omnibus nobis intimior est, cum in ipso vivamus, & simus; deinde nos ipsos, & postea proximum secundum æquam distributionem respicit.

## CAPUT V.

*De præcepto caritatis. Recentiorum opiniones. Vera sententia exponitur.*

I. NAtura clamat, effectorem nostrum diligendum esse, Scripturæ inclamant, remuneratorem, glorificatorem, atque redemptorem nostrum dignum esse ut toto corde, totisque viribus a nobis diligatur. Amor ille principium est, & finis religionis christianæ. Amor generis humani e cælis in terram Deum devocavit; &, ut cælestem amoris illius flammam in nos accenderet, hac indutus mortali carne passus, & mortuus est, & resurrexit. Qui ergo amorem hunc hominis erga Deum negat, uno ictu totam simul evertit religionem nostram. Nemo unquam Christianorum, nedum Theologorum, præceptum amandi Deum negavit, cum nihil frequentius Scripturæ inculcent quam maximum primumque mandatum illud. Quid ergo in controversiam Theologi vocant?

II. Recentiorum quorumdam Theologorum placitum fuit, divinum hoc mandatum non præcipere actum formalem, explicitumque amoris, sed dumtaxat præceptorum divinæ legis observationem. Docuerant, fideles hoc maximum porissimumque mandatum implere, si cetera divinæ legis præcepta servaverint. Hinc distinxere obligationem *per se*, & obligationem *per accidens*. Obligare divinum hoc mandatum per accidens, quando medium reputatur necessarium ad alia implenda præcepta, omnes fatentur Catholici. Tota ergo controversia in hoc sita est, obliget ne hoc præceptum *per se ad actum explicitum amoris caritatis qua Deum super omnia diligamus.*

III. Tres, ut prænotavi, hac de re propositiones anathemate confixit Innocentius XI. nempe 5. *An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita elicere, condemnare non audemus.* 6. *Probabile est ne singulis quidem gravioribus quinquennalis perse obligare præceptum caritatis erga Deum.* 7. *Tunc solum obligat, quando tenemur iustificari, & non habemus aliam viam qua iustificari possimus.* Hanc septimam propositionem docuisse Azorium *Tom. I. Lib. IX. cap. 19.* videtur satis manifestum; & concedit ipse Cardenas *differt. VI. cap. I. num. 5.* saltem si sola spectetur editio anni 1600. cui desunt nonnulla verba, quæ in posteriori editione *quæstioni VI. de fide cap. VIII. Lib. VIII.* inserta fuere, ut ille contendit. Ut ut sit de illius mente in quæstione citata de fide, loco laudato de caritate, ubi ex professo rem discutit, conceptis verbis docet, caritatis præceptum tunc dumtaxat urgere, cum fuerit ad pœnitentiam peragendam necessarium. Nihil tamen in ceteris suis sententiis ob hanc opinionem auctoritatis amittere debet Azorius, Doctor inter morum Theologos, mea quidem sententia, valde gravis, laudabque doctrinæ ut plurimum strenuus assertor, quando Probabilismi nubes non officit.

IV. Quid posteriores Theologi nonnulli, Tamburinus, Sancius, Sporerius, docuerint, supra indicatum est. Paucis in præsentiarum perstringere lubet peculiarem P. Antonii Sirmondi hoc de argumento sententiam. Librum hic evulgavit, quem inscripsit *Defensionem virtutis*, ubi *tract. II. sect. I. cap. II.* proponit quæstionis difficultatem his verbis: *An mortali peccato præceptum illud violaret qui nullum unquam divini amoris actum eliceret?* Sanctus Thomas 2. 2. quæst. XLIV. art. 6. *videtur id negare, idque deinum ad vitandam damnationem exigere, ne quid contra sacram dilectionem agamus. Si hæc, quemadmodum quidem videtur, est S. Thomæ doctrina, eius auctoritate freus, libenter dixerim, cum Deus amorem suum nobis imperat, nihil præcise aliud a nobis exigere quam ut ipsi in aliis mandatis pareamus.* Et paulo post: *Itaque vide benitatem Dei. Non tam præcipit amorem sui quam odium vetat: sive formale, sive actuale, quod non humanum, sed diabolicum est; sive materiale, quod in mandatorum transgressione positum est.* Næ exquisitum divinæ bonitatis elogium! Amor cordis vita, & beatitudo cordis est. Hanc felicitatem, hanc beatitatem si præciperet Deus, iugum arduum, tetricum, severumque præciperet. At tanta est, inquit Sirmondus, illius bonitas, ut non tam amorem iubeat, quam odium vetet. Hæc ultima divinæ bonitatis meta Sirmondo videtur. Nos vero immensam Dei bonitatem, ob id potissimum extollendam dicimus, quod suavissimum amicitiæ fœdus nobiscum inierit, quod ad mutuos sui amoris amplexus admiserit, quod aureis præcepti vinculis secum nos coniunxerit, quod hanc cælestem coniunctionem, sanctumque animarum nostrarum cum sponso connubium firmaverit. Verum Sirmondus præceptum illud *rigoris* appellat. *Duo distinguo præcepta; alterum rigoris, alterum clementiæ: duos amores; alterum affectus, alterum effectus. Qui, quantum potest, præcipit, ut nullam apponit pœnam, saltem gravem; huius mandatum totum melleum est. Adde minas; iam fit rigoris mandatum.* Non ergo melleum, sed amarum illud est: *Qui non diligit manet in morte. Qui non diligit Dominum Iesum Christum, anathema sit.*

V. Hæc Sirmondi doctrina multos experta est adversarios, quibus ille alium libellum opposuit, quem ita inscripsit, *Responsio ad libellum famosum*, ubi pag. 7. adversarium suum impostorem appellat, quod scripserit, Sirmondum negasse, divinum præceptum amorem præcipere sub damnationis æternæ pœna. *Calumniaris.* (inquit Sirmondus.) *Non hæc doctrina mea, sed sancti Thomæ, cuius eam nomine protuli .... Quæritur inter nos, an præter legis mandata sub pœna peccati mortalis, duo alia de diligendo Deo, & proximo implere teneamur? Dixeram S. Thomam videri sensisse ista mandata nostram obligationem non inducere: dixeram me proinde in eam sententiam esse, si ita esset: tam multæ in ea probabilitates apparebant. Sed fac me hoc affirmate dixisse. Quid tum?* Si nihil tibi vitio vertis affirmate divini amoris obligationem nullam asserere; quid ergo tergiversaris? Quid S. Thomæ errorem affingis, quem numquam somniavit? Sed clariorem ab ipso sententiæ hæc expositionem audiamus. *Multum refert* (subdit) *bene intelligi, quid differat ea optimo quam nobis tribuis, ab illa quam certam in Ecclesia putas. Dicit in tua sententia Deus: Ama me, aliquin in æternum te perdam, etsi timore, aut alio laudabili fine ita sucum me humilis fueris, ut numquam transgressione ullius præcepti, accepta in baptismo gratia spoliari merueris &c..... In mea autem sententia, si hoc tueri velim, hoc dicit Deus: ama me, hoc iubeo: non tam districte tamen, ut si nihil adversus debitum mihi tot titulis amorem facias, æternis te suppliciis velim adiicere.* Denique, ut Scripturarum apertissima oracula eludat, constituit præcepta amoris divini toties in Scripturis repetita amorem imperare habitualem, secus actualem.

VI. Hæc referre volui, non ut Sirmondo notam aliquam impingerem, sed tantum ut D. Thomam a calumnia liberarem. Sirmondi sententia apertissime mihi falsa est. Nullum quippe præceptum in lege est cuius gravis tranigressio pœnæ æternæ non addicat trasgressorem. Cum ergo Sirmondus admittat divini amoris præceptum, ut illud vanis distinctiunculis de modo tollere nitatur, latis mirari non fubit. Distinctionem amoris affectivi, & effectivi in erroneum sensum

deturquet. Amorem quippe effectivum in exteriori mandatorum observantia constituit sine interiori affectu; quod nemo Theologorum asseruit. Siquidem tam amor affectivus, quam effectivus, pondus, seu actus voluntatis sunt, hoc solo discrimine, quod affectivus intra intimos voluntatis fluit recessus, affectivus confinia illa interiora praetergreditur, foraque erumpit, atque operum secunditate omnibus obvenientur manifestus. Sed tempus iam est ut pauca in D. Thomae defensionem dicam, non quod hac ille egeat, sed potius ut palam fiat, quantum per iniustitiam, ne plus dicam, erroneam opinionem tanto Doctori afferierit Sintronibus.

VII. D. Thomas pluribus in locis maximum divini amoris praeceptum exponit, tradituque peculiares voluntatis actus subere 2. 2. quaest. xliv. art. 1. ad 2. *Malae dilectionis non cadit sub illis praeceptis quae dantur de aliis actibus virtutum ..... cadit tamen actus dilectionis sub praeceptis specialibus.* Item 1. 2. quaest. 6. art. 10. *Actus caritatis dupliciter considerari potest. Uno modo secundum quod est quidam actus per se; & hoc modo cadit sub praecepto legis, quod vel hoc ipse specialiter datur, scilicet Diliges Dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum, & quantum ad hoc primi actum diversum, modum scilicet caritatis esse sub praecepto. Alio modo potest considerari actus caritatis secundum quod est modus actuum aliarum virtutum, hoc est secundum quod actus aliarum virtutum ordinantur ad caritatem qua est praecepti finis, ut dicitur 1. ad Timoth. 1. ....., & hoc modo est verum quod secundo dicebatur, quod modus caritatis non cadit sub praecepto: hoc est dictu, quod in hoc praecepto, Honora patrem, non includitur quod honoretur pater ex caritate, sed solum quod honoretur pater: unde qui honorat patrem, licet non habeat caritatem, non efficitur transgressor huius praecepti, nisi sit transgressor praecepti quod est de actu caritatis; propter quam transgressionem meretur poenam.* Clarius, & enucleatius reciteret Angelicus nequiverat commentor Simondi. Attamen, ne ullus evadendi locus relinquatur, unum & alterum textum adiicere lubet, ut effugium Simondi, quo obligationem praecepti infecit ad amorem habitualem, secus ad actualem, praecidatur. 2. 2. quaest. xliv. art. 2. ad 1. *Praecepta autem danntur de actibus virtutum. Et ideo oportuit esse plura praecepta caritatis.* Item art. 4. in corp. *Cum praecepta dentur de actibus virtutum, hoc modo aliquis actus cadit sub praecepto, secundum quod est actus virtutis.* Omitto innumera alia loca, tum propter brevitatem, tum quod res itaque natura perspicua sit. Praecepta enim a legislatore nunquam conduntur eo fine, ut nihil omnino subditis imponant: otiosa enim essent, & inania, si nihil agendum praciperent. Nihil amplius in defensionem S. Thomae, & in confutationem Simondi adiicimus. Perspicuum siquidem est, divinum mandatum non modo exteriorem affectum, sed interiorem quoque affectum, actualemque, & non tantum habitualem, amorem praecipere.

VIII. Quae Simondus ex D. Thoma obicit, paucis perstringemus. Primum textus quem opponit, habetur 2. 2. *quaest.* xliv. *art.* 4. *ad* 3. ubi scribit, quod dupliciter contingit *ex toto corde Deum diligere. Uno quidem modo in actu, idest ut totum cor hominis semper actualiter in Deum feratur, & ista est perfectio patriae. Alio modo, ut habitualiter totum cor hominis in Deum feratur, ita scilicet quod nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat; & hoc est perfectio viae, cui non contrariatur peccatum veniale, quia non tollit habitum caritatis, cum non tendat in oppositum dilectionis, sed solum impedit caritatis usum.* Quibus in verbis est veritatem caligine involvere, verba ex Auctoribus decerpsisse, quae cuicum facere illis sint apta, qui Auctores in fonte, ut dicitur, non legunt. D. Thomas in laudata questione tribus articulis ostendit actum caritatis cadere sub praecepto. *Art.* 4. non de actu, sed de modo actus sermonem habet: quaerit quippe, conveniente ne percipiatur amor Dei toto corde, decernitque congruum fuisse ut deliquaretur quaedam totalitas ..... *extra praeceptum de dilectione Dei:* dupliceque distinguit totalitatem: alteram patriae, quae semper actuali amore ardet: alteram viae, quae ob mortalis vitae imperfectionem perenni flammae splendere nequit, seu amare continenter, & actu Deum nequit. Ideo haec totalitas habitualis vocatur, seu propositum quoddam, animique promptitudo nihil in cor recipiendi quod Dei opponatur dilectioni. Nemulta: D. Thomas non duplicem hic amorem explicat, sed duplicem totalitatis modum: quorum unus patriae proprius est, alter viae. Quod ex *art.* 6. *ad* 2. obtrudit Simondus, nos cogit ut maiorem illi optemus fiducentatem. Quaerit in hoc articulo Angelicus, possitne divinum mandatum in via impleri. Respondet, perfecte impleri in patria, imperfecte tantum in via. Ad secundum ar-



gumentum respondet: *Qui in via hoc praeceptum non implet, nihil contra divinum dilectionem agens, non peccat mortaliter.* Demiis qui venialiter quandoque peccant, fermo hic est, ut ex ipso argumento constat. Quare si ex iis quae extrinsecus apparent, iudicium ferendum esset, immunis a fraude, aut omnia obtundentia non evaderet Simondus similia obtrudens. Non maiorem vim habent quae hic Auctor opponit ex *epistol.* xviii. *cap.* v. ubi Angelicus docet, omnia opera nostra in Deum actu, vel habitu referenda esse, quod omnes docemus. Neque illa distinctione significatur actum amoris non praecipi; sed modus amoris, quo opera nostra in Deum dirigimus, indicatur, ut supra dictum est. Quod tamen, ut antequeque cavillandi tollatur, dum cum D. Thoma dicimus, praecepto scilicet caritatis non duntaxat esse ad omnia in Deum referenda actu, vel habitu, tensus haud est quod alterum semper sufficiat; sed quandoque utget praeceptum ut omnia actu in Deum referamus; quandoque satis est animi praeparatio, & promptitudo, qua voluntas in habitu constituta est, seu in actu virtuali, quo paratus est omnia in Deum referre. Praeceptum quippe omnia in Deum referendi affirmans est, quod non pro semper obligat ad actum, neque solum ad habitum, ut optime explicat pluribus in locis Angelicus. Lege *quaest. disput. de caritate, art.* 11. ubi explicat verba Apostoli, *Sive manducatis, sive bibitis, omnia in gloriam Dei facite:* decernitque in eisdem praeceptum contineri. Porro subdit: *Praecepta legis sunt de actibus virtutum. Habitus autem non cadit sub praecepto. Non ergo PRAECEPTUM Apostoli intelligitur de habituali relatione ultimum actuum in Deum, sed de actuali.*

IX. Vera iam Catholicorum exponenda sententia est. *Actus interior caritatis ad vitam aeternam est necessarius ex necessitate quae medii, non praecepti.* Quoniam omnibus adultis necessitas aeternae cauferenda est, non modo ut hereditatem, sed rependenda etiam est ut merx debita illorum bonis operibus. Opera autem nostra, nisi fiducialem impetum habeant caritatis, valorem nullum habent, quo aeternae mercis aequitatem quoniam inquit Apostolus 1. Cor. xiii. *Si habuero omnem fidem ... & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas ... & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest:* ubi de actu, non de habitu, sermo est. Habitus necessarius est pueris cum solo baptismate decedentibus, quibus beatitas aeterna, ut hereditas debita filiis renascentis, reluceret. Adultis vero necessarius actus est, quo Deum diligant reapte, sibique applicent merita Iesu Christi, acquirantque, ut victores milites, coronam suis victoriis paratam.

X. Necessitas praecepti adeo frequens in Scripturis est, ut nihil eo contrat magis inculcatum; quod praeceptum speciale est, & peculiare interiorem actum amoris iubens, secus generale inclusum in aliis mandativis. Ex multis Scripturarum textibus pauci transcribuntur. Deuter. vi. vers. 4. & seq. *Audi Israel: Dominus Deus noster Dominus unus est. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Eruntque verba haec quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis; & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens & ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntque, & movebuntur inter oculos tuos: scribesque ea in limine, & ostiis domus tuae.* Quatuor Evangelistae eamdem voce hoc praeceptum tamquam primum, & maximum mandatum praedicant. Matthaeus cap. xxii. *Magister quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet, & Prophetae.* D. Ioannes cap. xiv. vers. 15. *Si diligitis me, mandata mea servate:* vers. 23. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit:* vers. 24. *Qui non diligit me, sermones meos non servat:* vers. 21. *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* Plures alios textus transmitto, solumque addo illum Apostoli Pauli 1. ad Cor. xvi. vers. 22. *Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maranatha.*

XI. D. Thomas 2. 2. *quaest.* xliv. pluribus articulis explicat hoc unum, maximumque mandatum quo actus supernaturalis dilectionis nobis praecipitur. Pluribus momentis evincit Angelicus hoc ipsi tale praeceptum. Caritas virtus specialis est. Praecepta autem danntur de actibus virtutum. Qua ergo ratione virtus caritatis

peculiaris est, eadem præceptum imperans illius actus speciale est. Accedit quod id cadit sub præceptum peculiare quod habet rationem debiti: actus autem caritatis habet rationem debiti: nam sine tali actu non possumus Deo uniri, quod est finis vitæ spiritualis. *Est autem* (inquit Angelicus artic. 1.) *aliquid debitum dupliciter: uno modo PER SE; alio modo propter aliud. Per se quidem debitum est in unoquoque negotio id quod est finis: quia habet rationem per se boni. Propter aliud autem est debitum id quod ordinatur ad finem .... Finis autem spiritualis vitæ est ut homo uniatur Deo, quod fit per caritatem; & ad hoc ordinantur sicut ad finem omnia quæ pertinent ad spiritualem vitam .... In quolibet autem genere id quod est per se, potius est eo quod est propter aliud: & ideo maximum præceptum est de caritate.* Plura alia afferre tum ex eodem articulo, tum ex sequentibus possem; sed nolo in re perspicua diutius immorari.

XII. Nonnulla ex aliis Patribus qui non tam præcepti peculiaris necessitatem (hanc enim certam manifestamque supponunt) quam perenne amoris illius exercitium suadent, delibabimus. Augustinus Lib. I. de Doctrin. christian. capit. XXII. *Hæc enim regula dilectionis definitus constituta est. Diliges*, inquit, *proximum tuum sicut te ipsum; Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam tuam, & omnem intellectum in illum conferas a quo habes ipsa quæ conferi. Cum autem ait*, Toto corde, tota anima, tota mente, *nullam vitæ nostræ partem reliquit quæ vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re velit frui; sed quidquid aliud diligendum venerit in animam, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Quisquis ergo recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere, ut etiam ipse toto corde, tota anima, tota mente diligat Deum. Si enim cum diligit tanquam seipsum, totam dilectionem sui, & illius refert ea illam dilectionem Dei, qui nullum a se rivalum duci extra patitur, cuius derivatione minuatur.*

XIII. Rursus hoc mandatum explicat Lib. I. de moribus Eccl. cap. XI. *Si igitur diligentibus Deum omnia proficiunt in bonum; & summum bonum, quod etiam optimum dicitur, non modo diligendum esse NEMO AMBIGIT, sed ita diligendum ut nihil amplius diligere debeamus; idque significatur, & exprimitur quod dictum est: Ex tota anima, & ex toto corde, & ex tota mente: quis, quæso, dubitaverit, his omnibus constitutis, & firmissime creditis, nihil nobis aliud esse optimum, ad quod adipiscendum, postpositis ceteris, festinare oporteat, quam Deum? Item si nulla res ab eius caritate nos separat; quid esse non solum melius, sed etiam certius hoc bono potest? Sed singula breviter attendamus. Nemo nos inde separat minando mortem: ipsum enim quo diligimus Deum, mori non potest, nisi dum non diligit Deum, quod nihil est aliud quam ei quidquam in diligendo, atque sequendo præponere. Nemo inde separat pollicendo vitam: nemo enim ab ipso fonte separat, pollicendo aquam &c.* Persequitur suo calamo textum Apostoli expicaces.

XIV D. Bernardus mellifluo suo eloquio melleum hoc mandatum explicat pluribus in locis. Sed primum omnium adducendus est textus quem opponit P. Antonius Sirmondus, quo evincere contendit, D. Bernardum docere Dei mandatum iubere amorem effectivum, secus amorem affectivum. *Est caritas* (inquit D. Bernard. ser. 1. in Cant.) *in actu: & est in affectu: & de illa quidem quæ operis est, puto datam esse legem hominibus, mandatumque formatum. Nam in affectu quis ita habeat ut mandatur? Ergo illa mandatur ad meritum, ista ad præmium.* Hic est textus quem Sirmondus obtrudit, ut suum commentum aliquo fuco deliniat. Nihil quippe in Patribus adeo perspicuum, exploratumque est quod non possit in pravum lentum usumque inflecti. Sed Bernardum seipsum interpretantem audiamus. Sic enim ibidem perlequitur. *Non dico ut sine affectione simus, & seclum moveamus manum ad opera: legi interdicta, quæ scribit Apostolus, magna, & gravia hominum mala, hoc quoque annumerata, scilicet sine affectione. Sed est affectio quam caro gignit, & est quam ratio regit, & est quam candit sapientia. Primam est quam Apostolus dicit legi Dei non esse subiectam, nec esse posse. Secundam quam prohibet ea regione legi Dei consentientem, quoniam bona est. Longe vero tertia ab utraque, quæ gustat, & sapit quoniam suavis est Dominus, primam eliminans, secundam remiserans. Nam prima quidem dulcis, sed turpis: secunda sicca, sed fortis: ultima pinguis, & suavis. Igitur per secundam opera fiunt, & in ipsa caritas; sed non illa affectualis, quæ sale sapientia condita pinguescens, magnam menti importat multitudinem dulcedinis Domini; sed quadam potius actualis, quæ etsi nondum dulci illa amore suaviter rescit, amorem tamen ipsius amoris vehementer accendit.*

XV. Eiusdem præcepti vim, & obligationem fuse explicat D. Bernardus *serm.* XX. in Cantica. *Disce, o Christiane, a Christo, quemadmodum diligas Christum. Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter: dulciter, ne illecti; prudenter, ne decepti; fortiter, ne oppressi ab amore Domini avertamur. Ne mundi gloria, seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi pro his sapientia Christi: ne seducaris spiritu mendacii, & erroris, lucescat tibi veritas Christi: ne aduersitatibus fatigeris, confortet te virtus Dei Christus. Zelum tuum inflammet caritas, informet scientia, firmet constantia. Sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus.... Et vide ne forte tria ista tibi & in lege tradita fuerint, dicente Deo: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Mihi videtur amor quidem cordis ad zelum pertinere affectionis; anima vero amor ad industriam, seu iudicium rationis; virtutis autem dilectio ad animi posse referri constantiam, vel vigorem. Diligo ergo Dominum Deum toto & pleno cordis affectu: diligo tota rationis vigilantia, & circumspectione: diligo & tota virtute, ut nec mori pro eius amore pertimescas, quibuam fortis est ut mors dilectio.*

XVI. Ex his quæ latius disputata sunt, colligas velim nitidam præcilamque divini mandati cognitionem. Mandatum ergo illud speciale est, & peculiare, quod iubet per se actum amoris. Falla proinde recentiorum opinio, qua propugnabant, mandatum illud generale esse in aliis præceptis imbibitum, istorumque obiervantia sola, absque alio peculiari actu impleri. Ipsum verbi *Diliges*, quo conceptum mandatum est, actum, non habitum quemdam inertem, ostoiumque prodit. Quare merito Augustinus *Lib. III. de Doct. christ. cap.* X. vocat *caritatem motum animi ad fruendum Deo propter se ipsum, & se, atque proximo propter Deum.* Id ipsum clarius exponit D. Thomas, ut vidimus supra, ubi ex eodem palam fecimus, non de habitibus, sed de actibus præcepta dari. Quid quod Evangelistæ ipli inane habitualis, inertisque amoris commentum reiecere, potissimum S. Ioannes *Epist. I. c.* III. iubens ut non voce, non verborum lenitu, sed *opere, & veritate diligamus?* Quæ aliorum præceptorum omnium exemplis confirmari veritas potest. Cum lex iubet aliena restituere, eleemosynas erogare, proximi errores corrigere, parentibus honorem exhibere, tributa Principibus pendere; nunquid habitum tantum, secus actum ipsum, præcipit? Quod si cetera omnia præcepta actibus implentur; qua fronte primum omnium mandatorum, quod est universæ legis finis, solum præcipere inertem habitum edocent? Verum cum hodie tam erroneam defendere opinionem non audeant, non est quod nos fulius illam infectemur. Satis ergo sit subiicere anathema quo illam confixit summus Pontifex Alexander VIII. anno 1690. *Bonitas obiectiva consistit in conuenientia obiecti, cum natura rationali; formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative. Homo homo non tenetur amare NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUÆ MORALIS.*



## CAPUT VI.

*Qualitas amoris quem præceptum imponit. Diffinctis amoris appretiativi, & intensivi a recentioribus Theologis in sensu minus recto accepta. Amor necessarius ad implendum præceptum, non solum appretiativus, sed & intensivus sit necessum est.*

I. SI recentiores quidam ipsum divinum mandatum de medio auferre perteutarunt, alii non pauci mandatum excipientes, eiusdem vim obligandi inta extenuarunt, ut in nihilum ferme redegerint. Ut iam vidimus supra, P. Tamburinus *Lib. II. cap. I. num.* 0. contendit, præceptum illud nullo tempore obligare, quod sit indeterminatum. *Nunquam præceptum aliquod* (inquit) *obligat, nisi sit determinatum: cum enim non possit ut indeterminatum exire in executionem, non confetur practice esse impletum.* Propterea fulius probat, hoc mandatum non præcipere *actum* amoris explicitum, & *per se*, sed solum iustificationis consequendæ causa. Illius verba supra *cap.* 13. dedimus. P. Antonius Sirmondus Tamburini Socius, postquam vanis distinctiunculis vim præcepti ad solam exteriorem præceptorum obiervantiam restrinxit, in examen vocat tempus quo Doctores catholici actum amoris præcipi docent. *Diligendi Dei* (inquit tract. II. sect. I. cap. II.) *præcepto homi-*

peculiaris est, eadem præceptum imperans illius actus speciale est. Accedit quod id cadit sub præceptum peculiare quod habet rationem debiti: actus autem caritatis habet rationem debiti: nam sine tali actu non possumus Deo uniri, quod est finis vitæ spiritualis. *Est autem* (inquit Angelicus artic. 1.) *aliquid debitum dupliciter: uno modo PER SE; alio modo propter aliud. Per se quidem debitum est in unoquoque negotio id quod est finis: quia habet rationem per se boni. Propter aliud autem est debitum id quod ordinatur ad finem .... Finis autem spiritualis vitæ est ut homo uniatur Deo, quod fit per caritatem; & ad hoc ordinantur sicut ad finem omnia quæ pertinent ad spiritualem vitam .... In quolibet autem genere id quod est per se, potius est eo quod est propter aliud: & ideo maximum præceptum est de caritate.* Plura alia afferre tum ex eodem articulo, tum ex sequentibus possem; sed nolo in re perspicua diutius immorari.

XII. Nonnulla ex aliis Patribus qui non tam præcepti peculiaris necessitatem (hanc enim certam manifestamque supponunt) quam perenne amoris illius exercitium suadent, delibabimus. Augustinus Lib. I. de Doctrin. christian. capit. XXII. *Hæc enim regula dilectionis definitus constituta est. Diliges*, inquit, *proximum tuum sicut te ipsum; Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam tuam, & omnem intellectum in illum conferas a quo habes ipsa quæ conferi. Cum autem ait*, Toto corde, tota anima, tota mente, *nullam vitæ nostræ partem reliquit quæ vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re velit frui; sed quidquid aliud diligendum venerit in animam, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Quisquis ergo recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere, ut etiam ipse toto corde, tota anima, tota mente diligat Deum. Si enim cum diligit tanquam seipsum, totam dilectionem sui, & illius refert ea illam dilectionem Dei, qui nullum a se rivalum duci extra patitur, cuius derivatione minuatur.*

XIII. Rursus hoc mandatum explicat Lib. I. de moribus Eccl. cap. XI. *Si igitur diligentibus Deum omnia proficiunt in bonum; & summum bonum, quod etiam optimum dicitur, non modo diligendum esse NEMO AMBIGIT, sed ita diligendum ut nihil amplius diligere debeamus; idque significatur, & exprimitur quod dictum est: Ex tota anima, & ex toto corde, & ex tota mente: quis, quæso, dubitaverit, his omnibus constitutis, & firmissime creditis, nihil nobis aliud esse optimum, ad quod adipiscendum, postpositis ceteris, festinare oporteat, quam Deum? Item si nulla res ab eius caritate nos separat; quid esse non solum melius, sed etiam certius hoc bono potest? Sed singula breviter attendamus. Nemo nos inde separat minando mortem: ipsum enim quo diligimus Deum, mori non potest, nisi dum non diligit Deum, quod nihil est aliud quam ei quidquam in diligendo, atque sequendo præponere. Nemo inde separat pollicendo vitam: nemo enim ab ipso fonte separat, pollicendo aquam &c.* Persequitur suo calamo textum Apostoli expicaces.

XIV D. Bernardus mellifluo suo eloquio melleum hoc mandatum explicat pluribus in locis. Sed primum omnium adducendus est textus quem opponit P. Antonius Sirmondus, quo evincere contendit, D. Bernardum docere Dei mandatum iubere amorem effectivum, secus amorem affectivum. *Est caritas* (inquit D. Bernard. ser. 1. in Cant.) *in actu: & est in affectu: & de illa quidem quæ operis est, puto datam esse legem hominibus, mandatumque formatum. Nam in affectu quis ita habeat ut mandatur? Ergo illa mandatur ad meritum, ista ad præmium.* Hic est textus quem Sirmondus obtrudit, ut suum commentum aliquo fuco deliniat. Nihil quippe in Patribus adeo perspicuum, exploratumque est quod non possit in pravum lentum usumque inflecti. Sed Bernardum seipsum interpretantem audiamus. Sic enim ibidem perlequitur. *Non dico ut sine affectione simus, & seclum moveamus manum ad opera: legi interdicta, quæ scribit Apostolus, magna, & gravia hominum mala, hoc quoque annumerata, scilicet sine affectione. Sed est affectio quam caro gignit, & est quam ratio regit, & est quam candit sapientia. Primam est quam Apostolus dicit legi Dei non esse subiectam, nec esse posse. Secundam quam prohibet ea regione legi Dei consentientem, quoniam bona est. Longe vero tertia ab utraque, quæ gustat, & sapit quoniam suavis est Dominus, primam eliminans, secundam remiserans. Nam prima quidem dulcis, sed turpis: secunda sicca, sed fortis: ultima pinguis, & suavis. Igitur per secundam opera fiunt, & in ipsa caritas; sed non illa affectualis, quæ sale sapientia condita pinguescens, magnam menti importat multitudinem dulcedinis Domini; sed quadam potius actualis, quæ etsi nondum dulci illa amore suaviter rescit, amorem tamen ipsius amoris vehementer accendit.*

XV. Eiusdem præcepti vim, & obligationem fuse explicat D. Bernardus *serm.* XX. in Cantica. *Disce, o Christiane, a Christo, quemadmodum diligas Christum. Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter: dulciter, ne illecti; prudenter, ne decepti; fortiter, ne oppressi ab amore Domini avertamur. Ne mundi gloria, seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi pro his sapientia Christi: ne seducaris spiritu mendacii, & erroris, lucescat tibi veritas Christi: ne aduersitatibus fatigeris, confortet te virtus Dei Christus. Zelum tuum inflammet caritas, informet scientia, firmet constantia. Sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus.... Et vide ne forte tria ista tibi & in lege tradita fuerint, dicente Deo: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Mihi videtur amor quidem cordis ad zelum pertinere affectionis; anima vero amor ad industriam, seu iudicium rationis; virtutis autem dilectio ad animi posse referri constantiam, vel vigorem. Diligo ergo Dominum Deum toto & pleno cordis affectu: diligo tota rationis vigilantia, & circumspectione: diligo & tota virtute, ut nec mori pro eius amore pertimescas, quibuam fortis est ut mors dilectio.*

XVI. Ex his quæ latius disputata sunt, colligas velim nitidam præcilamque divini mandati cognitionem. Mandatum ergo illud speciale est, & peculiare, quod iubet per se actum amoris. Falla proinde recentiorum opinio, qua propugnabant, mandatum illud generale esse in aliis præceptis imbibitum, istorumque obiervantia sola, absque alio peculiari actu impleri. Ipsum verbi *Diliges*, quo conceptum mandatum est, actum, non habitum quemdam inertem, ostoiumque prodit. Quare merito Augustinus *Lib. III. de Doct. christ. cap.* X. vocat *caritatem motum animi ad fruendum Deo propter se ipsum, & se, atque proximo propter Deum.* Id ipsum clarius exponit D. Thomas, ut vidimus supra, ubi ex eodem palam fecimus, non de habitibus, sed de actibus præcepta dari. Quid quod Evangelistæ ipli inane habitualis, inertisque amoris commentum reiecere, potissimum S. Ioannes *Epist. I. c.* III. iubens ut non voce, non verborum lenitu, sed *opere, & veritate diligamus?* Quæ aliorum præceptorum omnium exemplis confirmari veritas potest. Cum lex iubet aliena restituere, eleemosynas erogare, proximi errores corrigere, parentibus honorem exhibere, tributa Principibus pendere; nunquid habitum tantum, secus actum ipsum, præcipit? Quod si cetera omnia præcepta actibus implentur; qua fronte primum omnium mandatorum, quod est universæ legis finis, solum præcipere inertem habitum edocent? Verum cum hodie tam erroneam defendere opinionem non audeant, non est quod nos fulius illam infectemur. Satis ergo sit subiicere anathema quo illam confixit summus Pontifex Alexander VIII. anno 1690. *Bonitas obiectiva consistit in conuenientia obiecti, cum natura rationali; formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative. Homo homo non tenetur amare NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUÆ MORALIS.*



## CAPUT VI.

*Qualitas amoris quem præceptum imponit. Diffinctis amoris appretiativi, & intensivi a recentioribus Theologis in sensu minus recto accepta. Amor necessarius ad implendum præceptum, non solum appretiativus, sed & intensivus sit necessum est.*

I. SI recentiores quidam ipsum divinum mandatum de medio auferre perteutarunt, alii non pauci mandatum excipientes, eiusdem vim obligandi inta extenuarunt, ut in nihilum ferme redegerint. Ut iam vidimus supra, P. Tamburinus *Lib. II. cap. I. num.* 0. contendit, præceptum illud nullo tempore obligare, quod sit indeterminatum. *Nunquam præceptum aliquod* (inquit) *obligat, nisi sit determinatum: cum enim non possit ut indeterminatum exire in executionem, non confetur practice esse impletum.* Propterea fulius probat, hoc mandatum non præcipere *actum* amoris explicitum, & *per se*, sed solum iustificationis consequendæ causa. Illius verba supra *cap.* 13. dedimus. P. Antonius Sirmondus Tamburini Socius, postquam vanis distinctiunculis vim præcepti ad solam exteriorem præceptorum obiervantiam restrinxit, in examen vocat tempus quo Doctores catholici actum amoris præcipi docent. *Diligendi Dei* (inquit tract. II. sect. I. cap. II.) *præcepto homi-*

*hominem obligeri affirmat S. Thomas statim ab usu rationis. Fiat tam cito? Sectus singulis dominicis. Unde petitum? Alii, cum urget tentatio. Reste, si non esses alia via fugiendæ tentationis. Sotus post acceptum beneficium. Grati quidem animi illud indicium est. Quidam in articulo mortis. Nimis serum est. Ne quidem, quoties recipitur aliquod sacramentum, eam obligationem urgere incipimus. Sufficit enim attritio cum confessione, si commode fieri possit. Aliqui semper teneri urget Suarez. At quo? Eno indicio noscitur. Ipse noscet. At quod ille referunt, quis sciat, noscit.* Plura tum dedimus, tum ex hoc Auctore, qui docet Deum non tam præcipere amorem, etiam odium verare; lenibitque pag. 22. *Non parum esset, si semel in vita uno amoris actu fungeremur, atque hoc plus foret quam quod in rigore præcipitur.* Doctrina Sirmondi satis cohæret doctrinæ Tamburini.

II. Alii Theologi & præceptum, & vim præcepti admittentes, amoris a præcepto impositi qualitatem in examen vocarunt. Disputant, sit ne naturalis, an supernaturalis, appretiativus, vel intensivus amor quem maximum præcipit. Hæc omnia sequentibus quæstionibus expendam.

III. Quæst. I. *Præceptum diligendi Deum subet ne amorem supernaturalem, an naturalem?* Resp. Non una est Theologorum sententia. Valentia 2. 2. *disp.* 111. *q.* 111. *punc.* 1. P. Thomas Sanchez *Lib. II. in Decal. cap.* XXXV. *n.* 4. docent, mandatum hoc ablolute præcipere amorem supernaturalem; in quibusdam tamen casibus amorem solum naturalem. P. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* 1. *punct.* 3. *n.* 2. contendit, mandatum illud nec supernaturalem, nec naturalem amorem præcipere; sed *solum* (inquit) *ut ames Deum super omnia eo esse infinitum bonitatem, quantum cum Dei gratia possis. Ratio est manifesta, quia ex tua potestate solum non est Deum amore supernaturali potius quam naturali prosequi* &c. Hæc opinio mihi videtur falsa. Nam certum est præceptum illud amorem explicitum directe præcipere. Ergo aut naturalem, aut supernaturalem. Nec enim medius reperitur amor. Quapropter absolute respondeo, divinum mandatum amorem supernaturalem præcipere. Amat quippe naturalis a lege ipsius naturæ imperatur. Lex autem evangelica lex gratiæ est. Virtutes theologales, virtutes sunt divinæ supernaturales. Ergo quemadmodum præcepta fidei, & spei actus jubent supernaturales; sic potiori iure præceptum caritatis, quod omnium maximum est, ad actus amoris supernaturalis obligat. Jubemur amare Deum ut ultimum finem, fide divina propositum, & summum bonum in triplo. Sed Deus ultimus finis, & infinite bonus in se, nobisque fide divina manifestatus tamquam gratuitus, denique omnium largitor, auctor est supernaturalis. Igitur amore supernaturali a nobis est diligendus. Et hæc sententia communis est.

IV. Quæst. II. *Diligendus ne Deus ut præcepti super omnia non solum appretiative, sed etiam intensive?* Resp. Amore quem Theologi *appretiativum* vocant, Deum prosequimur, cum Deum omnibus rebus præferimus, & anteponimus; cum tali amore illaqueantes parati sumus omnia mala perferre, & bona omnia amittere, ne Deum offendamus. Amor quem *intensivum* appellamus, supra præfatum amorem appretiativum, addit fervorem vehementiorem, conatum intensiorem, & insensibilem quasi teneritudinem. De hoc iterum infra *num.* 6. In præsentia communis exponitur Theologorum sententia; quæ est, nos vi præcepti diligere debere Deum amore appretiativo, minime vero amore intensivo. Res manifesta est, inquiunt. Nam ille amor nobis præcipitur qui efficere est ad observanda alia præcepta, & ad præferendum Deum omnibus creaturis. Sed amor appretiativus reapse antepone Deum omnibus creaturis, servare facit omnia præcepta, omnemque Dei offensam vitare: immo tantum nobis amor ille fortitudinis inicit, ut aptos nos reddat ad omnia luctuosa mala, ne a Deo separemur. Idque confirmatur ex eo quod amor intensivus sub præceptum cadere non potest. Nam amor ille præcipi nequit in ultimo gradu intensionis; alioquin omnes amores essent æquales: & qui impleret præceptum amandi Deum, æquaret amorem B. Virginis, ac ipsius Jesu Christi. Nullus delegari gradus valet illius intensionis quæ vi præcepti debeatur. Intensio major, aut minor amoris erpe est conditione temperamenti amantis hominis proficiscitur: easque solemus intensius amare quæ sensibus nostris propinquiora sunt. Sic filius amittens patrem, sponsa destituta sponso intensius dolet de iactura, & vehementius amat unionem sui sponsi quam doleat de amissione Dei, vel amet eiusdem communionem. Ceterum reipsa, si comparatio fieret, & filius, & sponsa magis æstimarent Deum,



Deum quam patrem, & sponsum, & parati essent perdere utrumque, ne Deum perderent. Hæc quoque sententia communis est penes Theologos. Contraria opinio de amore intensivo attribuitur Scoto *in III. dist.* XXVII. *q. unic. §. de primo dico.* Proeadem P. Sanchez citat etiam P. Petrum Soto *de Instf. Sacerd. lect.* v. *de institf.* At in tota illa lectione nec verbum habet hæc de re, sed *lectione* xv. *de panit.* hanc veriat quæstionem, de qua iam iam.

V. Obiicies. Divinum mandatum iubet amare Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex tota fortitudine. Ergo non solum appretiative, sed etiam intensive amandus est. Resp. D. Thomas 2. 2. *q.* xliv. duobus articulis, nempe 4. & 5. explicat illum præcepti particulam, docetque illis significari Deum diligendum esse tamquam ultimum finem. Porro non potest ut finis ultimus diligi, nisi omnia illi subiiciantur. Eo ipso ergo quod Deum amamus ut ultimum finem, omnia illi supponimus, & omnibus creatis bonis illum anteponimus. Propterea ex toto corde, ex tota anima illum amamus; quia nullum bonum in corde nostro occupat locum non subiectum Deo; sed omnia bona quæ præter Deum amamus, Deo subordinata tunt; immo omnia, & quæcumque bona retinere parati sumus, ne Deus abscedat a corde nostro. Si para cupis, consule D. Thomam *loc. cit.*

VI. Quæst. III. *An peccatum sit patrem, ex matrem diligere plusquam Deum?* Resp. Hanc quæstionem proponit Leander *tract.* IV. *disp.* 11. *q.* IV. *de caritat.* & ante ipsum propoluerat illam Castropalaus *loc. cit.* & respondent certum esse non peccare eum qui intensiori, & ferventiori amore sensibili pium patrem, & matrem quam Deum amat. Christus vero Dominus ait Matth. x. vers. 27. *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus.*

VII. Ut perspicua exhibeatur responsio, revocanda est in memoriam distinctio illa triplicis amoris quo Deum diligimus: *objectivus*, dum plus boni ei volumus quam ceteris omnibus; *appretiativus*, cum illum ceteris præferimus; *intensivus*, dum maiori conatu illum prosequimur. Licet uti amores, maxime *appretiativus*, & *intensivus*, familiares Theologis sint, ut modo dictum est; non apud omnes tamen perspicuæ notiones occurrunt. P. Petrus Soto Theologus vere doctus, qui in Scriptura, Patribus, Canonibusque apprime versatus, *Lib. de Institf. Sacerd. de sacrament. panit. lect.* XV. hæc scribit: *Distinctio illa appretiativus ab intensivus vetus est, nihil aliud habens quam nominis nisi quod ulterius illa perfunctorie ingeneratus hominibus securitas quædam, & tepiditas, quod valde timendum est.* Ad novitatem quod attinet distinctionis, non est disputatio instituenda: constat enim illum de eadem apud antiquos silentium extitisse. Quod autem nihil significatus præter nomina habeat, non videtur absolute verum; quamquam diversitas significationis non sit omnibus explorata, & pervia. Quidquid igitur sit de novitate, & significatu distinctionis amoris appretiativi, & intensivi; illud enucleare est explicandum, quod mensuram amoris quem præceptum iubet, palam facit. Quod ut præstemus, faciliora primum declaranda sunt. Itaque certum, & tamquam extra controversiam positum constituo, non præcipi a mandato fervorem, seu quam vocant intensionem amoris; si hæc intensio eo in sensu accipiatur in quo eam communiter accipiunt Theologi. Proprie enim, & præcise amor intensivus præfert quamdam sensibilem teneritudinem, fervoremque sensibilem ipsos demulcentem, atque commoventem. Nonne sæpius plus non delectat hominem colloquium quam Deum precibus alloqui? Et tamen plus certe Deum quam hominem amamus. Nonne frequentissime sensibilius ardet amor erga amicum, erga sponsam, quam in Deum ipsum? Et tamen si comparatio fieret, Deum amico, sponsæ, & ceteris præferremus, ut supra iam dictum est. Et profecto si amoris teneri, & sensibilis gradus aliquis sub præcepto caderet, gradus ille vel esset determinatus, aut iecus. Si non sit definitus, ergo ad implendam legem minime pertinet. Si sit definitus, ostendendus ergo est, & declarandus. Ut autem ea quæ dictum sum, facilius teneas, duplex est diligenda appretiatio; altera in sola intellectus speculativi cognitione sita; altera intellectus practici, quæ affectum voluntatis comunctum habet. Hæc Deum amore prosequitur propter legitimam diligendi rationem, in eoque sibi complacet. Verum mens humana propter amoris defuta præligitis, fæpe iactat te Deum præ omnibus appretiare, quæ tamen appretiatio solius est intellectus speculativi, sterilis nempe, & vacua: aut, si quid ei amoris inest, æquo imperfectior est, ut patet in caritate quæ est iustificante minor.

VIII.

VIII. Ad propositam itaque quæstionem respondeo, procul dubio peccare qui ferventiori, & intensiori amore patrem, matremque præ ipso Deo prosequitur. Addo, præfatam appretiationem teiungi haud posse ab aliqua rationalis amoris intensione. Latius intensio quam appretiatio patet. Hæc bonitatem per intellectum appretiantem propositam consequitur; illa amori ineft perfectioris boni: & præterea ex clariori notitia, acriori attentione, meditatione profundiori, & ex aliis capitibus oriri valet. Hunc caritatis amorem appretiativum quo præeligitur, & præfertur Deus ceteris omnibus bonis, includere intensionem aliquam ipsa prælationis natura offendit. Hanc doctrinam ita veram reputat laudatus *Petrus Soto*, ut subdat loc. cit. *Quod igitur dicunt, non reperiri in Scriptura præceptum de intensione aliqua, vel conatu, certe non putamus dici posse absque errore. Quid significat* Convertimini ad me in toto corde vestro? *Nos itaque omni diligenti, omni invocanti Deum, omnique se convertenti ad ipsum, sed eis qui ex corde perfecte hæc agunt, promittitur gratia, & exauditio, &c. Nec aliud sentire potest sine magno errore.* Prope est, *inquit Psalmus*, Dominus invocantibus eum in veritate. *Nec aliud quod afferunt, multum interest, quod scilicet quocumque conatu a Deo recedatur . . . Quia, cum unusquisque ex singulis constet defectibus, non minimi si facilius fiat.* Hoc idem docet P. Dominicus Bannez 2. 2. *quæst.* XXVI. *art.* 2. ubi hæc habet. *Teneo ego quod . . . non distinguuntur respectu Dei, & quantum est ex parte caritatis, diligere intensive, & est ex parte caritatis, diligere intensive, & appretiative; sed tantum appretiative diligitur Deus, quantum intensive. Nec sanctus Thomas etiam quantitatem, vel augmentum tribuit caritati nisi intensionis. Ergo augmentum, quod appretiative consideratur, non est distinctum.* Verum audiamus ipsum sanctum Thomam 2. 2. *quæst.* XXVI. *art.* 6. & 7. ubi illorum oppugnat sententiam qui æquali amore diligendos proximos docent. *Oportet* (inquit art. 6.) *quod etiam inclinatio gratiæ, quæ est affectus caritatis, proportionetur his quæ sunt exterius agenda; ita scilicet ut ad eos intensiorem caritatis affectum habeamus quibus convenit nos magis benefices esse. Et idem dicendum est, quod etiam secundum affectum oportet magis unum proximum quam alium diligere.* Rursus *artic.* 7. varias dilectionis species distinguens, docet, intensionem affectus delumendam esse ex parte illius qui amat. *Intensio*, inquit, *dilectionis est attendenda per comparationem ad ipsum hominem qui diligit, & secundum hoc illos qui sunt propinquiores, intensiori affectu diligit homo.* Hanc doctrinam nedum Patres, verum graviores etiam Theologi docent, quos brevitatis studio recensere omisto. Si intensiori affectu diligimus homines nobis propinquiores meliorelque; non erit Deus ferventiori affectu diligendus? Hinc constat naturam ipsam appretiationis, seu prælectionis, & prælationis practicæ, qua Deus omnibus reipla præfertur, imbibere quamdam intensionem, quæ pertinet ad ipsam caritatis substantiam abinitio in quocumque statu inspectam. Et ad hoc quod attinet, dixi, & dicam infra, dissidium inter Theologos esse de solo nomine: quoniam cum admittunt primum, admittant & alterum necessum est. Ceterum, si ultra pergamus, & caritatem ipsam consideremus ex parte hominis, qui in hoc lapsæ naturæ statu continuo conflictu diligit certando, ut docet sanctus Thomas; tunc non de nomine, sed de re dissidium est, & quidem non leve. Homines creaturarum amore ardent: propriis appetitionibus abripiuntur erga divitias, libidines, dignitates, & cetera mundi oblectamenta. Quis inficiari iure valet, intensione, conatu, & sæpe vehementi opus esse ut his omnibus reipla Deus præferatur? Huc pertinent tot divinarum Scripturarum testimonia: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*: Matth. XI. Violentia hæc fervorem conatumque prodit. Rursus: *Contendite intrare, quia multi quærent* &c. Tandem: *Diliges ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota fortitudine tua.* Quæ omnia intensionem, & invictam divini amoris fortitudinem declarant, & inculcant. Illud verum habet, nos gradus & mensuram istius fervoris, sive is ad perfectionem, quæ limites non habet, sive ad substantiam caritatis attineat, sermone exprimere non posse. Ex effectibus dumtaxat colligere eiusdem intensionem possumus cum Apostolo Paulo inquiente I. Corinth. XIII. *Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Et de se ait: *Caritas Christi urget nos*: II. Corinth. V. Semper tamen præ oculis habenda distinctio est amoris sensibilis, & rationalis, seu voluntatis, ut quælibet evitetur deceptio. Plurium recentiorum doctrina minus apte explicata legnitiem, & reporem Deo insumopere invisum fovet. Itaque amor quo Deum diligimus, adeo efficax, fortis, & potens sit opor-



oportet, ut abrumpere amoris vincula quibus devincimur amicis, & parentibus, valeat; quoties amicorum, parentumque amor aut divini amoris flammam extingueret, aut divinum amorem impediret. Dicas nunc velim, qua fortitudine, qua intensione instructus sit necessum est amor ille divinus, qui inclinationes nostras validissimas cohibere, sensibilis amoris impetum violentissimum frenare debet? Præstare no effectus istos amor valet, nisi sit vehemens, fervidus, atque ita fortis, ut cum hoste contendere, manus conserere, atque in servitutem redigere valeat?

IX. Objicies. Quæ hactenus dicta sunt, partim confusionem produnt, partim scrupulis animas torquent, & anxia sollicitudine cruciant. Confusionem ingerunt: quoniam fervorem, & intensionem amoris non requiramus ad obtemperiam præcepti; & si haud diximus hunc fervorem, intensionemque necessarium esse. Scrupulis etiam, & anxietate animum replent, quod gradus istius fervoris, & intensionis incertus, & incognitus nobis sit. Accedit quod etiamsi istius amoris fervorem, & flammam quamdam experiamur; non ideireo nobis constat fervorem istum satis esse ad caritatis quæ nobis præcipitur, substantiam, seu mandatum implendum. Explodenda ergo est doctrina illhæc.

X. Respondeo, nec confusionem ingerere quæ docuimus, nec animas scrupulis conshere. Quippe certum est caritatis fervorem augeri, & remitti, ut omnes docent Theologi; quin habitus ipse caritatis augetur actuum repetitione, & intensior evadit. Istius augmenti, & intentionis indolem, modumque quo fit, non vacat in præsens explicare. Theologi scholastici aeres prolixasque disputationes hoc de argumento habent, atque metaphysicis subtilitatibus rem magnopere involvunt. Nos hæc nulla facimus, & ut perspicuam argumento nobis oppolito exhibeamus responsionem, triplicem distinguimus caritatis gradum cum D. Augustino *tract. v. in Epist. Joan.* ubi hæc habet: *Perfecta ergo caritas hæc est: si quis tantum habuerit caritatem, ut paratus sit pro fratribus etiam mori, perfecta est in illo caritas. Sed numquid nunc ut nascitur, tam iam perfecta est? Ut proficiatur nascitur; cum fuerit nutrita, roboratur; cum fuerit roborata, perficitur. Cum ad perfectionem venerit, quid dicit? Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Optabam dissolvi, & esse cum Christo.* Hanc Augustini doctrinam D. Thomas excipit, eamque 2. 2. *quæst.* XXIV. *art.* 9. explicat, trelque indicatos status vocat incipientium, proficientium, & perfectorum: seu primus caritatis status, vel gradus appellatur *incipiens*, secundus *proficiens*, tertius *perfectus*. *Caritas, cum fuerit nata* (inquit in argumento *Sed contra*) *nutritur; quod pertinet ad incipientes: cum fuerit nutrita, roboratur: quod pertinet ad proficientes: cum fuerit roborata, perficitur: quod pertinet ad perfectos. Ergo est triplex gradus caritatis.* Hos tres gradus clarius explicat in ipsius articuli corpore, ubi illos comparat corporeo hominis incremento, in quo infantilis ætas a pubertate distinguitur, hæc a virilitate. Similiter in divina caritatis vita distinguit infantiæ statum, seu caritatem incipientem. Hæc autem incipiens caritas hominem Deo subjicit, illius concupiscentias subigit, cupiditates coercet, peccata omnia insectatur, legem implet, & omnia cælestis amoris impedimenta removet. Caritas proficiens altius assurgit, flammas sursum extollit, grandia conatur, tota in pietatis studia, ac virtutum exercitia incumbit: non modo legem servare exacte studet, sed etiam consilia evangelicæ perfectionis exequi contendit. Perfecta demum caritas uni Deo adhæret, illoque fruitur. Neque hinc inferas incipientem caritatem nos Deo non unire. Unit enim & illhæc, at quodam vinculo, aureo utique, sed inferioris notæ. Quippe caritas hæc cum geniis bellicerat: illius officium est peccatorum radices pro viribi parte convellere, aut amputare, hostibus dulce amicitiæ fœdus cum Deo initum, abrumpere conantibus fortiter resistere, atque in præceptorum omnium observatione sese fideliter exercere. Hoc est veluti munus & officium caritatis incipientis. Porro quemadmodum arbores præcilis inferioribus ramis expeditius adolescunt, & surlum ascendunt; sic caritas, subacta concupiscentia, devictis hostibus, revulsis e viridario vepribus, & spinis, tota in excolenda vinea occuparur. Plantas irrigat, ut dulcissimos fructus pariant, seavemque virtutum odorem emittant. Terram madefacit, quo uberem messem producat, toraque fecunda evadat, omni pulla sterilitate. Nonne & ipli victores, devicto hoste, eo curas suas conferunt, ut proprium statum excolant, mercimonia, negotiationes, thesauros, divitiasque in eumdem inducant? Advertit tamen Angelicus, quod caritas proficiens, quemadmodum ædificatores Ierusalem, altera manu debeat virtutum officia peragere, sanctitatis ædificium indefesse altius erigere, atque bonorum operum coro-

nam

nam margaritis exornare ; altera vero manu gladium stringere, excubiasque agere adversus inimicorum insidias, atque rebellantes concupiscentiæ fraudes. Divinum plane fuit Neemiæ consilium, quo suis militibus præcepit ut una manu muros Ierusalem instaurarent ; ar simul ne inermes inveniretur ab hostibus, altera manu gladium tenerent. Eadem ratione caritas ut incipiens, & quasi belligerans, pulsis hostibus, edomitaque appetitionum intestina rebellione, animæ christianæ dominium assequitur, & in eadem tamquam domina residet. Verum, ut imperium bello partum diutius consistat, non modo civitatem ornari oportet, sed etiam omnibus nervis, totisque lacertis laborandum est, ne umquam impositerum aditum sibi ad ingressum hostis aperiat, & vel minimam concupiscentiæ scintillam accendat. Quæ si præstita omnia fuerint, caritas tum secura quiescit, deliciis cum sponso suo diffluit, illum expansis cordis brachiis complectitur, & eidem totis præcordiorum affectibus agglutinata, intimeque coniuncta, dulcissimos tenerrimæ amicitiæ fructus degustat.

XI. Placuit paulo fusius hos tres caritatis gradus explicare, ut viam planiorem aperirem qua directe occurretem argumento obiecto. Primum ergo caritatis gradum necessarium esse diximus ad legem implendam. Hæc autem doctrina nec scrupulis animam, nec confusione mentem repiet. Amor itaque in Deum, ut impleat mensuram definitam a præcepto, tantæ efficacitatis, fervorisque tanti sit sas est, ut officio caritatis incipientis defungi valeat, videlicet præcepta legis servare, animum a creaturarum inanissimo amore seiungere, & ea omnia quæ in Dei gloriam referri nequeunt, respuere. Si hunc amoris gradum recta via spectare non vales, oculos in virtutum opera converte : meditare, quam sis in legis observantia exactus, in hostibus animæ tuæ comprimendis fortis, & ex fructibus reconditum ardere in corde tuo ignem cælestem comperies. Audiamus quæso Augustinum, qui laudato *tract. v. in Ioann. prope finem* nos edocet viam qua perveniamus ad caritatis incipientis cognitionem, simulque instruit, armatque ad conservationem, ut nata in nobis proficiat, & proficiens perfecta evadat. *Sed interrogatis vos, & dicitis nobis : Quomodo possum habere ipsam caritatem ? Noli cito de te desperare. Forte nata est, sed nondum perfecta est : nutri eam, ne effocetur. Sed dicturus es mihi : Et unde nosse ? Quomodo enim perficiatur, audiamus : unde incipiat audiamus.* Iuvat paullulum intercipere textum D. Augustini, ut unum alterumque textum Evangelistæ Ioannis efferam ex illa ipsa Epistola quam Augustinus hic interpretatur. Scribit ergo D. Ioannes Epist. I. cap. v. vers. 2. *In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc est enim caritas Dei, ut mandata eius custodiamus.* Et *cap.* III. eiusdem Epistolæ docet nos Dei caritatem erga nos agnoscere in Filio quem pro nostra salute cruci affixit. Igitur & nostram in Deum caritatem ex sacrificio quod eidem immolamus, cognoscere debemus. *In hoc cognovimus* (inquit Ioannes) *caritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit : & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Gradum ergo caritatis nostræ ex operibus nostris, ex mandatorum observantia, & proximorum indigentium levamine colligimus. Suum ergo sermonem resumit Augustinus, textum sancti Ioannis ob oculos ponens. *Sequitur, & dicit :* Qui autem habuerit facultates mundi, & viderit fratrem suum egentem, & claluerit viscera sua ab eo, quomodo poterit dilectio Dei manere in eo ? *Ecce unde incipit caritas. Si nondum es idoneus mori pro fratre, iam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Iam percutiat viscera tua caritas, ut non de iactantia faciat, sed de intimo adipe misericordiæ, ut consideres illum in egestate positum.* D. Thomas signum, unde caritatem in nobis ardere arguere debemus, assignat 2. 2. *quæst.* CXXXII. *art.* 2. *ad* 1. his verbis : *Augmentum meriti respectu præmii essentialis consistit principaliter in caritate, cuius quoddam signum est labor exterior toleratus propter Christum. Sed multo expressius signum est, quod aliquis, prætermissis omnibus quæ ad hanc vitam pertinent, soli divinæ contemplationi vacare delectetur.* D. quoque Gregorius hom. XXX. in Evang. *Ad vosmetipsos introrsus redite : si Deum vere amatis, exquirite. Nec tamen sibi aliquis credat, quidquid sibi animus sine operis attestatione responderit. De dilectione Conditoris lingua, mens, & vita requiratur.*

XII. Ex his quæ aliquantulum latius disputata sunt, colliges, distinctionem amoris appretiativi, & intensivi minus apte applicari amoti quo Deum diligere debemus. Ea parte qua amorem appretiativum recentiores constituunt, in prælatione super omnes creaturas, optime discurrunt, sed abludunt a vero, dum asserunt hanc haberi prælationem posse sine fervore, & intensione ipsius amoris. Quoniam, ut Deum iis omnibus anteponamus quæ nobis carissima sunt, & summopere delectabilia, magnus requiritur conatus, fortisque animi intensio. Quid quod amor ille, ut respondeat obligationi ipsius præcepti, debet talem animi promptitudinem in nobis constituere, ut parati simus ad quæcumque mala perferenda, mortemque ipsam oppetendam, potius quam violare vel minimum præceptum legis ? Et gradus iste fervoris necessarius est ad hoc ut amor sit iuxta mensuram quam mandatum præscribit. Si vel minimum amor ille ab hac mensura decidit, non sufficit ad substantialem observantiam præcepti. Et hæc doctrina nec singularis, nec rigida est ; sed ab omnibus approbari Theologis debet. Quapropter distinctio amoris appretiativi, & intensivi, quatenus excludit fervorem, & intensionem ab amore necessario ad præcepti observantiam, iure, ac merito reiicitur a P. Petro Soto, ut inanis, & sterilis, quæ teporem, & ignaviam fovere apta est ; atque securitatem periculorum plenam inducit. Fervor, & intensio, quæ ultra præceptorum observantiam animum impellit ad opera consilii, ad sublimioris perfectionis viam percurrendam, aut quæ in mutuis amicorum amplexibus delicias tuas constituit, non cadit sub præceptum ; sed ad caritatem artiuet proficientem, & perfectam. Ex his quæ hactenus latius quam oportebat disputavimus, colligas velim, dissidium quod inter Theologos super hac distinctione ardet, de nomine potius quam de re esse. Nam notio amoris appretiativi penes omnes eadem est. Quippe omnes fatentur per hunc amorem præferendum esse Deum omnibus creaturis, quamtumvis nobis carissimis, servanda illius mandata omnia, frenandas, & supponendas appetitiones nostras sue legis observationi. Porro amor hac efficacitate instructus, fervens, & intensus sit necesse est. Itaque cum omnes Theologi conveniant in notione quam dedimus appretiativi amoris ; conveniant quoque fas est in hoc quod amor quo divinum implemus mandatum, esse debeat fervens, & intensus : quippe appretiativus esse nequit, nisi simul sit fervens, & intensus in sensu a nobis explicato. Dum ergo recentiores Theologi docent hominem non teneri ad amorem ferventiorem, & intensivum, excludunt intensionem, & fervorem aut sensibilem, aut qui ad perfectiorem caritatem pertinet ; secus fervorem cum hostibus belligerantem, & illorum molimina propulsantem. In statu enim naturæ lapsæ amor appretiativus qui excludat omnem conatum, & fervorem erga Deum, reperiri nequit. Dissidium ergo de nomine, secus de re est.



XIII. Quæst. IV. *Peccat ne mortaliter contra hoc præceptum qui deliberate desiderat in hoc mundo perpetuo vitam degere ?* Resp. Affirmant, nulla adiecta distinctione, Thomas Sanchez *Lib. II. in Decal. cap.* XXXV. *num. ultim.* & apud hunc Navarrus in *Man. cap.* XI. *num.* 20. Hadrianus IV. *de conf. quæst.* IV. Bartholomæus de Ledesma *in Sum. faculam. dub.* XII. Rodriquez *Tom. I. Sum. cap.* XI. Idipsum docet Bonacina *disput. I. quæst.* IV. *punct.* I. Fagundez *Lib. I. in Decalog. cap.* XXVII. *num.* 12. eam tamen limitaverat *num.* 5. Ratio istius sententiæ est, quia qui deliberato animo istius vitæ perpetuitatem desiderat, hanc vitam præponit æternæ beatitudini : quæ sane præpositera prælatio culpa gravi vacare nequit. Longam autem vitam cupere licitum esse subdunt citati Auctores.

XIV. P. Castropalatus oppositam defendit sententiam, & ante ipsum Fagundez ; quamvis, ut indicavi, priorem tandem amplexus est opinionem. Ratio Castropalati est, quod ex desiderio perpetuo vivendi in hoc mundo, non infertur prælatio vitæ huius deliciis æternæ vitæ ; alioquin etiam ex desiderio longioris vitæ inferri posset te istius vitæ voluptatibus postponere æternam beatitudinem, & consequenter peccare mortaliter. Gravis siquidem culpa est vel momentum anteferre Dei fruitioni præsentis vitæ usuram. Quare dum vitam sine termino ducere aves, solum desiderare videris hac vita non privari. Hoc autem suapte natura malum non est, sed potius bonum. Accedit quod ignores, salvandus ne an damnandus sis post hanc vitam. Ergo cum vitæ huius perpetuitatem desideres, id cupis, ut periculum evadas damnationis. Sed huius periculi fuga culpam non includit. Ergo desiderium absolutum perpetuo degendi in hoc mundo, non est peccatum mortale.

XV. Hoc Castropalai ratiocinium, tametsi prima fronte speciosum appareat, si penitius tamen inspiciatur, videtur in merum paralogismum decidere. Quippe Christianus non modo divina revelatione, sed experientia visibili scit, vitam istam caducam esse, certisque cancellis definitam. Accedit ipsum scire lumine fidei se ad æternæ beatitudinis possessionem comparandam creatum, redemptumque a Christo esse. Porro cum his veluti primis, altiusque menti infixis dictatis quomodo

do componi absolutum desiderium potest illius vitæ perpetuo ducendæ? Ratiocinium Castropalai metaphysicum est, quod ad expendendam practicæ deliberationis moralitatem ineptum est. Quare ego non auderem absolvere a gravi culpa Christianum qui deliberato animo absolute cuperet illius vitæ perpetuitatem. Quod opponit Castropalaus, ideo te desiderare vitæ hujus æternitatem, ut periculum evadat æternæ damnationis, eo quod ignores, salvandus ne, an damnandus sis: illius destruit opinionem, nostramque firmat. Siquidem via declinandi damnationem non est vitæ hujus perpetuitas, sed fuga peccati, & boni prosecutio. Quare desiderium illud perennitatis hujus vitæ in praxi proficiscitur ex perverso voluptatum amore, ex impotenti affectu quo erga vitia, & scelera rapiuntur homines. Quoniam æterna supplicia perhorrescentes, & a vitiis abitinere, ut illis se subducant, nolentes, desiderant illius vitæ perpetuitatem. Hæc enim ratione & suis indulgere carnalibus appetitionibus, & infernis pœnas evadere sibi illudentes blandiuntur. Quare in praxi, ut minus, periculi plenum est desiderium illud. Fuga inferni non est mala, sed optima. Ab eodem fugere lex ipta jubet. Sed tunc licita, & optima fuga est, cum fit iuxta legis præscriptum, nempe declinando a malo, & operando bonum; secus, cum eligitur via illicita, & divinæ providentiæ ordini constituto aperte contraria. Prior ergo sententia sic explicata probabilior, & tutior est.

## CAPUT VII.

*Tempora quibus divinum mandatum Dei diligendi obligationem imponit, designantur. Potissimum in primo rationalis vitæ momento hoc urget mandatum.*

I. OStendimus hactenus mandatum diligendi Deum præceptum esse speciale, actumque explicitum supernaturalem amoris erga eumdem Deum super omnia diligendum per se iubere. In præsens tempora sunt designanda quibus obligatio hæc ungeat. Quod ut præstemus facilius, & evidentius, plures quæstiunculas instituemus. Primo loco sermo erit de obligatione *per se*. Deinde de obligatione *per accidens*.

II. Quæst. I. *Obligat ne præceptum istud per se aliquo determinato tempore?* Resp. Negabunt, inquit Leander *tract.* III. *disp.* XI. *quæst.* XI. Gaspar Hurtado, Maldonatus, Iansenius, Ioannes Sancius, Vasquez, & Medina, qui contendunt præceptum illud non esse speciale, nec peculiarem actum amoris iubere. Sed contraria sententia iam certa est penes omnes Theologos, eitque post decreta Alexandri VII. & Innocentii XI. ab Ecclesia definita. Nec peculiari ratione indiget præter ea quæ dicta sunt.

III. Quæst. II. *Satis ne est semel in vita actum amoris Dei elicere?* Resp. Sententia affirmans damnata est ab Innocentio XI. quæ his verbis concepta erat: *An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.* Hanc propositionem Didacus Hurtado *differt.* I. c. I. adscribit P. Antonio Marchant, qui eam publice propugnavit Antverpiæ anno 1674. Si hoc verum est, legerat fortasse Marchantius Tamburinum, qui tamesi, ut facet, hanc propositionem non docuerit, ex illius tamen doctrina ipsonte profluit. Ante ipsam propositionis damnationem communiter Theologi eam improbarunt. Dominicus Soto *Lib. II. de iust. & iur. quæst.* III. *art.* 10. Navarrus in *Manual. cap.* XI. *num.* 7. Petrus Ledesma *in Sum. II. Part. tract.* III. *de car. cap. v. concl.* 6. Serra 2. 2. *quæst.* XLIV. Bannez 2. 2. *quæst.* XLIV. & communiter ceteri Theologi: post proscriptionem vero omnes. Laudatus Hurtado *loc. cit. num.* 6. refert Remigium Noydens *in Sum. tract.* II. *cap.* I. §. 3. & Acatium de Velasco *Tom. I. resol. moral. resol.* 53. qui damnatam propositionem in medium adducunt, nec eam improbant; sed aiunt, *eam liberare a multis scrupulis.* Viden' quorumdam recentiorum efficax animarum remedium? De medio tollunt legem, ut scrupulis animas subducant: cum deberent illis exactam inculcare legis observantiam, virtutumque exercitia, quæ sunt veræ pacis, & tranquillitatis principia. Sententia prætata impugnatione non eget. Ex iis quæ dicta sunt, evidenter illius falsitas constat. Nonne ipsi rationi repugnat quod semel tantum in vita diligatur Deus, qui principium, & ultimus finis est vitæ nostræ? Præceptum illud quod est plenitudo legis, quod unionem nostram cum Deo firmat, quod amicitiam divinam alit, & fovet, semel tantum in vita obligabit? Verum plura dicentur infra, ubi de debito repetendi actus divini amoris sermo recurret.

IV. Quæst. III. *Præceptum caritatis obligatne per se semel tantum singulis quinquennis?* Resp. Sententia affirmans proscripta est ab Innocentio XI. quæ est eiusmodi: *Probabile ejtne singulis quidem rigorose quinquennis per se obligare præceptum caritatis erga Deum.* Hæc opinio tribuitur P. Antonio Escobario *tract. v. exam. IV. cap.* I. ubi inquit: *Addo ex Filliucio probabile esse non quinquennio singulis rigorose obligare, sed sapientum arbitrio.* Hurtado excusat suum Escobarium, quod non negaverit debitum amoris quoto quinquennio absolute, sed arbitrio prudentum id reliquerit. Verum ex textu Escobarii patet, eximi fideles a solvendo singulis quinquennii hoc amoris pensu. Num poltea elapto quinquennio obliget, hoc est quod Escobarius iudicio sapientum committit. Excusandus potius Escobarius est, quod auctoritate *Filliucii*, unius ex suis *viginti quatuor Senioribus*, talem recuderit opinionem quam poltea retractavit, seu temperavit, inquit Hurtado, & Filliucium iure restituit indemnitati *I. Part. Lib. XLIX.* Certum itaque nunc est fideles teneri intra quinquennium elicere actus caritatis ut divinum impleant mandatum.

V. P. Didacus Hurtado in sua Theologia Reformata excusat Escobarium ab opinione proscripta; sed ipse in eamdem concedere videtur eo ipso tempore dum illam exponit. Quippe *cit. diff.* V. *cap.* II. *num.* 15. scribit, iure, ac merito summum Pontificem damnasse recensitam propositionem, deinde subdit: *Quo factum est ut singulis quinquennis ex mandato Ecclesiæ ad Dei amorem exercendum teneamur, eo modo, ac sensu quo ad confessionem teneamur in annos singulos.* Hæc Hurtadi doctrina, aut falla, aut nimis involuta est. Amor quo nos Deum diligere debemus, non vi præcepti ecclesiastici, sed vi præcepti divini nobis imponitur. Propositio damnata docebat mandatum caritatis non obligare ne singulis quidem quinquenniis. Ecclesia definivit propositionem hanc scandali plenam esse; atque adeo declaravit fallum esse, præceptum illud non obligare singulis quinquennis ad actum caritatis. Nec verum est eodem modo ac sensu nos teneri ad actum caritatis singulis quinquenniis quo in annos singulos tenemur ad confessionem. Amor Dei necessarius est necessitate medii ad salutem: secus externa peccatorum confessio. Neque Ecclesia imponendo præceptum annuæ confessionis declaravit nos divino iure ad eam singulis annis teneri. Alio ergo modo, alioque sensu intelligendum est præceptum caritatis, ac præceptum annuæ confessionis: quia sine confessione in re potest quis salvus fieri; secus sine caritate, cuius mandatum per se, & non tantum per accidens obligat. Quid? Si non adesset ecclesiasticum præceptum, a Dei





amore liberi homines essent? Quis non videt, quam sit hæc P. Didaci Hurtado mirabilis Theologia Reformata.

VI. Quæst. IV. *Obligat ne per se hoc præceptum diligendi Deum in primo instanti usus rationis?* Resp. Affirmat cum universa Thomistica Schola D. Thomas 1. 2. *quæst.* LXXIX. *artic.* 6. *& in II. dist.* XXVIII. *quæst.* 1. *artic.* 3. *ad* 5. *& dist.* XLII. *quæst.* 1. *artic.* 5. *ad* 8. *& in IV. dist.* XLV. *quæst.* 1. *art.* 3. *ad* 6. *de Malo quæst.* V. *artic.* 2. *ad* 8. *& quæst.* VII. *artic.* 10. *ad* 8. *de Verit. quæst.* XXIV. *artic.* 12. *ad* 2. *& quæst.* XXVIII. *art.* 3. *ad* 4. Capreolus *in II. dist.* XL. *qu.* 1. *art.* 3. *ad arg. Scoti.* D. Antoninus *I. Par. tit.* XIII. *cap.* II. §. 3. Cajetanus *in* 2. 2. *quæst.* LXXXIX. *cap.* 6. Medina *ibidem.* Curiel *ibidem dub.* 2. Gregorius Martinez *dub.* 1. Aravio *dub.* 2. Alvarez *disp.* CLXXXXI. Zomel *disp.* II. *part.* II. *concl.* III. Montelinos *disp.* XVIII. *quæst.* II. Silvester. *verb. Orat.* Sotus *de iust. & iur. quæst.* III. *art.* 10. Victoria *relect.* XIII. Bannez 2. 2. *qu.* 8. *dub.* 2. Tollatus *in cap.* XXV. *super Matth. quæst. decxlix.* Dionysius Carthusianus *in II. dist.* XXVIII. Navarrus *in Manual. cap.* XI. *num.* 7. Martinus Ledesma *I. par.* IV. *qu.* XXVIII. Toletus *Lib. IV. cap.* IX. *num.* 9. Ludovicus Lopez *I. par. instruct. cap.* XI. Corduba *Lib. II. quæst.* V. *ad* 4. Vega *in Conc. Trident. Lib. IX. cap.* XII. Rodriquez *Tom. I. sum. cap.* XI. Salmanticenses Scholast. *tract.* XIII. *disp.* XX. *dub.* I. Salmanticenses Moral. *tract.* XXI. *cap.* VI. *punct.* I. *num.* 7. Natalis Alexander *Lib. IV. Art.* 10. *reg.* 4. Wigandt *tract.* VII. *exam.* 5. *ref.* 5. Gonetus, Contensonius, verbo Thomistæ omnes. Ex extraneis plures. Diana *V. Part. tract.* XIV. *resolut.* 105. Granado *tract.* XIV. *num.* 2. Filliucius *Tom. II. tract.* XXII. *quæst.* IV. *n.* 288. Trullenchius *Lib I. in Decal. cap.* V. *dub.* 3. *num.* 2. Silvius *in* 2. 2. *quæst.* XLIV. *art.* 6. Auctor Theologiæ Moralis Petrocorcensis *Lib. IV. tract.* II. *cap.* I. *quæst.* II. Henricus a S. Ignatio *Tom. II. Lib. V. cap.* VI. Patricius Sporer *tract.* 2. *in* 1. *præcept. Decalog. cap.* V. *sect.* 2. §. 4. *num.* 34. Antoine *tract. de virtut. cap.* III. Paulus a Lugduno *tract.* IV. *disp.* II. *art.* 3. *quæstiunc.* 3. Layman. *Lib. II. tract.* III. *cap.* II. *num.* 6. ubi citat Valentiam, Leander a SS. Sacramento *tract.* III. *disp.* III. *quæst.* XIV. Roncaglia *tract.* III. *quæst.* VI. Marchantius *tract.* II. *tit.* 4.

VII. Primum omnium adducam auctoritatem ipsius D. Thomæ, quæ sola recentio-

rum multitudini prævalet. *Cum vero* (inquit 1. 2. quæst. LXXXIX. art. 6.) *usum rationis habere inceperit, non omnino excusatur a culpa venialis, & mortalis peccati. Sed primum quod tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de se ipso: & si quidem seipsum ordinaverit in debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati. Si vero non ordinet se in debitum finem, secundum quod in illa ætate est capax disciplinæ, peccabit mortaliter, non factum quod in se est.*

VIII. D. Thomæ doctrinæ favere D. Basilius videtur homil. in Psalm. 1. edit. Pasilieni. *Dum in prima adhuc consistimus ætate, nec improbi, nec virtute præditi sumus: ex eum ætas habitus utriusque capax non est. Sed postea quam ratio nostra perfecta est, atque cumulata, tunc fit quod scriptum est*: At cum venisset mandatum, peccatum revixit; ego autem mortuus sum: *Rom.* VII. *Exstinctis enim male cogitationes quæ ex carnis cupiditatibus in animis nostris generantur. Nam reipsa ubi venit mandatum, hoc est boni honestique judicium, si cogitationem pravorum motuum uterus, sed a pravis affectibus animum in servitutem redigi siverit; servivit quidem peccatum, mens vero peccatis intercepta moritur. Beatus igitur qui in via peccatorum non immoratus est, sed saniore consilio ad piam conversationem se recepit.* D. Franciscus Salesius Lib. II. capit. XVII. *Hoc a nobis exigit Deus, ut sui amor præveliquis nostris amoribus altius cordi impressus toti cordi præsit, ac imperet, ut ardentiori affectu totam animam nostram obtineat, & majori amplitudine nostras omnes facultates ad opus adhibeat, ut sit sublimior, cunneaque nostram mentem impleat ..... In summa est amor excellentia, vel excellentia amoris, qui omnibus mortalibus in genere, & in specie, seu generaliter, & particulariter, unicuique mandatus est, & hoc a PRIMO MOMENTO quo incipiunt uti ratione.*

IX. Antequam rationes nostræ sententiæ profero, nonnulla quæ viam sternunt ad ea quæ dicturi sumus, facilius percipienda, præmittamus fas est. Primum itaque omnium animadvertendum occurrit, instans, seu momentum illud in quo puero rationis lux affulget, physicum non esse, sed morale, quod plura instantia physica comprehendere potest. Plures quippe actus fiunt in illa prima deliberatione qua puer de se ipso decernit. Primus est intellectus, seu judicium, quo bonum commune percipit ut sibi congruum, atque conveniens: & sub hac ratione bonum illud physicum est, quod nec honestatem formalem prodit, ne defectabilitatem, quæ rationes, seu modi boni moralis sunt. Ab his ejiunt rationibus primus ille actus præcindit. Hunc actum consequitur in voluntate amoris actus erga bonum physicum. Porro uterque actus nulla prævia electione, vel ratiocinio fiunt, sed ab auctore naturæ fati prodeunt. Solius namque Dei est creatam voluntatem ex propria inerti potentia extrahere, illamque in actu constituere. En semina, & primordia *instantis usus rationis*. Succedit illico alius mentis actus quo puer ab ordine physico in ordinem moralem ingreditur, & per principia synderesis ab auctore naturæ indita sine ratiocinio discernere incipit inter bonum & malum morale, seu considerat & bonum illud quod congruit rationi rectæ, seu homini prout ratione prædito; & aliud bonum quod dissonat eiusmodi rectæ rationi, placet vero, congruitque appetitioni sentienti irrationali. Hac face splendente in intellectu, continuo rangitur homo interiore sollicitudine qua impellitur ut in seipsum sententiam dicat, deliberetque, quodnam sibi deligere ex duobus bonis velit, cuinam parti adhærere constituat. In hac sententia, in hac deliberatione, in hoc judicio instans morale conversionis in Deum completur. Secundo notandum venit, quod quibusdam pueris tardius, quibusdam celerius rationis crepusculum illucet, tum propter maiorem, minoremve intellectus perspicaciam, atque temperamentorum diversitatem; tum potissimum propter variam educationis formam. Tertio loco illud considerandum est, quod alia ratio de pueris fidelium, alia de pueris infidelium habenda sit. Illi quippe fide explicite supernaturali, isti cognitione, amoreque naturali, iuxta illorum diversam capacitatem, ut infra explicabimus, converti in Deum debent. Postremum hæc conversio in Deum fieri debet amore explicito, efficaci, & super omnia. Hic autem amor efficax, & super omnia in Deum, etiam auctorem naturæ, indiget auxilio supernaturali. His præmissis, sequens conclusio evincitur.

X. *Præceptum caritatis obligat omnes homines, cum rationis usum assecuti sunt, ut sub pœna gravis culpæ se se in Deum convertant, illum efficaciter diligendo, iuxta illorum diversam capacitatem.* Rationes, ut mea præferri opinio, valde evidentes propono. Præceptum primum, & maximum caritatis aliquo vitæ tempore obligat. Atqui nullum magis opportunum tempus designari huic gravissimæ obligationi potest quam illud in quo homo rationis compos factus, primordia vitæ suæ rationalis præcipit, seu in quo de se ipso deliberare debet. Ergo homo, cum primum rationis usum assecutus fuerit, Deum sinum amore efficaci, & super omnia prosequi tenetur. Prima propositio extra dubitationis aleam constituta est. Secunda evincitur. Cum primum homini lux rationis præfulget, illique repræsentat finem suprenum conditorem, quem ignorare nemo sine culpa valet, quodam veluti amoris pondere in parentem finem fertur, rapiturque. Lux illa rationis ei aperit in hunc mundum veluti in quamdam militiam ingressum. Navigationem qua portum tenere debeat, ostendit. Hinc tyrtes, hinc scopuli obvii occurrunt: oppositæ viæ patent: altera rationis, altera concupiscentiæ: bonum honestum præbet illa; sensibilia, atque delectabilia porrigit hæc. Principia synderesis ab Auctore supremo indita, dictata altius menti impressa, amplexum honestatis, & rectitudinis vehementer suadent; radios emittunt, quibus ob oculos ponunt, quam sit rationali naturæ congruum consentaneumque bonum honestum amplecti, atque illam inire viam quæ ad amplexum ducit conditoris sui. Sensus e contrario concupiscentia, ac universa rebellium appetituum turba, dæmone duce, & deceptore, bona delectabilia, voluptates carnales, delicias vitiosas repræsentans, offerunt, ingerunt. In medio hoc tremendo constitutus homo veluti pro tribunali sedens quam arripere viam velit, deliberare debet. Quid enim est rationis usus, nisi discretio bonum inter & malum? Primum autem omnium ultius mundi bonorum homo ipse est, propter quem cetera cuncta bona facta sunt. Quod igitur tunc in mente hominis prævalet, est, inquit Angelicus, *deliberare de se ipso*: cetera quippe bona per ordinem ad seipsum amat. Amor ergo sui ipsius aliorum amorem præcedit. Omnium enim quæ sunt in mundo, finis homo est. Finis vero ultimus hominis Deus. Ergo quemadmodum alia bona propter seipsum amat, sic seipsum cum omnibus bonis propter Deum diligere debet. Quid hac, quæso, deliberatione naturalius? Quid naturæ rationi præditæ congruentius? Feruntur creaturæ omnes impetu validissimo in finem sibi propium. Deterioris ne conditionis erit homo rationis ornatus? Expectent advertant velim, in quo ipsi rationis usum constituunt. Nonne in discretione boni, malique? Bonum ergo, aut malum amplectitur tunc homo, necesse est. Nec enim suspensio deliberationis obtundi valet; si nunc de usu, de exercitio rationis sermo nobis est. Quemadmodum qui iter arripere debet, ubi duæ solæ occurrunt viæ, aut unam eligat oportet, aut alteram: sic homo ingrediens in hunc mundum, dum primum rationis apparet diluculum, duplicem virtutis, & vitii semitam offendens, alteram premendam eligat fas est; honesti, vel inhonesti; boni, aut mali; Dei, aut dæmonis. Tribunal rationis circiter septennium, citius, aut tardius, ut innuimus, diem dicit, &, quaque dilatione pulsa, sententiam deliberatam proferri iubet.

XI. Quæ hactenus proposui, validius confirmo. Lex, sicut & fides Christi, cum primum hominibus intimata, ac sufficienter promulgata est, nonne ad eam amplectendam, eique parendum devinciuntur? Licitum ne cuiquam est, promulgatione necessaria facta, aut illi obedientiam detrectare, aut consensum in aliud tempus differre? Quidni ergo cum rationis tribunal legem naturalem diligendi Dei indicit, promulgat, explicat, suadetque, servanda ea erit? Quid est quod ab observationis vinculo solvere valeat? Difficilius est altissimis christianæ fidei arcanis assensum præbere, atque in illorum obsequium mentem captivare, quam lega naturali, quæ supremum parentem diligendum imperat, parere. Si nemo immunis a culpa indicatur qui aut refutit fidei arcanis sufficienter promulgatis, aut anceps consensum in aliud tempus protrahit; innocens ne dicendus erit qui legem rationali naturæ quam maxime consentaneam violat, infringit, conculcat? Quid, quæso, est quod animantibus omnibus tribunum a natura sit ut sibi caveant a malo, ut bonum congruum teneant, ut dictum seu instinctum naturæ firmiter sequantur? Hæc vero privilegia denegabimus animæ rationali, creaturarum omnium excellentissimæ, in cuius gratiam cuncta alia condita sunt? Quodnam officium, quodnam munus attribuant exorienti in mini rationis recentiores, ecce vellem. Torpida ne ac stupida vivida illa rationis lux in suo ortu erit? Ideo ne a sopore, & veluti somno excita erit in puero poli septem annorum intervallum, ut dormiat, ut torpeat? Quod si quidquam agere debeat, aptius ne, dulciusque exercitium occurrere ei potest, quam sinum salutare Essentiorem, illum in Deum intelligere, illum alloqui, illius amplexari dulcissimos amplexus, suique cordi primitias illi consecrare? Nihil ne agere dixerint? Quod si officium, atque exercitium concesserint; quodnam

nam propinquius homini, aut naturalius, quam amorem sui Creatoris, suæque æternæ felicitatis desiderium, delignare valebunt?

XII. Optima dictu hæc omnia sunt, respondent adversarii. Sed ad illa implenda vi præcepti, seu sub pœna æternæ mortis puerum in ipso rationis initio adigere, durum nimis, valdeque asperum apparet. Verum argumentatio nostra hinc magnopere infirmatur. Præceptum caritatis aliquo certo tempore obligat: idque concedunt omnes. Recentiores, dum tempora percurrunt quibus antiquiores Theologi urgere præceptum docuerunt, omnia fere, ut minus observationi mandati congrua, relpuunt. P. Thomas Sanchez *Lib. II. in Decal. cap.* XXXV. *a num. 6. usque ad* 10. lato calamo improbat tribus circiter varias Theologorum sententias, hoc de argumento, quarum aliæ præceptum illud urgere asserunt semel in vita, aliæ in articulo mortis, aliæ sub initium rationis, aliæ singulis diebus dominicis, aliæ singulis annis &c. Ille autem post oppugnatas tum laxas, tum verisimiliores opiniones, sic concludit: *Ultimum tempus est, cum graves odii Dei tentationes instant, & periculum illis succumbendi adsit, nisi tentatur actus amoris Dei eliciat. Et in hoc eventu existimo obligare præceptum hoc dilectionis Dei super omnia per se, & ex vi istius præcepti*. Et ego existimo hanc P. Sanchez opinionem non modo falsam, sed etiam in proscriptis ab Ecclesia propositionibus contineri. Quippe alia tempora quibus ceteri Theologi docent præceptum urgere, ille rejicit; mandatique obligationem illi demtaxat tempori illigat quo tentationes odio habendi Deum animum pulsant, imminetque succumbendi periculum, nisi contrarius amoris actus odium repellat. Hæc videtur opinio P. Sanchez, ut legenti constare potest. Hæc autem sententia in duplici propositione damnata contineri, satis evidenter ostenditur. Una ex propositionibus damnatis est, quod hoc præceptum *per se* non obliget. Porro si tum solum per Sanchezium obligat hoc præceptum, cum odium Dei animum vellicat; non *per se*, sed *per accidens* obligabit. Per accidens enim est, & nullatenus per se, quod tentatio odii Dei homini occurrat; sicut & per accidens est quod alia via, aliove remedio superari nequeat. Altera propositio proscripta est quæ docebat, ne singulis quidem quinquennibus divinum mandatum *per se* obligare ad actum dilectionis. Porro non solum quinquennia, sed decennia, quindennia fluere, immo & totam transigere vitam homo valet, quin aliquam experiatur tentationem odio habendi Deum. Et continua experientia constat rariſſimos reperiri Christianos huic tentationi obnoxios. Rariſſimi ergo erunt qui divinum, maximumque mandatum caritatis implere teneantur. Sed hæc per tranſennam dicta sint, & ut lectores admoneantur, ne hanc P. Sanchez sententiam absque examine admittant. Scripsit ille ante proscriptionem opinionum; idcirco venia dignus, si quandoque a vero aberravit. In semitam nunc regrediamur.

XIII. Pluries designatis temporibus præceptum caritatis obligare, ex definitione Ecclesiæ certum est. At nullum designari tempus valet in quo tot occurrant rationes Deum diligendi, ac in illo primo rationis ortu. Nam puer rationis compos factus, aut Christianus est, sacro ablutus lavacro; aut infidelis. Si infidelis, nullo alio tempore aptior est ad vocem naturæ audiendam, ad prima illa syndereſis principia cognoscenda, quam illo rationis initio: nullæ quippe tunc actualium peccatorum tenebræ. Sola regnat originalis culpa. Adultus effectus undique veterum caligine superstitionis obducitur, criminum sordibus mens inquinata, ac carnalium voluptatum illecebris falcinatus animus, ita sensuum delicis affixus est, ut vix oculos mentis ſursum attollere, & cælestia desiderare valeat. Si puer rationis particeps sit Christianus, in floridiſsimo innocentiæ baptismalis ſtatu reperitur. Nulla tum vel levis macula in illa anima, sed ut perlucida crystallus, limpida, & pura relucet: nulla ibi caligo, tenebræ nullæ; immo undique lux, undique splendores. Prima illa virtutum semina ab Auctore naturæ lata nullis peccatorum spinis ſuffocantur. Principia illa universalia honeſtatis velut infira, & innata nullum adhuc habent impedimentum. Quæ itaque congruentior opportunitas implendi primarium naturæ mandatum, amorem imperans Creatoris? Sed perge porro, & ultius assurgamus. Ornamenta illa insularum virtutum fidei, spei, & caritatis otio tunc ne, & inertia diſſimenti? Quasque virtus in suos erumpere actus gestit. Inertes ne tunc fides, & spes? Otiosa ne caritas illa habitualis? Ut quid animæ infula, niſi ut operetur? Effusis rationis radiis non accipietur ignis ille cælestis? Quid, quæso, officit ne ardeat; cum e contrario omnia ad flammam diſpolita sint? Nulla ibi peccatorum horrida tabes, nulla caligo. Omnia munda sunt tum naturalia, tum supernaturalia dona. Emicat ratio, lucet fides, spes excitat: quidni ergo ardebit caritas? Percurrant adversarii momenta vitæ singula, nullumque invenient in quo tot rationes amandi, & ad amandum dispositiones occurrant. Si ergo certum est pluries in vita caritatis mandatum urgere, hoc sane potiſsimum tempore actum imperare fateantur oportet.



XIV. Accedit quod omnium præceptorum meta sit caritatis præceptum. *Finis autem præcepti est caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis Doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona est lex, ſi quis ea legitime utatur*. I. Ad Timot. 1. In hoc D. Pauli testimonio valida habetur sententiæ nostræ confirmatio. Si enim universæ legis finis caritas est, principium quoque illius fit oportet: quoniam hæc est finis præcognitus, ut ea ratione qua est in executione, seu consecutione rei amatæ posterior, sit in intentione prior: quæ intentio finem executionemi includit, ut medium quo res amata reapte obtinetur. Ultimum quod nauta attingit, portus est, quo iter totum instituit; at hic est quem primo in animo sibi præfixit gubernator, ut illuc navim a scopulis illectam recta dirigere queat. In ipso rationis ortu ingreditur homo in hunc moralis vitæ mundum, ceu in vastum oceanum anfractuum, scopulorumque plenum. Hinc sensuum ſirenæ pelliciunt, voluptatumque præstigiis excæcant; illinc tyrres, & naufragia terrent. Quis est portus quem petit? Deus. Quis est navis clavus? Amor Dei, seu connectio firma cum prima regula. Omnia alia præcepta ad hanc intimam sunt ordinata unionem voluntatis cum Deo. Hæc unio, hic amor principium quoque est aliorum præceptorum, quorum nullum sine hoc amore, ut oportet, perfecte impletur. Ergo istius divini primique mandati observantia cetera omnia præcedere debet. Ergo sub initium vitæ rationalis hanc primam regulam amplecti, huic inhærere homo debet, ut feliciter inceptum iter perſequi valeat, portumque tenere. Si præcesset hanc christianæ professionis primum bafim, ſolidumque fundamentum, orta ſuntini æternæ salutis negotii fabrica, & optima fuit. Contra vero ſi ab hac recidit prima rationis regula, ſi hoc navigationis suæ gubernaculum negligit, ceu navis ſine clavo, scopulis, tyrribus, ac naufragio expositus est. Quæ omnia oltendunt nullum opportunius designari tempus posse de quo urgeat præceptum illud quod Deo hominem coniungit, quam rationis primordia. In quolibet ædificio tum potiſsimum ædificator attentionem, ſollicitudinemque adhibere tenetur, cum illius fundamenta ponit. Quicumque aliquod negotium aggreditur, tum maximæ regulas omnes exactæ prudentiæ consulere, expendere, serioque examinare cogitur, cum primum illud fulgipit. Quis ergo dixerit hominem non teneri hanc eamdem servare methodum, dum primo æternæ salutis negotium agere infit? Hæc ratio ex Angelico hauſta est, qui *quæſt.* XXVIII. *de verit. art.* 3. *ad* 4. hæc habet: *Cum quilibet teneatur peccatum vitare, & hoc fieri non poſſit, niſi præſtito ſibi debito fine, tenetur quilibet, cum primo ſuæ mentis est compos, ad Deum ſe convertere, & in eo finem conſtituere: & per hoc ad gratiam diſponitur*. Primum ergo quod obviam venit homini in rationis ortu, est ſuæ salutis negotium. Prima syndereſis principia vox naturæ, virtutum insularum lumina, actualia auxilia quæ Deus confert; una voce, uno concentu hanc illi intimant veritatem. Si in tot circumstantiarum apparatu præceptum sibi consulendi, regulamque honeſtatis amplectendi non urget, quando urgebit? Delignari ne tempus aliquod valet in quo tot concurrant rationes quæ Deum amandum evincat? Ex his liquidem rectæ Viæ primordiis plurimum secundus totius cursus eventus pendet. Contra ſi oria vitæ rationalis a regula declinant honeſtatis, ſi itineris initia aberrant toto cælo ipso; quo ultra fiet progreſſus, eo erit a Deo recessus longior, atque æternum pereundi pericula graviora. Ex confutatione eorum quæ adversarii opponunt, clarior etiam fiet sententia noſtra.

XV. Contrariam sententiam communiter ſuſtinent PP. Societatis. Sanchez *Lib. II. in Decal. cap.* XXXV. Vasquez 1. 2. *q.* LXXXIX. *diſp.* CXIX. *art.* 6. *cap.* II. Suarez *Tom. IV. in II. Part. diſp.* XI. *ſect.* 2. *num.* 14. Valentia 1. 2. *diſp.* VI. *quæſt.* XIX. *punct.* 3. Azorius *Lib. IX. cap.* IV. *quæſt.* 1. Castropalaus *tract.* VI. *diſp.* 1. *punct.* 4. *num.* 2. Arriaga 2. 2. *diſp.* XXXVI. *ſect.* 3. Filliucius *tract.* XXII. *cap.* IX. *quæſt.* VIII. Arriaga, Filliucius, Valentia in utramque partem diſputant, & modo ab una, modo ab altera parte paullulum recedunt. P. Moya *tract. diſp.* VI. *quæſt.* II. §. 2. *num.* 10. loquendo de hac sententia hæc scribit: *Primum defero: quia hæc obligatio Auctoribus tantum ſcholaſti-*

*eis est nota, qui eius meminerunt: & mediocriter videtur certum non omnibus esse obligationem quam nullus agnovit, omnes ignorant.* Scholasticis dumtaxat nota est sententia illhæc? Nullus hanc obligationem agnovit? Omnes eam ignorant? Quodnam assertionis tuæ promis testimonium? Sed argumenta quæ opponere solent, audiamus.

XVI. Obiic. 1. Præceptum caritatis indeterminatum est. Ergo non obligat determinato tempore. Resp. Hoc Tamburini argumentum evincit, numquam in toto vitæ decursu hoc præceptum amoris actum imponere, quod est ab Ecclesia proscriptum. Mandatum divinum absolutum est, omneque tempus comprehendit, prout tamen hominis conditio fert, ut infra dicemus. Porro quando imponitur aliqua pensio nulli illigata diei, præsenti die debetur, iuxta regulam iuris Lib. IV. ff. de reg. iur. *In omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, præsenti die debetur.*

XVII. Ob. 2. Nimium sapit rigorem astringere pueros in tenera illa ætate ad observantiam mandati omnium difficillimi ob eminentiam obiecti: eo vel maxime quod vix puerorum aliquis talem agnoscit obligationem: nemo autem obligatur ad id quod ignorat, peragendum. Resp. Non rigorem, sed suavissimam iustitiam redolet quod pueri in illa ætate teneantur tributum amoris solvere divino, supremoque Parenti. Iustum, æquumque est ut Deo conditori sacrificium offerant, propriique cordis hostiam litent pueri in illa ætate. Grave illis non est: quia id offerunt quod habent, nempe semetipsos. An ne tributum quod offerant, emere debent, si ipsimet vectigal sunt? Grave ne illis est carnali parenti cultum, & obsequium exhibere? Et durum erit divinum salutare Parentem? Tempus obligationis ignorant. Oppositum iam supra inter disputandum probavi. Principia syndereseos, & ipsius naturæ vox, amoris victimam sacrificandam Deo clamant. Lumen rationis debitum illud reprælentat. Dicant adversarii, quodnam officium præstet aurora illa rationis exoriens? Nos dicimus, eam reprælentare bonum honestum prosequendum, malumque cavendum, naturaque referre Effectorem. Dona supernaturalia quæ animam pueri baptizati ornant, illustrationes divinæ, pueque affectiones negotium æternæ salutis ob oculos ponunt, Dei timorem incutiunt, amoremque accendunt. Designent adversarii munus quod ultus ille rationis tunc præstet. Nihilne agere reponent, si sermo nunc est de primordiis vitæ rationalis? Porro vita rationalis in prolecutione boni honesti sita est. Aut ergo ampleditur puer reguiam honestatis, aut ab ea declinat. Si ampleditur, præceptum implet, vitamque hominis exeptat, fcilicet rationalem; si illam respuit, præceptum violat, & brutorum vitam ingreditur.

XVIII. Obiic. 3. Pueri pluribus appetitionibus, passionibuseque ligari in illa tenera ætate valent, & idcirco ignorare illud mandatum. Quid quod viri docti plurimi, ut sunt adversarii nostræ sententiæ, hoc ignorant præceptum, dum ut probabilem defendunt oppositam opinionem? Peritiores ne erunt parvuli illi Theologis ipsis? Cur illi assentiri illorum Theologorum sententiæ impune nequibunt? Resp. Iam ostendimus, parvulos catholicos, maxime dum primum rationis splendor illucet, innocentiæ baptismalis privilegiis instructos esse, nulla peccatorum actualium caligine obductos, eaque tunc passionum tranquillitate frui qua vix alio gaudebunt tempore. Quapropter in actu, ut aiunt, exercito ita perspicue, & evidenter naturæ Auctor, atque superna donorum lumina proponunt cuiusmodi præcepti observantiam pueris sub primum rationis diluculum, ut nullus illis remaneat dubitandi locus. Quod autem adulti effecti tantam non habeant præfatæ obligationis cognitionem, immo quod sæpe, & plurimi tanta luce preventur, ex pluribus causis ortum ducit. Primum in vitæ decursu opus est ratiocinio, & longiore argumentatione ad vim præcepti deprehendendam. Evantiit liquidem evidens illa propositio obligantis legis ab ipso Conditore facta; siler naturæ vox pravarum opinionum lenitu compressa. Supremus Auctor in illo vitæ rationalis initio munere suo fecit satis. In posterum autem traditi magistris pueri, humanis opinionibus praveniuntur. Hominum mores, populorum consuetudines, Doctorum disputationes mentem obnubilant, sensuum illecebræ, voluptatum lenocinia, vitiorumque sordes voluntatem inquinant, passiones ad rebellionem ita impellunt, ut, quod in primo illo splendentis rationis crepusculo bonum apparebat, malum postea iudicetur. Hanc doctrinam tradit vel ipse ethnicus Marcus Tullius *Lib. III. Tusc. sub initium*. Lubet illius verba recentioribus imeditanda proponere. *Parvulos nobis dedit igniculos* (natura) *quos celeriter malis moribus, opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingenia nostris semina*



*minus innata virtutum; quæ si adolescere liceat, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem, simul atque editi in lucem, & suscepti sumus, in omni continuo prævitiate, & in pravas opiniones perverlitate vecamur, ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Quum vero parentibus reddidit, ideist magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati omnium, & opinioni confirmatæ NATURA IPSA CEDAT.* Non ergo mirandum, si cum ipso Tullio discerimus, pueros illos sub primum rationis crepusculum aptiores esse ad illud exequendum præceptum, quam sint plures adulti, opinionum varietate præventi, & sæpe factionis spiritu ducti, & præiudiciis ab educatione, & consuetudine hausiis præoccupati. Ab his omnibus immunes pueri sunt; idcirco ad exequenda prima illa naturæ dictata promptiores. Utrum vero innoxia sit, & invincibilis ignorantia qui recentiorum plures pernegant mandatum illud tunc temporis urgere, mea haud interest dilcutere.

XIX. Obiic. 4. Si præceptum caritatis obligat pueros pervenientes ad ulum rationis, dubio procul adstringet omnes tam Christianorum, quam barbarorum, & infidelium ad actum conversionis in Deum. Porro conversio illhæc naturalis ne est, aut supernaturalis? Si naturalis asseratur, latis haud est ad observandam præceptum caritatis. Hoc quippe, posita elevatione hominum ad finem supernaturalem, actus supernaturalis amoris iubet. Accedit quod illud idem præceptum quod obligat adultos, obligat pueros. At adultos supernaturali dilectione Deum prosequi vi mandati caritatis certum est. Igitur idem de pueris omnibus dicendum erit. Porro istius dilectionis regula fides est: nec enim Dei amore flagrare voluntas potest, nili fidei fax præcedat, ignemque amoris accendat. Pueri autem barbarorum, infidelimque fide destituti sunt. Nequeunt ergo illi implere divinum mandatum. Si dicatur, conferri illis auxilia actualia, vi quorum implere præceptum valeant; obstat infidelitas negativa, quam admittit D. Thomas in barbaris pluribus.

XX. Obsectum argumentum fuso calamo Scholastici versant, subtilisque enucleant difficultates quæ ad nostrum minime spectant instiutum. Paucis nos totam conficiemus summam, nihilque omittemus eorum quæ ad clariorem sententiæ nostræ notitiam necessaria indicabimus. Conversio hæc rationalis puerorum in Deum, ordinem naturæ quæ ab imperfectis ad perfecta assurgit, imitatur. Præoculis autem D. Thomæ doctrina habenda est, quod videlicet pueri teneantur implere dilectionis divinæ mandatum, *secundum quod capaces sunt*. Maior sane in pueris Catholicorum quam in pueris hæreticorum; maior in pueris Christianorum quam in pueris infidelium, & barbarorum; maior denique iuxta cuiusque pueri ingenii diversitum acumen capacitas ad istam conversionem: Et, hæc varia capacitate inspecta, præceptum magis minusve astringit. Denique conversio hæc solis naturæ viribus non fit, nec fieri in hoc statu naturæ lapsæ potest; sed viribus gratiæ, quam omnibus potissimum sub illius rationis ortum Deus confert. His præmissis, solutio obiectæ difficultatis obvia est. Dicimus igitur mandatum caritatis amorem explicitum tum naturalem, tum supernaturalem inhere omnibus pueris ratione præditis; sed iuxta cuiusque diversam capacitatem. Pueris infidelium, & barbarorum educatione parentum destitutis, hebetioribusque ingenii, lux rationis ostendit bonum honestum amplectendum: amor boni honesti implicitum amorem erga Deum continet. Ad hunc ipsum amoris actum eliciendum præsto est divinum auxilium, quod si bene usus puer fuerit, ad amorem explicitum Dei Auctoris tum naturalis, tum supernaturalis disponitur; uno autem actu uterque amor habetur: quoniam in amore supernaturali amor naturalis eminenter continetur; non autem e contrario. Primum illud auxilium quo illustratur intellectus in cognitione boni honesti in communi, licet ad lumen fidei reducatur, non est tamen fidei proprie dictæ, nec mysteria reprælentat: idcirco, si male usus fuerit puer, non ob id infidelitatis peccatum perpetrat: quia ad infidelitatem politivam requiritur quod quis respuat mysteria credenda sibi expresse, & ciare propolita. Igitur, tametsi conversio non sequatur, remanet infidelis negative. Porro si fuerint pueri Catholicorum innocentia in baptismate infula sanctificati, & virtutibus theologicis illustrati, atque optime educati, actum expressum, efficacemque amore supernaturalis elicient celerius aut tardius secundum quod magis aut minus capaces reperientur. Omnia itaque quæ hæc nostra sententia statuit, sibi optime respondent. Momentum illud in quo fieri conversio pueri debet, physicum non est, sed morale, quod plura instantia comprehendit. Plures interveniunt actus recto sibi succedentes ordine. Vires naturales vegetæ sunt. Divina auxilia ad præceptum implendum necessaria Deus

abundanter confert. *Neque hoc extraordinarium judicari debet, cum ad divinam providentiam pertineat cuilibet de necessariis ad salutem providere, dummodo ex parte eius non impediatur:* inquit Angelicus *quæst.* XIV. *de verit. art.* 11. Hinc colliges veram intelligentiam illius axiomatis: *Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam.* Facienti, inquam, quod in se est ex viribus gratiæ. Deus ergo pueris gratiam confert actualem ad honeste vivendum; cui si non resistentur, uberiorem suppeditat, fideique lumine eos perfundit: quandoquidem, qua neminem ille perire vult, omnibus providet de necessariis ad salutem. Illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum, in mundum scilicet rationis. Hunc mundum lucis rationalis ingredientibus omnibus suæ lucis radios Deus infundit. Adversarii, gratias actuales ad conversionem in Deum necessarias obœratis, & induratis peccatoribus Deum conferre ampla manu propugnant, eorumdem liberi arbitrii vires mirum in modum extollunt. Potiori ergo iure hæc omnia fateri debent respectu puerorum in floribo illo primo rationis statu.

XXI. Obiic. 5. Nemo unus meminit, se in illo primo rationis ortu notitiam ullius habuisse præcepti, aut illud se impleviſſe. Hac polita ignoratione, & dubitatione omnes confiteri debebunt peccatum illud. Resp. Sicuti nemo recordatur, se huius præcepti cognitionem habuisse; sic nemo recordatur, se eadem caruisse. Et tamen certum est vel illam habuisse, vel illa caruisse. Obiecta igitur oblivio neutram partem vel ledit, vel iuvat. Quare respondeo, plurimos non solum non recordari, sed ex eorum moribus satis valde colligitur illos transgressos præceptum fuisse. Plurimi pueri hoc divinum violant mandatum tum ob pravas habitudines, & temperamenti inclinationes, quibus inveniunt; tum ob parentum non solum desidiam, incuriamque, sed perversam educationem, flagitiorumque plenam. Non modo parentes, potissimum illius temporis, negligunt optimis pueros suos imbuere moribus, innata virtutem semina fovere, gratiam baptismatis excolere, pias cogitationes in illorum terere mentibus, cordique affectus in Deum, Divoque perciere, verum etiam illorum oculos, sensusque pravis fascinant exemplis. Eorum mentibus primum omnium vana mundi effata imprimunt: delicias, fastum, luxum, thesauros, gloriam, ceteraque insamentis mundi illecebras extollunt. Quare mirum non est, si hodie tanta in pueris conspiciatur pravitas, fraus, & dolus, ut admiratione vel sagacissimorum mentes suspendantur. Tenera est illa ætas, & veluti mollis cera flexibilis, & tractabilis, eas suscipit rerum formas quæ auribus, sensibusque occurrunt. Qua ratione, si sancta sunt quæ vident exempla, si pia quæ audiunt colloquia, sermonesque fuerint; pietatis recipiunt formam. Quapropter illiuc parentes curas suas conferant, illiuc parochi, & christianæ doctrinæ magistri studia colligent sua, ut sanctis imbuant præceptionibus hanc tenerrimam ætatem: nitantur parvulos istos in divini amoris palestra exercere; illorum auribus contineanter divinæ bonitatis amabilitatem, liberalitatis, misericordiæ imminentiam, iustitiæ, & vindictæ severitatem instillent, ut qua terrore, & tremore, qua amore, & fiducia in Deum erigere corda doceant. Si hæc omittant parentes, parochi, ludi magistri præstare; non video qua ratione excusari a culpa possint. Quoniam, tametsi daremus iustitiæ rigore, vique mandati devinctos non esse pueros amoris primitias Deo litare; quis inficias ire audsit, hoc tributum offerendum divinæ maiestati saltem esse immuneris titulis urbanitatis, gratitudinis, & summæ convenientiæ? Si carnalis pater, ut primum a filiis dignoscitur, salutandus est; si Rex, dum primo coronam accipit, dum regni thronum primum occupat, fidelitatis sacramento subditos adigit, ut obsequium sibi præstent: quid æquius quam ut primum rationis splendor divinum Parentem, supremum Monarcam, Creatorem, Redemptoremque nostrum manifestat, eidem primordia moralis vitæ offerantur? Quid æquius quam ut inde vitæ nostræ rationalis orsa incipiant, adolescant, & crescant, ubi tandem desinere debent? Quid æquius quam ut in Deo vivere coepret cor nostrum, cum quo in sæculorum sæcula regnare debet; idemque sit principium, ac finis vitæ nostræ? Quod autem ipectat debitum confitendi illius præcepti omissionem, dicimus, quod, cum hæc omissio occulta sit, quisquam debet sub dubio saltem confiteri. Neque hoc scrupulos ingerit; sed securitati æternæ salutis consulit. Navarrus in Enchiridio de Oratione *cap.* III. *num.* 17. de hac omissione se confessum fuisse candide fatetur; nec continuo scrupulosum se esse existimavit. Sufficit tamen illius omissionis generalis confessio, quin singula expendantur temporis, ut sic anxietas animæ, & importuni scrupuli auferantur.

XXII. Obiic. 6. Puer ad usum rationis perveniens potest non advertere ad obligationem præcepti, suamque deliberationem suspendere, & ad neutrum se determinare: vel potest malum detestari, & ab eo declinare, quin eliciat actum amoris erga Deum. Resp. Ab hoc ultimo ut ordiamur, ex amore boni, fuga mali proficiscitur. Si puer a malo declinet, eo ipso eligit bonum. *Quia bonum quæritur, ideo refutatur oppositum malum:* inquit D. Thomas 1. 2. *quæst.* XXV. *art.* 2. Tota vis declinandi malum a bono est. Quod ad suspensionem iudicii attinet, iam inter disputandum convulsum fuit. Vita rationalis in actibus intellectus, & voluntatis sita est. De illius vitæ exordio sermo nunc recurrit. Si vita primos suos exerit actus, dici haud potest, quod illos suspendat. Eo ipso ergo quod puer ducere rationis vitam incipiat, quod malum a bono internoscat, quod lumen synderesis clare ei bonum honestum amplectendum, malumque fugiendum repræsentet; sponte fluit electio boni, aut mali. Potissimum quod prima boni honesti notitia a Deo indita sit, atque adeo clara, & perspicua. Quippe Deus illam primam illustrationem immisit, ut sit veluti fons sequentium cognitionum quæ ad ordinem attinent moralem. Idcirco illa prima notitia nec semiplena, nec dubia, nec haurens est; sed completa in sua linea, & perfecta: ut puer constitutus in actu valeat ipse ratiocinari, deliberare, & eligere. Ne multa: ipla recta ratio tunc clare ostendit non esse ambigendum, nec hæsitandum; sed bonum deliberate amplectendum, malumque vitandum. Quare si puer tunc suspenderet iudicium, rectæ rationi resisteret, pugnaretque adversus synderesis principia. Necesse est ut deliberet, alterutramque seligat.

XXIII. Ex momentis quæ pro nostra adduximus sententia, & ex continuatione difficultatum quas opponere adversarii solent, quisque nunc colligere valet, quam commendabilis, quam non modo probabilis, verum etiam probabilissima, imaque verissima sit hæc nostra opinio. In cuius tamen maiorem confirmationem explicare breviter iuvat hanc proscriptam propositionem ab Alexandro VIII. *Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali; formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative. Hunc homo non tenetur amore negat in PRINCIPIO, neque in DECURSU vitæ sua moraliter.* Propositio quatuor constat partibus. *Duæ primæ* partes, quæ



bonitatem obiectivam, & formalem spectant, innoxiæ sunt. *Tertia* falsa est, & etiam, ut ego quidem arbitror, proscripta videtur: quoniam urget præceptum sæpe referendi actus nostros expresse, & actualiter in Deum ultimum finem. Præterquamquod actio moralis in aliquem finem honestum aut actu, aut virtualiter directa sit opottet, ut formalis moralitas in actu eluceat. *Quarta* pars proscripta est, nemine dilidente. Sed duplex occurrit sensus proscriptionis, nempe vel disiunctivus, vel distributivus, & copulativus. Primus ergo est. *Amari finis ultimus debet vel in principio, vel in decursu vitæ.* Et quod hoc in sensu hæc propositio sit vera, & contradictoria illius damnata, nemo ambigit: quin hoc in sensu iam damnata erat propositio ab Alexandro VII. & ab Innocentio XI. Alter sensus est. *Amari finis ultimus debet & in principio, & in decursu vitæ.* Et hic quoque sensus verus est, & in opposito sensu damnata itidem est relata propositio: idque tamquam probabilius defendit vel ipse P. Claudius La-croix *Lib. II. num.* 145. Quod si hoc verum sit, uti verissimum esse ego centeo, salvo semper meliori iudicio; consequitur contrariam recentiorum opinionem, qua docent, puerum in principio vitæ rationalis non teneri sese convertere in ultimum finem, includi in proscripta propositione. Nec sibi conflare videntur quæ docet laudatus La-Croix *loc. cit. num.* 144. nempe probabilius esse non teneri puerum sub initium rationis sese convertere in finem ultimum: & deinde *num.* 145. subdit esse *eorum non teneri & in principio, & in decursu vitæ tendere in finem ultimam.* Si certum est nos astringi ad amplectendum finem ultimum in vitæ exordio; quomodo probabilius est nos non teneri? At, ut ut sit de hoc, illud mihi videtur certum, lententiam nostram in praxi turam esse.

## CAPUT VIII.

*Quam aspera, & rigida sit recentiorum sententia. Legis evangelicæ mandata difficilia in se, caritatis amore facilia fiunt. Alia tempora frequentioris obligationis designantur.*

I. INcredibile omnino videtur Theologorum aliquem extitisse qui in tuis cogitationibus eousque exorbitaverit a veritatis via, ut expresso amore diligendum esse Deum negaverit. Lex, natura, urbanitas, gratitudo, religio, iustitia clamant inclamant-

mantque, Deum mundi creatorem, conservatorem, proviforemque fupremum amore colendum esse: & Theologi in naturæ principiis, in legis tum veteris, tum novæ regulis optime exculti præfarum amorem denegant. Undenam, quæso, tam insolens cogitatio, tam monstrosa opinio? Nec enim parum nostra interest illius tam manifestæ aberrationis originem repetere. Quippe si palam fit vel ipsum primum, exploratumque caritatis mandatum, obnubilatum quorundam Theologorum disputationibus fuisse, ac fere omnino de medio sublatum; non valde laborandum erit ut malorum multitudinem quæ in alia minus comperta præcepta invexit nimia disputandi libido, ostendamus. Duas autem tantorum radices malorum per tralatitiam hic indicabo.

II. Prima est factionis spiritus. Ex quo sæculo elapso extremas ingredi vias non pauci Theologi corpere, quibus fuscepti extremi partes non tueri modo, sed amplificare, & extollere, e re sua esse existimavit. Qui in nimii rigoris extremum prolapsi sunt, caritatis officia tanta sunt severitate interpretati, ut consilia quæ amoris divini perfectionem, fervoremque suadent, & promovent, præceptorum loco inculcaverint. Opera omnia caritate destituta in peccatorum censum reiciunt. Ad referenda omnia in Deum opera, non statis temporibus tantum, sed continenter actu, vel virtute vi præcepti homines adigunt. Toties istos precare contendunt, quoties omittunt in Deum sua referre opera; tametsi operis honestate suapte natura in Deum referibili, pellecti, nullaque perversa intentione ducti, actiones exerceant suas. Contra, adversæ scholæ fautores, ut ab his declinarent anfractibus, in pejores fere errores decidernnt. Quoniam, ut uno ictu nulloque negotio omnia suorum hostium molimina retunderent, caritatis præceptum de medio sustulerunt. Nolunt isti peculiare esse mandatum quod singulares amoris actus jubeat; sed in universali legis observantia illud collocant: nec semel in vita urgere per se aiunt. Alii præceptum fassi sunt, at semel in vita, scilicet in articulo mortis; alii pulsante tentatione odio habendi Deum; alii intra quinquennium, aut triennium obligationem amoris admisere. Tanto vero disputationis æstu quæque pars suos propugnare errores continuavit, ut timendi locus sit, non veritatis inquirendæ, & prædicandæ amorem, sed propriæ rationis tuendæ ardorem tam peregrinas, tamque evangelicæ sanctitati infestas opinationes peperisse. Quippe *plerique* (inquit Cicero in Lucullo) *errare malunt, eamque sententiam quam adamaverunt, pugnacissime defendere, quam suæ pertinaciæ, quod constantissime dicatur, exquirere.*

III. Altera radix nimiæ laxitatis est erronea intelligentia illius Christi Domini oraculi: *Jugum enim meum suave est, & onus meum leve*: Matth. XI. vers. 30. Porro recentiores quidam, ut jugum istud suave undique verum ostendant, nihilque afferre incommodi, & oneris christianæ religionis professoribus, carnis appetitionibus ludent accommodare. Hinc est quod quoties occurrit aliquod divinum mandatum humanis appetitionibus infestum, continuo illud vanis distinctiunculis, & metaphysicis abstractionibus extenuare, imoque totam, & obligationem elevare nituntur, illudque totis latebris inclamant: *Jugum meum suave est, & onus meum leve*. Porro erronea illius textus intelligentia potissima est laxitatis causa.

IV. Sensus itaque genuinus evangelici oraculi promendus est, ut hinc pateat quam sit aspera, dura, & tetrica de divinis mandatis opinio recentiorum. Jugum ergo evangelicæ legis suave est, & leve: quia fœlicet jugum amoris est, lex caritatis est, fœdus amicitiæ est. Dura sunt præcepta carni, & sanguini inimica, carnalibus desideriis, & voluptatibus prorsus infesta. Verum dulcedo amicitiæ amaritudinem tollit, cœlestis illa caritatis unctio suavitatem effundit: vis illa efficacissima amoris erga suum mutuum amatorem, & amatum difficultates, & impedimenta omnia devincit, hostes deprimit, laborem nullum experitur; quamtumvis dura alioquin suapte natura sint præcepta illa quæ exequi debet. Hæc est omnium Patrum doctrina.

V. Paucos ex multis D. Augustini textus produco. In Psal. LXXII. *Quidquid enim difficile est in præceptis, leve est amanti. Nec ob aliud recte intelligitur dictum Matth.* XI. 30. *Onus meum leve est, nisi quia dat Spiritum sanctum, per quem diffunditur caritas in cordibus vestris*. Fusius loquitur serm. LXVI. cap. 1. *Durum videtur, & grave quod Dominus imperavit, ut, si quis eum vult sequi, abneget se ipsum. Sed nec est durum, nec est grave quod ille imperat, qui adjuvat ut fiat quod imperat. Nam & illud verum est quod ei dicitur in Psal.* XVI. Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras: & *illud verum est quod ipse dixit Matt.* XI. *vers.* 30. Jugum meum lene est, & onus meum leve.



leve. *Quidquid enim durum est in præceptis, ut sit leve, caritas facit. Novimus quanta ipse amor faciat . . . quanta homines perpessi sunt: quanta indigna, & intolerabilia pertulerunt ut pervenirent ad id quod amaverunt.* Idem Lib. de natur. & grat. contra Pelagianos cap. LXIX. *Valde autem bona sunt præcepta, si legitime his utamur. Eo quippe ipso quo firmissime creditur Deum justum, & bonum impossibilia non potuisse præcipere; hinc admonemur & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus. Omnia quippe fiunt facilia caritati, cui Christi sarcina levis est: aut ea una est sarcina ipsa quæ levis est, secundum hoc quod dictum est* I. *Joan.* V. *vers.* 3. Et præcepta eius gravia non sunt... *& quod dicitur in Deuteronomio* XXX. . . . . Prope te est verbum, in ore tuo, & in corde tuo . . . . *Convertus ergo quisque, sicut ibi præcipitur, ad Dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, mandatum Dei non habet grave. Quomodo est enim grave cum sit dilectionis mandatum? Aut enim quisque non diligit, & ideo grave est: aut diligit, & grave esse non potest. Diligit autem, si, quod illic admonetur, Israel convertus fuerit ad Dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua.* Mandatum, *inquit*, novum do vobis, ut vos invicem diligatis: *Joann.* XIII. &: Qui diligit proximum, legem implevit: &: Plenitudo legis caritas. *Secundum hoc & illud dictum est: Si ambulaverit semitas bonas, invenisset utique semitas justitiæ leves. Quomodo ergo dicitur:* Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras? *Psal.* XVI. *nisi quia utrumque verum est. Duræ sunt timori; leves amori.* Plurimia alia ex D. Augustino afferre possem, ut evincerem mandata divina dura utique esse, & gravia, si solæ spectentur naturæ vires, & præcepta ipsa; levia vero, & suavia fieri unctione gratiæ, & caritatis. Sed quæ protuli, satis sunt.

VI. Hic colligere quilque potest quam dura, quam severa, quam intolerabilis sit recentiorum quorumdam Theologorum doctrina, quamque erronea eorumdem intelligentia divini effati: *Jugum meum suave est, & onus meum leve*. Jugum divinæ legis suave, & leve est, quia Spiritus sancti unctione perfusum est, quia pinguedine gratiæ delinitum. Præfati Theologi jugum illud a caritate separant, amoris dulcedine privant: contendunt quippe amoris præceptum specialе non dari: vel si datur, perraro obligare docent. Lex Christi utpote lex gratiæ, vitam vivere spiritualem, & cœlestem imperat. Alimonia vitæ illius gratia est, caritas est. Si Christianos hoc privas alimento, qua fortitudine jugum portabunt? Si corpus nutrimento suo caret, quomodo sua deferet onera? Corpori fame confecto gravissimum, & intolerabile est onus, quod facile, & suave est corpori cibo refecto, & instaurato. Similiter divina mandata hominibus divini amoris pabulo vacuis, gratia destituris, gravia, & dura sunt; iis vero qui cordis lampadem oleo cœlesti plenam habent, qui divini amoris igne ardent, suavia, dulcia, lenia sunt. Recentiores nos traducunt ut silvestres, asperos, hirsutos, crudelesque, cum docemus pueros, ut primum vivere incipiunt rationalem vitam, deberé in Deum se convertere, amore divino vires reficere sub ipsum ingressum in hanc vitam. *Hui tam cito?* exclamant. Præceptum adeo sublime, adeo excelsum tenerrimæ illi ætati imponis? Immo quia tenera, quia debilis ætas, adjuvanda, munienda, & roboranda est. Præceptum caritatis pharmacum divinum est, quo puerorum vires solidantur; balsamum, quo reliquiæ originalis culpæ delentur; pabulum, quod vitam nutrit divinam. Si ergo vitam vivere divinam debent, & legis divinæ jugum deferre, illi crudeles dicendi sunt, asperi, & præter modum severi, qui ad onus illud evangelicum portandum, & vitam cœlestem ducendam pueros debilitant: simul vero nutrimento unico quo hæc alitur vita, illos privant, jugumque ferendum gravissimum, alperrimumque efficiunt. Quoniam unctione caritatis sublata, ut ex Augustino vidimus, dura sunt Dei præcepta, & viæ illius difficiles. Mirari satis non subit contrariam adversariorum disputandi methodum. Cum de auxiliis divinis sermonem habent, omnibus hominibus hæc conferri, nedum offerri, docent. Dum liberi arbitrii vires librant, expendunrque, magnopere eas extollunt, robustas prædicant. Dum contra servanda lex est, & implenda mandata, vires debiles sunt, Deus non adeo effuse auxilia dispensat. Idcirco legem non oblitare, præcepta non urgere constituunt. Cur? *Quia jugum suave, onus leve*. Leve utique, si cervicibus illud excutis, alioque proficis: grave, si amoris æquipendio non allevas: dulce, & suave, si balsamo caritatis illud ungis.

CA-

## CAPUT IX.

*Præquantandorum actuum divinæ caritatis debitum. Tempora quibus potissimum præceptum urget ad illorum actuum exercitium.*

I. HActenus ostensum est, I. Præceptum caritatis speciale esse, & actum expressum, & hominem amoris imponere. II. Pluries in vita obligare. III. infra quinquennium illud præcise ad amoris actum adigere. Hæc autem tria ex Ecclesiæ Romanæ definitione colliguntur. Alia nunc tempora sunt desumenda quibus hoc urget præceptum; præter illud vitæ rationalis initium, in quo omnes pueros rationis compotes huic præcepto obnoxios esse demonstravimus. Id autem ut clarius præstemus, sequentes proponimus quæstiunculas.

II. Quæri. I. *Frequenter ne ad actus amoris Dei obligat mandatum divinum caritatis?* Resp. Frequentem obligationem imponere præceptum illud, ex divina Scriptura evidenter demonstratur. Deus *Deut.* VI. his verbis exprimit mandati obligationem: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque, & movebuntur ante oculos tuos, scribeque ea in limine, & ostiis domus tuæ.* Qui expressione adeo clara, & emphatica simul utitur, ut vim obligationis manifestet; quid aliud nisi perennem amorem jubet? Poterat ne Deus altius continuam istis mandati observantiam inculcare? Hoc idem mandatum similibus verbis expressum repetit Christus Dominus in Evangelio, ut iam supra vidimus, textus afferendo. Et nunc addimus illud Joan. XV. *Manete in dilectione mea.* Patres fere omnes illud *manete* sic interpretantur, ut perseverantiam constantem in divina dilectione exprimat: idque confirmant ex verbis quæ immediate sequuntur: *Sicut & ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in eius dilectione.* Quæ verba hunc reddunt sensum: Ideo servo præcepta Patris mei, quia Patrem diligo: quem sensum confirmant alia verba quæ idem Evangelista scribit cap. XIV. vers. 24. *Qui non diligit me, sermones meos non servat.* Præcipit igitur Christus nos in Dei dilectione manere, id est continenter illius amore ardere. Docet nos servare præceptum caritatis, quo alia servare mandata valeamus. Quippe hæc dilectio fragranti unguento simil aliorum præceptorum severitatem, dulcem mitigat, & ad illorum observantiam viam parat, vireique, & fortitudinem confert. Qui enim non diligit Deum, dicit Evangelista, illius non servat mandata. Qua positione constituta, mirum non est, si recentiores legis præcepta plurima non obligare docuerint, quod gravia reputent: quoniam præsidium caritatis auferunt. Accedit illud D. Petri effatum Epist. I. cap. IV. *Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum:* quod explanans Auctor commentariorum in Epistolas canonicas qui D. Thomæ a nonnullis tribuuntur, ait: *In vobismetipsis, id est intra vos in corde, & non tantum in signis exterioribus. Continuam: non intermissam. Loquitur magis de continua caritate habenda, quam de vigiliis, vel orationibus: quia, ut dicit Beda, semper diligere debemus, semper autem vigilare in orationibus, fragilitate carnis obstante, non possumus.* Præceptum ergo orationis interruptionem patitur; recens præceptum caritatis, cuius perennem durationem nihil impedire valet. Quæ continuatio moralis est, non physica.

III. Frequens caritatis exercitium inde etiam excitur, unde diximus cum D. Paulo præceptum caritatis finem esse aliorum præceptorum: *Finis præcepti caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* I. ad Timoth. I. ex quo hanc instituo argumentationem. Cetera præcepta, puta castitatis mentis, & corporis; abnegationis sui ipsius; abhinendi a re aliena, etiam gravi urgente penuria; sanguinem effundendi, potius quam a fide deficiendi, gravissima sunt, & ardua. Sola finis intentio vehemens, ac fervens animum attollere, atque concitare ad hæc exequenda media valet. Ergo si languida fuerit, & nimium interrupta finis intentio, exercitio mediorum ceffet oportet. Hoc quotidiana experientia patet. Si mercator constituat Indias petere, ut merces comparet, navigationem arripere debet periculorum, molestiarum, laborumque plenissimam, longissimamque. Quid, quæso, animos inficiet ad tot subeundos labores, pericula, tædia, ad tot perferenda incommoda? Non sane aliud, nisi efficax ac fervens desiderium comparandarum mercium: ad harum quippe confectionem omnia recensita incommoda, tamquam media necessaria ad finem, diriguntur. Quis dixerit mercatorem hunc labores, & pericula tam longæ navigationis tolerare constanter posse, si raro illi mercium Indicarum memoria occurrat, aut si nullo, aut languido exsilique desiderio teneatur earumdem mercium? Qui igitur per integros menses, annosque nullum eliciunt divini amoris actum, quorumque mentes, animique tepescunt, & caritas, quæ finis est mandatorum, frigescit: quomodo præceptorum, seu mediorum difficultatem, laboremque devincent? Et hæc ne id reipsa contingit. Christiani facillime violant cetera præcepta, eaque contemnunt, tamquam onus eorum humeris minime aptum: quia nullo placendi Deo desiderio flagrant, quia nulla in eorum cordibus scintilla caritatis ardet. Doctrina quippe Philosophorum certissima hæc est, cessante efficaci intentione finis, evanescere mediorum electionem. Et mirum in modum hinc apparet quam sit solida doctrina Augustini, aliorumque Patrum, cura scilicet, & gravia esse mandata; illi dulcia, & suavia amore evadant. Alterum Augustini textum proferam *ex serm.* IX. *de verb. Domini.* Deberem integram sermonem transcribere, quia totus versatur in explicando modum quo grave Christi iugum suave fiat. Sic ergo infit. *Mirum quibusdam videtur, fratres carissimi, cum audiunt Dominum dicentem ..... Iugum enim meum suave est, & onus meum leve: & considerant ex qui iugum ipsum intrepida cervice subierunt, & illam sarcinam manusuetissimis humeris acceperunt, tantis agitari, & exerceri difficultatibus huius sæculi, ut non a laboribus ad quietem, sed a quietu ad laborem vocati videantur. Quomodo iugum leve, & sarcina levis? .... Audiamus Apostolum dicere:* In omnibus commendantes nosmetipsos, tamquam Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis &c. *Et alio loco in eadem epistola:* A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi: ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci: nocte, & die in profundo maris fui ..... *Omnia ergo illa quæ commemoraverat aspera & gravia, frequentius & abundantius sustinebat; sed profecto allegat ei Spiritus sanctus, qui in exteriores hominis corruptibiles, interiorem renovaret de die in diem, & gustata requie spirituali in affluentia deliciarum Dei, in spe beatitudinis futuræ omnia præsentia delinitet aspera, & omnia gravia relevaret. Ecce quam suave iugum Christi portabat, & quam levem sarcinam, & omnia illa quæ superius enumerata dura, & immania omnis auditor horrescit, levem tribulationem diceret, intuens interioribus, & fidelibus oculis, quanto pretio temporalium emenda sit futura vita, non pati æternos labores, imporum, & sine ulla sollicitudine perfui felicitate iustorum. Securi, & uri se homines patiuntur, ut dolores non æterni, sed aliquanto diuturniores ulceris aeternum dolorum pretio redimantur. In languida, & incerta vocationis brevissima, atque ultima vita immanissimis bellis miles atteritur, pluribus fortasse annis in laboribus inquietis, quam in ota quietaret. Quibus tempestatibus, & procellis, quam horribili, & tremenda scientia est, & maris importuni sunt mercatores, ut divitias ventibus acquirant maioribus, quam quibus acquisita sunt, periculis, & tempestatibus plenas. Quos altus, qua feigora, quæ pericula ab equis, a fossis, a precipitiis, a fluminibus, a locis perfidæ venatores, quem laborem sustinent, & sitiendi, quantas vilissimi, & sordidissimi cibi, & potus angustias, ut bestiam capiant .... Sed in his omnibus qui hæc non amant, eadem gravia patiuntur; qui vero amant, eadem quidem, sed non gravia, pati videntur. Omnia enim seva, & immania, prorsus facilia, & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius, ac facilius ad veram beatitudinem caritas facit, quod ad miseriam, quantum potuit, cupiditas fecit? Quam facile toleratur qualibet adversitas temporalis, ut æterna pæne vitetur, æterna vaganes comparetur. Non immerito ille vas electionis cum ingenti lætitia dixit:* Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis: *Rom.* VIII. *Ecce unde illud iugum suave est, & sarcina levis: & si angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit Psalmista:* Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. *Sed quæ dura sunt laboribus, eisdem ipsis mitescunt amantibus.*

IV. Hæc licet paululum prolixiora ex Augustino transcribere libuit, ut palam fieret nihil hoc de argumento a nobis dici quod non fuerit prius ab Augustino scriptum. Quam Augustini doctrinam confirmat Angelicus 2. 2. quæst. XLIV. art. 1. *Finis autem spiritualis vitæ est ut homo uniatur Deo, quod fit per caritatem. Et ad hoc ordinantur, sicut ad finem, omnia quæ pertinent ad spiritualem vitam.* Ex qua sic instauro argumentationem meam. Sicut moraliter fieri nequit ut mercator navigationis pericula, & molestias, & vulnera, venator incommoda venationis perferant, nisi vehementi flagrent ardore id assequendi quod sibi in finem præstituere; eadem ratione difficillimum, & mo-

rali-

aliter impossibile est, ut Christiani multo tempore cetera omnia legis præcepta servent, nisi frequenter in servidos amoris actus erita Deum erumpant. Hanc porro summam difficultatem, moralemque impossibilitatem vi gravissimi præcepti tollere altringuntur. Sola autem caritas hanc difficultatem, & impedimenta auferre valet. Ergo ad frequentandos caritatis actus vi præcepti altringuntur homines. Cum dicitur, caritatem ad alia præcepta servanda necessariam esse, non est sensus, quod caritas sit medium, & alia præcepta sint finis; sed e contrario alia præcepta imperantur ab efficaci intentione finis, seu caritatis, eumque executio dirigitur in caritatem sicut in finem. Idque patet ex communi doctrina de intentione finis, & electione mediorum. Finis enim per se intenditur, & media propter finem: & tamen cum media ardua sunt & difficilia, finis intentio renovatur, ut istius efficacitas animum ad executionem impellat mediorum. Nec propterea quisquam dixit, finem esse propter media; sed contra media propter finem. Repetenda igitur est frequenter finis intentio, seu amor erga Deum ob duplicem rationem, tum ut ipsum impleatur caritatis præceptum, tum ut facilius alia præcepta executioni mandentur.

V. Quæst. II. *In quo sita est frequentia ipsa actus amoris erga Deum repetendi?* Resp. Antequam frequentiam hanc præcisius explico, congruum est aliqua tempora designare in quibus communiter Theologi præceptum urgere docent; & quasdam opiniones refellere quæ nimium differunt istius præcepti observantiam. Itaque certum cum sit pluries in vita amandum Deum esse, ut alias dictum est.

VI. P. Thomas Sanchez *Lib. II. cap.* xxxv. octo temporum intervalla designat in quibus ceteri Theologi præceptum urgere docent, eaque reiicit. Hoc idem præstat P. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* 1. *punct.* 4. Primo loco refert sententiam quæ urgere præceptum docet sub primum rationis dilucalum, eamque reiicit: sed eam supra a vanis cavillis asseruimus *num.* 3. Refert deinde opinionem P. Vasquez, qui obligationem istius præcepti reiicit in vitæ finem: *Huitam fero!* Merito illam improbat. Tertio producit opinionem Ioannis Sanchez, & aliorum, quos tacito nomine indicat Sotus, docentium semel tantum in vita præceptum hoc obligare. Tamquam nimium laxam a Theologis communiter reprobari asserit. Quarto recenset sententiam Scoti, Angeli, Tabienæ, qui singulis diebus festis teneri fideles ad Deum diligendum defendunt. Sententiam hanc ut nimis rigidam explodit: quia, inquit, sanctificari dies festi valent sine dilectione Dei. Accidit nullum esse qui de hac omissione facta die festo se accuset: ergo credibile non est hanc esse obligationem; alias Parochi tenerentur suos fideles de illa monere, & ad illius implementum excitare, quod videmus non fieri. Næ egregia argumentatio! Parochi probabilitimi prætudicis occupati id præstare negligunt, verum est. Admonent vero fideles suos de hoc amoris tributo Deo pendendo Parochi evangelica Ethica instructi. Quintum commemorat opinionem Soti, & Valentiæ, qui docent adultos suscipientes baptismum ad diligendum Deum astringi. Sed neque hæc illi arridet opinio. Sexto inducit Bannez docentem amandum Deum esse, quoties sumenda eucharistia est. Sed est, ... quis, obligatio sine fundamento.

VII. Præterire hic minime valeo impostruram quam P. Moya *tract.* VI. *disp.* VI. *quæst.* 1. § 2. & 3. impingit Magistro Bannez, qui conceptis verbis docet mandatum caritatis speciale esse; pluries in vita urgere, & potissimum splendente primo rationis lumine. Deinde subdit, difficile satis esse tempora definire præcisa in quibus urget. Putat tamen eos qui sumunt eucharistiam semel in anno implere præceptum festiud. Cuius sensus non est, ut cavillatur Moya, quod sumptio ipsa sacramenti sit observantia præcepti; sed quod fieri vix potest ut fideles accedant ad hoc divinum convivium, quod ultimum, & supremum est divini in nos amoris argumentum, quin redamerit Deum illum qui se in illorum alimentum præbet. Sic dicimus qui servant Dei mandata, Deum diligunt: non quod observatio præceptorum sit ipsa Dei dilectio, sed signum, & effectus dilectionis. Postremo admonet Bannez nobis etiam ignorantibus imputari istius præcepti omissionem posse, & continuo nobis clamandum esse: *Ab occultis meis munda me Domine*. Non vacat longiorem pro Bannesio defensionem adornare; cum latis superque illam a cavillis P. Moya asseruerit Vincentius Baronius. Nec quæ in Baronium Moya loco laudato congerit, aliquam merentur oppugnationem: sua quippe futilitate corruunt. Partas baptismi cum eucharistia nullius momenti est. Mortuorum illud, vivorum, sit amandum, sacramentum istud est. Bannez optime argumentatur, dum dicit, susceptionem baptismi non esse implementum præcepti diligendi Dei. Neque sibi contradicit, cum docet illum qui suscipit eucharistiam semel in anno, præceptum caritatis servare, ob rationem datam, quod fieri vix possit ut fideles accedentes ad has cælestes epulas non urantur veste nuptiali caritatis, qua indutisint necessum est, cum digne sacramentum percipiunt.



VIII. Sed revertamur ad Castropalaum. Septimo loco repellit doctrinam illorum qui sanctos martyres sese muniendos iubent divini amoris armatura ad extrema perferenda supplicia. Octavo cum Sanchez, Suarez, & Coninch, aberrare eos contendit qui docent redamandum vi præcepti Deum esse, cum magnum ab eo recepimus beneficium. Quis hoc grave reputat, si intimo cordis affectu grates divino lautori reddere iubeamur; cum ille sua nobis impertiat beneficia, ut nostra magis sibi devinciat corda. Nono illi displicet doctrina Soti, & Valentiæ, qui ad amandum Deum nos obligant vi præcepti, quoties illius maiestatem impeti blasphemiis audimus. Amor erga parentes, patriam, amicos, nos ad illorum afferendum honorem impellit: quidni ad propugnandum honorem divinum? Sed religionis, non caritatis munus istud est. Non renno. Sed amor erga Deum nos ad defungendum religionis officium impellit; & sine hoc amore in hoc eventu religionis actus languet. Decimo discrepat ab ipso P. Sanchez docente præceptum obligare, dum odio habendi Deum animum tentatio vellicat: quia raro, vel numquam præsumi potest dilectionem Dei medium esse necessarium ad propulsandam tentationem odii. Quod absolute non sit amor Dei medium physice necessarium ad expellendum odium, esto. Ceterum moraliter opportunum antitodum odii amor est. Idcirco communior sententia docet urgere tum præceptum, sive *per se*, ut Sanchez, sive *per accidens*, ut communius alii. Undecimo recedit a communissima sententia extendente obligationem divini mandati potissimum ad mortis tempus. Opinionem hanc satis probabilem fatetur, atque in praxi confulendam; at illi certa non est, si peccati mortalis conscius tu non sis. Nobis vero nimiam redolet laxitatem eximere fideles a debito amoris. Dei eo tempore quo medio amore copulari Deo debemus. Amplectenda ergo est communis sententia. Postremum tamquam asperam, nimiumque duram reiicit sententiam quæ docet fideles teneri singulis annis vi præcepti Deum amare. Quid digeret de præcepto confitendi singulis annis, si auctoritas Ecclesiæ non obliaret? Deus siquidem tanta cura, tantoque studio, & sollicitudine auribus nostris non inculcat præceptum confessionis, sicut mandatum amoris, ut manifestum est. Verum otio abuterer, si longius improbarem opinionem quam ille suo marte cudit, videlicet peccare fideles, si ultra triennium differant actum amoris Dei. Quid, si ultra biennium? Levem tunc culpam pronuntiabit? Otio, inquam, abuteret, si argumenta congererem, quibus hanc nimium lane laxam opinionem confutatem.

IX. Quæst. III. *Satisfacit ne huic præcepto qui semel in anno Deum diligit?* Resp. minime. Pluries in anno Deum vi præcepti amandum esse, mihi certum est. Quandoquidem Deus tanto verborum apparatu, & tanta expressionum efficacitate nobis hunc amorem præcipit, ut continuitatem istius amoris exigere videatur. Verum, cum hæc continuitas physica esse nequeat, spectata naturæ corruptione, ad quandam continuitatis moralis, nostraque naturæ aptæ, speciem confugiendum est. Porro, ut hæc moralis servetur continuatio, saepius in annos singulos amoris actus reperendi sunt. Sine hac quippe frequenti repetitione moralis continuitas consistere non valet. In hanc sententiam concedunt Cardinalis Gotti, doctrina non minus quam purpura clarissimus, Cardenas, Roncaglia, Antoine, allique. Nec video qua ratione Theologorum aliquis ab ea discedere valeat.

X. Quæst. IV. *Singulis ne diebus festis urget hoc amoris mandatum?* Resp. Affirmat Scotus *in IV. dist.* XXVII. *quæst. unica*, Tabiena *verb.* Caritas *quæst.* XX. Angelus *verb.* Fer. *num.* 41. Gabriel *in III. dist.* XXXVII. *quæst. unica. art.* 3. Almainus *quæst. unic.* & alii. *Qua sententia* (inquit Cardenas *diss.* VI. *cap.* 11. *art.* 2. *n.* 9.) *non est contemnenda*. Idemque censet P. Antoine *tract. de virt. Par. III. cap.* 11. Quin ait, Patrem Cardenas docere mortale peccatum committere illum qui hunc amoris actum per mensem negligeret. Et sane mihi valde probabilis est sententia illhæc: immo si continuitatem moralem amoris considero, quam Deus nobis præcipere dixi, ob vim, & robur verborum quibus conceptum est illius mandatum; quasi dicerem probabiliorem mihi esse,

Quo-

Quoniam si Deus vult suum mandatum omni nostro conatu, tota anima, tota mente, tota fortitudine impleri; si illud nobis ob oculos continenter obversari præcepit; si jubet nos cogitationes nostras, sive sedentes in domo, sive ambulantes in itinere, in illud conferre; si illud in limine, ostiisque domorum scribere imperat, ut altius memoriæ nostræ fixum hæreat: qua benignione, unaque verosimillore explicatione interpretari valemus præceptum tanto studio inculcatum, quam si diximus, semel singulis hebdomadibus implendum esse? Festa ad Deum colendum instituta sunt. *Quis vero* (inquit Augustinus) *est cultus ejus, nisi amor ejus?* Non negamus præcepta externa servari posse sine caritate. Sed, si præter litteram legis spiritus legis inspiciatur, ideo Deus abstinere ab operibus servilibus, denique vacare jubet, ut cor nostrum in ipsum erigamus, ut a terrenis feriandi, & abstracti, sola cælestia meditemur, & commercium cum ipso habeamus, atque viscera cordis nostri in illius dulcissimis colloquiis, & amplexibus dilatemus. Sane si Scriptura, si Patres, si ratio, & cujusque generis momenta consulantur; valde probabilis mihi hæc opinio videtur, salvo semper meliori judicio. Quando enim principia certa desunt, quibus sententia quæ nobis verisimilis apparet, firmetur; submisse, & magno cum timore promendum judicium est. Quoniam non minus peccatur ob initium rigoren quam ob nimiam laxitatem. Hinc temperanda mihi videtur, & expiscanda sententia hæc. Si singulis diebus festis diligendus *per se* Deus est vi præcepti; quando ergo plura sibi immediate succedunt festa, ut non raro contingit, singulis ne diebus præceptum urgebit? Qui tribus festis Deum diligit, peccabit ne graviter, si quarto die eum non diliget? Respondeo. Qui tribus festis Deum diligit, diliget & quarto, si ipsius sit, & in peccatum non labatur, ut infra dicam. Ceterum, ut recta interrogationi respondeam, dico, satisfieri præcepto, si singulis diebus dominicis Deus diligatur. Sed quam prodis illius arbitrariæ determinationis rationem? Quia, ut Suarez, aliique graviores Theologi docent, definita illius præcepti obligatio prudentum arbitrio relinquenda est. Prudentiæ vero mex (si qua quidem in me est) probabile apparet quod singulis dominicis diebus diligendo Deum impleatur mandatum. Hoc quippe modo servatur continuitas moralis amoris, quam jubere præceptum diximus: & simul rigor obligationis temperatur, & aptatur conditioni naturæ humanæ, quæ nec nimia contemplatione cælestium opprimenda est, nec nimium laxanda in terrenarum rerum amore. Hæc nobis probabilia videntur. Qui meliora habet, promat. Nec ideo diebus dominicis urgere præceptum amandi Deum dicimus, quod amor ille necessarius sit ad observandum mandatum de festorum sanctificatione; sed quod eiusmodi temporis intervallum opportunum existimamus ad servandam moralem continuitatem amoris, ut explicuimus. Iterum tamen inculco, me hæc omnia sapientum iudicio subjicere. Quoniam nihil mihi antiquius est quam ut iniusti rigoris notam declinem. Dives enim in misericordia Deus est. Quare non ita illigo obligationem præcepti diei dominici, quod non possit altero hebdomadæ die præceptio satisfieri. Quoniam, ut dixi, semel in hebdomada sufficit. Nec in mentem tibi veniat scrupulis animas implere doctrinam hanc. Nam qui reipsa hoc præceptum implent, pluriquam semel Deum amant in singulas hebdomadas. Peccatores numquam. Clarius infra hoc explicabo.

XI. Hæc obligatio amandi Deum in primo rationis instanti, in morjis articulo, pluries in annum, immo, ut probabile censemus, singulis Dominicis, *per se* est, seu vi ipsius præcepti caritatis. *Per accidens* vero obligat præceptum, quando quis audit Deum blasphemis impeti, quando odio habendi Deum graviter tentatur: item, cum sustinari debeas, maxime extra sacramentum; ut si sacramenta administrare debeas sine confessione, aliisque similibus casibus, de quibus dictum est supra.

XII. Observes velim, te implere posse præceptum caritatis *per se*, etiam quando illud observas tempore quo obligat *per accidens*. Ex exemplum. Agnoscis quod actus amoris Dei efficax remedium sit ad repellendam gravem tentationem five luxuriæ, five odii, qua vexaris die dominico, in quo supponimus præceptum caritatis obligare *per se*. Si tu elicis actum amoris, quo te tentationis lascivæ periculo subducis; utrumque præceptum implevisti, caritatis, & caritatis quoniam tametsi hoc præceptum caritatis obliget per se, non propterea impedit quo minus eliciatur actus imperatus ob finem pœnitentiæ, propulsandi tentationem, & evadendi damnationem. Igitur quandecumque eliciatur actus caritatis, sive absolute absque ullo respectu ad aliquem finem assequendum, sive propter pœnitentiam; semper valet ad implendum præceptum per le pluries diligendi Deum: & si illo die quo actum amoris edis ob finem servandi castitatem, obligat per se caritatis præceptum, observas reaple mandatum caritatis; si vero tali die quo tentatione vexaris, mandatum caritatis per se non obligat, si tentationi lascivæ succumbis, peccas contra præceptum castitatis, secus contra præceptum caritatis.

XIII. Ultimo observes velim, quod etiam alii Theologi animadvertunt, ut Cardenas, Lorca, Leander, Catholicos bene moratos facillime implere hoc mandatum caritatis. Plures siquidem quotidie caritatis actus edunt, etiam non advertentes. Quandoquidem licet eliciantur ob aliarum virtutum exercitia, satis sunt ad implendum mandatum. Porro fideles qui devote recitant precationem dominicam, Deum amant, cum, ut sanctificetur sanctissimum illius nomen, orent; Deum amant, cum ob illius amorem pauperibus succurrunt, injurias sibi illatas hilari fronte perferunt, corpus jejuniis macerant; qui denique præcepta legis exacte servant, & propriæ professionis pensum impigre solvunt. Facessant ergo quorumdam recentiorum spectra, & lemures, quibus ut tetricum, & grave hoc præceptum frequenter amandi Deum traducunt. Grave est, ut diximus alias, hominibus carnalibus; ceterum iis omnibus qui Dei legem servare student, qui propriæ salutis negotium serio pergunt, non modo suave est, sed legem totam suavem efficit, corque roborat ad observantiam.

## CAPUT X.

*Quomodo Catholici, sive justi, sive peccatores, implent, violantque caritatis præceptum.*

I. DUas gravissimi momenti, & scitu necessarias difficultates enucleandas aggredimur. Altera est de peccatoris pœnitentia statim post peccati perpetrationem: quam quidem controversiam ex professo non versabo, ad tractatum de pœnitentia illam reiiciens, & modo quædam tantum delibans ad clariorem intelligentiam præcepti caritatis. Quippe dictum est, pluries in anno illud obligare; immo probabilius singulis diebus dominicis. Porro peccator letali crimine inquinatus implere caritatis præceptum nequit, nisi reliquerat, peccatumque pœnitentia deleat. Idcirco examinandum occurrit, teneatur ne statim post lapsum pœnitere, ut amiate Deum valeat. Altera ipsum iustum spectat, utrum scilicet hic peculiari ratione repetere actus caritatis astringatur, quibus permanentiam caritatis in anima custodiat, foveat, securioremque efficiat. Ambas difficultates brevi calamo, quoad fieri poterit, resolvemus.



### §. I.

*Omnia justorum opera sunt aut meritoria, aut demeritoria.*

II. UT a iusto initium ducamus, illud est primum omnium demonstrandum, quod scilicet in homine gratia sanctificante ornato nullus detur actus qui non sit aut meritorius aut demeritorius. Quæ controversia tametsi alibi locum habeat, e re tamen nostra est illam paucis perstringere: quia ex illa clarius evincitur debitum frequenter repetendi actus caritatis. Porro quod omnia iusti opera meritoria sint, aut demeritoria, colligitur primo ex Apostolo Paulo I. Cor. xv. *Abundate in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis in Domino.* Hic Apostolus comprehendit omne opus, omnemque laborem, & dignum mercede pronuntiat. Non me fugit reponi posse, Apostolum de opere bono loqui; secus vero innuere quod omne opus bonum dignum sit mercede æterna. Verum quamvis expresse id Paulus non afferat, satis tamen probabiliter colligitur: potissimum quod communiter graviores Theologi hoc in sensu excipiunt Apostoli textum, nostramque positionem defendunt. D. Thomas in II. distinct. xl. quæst. 1. artic. 5. *Nullus actus a voluntate deliberata progrediens potest esse qui non sit bonus, vel malus, non tantum secundum Theologum, sed etiam secundum moralem Philosophum. Et voluntarius non potest esse aliquis actus a deliberata voluntate procedens in habente gratiam, qui non sit meritorius. Sed in non habente gratiam potest esse aliquis actus deliberatus, qui nec sit meritorius, nec demeritorius.* Et paulo infra: *Sed tamen actus bonitate civili perfectus, non est susceptibilis efficacia meriti, nisi in eo qui gratiam habet: & ideo in eo qui caret gratia, indifferens est ad meritum, & demeritum; sed in illo qui gratiam habet, oportet vel meritorium, vel demeritorium esse: quia sicut malus erit demeritorius, sic & bonus erit meritorius. Quia cum*

*caritas imperet omnibus virtutibus, sicut voluntas omnibus potentiis, oportet ut quidquid ordinatur in finem alicujus virtutis, ordinetur in finem caritatis. Et eum omnis actus bonus ordinetur in finem alicujus virtutis, in finem caritatis ordinatus remanebit; & ita meritorius erit. Et sic comedere, & bibere, servato modo temperantiæ, & ludere ad recreationem servato modo eutrapeliæ, quæ medium tenet in ludis, ut dicitur II. Ethicorum, meritorium erit in eo qui caritatem habet, qua Deum ultimum finem vitæ suæ constituit.* Hoc idem docet pluribus aliis in locis quæst. 11. de malo artic. 5. ad 11. *Ad hoc quod aliquis sit actus meritorius in habente caritatem, non requiritur quod actu referatur in Deum; sed sufficit quod actu referatur in aliquem finem convenientem, qui habitu referatur in Deum. Sicut si aliquis volens peregrinari propter Deum, emat equum, nihil actu de Deo cogitans, sed solum de via quam sum in Deum ordinaverat; hoc est etiam meritorium. Sed constat quod ille qui habet caritatem, se, & omnia sua ordinavit in Deum, cui inhæret ut ultimo fini. Ergo quidquid ordinaverit vel ad se, vel ad quodcunque aliud sui, meritorie agit, etiamsi actu de Deo non cogitet; nisi impediatur per aliquam inordinationem actus, qui non sit refertibilis in Deum. Hoc autem non potest esse, nisi sit peccatum saltem veniale. Ergo omnis actus habentis caritatem vel est meritorius, vel est peccatum.* Eadem habet quæst. XIV. de verit. artic. 3. *Dicendum, quod in habente caritatem non potest esse aliquis actus virtutis, nisi caritate formatus: aut enim actus ille erit in debitum finem ordinatus; & hoc non potest esse, nisi per caritatem in habente caritatem: aut non est ordinatus in debitum finem; & sic non erit actus virtutis.*

III. Unicum aliud testimonium produco ex eodem Angelico, quo declaratur, quo in sensu intelligendum sit, id quod quandoque dicit Angelicus, sufficere videlicet referre in Deum relatione habituali opus bonum, ut sit meritorium. Inquit ergo in II. dist. XL. art. 5. ad 6. *Dicendum, quod non sufficit omnino habitualis relatio actus in Deum; quia ex hoc quod est in habitu, nullus meretur, sed ex hoc quod actu operatur. Nec tamen oportet quod intentio actualis ordinatus in finem ultimum, sit semper connuncia cuilibet actioni, quæ dirigitur in aliquem finem proximum; sed sufficit quod aliquando actualiter omnes illi fines in finem ultimum referantur; sicut fit quando aliquis cogitat se itum ad Dei dilectionem dirigere: tunc enim quidquid ad se ipsum ordinat, in Deum ordinatum erit.* Quando ergo Angelicus insinuare videtur, satis esse referre opus in Deum relatione habituali, non aliud intendit, nisi quod justus, qui habitu gratiæ sanctificantis, & habitu caritatis præditus est, habitu conversus in Deum est: ex qua habituali conversione, quoties operatur bene moraliter, suapte natura fere consequitur ut virtualiter saltem opus suum dirigat in Deum, ut clarius explicat Hannibaldus in II. dist. XL. art. 4. *Etsi homo (justus) non semper actu cogitet de Deo, tamen habitu semper refert in Deum: & quodammodo actu, inquantum vis actualis intentionis præcedentis tenanter in actibus sequentibus.* Ex quo satis perspicue apparet, quod relatio hæc habitualis, quam interdum sufficere Angelicus ait, eadem sit ac virtualis. Quippe loquitur Angelicus relate ad propria principia, quibus statuit omnia justorum opera meritoria esse, vel demeritoria. Quoniam ex quo justus actu caritatis se, & omnia sua Deo subjecit, ut ultimo fini, remanet & habitualiter in Deum conversus: & ex hac habituali conversione consequitur quod justus operans bonum morale, virtute præcedentis actus, virtualiter saltem, bonum illud in Deum ordinet.

IV. Sententiam D. Thomæ communiter amplectuntur Thomistæ. Capreolus in *II. dist. IV. quæst. 1. art. 3. & dist. XL. qu. 1. art. 1.* Cajetanus 1. 2. *qu. VIII. art. 3.* Soto *Lib. III. de natur. & grat. cap. IV.* Medina 1. 2. *quæst. XVIII. art. 9.* Genet *disput. 11. art. 6. num. 151.* Collegium Salmanticense *tract. XVI. disp. IV. dub. 5.* Ratio autem laris petipicua videtur. Actus caritatis amor efficax est finis ultimi, seu Dei auctoris supernaturalis super omnia. Ergo subjicit Deo, atque in Deum dirigit hominem justum, omniaque illius opera quæ in Deum referri queunt. Prima propositio a nemine in disputationem adducitur. Altera vero illam sponte consequitur. Quoniam hæc prærogativa est actus efficacis, ut sua vi infinat in ea omnia quæ dirigit, & ordinat. Virtute siquidem actus imperii, & influxus ab actu inefficaci distinguntur. Accedit quod homo justus, cum actu efficaci amoris lemetipsum Deo sacrificat, potissimum quod in victimam Deo litat, liberum arbitrium est, & voluntas. Hoc quippe est Deum toto corde, tota anima, & tota mente diligere, nempe integram animæ, mentis, & voluntatis hostiam Deo offerre. Si integram plantam donat: ergo & fructus, nempe actus omnes qui ab eadem voluntate profi-



ciscuntur, si boni sint, digniique ut Deo offerantur. Hanc rationem paucis verbis complectitur Angelicus 2. 2. quæst. XIV. artic. 4. *Deus autem est diligendus sicut finis ultimus, ad quem omnia sunt referenda.* Idemque repetit 1. 2. quæst. CX. artic. 10. *Sub præcepto caritatis continetur ut diligatur Deus ex toto corde, ad quod pertinet ut omnia referantur in Deum.* Hoc quippe est privilegium caritatis quod modus illius cadit sub præcepto; ita ut vi præcepti caritatis omnia opera nostra teneamur in Deum dirigere, secundum illud Apostoli I. Cor. X. *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Quem textum pluribus in locis explicat Angelicus, maximè quæst. 11. de virtut. art. 11. ad 2. *Dicendum, quod omnia referre in Deum, non est possibile in hac vita, quod semper de Deo cogitetur, hoc enim pertinet ad perfectionem patriæ; sed quod omnia virtute referantur in Deum, hoc pertinet ad perfectionem caritatis, ad quam omnis tenentur. Ad cujus evidentiam considerandum est, quod sicut in causis efficientibus virtus primæ causæ manet in omnibus causis sequentibus; ita etiam intentio principalis finis virtute manet in omnibus finibus secundariis. Unde quicunque actu intendit aliquem finem secundarium, virtute intendit finem principalem; sicut medicus, dum colligit herbas, actu intendit conficere potionem, nihil forsitan cogitans de sanitate; virtualiter tamen intendit sanitatem, propter quam potionem dat. Sic igitur cum aliquis seipsum ordinat in Deum sicut in finem, in omnibus quæ propter seipsum facit, manet virtute intentio ultimi finis, qui est Deus. Unde in omnibus meretur, si caritatem habeat. Hoc igitur modo præcipit Apostolus quod omnia in Dei gloriam referantur.* Et in responsione ad tertium argumentum subdit, quod *aliud est habitualiter referre in Deum, & aliud virtualiter. Habitualiter enim refert in Deum etiam qui nihil agit, nec aliud actualiter intendit, ut dormiens. Sed virtualiter aliquid refert in Deum est agentis propter finem ordinantis in Deum. Unde habitualiter referre in Deum non cadit sub præcepto; sed virtualiter referre in Deum cadit sub præcepto caritatis.*

V. Difficiles, ac metaphysicas nimium subtilitates texere hic Scholastici solent, ut modum explicent quo actus ille primus caritatis transactus permanet in actibus subsequentibus, quos dirigere debet. Verumtamen his expediendis immorandum non esse existimavimus. Illud quippe certum est caritatem formam esse ceteranum virtutum. Modus porro quo hæc contingat informatio, diversimode a Theologis explicatur. Alii contendunt fieri hanc informationem media quadam modali formalitate, quæ ejusdem caritatis participatio est, & in ceteras virtutes derivatur. Alii volunt caritatem se ipsa alias virtutes informare, eaique dirigere in finem ultimum: quod evenit, dum primo gratia, & caritas animæ infunduntur. Verum paucis verbis dicitur, quod caritas, cum sua efficaciissima vi voluntatem, ceteraque virtutes, omniaque sua in Deum ultimum finem dirigit, ita afficit, disponit, dicamnique, modificat voluntatem, aliaque virtutes, ut vi illius modificationis, & habitudinis impressæ ab efficacitate caritatis, etiam post transactum illum primum actum, tendat in ultimum finem. Quapropter, dum adversarii opponunt actum tornatilem caritatis dirigentem elapsum esse, & consequenter non posse tua efficacitate influere in actus subsequentes: optime respondetur transisse formaliter actum illum; sed virtualiter remanere in impressione, seu modificatione relicta in voluntate, ceterisque virtutibus. Hoc autem pluribus exemplis confirmari valet.

VI. Objicies. Infidelis refert se, & omnia sua in numen falsum, in idolum. Ergo virtute illius efficacis relationis in finem ultimum idolatriæ, ceteræ omnia posteriora opera superstitionis labe fordefient: & hic omnia opera infidelium erunt peccata, quemadmodum omnia opera justorum sunt meritoria. Resp. Paritas laborat, ut aiunt, falso supposito, nempe quod finis ultimus idolatriæ sit idolum. Sed contiquc, sive infidelis, sive peccatoris, finis ultimus est bonum proprium, prout abstrahit a ratione increati, vel creati, honesti, vel inhonesti. Licet ergo videatur quod idolum sit finis ultimus idolatriæ, reapte ita non est: non enim amat se propter idolum, sed idolum propter se: sicuti, dum peccator perperrat aliquod flagitium, finis ultimus adæquatus illius peccatoris non est objectum, seu idolum illud vitiosum; alinquin qui facit plura peccata mortalia diparata, & non subordinata, haberet plures ultimos fines, quod esse nequit: sed, ut diximus, finis ultimus adæquatus peccatoris est bonum proprium: ad quod omnia quæ appetit peccator, ordinantur. Porro, cum hoc bonum proprium præcindat a ratione honesti, vel inhonesti, & actio peccatoris, vel infidelis est mala, ordinatur ad bonum proprium, ut affectum privatione referibilitatis in Deum. Si actio bona ex officio fuerit, & in nullum gravum finem ordinata, sed pro-

pter ipsam honestatem objectivam volita; tunc ordinatur in bonum proprium, ut referibile in Deum, quod vi istius actionis nulla afficitur pravitate quæ impediat ordinationem in Deum. E contrario res se habet in iusto, cujus Deus est finis ultimus adæquatus: & caritas sola quæ in iusto residet, privilegio potiuntur ut sit forma aliarum virtutum, & efficacitate sua determinet voluntatem, ut in tali habitudine, & dispositione consistat, vi cujus valeat, translato primo caritatis actu, posteriora opera dirigere in ultimum finem. Si plura cupis, consule Scholasticos, maxime Salmanticenses *tract. de ult. fin. disput.* IV. *dub.* 3. Non ergo omnia peccatoris, vel infidelis opera sunt peccata. Omina vero opera honesta iusti sunt meritoria ob rationem explicatam.

VII. Quæres, quamdiu actus ille caritatis efficax quo iustus se, suaque omnia in Deum dirigit, duret in impressione relicta in voluntate ceteris que virtutibus. Respondent Salmanticenses *loc. cit.* Isapte natura durare per totam vitam, nisi retractetur. Hæc doctrina nobis minime arridet, nisi explicetur. Quod ille actus, spectata illius efficacitate, & deliberato proposito, prodat perpetuitatem quamdam, perennemque durationem, non inficior. Verum fundo, determinationem, vimque impressionis quæ remanet ex efficacitate illius actus in voluntate, ceteris que virtutibus, diu non duraturam in voluntate, nisi aliorum caritatis actuum formalium repetione foveatur, & instauretur, ob corruptionem naturæ humanæ, & passionum tumultum, & rebellionem. Quis dixerit, intentionem efficacem, qua quis proponit attente, & devote recitare divinas laudes, in perpetuum duraturam, nisi frequenter renovetur? Cupiditas quippe terrena, carnalisque amor insidias continenter struit, & diu noctuque machinatur adversus amorem divinum: Bellum continuum ardet, & iusta non interrupta. In hoc conflictu extenuatur, deservetque calor cælestis, nisi adiuvetur, & foveatur. Comparare non immerito possumus ignem divini amoris qui ardet in voluntate iusti in hoc naturæ lapsæ statu, calori ignis qui calefactæ aquæ inhæret. Aqua calefacta cito frigescit ob continuum conflictum quo frigus aquæ pugnat adversus ignis calorem sibi inimicum; &, nisi calor receptus in aqua, ignis flammis corroboretur, in nativam aqua recidit frigiditatem. Eadem ratione, proportione servata, calor amoris divini in voluntate iusti ardens paullatim frigescit, virtesque in continua pugna adversus impurissimum concupiscentiæ ignem amittit, nisi opportunis auxiliis reficiatur, nisi frequenti actuum æstu inflammetur. Hinc collige, quam vera sit doctrina quam supra explicuimus, præceptum videlicet caritatis obligare ad frequentem actuum repetitionem: quam frequentiam diximus non salvari, nisi pluries actus caritatis repetantur in annos singulos; quin, ut quid nobis probabilius addidimus, in singulos dies dominicos. Quæ doctrina, si ad Iesu Christi pedes, si ad divinæ majestatis thronum, si ad infinitæ bonitatis conspectum ruminetur, non rigorem, non alperitatem, sed dulcissimam sapit suavitatem.

VIII. Et revera si mandatum sic explicatum comparate ad iustum spectetur, nihil oneris imponit præter id quod in praxi reipsa accidit, & quod Theologi Ascetici inculcant. Siquidem quis iustorum integra hebdomada negliget suum salutare amantissimum Deum? Quis iustorum precationem dominicam recitabit, quin nec semel in hebdomada ex animi sententia dicat: *Sanctificetur nomen tuum?* Contra si iustus tam fuerit ignavus, tam otiosus, tamque torpidus, ut integram hebdomadam nullum supernaturalis vitæ actum eliciat, ut nec semel colloquatur cum Deo, nec Deo hostiam cordis sui litet, ut cogitationes suas, suosque affectus, sine quibus vivere haud potest, in terrenis, mundanisque negotiis occupet: quis dixerit iustum hunc vitam vivere divinam? Quod si vita divina mortua sit; abruptum ergo est sanctum amoris vinculum, violatumque amicitiæ fœdus. Duplici ergo ratione iusti tenentur frequenter actus repetere caritatis, tum ut pensum amoris Deo solvant, tum ut insulum caritatis donum ab inimicorum insidiis servent.

IX. Hæc, reponis, ascetica sunt, & perfectionis consilia suadenda, secus præcepta necessario sub damnationis æternæ pœna imponenda. Asceticæ, & divina esse concedo; consilia tantum nego: nisi loco consilii tibi sint: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua. Hoc est primum, & maximum mandatum. Continuo caritatem habeto. Quidquid facis, sive manducetis, sive bibitis, omnia in gloriam Dei facite. Etiamque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: narrabis ea filiis tuis, meditaberis in eis sedens in domo, & ambulans in itinere.* Quid quod iustus diu in gratia, & caritate non perseverabit, nisi gratiæ actualis speciali dono a Deo



Deo donetur? Hæc porro gratia pigris, & oscitantibus non solet a Deo tribui, sed vigilantibus, qui lampades accensas habent oleoque plenas. Quid quod Ioannes Evangelista scribit languidum, frigidumque amatorem Deum ad vomitum, nempe ad detestationem, provocare? *Utinam frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo:* Apoc. III. Innumera alia occurrent rationum momenta quibus palam faciem, iustum teneri pluribus titulis ad frequentem actuum caritatis repetitionem. Sed hæc pauca quæ dicta sunt, sufficiant: plura fortassis alibi dicentur.

## §. II.

*Iustus lapsus in peccatum mortale, illico ne caritatis actum eliciat, & se in Deum convertere astringitur?*

X. Difficillimam enucleandam ingredimur quæstionem. Hanc tamen in præsentia pro dignitate discutere nolo. In tractatu de Pœnitentia id peragam. Aliqua nunc perstringam, & quo ego propendeam in dubia, & ardua disputatione, indicabo.

XI. Communior recentiorum opinio est, quæ asserit, eum qui in peccatum mortale lapsus est, non teneri statim ad pœnitentiam, sive ad eliciendum actum perfectæ contritionis, sive ad suscipiendum confessionis sacramentum. P. Suarez *de Pœnit. disp.* XV. *sect.* 5. laudat pro hac opinione Durandum, Angelum, Ioannem Medinam, Hadrianum, Sotum, Canum, Viguerium. P. Castropalaus vero citat P. Henriquez, P. Coninch, P. Layman, Valquez, plurelque alios.

XII. Altera sententia fustinet hominem lapsum in peccatum mortale statim adstringi aut ad actum contritionis perfectæ, vel ad sacramentum pœnitentiæ suscipiendum. Hanc sententiam docent D. Thomas 2. 2. *quæst.* LXXX. *art. ult. &* Bonaventura *in IV. dist.* XVII. *art.* 4. *in 4. part. quæst.* III. Alexander Alensis *part.* IV. *quæst.* LXXVII. *memb.* 4. *art.* 1. Paludanus *in IV. dist.* XVII. *quæst.* 1. *art.* 3. *concl.* 2. Argentina *in IV. dist.* XVII. *art.* 2. *ad* 4. Major *in IV. dist.* XVII. *quæst.* 5. D. Antonius *III. Part. tit.* XIV. *cap.* VIII. §. 2. Cajetanus 2. 2. *quæst.* LXVI. *circa* 2. *& Tom.* I. *opusc. tract.* XVII. Silvester *verb.* Contritio *num.* 4. Marsilius *in IV. quæst.* XII. *art.* 1. *part.* 5. Guillelmus Parisiensis *tract. de pœnitent.* Innocentius *in cap.* Omnis utriusque sexus, *de pœnitent.* Archidiaconus *in cap.* Ille Rex. *de pœnit. dist.* III. Petrus de Soto *lect.* XIII. *de pœnit.* Abulensis *Lib.* I. *Paralip. cap.* XVI. *quæst.* XXXVI. Præ omnibus hanc fuse calamo veriat quæstionem P. Liberius a Iesu Carmelita Excalceatus in suo Tomo inscripto *Fædus timoris, & amoris* edito Romæ 1713. *disp.* 3. *art.* 4. *a pag.* 184.

XIII. Auctores primæ sententiæ mutuo diffidunt. Nam alii negant vel ipsum pœnitentiæ præceptum speciale, quemadmodum negant præceptum peculiare amoris; quæ opinio communiter relicitur. Alii admittentes præceptum pœnitentiæ, sustinent obligare dumtaxat in articulo necessitatis; in quam opinionem concedere videtur Magister Cano *par.* IV. *concl.* IV. Sed hoc nimiam lapit laxitatem: præcepta enim virtutum per se obligant, & non per accidens; nec obligant tantum semel, sed pluries, ut de præcepto amoris divini dictum est. Alii docent, obligare infra triennium, & alii singulis annis. Magister Nunnus *in* III. *part. dub.* 3. Candidus *disquis. moral.* XXIV. *artic.* 16. *concl.* 5. limitant tempus illud, & decernunt illum qui per octo, vel sex menses maneret in peccato mortali, contra hoc præceptum delinquere.

XIV. Si Theologorum auctoritas spectetur, potissimum recentiorum, prima sententia, quæ negat præceptum pœnitentiæ statim obligare peccatorem ad conversionem in Deum, adeo communis evasit, ut *rigoristæ* notam non effugiat qui alteram oppositam propugnare ausus fuerit. Hæc porro rigoris nota quæ ob unam, aut alteram opinionem a communi consensu recedentem inuritur, illud maiorum pasere solet, quod sententiæ aliæ, quantumvis veriissimæ, præjudicium maximum subeant. Si hac tempestate Auctor quispiam nimii rigoris reus traducitur vel ob unam opinionem, illico omnia illius opera in discrimen adduci, & eiusdem rigoristæ nota inuillari solent. Quid itaque præstabimus, ut tantam declinemus invidiam, & veritati ipsi provideamus? Nolitum judicium suspendemus, & argumenta utriusque partis exhibebimus.

XV. Prima ergo sententia, quæ negat præceptum pœnitentiæ urgere statim peccatorem ad detestandum per contritionem, vel sacram confessionem peccatum, & ad subitaneam conversionem in Deum, his suscitur argumentis. I. Fidelium omnium consensus pro certo habet novum non perpetrari pec-

extum, si quis non continuo ac in peccatum incidit, pœnitentiam agat: nec pœnitentes istius novi criminis le acculare, nec Sacerdotes id investigare solent, aut scire curant. II. Præceptum pœnitentiæ adnirmans est. Ergo quemadmodum cetera alia præcepta positiva pro tempore tantum necessitatis obligant, ita & hoc pœnitentiæ mandatum urgente tantum necessitate obligabit. III. Si peccator, statim atque in culpam lapsus est, præcepto pœnitentiæ astringeretur, in quolibet instanti eiusmodi præceptum urgeret. Consequeretur ergo eum qui post primum peccatum in aliud recideret, pœna lasciviæ, duplex crimen peccare, aliud contra cessationem, aliud contra præceptum pœnitentiæ; quod absonum videtur. Hæc sunt potiora istius sententiæ fundamenta, quæ quam sint valida, palam fiet, alterius sententiæ argumenta proponendo.

XVI. Altera ergo sententia, quæ statim post perpetratum crimen pœnitentiam exigit, ut mea præfert opinio, argumentis utitur quæ & inconcussa, & ineluctabilia videntur. Primum porro a sancto Dei verbo arcessitur. *De propitiato peccato noli esse sine metu; neque adiicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: Misericordia Domini magna est; multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Ecclesiastici v. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra:* Ps. lxxxxiv. *Quærite Dominum, dum inveniri potest: invocate eum, dum prope est.* Isaiæ lv. *Vocavi, & renuistis . . . . . despexistis consilium meum, & increpationes meas neglexistis: Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id advenerit quod timebatis.* Ex his textibus manifeste apparet, vel uno die non esse voci divinæ auditum denegandum, sed confestim autem aperiendam eidem. Quin repentinam vindictam minatur Dominus iis qui de die in diem pœnitentiam protrahunt. *Hodie si vocem &c. Ne differas de die in diem &c.* Non dicit de hebdomada in hebdomadam, de mense in mensem, de anno in annum; sed *de die in diem?* ex quo eruitur, quam celerem, quam sollicitam iubeat pœnitentiam Dominus.

XVII. Alios textus producam, quibus Deus nobis imperat continuam vigilantiam adversus inimicorum insidias: imperat conscientiam nos mundam a sordibus criminum custodire, animumque semper habere paratum ad mortem suscipiendam, atque adeo ad eius tremendum, formidandumque iudicium subeundum. *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus venturus sit;* Matth. xxiv. vers. 42. *Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus domus veniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane: ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico.* Marci cap. xiii. vers. 35. *Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.* Lucæ xii. vers. 39. Idem repetit cap. xxi. vers. 34. *Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superveniat in vos repentina dies illa.*

XVIII. His textibus utuntur Patres, ut peccatores a somno iniquitatis excitent, & ad subitaneam pœnitentiam provocent, inducantque. Quare omnes una voce, uno consensu clamant, nec unicum diem differendam esse peccati abolitionem. D. Augustinus in Psalm. cxiv. *Deus pœnitentiæ tuæ indulgentiam promisit; sed hæc dilationi tuæ diem crastinum non promisit.* Et de tempore sermo. ccl. *O homo qui differs de die in diem, forte habiturus hodie ultimum diem.* Tertullianus: *Christiano non est crastinum.* Item Lib. de pœnit. cap. vii. *Absit ut aliquis ita interpretetur, quasi ea sibi pateat ad delinquendum aditus, & redundantia clementiæ cœlestis libidinem faciat humanæ temeritatis. Nemo idcirco detenere sit, quia Deus melior est.* D. Ioannes Chrysostomus epist. ad Theodorum: *Noli tardare converti ad Dominum: nescis enim quid pariet superventura dies.* D. Ambrosius Lib. de pœnit. cap. ix. *Aliqui proposita sibi pœnitentiæ licentiam sibi delinquendi propagandam putant; cum pœnitentia peccandi remedium sit, non peccandi incentivum.* D. Basilius in Catena aurea: *Laqueus fortis est pœnitentiæ dilatio.* At quid tempus, operamque ludo in conquirendis Patrum sententiis, cum, ut dixi, una voce omnes adversus pœnitentiæ dilationem invehantur?

XIX. Scripturis sanctis, & Ecclesiæ Patribus concinit communis Catholicorum consensus. Catholicorum porro nomine hic haudquaquam veniunt vel in sopore scelerum dormentes, vel terrenarum voluptatum mancipia; sed gens illa sancta, & regale sacerdotium, Episcopi videlicet primum, Doctores, divini verbi dispensatores, ministri, ipseque populus divina luce illustratus, minimeque ant pravitate opinionum, aut flagitiorum caligine obnubilatus. Quid porro latius, quid frequentius, quid ferventius sacri Concionatores auribus populi christiani ingerunt, incalcant, quam repentinam pœnitentiam? Numquam termo de pœnitentia recurrit, quin in eos qui moras nectunt pœnitendi, severius declament. Ob illorum oculos vividis referunt coloribus gravissima imminentia æternum pereundi pericula. Oracula Christi Domini quæ adduximus, exaggerant: extremam dementiam, cæcumque furorem illorum offendunt peccatorum qui vel unicum diem nutriunt, foventque in animæ sinu peccatum illud, quod, ceu serpens feralis, quotidiano morsu vitam illis æternam surripere valet.

XX. Quid ad hæc reponis? Declamationes, figuraque Rethorum iltas esse, pias exhortationes, consilia evangelica? Si hæc obtrudis, ne scandalum maximum populo christiano ingeras vereor. Quippe si evangelica oracula, si Patrum effata, si Concionatorum declamationes, si librorum quos spirituales & arcticos vocitant, hortamenta, consiliorum loco habenda sint, fieant in posterum sacri locutiones, facessant divinæ minæ, atque vindictæ in eos qui cordis contritionem differunt. Facta liquidem positione, quod divina oracula adversus eos qui in culpæ statu perstiterint, sint mera consilia, quæ repentinam suadeant, minime vero inbeant pœnitentiam: languida erunt, & valde exilia argumenta ad infringendam subigendamque peccatorum contumaciam.

XXI. Verum, ut datam responsionem penitus convellam, Patrum, Theologorumque testimonio demonstrabo, oracula divina quæ recensui, non consilia, sed præcepta esse. S. Ambrosius *Lib.* VII. in Lucam super illa verba cap. xii. *Beati servi illi quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes*, hæc scribit: *In superioribus vigilare nos voluit, per omnia expectantes momenta Domini Salvatoris adventum; ne, dum aliquis remittit, & negligit, & de die in diem opera sua differt, judicii futuri die, vel propria morte præventus, incertum suæ commendationis amittat. Et illi quidem in omnes PRÆCEPTI forma generalis.* D. Hieronymus in Michæam cap. vi. *Iubetur nobis ut præparati simus ambulare cum Domino Deo nostro: nolle hora dormire, nullo tempore securi esse debemus.* Theophylactus ad ea verba, *Et vos estote parati*, hæc habet: *Iubet præparari, hoc est habere virtutis opera, quasi in thesauro quodam reposita.* Et Marci xiii. ad illa verba, *Vigilate* &c. subdit: *Omnibus autem PRÆCIPIT Dominus; & his qui in mundo vivunt, & his qui successerint.* S. Leo Magnus *serm.* viii. de ieiunio, in illa verba, *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra*, hæc scribit: *Quod PRÆCEPTUM, dilectissimi, ad nos specialius pertinere cognoscimus.* Plura alia eiusmodi ex Patribus afferre possem, quæ brevitatis gratia transmitto.

XXII. Ex Patribus ergo compertum habemus, severum esse præceptum illud quo Dominus *præcipit, iubet*, ut vigiles, paratique simus ad rationem sibi peractæ vitæ reddendam. Est ergo mandatum Domini, ne *ulla hora dormiamus* in sopore peccati; neque illo tempore deliberate perstiamus in iniquitate, ut Patres communiter clamant. Accedit quod Theologi unanimi consensione docent, tunc divina oracula loco præcepti habenda esse, quando pœnam æternæ mortis comminantur transgressoribus. *Omnia quæ in Scripturis proponuntur sub comminatione æternæ damnationis, posita sunt sub rigoroso præcepto:* inquit P. Suarez *disp.* 1. *de fide sect.* 1. *n.* 2.

XXIII. Præceptum tum adfirmans, quod pœnitentiam imponit, tum negans non differendi eamdem, admittunt recentiores. Ait subdunt, præceptum hoc, ut adfirmans, minime obligare ad subitaneam peccati detestationem; ut vero negans, obligare quidem ad non differendam vel per quinquennium, aut per tres, aut pluiquam unum, aut per medium annum. Promenda nunc ergo argumenta sunt quæ evincant, confitendam ac peccatum perpetratum esse, peragendam esse pœnitentiam. *Id confestim, & statim*, non metaphysice accipitur, sed moraliter, & iuxta prudentem supputationem. Quoties igitur peccatori memoriæ occurrunt propria crimina, si illorum pœnitentiam deliberato animo negligit omittitque, eum peccare adversus pœnitentiæ præceptum evincunt sequentia argumenta.

XXIV. Deberem, antequam ultra provehor, instaurare argumentationem factam, nempe vana, & futilia reddi omnia Scripturarum validissima momenta, quibus Patres, Concionatores, & Confessarii, omnesque christiani populi Pastores utuntur ad suadendum peccatoribus debitum pœnitentiæ contenuo

nuo peragendæ. Qua vi polleret argumentum illud quod a subeundæ damnationis periculo repetunt Patres, ut repentinum odium peccati in peccatoribus excitent; si persuasum sibi Christiani haberent, licitum esse in peccato perstitere, & pœnitentiam in annos differre? Quid, si scirent Theologos id docere? Quis amplius ex sacris Oratoribus suggestum conscenderet solida instructus fiducia se persuasurum fore peccatoribus, ut confestim æternæ damnationis periculum declinent, quod extremæ dementiæ sit velle deliberato animo in eo perstitere statu in quo fi dentaeuntur, damnantur? Mori autem singulis momentis, & quando minus cogitat, quilibet potest. Hæc & similia argumenta, quæ potissima sunt ad infringendam peccatorum contumaciam, ad suadendam perciendamque vigilantiam christianam, ad timetem inferni, divinumque iudicium excitandum, frivola prorsus fiunt, recentiorum opposita sententia admissa. In hac siquidem positione, præfata argumenta convenientiam tantum evincunt, secus necessitatem vigilantiæ evangelicæ, quam continuam Christus inculcat, & repentinæ pœnitentiæ post commissum peccatum, quam communis fidelium sensus necessariam credit. Verum fussus de his alibi.

XXV. Primum ergo argumentum quo evincitur peccatorem statim, modo explicato, adhuc ad pœnitentiam peragendam, ab auctoritate repetitur D. Thomæ, qui hæc scribit 2a 2. quæst. XXII. art. 8. *Manifestum est autem quod nec per modicum tempus licet in peccato manere; sed quilibet tenetur peccatum statim deserere, secundum illud Ecclef.* XXI. Quasi a facie colubri fuge peccatum. *Et ideo quilibet tenetur statim resistere.* Respondent recentiores, D. Thomam loqui de peccato actuali, secus de habituali. Habituale peccatum vocant reatum relictum ex actione peccati; actuale vero ipsum peccati actum. Tenetur homo, inquiunt, iuxta D. Thomam cessare ab affectu, seu continuatione peccati; secus ad abluendam contritionis lacrymis maculam peccati habitualis.

XXVI. Responsio illhæc minus, ut mihi videtur, congruit menti, & doctrinæ D. Thomæ. Quod ut perspicue palam fiat, expendenda primum verba Sancti Doctoris sunt, deinceps illius mens manifestanda. *Non per modicum tempus*, inquit, *licet in peccato morari*. Hæc sane verba hunc obvium, germanumque sensum menti ingerunt quod in peccato perpetrato non licet nec modicum tempus permanere. Quem sensum confirmant proxime sequentia verba: *Sed quilibet tenetur peccatum statim deserere*. Quid significat *peccatum deserere?* Non peccare. Non continuare peccatum. In quæstionem ne Catholici vertunt, sit ne continuandum peccatum? Eo modo Angelicus deserendum peccatum asserit quo coluber fugiendus, secundum illud: *Quasi a facie colubri fuge peccatum*. Colubrum ne ille fugit qui colubrum in sinu suo clanium custodit? A facie colubri fugere, est separari ab illo, illiusque aspectui, & commercio se subducere. Sic peccatum *deserere* est peccatum expellere ab anima. Fugere a peccato hunc prodit significatum, quod peccator vincula contracti criminis solvat, quod servitutem peccati deserat. Quousque peccatum in anima occlusum retinet; qua fronte dicere poterit, se peccatum deserere? Verba ergo D. Thomæ, iuxta genuinum sensum, expullionem repentinam peccati ab anima produnt. Mens modo, & doctrina D. Thomæ expendenda est. Hæc autem eo spectat ut evincat tam Deo, quam proximo confessim rem ablatam restituendam esse. Peccatum Deo surripit ultimi finis, seu supremi dominii dignitatem: suo ausu infinitam maiestatem e throno detrahat: iniuriam illi irrogat gravissimam. Statim igitur hæc omnia restituenda Deo sunt, sicut e vestigio res temporali domino suo reddenda est.

XXVII. Secundum argumentum proponitur, quod magis perspicuam efficiet D. Thomæ doctrinam. Non licet in affectu peccati permanere, ut omnes fatentur. At qui deliberato animo peccati pœnitentiam negligit, cum opportunam occasionem eamdem peragendi habet, in affectu peccati reapse perstitit. Ergo numquam licitum est in peccati statu permanere. Minor propositio evincitur. Qui committi peccati memoriam, simulque opportunam occasionem illud expellendi habet, si reapse illud non expellit, illud deliberato animo retinet in se: quod idem est ac amat, seque in eodem complacet: quia sicuti per odium pellitur, sic per amorem servatur. Quid, amabo te, est illud nolle peccatum a te excutere, nisi interpretative velle in eodem peccati statu perseverare? Sed qui vult in peccato perseverare, eo ipso peccatum adprobat, peccatum diligit, in peccato sibi complacet. Nemo enim in eo quod sibi displicet, quod sibi odio est, deliberato animo persistit. Item aliis verbis urgere hanc possumus argumentationem. Si liceret peccatori, cui peccata memoriæ occurrunt, eorumdem non pœ-



pœnitere; eadem ratione licitum eidem esset elicere hunc actum, *nolo pœnitere*. Si enim licita est pœnitentiæ omissio, licitus quoque erit actus quo peccator positive velit talem omissionem quæ obiectum evadit eiusdem actus. Quoties enim obiectum honestum est, honestus quoque sit actus oportet qui in illud tendit. Quapropter communi fere proverbio fertur: Licitum est positive velle quod licitum est facere: & contra, licitum est positive nolle quod licitum est non facere, seu omittere. Ergo si licet pœnitentiam non agere, habita opportunitate illam peragendi; licitum etiam erit illam nolle, illamque positive reipuere. Porro cum actus ille re indifferens esse nequeat in schola D. Thomæ; bonus, vel malus sit necesse est. Si licitus, bonus erit, nisi perversi finis intentione inficiatur. Peccator ergo poterit, oblata opportuna occasione pœnitentiæ peragendæ, illam positive reipuere; & actus quo peccati pœnitentiam reliciet, bonus esse poterit: si bonus & meritorius, non æternæ, sed temporalis mercedis.

XXVIII. Ut hanc luculentam eluderent argumentationem recentiores Theologi, non est facile dictu, quot tecturas, quot futilas excogitaverint. Disertissimus Cano, qui, si quis alius, a tricis scholasticorum, quæ nihil significant, alienus est, hic tamen terminis lutere videtur. Concedit *loc. cit. 4. part.* licitum esse differre pœnitentiam: ergo velle differre, licitum est: negat consequentiam: quia, inquit, talis volitio non habet bonum obiectum. Quod si ei opponas: Obiectum istius volitionis est ipsius pœnitentiæ dilatio: porro, si obiectum illud bonum est, bona sit & ipsa volitio; & si obiectum malum est, mala itidem sit volitio oportet, iuxta communem doctrinam: reponit ille: Non latim licet velle non facere quæ non facere licitum est: ut non facere bonum interdum licet, videlicet cum non tenetur: at velle non facere, nulla honestati ratione potest. Idque fusius prius offenderat §. *Quod si velimus*, ubi clarius fatuit peccatorem novum peccatum peccare, si actum eliciat quo nolit pœnitentiam, etiam eo tempore quo agere pœnitentiam non astringitur.

XXIX. Hanc quam recensuimus doctrinam impugnant, & merito, Salmanticenses scholastici *tract.* XXIV. *disp.* VII. *dub.* 5. *n.* 285. Quia non consistit, licitum esse non pœnitere, illicitum vero velle non pœnitere, obtrectionem quam iam dedimus. Exempla quæ Canus adducit, nullius sunt momenti. Quando licet non agere aliquod bonum, licitum itidem est nolle tunc illud bonum. Quare Salmanticenses admittentes utrumque tamquam licitum, nempe & non pœnitere, & velle non pœnitere, ad instantiam obviam, quod actus in individuo non sit indifferens; atque adeo actus ille quo ego volo non pœnitere tempore quo non urget præceptum pœnitendi, debeat aut bonus esse, aut malus: respondent, bonum, aut malum fieri posse actum hunc, iuxta bonum, aut malum finem. Neque id obiter, sed data opera ostendere satagunt, quod velle non pœnitere possit esse actus bonus. Subdunt tamen, quod hoc *nolle pœnitere*, ut actus bonus evadat, non debeat esse extensum ad omne tempus: hac enim ratione malus esset, quia tunc comprehenderet etiam tempus in quo præceptum pœnitendi urget: sed debet esse limitatus pro solo tempore in quo non urget pœnitendi mandatum. Ut hanc doctrinam, quæ christianis auribus non adeo concinne sonare videtur, quibuldam fucis obtegant, plures implent paginas subtilissimis distinctionibus, queis confirmant has duas propositiones: *Non pœnitere* est obiectum indifferens in peccatore: ergo velle non pœnitere potest esse actus bonus, si ob honestum finem fiat: puta cum urget præceptum religionis, aut misericordiæ, aut alterius virtutis, si ob exercitium harum virtutum peccator differat pœnitentiam, tum pœnitentiæ dilatio bona erit. *Ergo* (sunt illorum verba) *velle non pœnitere ex illo motivo est moraliter bonum*.

XXX. Ex istarum responsionum exilitate, ne dicam futilitate, collige lector, quam valida, firmaque sit antiquorum Theologorum sententia. Quippe prima responsio Pallacii, Soti, & Cano nullo pacto sustineri potest, ut inter disputandum ostenium est. Hæc secunda (quamquam sit Theologorum quos ego revera in Theologia scholastica magni facio, nullique in hac facultate secundos existimo ob acuminis aciem, doctrinæ profunditatem, & solidi ratiocinii efficacitatem) nihilo secius nullo mihi arridere modo valet. Et profecto, quia Patres isti iusti ratiocinii regulas servant, propriæ opinionis fallitatem produnt evidentius. Quippe recte illi colligunt: Non pœnitere licet: ergo licitum erit nolle pœnitentiam; si licitum, ergo bonum: si bonum, ergo meritorium alicuius mercedis. Consectiones istæ legitime proficiscuntur ex prima illa: *Non pœnitere licitum est*. Idcirco illas non ut absurdas, sicuti Pallacius, Soto, & Canus, reiiciunt: sed ut veras, nihilque mali redolentes propugnant. Verum enim vero præfatæ consequentiæ non modo absur-

absurdæ, sed horridæ mihi videntur. Ergo si legitime ex prima profluunt; consequitur primam, videlicet *non pœnitere*, fallam esse, & malè plenam. Quid? Repudiatio pœnitentiæ bonus, honestusque actus erit ad amussim evangelicæ doctrinæ exactus? Cur bonum pronuntias actum hunc? Quia non urget præceptum? Sed hæc est petitio principii ut dicitur. Immo urgere præceptum pœnitendi dicendum est, ne tam inutilem consecutionem admittere cogamur, deliberatam videlicet pœnitentiæ reculationem bonam, honestam, & meritoriam esse. Quoniam tam absurda consectaria aures ladunt christianas. Nec responsionis asperitatem deliniunt laudati Salmanticenses, inquientes, pœnitentiæ dilationem bonitatem induere posse ob bonum finem peragendi officia religionis, misericordiæ, aliarumque virtutum. Quandoquidem pœnitentia subitanea post peccatum, non aliquod opus externum semper est, sed internum, contritio videlicet, quam aut impedire, aut remorari nullum cuiusque virtutis exercitium valet; sed quocumque tempore elici potest. Immo non modo aliarum virtutum exercitium pœnitentiam repentinam non retardat: quin eam postulat, & sollicitat. Sterilia quippe sunt omnia ceterarum virtutum officia, nisi animæ pœnitentiæ lavacro peccati sordibus pangerur. Nullus ergo finis honestus designari valet, qui dilationi interioris animi pœnitentiæ aliquid moralis bonitatis tribuere valeat. Porro, si dilatio illhæc bona, & honesta esse nequit; mala & perversa, ipsis fatentibus Salmanticensibus, sit necesse est.

XXXI. Tertium argumentum. Tenetur puer, dum primum sibi splendor illucet rationis, cordis sui hostiam Deo sacrificare, in illum semetipsum convertere, illi omnia sua offerre, eum toto corde, totaque anima amare. Cur? Quia caritatis præceptum, quamquam affirmans sit, obligat. Sed cur præceptum affirmativum, quod pro semper, ut aiunt, non urget, tunc temporis obligat? Quia puer ingredi tum debet in viam moralis vitæ: & summopere interest ne sub initium illius vitæ aberret a recta regula. Valde tunc refert ut primæ indeficienti regulæ inhæreat, ut rectum arripiat iter, ut de semetipso optime deliberet. Præceptum quoque fidei ad repentinum urget assensum, confestim ac fides radios immittit in mentem, seque manifestam exhibet. Quidni ergo ad celerem contritionem pœnitentiæ præceptum obligabit?

XXXII. Respondent Salmanticenses *loc. cit. n.* 275. præceptum caritatis, non quatenus affirmans est, obligare puerum ad actum amoris; sed obligationem hanc oriri ex necessitate qua astringitur puer tunc temporis ad deliberandum de semetipso. Optime vero. Sed cur eadem necessitate non devincitur peccator? Antequam viam rationis ineat puer, tenetur dirigere semetipsum in Deum, ut lecuram habeat sui itineris futuri regulam, ut scopulos æterni naufragii declinet. Adultus vero factus, postquam a recta via declinavit, in seminam se recipere non tenetur? Quid si puer amoris actum omittat in illo instanti, atque adeo graviter delinquat? Ad subitaneam teneri pœnitentiam tempore sequenti, docent laudati Patres *num.* 273. inquientes, ridicularium esse illigare pueri conversionem illi soli momento. Quoniam præceptum illud non ita imperat conversionem illius ut eam finiat; sed implicite vetat ne ultra protrahatur. Velint ergo, nolint, in nostram incidunt sententiam. Quoniam puer posti commissum primum peccatum non solum ad actum amoris, verum etiam ad actum contritionis, quo deleat commissum crimen, devincitur: potiore ergo iure ad repentinam pœnitentiam post baptism tenetur adultus: præceptum quippe negativum dilationem vetans pœnitentiæ expressum est: *Non tardes converti ad Dominum: non differas de die in diem.* Possem hanc amplificare argumentationem, palamque facere potiora, & urgentiora argumenta occurrere, quæ evincunt maiorem in adulto quam in puero obligationem ad repentinam conversionem.

XXXIII. Quartum argumentum. Præcepto caritatis omnes astringimur fratrem errantem corripere, peccato illum pro virili parte subducere, & in viam veritatis revocare. Hoc mandatum fortius urget, ut nosmetipsos errantes corrigamus, devioque in semitam reducamus, ut æternæ nostræ saluti consulamus, & ab æterno supplicio caveamus. Præceptum quippe caritatis prius nosmetipsos quam proximum, amare nos iubet, ut infra palam fiet.

XXXIV. Quintum argumentum. Quilibet tenetur vitare grave delinquendi periculum. Atqui peccator, nisi commissum crimen detestetur, & contritione deleat, gravi laborat iterum delinquendi periculo; quoniam peccatum suo pondere in aliud trahit: communique est Theologorum sententia, multum tempus handquaquam perseverantium peccatorem, quin in aliud recidat crimen, nisi gratia peculiari adiuvetur. An vero præsumendum sit, Deum concessurum hanc specialem gratiam esse illi peccatori qui deliberato animo in statu peccati persistit? Commune est Patrum effatum, quod perpetrata malitia ad aliam, maioremque perpetrandam invitat: quod peccatum, seu serpens in anima latitans, suis sibilis alios serpentes illuc vocet, ut anima peccatrix cubile fiat draconum, & silva bestiarum diripientium subitantiam eius. Tenebræ mentis densiones quotidie evadunt, voluntas continenter durior, lumen fidei hebetat, spes excellentium bonorum extenuatur, & quo deficiunt vires ad bonum, eo ad malum peragendum augentur, & roborantur. Quis ergo dixerit non astringi peccatorem ad hanc declinandam sui ipsius ruinam? Proximi tum corporali, tum spirituali necessitati, & penuriæ gravi succurrere caritas iubet; & suppetias sibi ipsi in dies periclitanti ferre non imperabit?

XXXV. Ad argumenta contraria sententiæ solutio facilis est. Ad communem fidelium sensum quod attinet, favet, non officit huic secundæ sententiæ. Omnes quippe persuasum habent malum esse in peccato perseverare. Confessores qui moram in peccato elapsam licere non curant, qui ob oculos pœnitentium malum quod perpetrarunt, pericula gravissima quibus se exposuerunt diu in peccato persistendo, non ponunt, proprio delunt munere, parcelque non implent suas. Ad secundum dicitur, præceptum pœnitentiæ non affirmans modo esse, sed etiam negans, & prohibens dilationem. Addendum, quod licet præceptum pœnitentiæ affirmans sit, non inde consequitur non obligare peccatorem post lapsum. Nos dum peregrinamur a Domino, continuam agere pœnitentiam convenit, etiam eorum criminum quæ nobis remissa confidimus. Præceptum ergo hoc semper obligat, tametsi non pro semper. Obligat vero necessitate urgente, ut alia præcepta omnia affirmantia. Gravi porro laborare necessitate dicimus hominem, qui incidit in aliquod peccatum mortale. Quippe ob culpam commissam nobilitatem divinæ adoptionis, animæ pretiosa ornamenta, dona, virtutes, dignitatem, charismata, sanctorum amicitiam, merita, ius ad regnum, universamque ditissimam hereditatem infiniti, æternaque patrimonii amittit, & in extremam decidit pauperiatem. Quis inverit infidus, gravem hanc esse penuriam, summamque egestatem? Urget ergo post lapsum in peccatum pœnitentiæ præceptum, etiam quatenus affirmans est, nedum ut prohibens moras, & dilationem. Quod tertio loco obiiciunt, videlicet consequi in quolibet momento delinquere peccatorem adversus pœnitentiæ mandatum, positione facta quod vitalis mandati ad subitaneam teneatur pœnitentiam, nullius momenti est. Peccat ne puer nova peccata singulis momentis, si quinquennium, aut decennium, post primum peccatum omissionis convertendi se sub initium rationis, in peccato persistat? Salmanticenses qui *loc. cit.* magni faciunt obiectum argumentum, docent, puerum qui in primo rationis momento non se convertit in Deum, teneri post aversionem quam primum ad delendum peccatum commissum, supplendamque conversionem omissam in primo instanti; idque satis probant. Peccabit ne ergo singulis momentis novum peccatum adolescens ille, si pluribus annis negligat pœnitentiam? Verum, missis triciis, dicimus peccata non multiplicari iuxta multiplicationem singulorum temporis instantium decurrentium. In occasione proxima constitutus tenetur statim eam deserere; nec continuo singulis momentis temporis physici peccata multiplicat. Dicendum ergo permanentem in peccato circumstantiam esse quæ malitiam auget, & quo diuturnior, eo gravior evadit. Facessant ergo nugæ, & metaphysicæ, agrestesque subtilitates quæ christianas obnubilant præmotiones, & moralis, ac prudentis hominis perionam induamus, ut moralia Christi mandata ad rutinam prudentiæ, & moralis existimationis revocemus.

XXXVI. Utriusque sententiæ momenta perlustrimi. Quenam utriusque partis vi, solliditate, perspicuitate antecellant, tu non ignoras. Si quid ipse sentiam inquiris, candide promam, in hanc me propendere secundam. Eam aperte propugnare in præsens nolui, non satis alia ratione, nisi ne rigoristi notam subirem. Suspendere sententiam iubet, ut interim a Deo lumen impetrem, quo in tractatu de pœnitentia pro dignitate gravissimam controversiam dirimere valeam. Temperare mihi tamen haud valeo quin, occasione oblata, innuam, quam sit demens cacodetes illud aspergendi rigoristis labem cuique opinioni quæ libertati ad malum pronæ non favet. Aures pauliper adhibe, Lector. Sententia quæ mihi arridet, iubet te, continuo ac peccasti, abrumpere vincula servitutis duristimæ, dæmonem ab anima expellere, illius tyrannidem excutere, periculum æternæ subeundæ damnationis evadere, internitis conscientiæ aculeos acerbissimos evellere, intestinum conflictum, & crudelem rebellionem, qua cor, & animam scindit, laceratque in partes, subigere, & penitus de medio tollere. Iubet te in

te in priſtinam recipi libertatem, in divinæ miſericordiæ ſinum confugere, ut peccati macula purgatus, divina fruaris amicitia, ut ſpe divinæ hereditatis obtinendæ frotus, cælestique gratia roboratus, hilari fortique animo valeas peregrinationis tuæ incommoda perferre. Hæc ne rigida ſententia? Suavis vero erit quæ ſub dæmonis crudeliſſima tyrannide te permanere permittit? Audi diu cogitatam rationem, ut verbis Tullii utar. Diem, horamque mortis tuæ ignoras. Æterna damnationis pœna te manet, ſi te iudex imparatum reperiat. Hæc tibi fide conſtant. Quando ergo te mortis tuæ momentum latet, tamdiu aſtringeris expergefieri, neque paratum habere, ut contingentem damnationis tuæ eventum vites. Peccas ergo, & graviter quidem, quia in unico gravillimoque tuo negotio ſic imparatus tanto periculo te committis, ſi tabulam arripere pœnitentiæ neglexis. Ne vero hæc ut alcetica, minuſque urgentia parvi facias, hanc efformio evangelicam demonſtrationem.

XXXVII. Chriſtus Dominus hæc facit Matth. xxiv. verſ. 43. *Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam.* Audi nunc conſequentiam quam infert verſ. 44. *Ideo & vos eſtote parati, quia qua neſcitis, hora Filius hominis venturus eſt.* Aures ergo adhibe Chriſti argumentationi. Ignoras diem venturi iudicis: ergo contingenter vigila, ne te imparatum inveniat. Differs pœnitentiam poſt perpetratum crimen per dies, per hebdomadas, per annum. Iudex ad tribunal hoc tempore te vocat, neque imparatum reperit; ideo æternis ſuppliciis te addicit. Quæro: Dignus ne es vituperio, & reprehenſione, quod imparatus a iudice inveniaris? Quis negare hanc propoſitionem auſit? Eſt quippe extra controverſiam poſita. Porro nemo vituperii, & reprehenſionis iure reus iudicatur, niſi ob actionem, vel omiſſionem criminis plenam. Ergo omiſſio pœnitentiæ repentinæ commiſſi peccati culpa gravi non vacat. Eſt ne in univerſæ Theologiæ ſcholaſticæ penu quidpiam quod vim argumentationis iſtius elevare poſſit? In quocumque momento in quo criminis reos exitus, ſupervenire iudex poteſt, neque imparatum condemnare. Sed nullum eſt momentum in quo exordiare temetipſum valeas, quod imparatus inveniaris. Ergo nullum eſt momentum in quo dilationem pœnitentiæ a crimine ponere valeas.

XXXVIII. Ne vero odium evidentiſſimæ, & inconcuſſæ argumentationi creare audeas, & quod ſolvere nequis, invidioſum efficere pertentes obtrudens peccata in ſingulis momentis committi, hac argumentatione poſita, audi Petrum Sotum graviſſimum Theologum ſeſſ. XIII. de pœnit. *Quæſtiones quæ hic, vel alibi tractantur de uno, vel pluribus peccatis, non admodum ad rem pertinent. Conſtat enim unum nonnumquam maius eſſe pluribus, & plura minora uno. Si quis enim mel centum aureis furetur, quis dubitavit illum gravius peccaſſe, unico licet peccato, quam qui decies decem tantum fuſtulit? Sunt etiam de hoc innumera exempla. Conſtat igitur quod in iudicio, ubi de gravitate peccati agitur, ut adhibeatur digna medicina, & conveniens, prout fieri poterit, ſatisfactio, parum ad rem pertineat, unum, an plura ſint peccata; ſed illud potius conſiderandum, quis magis obnoxius coram Deo ſit. Ex hoc igitur circa id de quo agitur, putamus parum, immo nihil ad rem pertinere, an aliud rerum peccatum ſit non pœnitere. Certe quanto diutius quis in peccato hæret, tanto magis obnoxius eſt culpæ coram Deo: & quanto plura ſe offerunt quæ merito a peccato deterrere debeant, vel admonerent ad illud relinquendum, vel aſtringant ad quarendam Dei gratiam; tanto etiam gravius peccatur: & forte in his omnibus, non minus quam ſi novem eſſet peccatum, eſt prioris aggravatio. Et propterea ſuperius diximus, hæc non admodum ad rem eſſe, & D. Thomam, & Bonaventuram parum curaſſe. Quando occurrit memoriæ quod Deum quis offenderit, putarunt illi conſonum recte rationi eſſe ut peccati pœniteat. Similiter dicit poteſt, cum occurrit ſanctificandus dies feſtus. Nam illa tam recepta regula, præcepta affirmativa non obligare niſi in neceſſitate, ut alias diximus, non de extrema neceſſitate accipienda eſt ſolum; ſed cum occurrit tunc ubi recta ratio indicat, vel iudicare debet contra illam virtutem eſſe, ſi non fiat eius actus. In hoc vero iudicio magis puto credendum eſſe ſanctioribus, & pio, quam argumentibus. Iudicarunt B. Thomas, & Bonaventura, ſi occurrente peccato eius non pœniteat, cum tenebam antea pœnituerit, contra virtutem pœnitentiæ eſſe, cuius eſt Deum placare.*

XXXIX. Hinc collige quam futile ſit ſpectrum illud quod obtrudant recentiores de multiplicatione peccatorum in momentis ſingulis, ut hac via horridum, & tetricum aſpectum affingant piis, & (ut mihi videtur) veræ ſententiæ. Sive ergo peccator poſt lapſum actus multiplicet, quibus peccatum menti occurrens amet, ſive in illius complacentia perſiſtat, ſemper malum committit. Quodnam peius ſit, divino relinquendum iudicio eſt. Certe fieri vix poteſt ut peccatum nondum pœnitentia deletum menti obveniat, & peccator ſuſpenſus harreat, quin aut illud detelletur, aut ſibi in eodem complaceat. Accedit quod ipſa ſuſpenſio actus, & indifferentia, ſi ſit, vix culpa vacat: eo quod animum a periculo complacendi in peccato non abſtrahat. Collige ſecundo, hanc ſententiam quæ nobis arridet, nihil rigoris ſapere, ſed ſuavitatem redolere; eamque non modo argumentorum evidentia, & efficacitate, verum etiam tum antiquorum, tum recentiorum auctoritate niti. Nam præter quindecim Auctores, quos ſupra recenſuimus, eam defendunt ex profeſſo Vincentius Contenlonius *diſſert. unica de pœnitentia*, Cardenas *diſſert. VI. cap. III.* Hic ſecundus, utpote inter probabilitas inſignis, *rigoriſmi* nequit in ſuſpicionem adduci. P. La-Croix hanc ſententiam probabilem appellat, & amplectendam *Lib. II. num.* 135. Huic ſententiæ illi quoque latis accedunt qui plures in agnum præceptum caritatis urgere docent: & Cardenas docet peccatum letale eſſe, ultra menſem differre eiuſdem obſervantiam. Porro peccator, quouſque in peccato perſeverat, nequit hoc ſervare præceptum. Diu ergo in crimine perſtiens præceptum caritatis tum erga Deum, tum erga ſemetipſum violat, præceptum pœnitentiæ tranſgreditur, & in peiora flagitia communiter recidit.

XL. Obicies ultimo. Si vera ſunt quæ hactenus dixiſti, omnia peccatoris opera ſunt peccata, quod tamen aperte negas. Nam peccator ille, cum ſit in continuo peccato mortali, dum aliqua honeſtatis officia peragit, puta dum pauperibus ſuccurrit, parentibus obedit, infirmos vilitat, ſemper peccabit. Nec eſt quod reponas opera illa non inſici, ſed peccatorem. Nam hic reſpondent quoque Auctores, quos inter Henricus a S. Ignatio, propugnantes ſemper eum peccare qui omnia opera ſua expreſſa directione non offert Deo; quos Auctores tu oppugnas.

XLI. Reſp. Oppoſitio illhæc duo confundit præcepta, & eum qui contra unum delinquit, adverſus alterum quoque peccare eumdem contendit. Hæc autem nimis craſſa aberratio eſt. Siquidem aliud eſt mandatum abſtinendi peccati perpetrati, ſeſque damnationis periculo ſubducendi; aliud eſt mandatum omnia opera ſua expreſſe dirigendi in Deum. Hoc agnamus aſſerimus, quod licet ſemper, non tamen pro ſemper obligat. Idcirco diximus non ſemper peccare eum qui propter honeſtatem pietatis officia peragit, licet expreſſam operis directionem omittat. Dum vero in peccato perſeverat, peccat contra præceptum virtutis actionis, cuiuſque delendæ. Abſurdum ergo nimis manifeſtum eſt, ſi aſſeras peccatorem violare præceptum dirigendi opera omnia in Deum, propterea quod tranſgreditur præceptum non perleverandi in peccato. Hoc autem abſurdum millies explodit S. Thomas, ut vidimus. Verum de his plura in tractatu de Pœnitentia. Hæc nunc dixiſſe ſufficiat, ut clarius explicarem quomodo tum iuſti, tum peccatores ad ſervandum caritatis mandatum aſtringantur.



## CAPUT IX.

*Caritas forma eſt ceterarum virtutum. Nullius virtutis actus meritorius eſt vitæ æternæ abſque caritatis influxu.*

I. THeologi catholici omnes docent, caritatem formam eſſe ceterarum virtutum ob illius excellentiam. Hanc veritatem reiiciunt Lutherani, contendentes ſolam fidem vitam mereri æternam. Hæreſim hanc ut explodamus opus haud eſt, cum toties profligata iam fuerit.

Itaque breviſſime palam fit caritatem formam eſſe ceterarum virtutum. Hæc quippe cuiuſvis formæ notio eſt, ut perfectionem, ac valorem tribuat rei illi cuius forma eſt. Hoc autem præſtat caritas divo Paulo teſte I. Cor. 13. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & noverim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Caritas patiens eſt, benigna eſt: caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.* Caritas itaque omnes alias virtutes in ſtatu virtutum conſtituit: qui virtutis ſtatus in hoc ſitus eſt ut Deum ſaltem habitualiter finem ultimum attingat. Ceteræ autem virtutes a caritate participant quod Deum finem ultimum inſpiciant. Quippe caritas Deum ceu ultimum finem, ſibi tamquam proprium obiectum vindicat, ut alias obtentum eſt.

III.

III. In his quæ dicta sunt, Theologi conveniunt; sed non una est illorum sententia de modo quo caritas ceteras format virtutes. Verum ea re nostra non est quæstiones mere scholasticas versare. Satis est, si dixerimus caritatem ideo dici formam virtutum, quia est principium actuum quibus merentur vitam æternam, seu quia cetera virtutes ex motione, & imperio caritatis tendunt in Deum ultimum finem: quem ordinem in Deum ultimum finem a caritate habent, ut ex dictis constat.

IV. Obiiciunt Lutherani. *Justus autem meus ex fide vivit.* Habac. II. Item Apostolus ad Galat. v. *Fides, quæ per caritatem operatur:* & epist. ad Ephes. III. *In caritate radicati, & fundati.* Ergo fides, non caritas forma est aliarum virtutum. Resp. D. Thomas quæst. XIII. de verit. art. 5. ad 12. inquit: *Vita ergo spiritualis attribuitur fidei, quia in eius actu primo apparet; quamvis ipsa sit forma aliarum virtutum.* Et sacrum Tridentinum Concilium docet fidem justificare, quatenus est humanæ salutis initium. Fides operatur per caritatem, dum homo operatur per animam. Ibi enim Apostolus de fide loquitur caritate formata. Ad tertium respondet Angelicus 2. 2. quæst. XXIII. art. 8. ad 2. *Quod caritas comparatur fundamento, & radici, inquantum ex ea sustententur, & nutriuntur omnes alie virtutes; & non secundum rationem qua fundamentum, & radix habent rationem causæ materialis.*

V. Quæri. I. *Aliæ virtutes distinctæ a caritate merent ne vitam æternam vel ne sine infusa caritate?* Resp. De fide est hominem mereri minime posse vitam æternam, nisi gratia sanctificante, cui annexa caritas est, gratuitus sit. Constitutus vero in gratia, de condigno vitam æternam mereri valet. Quapropter vita æterna *merces, & corona iustitiæ* appellatur. Gratia quippe *fons aquæ est salientis in vitam æternam.* Et hoc in præsentia pro certo habemus. Nullum ergo dissidium penes Theologos est; sed omnes tamquam catholicum dogma propugnant, hominem, ut mereri vitam æternam valeat, infusionem esse debere gratiæ sanctificantis, & caritatis, sive caritas hæc eadem cum gratia, sive ab eadem distincta sit. Discrepant vero in designando influxu, & imperio caritatis in aliarum virtutum actus, ut meritoris ex condigno sint vitæ æternæ.

VI. P. Vasquez 1. 2. *disp.* CXXVII. *cap.* IV. sustinet, hominem actibus quarumcumque aliarum virtutum mereri ex condigno tum augmentum gratiæ, tum vitæ æternæ præmium; dummodo gratia sanctificante, & caritate præditus sit. Hæc sententia pugnat cum communi Theologorum sensu. Eam oppugnat inter ceteros P. Layman *Lib. II. tract.* III. *cap.* 1. *num.* 1. Quoniam ut actus vitam mereatur æternam, in finem supernaturalem directum sit oportet, ut sic proportio meritum inter & præmium appareat. Porro actus aliarum virtutum, puta misericordiæ, iustitiæ &c. suapte natura non tendunt in finem supernaturalem, cum sint ordinis inferioris. Status vero habitualis iustitiæ, & sanctitatis non valet referre eiusmodi virtutes in finem supernaturalem, nisi media aliqua operatione. Ergo illarum virtutum actus meritorii esse nequeunt, nisi gratia, & caritas, vi alicuius operationis aut actualis, aut virtualis, eas ad finem supernaturalem attollant. Alioquin si puer baptizatus, dum primo usum rationis assecutus fuit, eliceret actum virtutis obedientiæ erga parentes, mereretur gratiæ augmentum, præmiumque vitæ æternæ, tametsi nullus præcessisset fides actus: quod absurdum est.

VII. P. Franciscus Suarez *Lib. XII. de grat. cap. IX.* Montesinos *dis.* XXXVI. *quæst.* 1. aliique recentiores recedunt utique ab opinione Valquez, qui, ut videmus, contendit actum cuiusque virtutis naturalis ob solam bonitatem moralem absque ulla actuali relatione supernaturali, sed cum sola habituali quam semper habet quilibet existens in gratia, merito dignum esse. Dissident vero a communi Theologorum sententia, quod velint ad meritum vitæ æternæ sufficere, ut actus virtutum naturalium per imperium alicuius virtutis supernaturalis infusæ dirigantur in Deum. Requirunt illi relationem actualem, aut formalem, aut virtualem aliarum virtutum; sed fatentur necesse haud esse ut relatio ipsimet sit a caritate; sed satis esse quod sit ab aliqua virtute infusa supernaturali. Hanc quoque opinionem reiiciunt communiter Theologi.

VIII. Vera sententia proponitur. *Actus ceterarum virtutum, sive naturalium acquisitarum, sive supernaturalium infusarum, ut sint eterne beatitudinis meritorii, necesse est ut a caritate imperentur, & in Deum ultimum finem saltem virtualiter dirigantur.* Sic docent communiter Theologi D. Thomas 1. 2. *qu.* CXIV. *art.* 4. & 2. 2. *qu.* XXIII. *art.* 8. Capreolus *in II. dist. IV. quæst.* 1. *art.* 1. Cajetanus *I. P. quæst.* LXIII. *art.* 6. Ferrariensis *III. contr. Gent. cap.* CVI. Medina 1. 2. *quæst.* CXIV. *art.* 4. Bannez 2. 2. *quæst.*





XXIV. *dist.* 7. Gonet *disp.* II. *art.* 6. Salmanticenses *tract.* XVI. *disp.* IV. *dub.* 1. ubi laudent Lorcam citantem D. Bonaventuram, Scotum, Richardum, Gabrielem, Durandum, Almainum, Bellarminum, & alios, quibus subscribit Layman *loc. cit. num.* 2. Paludanus *in III. dist.* XXIII. *quæst.* IV. *art.* 3. Bellarminus *Lib. V. de iustific. cap.* 15. Verba ipsius Angelici referre lubet ex 1. 2. qu. CXIV. art. 4. *Meritum vitæ æternæ primo pertinet ad caritatem; ad alias autem virtutes secundario, secundum quod earum actus a caritate imperantur.* Ne vero quispiam interpretari de actibus virtutum acquisitarum, aliarumve supernaturalium hunc textum posset, addit in solutione ad 3. *Quod fides actus non est meritorius, nisi fides per dilectionem operetur, ut dicitur ad Galat. v. Similiter etiam alius patientia, & fortitudinis non est meritorius, nisi aliquis ex caritate hæc operetur, secundum illud 1. ad Corint. XIII. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero nihil mihi prodest.* Textus isti adeo comperti sunt, ut seipsis repellant adversariorum responsionem, qua dicunt, D. Thomam loqui de homine habente caritatem: quoniam rotundis verbis docet actus aliarum virtutum minime esse meritorios, nisi quis eos *ex caritate operetur*. Consule quæ habet 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 9. *ad* 1. *in II. dist.* XL. *quæst.* 1. *art.* 5. & *dist.* XXX. *qu.* 1. *art.* 5. *ad* 3.

IX. Sententia exposita manifestis Scripturæ oraculis nititur. *Si caritatem non habuero, nihil mihi prodest.* I. Cor. 13. Item ad Galat. v. *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed fides quæ per dilectionem operatur.* Patres communi assensu hoc idem docent. Superfluum censeo Augustini testimonia recensere. Leo Magnus serm. x. de quadrag. *Nuda sunt omnes sine caritate virtutes; nec potest dici in qualibet morum excellentia fructuosum quod non dilectionis pastus edulcorat.* D. Gregorius Magnus hom. VII. in Evang. *Nihil veritatitis habet ramus boni operis, nisi manserit in radice dilectionis.* Sed brevitatis gratia ceteris missis, ratio effertur.

X. Ut actus sit meritorius, a gratia proficisci debet, quæ est principium meriti: principium, inquam, remotum, non proximum: quia in anima existit per modum naturæ supernaturalis; & iustum ad hunc statum evehit, in eoque illum constituit. Porro natura hæc non immediate seipsa, sed media caritate suas elicit operationes. Sive enim caritas eadem res sit cum gratia, solaque ratione distincta, semper gratia respicit animam, quam sanctificat, & caritas operationes, quibus meriti valorem impertit (quam sententiam defendunt Richardus, Durandus, Soto, Bellarminus, Salmeronius, alique;) sive sint qualitates realiter distinctæ, ita ut gratia animam secundum se afficiat, & caritas voluntatem ad operationes accendat, & disponat, ut cum D. Thoma communiter Thomistæ defendunt: ut ut res se se habeat, in utroque dicendi modo operationes profluunt a gratia, media caritate, quæ proportionem constituit inter meritum operationum, & præmium quod Deus in mercedem rependit. Quippe caritas sola Deum spectat, atque in eumdem ut luminum bonum fertur. Idcirco extollendo ceteras virtutes, easque in hunc ultimum finem dirigendo, qui est meritorii actus corona, efficit inter meritum & præmium æquam proportionem. Paucis verbis hæc omnia tradit D. Thomas in III. dist. XXX. quæst. unic. artic. 5. ad 1. *Gratia facit meritum, sicut principium remotum constituens nos in esse spirituali, sine quo non possumus mereri: sed caritas est sicut proximum merendi principium.* Omnes itaque actus sive fidei, sive spei, sive aliarum omnium virtutum, ut vitæ æternæ, & gratiæ augmenti sint meritorii, ex imperio, & directione caritatis eliciantur necesse est.

XI. Obiicies 1. Christus Dominus *Matth.* XXV. inquit: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum &c. esurivi enim, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere.* Item Marci cap. IX. *Si quis dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, non perdet mercedem suam.* Resp. Ad hæc, & similia Scripturarum testimonia facilis, & obvia est solutio. Sunt itaque prefati actus meritorii; sed prout a caritate diriguntur, & imperantur. Cum dicimus caritatem formam esse aliarum virtutum, non auferimus ab aliis virtutibus illorum naturam; sed eas perficiendas dicimus a caritate, ut digne æterno premio fiant. Nonne & adversarii fateri coguntur, prefatos actus eleemosynæ, misericordiæ &c. meritorios non esse, nisi ab homine gratia sanctificante ornato proficiscantur? Intelligendi ergo sunt laudati textus, secundum quod ex eadem Scriptura ostensum est, videlicet nihil valere vel ipsum martyrium ad vitam æternam promerendam, nisi caritate formetur.

XII. Obiicies 2. Fides prius natura a gratia quam caritas dimanat: ergo prius fides quam caritas principium est merendi. Nec

enim a gratia dimanare valet, quin valorem, & dignitatem a gratia participet. Quod autem prius a gratia quam caritas derivetur, patet: fides enim ad intellectum, caritas ad voluntatem quæ intellectus posterior est, attinet. Resp. Omissis multis distinctionibus a diverso causarum genere repetitis, dico, fidem non ita esse gratiæ proprietatem sicuti est caritas: quia caritas numquam sine gratia, nec gratia, sine caritate reperiri potest. Contra, fides sine gratia existit in homine. Porro si sermo sit de fide viva, quæ iusto inest, negatur a gratia dimanare sine caritate. Dictum est supra, fidem operari per caritatem, non tamquam per instrumentum, sed tamquam per principium, & formam qua vivificatur.

VIII. Quæst. II. *Actibus aliarum virtutum imperatis a caritate respondet ne meritum peculiare, distinctum a merito ipsius caritatis?* Resp. Adfirmans sententia mihi magis arridet. Quoniam ad meritum vitæ æternæ, aliis conditionibus positis, de quibus modo non disputatur, non aliud requiritur nisi bonitas moralis in actu, & directio cum relatione saltem virtuali caritatis in finem. Hæc bonitas moralis, puta humilitatis, fortitudinis, misericordiæ &c. distincta est a bonitate ipsius caritatis. Directio quoque sive formalis, sive virtualis, qua istæ virtutes ordinantur in Deum finem ultimum, est distincta a relatione formali ipsius actus caritatis. Quoniam directio actus caritatis non est nisi actus ipse caritatis, qui essentialiter fertur in Deum; directio vero aliarum virtutum ex imperio caritatis proficiscens elicitive est ab ipsis virtutibus caritatis motione formatis, & corroboratis. Nec est quod plus temporis teram in exprimendo modo quo contingit ceteras virtutes moveri, & informari a caritate.

## CAPUT XII.

*Præcepto caritatis astringimur omnia opera nostra in Deum dirigere. Quomodo hoc mandatum adfirmans sit, & negans?*

I. QUamquam ex iis quæ in superioribus dicta sunt, propolita sententia patet: tamen quia res magni momenti est, & ad Christianorum formandos mores plurimum confert, lubet fusius, & enucleatius eam retractare. Quod antequam præsto, illud admoneo, in mentem revocandam esse distinctionem relationis formalis, & virtualis. Non esse necessariam relationem formalem quemadmodum & habitualem non sufficere, convenit inter Theologos. De virtuali tota est disputatio.

II. Primum argumentum repetitur ex illo maximo, & supremo mandato: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua* &c. Matt. XXII. Si Deus totum cor, totam animam nostram sibi sacrificari vult, potiore iure omnes etiadem partus, fructus, & opera sibi vindicat. Qui enim vult solum, eadem voluntate sibi fructus soli asserit. Hinc Angelicus ex hoc mandato peroptime infert, omnia opera nostra in Deum referenda esse 1. 2. quæst. c. art. 10. ad 2. *Sub præcepto caritatis continetur ut diligatur Deus ex toto corde, ad quod pertinet ut omnia referantur in Deum. Et ideo præceptum caritatis implere homo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum.* Subdit vero Angelicus, præceptum istud, cum adfirmans sit, non pro semper obligare, ut infra explicabitur.

III. Secundum argumentum petitur ex illo Apostoli I. Cor. X. *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* His Apostoli verbis præceptum contineri, communis est Theologorum sententia. Quod confirmat Apostolus in eadem Epistola cap. XVI. vers. 13. & 14. *Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini: omnia vestra in caritate fiant.* Nempe explicat hic Angelicus loct. III. *Omnia debent referri in finem caritatis, ut scilicet omnia fiant propter Deum, & proximum.* Hoc ipsum præcipit D. Apostolus Petrus Epist. I. cap. 1. vers. 15. *Secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, & ipsi in omni conversatione sancti sitis.*

IV. Tertium petitur ex communi Patrum assensu. D. Basilius Lib. II. de bapt. cap. 11. *Necessarium est præceptum Apostoli servare, dicentis: Omnia honeste, & secundum ordinem fiant... Et quem Paulus in Christo locutus ostendit, Sive edatis, inquiens, sive quid aliud faciatis, omnia ad gloriam Dei facite.* Et in Regul. fusius disput. interrogat. 5. *Christianus, si actiones suas omnes sive maiores, sive minores ad Dei voluntatem direxerit.... Apostoli præcepto illi satisfacit: Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

V. D. Hieronymus epist. ad Cresiphontem Pelagio opponenti: *Audite, quæso, audite sacrilegium: si voluero curare digitum, movere manum, sedere, stare, ambulare, disserere, sputa iacere* &c. respondet his verbis: *Audi, ingrate, immo sacrilege, Apostolum prædicantem: Sive manducatis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, omnia in nomine Domini agite.*

VI. D. Augustinus Lib. de corrept. & grat. cap. III. *Præcipit Apostolus dicens: Omnia vestra in caritate fiant.* Item in Psalm. CII. *Negotium agis? Laudet Deum anima tua. Cibum capis? Vide quid ait Apostolus: Sive manducatis, sive bibitis, omnia in gloriam Dei facite.* Innumeros textus ex Augustino adferre possem, quos brevitati consulens prætereo. Aliorum quoque Patrum testimonia omitto, potissimum quod, ut dixi, vix dissidium sit inter Theologos hac de re.

VII. Ultimum argumentum a ratione petitur. Ad tria principia revocari rationes possunt vi quarum omnia nostra opera in Deum referenda sint: videlicet ad creationem, ad conservationem, ad redemptionem. Et quidem ratione creationis omnia nostra opera in Deum referenda quis negare audet? Quippe, quemadmodum Deus principium omnium creaturarum, & actionum, ita quoque finis est in quem hæc omnia revocari debent. Omnia quæ Deus fecit, propter semetipsum fecit: ergo per ordinem ad Deum omnia appetenda, & amanda sunt. Si aquarum rivuli incessanter æquora repetunt; si ad locum unde exeunt, revertuntur flumina, ut iterum refluant: ad fontem principium non redibit homo, in illud omnia sua referat? Quid quod Deus absolutum, perfectumque dominium habet in omnes actiones nostras, non modo creationis, verum etiam continuæ conservationis titulo? Duplici ergo titulo ipsi debentur, & ut domino, & ut conservatori. Quod si creationis, conservationisque iure opera nostra sibi Deus vindicat; potiori iure eadem sibi asserit ineffabilis redemptionis titulo. Peroptime expendit hanc rationem D. Bernardus serm. XX. in Cant. *Si totum me debeo pro me facto, quid addam tam pro refecto, & refecto hoc modo? Non enim tam facile refectus quam factus. Si quidem qui me tantum & semel dicendo fecit, in reficiendo profecto & dixit multa, & gessit mira, & pertulit dura, nec tantum dare, sed & indigna.... In primo opere me mihi dedit, in secundo se. Datus ergo, & redditus, me pro me debeo, & bis debeo. Quid Deo retribuam pro se? Nam, etiam si me millies rependere possem, quid tam ego ad Deum?* Et revera non infinito redemptionis opere velut servos emptitios Deus acquisivit, secundum illud I. Cor. VI. *Non estis vestri: empti enim estis pretio magno.* Ergo non nobis, sed Deo vivere, & operari debemus, quemadmodum docet idem Apostolus II. Cor. V. *Pro omnibus mortuus est Christus, ut qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est:* & ad Rom. XIV. *Nemo nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur.* Igitur si Verbum incarnatum est; si Christus natus, & mortuus est, ut sibi nos populum, & victimas acquireret: necesse est nos, & omnia nostra illi deberi. Accedit quod hæc omnia vera sunt respectu cuiusque gentis, cum pro omnibus hominibus mortuus Christus sit; verum, si Christianorum dignitatem, si vocationem eorumdem ad sanctam evangelicæ legis professionem spectemus, altera potissima consurgit ratio, quæ fortius nos devincit ad opera nostra omnia offerenda Deo. Status noster qui sanctitatem sapit, actiones sibi asserit consentaneas, & congruas, ut idem Apostolus inquit ad Ephes. IV. vers. 1. *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis:* & ad Philip. I. *Digne Evangelio conversamini.* Quippe christianus populus unum corpus efficit, cuius Christus caput est. Vivere itaque vitam capitis debet, eas edere actiones quæ Christi membris respondeant, illique motibus formare vitam suam quibus vitam Christi exprimat.

VIII. Præceptum hoc adfirmans est: idcirco dato tempore obligat, ut iam indicatum supra est, & nunc confirmatur verbis ipsius D. Thomæ 1. 2. quæst. c. artic. 10. ad 2. *Et cum ista duo præcepta* (nempe diligere Deum, & parentes) *sint affirmativa, non obligantia ad semper, possunt pro diversis temporibus obligare: & ita potest contingere quod aliquis implens præceptum de honoratione parentum, non tunc transgrediatur præceptum de omissione modi caritatis.* Hæc sententia ita perspicua est, ut nulla possit tergiversatione eludi. Idem repetit quæst. LXXXIII. art. 1. ad 2. *Dicendum, quod illud præceptum Apostoli* (Sive manducatis, sive bibitis, sive aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite: I. Corinth. X.) *est affirmativum: unde non obligat ad semper: & sic non facit contra, hoc præceptum quicumque non actu refert in gloriam Dei omne quod facit.* Similia habet opusc. XVIII. cap. V. *Huius divinæ dilectionis perfectio datur hominibus in præcepto: primo quidem ut homo omnia in Deum referat sicut in finem, sicut Apostolus dicit I. Cor. X.* (Sive manducatis &c.) *quod quidem impletur, cum aliquis vitam suam ad Dei servitium ordinat, & per consequens omnia quæ propter seipsum agit,*





P vir-

enim a gratia dimanare valet, quin valorem, & dignitatem a gratia participet. Quod autem prius a gratia quam caritas derivetur, patet: fides enim ad intellectum, caritas ad voluntatem quæ intellectus posterior est, attinet. Resp. Omissis multis distinctionibus a diverso causarum genere repetitis, dico, fidem non ita esse gratiæ proprietatem sicuti est caritas: quia caritas numquam sine gratia, nec gratia, sine caritate reperiri potest. Contra, fides sine gratia existit in homine. Porro si sermo sit de fide viva, quæ iusto inest, negatur a gratia dimanare sine caritate. Dictum est supra, fidem operari per caritatem, non tamquam per instrumentum, sed tamquam per principium, & formam qua vivificatur.

VIII. Quæst. II. *Actibus aliarum virtutum imperatis a caritate respondet ne meritum peculiare, distinctum a merito ipsius caritatis?* Resp. Adfirmans sententia mihi magis arridet. Quoniam ad meritum vitæ æternæ, aliis conditionibus positis, de quibus modo non disputatur, non aliud requiritur nisi bonitas moralis in actu, & directio cum relatione saltem virtuali caritatis in finem. Hæc bonitas moralis, puta humilitatis, fortitudinis, misericordiæ &c. distincta est a bonitate ipsius caritatis. Directio quoque sive formalis, sive virtualis, qua istæ virtutes ordinantur in Deum finem ultimum, est distincta a relatione formali ipsius actus caritatis. Quoniam directio actus caritatis non est nisi actus ipse caritatis, qui essentialiter fertur in Deum; directio vero aliarum virtutum ex imperio caritatis proficiscens elicitive est ab ipsis virtutibus caritatis motione formatis, & corroboratis. Nec est quod plus temporis teram in exprimendo modo quo contingit ceteras virtutes moveri, & informari a caritate.

## CAPUT XII.

*Præcepto caritatis astringimur omnia opera nostra in Deum dirigere. Quomodo hoc mandatum adfirmans sit, & negans?*

I. QUamquam ex iis quæ in superioribus dicta sunt, propolita sententia patet: tamen quia res magni momenti est, & ad Christianorum formandos mores plurimum confert, lubet fusius, & enucleatius eam retractare. Quod antequam præsto, illud admoneo, in mentem revocandam esse distinctionem relationis formalis, & virtualis. Non esse necessariam relationem formalem quemadmodum & habitualem non sufficere, convenit inter Theologos. De virtuali tota est disputatio.

II. Primum argumentum repetitur ex illo maximo, & supremo mandato: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua* &c. Matt. XXII. Si Deus totum cor, totam animam nostram sibi sacrificari vult, potiore iure omnes etiadem partus, fructus, & opera sibi vindicat. Qui enim vult solum, eadem voluntate sibi fructus soli asserit. Hinc Angelicus ex hoc mandato peroptime infert, omnia opera nostra in Deum referenda esse 1. 2. quæst. c. art. 10. ad 2. *Sub præcepto caritatis continetur ut diligatur Deus ex toto corde, ad quod pertinet ut omnia referantur in Deum. Et ideo præceptum caritatis implere homo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum.* Subdit vero Angelicus, præceptum istud, cum adfirmans sit, non pro semper obligare, ut infra explicabitur.

III. Secundum argumentum petitur ex illo Apostoli I. Cor. X. *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* His Apostoli verbis præceptum contineri, communis est Theologorum sententia. Quod confirmat Apostolus in eadem Epistola cap. XVI. vers. 13. & 14. *Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini: omnia vestra in caritate fiant.* Nempe explicat hic Angelicus loct. III. *Omnia debent referri in finem caritatis, ut scilicet omnia fiant propter Deum, & proximum.* Hoc ipsum præcipit D. Apostolus Petrus Epist. I. cap. 1. vers. 15. *Secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, & ipsi in omni conversatione sancti sitis.*

IV. Tertium petitur ex communi Patrum assensu. D. Basilius Lib. II. de bapt. cap. 11. *Necessarium est præceptum Apostoli servare, dicentis: Omnia honeste, & secundum ordinem fiant... Et quem Paulus in Christo locutus ostendit, Sive edatis, inquiens, sive quid aliud faciatis, omnia ad gloriam Dei facite.* Et in Regul. fusius disput. interrogat. 5. *Christianus, si actiones suas omnes sive maiores, sive minores ad Dei voluntatem direxerit.... Apostoli præcepto illi satisfacit: Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

V. D. Hieronymus epist. ad Cresiphontem Pelagio opponenti: *Audite, quæso, audite sacrilegium: si voluero curare digitum, movere manum, sedere, stare, ambulare, disserere, sputa iacere* &c. respondet his verbis: *Audi, ingrate, immo sacrilege, Apostolum prædicantem: Sive manducatis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, omnia in nomine Domini agite.*

VI. D. Augustinus Lib. de corrept. & grat. cap. III. *Præcipit Apostolus dicens: Omnia vestra in caritate fiant.* Item in Psalm. CII. *Negotium agis? Laudet Deum anima tua. Cibum capis? Vide quid ait Apostolus: Sive manducatis, sive bibitis, omnia in gloriam Dei facite.* Innumeros textus ex Augustino adferre possem, quos brevitati consulens prætereo. Aliorum quoque Patrum testimonia omitto, potissimum quod, ut dixi, vix dissidium sit inter Theologos hac de re.

VII. Ultimum argumentum a ratione petitur. Ad tria principia revocari rationes possunt vi quarum omnia nostra opera in Deum referenda sint: videlicet ad creationem, ad conservationem, ad redemptionem. Et quidem ratione creationis omnia nostra opera in Deum referenda quis negare audet? Quippe, quemadmodum Deus principium omnium creaturarum, & actionum, ita quoque finis est in quem hæc omnia revocari debent. Omnia quæ Deus fecit, propter semetipsum fecit: ergo per ordinem ad Deum omnia appetenda, & amanda sunt. Si aquarum rivuli incessanter æquora repetunt; si ad locum unde exeunt, revertuntur flumina, ut iterum refluant: ad fontem principium non redibit homo, in illud omnia sua referat? Quid quod Deus absolutum, perfectumque dominium habet in omnes actiones nostras, non modo creationis, verum etiam continuæ conservationis titulo? Duplici ergo titulo ipsi debentur, & ut domino, & ut conservatori. Quod si creationis, conservationisque iure opera nostra sibi Deus vindicat; potiori iure eadem sibi asserit ineffabilis redemptionis titulo. Peroptime expendit hanc rationem D. Bernardus serm. XX. in Cant. *Si totum me debeo pro me facto, quid addam tam pro refecto, & refecto hoc modo? Non enim tam facile refectus quam factus. Si quidem qui me tantum & semel dicendo fecit, in reficiendo profecto & dixit multa, & gessit mira, & pertulit dura, nec tantum dare, sed & indigna.... In primo opere me mihi dedit, in secundo se. Datus ergo, & redditus, me pro me debeo, & bis debeo. Quid Deo retribuam pro se? Nam, etiam si me millies rependere possem, quid tam ego ad Deum?* Et revera non infinito redemptionis opere velut servos emptitios Deus acquisivit, secundum illud I. Cor. VI. *Non estis vestri: empti enim estis pretio magno.* Ergo non nobis, sed Deo vivere, & operari debemus, quemadmodum docet idem Apostolus II. Cor. V. *Pro omnibus mortuus est Christus, ut qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est:* & ad Rom. XIV. *Nemo nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur.* Igitur si Verbum incarnatum est; si Christus natus, & mortuus est, ut sibi nos populum, & victimas acquireret: necesse est nos, & omnia nostra illi deberi. Accedit quod hæc omnia vera sunt respectu cuiusque gentis, cum pro omnibus hominibus mortuus Christus sit; verum, si Christianorum dignitatem, si vocationem eorumdem ad sanctam evangelicæ legis professionem spectemus, altera potissima consurgit ratio, quæ fortius nos devincit ad opera nostra omnia offerenda Deo. Status noster qui sanctitatem sapit, actiones sibi asserit consentaneas, & congruas, ut idem Apostolus inquit ad Ephes. IV. vers. 1. *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis:* & ad Philip. I. *Digne Evangelio conversamini.* Quippe christianus populus unum corpus efficit, cuius Christus caput est. Vivere itaque vitam capitis debet, eas edere actiones quæ Christi membris respondeant, illique motibus formare vitam suam quibus vitam Christi exprimat.

VIII. Præceptum hoc adfirmans est: idcirco dato tempore obligat, ut iam indicatum supra est, & nunc confirmatur verbis ipsius D. Thomæ 1. 2. quæst. c. artic. 10. ad 2. *Et cum ista duo præcepta* (nempe diligere Deum, & parentes) *sint affirmativa, non obligantia ad semper, possunt pro diversis temporibus obligare: & ita potest contingere quod aliquis implens præceptum de honoratione parentum, non tunc transgrediatur præceptum de omissione modi caritatis.* Hæc sententia ita perspicua est, ut nulla possit tergiversatione eludi. Idem repetit quæst. LXXXIII. art. 1. ad 2. *Dicendum, quod illud præceptum Apostoli* (Sive manducatis, sive bibitis, sive aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite: I. Corinth. X.) *est affirmativum: unde non obligat ad semper: & sic non facit contra, hoc præceptum quicumque non actu refert in gloriam Dei omne quod facit.* Similia habet opusc. XVIII. cap. V. *Huius divinæ dilectionis perfectio datur hominibus in præcepto: primo quidem ut homo omnia in Deum referat sicut in finem, sicut Apostolus dicit I. Cor. X.* (Sive manducatis &c.) *quod quidem impletur, cum aliquis vitam suam ad Dei servitium ordinat, & per consequens omnia quæ propter seipsum agit,*





P vir-

*virtualiter ordinantur in Deum, nisi sint talia quæ a Deo abducant, sicut sunt peccata: & sic Deum diligit bono ex totocorde.* Plures alios textus non transmitto. Ex his oppido patet, præceptum caritatis, adfirmans cum sit, non urgere omni, & quocumque tempore, ut omnes actiones nostras actu explicito sive formali, sive virtuali in Deum dirigamus. Licet vero hoc præceptum adfirmans sit, includit tamen præceptum negativum quod prohibet quidquam agere contra amorem Dei, seu quod amori, & gloriæ Dei repugnet.

IX. Paucis tene quæ de caritatis præcepto dicta sunt. Mandatum caritatis peculiare est. Obligat ad actum expressum, & formalem amoris Dei. Obligat tarpius, non modo in vita, verum etiam infra annum. Sed, adfirmativum cum sit, non obligat pro semper, neque ad actus expressos amoris, neque ad referenda omnia opera nostra in Deum: quoties enim urget ad amandum Deum, urget etiam ad dirigenda omnia opera nostra in ipsum; & quando non urget ad amandum, neque urget ad referendum. Quatenus negativum est, semper prohibet ne in finem pravum opera nostra referamus, neve aliquod bonum divino bono præferamus, neve Deum odio habeamus unquam. Nullum vero reperitur præceptum quod vel ut negane vetet amare bona creata honesta; vel ut adfirmans jubeat ut semper, & in omni actu hunc amorem in Deum referamus: sed satis est ut illius honestatem quæ suapte natura in Deum referibilis est, amemus, absque ulla prava circumstantia, ut clarius capite sequenti.

X. Commentum Henrici a S. Ignatio, quo *Tom. I. Lib. VIII. cap.* XII. *num.* 12. D. Thomæ discipulis notam deceptionis impingit in illius mandati explicatione ad mentem Angelici, vanum est; quod Auctorem suum non modo a doctrina D. Thomæ, sed etiam a communiori doctrina Catholicorum aberrare ostendit. Contendit P. Henricus, ideirco nos decipi, quod non distinguamus inter obligationem sub mortali & obligationem sub veniali. Angelicus sub alterutra culpa, mortali, aut veniali, semper obligare mandatum docet, concludit Henricus. Verum subdimus illum summopere hallucinari. Quoniam omne verum præceptum suapte natura obligat sub mortali. Illius vero transgressio quandoque venialis evadit duplici titulo: nempe vel ob imperfectam deliberationem actus, vel ob parvitatem materiæ. Porro, cum Angelicus conceptis verbis doceat præceptum caritatis, eo quod adfirmans sit, non obligare nisi latis temporibus, sequitur eo tempore quo non obligat, nulla culpa infici qui illud non servat. Si culpam contraheret qui illud aliquo tempore non servaret, consequens fieret, negativum illud esse, non affirmativum. Nam neque transgressio mandati negativi semper est mortalis; sed sæpe venialis esse potest, aut ob indeliberationem voluntatis, aut ob levitatem materiæ, ut patet in furto, cujus præceptum negans est. Non vacat expendere omnes quos hic Auctor profert textus ex D. Thoma, partim truncatos, partim nihil illius proposito faventes. Nam Angelicus sexcentis in locis explicans mandatum caritatis, illius observantiam inculcat, Scripturas sanctas allegat, quæ amorem Dei, & omnia propter Deum facienda jubent, & hortantur. Verum, cum de continua, & non interrupta relatione operum nostrorum in Deum sermo recurrit, continuo subdit præceptum esse adfirmativum, quod semper, & non pro semper obligat. Quæ omnia capite sequenti enucleatius discutientur.

## CAPUT XIII.

*Sunt ne omnia opera quæ absque caritate, aut gratia sunt, peccata? Infidelium moralis virtutes discutiuntur.*

I. QUoniam primum, maximumque est caritatis mandatum, ideo ledulam curam illius expositio postulat. Omissa nunc hæreticorum erronea explicatione, extrema Catholicorum opiniones iterum breviter perstringendæ sunt. Vidimus Theologorum aliquos docuisse, præceptum amoris divini generale esse. Plures alii præceptum peculiare agnoverunt, sed illius obligationem tempori tantum vel mortis imminentis, vel tentationis odium Dei ingerentis, filigarunt, vel ultra quinquennium prorogarunt. Quæ opiniones tua laxitate scandalum, & horrorem christianis auribus incutiunt. Hinc alii Catholici in aliud rigoris declinarunt extremum. Hi quippe docent tam universalem esse, continuamque divini mandati obligationem, ut comprehendat omnium actionum nostrarum relationem actualem expressam, aut formalem, aut virtualem, in Deum. Hinc inferunt peccare saltem venialiter hominem qui vel unicum deliberatum actum in Deum dirigere negligit. Viam autem, qua Catholici isti recedere sibi blandiuntur ab hæresi toties convulsa, quod omnia opera peccatorum, vel infidelium sint peccata, infra palam faciemus. Porro, ut perspicue utriusque extremæ sententiæ absurda ob lectorum oculos referamus, caput illud in varios tribuo paragraphos. In primo sub examen inducam laxissimam, & proscriptam propositionem, quæ veluti funculus est primæ recensitæ sententiæ de mandato caritatis nonnisi urgente necessitate, obligante. Deinceps alterius severioris opinionis absurda expendam.

### §. I.

*Examinatur propositio damnata ab Innocentio XI.* Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obsit valetudini: quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.

II. HÆC propositio, ab Innocentio XI. summo Pontifice proscripta est, quasi conflectarium opinionis laxæ quæ docet, aut numquam, aut raro dirigendas esse operationes in Deum. Qui enim ab prima operationum nostrarum rectissima amussi defleckit, confestim celeri cursu de errore in errorum abyssum prolabitur. Excusso semel primo mandato dirigendi opportuno, consequitur naturæ nostræ tempore omnia in Dei gloriam, continuo aliud præceptum vel ipsis Ethnicis pervium compertumque, omnia licitum appetendi propter honestatem, repudiarunt. Quare ob solam voluptatem cibum, potumque ad satietatem usque licite sumi posse propugnarunt. Sensus damnatæ propositionis exponendus est.

III. Propositionem damnatam Ioannes Sanchez docuit in *Select. disp.* II. *num.* 14. his verbis: *Deficiente nocumento, comedere & bibere absque necessitate solum ob delectationem captandam, scilicet ob frigiditatem potus, vel suavitatem cibi, nunquam contra rationem erit; sed talis comestio, aut potatio libere fit, ut appetitus naturalis suis fruatur actibus. At velle appetitum delectari suis operationibus quæ contra rationem non sunt, nullatenus peccatum est: cum scelus reperiri sit impossibile, nisi contra rationem tendat operans. Dicas, quæso, quare contra rationem operatur edens, aut bibens ubique fame, dum alias esus, aut potus nocumentum salutis non inferant? Nam, si ob solam cibi delectationem gula committeretur, defiente etiam corporis nocumento; peccatum etiam esset odorari res aromaticas ob SOLAM delectationem capiendam boni odoris; & esset scelus res inspicere pulchras ob SOLAM delectationem quam visus in visione capit; & esset crimen audire musicam ob capiendam auditus delectationem. Quis autem damnet hæc? Igitur nec gustus ipsum, ex eo quod appetat cibum ob SOLAM eius delectationem, damnare est fas. Peiorite ne conditionis erit quam alii?*

IV. Hæc omnia ex Sanchez transcripsit P. Matthæus Moya in *Selectis tract.* VI. *disp.* II. (num. III. ut citant Cardenas, & Viva) *quæst.* III. & ut probabilem opinionem eam defendit. Sitne opinio illiusce eadem ac damnata, aliorum esto iudicium. Laudatus Cardenas *dissert.* VII. *art.* I. contendit a damnata propositione eximere doctrinam P. Moya, eo quod propositio proscripta licitam comestionem afferat *usque ad satietatem, & ob solam voluptatem.* At ex hoc capite non video cur indemnis evadere doctrina Moyæ possit: quoniam probabilem vocat Moya opinionem Sanchez, qui conceptis verbis docet licitum esse comedere, nulla vellicante fame, *ob solam voluptatem.* Hoc autem damnatum esse in propositione, quis inficiatur? Quod autem subdit Cardenas, nempe Patrem Moya *num.* 19. defendere cum Augustino, cibum sine necessitate captum illicitum esse, verum habet. Geterum non improbat probabilitatem quam tribuerat opinioni Sanchez de licito esu *ob solam voluptatem.* Ut ut autem de mente Moyæ, nostra non interest in eius examen ad quod aliorum Auctorum sententias revocat, severius inquirere, ne tempus prodigamus. Ad hoc quod attinet, excusandus Moya videtur, quod ante damnatas ab Innocentio propositiones scripserit.

V. Illud admirationem ingerit quod P. Viva, dum officio fungitur offendendi, iniste proscriptam esse hanc propositionem ab Innocentio XI. ita extenuet vim proscriptionis, ut ea in artiliari, & nihilum fere recidat. Quod ut clarius pateat, propositio damnata tribuenda in partes est, ut quid proscriptum sit, plane teneatur. Tres sunt propositionis partes expendendæ. Prima: *Comedere usque ad satietatem.* Altera: *Propter solam voluptatem.* Postrema: *Quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.* Singula propositionis membra non modo copulate, verum etiam divisim, proscriptioni subiecta sunt.

VI. Ad satietatem quod attinet, duplex satietatis genus distinguendum. Altera satietas est quæ penitus famem pellit. Altera quæ præter plenam famis expulsionem, immo-

deratam cibi quantitatem, ad vitæ sustentationem minime necessariam, sumit. Hæc secunda, non prima, proscribitur in propositione. Ratio proscriptionis clara est, quam tradit D. Thomas 2. 2. *quæst.* CXLVIII. *art.* 4. Quoniam alimentum inditutum est ad conservationem & sustentationem vitæ. Ergo, ubi superfluit vitæ sustentationi, illicitum est. *Regula rationis* (inquit Divus Thomas) *hæc est, ut homo sumat cibum, secundum quod convenit sustentationi naturæ, & bonæ habitudini hominis, & convenientiæ eorum cum quibus vivit, ut dicitur in III. Ethicorum. Quando ergo secundum hanc regulam rationis appetitus aliquid, & sumit cibum, secundum necessitatem sumit; quando vero ultra hoc excedit, transcendit regulam rationis, & medio virtutis discedens, ut satisfaciat voluptati.* Culpæ itaque venialis non evadit qui usque ad satietatem non necessariam naturæ comedit; tametsi voluptatem non intendat ut finem. Si quis tamen satietatem reputaret necessariam, & non immodicam ac superfluam naturæ, & finem in delectatione haud poneret, non peccaret.

VII. Hinc colligo, quam difficile a culpa eximantur illi qui impetu quodam fere rapiuntur in cupedias, delectioresque dapes, qui nimia anxietate, & sollicitudine omnia rimantur, ut delicatiores epulas conquirant, ut paratæ, sæpeque omnino obsecundent. Modus in his adhibendus. Non raro justa occurrit causa mensam exquisitioribus fercolis instruendi, ut hospitibus, & amicis invitatis ad convivium argumenta existimationis, & amicitiæ exhibeantur. Quandoque luxuriores, gratioresque epulæ experiuntur vel ad animum recreandum, vel quia facilius digerentur, & magis confirmit ad nutrimentum, juxta illud: *Quod sapit, nutrit.* Nemo tamen scrupulis angi debet, quod singularem delectationem ex cibo percipiat. Id enim ex meliori palato, & conformitate cibi ad palatum, seu ex proportione, ut dicunt, sensibili cum sensorio contingit. Idcirco in prandio in quo plura occurrunt fercula quæ magis delectant, licite seligi possunt quæ magis placent; dummodo modus adhibeatur, sobrietas servetur, & delectatio ut medium ad alimoniam dirigatur. Facillime vel ipsi justi in his deliquere possunt. Quapropter dum homo has, similesque actiones exercet, in quibus cum brutis convenit, expertectus fit oportet. Preces quas ante mensam Deo offert, singulari devotione recitet; & in ipso esu mentem, animumque erigat, verbumque Dei, si legatur, attente audiat. Hæc omnia confirmat Augustinus Tom. X. de sanct. serm. IV. de animab. defunct. *Quoties aliquis in cibo, aut in potu plus accipit quam necesse sit, ad minuta peccata noverit pertinere.* Verum de his plura, cum de actibus humanis sermo erit.

VIII. Satietas ergo in superflua comestura sita le sola ratio sufficiens est cur propositio damnata sit. Altera ratio quæ itidem sola satis fuit ad proscribendam propositionem, est *voluptas*. Hæc itaque propositio, *Licitum est comedere, & bibere propter solam voluptatem, dummodo non obsit valetudini*, jure ac merito ceteris aliis omissis particulis, proscripta est. Quoniam quod sumitur ob solam voluptatem, sustentationi naturæ superfluit. Idcirco hac primum ratione digna damnatione propositio est. Altera potissima ratio est quod voluptas non sit ipsa digna ut appetatur, nisi Epicuro, inquit Cicero IV. Acad. 131. *Voluptas per se expetenda Epicuro*: & II. Officior. 37. *Si quis est paullo erectior, quamvis voluptate capiatur, celetur, & dissimulat appetitum voluptatis propter verecundiam: ex quo intelligitur corpore voluptatem non satis esse idoneam hominis constantiæ.* Ipso ergo Tullio judice ethnico, digna voluptas non est homine rationis prædito. Seneca *Lib. de vit. beat. cap.* X. hominí Epicureo improperabat: *Tu voluptate frueris, ego uror*; paucis indicans medium, non finem esse voluptatem. Rationem promit Angelicus 2. 2. *q.* CXII. *art.* 2. Finis, & ordo quem natura ipsa præstituit in comestura, est ut cibus sit propter sustentationem naturæ. Pervertat ergo necesse est naturæ ordinem *qui propter solam comedit voluptatem*. Hinc principium universale ponit, quod scilicet temperantiæ virtus modum delectabilibus imponere debeat, eaque in bonum rationis dirigere. Bonum porro rationis in hoc spleodet quod media in finem ordinet. In hoc ordine virtutes morales, sitæ sunt. Audiamus Angelicum. *Bonum virtutis moralis præcipue consistit in ordine rationis. Nam bonum hominis est secundum rationem esse. . . Omnia autem delectabilia quæ in usum hominis veniunt, ordinantur ad aliquam hujus vitæ necessitatem sicut ad finem: & ideo temperantia accipit necessitatem hujus vitæ sicut regulam delectabilium quibus utitur, ut scilicet tantum eis utatur, quantum necessitas hujus vitæ requirit.* Tanta ergo capienda ex cibo voluptas est, quanta satis sit ad vitæ sustentationem. Ne vero quis scrupulis vellicetur, subdit Angelicus, aliam ciborum delectationem absolute necessariam esse, aliam convenientem naturæ sustentandæ, servandæque. Idcirco utramque delectationem temperantiæ virtus dirigit. Hæc quippe habet in resp. ad 2. *Necessitas humanæ naturæ potest attendi dupliciter. Uno modo secundum quod necessarium dicitur illud sine quo res nullo modo potest esse, sicut cibus necessarius est animali; Alio modo secundum quod necessarium dicitur illud sine quo res non potest convenienter esse. Temperantia autem non solum attendit primam necessitatem, sed etiam secundam.*

IX. Tertia damnatæ propositionis particula est: *Licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.* Hoc est illud quod potissimum anathemate configitur in præfata propositione. Quippe illud est principium universale, ex quo cetera ejus propositionis membra proficiscuntur. Si enim licitum est appetitui naturali suis frui actibus; necessario consequitur licitum esse comedere, & bibere propter solam delectationem. Quod ut planius teneas, discrimen nora quod est *frui* inter & *uti*. *Fruimur* fine obtento: *utimur* medio quo finem assequimur. Quapropter, si voluptate *frueris*, eam ut finem intendis; si *uteris* ea, ut medium adhibes. Hæc ergo assertio universalis, Licitum est appetitum naturalem suis frui actibus, damnata absolute est. Propositio enim damnata hanc particulam adducit tamquam causam universalem, inferentem alia propositionis membra: *Quia licet potest* &c. nisi enim esset universalis, inepta fuisset ad inferendam licitam comeſturam. Et quia res plana est, non convenit plura verba facere.

X. Ex his satis colligitur, quomodo P. Viva extenuare videatur vim propositionis damnatæ. Assertit namque *num.* 6. sensus auditus, olfactus, allosque licite posse suis *frui* actibus. *Verum quidem est* (inquit) *quod possit PROPTER SE intendi directe delectatio aliqua quæ reperitur in tactu v. g. in olfactu floris, in auditione musicæ, & in aliis actibus moraliter indifferentibus.* Quod repetit num. 10. *Voluptas autem moderate qua ex auditione contentus percipitur, si ad bonestum finem ordinetur, erit actus virtutis; si vero propter se sequatur amatur, quatenus non apparet prohibita, erit actus moraliter indifferens ex natura ipsius operis ad rectum finem a natura intentum.* Contendit ergo P. Viva nullum perpetrare peccatum veniale illum qui propter solam delectationem musicam audiret, aromata olfaceret, ludo vacaret. Quia, inquit, eiusmodi delectabilia per se instituta sunt a natura, ut animum relaxent. At etiam cibus per se institutus est ut corpus alat. Cur ergo iste *fruatur propter se directe* apeti nequit? Sicut enim voluptas concentus animum relaxat, ita comestura corpus nutrit. Reponit, facilius esse ut in cibo, potuque, & rebus venereis (de quibus in tractatu de matrimonio) modus excedatur. Non repugno. Sed hinc solum consequitur, frequentius, & si vis etiam, gravius, in his quam illis peccari.

XI. Hæc P. Viva doctrina mihi videtur (salva docto, pioque viro reverentia) implicite proscripta in illa particula universali propositionis damnatæ. *Quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.* Ut vidimus, hæc propositio universalis est; alioquin inepta fuisset ad inferendum licitum usum propter voluptatem. Damnatum ergo est asserere, licitum esse aliquem appetitum naturalem, sive sensum, posse voluptatem propter se directe appetere. Omnia quippe delectabilia, inquit S. Thomas, aut necessaria absolute sunt, aut congrua naturæ. Ergo omnia delectabilia apponenda sunt, quatenus aut necessaria, aut congrua naturæ sunt. Musicos modos, & modulatum concentum ad pellendam triſtitiam audimus. Aromata, reliquæ olfactimus ad confortandum caput, ad exhilarandum spirirum, animumque recreandum. Viridaria, colorum altra, & ceterarum universi partium mirabilem harmoniam speculamus, ut experimentalem notitiam acquiramus, ut divinam sapientiam, quæ omnia condidit, veneremur. Nihil eorum propter solam voluptatem appetimus; sed omnia propter honestum finem, aut reparandum corporis virium, quæ labore fractæ, vel extenuatæ sint, aut spiritus occupatione pressi levandi.

XII. Porro quod doctrina P. Viva implicite, & virtualiter damnata sit, aperte testatur P. Cardenas *differt.* VII. *cap.* 1. *qu.* II. *num.* 38. his verbis: *Adhuc tamen asserendum est, hanc propositionem*, Nullum est peccatum audire musicam propter solam delectationem, *non mauere damnatam formaliter, sed damnari virtualiter . . . Damnatur virtualiter, cum ex damnatione unius propositionis inferrur evidenter reprobatio a tertius . . . Nam, ut dicam quæst. seq. damnata manet ea propositio universalis*: Licite potest appetitus naturalis suis actibus frui, *idest illos elicere propter solum voluptatem: ex cuius da-*

*nuntiatione infertur reprobatione dignum esse eum quæ docet, nullum peccatum esse sui muneris, sive illam audire propter solam voluptatem.* Quæ omnia eo spectant, non ut notam aliquam erudito P. Viva impingam, (quod abfit) sed quo lectores admoneam, ut caute legant commentaria illius Auctoris, qui sane (ut ego quidem arbitror) nimium prohibitionis damnatarum propositionum vim relaxavit. An ex hac propositione damnata præiudicatum sit sententiæ de actibus in individuo indifferentibus, dicetur, ubi ex instituto de hoc argumento recurret sermo, sicut & de copula conjugali ob solam delectationem exercita.

## §. II.

### *Sicut ne omnia infidelium opera peccata proprie dicta.*

I. SUperiore paragrapho extremum laxitatis in quod declinarunt nonnulli recentiores Theologi, in exponendo caritatis mandato, indicavi; in sequentibus paragraphis alia extrema oppolita in quæ prolapsi sunt tum hæretici, tum Catholici aliqui, indicanda sunt. Antequam vero opinionem Catholicorum exponam, prius hæreticorum errores indicandi sunt. Quod ut præstem, altius repetenda res est, & ab ipsa fide ducendum initium, sint ne tolliceet opera infidelium peccata, virtutesque vitia sine fide supernaturali seu theologica: vitia, inquam, & peccata proprie dicta, quæ nempe ad pœnam imputantur. Nam, si semel sit de peccato latius accepto, ideft de opere sterili ad æternam salutem, nulla quæstio est: omnes quippe Catholici fatentur, nullum edi posse morale opus vita æterna dignum absque fide, & gratia supernaturali. De necessitate fidei in præsens; deinceps de necessitate gratiæ, & caritatis.

II. In omni opere morali duo distinguenda, & officium, & finis. Officium est ipsius operis materia, seu obiectum. Finis est illud in quod opus ab operante dirigitur. Operire nudum, bonum est ratione officii, seu obiecti: si opus illud in Deum ordinetur, bonum est finis causa. Integra operis moralis honestas, & bonitas ex utroque coalescit, officio nempe, & fine. Duplex porro distinguendus finis est in quolibet morali opere. Alter proximus, & immediatus, qui dici solet finis operis, ut est eleemotyna propter solamen pauperis. Alter remotus, & ultimus, in quem opus dirigitur; qui finis Deus est. Actio moralis honesta, & recta tam ex officio, quam ex fine proximo, & immediato, suapte natura in Deum tendit, nisi aliquo pravo actu in finem quempiam malum ab operante detorqueatur: quia omne bonum in Deum, a quo dimanat, regreditur.

III. Intentio qua opus in Deum refertur, ut dictum est alias, triplex: actualis, virtualis, habitualis, seu interpretativa. Actualis in actu expresso, formali, & reflexo sita est. Virtualis duplex. Altera quæ effectus est intentionis formalis, & expressæ, quatenus videlicet actus expresse intentionis virtute influit in subsequentes actiones. Altera quæ nullum præsupponit actum formalem, qui actiones expresse in Deum dirigat; sed suapte virtute, & ex implicita quadam agentis intentione opus honestum in Deum ultimum finem refert; quæ intentio virtualis obiectiva nuncupari valet. Habitualis intentio in agentis propensione consistit. Interpretativa ea est quam agens haberet, si de ea cogitaret.

IV. Lutherani, & Calvinistæ, humanæ libertatis proditores, omnia opera sine fide iustificante, & formata dicta, peccata esse asserunt. *Pelagiani* e contrario vel in ipsis infidelibus veras virtutes agnoscunt, & quemque hominem solius naturæ viribus universam implere posse legem docuerunt. In Lutheranorum, & Calvinistarum errores lapsi sunt Michael Baius, & præter propter Iansenius, Quesnellus, aliique eiusdem factionis; quamquam variis fucis eos delinire gestiant. Nam hæc est propositio 25. Baii: *Infidelium opera sunt peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia.*

V. Error ergo Baii, Iansenii, eorumque gregalium est, quod omnia opera absque caritate vere & proprie dicta sint peccata. Contendunt enim omnes actiones humanas in Deum dirigendas esse ex caritatis theologicæ motivo; atque adeo peccare semper homines, peccato saltem omissionis, qui dirigere vi eiusdem caritatis negligunt opera sua in Deum. Illud inter Baii & Iansenii sententiam discrimen est, quod primus, ut opera revera bona sint, exigit caritatem perfectam, alter vero etiam imperfecta contentus est.

VI. Porro, ut perspicue teneas quid probandum, quidve improbandum in hac materia sit, illud animadvertito, quod convenit penes Catholicos, actiones nostras referendas in Deum esse modo aliquo. In hac universali propositione nullum dissidium est. Circa



ca modum, seu motivum, quo referri debent opera nostra in Deum, dissident ab hæreticis Catholici, & a Catholicis Catholici. Baius post Calvinum asserit referenda esse omnia hominis opera in Deum vi caritatis theologicæ, & proprie dictæ: quem errorem omnes Catholici reiiciunt. Nonnulli Catholici contendunt referendas esse actiones nostras omnes in Deum, non tamen per gratiam sanctificantem; sustinent tamen sine fide nullum opus morale bonum fieri posse. Quare admittentes eiusmodi opera honesta in Christianis peccatoribus, ab infidelibus, præsertim idololatris, eadem excludunt. Cui sententiæ accedit Gregorius de Arimino *in II. dist.* XXVI. *quæst.* 1. *art.* 2. Alii docent sine fide theologica opera bona moralia reperiri posse; secus vero sine auxilio speciali, & caritate generatim, & communiter dicta, seu sine amore Dei propter se dilecti. Hanc porro caritatem actualem communiter dictam in ipsis peccatoribus reperiri docent. In hanc concedunt sententiam Vincentius Contensonius *Lib. VIII. dist.* II. *cap.* 1. *speculat.* 2. Cardinalis Norisius in vindiciis Augustinianis *quæst. 1. de necessitate grat.* Henricus a Sancto Ignatio *Tom. 1. Lib. VIII.* ubi pro hac sua sententia laudat Scriptoras, Patres, Pontifices, & cæteque ordinis antiquiores Theologos. Hanc secundam Catholicorum sententiam infra ad examen revocabimus. De priori nunc dicendum est.

VII. *Aliqua opera moraliter bona reperiuntur in infidelibus, ita ut eorum omnes actiones non sint vere, & proprie peccata.* Conclusio Scripturarum testimonio patet. Ex multis pauca pertringam. Mercedem Deus rependit obstetricibus Ægyptiorum, eo quod, regio Pharaonis mandato neglecto, Deum timentes, mares Iudæorum servarunt. Exod. 1. *Benefecit Deus obstetricibus.* Neque hinc inferendum, placuisse Deo mendacium quod perpetrarunt mulieres illæ. Sed benignitas mentis, non iniquitas mentiendi, remunerata a Deo fuit, inquiunt Augustinus, Angelicus, & communiter Interpretes. D. Paulus Rom. cap. II. *Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt; eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Duplici expositione hunc textum interpretantur Patres. Gentes accipiunt primi pro Christianis ex gentibus conversis, qui sine Moysis lege Evangelium servabant. Hac interpretatione repellebant errorem Pelagianorum, qui laudato textu abutebantur, ut evincerent hominem posse universa legis evangelicæ præcepta sine gratia servare. Gentes accipiunt secundi pro infidelibus nondum fide Christi imbutis, qui *naturaliter*, lumine scilicet naturæ, aliqua legis mandata servant. Christus Matth. v. *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt?* Amicorum dilectio bona est. Et quia Christiani perfectiores sint oportet, inimicos quoque diligere debent.

VIII. Patrum testimonia si allegare vellem, infinitus essem. Nonnulla transcribam ex Augustino, & Thoma. D. Augustinus *Lib. de spir. & lit. cap.* XXVII. & XXVIII. ubi fuse citatum Apostoli textum interpretatur, post primam interpretationem hanc alteram subiungit: *Si autem hi qui naturaliter quæ legis sunt faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum quos Christi iustificat gratia, sed in eorum potius quorum, etiam impiorum, nec verum Deum veraciter, iustequo colentium, quadam tamen facta vel legimus, vel novimus, vel audimus quæ secundum iustitiæ regulam non solum vituperare non possimus, verum etiam merito, retheque laudamus: quamquam si discutiantur quo fine fiant, vix inveniuntur quæ iustitiæ debitam laudem, defensionemve mereantur. Quid non usque adeo in anima humana imago Dei terrenorum affectuum labe detrita est, ut nulla in ea veluti lineamenta extrema remanserint, unde merito dici possit etiam in ipsa impietate vitæ suæ facere aliqua legis, vel sapere . . . . Sicut non impedimur a vita æterna iustum quosdam peccata venialia, sine quibus hac vita non ducitur; sic ad salutem æternam non prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis invenitur.* Docet itidem Deum mercedem Romanorum virtutibus contulisse Lib. V. de Civit. Dei cap. XV. *Quibus ergo non erat Deus daturus vitam æternam cum sanctis Angelis . . . . si neque hanc eis terrenam gloriam excellentissimi imperii concedere, non redderetur merces bonis artibus eorum, ideft virtutibus, quibus ad tantam gloriam pervenire nitebantur. De talibus enim qui propter hoc boni aliquid facere videntur, ut glorificentur ab hominibus, etiam Dominus ait: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Sic ipsi privatas res suas pro re communi, hoc est Republica, & pro eius avario contempserunt, avaritiæ resiliterunt, confulerunt patriæ confi-*

*in libero, neque delicto secundum suas leges, neque libidini obnoxii: his omnibus arridet, tanquam vera via; nisi sunt ad honores, imperium, gloriam: honorati sunt in omnibus fere gentibus: imperii sui leges imposuerunt multis gentibus: ludicque litteris, & historia gloriosi sunt pene in omnibus gentibus. Non est quod de summi, & veri Dei iustitia conquerantur: perspexerunt mercedem suam.* Adeo perspicua hæc sunt, ut nullo effugio eludi valeant. Mercede remuneravit Romanorum virtutes Deus. Aut ergo dicendum est, gratiis horumque remuneratorem Deum esse, quod blasphemiam redolet; aut Romanorum opera moraliter bona fuisse. Fuerint porro hæc opera vi gratiæ peracta, nec ne, infra videbimus. Nunc satis sit ostendisse, iuxta S. Augustinum, non omnia infidelium opera esse peccata.

IX. D. Thomas hanc veritatem pluribus in locis confirmat. Unam & alteram testimonium proferam. Hæc scribit 2. 2. quæst. x. art. 4. *Sicut habens fidem potest aliquod peccatum committere in alium quem non refert ad fidei finem; ita infidelis potest aliquem actum bonum facere in eo quod non refert ad finem infidelitatis.* Idem *ad Romanos cap.* XIV. *lect.* 3. *sub finem*, explicans illud, *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est*, hæc habet. *Ex quo videtur quod, sicut dicitur in Glossa, omnis vita infidelium peccatum sit, sicut omnis vita fidelium est meritoria, inquantum ad Dei gloriam ordinatur, secundum illud 1. Cor. x.* Sive manducatis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. *Sed dicendum est, quod aliter se habet fidelis ad bonum, & infidelis ad malum. Nam in homine qui habet fidem formatam, nihil est damnationis, ut supra dictum est; sed in homine infideli cum infidelitate est bonum naturæ: & ideo cum aliquis infidelis ex dictamine rationis aliquod bonum facit, non referendo ad malum finem, non peccat. Non tamen opus eius est meritorium, quia non est gratia informatum: & hoc est quod in Glossa dicitur: Nihil bonum est sine summo bono; idest, nullum bonum meritorium est sine gratia Dei: & ubi deest agnitio vitæ æternæ, & incommutabilis veritatis, quæ scilicet est per fidem, falsa virtus est in optimis moribus, inquantum scilicet non refertur ad finem beatitudinis æternæ. Cum vero homo infidelis aliquid agit ex eo quod infidelis est, manifestum est quod peccat. Unde quod in Glossa dicitur: Omne opus quod non est ex fide, peccatum est: sic est intelligendum: omne quod est contra fidem, vel contra conscientiam, peccatum est; etsi ex genere suo bonum esse videatur: puta, si paganus ad bonorum suorum deorum virginitatem servet, vel eleemosynam det, hoc ipso peccat.* Infidelis ergo, si operatur ut infidelis, seu ex influxu infidelitatis, semper hac ratione peccat; si operatur ut homo ratione præditus, & iuxta dictatum rationis, non peccat. Perspicua hæc sunt, idcirco aliorum Patrum, & Conciliorum auctoritates præterea, præsertim quod infra nonnulla adducturus sim.

## §. III.

*Sine gratia sanctificante potest homo aliquod opus morale ordinis non tantum naturalis, sed etiam supernaturalis, virtute gratiæ actualis perficere.*

I. NEgat conclusionem expositam Calvinus pluribus in locis, præcipue Lib. III. cap. XIV. num. 8. *Eant nunc hypocritæ, & involutam corde pravitatem retinentes, Deum operibus studeant demereri. Atqui magis hoc modo irritabunt. Execrabiles illi sunt impiorum victimæ. Sola rectorum oratio accepta est illi. Confutatissimus ergo extra dubium, quod vulgatissimum esse debet mediocriter in Scripturis exercitato, quæ vel summo splendore conspicua sunt opera in hominibus nondum vere sanctificatis, tam procul abesse a iustitia coram Domino, ut peccata censeantur.* Hoc idem prius docuerat Ioannes Wicleph, & Ioannes Hus, ut constat ex Concilio Constantiensi *sess.* XV.

II. Sanctio Dei verbo impudentia, & error Calvinistarum, Lutheranorumque confutatur. *Ezech.* XVIII. Deus ad agendam pœnitentiam peccatores invitat: *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris.* Si peccatores hanc Dei vocem audiunt, eique pareant, pœnitentiæ opera exequentes, peccabunt ne forsitan? Non est ergo ad pœnitendum laboriosis operibus suadendi peccatores. Concilium Tridentinum hæreticorum impietatem proscripsit *sess.* VI. *can.* 7. *Si quis dixerit, opera omnia quæ ante iustificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vera esse peccata, vel odium Dei meveri; aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare; anathema sit.*

III. Opponit Calvinus. *Victimæ impiorum abominabiles Domino, vota iustorum placibilia:* Prov. XV. Matth. VII. *Non potest arbor mala bonos fructus facere.* Resp. Victimæ impiorum Deo abominationi sunt, pravo fine oblatæ; secus si honesto religionis titulo litentur. Perversi Iudæi delirabant, reputantes solis externis ritibus divinam placariusitiam, sibique illius demereri clementiam eo ipso tempore quo intus iniquitatem machinabantur. Quare Hieremias *cap.* VII. *ver.* 4. illos redarguit, & increpat: *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, templum Domini est.* Sacrificia ergo quæ idcirco Deo impii offerunt ut impunitatem in flagitiis perpetrandis sibi comparent, ut liberius, & impudentius suis sceleribus, & carnalibus desideriis vacare possint, odio habet iure ac merito Deus. Si vero hostiæ immolentur, & victimæ, ut legis præcepta custodiantur, ut officia religionis peragantur, & offerentes, alio quocumque fine perverso neglecto, non aliud nisi honestam illarum victimarum oblationem intendant; opus bonum exercent nulla prava circumstantia inquinatum: Ad illud Matthæi dicitur, quod arbor mala, quatenus mala, non potest nisi malos fructus edere; at quatenus bona, bonos parit. Sic peccator ut peccator operat flagitiosa, ut homo rationalis opera honesta producit.

IV. Antequam ergo homo iustus fiat per gratiam sanctificantem, potest vi auxilii gratiæ actualis opera bona elicere non modo ordinis naturalis, verum etiam ordinis supernaturalis, quibus ad ipsum iustificationis opus lese disponat. Sic publicanus pectus suum percutiebat, & demisso animo Deum precabatur, ut sibi peccata dimitteret. Luc. XVIII. vers. 13. *Percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* Cornelius Centurio *vir erat religiosus, ac timens Deum, faciens eleemosynas multas, & deprecans Deum semper:* Act. X. Dicant Calviniani, & Lutherani, Publicanus percutiens pectus suum, & peccatorum remissionem demisso animo implorans, scelus perpetrabat? Centurio eleemosynas elargiendo pauperibus quodnam crimen committebat? Non me fugit, Centurionem, quamquam aliqui negent, fidem implicitam habuisse ut testatur D. Th. 2. 2. quæst. X. art. 4. ad 3. *De Cornelio scipsum est, quod infidelis non erat.... Habebat autem fidem implicitam* &c. Verum innumera alia suppetunt exempla: quare non est quod immoremur in confirmanda veritate sesipia perspicua. Nam quod Deus possit conferre, & reapte conferat auxilia gratiæ actualis, qua peccatorum corda emollit, duritiem frangit, & voluntatem erigit ad opera pia producenda, ad divinam sibi demerendam propitiationem, certum ex Scriptura sancta est. Quod porro eiusmodi opera vi illius gratiæ actualis elicitæ, in Deum Auctorem supernaturalem directa, bona sint bonitate non modo naturali, verum etiam supernaturali, manifestum itidem est. Nam, ut bona sint in ordine naturali, satis est quod obiectum honestum habeant, nulla circumstantia vitiatum; ut sint bona in ordine supernaturali, satis est quod proficiscantur a principio supernaturali, & quod in supernaturalem finem dirigantur: hoc autem habetur virtute gratiæ actualis.



## §. IV.

*Sine gratia actuali speciali potest homo in statu hoc natura lapsa aliquod bonum opus morale ordinis naturalis peragere.*

I. QUæstio hæc distincta est a duabus præcedentibus. Hæretici, ut vidimus, nullum opus bonum fieri posse sine theologica fide, & gratia sanctificante, & caritate propria dicta, contendunt. Quorum hæreticorum errores adoptarunt Baius, & Ianseuius: Hæresim hanc detestantur Catholici omnes. Dispiciant ipsi super necessitate gratiæ ad quodlibet opus moraliter bonum. Alii nimis extenuant liberi arbitrii vires, negantes ullum opus moraliter bonum sine gratia fieri posse. Alii in oppositum declinant extremum, plus iusto liberi arbitrii vires extollentes. Omnia legis præcepta naturalia servari absque gratia posse contendunt. Antequam communem viam aperio, nonnullas propositiones a S. Pio V. proscriptas, & aliquas damnatas ab Alexandro VIII. transcribam fas est, ut plane lector videat quid declinare prorsus debeat.

II. Sequentes itaque propositiones, quas Michael Baius docuit, proscripsit S. Pius V.

22. *Cum Pelagio sentiunt qui textum Apostoli ad Rom.* 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, *intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus.*

25. *Infidelium opera sunt peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia.*

27. *Liberum arbitrium sine gratia Dei adiutorio non nisi ad peccandum valet.*

28. *Pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad vitandum peccatum venialem.*

35. *Omne quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est.*

37. *Cum pelagio sentit qui boni aliquid naturæ-*

*turalis, hoc est quod ex natura solis viribus certum ducit, agnoscit.*

38. *Omnis amor creaturæ rationalis, aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, aut laudabilis illa caritas, qua per Spiritum sanctum in corde diffusa Deus amatur.*

43. *Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor naturæ; & gratuiti, quo Deus amatur ut beatificator, vana est, & commentitia, & ad illudendum sacris litteris, & plurimis veterum testimoniis exagitata.*

61. *Illa Doctorum distinctio decimæ legis mandata bifariam impleri, altero modo quantum ad præceptorum operum substantiam tantum, altero quantum ad certum quendam modum, videlicet secundum quem valeant operantem perducere ad regnum æternum (hoc est ad modum meritorium) commentitia est, & explodenda.*

62. *Illa quoque distinctio, qua opus dicitur bifariam bonum: vel quia ex objecto, & omnibus circumstantiis rectum est, & bonum (quod moraliter bonum appellare voluerunt;) vel quia est meritorium regni æterni, ex quod sit a vivo Christi membro per spiritum caritatis, reiiciendæ est.*

III. Ex his propositionibus simul acceptis, quæ fuerit Baii mens hoc de argumento, perspicue patet. Contendit enim omnia infidelium opera vera esse peccata propriæ dicta, imputabilia scilicet ad pœnam æternam; & non tantum latius accepta, quatenus opera sterilia sunt ad vitam æternam. Nullum ille agnoscit opus bonum quod non sit ex motivo caritatis theologicæ in rigoroso sensu acceptæ, quæ aut præcedat, aut comitetur actum bonum. Quare illi fuit sine controversia dicendi sunt Baii, & Iansenii sectatores qui docent omnia opera nostra referenda esse in Deum ex motivo caritatis theologicæ, quæ vel est ipsa, vel secum habet gratiam sanctificantem. His autem absolute accensendi non sunt illi qui sustinent, nullum opus moraliter bonum fieri posse vi solius auxilii generalis; sed auxilium gratiæ specialis requirunt, vi cujus opus referatur in Deum ultimum finem. Antequam vero plenius explicetur hæc Catholicorum opinio, nonnullæ propositiones ab Alexandro VIII. proscriptæ subiiciendæ sunt oculis.

IV. Alexander Papa VIII. hæc inter alias propositiones damnavit.

9. *Revera peccat qui odio habet peccatum mere ob eius turpitudinem, & disconvenientiam cum natura, sine ullo ad Deum offensum respectu.*

10. *Intentio qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, mere ut celestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.*

11. *Omne quod non est ex fide christiana supernaturali quæ per dilectionem operatur, peccatum est.*

13. *Quisquis etiam æterna mercedis intuitu Deo famulatur, caritate si careat, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur.*

Hæc omnia præmittere opportunum existimavi, ut perspectum lectori sit quid vitare debeat. Prima ex his propositionibus magnopere perpendenda. Illa liquidem, expresse saltem, caritatis habitualis non meminit; nec aperte postulat directionem in Deum ex motivo caritatis theologicæ.

V. P. Gabriel Vasquez in 1. 2. *disp.* cxc. viam singularem a nemine prius excogitatam inivit, ut hanc controversiam, quam fuse versat, dirimeret. Sustinet nullum reapte opus bonum morale fieri posse absque auxilio gratiæ. Errores Baii, & Iansenii ut declinet, nec exposcit gratiam sanctificantem, nec fidem infusam, nec caritatem theologicam; immo nec caritatem communiter dictam. Sed duplex ille auxilii genus distinguit. Alterum prorsus supernaturale, quod ad exercenda virtutum infusarum officia necessarium est: alterum ordinis naturalis, quod virtute meritorum Christi confertur. Hanc gratiam intuitu Christi a Deo collatam necessariam esse contendit ille ad omne opus bonum morale ordinis naturalis, sine hac gratia, utpote donata ob Christi merita, nullum ipse agnoscit opus morale bonum. Quæ sane distinctio arbitraria prorsus est, cujus nec leve vestigium in Patribus habetur. Ad objectionem quæ contra suam sententiam ex Bulla S. Pii V. adversus Baii propositiones fieri posset, respondet cit. *disp.* exc. *cap.* XVIII. Baii propositiones damnatas fuisse in præsenti materia propter acrimoniam, & censuras nimium arrogantes, quibus tamquam lue Pelagiana inquinatas perstringebat aliorum Doctorum sententias; secus ob errorem, vel falsitatem quam continerent: additque hanc suam Papalis Bullæ interpretationem *se contulisse cum illustrissimo Domino Cardinali Toleto, cum adhuc Sacri Palatii Concionator, & Theologus esset anno 1586. quique Lovanium pro illo damnatione excipienda missus fuit: eamque probavit, & germanam esse dixit, propriaque manu subscripsit, cuius subscriptionis exemplar apud me adhuc est.*

VI. Alii Auctores, ut Gregorius Ariminensis, Rouxus, Contensonius, Norisius, Vankoi, Henricus a S. Ignatio, aliique sustinent necessitatem gratiæ, & caritatis actualis communiter dictæ ad omne opus moraliter ex omnibus circumstantiis bonum: contendunt enim nullum opus moraliter bonum fieri posse, sed de congruo meritorium illud defendunt. Hanc sententiam immunem prorsus esse volunt a qualibet censura lata in propositiones Baii, Iansenii, & Quesnelli. Quoniam hanc caritatem generatim acceptam in peccatoribus reperiri, & in infidelibus ipsis docent; & idcirco non omnia opera aut infidelium, aut peccatorum esse peccata. Præterquamquod utuntur interpretatione P. Vasquez, qua explicat Bullam Pontificiam in Baii propositiones, quas non omnes ob errorem, sed ob censuram proscriptas vult. Ut ut de hoc sit, non tam facile indemnem servabunt a propositione IX. proscripta ab Alexandro VIII. *Revera peccat qui odio habet peccatum mere ob eius turpitudinem, & disconvenientiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offensum respectu.* Ultimum propositionis membrum non requirit respectum ad Deum ex motivo caritatis propriæ dictæ, sed aliquem dumtaxat respectum: *sine ullo ad Deum respectu.* Quare proscripta videtur necessitas cujusque respectus ad Deum, ut aliquod opus non sit peccatum. Verum reponunt, propositionem hanc, ad hoc quod attinet, explicandam necessario esse: aliquin communis Catholicorum sententia læderetur. Quippe omnes admittimus necessariam esse aliquam in Deum relationem virtualem, saltem objectivam, qua opus honestum, dum prava agentis intentione non detorquetur in finem pravum, inapte natura in Deum fertur. Non ergo universe proscribitur doctrina quæ aliquem in Deum respectum necessarium defendit, ut opus sit moraliter bonum. Explicanda ergo est propositio de respectu qui fit ex motivo caritatis propriæ dictæ, quo in sensu damnata est; secus, si intelligatur de respectu vi alicujus auxilii actualis. Sic forsan interpretaturi sunt laudatam propositionem. Recte, an secus, aliorum esto judicium.

VII. Missis ergo aliorum opinionibus, thesis a nobis exposita probanda est, videlicet: *Homo in statu naturæ lapsæ potest solo generali auxilio adjutus suis viribus absque speciali gratia aliquod opus morale bonum producere.* Et primum omnium sensus genuinus conclusionis exponendus est. Sermo est de homine in statu naturæ lapsæ: fiquidem de statu naturæ innocentis, & integræ nulla occurrit difficultas. In eo florentissimo statu non solum aliquod, sed quodlibet bonum ordinis naturalis operari homo poterat. Quoniam omne bonum istius ordinis proportionarium illi erat, nullumque obstabat impedimentum, quo minus virtus hominis in operationem prodiret. Nulla tunc appetituum rebellio, nulla pugna, conflictus nullus. Homo in statu naturæ lapsæ ob culpam originalem sauciatus undique est, vulneribusque plenus: confractæ illius vires, extenuatum arbitrium, obscuratum mentis lumen, turbata interna pax, omnia in tumultu, & luctu. Vivit tamen velut infirmus; idcirco aliquod tantum, non omne opus morale bonum efficere suis viribus valet. Bono in lumine posito thesis nostræ statu, eadem nunc evincitur.



## §. V.

*Quæ sit hac de re D. Thomæ mens. Illius vera doctrina a variis commentis asseritur.*

VIII. Scripturæ sacræ, & D. Augustini textus, qui thesim nostram perspicue confirmant, supra dedimus: idcirco, ne actum agamus, eosdem nunc præterimus; præsertim quod de Augustino infra sermo redibit. Quoniam vero adversarii sacram velut anchoram in doctrinæ Aquinatis præsidio se collocare inctiant, e re nostra est perspicuate Doctoris nostri in quæstione gravissima mentem exponere. Præter textus quos dedimus supra §. 1. *num.* 9. sequentes illuc transcribimus. In II. dist. XLI. quæst. 1. art. 2. in corp. *Omnis actus, inquantum est actus, habet quamdam essentialem bonitatem, secundum quod omne ens bonum est: sed in aliquibus actibus superadditur quædam bonitas ex proportione actus ad debitum objectum, & secundum hoc dicitur actus bonus ex genere; & ulterius ex debita commensuratione circumstantiarum dicetur bonus ex circumstantia; & sic deinceps, quousque perveniatur ad ultimam bonitatem, cujus omnimoda actus est susceptivus, quæ est ex ordine in finem ultimum per habitum gratiæ, & caritatis: & ideo actus illorum qui gratiam, & caritatem non habent, hoc modo bonus esse non potest; & hæc est bonitas secundum quam actus meritorius dicitur. Sed subtracto posteriori, aliquomodo remanet prius, ut in Libro de causis dicitur. Unde quamvis ab infidelium actibus subtrahatur ista bonitas, secundum quam actus meritorius dicitur; remanet tamen bonitas alia vel virtutis politicæ, vel ex circumstantia, vel ex genere: & ideo non oportet quod omnis eorum actus sit ma-*

*matus, sed futuræ quod sit deficientis bonitatis.* In responsione vero ad illud: *Omnis vita infidelium peccatum est*: hæc habet: *Ad primum ergo dicendum .... Non est intelligendum hoc ergo dicendum .... Non est intelligendum hoc modo quod omnis actus peccatum sit; sed quia semper cum peccato vitiosus: quia infidelitas est tale peccatum, quo retento nullum aliorum dimittitur. Vel dicendum, quod intelligitur de illis actibus ad quos ex sua infidelitate impellitur, ut est aliorum idola.* Clarius hoc idem habetur, ut est aliorum idola. Clarius hoc idem habetur, ut est aliorum idola. Clarius hoc idem habetur, ut est aliorum idola.

mihi probabilius est; omnes tamen Orthodoxi fatentur, pœnitentes vi gratiæ actualis a Deo infusæ se se disponere ad justificationem; &, ut inquit Tridentina Synodus sess. VI. cap. VI. *Deum tamquam justitiæ fontem diligere incipiunt.* Quam dilectionem si caritatem latius acceptam appellare etiam vis, non valde repugnabo. Verum de hoc ex instituto in tractatu de Pœnitentia. Interim hoc nihil suffragatur adversariis, qui caritatem quamdam excogitarunt quæ Deum, non modo tamquam justitiæ fontem, sed propter suam bonitatem diligit, quamque in ipsis peccatoribus, & infidelibus collocant. Quod commentum inauditum Theologis est.

XII. Unum & alterum textum ex eodem Angelico profero 2. 2. quæst. XXIII. artic. 7. *Virtus ordinatur ad bonum, ut supra habitum est. Bonum autem principaliter est finis: nam ea quæ sunt ad finem, non dicuntur bona nisi in ordine ad finem. Sicut ergo duplex est finis, unus ultimus, & alius proximus; ita etiam est duplex bonum, unum quidem ultimum, & universale, & aliud proximum, & particulare. Ultimum quidem, & principale bonum hominis est Dei fruitio .... Bonum autem secundarium, & quasi particulare hominis potest esse duplex. Unum quidem quod est vere bonum, scilicet ORDINABILE, quantum est in se, ad principale bonum, quod est ultimus finis. Aliud autem est bonum apparens, & non verum, quia adhæret a finali bono. Sic ergo patet quod virtus vera simpliciter est illa quæ ordinat ad principale bonum hominis ... Et sic nulla virtus potest esse sine caritate. Sed si accipiatur virtus, secundum quod est in ordine ad aliquem finem particularem, sic potest esse aliqua virtus sine caritate, inquantum ordinatur ad aliquod particulare bonum. Sed si illud particulare bonum non sit verum bonum, sed apparens, virtus etiam quæ est in ordine ad hoc bonum, non erit vera virtus, sed falsa similitudo virtutis ... Si vero illud bonum particulare sit verum bonum, puta conservatio civitatis, vel aliquid hujusmodi, erit quidam VERA VIRTUS, sed imperfecta, nisi referatur in finale, & perfectum bonum. Et secundum hoc simpliciter vera virtus sine caritate esse non potest.*

XIII. Ut multa in pauca contraham, ad quædam principia revocabo quæ fusius ex Angelico translata sunt.

Primum. Liberum arbitrium quod in statu naturæ integræ potens erat quodcumque bonum morale ordinis naturalis operari, peccato originali vulneratum infirmum evalit, non tamen mortuum. Non ergo omne bonum morale, quia infirmum; sed aliquod, quia vivum, morale bonum edere potest. Vivum quippe in genere moris, nedum in linea physica, liberum hominis arbitrium remanlit. In hoc ergo moris genere edere bonum quodpiam valet.

Secundum. Hoc bonum morale in actu ex officio honesto, & ob illius honestatem ab operante edito, finis est. Non requiritur ut actus ille re, vel virtute ab homine in Deum ultimum finem semper referatur; sed satis est quod finis proximus, in quem immediate actus tendit, sit (inquit Angelicus in textibus allatis) *ordinabilis in finem ultimum.*

Tertium. Præceptum caritatis jubet omnia nostra referre in Deum. Mandatum hoc affirmativum est; idcirco non obligat pro semper, ut jam supra ostendimus, & toties repetit Angelicus, sed definito tempore. Vetum quidem est quod mandatum illud, utpote primum maximumque, frequenter obligat; atque adeo Angelicus tam frequenter illud mentibus ingerit, & inculcat, ut videatur docere nos ad perennem, continuatumque omnium nostrorum actuum oblationem Deo tirandam astringi; sed simul data occasione declarat obligationem hanc determinato tempori illigatam esse. Ex quia adversarii hoc Angelici principio enormiter abutuntur, ut imperitis imponant; revocandum in memoriam est, iterumque oculis subiiciendum ipsiusmetdivinum Aquinatis testimonium, quo obligatio omnia referendi in Deum asseritur, & non urgere pro semper declaratur 1. 2. quæst. c. art. 10. ubi quæritur, *utrum modus caritatis cadat sub præcepto divinæ legis?* De more tria opponit. In argumento *Sed contra* universam adversariorum doctrinam sibi opponit. *Quicumque non fertur præceptum, peccat mortaliter. Si igitur modus caritatis cadat sub præcepto, sequitur quod quicumque operatur aliquid, & non ex caritate, peccet mortaliter. Sed quicumque non habet caritatem, operatur non ex caritate. Ergo sequitur quod quicumque non habet caritatem, peccet mortaliter in omni opere quod facit, quantumcumque sit de genere bonorum; quod est inconveniens.* Videndum nunc, utrum Angelicus respondeat huic argumento, peccare saltem venialiter eum qui non operatur ex caritate aut proprie, aut generatim accepta. *Respondeo dicendum, quod circa hoc fuerunt contrariæ opiniones. Quidam enim dixerunt absolute modum caritatis esse sub præcepto. Nec est impossibile observare hoc præceptum caritatem non*



*non habenti, quia potest se disponere ad hoc quod caritas ei infundatur a Deo. Nec quandocumque aliquis non habens caritatem facit aliquid de genere bonorum, peccat mortaliter: quia est præceptum affirmativum, ut ex caritate operetur, & non obligat ad semper, sed pro tempore illo quo aliquis habet caritatem. Alii vero dixerunt, quod omnino modus caritatis non cadit sub præcepto.* Hæ sunt duæ opiniones quæ D. Thomæ tempore circumferebantur. Quid respondeat Angelicus, audiamus. *Utrique autem quantum ad aliquid verum dixerunt. Alius enim caritatis dupliciter considerari potest. Uno modo secundum quod est quidam actus per se; & hoc modo cadit sub præcepto legis quod de hoc specialiter datur, scilicet,* Diliges Dominum Deum tuum, & Diliges proximum tuum: *& quantum ad hoc primi verum dixerunt. Non enim est impossibile hoc præceptum observare quod est de actu caritatis: quia homo potest se disponere ad caritatem habendam; & quando habuerit eam, potest ea uti. Alio modo potest considerari actus caritatis secundum quod est modus actuum aliarum virtutum, hoc est secundum quod actus aliarum virtutum ordinantur ad caritatem, quæ est finis præcepti, ut dicitur* I. ad Timoth. 1. *Dictum est enim supra, quod intentio finis est quidam modus formalis actus ordinati in finem. Et hoc modo verum est quod secundi dixerunt, quod modus caritatis non cadit sub præcepto; hoc est dictum, quod in hoc præcepto,* Honora patrem, *non includitur quod honoretur pater ex caritate, sed solum quod honoretur pater. Unde qui honorat patrem, licet non habeat caritatem, non efficitur transgressor hujus præcepti, esi sit transgressor præcepti quod est de actu caritatis; propter quam transgressionem meretur pœnam.* Integram conclusionem transcribere volui, ne adversarii inclament, ea me omisisse quæ illis favere videntur. Breviter singula expendamus. Relatis duabus opinionibus, quid utraque veri habeat exponit. Primo constituit, actum caritatis *per se* inberi a præcepto amoris divini. Secundo, considerari posse actum hunc ut modum aliarum virtutum, quæ caritatem ut finem præcepti intpiciunt: & sub hac consideratione modus caritatis non cadit sub præcepto. Quare quis implere præceptum honorandi parentes potest, quin eos honoret ex caritate.

XIV. Verum clamantes oppouunt adversarii ultimam S. Doctoris periodum tamquam iudicium decretorium pro illorum sententia. *Unde qui honorat patrem, licet non habeat caritatem, non efficitur transgressor hujus præcepti; esi sit transgressor præcepti quod est de actu caritatis.* Hunc textum a corpore doctrinæ illius artieuli detruncatum transcribere illi solent, ut miscenat quadrata rotundis. Sensus illius textus germanus est: qui honorat patrem absque caritatis motivo, implet præceptum colendi parentes, & violat præceptum caritatis, si tunc urgeat caritatis mandatum. Siquidem mandatum illud, adfirmans cum sit, non pro semper, sed pro aliquo definito tempore obligationem imponit. Et ne gratis hæc a nobis comminisci videantur, verba ipsius Angelici ex eodem articulo promamus. Argumentum quod secundo loco sibi opponit Angelicus, est infidissima adversariorum doctrina: *ad modum caritatis proprie pertinet ut omnia fiant propter Deum. Sed illud cadit sub præcepto: dicit enim Apostolus* 1. ad Cor. X. Omnia in gloriam Dei facite. *Ergo modus caritatis cadit sub præcepto.* His paucis verbis summam perstringit Angelicus totius difficultatis objectæ a recentioribus transalpinis nonnullis. Audito responsum. *Ad secundum dicendum, quod sub præcepto caritatis continetur ut diligatur Deus ex toto corde; ad quod pertinet ut omnia referantur in Deum. Et ideo præceptum caritatis implere homo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum. Sic ergo qui honorat parentes, tenetur ex caritate honorare, non ex vi hujus præcepti quod est,* Honora parentes; *sed ex vi hujus præcepti,* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. *Et cum ista sint duo præcepta affirmativa, non obligantia ad semper, possunt pro diversis temporibus obligare: & ita potest contingere quod aliquis implens præceptum de honoratione parentum, NON TUNC TRANSGREDIATUR PRÆCEPTUM DE OMISSIONE MODI CARITATIS.* Adeo præcisa hæc sunt, & explicata, ut nullam patiantur interpretationem. Præceptum caritatis quo jubemur opera nostra omnia Deo offerre, adfirmans est: pro aliquo tempore obligat, pro aliquo non obligat. Quare implens præceptum honorandi parentes, interdum non peccat, quamquam referre bonorem illum in Deum omittat, in quem indole sua referibilis est.

XV. Si autem quæras, quandonam obligat, & quando non obligat præceptum referendi opera nostra in Deum; respondet Angelicus, eo tempore urgere præceptum re-

fe-

ferendi omnia opera nostra in Deum quo urget præceptum amandi Deum. In II. dist. xl. quæst. 1. art. 5. ad 6. *Et si quæratur quando oporteat actum referre in finem ultimum; hoc nihil aliud est quam quærere, quando oporteat habitum caritatis exire in actum; quia quandocumque habitus caritatis exit in actum, fit ordinatio hominis in finem ultimum.* Porro Angelicus jam in textu numero præcedenti relato definivit, præceptum affirmativum amandi Deum *pro diversis temporibus obligare.* Hinc evanescit delirium illud quod somniavit Henricus a S. Ignatio cum nonnullis aliis Lovaniensibus, quod scilicet D. Thomæ Discipuli a vero abludunt, quod non distinguant præceptum obligans sub mortali a præcepto obligante sub venali. Præceptum amandi Deum, inquiunt laudati Lovanienses, obligat sub mortali; præceptum referendi in Dei gloriam opera nostra sub venali: illud pro tempore determinato, hoc pro semper obligat. Distinctionem hanc, ut alias dixi, delirium vocavi in sola alterata imaginatione situm. D. Thomas conceptis verbis definit, præceptum caritatis illud esse quod nos ad offerenda opera nostra Deo toties obligat, quoties ad amorem Dei urget. Nullum divinum mandatum reperire licet quod suapte natura obliget sub venali tantum, sed quodlibet gravem imponit obligationem, cujus transgressio venialis evadit ob rationes obvias alibi indicatas. Et, quod penitus adversariorum ora obstruit, est quod Angelicus in omnibus locis, qui plures sunt, in quibus apostolici præcepti, *Omnia in gloriam Dei facite*, meminit, semper inculcat illud affirmans esse, atque adeo *pro semper* non obligare. Nullibi, vel indirecte, obligationem sub venali recordatur. Si semel tantum docuisset Angelicus præceptum Apostoli affirmans esse, potuissent laudati Scriptores mutilare, angelico calamo excidisse fortuito talem interpretationum; sed ubique occasione data eamdem repetit. Nam præter loca citata, 1. 2. q. LXXXVIII. *art.* 2. hæc scribit. *Ad secundum dicendum, quod illud præceptum Apostoli est affirmativum: unde non obligat ad semper. Et sic non facit contra hoc præceptum quicumque non refert in gloriam Dei omnia quæ facit.* Similia habet in Disp. q. VII. de malo art. 2. ad 9. *Ad nonum dicendum, quod tam illud præceptum Apostoli sit affirmativum, non obligat ad hoc quod semper observetur.*

XVI. Quartum Angelici principium. Relatio operum in Deum fieri debet aut actu formali, aut actu virtuali. Habitualis non est satis ad præceptum implendum: quia inquit quæst. unic. de carit. art. 11. ad 2. *habitualiter referre in Deum non cadit sub præcepto.* Præcepta enim, ut toties alibi repetit, sunt de actibus, non de habitibus. Interdum Angelicus relationem habitualem pro virtuali accipit, & aliquando pro habenti usu habituali in Deum conversione. Quod ut clarius percipias, scias oportet D. Thomam in peccatore admittere utique actus indifferentes in ordine ad meritum, fectis in homine gratia sanctificante ornato. *Non potest esse aliquis actus a deliberata voluntate procedens in habente gratiam, qui non sit meritorius; sed tamen in non habente gratiam potest esse aliquis actus deliberatus qui non meritorius, nec demeritorius est, tamen est bonus, vel malus, in II. dist. xl. art. 5.* in corp. Porro, ut homo justus caritatem servet, non est necesse ut omnia opera sua referat semper actu, vel virtute in Deum; perpetrat enim peccata venialia, quæ in Deum referri nequeunt. At quia hæc peccata venialia non impediunt habitualem justi conversionem in Deum, ideo non violant præceptum caritatis: quia illud non semper urget. Si enim semper urgeret, peccatum veniale esset mortale, ut ibi D. Thomas objicit 2. 2. q. XIV. art. 2. arg. 2. *Si ergo in præcepto caritatis quod Deus ex toto corde diligatur, quicumque facit aliquid quod non pertinet ad Dei dilectionem, agit contra præceptum; & per consequens peccat mortaliter. Sed peccatum veniale non pertinet ad Dei dilectionem. Ergo peccatum veniale erit mortale; quod est inconveniens.* Illuc aures, mentemque intendant velim Lovanienses, qui comminiscuntur veniale peccatum in omissione omnia referendi in Deum, seu diligendi ex toto corde. Audiant quid reponat Doctor sanctus. *Ad secundum dicendum, quod dupliciter contingit ex toto corde Deum diligere. Uno quidem modo in actu, ideo ut totum cor hominis semper actualiter in Deum feratur; & ista est perfectio patriæ. Alio modo ut habitualiter, totum cor hominis in Deum feratur, ita scilicet quod nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat; & hæc est perfectio viæ, cui non contrariatur peccatum veniale: quia non tollit habitum caritatis; cum non tendat in oppositum objectum, sed solum impedit caritatis actum.* Audistin? Non solum D. Thomas non docet præceptum jubere ut omnia in Deum referamus sub pœna peccati venialis; sed basilice testatur, peccatum venia-

le non esse contra præceptum caritatis. Cur? Quia non tendit in objectum oppositum; sed solum impedit caritatis usum: & ideo peccatum veniale non est mortale, ut objiciebatur. Non enim est contra, sed præter mandatum. Et hoc fatetur etiam ipse Henricus a S. Ignatio *Tom. I. Lib. VIII. cap.* x. Commentitium ergo inventum est distinctio illa duplicis præcepti, alterius sub mortali, alterius sub veniali obligantis.

XVII. Quintum Angelici principium. Præceptum hoc diligendi Deum affirmativum est, sed includit præceptum negativum, quod prohibet referre actus nostros in objectum oppositum bono divino, vel odio habere ipsam bonitatem divinam. Qua ratione semper peccatum est dirigere actus nostros in finem pravum, ambitionis, vanæ gloriæ, superbiæ, & id genus similia. Ex quo patet quam sit fallax adversariorum ratiocinium, quo ex hoc præcepto negativo, nihil videlicet agendi contra præceptum affirmativum, inferre nituntur, mandatum Apostoli, *Omnia in gloriam Dei facite*, imponere pro semper obligationem relationis saltem virtualis omnium nostrarum actionum in Deum. Angelicus e contrario ex præcepto negante infert prohibitionem quidquam referendi in finem contrarium bono divino, aut odio habendi bonum divinum, ut dictum est, & infra iterum dicemus. Et hæc in defensionem angelicæ doctrinæ dixisse sit satis: nimiæque prolixitati lector pareat: quæ, si nimia fuit, non mihi, sed adversariorum vitilitigationibus vitio vertenda est.

## §. VI.

*Rationum momentis evincitur, hominem in statu naturæ lapsæ viribus pollere quibus sine speciali gratia valeat bonum aliquod morale ordinis naturalis efficere.*

I. COncilium Tridentinum *sess.* VI. *cap.* 1. *can.* 5. definit: *Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, & extinctum esse dixerit &c. anathema sit.* Quæ doctrina universa Patrum traditione consecrata semper fuit. Augustinus, & Thomas hanc rationem ubique, cum fert occasio, ingerunt. Quo posito, necessario conlequitur aliquod opus morale bonum produci ab homine posse. Moreatur quippe illius arbitrium esset, nisi aliquo actu viveret. In statu naturæ integræ omne opus morale ordinis naturalis efficere valuisset. Si hoc idem arbitrium vivit, aliquem actum illius ordinis pariat opus est: alioquin deleta illius imago esset, vitaque omnino extincta. Vivit, inquit Vasquez, arbitrium hominis ob indifferentiam ad bonum, & ad malum, quam retinet. Quæ responsio nullo negotio eliditur. Infirmitas quam homo ex culpa contraxit, sita nequaquam est in læsione solius indifferentiæ ad bonum, & ad malum, sed in virium diminutione. Virtus ad bonum exilis, & infirma evasit, inquit Tridentinum loc. cit. *Tametsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, viribus licet attenuatum.* Porro virtus illhæc, tametsi attenuata & debilis, aliquem tamen actum suæ naturæ consentaneum producat oportet, ne extincta, & mortua dicatur.

II. Respondet P. Vincentius Contensonius *Lib. VIII. dissert.* II. *cap. I.* ex nostra ratione consequi hominem suis viribus posse totam legem implere, quod Pelagianorum hæresim redolet. Quare subdit, humanam naturam viribus inlimctam esse quibus ædificare domos, plantare vineas, & tandem opera quædam ex officio honesta edere valeat. At, quia opera illhæc in Deum ultimum finem directa non sunt, bona mixta malo sunt. Præcepto quippe urgemur omnia opera nostra in Deum attollere. Quæ sane responsio ex iis quæ diximus supra, occidit in nihilum. Demonstratum enim est, præceptum quo jubemur Deo opera nostra omnia offerre, affirmativum esse, quod statu tempore obligationem imponit: idque perspicue docet D. Thomas. Ideo ratio nostra integra consistit, & innumeris Scripturarum exemplis confirmari potest. Numquid Assuerus Rex peccavit, quod ipsum Mardochæum extulit, Amani scelerse severa pœna mulctato? Peccavit ne Nabuchodonosor, quod periturum Sedeciam improbavit? Numquid loco criminis habenda fuit Ninivitarum pœnitentia, qua divinam ipsiitiam placarunt, Deique misericordiam sibi concillarunt? Quid sententiæ dicemus in barbaros illos Melytenses, qui tam misericordi hospitalitate Paulum, sociosque naufragio subductos excepere? Quid criminis perpetrarunt Reges, cum templum Hierosolymitanum instaurari curarunt? Nonne illi omnes laude digni in scripturis sanctis memorantur? Quid reponis? Gratia illos peculiari a Deo donatos fuisse? At unde id colligis? Sine peculiari adiutorio hæc fieri posse nos & auctoritate, & ratione demonstravimus.

III. Alia ratio repeti ex absurdis contrariæ sententiæ potest. Si infideles, peccato-

resque in omni opere morali ex officio honesto delinquerent, quod in veri Dei gloriam illud non referrent, admonendi essent ut a similibus abstinerent operibus, positione facta quod infideles veram amplecti religionem nollent. Hortandi essent ne nudum operirent, ne periclitanti suppetias ferrent, ne parentes colerent, ne fratrum discordias lopirent. Ne multa: infideles in omni opere peccarent, quoties lex naturalis servanda occurreret: quod tamen damnatum ab Ecclesia est. Neque anathemata declinare valent, dicentes, non omnia opera infidelium esse peccata, eo quod opera ex officio bona peccata non sunt, neque ex privatione relationis in Deum inficiuntur; sed inficitur operans omittens referre opus in Deum. Hoc enim effugio nullatenus damnationem doctrinæ evadunt: quoniam non solum proscripta est hæc propositio: *Omnia opera infidelium sunt peccata*; sed etiam hæc altera: *Necesse est infidelem in omni opere peccare*. Quid? Peccatum omissionis fortasse non erit peccatum? Quid plura? Adversarii sustinent non omnibus infidelibus, immo nec peccatoribus, præsertim obcæcatis, & induratis, auxilia, & gratias sufficientes conferri. Necesse est ergo istos saltem in omni opere peccare. Ergo ut absurda hæc, quæ sane horrida sunt, vitent, fateantur oportet peccatores, & infideles aliqua opera bona honesta propriis viribus, solo generali auxilio adiutis, parere posse.

## §. VII.

*Scripturarum auctoritates quæ obiici solent, explicantur.*

I. OPponunt 1. illud Apostoli ad Titum 1. vers. 15. *Omnia munda mundis; coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum; sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia.* Omissis pluribus responsis, illud solum exhibeo quod S. Thomas hic in commentariis reponit lect. IV. *Dicendum, quod malum nunquam corrumpit totum bonum. Impossibile enim est quin in peccatore quolibet sit aliquod bonum, scilicet naturæ, etiam in damnatibus. Quando ergo peccator facit aliquod bonum secundum quod est peccator, & infidelis, totum est peccatum ex radice; sed si quid facit ex principio alicuius boni quod habet, vel fidei informis, vel NATURÆ, non est immundum: & ideo signanter dicit*: Coinquinatis, & infidelibus, *ideest inquantum sunt huiusmodi. Comedebant enim contra conscientiam, & errabant in fide. Et ideo quod de natura sua est mundum, facerunt sibi immundum: cuius causa est, quia causa actuum est immunda, scilicet voluntas, & intellectus, quæ sunt in eis depravata.* Hæc est constans & perpetua D. Thomæ doctrina, tum in commentariis in Paulinas Epistolas, tum in aliis operibus, videlicet opera infidelium peccata esse, etiam bona opera, quando ex ipsa infidelitate proficiscuntur; quando infideles, & peccatores agunt ut tales, referendo opera sua in finem pravum: munda contra illorum opera, quando agunt *ex principio alicuius boni, vel fidei vel naturæ*. Duo confutat Angelicus hoc suo responso, & hæreticorum errorem, contendentium omnia infidelium opera esse peccata; & quorumdam Catholicorum opinionem, vi cuius volunt opera aliqua infidelium bohic & alibi docet bona esse *ex principio naturæ*.

II. Obiiciunt 2. Apostolus Paulus *Hebr.* XI. *vers. 6.* inquit: *Sine fide impossibile est placere Deo*: item Rom. XIV. *Quod non est ex fide, peccatum est*. Resp. D. Thomas in commentariis super hunc textum ad Romanos ambobus textibus respondet his verbis: *Opus omne quod non est ex fide, peccatum est: sic est intelligendum: Omne quod est contra fidem, vel contra conscientiam, peccatum est, etsi ex genere suo bonum esse videatur; puta si paganus ad honorem suorum deorum virginitatem servet, vel eleemosynam det, hoc ipso peccat.* Prius tamen præmittit, eiusmodi infideles non peccare, si hæc opera faciant ex dictamine rationis. *Cum aliquis infidelis ex dictamine rationis* (non dicit ex gratia) *aliquod bonum facit, non referendo ad malum finem, non peccat*. Nota: non dicit tantum, quod bonum opus non sit peccatum; sed dicit, quod infidelis *non peccat*, ut excludat peccatum omissionis relationis in Deum. Eo quam ubique sibi constet Angelicus. Quod si nomine fidei illum theologicam fidem accipere velis; tunc itidem dicendum, omne id quod est contra fidem theologicam, peccatum esse. Tandem *sine fide impossibile est placere Deo*, comparate, seu in ordine ad vitam æternam, verum est; in ordine naturali si peccator, vel infidelis quidquam boni operatur, opus recte factum Deo placet; iecus persona infecta peccato aut infidelitatis, aut alterius generis. Apostolus ad Hebræos sermonem habet de fide supernaturali in ordine ad vitam æternam.

III.



III. Obiiciunt 3. Idem Apostolus Paulus I. Cor. XVI. vers. 14. *Omnia vestra in caritate fiant*: item cap. X. *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in Dei gloriam facite*: & ad Colosf. III. *Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine IESU Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum*. His textibus ex dictis responsio patet. Quamquam enim doctissimus Bellarminus *Lib. V. de grat. & lib. arb. cap.* X. videatur negare, verba Apostoli præcepti vim habere; nos tamen cum Augustino, & Thoma, & communiore Theologorum sententia sustinemus, in recensitis Apostoli verbis verum contineri præceptum; quod adfirmans cum sit, non pro semper, sed dato urget tempore. Quatenus vero hoc præceptum aliud negativum includit, vetat ne quidquam quod gloriæ Dei obsit, agamus: quod pro omni obligat tempore.

IV. Opponunt 4. illud Ioannis XV. *Sine me nihil potestis facere*; item illud Pauli I. ad Corinth. IX. *Quid habes quod non accepisti?* & tandem illud II. Corinth. III. *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis*. Resp. His, & similibus testimoniis obvia, facilisque responsio est. Aut enim ibi sermo est de operibus ordinis supernaturalis; & sic nullum illius generis bonum opus sine peculiari gratia edere valemus: vel sermo est de operibus ordinis naturalis; & nec huius ordinis opera facere valemus sine aut auxilio generali, aut auxilio speciali. Aliquod bonum facile cum solo auxilio generali producere possumus; ad opera autem ardua, & plura peragenda, etiam illius ordinis, necessarium est auxilium speciale.

## §. VIII.

*Testimonia quæ ex D. Augustino, vel ex ratione obiiciuntur, in vero sensu exposita.*

I. IN Augustini auctoritate totius victoriæ spem collocant adversarii. Illum quippe non modo sibi favere, sed perspicue, verbisque conceptis suam ipsorum sententiam docere contendunt, præsertim *Lib. I. de nuptiis & concupisc. cap.* III. & IV. & *Lib. IV. cont. Iulianum cap.* III. ubi ex professo controversiam discutit de virtutibus infidelium adversus Pelagianos. Ut id quod sentio libere fatear, illorum haud subscribo indicio, qui nullum faceffere negotium Augustini hoc de argumento testimonia intrepide asserunt. Quin aio, non facile ea solvi, nisi magna perspicuitate, quæ fuerit Iuliani Pelagiani de operibus infidelium mens, expendatur. Quo liquidem doctrina Iuliani tendit, eo suam collineat Augustinus responsionem. Missо igitur Libro de nuptiis, & concupisc. cuius argumentum iterum ex instituto verfat adversus Iulianum *Lib. IV. cap.* III. præcipua quæ ex hoc Libro opponi solent, enucleabimus.

II. Hæc ergo sunt potissima testimonia quæ ex præfato *Lib. IV. cap.* III. opponuntur. *Noveris itaque non officiis, sed finibus a vitiis discernendas esse virtutes. Officium autem est quod faciendum est; finis vero propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit propter quod facere debet, peccare convincitur.* Sed quod magis urgent, est principium illud, cui suam fidunt sententiam, scilicet opera nostra omnia in Deum referenda esse. Porro hoc debitum Augustinus efficaciter, atque perspicue inculcat ibidem. *Absit ut virtutes vera cuiquam serviant nisi illi, vel propter illum, cui dicimus: Deus virtutum converte nos. Proinde virtutes quæ carnalibus delectationibus, vel quibusdam commodis, vel emolumentis temporalibus serviunt, veræ prorsus esse non possunt. Quæ autem nulli rei servire volunt, nec ipsæ veræ sunt: veræ quippe virtutes Deo serviunt in hominibus, a quo donantur hominibus; Deo serviunt in Angelis, a quo donantur & Angelis. Quidquid autem boni fit ab homine, & non propter quod fieri debere vera sapientia præcipit, etsi ex officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est. Possunt ergo aliqua bona fieri, non bene facientibus a quibus fiunt. Bonum est enim ut subveniatur homini periclitanti, præsertim innocenti. Sed ille qui hoc facit, si amando gloriam hominum magis quam Dei, facit, non bene bonum facit: quia non bonus facit quod non bona voluntate facit. Absit enim ut sic vel dicatur voluntas bona quæ in aliis, vel in se ipsa, non in Domino gloriatur*. Clare ergo Augustinus docent, infideles peccare, eo ipso quod opera ex officio bona, & laudabilia in Dei gloriam non referunt. Plurima in hunc finem tum ex Scripturis sanctis, tum ex ratione petita congerit, quæ, ut prolixitatis vitium declinem, prætereo.

III. Ut mentem, doctrinamque Augustini secure, pullis ambagibus, tenere valeas, Iuliani hæretici Pelagiani sententiam penitus introspicias oportet. Quod ut assequaris,

notionem hæresis Semipelagianæ, cuius fundamenta Iulianus posuit, primum omnium præ oculis habere debes. Inter cetera autem Semipelagiani docebant, liberum arbitrium suis viribus ad finem, & gratiam comparandam se se disponere. Hinc Iulianus docebat, virtutes infidelium veras esse, & perfectas virtutes, quibus ex iustitia fides, & gratia debebantur. Insuper contendebat Iulianus, has infidelium virtutes, ex officio utique bonas, tales esse, & remanere, quamquam in pravum finem ab infidelibus inflecterentur. Recitanda ipsius Iuliani verba. *Unde* (inquit Augustinus loc. cit.) *ne tibi videar calumniari, ipsa tua verba iam ponam. Cuncta rum, inquis, ergo virtutum in rationabili animo sita est, & affectus omnes, per quos aut fructuose, aut sterili ter boni sumus, in subiecto sunt mentis nostræ, prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo. Horum igitur affectuum vis cum insit omnibus naturaliter, inquit, non tamen ad unum finem in omnibus properat; sed pro iudicio voluntatis, cuius nutui seruiunt, aut ad æterna, aut ad temporalia diriguntur. Quod cum sit, non in eo quod sunt, non in eo quod agunt, sed in eo solo variant quod merentur. Nec nominis sui igitur, inquit, possunt, nec generis sustinere dispendium; sed solius quod apprehenderunt præmii aut immutabile ditantur, aut exilitate frustrantur.* Implexa aliquantulum hæc Iuliani doctrina apparet, sed Augustini verbis elucidanda est. Duo docebat Iulianus. Primum, virtutes infidelium veras esse virtutes; tametsi in finem pravum detortas. Alterum, mercedem æternam mereri, si in finem rectum dirigantur; secus, si in finem pravum. Hæc omnia colligumtur ex Augustini responsio. *Hæc ubi didicerit, nefario.... Ergo virtutes ipsæ tali sine turpes atque deformes, & tibi nullo modo germanæ, veræque virtutes, sibi tamen ita vera videntur & poliebra, ut nec nominis sui possint, nec generis sustinere dispendium, sed solius quod appetierunt præmii exilitate frustrentur; id est, terrenorum commodorum fructu, non cælestium præmiorum.*

IV. Hæc erat Iuliani sententia, cui respondet Augustinus. *Quis hæc sapiat nisi decipiat?... Neveris itaque non officiis, sed finibus a vitiis discernendas esse virtutes. Officium est autem quod faciendum est; finis vero propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit propter quod facere debet, peccare convincitur. Quæ tu non attendens, sonet ab officiis separasti, & virtutes veras officia sine finibus appellandas esse dixisti. Ex qua tanta absurditate sequitur, ut veram appellare cogaris iustitiam etiam cuius dominum noveris auaritiam.* Nullus ergo remanet dubitandi locus, veras appellasse virtutes Iulianus in finem pravum directas, quas virtutes *turpes, atque deformes* Augustinus merito vocat.

V. Hinc colligitur, Augustinum tum in hoc Libro, tum in alio de nuptiis, & concupisc. eas improbare virtutes quæ, tametsi ex officio bonæ, iniqua tamen voluntate in turpem finem detorquentur. Istituc in his Libris spectat illius doctrina. Quapropter sæpe repetit quod quamquam succurrere periclitanti, nudum operire, bonum ex officio sit; quia tamen supponit id quod Iulianus fatebatur, eiusmodi opera suapte natura honesta ad finem perversum, nempe ad vanam ostentationem, propriamque gloriam, aut idolorum cultum dirigi, idcirco eadem execratur ut vitia.

VI. Iulianus Augustini rationibus ad incitas redactus, pugnantia simul docebat, & semetipsum antilogiis conficiebat. Infidelium virtutes quas, ut diximus, veras, & perfectas pugnabat, disponere ad fidem, & gratiam asserebat, simulque steriles comparate ad vitam æternam pronuntiabat. Hæc duo directe oppolita Iulianum docuisse ex Augustino patet. *Tibi virtutes sine fide sic placent ut eas veras prædices, eisque bonos esse homines; & rursus, quasi te pœnituerit laudis earum, steriles pronuntiare non dubitet.* Idque prius improperaverat eidem Iuliano Augustinus, tamquam Pelagianæ hæreseos potissimum fundamentum. *Quis porro eorum qui se Christianos haberi volunt, nisi soli Pelagiani, aut ex ipsis etiam forte tu solus, iustum dixerit infidelem, iustum dixerit impium, iustum dixerit diabolo mancipatum?* Verum ergo iustitiam, veram perfectamque castitatem in impiis agnoscebat Iulianus. Has autem veras, perfectasque virtutes steriles ex una parte asserebat; ex altera vero eidem fidem mereri, & gratiam effutiebat. Utrumque autem impugnat acriter Augustinus. Ed ad primum quod attinet, sic eum refellit. *Deus namque ipse, quod absit, ex i iniustus, si ad eius regnum veras non admittatur iustus, cum & ipsum eius regnum iustitia sit.* Hinc est quod Augustinus toties repetit, nullam veram reperiri virtutem steriliter bonam; alioquin Deus iniustus foret, qui veræ, & perfectæ iustitiæ mercedem non penderet. Alterum vero confutat ipsius Chri-





sti morte, quam pertulit, ut nobis fidem, & gloriam compararet. Porro reponit Augustinus: *Christus gratis mortuus est, si homines sine fide Christi ad fidem veram, ad virtutem veram, ad iustitiam veram, ad sapientiam veram, quacumque re alia, quacumque ratione alia perveniunt.*

VII. His argumentis pressus Iulianus frigidum, & calidum eodem effabat tempore, verborum ambagibus quæstionem implicabat, ut ei exprobrat Augustinus, inquiens: *Quid responsurus es? Quid, nisi vana? Ego, inquis, sterili ter bonos dixi homines qui non propter Deum faciendo bonum quod faciunt, non ab eo vitam consequuntur æternam. Iustus ergo Deus, & bonus, bonos est vi mortem sustinere æternam? Piget tam dicere quam multa te sequuntur insana talia sentientem, talia dicentem, talia scribentem, in talibus me, qui similiter non desipiam, velut censurie reprehendentem. Sed breviter accipe, ne forte cum in rebus ipsis tantum erres, quantum errari plurimum potest, videar tecum certare de verbis: aut intelige quod ait Dominus:* Si oculus tuus nequam est &c. . . . . *aut certe, quoniam falsum concedis opera infidelium, quæ tibi eorum videntur bona, non tamen ea ad salutem sempiternam, regnumque perducere, scito, nos illud bonum humanum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, sine Dei gratia, quæ datur per unum Mediatorem Dei & hominum, nemini posse conferri, per quod solum bono periit ad æternum Dei donum, regnumque perduci.*

VIII. Paucis rem expediam. Isti erant Iuliani errores. I. In infidelibus veram iustitiam, veram castitatem collocabat, quibus iusti, & casti fiebant. II. Eiusmodi virtutes steriles ad vitam æternam volebat. III. His operibus fidem promereri contendebat. IV. Opus tum ex officio, tum ex fine bonum, nullatenus sterile esse ad vitam afferebat æternam.

IX. S. Augustinus e contrario. I. Virtutes ex officio bonas, & fine perverso vitiosas peccata cum omnibus Catholicis esse docet. II. Hæc duo pugnare invicem ostendit, nempe esse veras virtutes, unaque steriles ad vitam æternam: quoniam si in impio vera iustitia est, iustum illum efficit. Iustum ergo damnabit Deus? III. Alia via Iulianum impetebat. Sine fide impossibile est placere Deo, sine fide quidem quæ per dilectionem operatur. Et quia Iulianus reponebat, verum utique esse obtineri haud posse æternum regnum sine fide; at subdebat hanc fidem bonis operibus comparari. Ergo, reponebat Augustinus, opera infidelium sterilia non sunt, si fidem merentur. His argumentis impetitus Iulianus in utrumque se se vertebat latus, & minime sibi constans, secum ipse pugnabat.

X. Universa ergo Augustini in his adversus Iulianum, Pelagianosque doctrina hoc spectat, nullas scilicet in infidelibus veras, perfectasque virtutes reperiri. Quia eiusmodi virtutes simpliciter tales a fide quæ per dilectionem operatur, pendent. Propterea nulla est vere, & simpliciter virtus quæ sterilis sit respectu vitæ æternæ. In toto vero hoc prolixo capite, quod plenis buccis opponunt adversarii, nec verbum habet Augustinus de operibus ex officio, & fine honestis. Sed ubique suum insequitur adversarium Iulianum, atque iuxta illius sensum loquitur, eumque in contrarias partes abire cogit nunc negando quod concesserat, nunc concedendo quod negaverat. Nam aliquando virtutes infidelium ad vitam æternam steriles non esse defendebat. Et tum Augustinus illum aggrediebatur Apostoli textibus. *Sine fide impossibile est placere Deo* &c. Et Iulianus hoc pressus argumento fatebatur has virtutes steriles esse, veras tamen virtutes esse, easque ad fidem, & gratiam viam sternere. Et Augustinus reponebat, fieri haud posse veras, & simul steriles esse illas virtutes.

XI. Quando ergo adversarii opponunt, D. Augustinum docere, virtutes infidelium esse peccata: quia quod sine fide est, peccatum est; quod in Dei gloriam non refertur, peccatum est; quod infidelis arbor mala est; quod nullum opus bonum sterile est: hæc omnia, & id genus similia verissima sunt, quoniam ad mentem Iuliani tum dispotabat Augustinus. Iulianus autem, ut vidimus, virtutes istas veras, & perfectas, & fidei fecundas asserebat. In sensu ergo Iuliani nullum opus bonum sterile admittit Augustinus: quod verissimum est. In sensu vero Catholicorum aliqua bona opera sterilia expresse defendit Augustinus *Lib. de spir. & litt. cap.* XXVII. & XXVIII. cuius verba dedimus supra.

XII. Aures nobis vellunt adversarii inclamantes Augustinum ubique repetere, opera infidelium, etsi videantur bona, vera tamen esse peccata. Nos tamen eodem responso hæc, & similia repellimus: videlicet esse peccata, quia perverso fine fiunt. Eo quippe in sensu Augustinus dicit esse peccata in quo Iulianus contendebat esse virtutes; virtutes autem esse docebat Iulianus, tametsi fine pravo infectas, ut probavimus: peccata quo-

que dici virtutes infidelium in sensu latius accepto, quatenus scilicet inutiles sunt ad regnum æternum.

XIII. Postremum, quando Augustinus dicit: *Sterilium fructus arborum non sunt laudandi.... Si fructus boni sunt, profecto steriles arbores non sunt*: fructus sterilium arborum in sensu Iuliani non sunt laudandi, quia vitia sunt propter finem pravum. Si fructus boni sunt absolute, & perfecte; revera arbores steriles non sunt. Tandem ad illud: *An, si gentilis nudum operuerit, quia non est ex fide, peccatum est? Prorsus, inquantum non est ex fide, peccatum est*: hic etiam in sensu Iuliani, contendentis eleemosynam in idoli cultum directam bonam esse, loquitur Augustinus. Quod ut clarius teneas, scias velim, locutiones, & phrases Doctorum non semper absolute, sed ex statu quæstionis quam tractant, interpretandas esse. Iam alibi Augustinus docuit, aliqua bona opera sine fide reperiri. Nunc cum Iuliano hæretico dimicans absolute pronuntiat ad eiusdem Iuliani mentem, nudum operire, quia non est ex fide, peccatum esse: *non quia per se ipsum factum, quod est nudum operire, peccatum sit; sed de tali opere non in Domino gloriari, sicut impius negat esse peccatum*. Non ergo peccatum est nudum operire absolute spectatum, & quatenus est sine fide negative, sed quatenus fit vel ob inanem gloriam, vel ob motivum infidelitatis veræ fidei oppositæ.

XIV. Lubet hæc omnia lumine angelicæ doctrinæ perfundere. Hos siquidem Libros Augustini nemo exactius discussit, meliusque genuinum sensum asseruit, quam Angelicus. Porro hæc Augustini testimonia expendit 2. 2. *quæst.* XXIII. *art.* 7. *in corp.* & *ad* 1. hæc habet. *Dicendum, quod actus alicuius caritate carentis potest esse duplex. Unus quidem secundum hoc quod caritate caret, utpote cum facit aliquid in ordine ad id per quod caritate caret: & talis actus semper est malus; sicut Augustinus dicit in Lib. IV. contra Iulianum, quod actus infidelis, inquantum est infidelis, semper est peccatum; etiam si nudum operiat, vel quia alind huiusmodi faciat, ordinans ad finem suæ infidelitatis. Alius autem potest esse actus caritate carentis, non secundum quod caritate caret, sed secundum quod habet aliud donum Dei, vel fidem, vel spem, vel etiam naturæ bonum, quod non totum per peccatum tollitur, ut supra dictum est. & secundum hoc sine caritate potest quidem esse aliquis actus bonus ex suo genere, non tamen perfecte bonus: quia deest debita ordinatio ad ultimum finem.* Quoniam vero hæc ultima verba alicui minus perito facessere negotium possunt, opportuna, & aptissima Cajetani declaratio subiicienda est. *Cave* (inquit in comm. hic) *ne fallaris ex eo quod dicitur, scilicet sine caritate deest debita ordinatio ad finem ultimum. Si namque debita ordinatio deficit, actus non solum est imperfectus, sed malus. Privatio siquidem boni debiti malum constituit. Cave, inquam: quoniam non est sermo de ordinatione debita actui, ut sit bonus moraliter; sed ad hoc quod sit bonus simpliciter, ideoque ad vitam æternam. Et propterea huiusmodi privatio non constituit actum malum moraliter, sed non bonum simpliciter; & pro tempore quo obligat præceptum caritatis, constituit etiam malum.... Sed hoc est extra propositum, ubi absolute, & non pro tali tempore quæritur.*

XV. Paucis ergo universam Augustini hac de re doctrinam D. Thomas complectitur. Infidelis agens ex influxu infidelitatis, aut dirigens opera sua in finem malum, semper peccat. Si vero agit vi luminis naturalis ob finem honestum, bonum opus operatur, non simpliciter, & in omni genere, quia deest caritas; sed in ordine morali. Neque opponas, Augustinum ex Iuliano hanc responsionem referre: *An respondebis* (inquit Augustinus Iuliano) *non inquantum infidelis est, sed inquantum homo est, arbor bona est?* Quoniam Augustinus negat infidelem hominem in sensu ipsius Iuliani, arborem bonam esse. Ideo reponit: *Non itaque, inquantum homo est, quod est opus Dei; sed inquantum male voluntatis est quisque, arbor mala est, & bonos fructus facere potest*. Porro bonos fructus appellat Augustinus qui ad vitam æternam viam parant, quippe per donum gratiæ Christi producuntur. *Scite, nos illud bonum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, sine Dei gratia, quæ datur per unum mediatorem Dei, & hominum, nemini posse conferri, per quod solum bono potest ad æternum Dei donum, regnumque perduci*. Quamquam ergo alibi, & hoc eodem capite absolute, & sine limitatione pronuntiet nullum in infidelibus opus reperiri bonum, relate ad hunc textum, aliosque similes, in quibus perspicue suam doctrinam explicat, interpretandos est.

XVI. Opponi solent aliorum Patrum auctoritates. Concilii Arausicani can. XXII. *Nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum*. Item D. Prosperi carm. de ingr. cap. XVI. *Omne etenim probitatis opus, nisi semine veræ Exoritur fidei, peccatum est, inque reatum, Vertitur, & sterilis cumulat sibi gloria pœnam*.



Sed his, & similibus testibus, in quibus Pelagianorum, & Semipelagianorum errores proscribuntur, obvia est responsio. Nemo utique de suo habet nisi mendacium, & peccatum: iniquitatis enim prima causa defectibilis voluntas creata est, solumque peccatum illius est; cetera omnia a Dei auxilio, vel generali, si opus sit facile, & ordinis naturalis; vel speciali, si opus ordinis superioris sit. Doctrina Prosperi eadem est ac Augustini, eoque sensu intelligenda.

XVII. Opponunt argumenta a ratione petita. I. Omnis actio in finem quempiam ultimum dirigi debet. Porro solus Deus est finis ultimus hominis. Ergo quælibet actio in Deum non directa, mala est, utpote aberrans a prima regula sibi debita. II. Voluntas humana culpæ originalis vulnere læsa amisit æquilibrium illud ad bonum, & ad malum; & ab hoc indifferentiæ statu demota, vehementi propensione in bona delectabilia fertur, & concupiscentiæ gravilimo pondere in vitium rapitur. III. Preces nos Deo continuare iubent Scripturæ sacræ, & Patres, ut ad singulos nostros actus auxilia impetremus.

XVIII. Ex iis quæ superius dicta sunt, responsio ad hæc tria obiecta patet. Ad I. iam dictum est, omnem actionem dirigendam esse in finem aliquem proximum, quem intermedium vocant, quique referri valeat in finem ultimum. Deus utique est verus finis ultimus hominis, in quem vi præcepti omnes actus suos dirigere debet: at cum mandatum adimplendi sit, non obligat pro semper. Finis ultimus peccatoris, & infidelis est bonum proprium, quod per se nec malitiam, nec bonitatem prodit. Si actus ex obiecto honesto bonus est, nunc in bonum proprium, & implicite in ipsum Deum ordinatur, seu natura sua tendit. Ad II. Verum habet, liberum arbitrium in malum potius quam in bonum ferri ob vulnera sibi ex peccato inflicta. Quid hinc conlequitur? Non aliud, nisi frequentius malum suis relictum viribus perpetrare, quam virtutis opera producere. Consequitur opera ardua, & difficilia haud posse, nisi gratia adiuvetur, operari. Minime vero quod aliquod opus honestum facile, & naturæ satis consentaneum, ut nudum operire, periclitanti succurrere, idque genus similia producere nequeat. Ad III. dicitur, fermonem esse in Scripturis, & Patribus de oratione christiana fide divina præducente, quæ oratio a Deo donatio ad ultimum finem. Quoniam vero hæc ultima verba alicui minus perito facessere negotium possunt, opportuna, & aptissima Cajetani declaratio subiicienda est. *Cave* (inquit in comm. hic) *ne fallaris ex eo quod dicitur, scilicet sine caritate deest debita ordinatio ad finem ultimum. Si namque debita ordinatio deficit, actus non solum est imperfectus, sed malus. Privatio siquidem boni debiti malum constituit. Cave, inquam: quoniam non est sermo de ordinatione debita actui, ut sit bonus moraliter; sed ad hoc quod sit bonus simpliciter, ideoque ad vitam æternam. Et propterea huiusmodi privatio non constituit actum malum moraliter, sed non bonum simpliciter; & pro tempore quo obligat præceptum caritatis, constituit etiam malum.... Sed hoc est extra propositum, ubi absolute, & non pro tali tempore quæritur.*

XV. Paucis ergo universam Augustini hac de re doctrinam D. Thomas complectitur. Infidelis agens ex influxu infidelitatis, aut dirigens opera sua in finem malum, semper peccat. Si vero agit vi luminis naturalis ob finem honestum, bonum opus operatur, non simpliciter, & in omni genere, quia deest caritas; sed in ordine morali. Neque opponas, Augustinum ex Iuliano hanc responsionem referre: *An respondebis* (inquit Augustinus Iuliano) *non inquantum infidelis est, sed inquantum homo est, arbor bona est?* Quoniam Augustinus negat infidelem hominem in sensu ipsius Iuliani, arborem bonam esse. Ideo reponit: *Non itaque, inquantum homo est, quod est opus Dei; sed inquantum male voluntatis est quisque, arbor mala est, & bonos fructus facere potest*. Porro bonos fructus appellat Augustinus qui ad vitam æternam viam parant, quippe per donum gratiæ Christi producuntur. *Scite, nos illud bonum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, sine Dei gratia, quæ datur per unum mediatorem Dei, & hominum, nemini posse conferri, per quod solum bono potest ad æternum Dei donum, regnumque perduci*. Quamquam ergo alibi, & hoc eodem capite absolute, & sine limitatione pronuntiet nullum in infidelibus opus reperiri bonum, relate ad hunc textum, aliosque similes, in quibus perspicue suam doctrinam explicat, interpretandos est.

XVI. Opponi solent aliorum Patrum auctoritates. Concilii Arausicani can. XXII. *Nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum*. Item D. Prosperi carm. de ingr. cap. XVI. *Omne etenim probitatis opus, nisi semine veræ Exoritur fidei, peccatum est, inque reatum, Vertitur, & sterilis cumulat sibi gloria pœnam*.

Sed his, & similibus testibus, in quibus Pelagianorum, & Semipelagianorum errores proscribuntur, obvia est responsio. Nemo utique de suo habet nisi mendacium, & peccatum: iniquitatis enim prima causa defectibilis voluntas creata est, solumque peccatum illius est; cetera omnia a Dei auxilio, vel generali, si opus sit facile, & ordinis naturalis; vel speciali, si opus ordinis superioris sit. Doctrina Prosperi eadem est ac Augustini, eoque sensu intelligenda.

XVII. Opponunt argumenta a ratione petita. I. Omnis actio in finem quempiam ultimum dirigi debet. Porro solus Deus est finis ultimus hominis. Ergo quælibet actio in Deum non directa, mala est, utpote aberrans a prima regula sibi debita. II. Voluntas humana culpæ originalis vulnere læsa amisit æquilibrium illud ad bonum, & ad malum; & ab hoc indifferentiæ statu demota, vehementi propensione in bona delectabilia fertur, & concupiscentiæ gravilimo pondere in vitium rapitur. III. Preces nos Deo continuare iubent Scripturæ sacræ, & Patres, ut ad singulos nostros actus auxilia impetremus.

XVIII. Ex iis quæ superius dicta sunt, responsio ad hæc tria obiecta patet. Ad I. iam dictum est, omnem actionem dirigendam esse in finem aliquem proximum, quem intermedium vocant, quique referri valeat in finem ultimum. Deus utique est verus finis ultimus hominis, in quem vi præcepti omnes actus suos dirigere debet: at cum mandatum adimplendi sit, non obligat pro semper. Finis ultimus peccatoris, & infidelis est bonum proprium, quod per se nec malitiam, nec bonitatem prodit. Si actus ex obiecto honesto bonus est, nunc in bonum proprium, & implicite in ipsum Deum ordinatur, seu natura sua tendit. Ad II. Verum habet, liberum arbitrium in malum potius quam in bonum ferri ob vulnera sibi ex peccato inflicta. Quid hinc conlequitur? Non aliud, nisi frequentius malum suis relictum viribus perpetrare, quam virtutis opera producere. Consequitur opera ardua, & difficilia haud posse, nisi gratia adiuvetur, operari. Minime vero quod aliquod opus honestum facile, & naturæ satis consentaneum, ut nudum operire, periclitanti succurrere, idque genus similia producere nequeat. Ad III. dicitur, fermonem esse in Scripturis, & Patribus de oratione christiana fide divina præducente, quæ oratio a Deo donatio ad ultimum finem.

## CAPUT XIV.

*Confectaria, quæ dulce caritatis exercitium suadent: & regulæ pro praxi.*

I. *Confectarium primum.* Latius quam a rei moralis tractatoribus soleat, de caritate in Deum disputarim. Utinam animo terventiori. Prolixior utique caritatis sermo, caritatis affectum indicare solet, at non semper id verum habet: aliunde etiam id profecisse potest. Id viris Dei certe evenit. Quippe ex libenter animo volvimus, & lingua prodimus, quæ amamus, inquit D. Laurentius Iustinianus tract. de carit. cap. 1. *Vis nosse quid amas? attende quid cogitas.* Ardet ne caritas Dei in corde Christianorum quibus sermo de Deo aut displicet, aut tædium, fastidiumque parit; quibus cælestium colloquium cruci est; deliciæ vero, & beatitas, terrena inquirere, carnalia oblectamenta

que dici virtutes infidelium in sensu latius accepto, quatenus scilicet inutiles sunt ad regnum æternum.

XIII. Postremum, quando Augustinus dicit: *Sterilium fructus arborum non sunt laudandi.... Si fructus boni sunt, profecto steriles arbores non sunt*: fructus sterilium arborum in sensu Iuliani non sunt laudandi, quia vitia sunt propter finem pravum. Si fructus boni sunt absolute, & perfecte; revera arbores steriles non sunt. Tandem ad illud: *An, si gentilis nudum operuerit, quia non est ex fide, peccatum est? Prorsus, inquantum non est ex fide, peccatum est*: hic etiam in sensu Iuliani, contendentis eleemosynam in idoli cultum directam bonam esse, loquitur Augustinus. Quod ut clarius teneas, scias velim, locutiones, & phrases Doctorum non semper absolute, sed ex statu quæstionis quam tractant, interpretandas esse. Iam alibi Augustinus docuit, aliqua bona opera sine fide reperiri. Nunc cum Iuliano hæretico dimicans absolute pronuntiat ad eiusdem Iuliani mentem, nudum operire, quia non est ex fide, peccatum esse: *non quia per se ipsum factum, quod est nudum operire, peccatum sit; sed de tali opere non in Domino gloriari, sicut impius negat esse peccatum*. Non ergo peccatum est nudum operire absolute spectatum, & quatenus est sine fide negative, sed quatenus fit vel ob inanem gloriam, vel ob motivum infidelitatis veræ fidei oppositæ.

XIV. Lubet hæc omnia lumine angelicæ doctrinæ perfundere. Hos siquidem Libros Augustini nemo exactius discussit, meliusque genuinum sensum asseruit, quam Angelicus. Porro hæc Augustini testimonia expendit 2. 2. *quæst.* XXIII. *art.* 7. *in corp.* & *ad* 1. hæc habet. *Dicendum, quod actus alicuius caritate carentis potest esse duplex. Unus quidem secundum hoc quod caritate caret, utpote cum facit aliquid in ordine ad id per quod caritate caret: & talis actus semper est malus; sicut Augustinus dicit in Lib. IV. contra Iulianum, quod actus infidelis, inquantum est infidelis, semper est peccatum; etiam si nudum operiat, vel quia alind huiusmodi faciat, ordinans ad finem suæ infidelitatis. Alius autem potest esse actus caritate carentis, non secundum quod caritate caret, sed secundum quod habet aliud donum Dei, vel fidem, vel spem, vel etiam naturæ bonum, quod non totum per peccatum tollitur, ut supra dictum est. & secundum hoc sine caritate potest quidem esse aliquis actus bonus ex suo genere, non tamen perfecte bonus: quia deest debita ordinatio ad ultimum finem.* Quoniam vero hæc ultima verba alicui minus perito facessere negotium possunt, opportuna, & aptissima Cajetani declaratio subiicienda est. *Cave* (inquit in comm. hic) *ne fallaris ex eo quod dicitur, scilicet sine caritate deest debita ordinatio ad finem ultimum. Si namque debita ordinatio deficit, actus non solum est imperfectus, sed malus. Privatio siquidem boni debiti malum constituit. Cave, inquam: quoniam non est sermo de ordinatione debita actui, ut sit bonus moraliter; sed ad hoc quod sit bonus simpliciter, ideoque ad vitam æternam. Et propterea huiusmodi privatio non constituit actum malum moraliter, sed non bonum simpliciter; & pro tempore quo obligat præceptum caritatis, constituit etiam malum.... Sed hoc est extra propositum, ubi absolute, & non pro tali tempore quæritur.*

XV. Paucis ergo universam Augustini hac de re doctrinam D. Thomas complectitur. Infidelis agens ex influxu infidelitatis, aut dirigens opera sua in finem malum, semper peccat. Si vero agit vi luminis naturalis ob finem honestum, bonum opus operatur, non simpliciter, & in omni genere, quia deest caritas; sed in ordine morali. Neque opponas, Augustinum ex Iuliano hanc responsionem referre: *An respondebis* (inquit Augustinus Iuliano) *non inquantum infidelis est, sed inquantum homo est, arbor bona est?* Quoniam Augustinus negat infidelem hominem in sensu ipsius Iuliani, arborem bonam esse. Ideo reponit: *Non itaque, inquantum homo est, quod est opus Dei; sed inquantum male voluntatis est quisque, arbor mala est, & bonos fructus facere potest*. Porro bonos fructus appellat Augustinus qui ad vitam æternam viam parant, quippe per donum gratiæ Christi producuntur. *Scite, nos illud bonum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, sine Dei gratia, quæ datur per unum mediatorem Dei, & hominum, nemini posse conferri, per quod solum bono potest ad æternum Dei donum, regnumque perduci*. Quamquam ergo alibi, & hoc eodem capite absolute, & sine limitatione pronuntiet nullum in infidelibus opus reperiri bonum, relate ad hunc textum, aliosque similes, in quibus perspicue suam doctrinam explicat, interpretandos est.

XVI. Opponi solent aliorum Patrum auctoritates. Concilii Arausicani can. XXII. *Nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum*. Item D. Prosperi carm. de ingr. cap. XVI. *Omne etenim probitatis opus, nisi semine veræ Exoritur fidei, peccatum est, inque reatum, Vertitur, & sterilis cumulat sibi gloria pœnam*.



Sed his, & similibus testibus, in quibus Pelagianorum, & Semipelagianorum errores proscribuntur, obvia est responsio. Nemo utique de suo habet nisi mendacium, & peccatum: iniquitatis enim prima causa defectibilis voluntas creata est, solumque peccatum illius est; cetera omnia a Dei auxilio, vel generali, si opus sit facile, & ordinis naturalis; vel speciali, si opus ordinis superioris sit. Doctrina Prosperi eadem est ac Augustini, eoque sensu intelligenda.

XVII. Opponunt argumenta a ratione petita. I. Omnis actio in finem quempiam ultimum dirigi debet. Porro solus Deus est finis ultimus hominis. Ergo quælibet actio in Deum non directa, mala est, utpote aberrans a prima regula sibi debita. II. Voluntas humana culpæ originalis vulnere læsa amisit æquilibrium illud ad bonum, & ad malum; & ab hoc indifferentiæ statu demota, vehementi propensione in bona delectabilia fertur, & concupiscentiæ gravilimo pondere in vitium rapitur. III. Preces nos Deo continuare iubent Scripturæ sacræ, & Patres, ut ad singulos nostros actus auxilia impetremus.

XVIII. Ex iis quæ superius dicta sunt, responsio ad hæc tria obiecta patet. Ad I. iam dictum est, omnem actionem dirigendam esse in finem aliquem proximum, quem intermedium vocant, quique referri valeat in finem ultimum. Deus utique est verus finis ultimus hominis, in quem vi præcepti omnes actus suos dirigere debet: at cum mandatum adimplendi sit, non obligat pro semper. Finis ultimus peccatoris, & infidelis est bonum proprium, quod per se nec malitiam, nec bonitatem prodit. Si actus ex obiecto honesto bonus est, nunc in bonum proprium, & implicite in ipsum Deum ordinatur, seu natura sua tendit. Ad II. Verum habet, liberum arbitrium in malum potius quam in bonum ferri ob vulnera sibi ex peccato inflicta. Quid hinc conlequitur? Non aliud, nisi frequentius malum suis relictum viribus perpetrare, quam virtutis opera producere. Consequitur opera ardua, & difficilia haud posse, nisi gratia adiuvetur, operari. Minime vero quod aliquod opus honestum facile, & naturæ satis consentaneum, ut nudum operire, periclitanti succurrere, idque genus similia producere nequeat. Ad III. dicitur, fermonem esse in Scripturis, & Patribus de oratione christiana fide divina præducente, quæ oratio a Deo donatio ad ultimum finem. Quoniam vero hæc ultima verba alicui minus perito facessere negotium possunt, opportuna, & aptissima Cajetani declaratio subiicienda est. *Cave* (inquit in comm. hic) *ne fallaris ex eo quod dicitur, scilicet sine caritate deest debita ordinatio ad finem ultimum. Si namque debita ordinatio deficit, actus non solum est imperfectus, sed malus. Privatio siquidem boni debiti malum constituit. Cave, inquam: quoniam non est sermo de ordinatione debita actui, ut sit bonus moraliter; sed ad hoc quod sit bonus simpliciter, ideoque ad vitam æternam. Et propterea huiusmodi privatio non constituit actum malum moraliter, sed non bonum simpliciter; & pro tempore quo obligat præceptum caritatis, constituit etiam malum.... Sed hoc est extra propositum, ubi absolute, & non pro tali tempore quæritur.*

XV. Paucis ergo universam Augustini hac de re doctrinam D. Thomas complectitur. Infidelis agens ex influxu infidelitatis, aut dirigens opera sua in finem malum, semper peccat. Si vero agit vi luminis naturalis ob finem honestum, bonum opus operatur, non simpliciter, & in omni genere, quia deest caritas; sed in ordine morali. Neque opponas, Augustinum ex Iuliano hanc responsionem referre: *An respondebis* (inquit Augustinus Iuliano) *non inquantum infidelis est, sed inquantum homo est, arbor bona est?* Quoniam Augustinus negat infidelem hominem in sensu ipsius Iuliani, arborem bonam esse. Ideo reponit: *Non itaque, inquantum homo est, quod est opus Dei; sed inquantum male voluntatis est quisque, arbor mala est, & bonos fructus facere potest*. Porro bonos fructus appellat Augustinus qui ad vitam æternam viam parant, quippe per donum gratiæ Christi producuntur. *Scite, nos illud bonum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, sine Dei gratia, quæ datur per unum mediatorem Dei, & hominum, nemini posse conferri, per quod solum bono potest ad æternum Dei donum, regnumque perduci*. Quamquam ergo alibi, & hoc eodem capite absolute, & sine limitatione pronuntiet nullum in infidelibus opus reperiri bonum, relate ad hunc textum, aliosque similes, in quibus perspicue suam doctrinam explicat, interpretandos est.

XVI. Opponi solent aliorum Patrum auctoritates. Concilii Arausicani can. XXII. *Nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum*. Item D. Prosperi carm. de ingr. cap. XVI. *Omne etenim probitatis opus, nisi semine veræ Exoritur fidei, peccatum est, inque reatum, Vertitur, & sterilis cumulat sibi gloria pœnam*.

Sed his, & similibus testibus, in quibus Pelagianorum, & Semipelagianorum errores proscribuntur, obvia est responsio. Nemo utique de suo habet nisi mendacium, & peccatum: iniquitatis enim prima causa defectibilis voluntas creata est, solumque peccatum illius est; cetera omnia a Dei auxilio, vel generali, si opus sit facile, & ordinis naturalis; vel speciali, si opus ordinis superioris sit. Doctrina Prosperi eadem est ac Augustini, eoque sensu intelligenda.

XVII. Opponunt argumenta a ratione petita. I. Omnis actio in finem quempiam ultimum dirigi debet. Porro solus Deus est finis ultimus hominis. Ergo quælibet actio in Deum non directa, mala est, utpote aberrans a prima regula sibi debita. II. Voluntas humana culpæ originalis vulnere læsa amisit æquilibrium illud ad bonum, & ad malum; & ab hoc indifferentiæ statu demota, vehementi propensione in bona delectabilia fertur, & concupiscentiæ gravilimo pondere in vitium rapitur. III. Preces nos Deo continuare iubent Scripturæ sacræ, & Patres, ut ad singulos nostros actus auxilia impetremus.

XVIII. Ex iis quæ superius dicta sunt, responsio ad hæc tria obiecta patet. Ad I. iam dictum est, omnem actionem dirigendam esse in finem aliquem proximum, quem intermedium vocant, quique referri valeat in finem ultimum. Deus utique est verus finis ultimus hominis, in quem vi præcepti omnes actus suos dirigere debet: at cum mandatum adimplendi sit, non obligat pro semper. Finis ultimus peccatoris, & infidelis est bonum proprium, quod per se nec malitiam, nec bonitatem prodit. Si actus ex obiecto honesto bonus est, nunc in bonum proprium, & implicite in ipsum Deum ordinatur, seu natura sua tendit. Ad II. Verum habet, liberum arbitrium in malum potius quam in bonum ferri ob vulnera sibi ex peccato inflicta. Quid hinc conlequitur? Non aliud, nisi frequentius malum suis relictum viribus perpetrare, quam virtutis opera producere. Consequitur opera ardua, & difficilia haud posse, nisi gratia adiuvetur, operari. Minime vero quod aliquod opus honestum facile, & naturæ satis consentaneum, ut nudum operire, periclitanti succurrere, idque genus similia producere nequeat. Ad III. dicitur, fermonem esse in Scripturis, & Patribus de oratione christiana fide divina præducente, quæ oratio a Deo donatio ad ultimum finem.

## CAPUT XIV.

*Confectaria, quæ dulce caritatis exercitium suadent: & regulæ pro praxi.*

I. *Confectarium primum.* Latius quam a rei moralis tractatoribus soleat, de caritate in Deum disputarim. Utinam animo terventiori. Prolixior utique caritatis sermo, caritatis affectum indicare solet, at non semper id verum habet: aliunde etiam id profecisse potest. Id viris Dei certe evenit. Quippe ex libenter animo volvimus, & lingua prodimus, quæ amamus, inquit D. Laurentius Iustinianus tract. de carit. cap. 1. *Vis nosse quid amas? attende quid cogitas.* Ardet ne caritas Dei in corde Christianorum quibus sermo de Deo aut displicet, aut tædium, fastidiumque parit; quibus cælestium colloquium cruci est; deliciæ vero, & beatitas, terrena inquirere, carnalia oblectamenta

sectari, vividis coloribus mundi lenocinia depingere sensus demulcere, appetitiones saturare, luxum, fastum, pompas recogitare, deperire, convivia instruere, & modo augendis, modo prodigendis divitiis vacare, & in iis omnibus quæ mundi sunt, fixum animum, ceu vile mancipium detinere? Ifti ne caritate fervent, caritatis Dei diligendi ex toto corde implent mandatum? Illis ineffe mundi cupiditatem, non Dei caritatem, docet Augustinus Lib. IX. de Genes. ad lit. cap. XX. *Fit duo amores, quorum alter sanctus est, alter immundus; alter socialis, alter privatus; alter communi secretati consulens propter supernam societatem, alter etiam rem communem in potestatem proprium redigens propter arrogantem dominationem; alter subditus, alter æmulus Dei .... Fecerunt itaque civitates duas* (subdit Lib. XIV. de Civit. Dei cap. XXVIII.) *amores duo: terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei; cælestem vero amor Dei usque ad contemptum sui.* Sermo Augustini est de duobus amorum staribus. Amor caritatis cives efficit Jerusalem; amor iniquitatis cives constituit Babyloniæ. Pugnant amores illi invicem, & alter alterum pellit. Minime tamen favet Augustini doctrina propositioni XXXVIII. Baii, vel VII. proscriptæ ab Alexandro VIII., vel alv. Quelnelli damnatæ a Clemente XI. Quippe duos illos amores inter, caritatis scilicet habitualis, & pravitatis, aliam reperiri amorem supra probavimus, spei scilicet, & benevolentiæ, quo Deum diligere incipimus.

II. *Confectarium secundum*. Duplicem distinximus caritatem: alteram afficientem, efficientem alteram. Caritas afficiens est (ut pie, doctèque scribit P. Iacobus Alvarez de Paz Iapiens Iesuita *Tom. I. Lib. III. p. 1. cap. 12.*) quæ iusti animam amoris igne inflammat, quæ Deo bona sua desiderat, deque illius perfectionibus gaudet, lætatur, exultat; quæ anhelat ut omnes Dei laudem prædicent, omnes illius laudes concinant, omnesque illius suavissimo legis iugo fasces, & cervices submittant. Ideo afficiens appellatur, quia animæ inhæret, intra animæ sinum se continet, eam ornat, & secum ipsa gaudet, jubilat, ac interiori affectu sponsum suum complectitur, deliciis exquisitissimis affluit, ac in mutuis sponsi amplexibus suavissime conquiescit. Caritas ut efficiens, illa ipsa caritatis virtus est, quæ foras prodit, & in opera erumpit, interiores dulcedines extra effundit super ardua evangelicæ legis mandata, suavia efficiendo. Animam urget ad servanda præcepta, ad custodiendam legem universam, ad consilia ipsa executioni mandanda, ad obstacula, & impedimenta quæ legis observantiam remorantur, auferenda, divinamque voluntatem implendam, ad dura, aspera, & amarissima ob Dei gloriam toleranda. Caritatis afficientis vox est: *Sient desiderat cervus ad fontes aquarum, ita sitivit anima mea ad te, Deus. Concupiscit, & deficit anima mea* &c. Caritatis vero efficientis opus est: *Inravi, & sitanti custodire iudicia iustitiæ tuæ ..... Propter verba labiorum tuorum custodivi vias duras.* Illa in oratione, hæc in operatione; illa in sponsi amplexibus, & suavissimis colloquiis, hæc in sponsi mandatis exequendis; illa in desideriorum æstu fervet, hæc in operum sanctitate splendet; illa sibi, hæc in alios se effundit; illa amorem profitetur, hæc amorem ostendit; illa occulta, hæc manifesta, quia operum ornamento redimita incedit.

III. Habes utriusque caritatis perfecta munia, & officia. Si quæris, quænam excellentior, quænam præstantior sit; dubio procul caritas efficiens alteram antecellit, sin dignitate, quia utraque eadem est, certe perfectione. Nec enim aliquis idcirco perfectior, & sanctior est, quia in oratione teneriores affectus sentit, quia sensibiliore fervore exæstuat, quia coræstum saltare, & quodammodo in dulcedinem liquescere experitur, quia in Deum suavius rapitur; sed ille perfectior, ille sanctior qui fidelior est in mandatorum custodia, qui maiorem fortitudinem, firmioremque constantiam in calamitatum, & tribulationum tolerantia prodit, qui accuratior, ac vigilantior est in quibuslibet, vel minimis, sui status implendis obligationibus; qui denique in omnibus ieie divinæ accommodat voluntati. Quid tibi prodesset meditationibus tuis, interioribusque cum Deo colloquiis, affectibus abundare, consolationem tenerrimam experiri, lacrymulas fundere; si oblata occasione, veluti de loco motus, ad quodlibet verbum minus gratum commovereris; si ad quamlibet difficultatis imperandæ occasionem animo caderes; si denique saluti tuæ minus consuleres? Heu! quot sunt qui in meditandis divinis perfectionibus radios diffundere sanctitatis videntur, qui suspiria ignita emittunt, qui in suaves affectus colliquescunt! verum, oratione peracta, humanæ societati infesti sunt, ira excandescunt, avaritia aguntur, commoda appetunt, divitiis angendis indefesse insistunt. Isti ne genuina Dei caritate ardere dicendi sunt? Minime gentium. Temperamenti feminei debilitas facillime in lacrymas, in dulcia colloquia, in calida suspiria resolvitur. Amor proprius, ceu sagax & versutus præstigiator, caritatis simulacrum affingere, caritatis imaginem præferre, caritatis affectus, munia & officia simulare in manu habet. Opera ergo, mandatorum custodia, adversitatum tolerantia, commodorum temporalium, divitiarum, & totius mundi contemptus, lydius lapis sunt, ad quem amoris divini aurum exigendum est, ut genuinum a fallo secernatur. Itaque si illusiones amoris proprii, si stratagemata, & præstigia declinare aves; ad hanc respice regulam, quam voce Ioannis *cap. XIV.* Deus ipse tibi exhibet. *Si diligitis me, mandata mea servate .... Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me.* Hanc regulam frequentissime inculcat. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit; & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus .... Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in eius dilectione.*

IV. *Confectarium tertium*. Amandum Deum esse agnosco, inquis, sed quomodo diligendus sit, ignoro. Verius forsitan dixisses, verbis exprimere modum quo Deum diligis, te nescire. Ceterum fieri nequit ut Deum agnoscas, illumque toto corde amandum esse ignores. Amor motus est quo voluntas in bonum cognitum, seu apprehensum rapitur, aut illud sibi desiderando, aut de eodem gaudendo, aut in eodem sibi complacendo. Si amas Deum, quia te creavit, redemit, conservat, alit, protegit; amor appellatur concupiscentiæ. Si contra, illum amore prosequeris, quia bonus, quia dignus est ut omnes illius amore ardeant, ut illi bonum velint, laudes eius pangant, ipsumque colant; amor est amicitiæ. Et quia amor concupiscentiæ imperfectior est, nostræque naturæ intimior, ab eodem orta ducenda sunt. Ne ergo in posterum artem amandi Deum incognitam tibi obtrudere audeas, illius regulas tibi ego exponam.

V. *Confectarium quartum*. Cedo: quid est quod te ad hominis amorem concitat? Beneficia, reponis, quæ mihi contulit, illius in me prior effusus amor, liberalitas, munificentia, utriusque, qua iungimur, similitudo, eiusdem candor, ingenuitas, æquitas, venustas, comitas, innumeræque aliæ prærogativæ. Oculos ergo aperi: quoniam, ut inquit Augustinus Lib. X. Confess. cap. VI. *cælum, & terra, & omnia quæ in eis sunt ecce undique mihi dicunt, ut te* (Deum) *amem, nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles*. Pergit vero exponere momenta quæ hunc amorem excitant Lib. I. de mor. Eccl. cap. XVIII. *Obsecro, vigilate paulisper: videte testamenti utriusque concordiam, qui sit in moribus vitæ modus, & quo sint referenda omnia ... Amorem Dei concitant Evangelia, cum dicitur Matth. VII. Petite, quærite, pulsate. Concitat Paulus dicendo* (Ephes. III.) *Ut in caritate radicati, & fundati possitis comprehendere. Concitat etiam Propheta, cum dicit, facile sapientiam ab iis qui eam diligunt, quærunt, concupiscunt, vigilant, cogitant, curant, posse cognosci ... Ad ipsum autem amoris ignem nutriendum* (subdit epist. IV.) *& flagitium quodammodo, quo tamquam pondere fertur, & interrogatur referantur ad requiem, ista omnia pertinent quæ nobis figurate insinuantur. Plus enim movent, & accendunt amorem, quam si nuda sine ullis sacramentorum similitudinibus ponerentur*. Lux itaque mentis, meditatio scilicet beneficiorum, cordis affectum excitat. Primum ergo quæ tibi pervia sunt, dispice. Deum menti tuæ subito. Si pulchritudinem amas, ecce qui pulcher est; si bonitatem, ipse bonitas est; si iustitiam, rectus est; si sinceritatem, sincerus est; si liberalitatem, clementiam, benignitatem, mansuetudinem, aliaque quæ amorem concitant; omnia in Deo tamquam in suo principio residunt. Qua ergo facilitate sensus, qui hominum vident prærogativas, affectus pelliciunt, eadem meditatio divinorum beneficiorum in Dei amorem rapit.

VI. *Confectarium quintum*. Post meditationem illius universi, in qui commodum atque solamen a Deo ex nihilo conditi, sursum mentem attollito, lumenque fidei accende. Caritatem enim fides præcedat sat est. Lumen fidei est quod amoris divini ignem accendit. Quo vividior est fidei lux, eo ardentior est amoris flamma. Hæc ergo fidei lux in mente tua primum splendeat. Dei majestatem, Personarumque trinitatem, illius veracitatem falli, vel fallere nesciam, Verbi divini incarnationem, universam Scripturam sanctam, Ecclesiam catholicam sancti Spiritus organum, cuius ope manifesta nobis sit divina veritas, firmiter crede; ac ineffabilium

linum mysteriorum altitudinem, & infinitam hereditatem meditare. Fidei exercitio spes videndi arcana, quæ tenebrarum caligine obducta fides proponit, & assequendi coronam quam promittit, succedat. Animum erige in Dei misericordiam, a qua peccatorum remissionem, eorumque perpetuam detestationem impetrare ne desitas. Recogita Deum tuum spei Deum esse. Ille vitam tuam in spe potissimum constituit. *Quoniam tu Domine singularitet in spe constituisti me*, tu es Domine spes mea, tu fortitudo mea, tu refugium meum. In te spero, in te confido. Magna sunt crimina mea; sed major est clementia tua. Quo profundior est abyssus iniquitatis meæ, eo altior est abyssus misericordiæ tuæ. Abyssus abyssum invocat. Quotidianum sit harum virtutum exercitium.

VII. *Consectarium septimum*. Mens fidei lumine illustrata, animus spei robore erectus, amoris ignis flammas comprimere vix possunt. Alas quippe aquilæ animus sperans assumit, & in sinum bonitatis divinæ convolat. Colloquia suavissima, dulces affectus, quibus anima sponsum suum complectitur, exprimere ego minime valeo; ideirco Augustini verbis utar Lib. XIII. Confess. cap. IX. *Amor illum attollit suo, & spiritus tuus benus exaltat humilitatem nostram de portis mortis. In bona voluntate pax nobis est. Corpus ponitur suo astitur ad locum suum. Pondus non ad ima tantum est, sed ad locum suum. Ignis sursum tendit, deorsum lapis. Ponderibus suis aguntur, loca sua petunt. Pondus meum amor meus. Eo ferar, quocumque feror. Dono tuo accendimur, & sursum fermur. Inardescimus, & imus. Item cap. VI. O lumen veridicum, tibi adversus cor meum, ne me vana docent. Discute tenebras eius, & dic mihi. Obsecro te per matrem caritatem, obsecro te, dic mihi, quæ causa fuerat ut post nominatum cælum, & terram invisibilem, & incompositam, tuus dominus Scriptura tua nominaret spiritum suum? Cap. VII. Quia caritas tua diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, & de spiritualibus docentem, & demonstrantem supereminentem viam caritatis, & efflagitem genua pro nobis ad te, ut cognoscamus supereminentem scientiam caritatis Christi.* Item serm. CCCXXIII. *Tu esto hereditas mea. Amo te: totus amo te: toto corde, tota anima, tota mente amo te. Quid erit mihi, quidquid dederis mihi præter te? Hoc est Deum gratis amare, de Deo Deum sperare*], *de Deo properare impleri, de ipso satiari.* Item in Psal. LXXX. *Laudatur voluntate, amatur caritate. Gratuitum sit quod amatur, & quod laudatur. Quid est gratuitum? Ipse propter se, non propter aliud. Si enim laudas Deum, ut des tibi aliquid aliud, iam non gratis amas Deum. Erubescentes, si te uxor tua propter divitias amaret; & forte, si tibi paupertas accederet, de adulterio cogitaret. Cum ergo te a coniuge gratis amari vellis, tu Deum propter aliud amabris?* Et in Psal. LXXII. *Quid ergo? Nullum præmium Dei? Nullum præmium Dei, ipse Deus est.*

VIII. *Consectarium septimum*. Regulæ amoris caritatis, modusque adhibendus. Fuerunt qui, ut purissimam illius amoris flammam accederent, docuerunt amandum esse Deum, pulsa quacumque spe illum possidendi. Dei possidendi spes mercenarium efficere amorem Dei contendebant. Quare ut amorem hunc purum redderent, ab omni consequendæ coronæ desiderio vacuum volebant. Hæ sunt illius puri amoris formulæ: *Amo te, Deus meus, non quia creasti, aut redemisti me; non quia æternam mihi promisisti, & æturnus sis gloriam, cuius possessionem; sed quia bonus es, dignusque amore, te diligo. Amarem te, etiamsi æternum a celie excluderis me, æternaque felicitate privares. Amo te propter infinitam bonitatem tuam.* Fatemur amorem caritatis Deum ut finem bonum in se spectare, atque sub hac consideratione in eumdem Deum ferri; sed negamus, locoque erroris habemus, caritatem excludere amorem Dei ut est summum bonum nostrum. Quare Innocentius XII. anno 1699. plures hoc de argumento propositiones Archiepiscopi Cameracensis damnavit, quarum duas illuc transcribo. 1. *Datur habitualis status amoris Dei, qui est caritas pura, & sine ulla admixtione motivi proprii interesse; neque timor pœnarum, neque desiderium remunerationum habent amplius in eo partem: non amatur amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in eo amando inveniendam.* 2. *In statu vitæ contemplativæ, seu unitivæ, amittitur omne motivum interessatum timoris, & spei.* En quomodo a vero abludit humana mens, quoties Scripturarum, Patrumque documentis relictis, suis indulget cogitatis. Ideam, notionemque, quam divini amoris nobis Scripturæ, Patresque exhibent, hæc est: *Diligam te Domine fortitudo mea. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.* Psalm.

XVII.



XVII. *Ego ero merces tua magna nimis.* Tu es *Deus meus. Deus hereditas mea.* Deus homines propter se creavit, propter se redemit. Homines sine Deo nihil sunt. Sui destructionem appeterent homines, quoties a Deo se separari vellent. Ille impurus, & mercenarius amor est qui aliud præter Deum postulat. Purus vero, perfectusque amor est qui Deum vult, quia bonus est. Deum nobis volumus, quia ipse se mercedem, ipse coronam nostram constituit. Ille nos filios suos constituit; si filios, & heredes; si heredes, & possessores. Amo ergo te, Pater meus, quia amabilis, quia bonus es. Amo te, ut allequar te, ut quiescam in sinu tuo, ut possideam te hereditatem meam. Audi Augustinum serm. XXXII. *Breviter ergo, fratres, si volumus bene vivere, plus amemus quod promittit Deus quam quod promittit mundus; & plus timeamus quod minatur Deus quam quod minatur mundus ... Itaque fratres habete caritate promissa Dei, & non vos superabunt cupiditates seculi.* Serm. IX. *Propter amorem seculi huius laborant homines in omnibus negotiis. Tu autem in omnibus bonis operibus tuis labora, non propter amorem seculi huius, sed propter sempiternam requiem quam promittit Deus.* In Psal. LXXIX. *Itaque, fratres mei, ad omne vestre factum amor, & timor dicti. Ut facias bene, amas, & times Deum. Ut autem facias male, amas mundum, & times mundum. Hæc duo convertantur in bonum. Amabas terram, ama vitam æternam; timebas mortem, time gehennam ... Ac per hoc sicut omnia insta opera bona timore, & bono amore fiunt; sic malo amore, & malo timore omnia pecrata committuntur.* Tract. III. in Epist. I. Ioan. *Memenrete ergo, fratres mei, quia vitam æternam nobis promisit Christus ... Promissionem vita æterna desiderate.* Hi duo respectus, seu relationes, altera amandi Deum ut bonum summum in se, altera amandi Deum ut est summum bonum nostrum, distinctæ utique sunt, & anima caritatis igne succensa modo sub una, modo sub altera consideratione Deum diligit; sed una alteram non excludit, nec sibi contrariæ sunt. Beguardorum error fuit, satis esse amare Deum in semetipso, amorisque imperfecti esse aliarum virtutum actus exercere. Quem errorem proscripsit Viennense Concilium. In his duobus relationibus amandi Deum in se, & ut est bonum nostrum, ordo servandus est, ut secunda primæ subsit. Nec est quod opponas, nos proprium bonum pluquam Deum diligere, si Deum ut proprium bonum diligimus. Quoniam respondet S. Thomas 2. 2. quæst. XXVI. art. 3. ad 1. *Bonum quidem totius diligit pars, secundum quod est sibi conveniens; non autem ita quod bonum totius ad se referat, sed potius ita quod seipsam referat in bonum totius.* Ut alias dictum, dicendumque sæpius est, voluntas non amat bonum, nisi ut sibi conveniens, sicut docet S. Thomas in III. dist. XXXI. quæst. II. art. 3. At non hinc sequitur ut plus seipsam quam Deum amet; quoniam & se, & omnia in Deum refert. Si plura, & scitu digna scire aves, consule Tractatum amoris divini editum a P. Antonino Massoulie, qui hanc controversiam perdocte exhaurit.

IX. *Consectarium octavum*. Ministri Dei, animarumque Pastores, si gregem suum a vitiis mundum, si animas sibi concreditas ita virtutis via continere, aut a peccatis revocare velint, in his theologicis virtutibus eas exercere curent. Praxim quotidianam fidei, spei, & caritatis fideles suos doceant. Inter opera laboriosa quæ illis post auditam peccatorum sacramentalem confessionem imponere solent, collocent etiam harum virtutum pensum Deo tribuendum. Potissimum qui negligentes fuerunt in implendo maximo mandato, saluberrima illis erit pœnitentia, si eos ad eliciendos actus fidei, spei, & caritatis, his, terque in dies singulos astrinxeris, duxerunt, vel trium hebdomadarum intervallo, plus minusve, prout pœnitentium varia conditio tulerit. Ab hoc amoris exercitio nemo se excuset, sicuti a jejuniis, ab eleemosyna, a cilicio, valet, ut inquit Augustinus. Simul atque flamma hæc cælestis in corde ardet, dulcis, suavisque universæ legis observantia evadit, ut alias dictum, & dicendum sæpius est. *Non est durum, nec grave* (inquit Augustinus serm. XLVI.) *quod ille imperat qui adiutat ut fiat quod imperat. Nam & illud verum est quod dixit: Iugum meum lene, & onus meum leve est. Quidquid enim durum in præceptis, ut sit leve caritas facit. Noramus quanta ipse amor faciat. Plerumque etiam ipse amor reprobus, atque lascivus est. Quanta homines dura perpessi sunt ..... ut pervenirent ad id quod amaverunt?* Serm. CCCXLIII. *Ferte farcimen tuum: quia levis est, si diligis, gravis est, si odisti. Non enim frustra Dominus ait:* Iugum meum lene est, farcina mea levis est. *Levis amanti, gravis neganti.*

X. *Consectarium nonum*. Habes, christiane Lector, explicationem primi, maximique divini

vini mandati amandi Deum. Duo in hac Dissertatione extrema declinare curavi. Alterum eorum qui eo habenas laxarunt, ut ab amoris divini officio homines abducerent, illudentis, atque exitialis benignitatis foco. Alterum eorum qui alio pretextu amplificandæ caritatis, tam severe illius necessitatem pro quolibet actu prædicarunt, ut inter peccata virtutes ipsas caritate destitutas collocaverint. Et quia nihil mihi infestius est quam iniquus rigor, quam imprudens severitas, idcirco latius errorem hunc confutavi. Nolim tamen hinc ansam arripias divini amoris artem negligendi. Præcepti onus, quoad potui, delimivi, frequentiam tamen amoris inculcavi. Amoris mandatum durum est peccatoribus dumtaxat, qui corde carent. Nam vita cordis amor est. Amor cœlestis, & divinus in corde carnali ardere nequit. Cor autem peccantium carnale est, quod deorsum vergit; quod carnis illecebras concupiscit, voluptates amat, mundique oblectamentis totum occupatur. Isti vero qui lampadem cœlestis ignis accensam tenent, oleoque plenam, continenter amore fervent. Quid igitur leveritatem comminiscaris, si dixerimus a viris justis frequenter repetendos actus esse caritatis, ut virtutem roborent, fecundamque efficiant, ut amoris carnalis reliquias penitus aboleant, ut mandatum impleant, ut opera sua omnia in Deum ultimum finem dirigant? Adhuman mandatum esse dixi, ut non semper peccare impios, dum opera honesta edunt, ostenderem; minime vero, ut tegnitiem, ignaviamque tuam foverem. Quamdiu justus fueris, facile mandatum implebis, si frequenti actuum repetione habitum caritatis intensiorem effeceris. Si ignavus, si torpidus, si frigidus amator fueris; pedetentim amoris flamma remittetur, atque ad extinctionem properabit, & peccator evades. Justus ergo, ne in peccata labatur gravia, continenter caritatis officia petagat. Cito peccator resipiscat, ut justus, ut amicus Dei fiat. Caritas animæ gratis sanctificante ornatæ vera cum Deo amicitia est. Vera amicitia in amorem mutuum, in affectus, & suavia colloquia erumpat necesse est: comprimere intus nequit amantis cordis ignem. Quare scite dixit D. Laurentius Justinianus tract. de carit. cap. IX. *Dei amator numerator est optimus: dat quod non potest retinere, ut recipiat quod non potest amittere.* In nobis ego caritas regnet, quam si habuerimus, divites erimus; quia si caream us, nihil, Apostolo teste, sumus. Regnet in nobis caritas, dum peregrinamur a patria, ut in patria æternum ardeat.

# DISSERTATIO V.

## DE CARITATE PROXIMI.

### CAPUT I.

*Recensentur propositiones damnatæ contra caritatem proximi.*

I. QUam male nonnulli recentiores sensierint de caritate in Deum, ostensum superiore disputatione est. Nunc laxiores quas de caritate erga proximum opiniones evulgarunt, promendæ nobis sunt, ut in ipso disputationis limine ab errandi periculo lectorem abducamus. Consuetæ ergo methodo inhærentes, proscriptas theses primum, deinceps nonnullas laxiores Casuistarum opiniones dabimus. Propositiones ab Innocentio XI. proscriptæ in hac meteria sunt sequentes, quas juxta ordinem Decreti Pontificii numeratas transcribam.

10. *Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.*

11. *Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.*

12. *Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illum inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.*

13. *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis: quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.*

14. *Licitum est filio gaudere de parricidio patentis a se in charitate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.*





### CAPUT II.

*Recensentur propositiones laxiores adversus caritatem proximi, quas nonnulli Auctores docuerunt.*

I. MArcus Vidal *in Area de præceptorate caritatis inquis. 1. pag. 25. num. 56. & sequent.* „ Licet DD. communiter asserant, injuria affectum aliquando teneri particularia dilectionis signa inimico exhibere, „ tum ob evitandum scandalum, tum etiam „ quando ex tali signo exhibendo speraretur „ probabiliter salus spiritualis inimici: quia „ si frattem errantem corripere debemus, si „ spes adest illius emendationis, ut illum Domino lucremur; ergo, ut inimicum Deo, „ & nobis reconciliemus, jure cogimur ad „ eum v. g. salutandum, si quidem spes probabilis adest lucrandi illum salutatione nostra:

„ 57. *Nihilominus ego ipse neutrum admitto, neque concedo.* Primo quoad scandalum „ grave, quod his temporibus fere nunquam „ interventt, cum quasi apud omnes in praxi „ habeatur non salutare inimicum, neque cum „ illo loqui: alias væ conscientiis.

„ 58. Quo vero ad secundum dico: Sicut „ ego ipse ... non teneor sub mortali providere saluti spirituali proximi, citra extremam eius necessitatem, cum meo gravi damno temporali ... *ita neque etiam teneor cedere honori meo, & famæ*, quæ sunt bona superioris ordinis quam sunt temporalia „ sub mortali, ut proximi spirituali vitæ provideam extra necessitatem extremam ... „ Sed si quis teneretur exhibere inimico signa „ dilectionis specialia, quando his signis speratur eius tajus spiritualis, etiam teneretur „ cedere honori suo, & famæ citra extremam „ necessitatem.

Auctor ille duo imponit christianæ religionis cultoribus. Alterum quod effutit, quasi in omnibus obtinere morem denegandi salutationem inimicis: alterum quod fiat honoris, & famæ jactura, dum his officiis inimicos amplectimur, ut illorum æternam salutem lucremur. Quis Ethnicorum tam impudenter delirit? Vide *cap. 5. num. 13. hujus disser.*

II. Tamburinus *Lib. V. in Dec. cap. 1. §. 3. num. 29.* „ An filius possit mortem patris „ optare, vel de illa gaudere, non ut malum patris (hoc enim esset odium execrandum) sed ut ipse filius paterna hereditate „ fruatur? An mater possit desiderare mortem filiæ, ne illam alere, vel dotare cogatur? An possit subditus mortem cupere „ sui Prælati, ut prælaturæ ipse succedat, „ vel ut ab eo Prælato sibi infenso liberetur? ..... Si solum desideres, vel cum „ gaudio excipias eiusmodi effectus, hæreditatem, molestiæ carentiam, prælaturam ... „ licite hæc optas, vel amplecteris: quia non „ gaudes de alterius malo, sed de proprio „ bono ..... Si desideres sub conditione, „ facilis est responsio, licite posse. Denique „ si absoluto desiderio, desideres in hunc „ modum: Cupio mortem patris, non ut malum patris est, sed ut causam boni mei, nimirum quia „ ex illius morte ego eius hereditatem adibo; vel sic: Utinam moriatur mea filia, „ nam sic sexcentas sollicitudines excutiam „ &c. Si, inquam sic desideras, major est „ resolvendi difficultas; quia tunc eligis vel„ le male illis, quamvis ut causa tui com„ modi; quod non videtur culpa vacare, & „ ita quidem putat Bonacina ... Nihilominus Castropalus docet contrariam opinionem „ *satis probabilem.*

III. Ferdinandus de Castropalao *tract. 6. disp. 4. punct. 1. num. 11.* „ Nihilominus „ credo, si cum debita moderatione facias, „ te posse absque peccato mortali de vita „ alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illamque inefficaci affectu „ petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale „ emolumentum inde secutum. Sic docere „ videtur Emanuel Sa verb. *Caritas* num. 8. „ ubi absolute docet te posse proximo optare „ malum corporale ad salutem animæ, & „ mortem ob Reipublicæ bonum, & hosti „ tibi alloquia valde nocivo mortem, non „ odio, sed ad vitandum damnum tuum, „ item de morte eius gaudere ob bonum inde secutum. Azor. *1. Part. Lib. III. cap. 12. quæst. 11.* & Bonacina *disp. 3. quæst. 4. punct. ul. num. 7.* affirmant licere matri „ mortem filiarum optare, eo quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas „ juxta sunm desiderium nuptui tradere: & „ idem esse dicunt, si ob illarum causam „ male tractaretur a marito, posset illarum „ mortem optare, ut ab illo damno liberaretur.

IV. Joan. Sanchez *disp. 11. selec. num. 9.* „ Hinc infertur, licere sibi, vel proximo „ optare mortem ob vitandam molestam in„ firmitatem, mendicitatem, vitam pœnalem „ a marito feminæ inflictam, & alia hujus„ gene-

vini mandati amandi Deum. Duo in hac Dissertatione extrema declinare curavi. Alterum eorum qui eo habenas laxarunt, ut ab amoris divini officio homines abducerent, illudentis, atque exitialis benignitatis foco. Alterum eorum qui alio pretextu amplificandæ caritatis, tam severe illius necessitatem pro quolibet actu prædicarunt, ut inter peccata virtutes ipsas caritate destitutas collocaverint. Et quia nihil mihi infestius est quam iniquus rigor, quam imprudens severitas, idcirco latius errorem hunc confutavi. Nolim tamen hinc ansam arripias divini amoris artem negligendi. Præcepti onus, quoad potui, delimivi, frequentiam tamen amoris inculcavi. Amoris mandatum durum est peccatoribus dumtaxat, qui corde carent. Nam vita cordis amor est. Amor cœlestis, & divinus in corde carnali ardere nequit. Cor autem peccantium carnale est, quod deorsum vergit; quod carnis illecebras concupiscit, voluptates amat, mundique oblectamentis totum occupatur. Isti vero qui lampadem cœlestis ignis accensam tenent, oleoque plenam, continenter amore fervent. Quid igitur leveritatem comminiscaris, si dixerimus a viris justis frequenter repetendos actus esse caritatis, ut virtutem roborent, fecundamque efficiant, ut amoris carnalis reliquias penitus aboleant, ut mandatum impleant, ut opera sua omnia in Deum ultimum finem dirigant? Adhuman mandatum esse dixi, ut non semper peccare impios, dum opera honesta edunt, ostenderem; minime vero, ut tegnitiem, ignaviamque tuam foverem. Quamdiu justus fueris, facile mandatum implebis, si frequenti actuum repetione habitum caritatis intensiorem effeceris. Si ignavus, si torpidus, si frigidus amator fueris; pedetentim amoris flamma remittetur, atque ad extinctionem properabit, & peccator evades. Justus ergo, ne in peccata labatur gravia, continenter caritatis officia petagat. Cito peccator resipiscat, ut justus, ut amicus Dei fiat. Caritas animæ gratis sanctificante ornatæ vera cum Deo amicitia est. Vera amicitia in amorem mutuum, in affectus, & suavia colloquia erumpat necesse est: comprimere intus nequit amantis cordis ignem. Quare scite dixit D. Laurentius Justinianus tract. de carit. cap. IX. *Dei amator numerator est optimus: dat quod non potest retinere, ut recipiat quod non potest amittere.* In nobis ego caritas regnet, quam si habuerimus, divites erimus; quia si caream us, nihil, Apostolo teste, sumus. Regnet in nobis caritas, dum peregrinamur a patria, ut in patria æternum ardeat.

# DISSERTATIO V.

## DE CARITATE PROXIMI.

### CAPUT I.

*Recensentur propositiones damnatæ contra caritatem proximi.*

I. QUam male nonnulli recentiores sensierint de caritate in Deum, ostensum superiore disputatione est. Nunc laxiores quas de caritate erga proximum opiniones evulgarunt, promendæ nobis sunt, ut in ipso disputationis limine ab errandi periculo lectorem abducamus. Consuetæ ergo methodo inhærentes, proscriptas theses primum, deinceps nonnullas laxiores Casuistarum opiniones dabimus. Propositiones ab Innocentio XI. proscriptæ in hac meteria sunt sequentes, quas juxta ordinem Decreti Pontificii numeratas transcribam.

10. *Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.*

11. *Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.*

12. *Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illum inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.*

13. *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis: quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.*

14. *Licitum est filio gaudere de parricidio patentis a se in charitate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.*





### CAPUT II.

*Recensentur propositiones laxiores adversus caritatem proximi, quas nonnulli Auctores docuerunt.*

I. MArcus Vidal *in Area de præceptorate caritatis inquis. 1. pag. 25. num. 56. & sequent.* „ Licet DD. communiter asserant, injuria affectum aliquando teneri particularia dilectionis signa inimico exhibere, „ tum ob evitandum scandalum, tum etiam „ quando ex tali signo exhibendo speraretur „ probabiliter salus spiritualis inimici: quia „ si frattem errantem corripere debemus, si „ spes adest illius emendationis, ut illum Domino lucremur; ergo, ut inimicum Deo, „ & nobis reconciliemus, jure cogimur ad „ eum v. g. salutandum, si quidem spes probabilis adest lucrandi illum salutatione nostra:

„ 57. *Nihilominus ego ipse neutrum admitto, neque concedo.* Primo quoad scandalum „ grave, quod his temporibus fere nunquam „ interventt, cum quasi apud omnes in praxi „ habeatur non salutare inimicum, neque cum „ illo loqui: alias væ conscientiis.

„ 58. Quo vero ad secundum dico: Sicut „ ego ipse ... non teneor sub mortali providere saluti spirituali proximi, citra extremam eius necessitatem, cum meo gravi damno temporali ... *ita neque etiam teneor cedere honori meo, & famæ*, quæ sunt bona superioris ordinis quam sunt temporalia „ sub mortali, ut proximi spirituali vitæ provideam extra necessitatem extremam ... „ Sed si quis teneretur exhibere inimico signa „ dilectionis specialia, quando his signis speratur eius tajus spiritualis, etiam teneretur „ cedere honori suo, & famæ citra extremam „ necessitatem.

Auctor ille duo imponit christianæ religionis cultoribus. Alterum quod effutit, quasi in omnibus obtinere morem denegandi salutationem inimicis: alterum quod fiat honoris, & famæ jactura, dum his officiis inimicos amplectimur, ut illorum æternam salutem lucremur. Quis Ethnicorum tam impudenter delirit? Vide *cap. 5. num. 13. hujus disser.*

II. Tamburinus *Lib. V. in Dec. cap. 1. §. 3. num. 29.* „ An filius possit mortem patris „ optare, vel de illa gaudere, non ut malum patris (hoc enim esset odium execrandum) sed ut ipse filius paterna hereditate „ fruatur? An mater possit desiderare mortem filiæ, ne illam alere, vel dotare cogatur? An possit subditus mortem cupere „ sui Prælati, ut prælaturæ ipse succedat, „ vel ut ab eo Prælato sibi infenso liberetur? ..... Si solum desideres, vel cum „ gaudio excipias eiusmodi effectus, hæreditatem, molestiæ carentiam, prælaturam ... „ licite hæc optas, vel amplecteris: quia non „ gaudes de alterius malo, sed de proprio „ bono ..... Si desideres sub conditione, „ facilis est responsio, licite posse. Denique „ si absoluto desiderio, desideres in hunc „ modum: Cupio mortem patris, non ut malum patris est, sed ut causam boni mei, nimirum quia „ ex illius morte ego eius hereditatem adibo; vel sic: Utinam moriatur mea filia, „ nam sic sexcentas sollicitudines excutiam „ &c. Si, inquam sic desideras, major est „ resolvendi difficultas; quia tunc eligis vel„ le male illis, quamvis ut causa tui com„ modi; quod non videtur culpa vacare, & „ ita quidem putat Bonacina ... Nihilominus Castropalus docet contrariam opinionem „ *satis probabilem.*

III. Ferdinandus de Castropalao *tract. 6. disp. 4. punct. 1. num. 11.* „ Nihilominus „ credo, si cum debita moderatione facias, „ te posse absque peccato mortali de vita „ alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illamque inefficaci affectu „ petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale „ emolumentum inde secutum. Sic docere „ videtur Emanuel Sa verb. *Caritas* num. 8. „ ubi absolute docet te posse proximo optare „ malum corporale ad salutem animæ, & „ mortem ob Reipublicæ bonum, & hosti „ tibi alloquia valde nocivo mortem, non „ odio, sed ad vitandum damnum tuum, „ item de morte eius gaudere ob bonum inde secutum. Azor. *1. Part. Lib. III. cap. 12. quæst. 11.* & Bonacina *disp. 3. quæst. 4. punct. ul. num. 7.* affirmant licere matri „ mortem filiarum optare, eo quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas „ juxta sunm desiderium nuptui tradere: & „ idem esse dicunt, si ob illarum causam „ male tractaretur a marito, posset illarum „ mortem optare, ut ab illo damno liberaretur.

IV. Joan. Sanchez *disp. 11. selec. num. 9.* „ Hinc infertur, licere sibi, vel proximo „ optare mortem ob vitandam molestam in„ firmitatem, mendicitatem, vitam pœnalem „ a marito feminæ inflictam, & alia hujus„ gene-

„ generis, dummodo desideretur mors ut a „ Deo infligenda, non ab homine iniuste, „ vel a dæmone. Non enim digna est salus „ tanto dolore; & mors prolongata dicitur „ vita miseriis repleta.

V. Marcus Vidal *in Arca de caritatis præcepto, inquis. 1. num. 85.* „ Advertendum „ tamen, hoc præceptum adimpleri per hoc „ quod nullum malum ut malum proximo „ inferatur: & ideo non est præceptum obli„gans ad habendum actum internum de di„lectione ergo proximum, *cum per se non* „ *pateat proximo sicut Deo*.

VI. Idem Marcus Vidal *ibi num. 88.* „ Colligitur secundo viventes simul in aliquo „ collegio, vel in aliqua religione posse absque „ labe culpæ mortalis denegare simul signa „ particularia amoris, nempe salutationem, „ allocutionem, & his similia. „

VII. Idem Marcus Vidal *ibi num. 87.* „ Colligitur primo læsum non teneri sufti„nere iniuriam, & illam remittere, quan„do id necessarium videtur ad reprimendam „ inimici audaciam; præcipue cum id fiat in „ bonum ipsius inimici.

VIII. Idem Marcus Vidal *inquis. 11. num. 46.* „ Quinta Conclusio. Licitum est, servato „ tamen ordine & forma, optare alteri malum „ temporale ob honestum finem consequendi „ aliquod bonum temporale.

IX. Item *num. 65.* „ Colligitur quarto, „ posse licite alteri imprecari malum tem„porale ex motivo tantum propriæ, vel alie„næ utilitatis, ut est optare alicui infirmi„tatem, ne ludo omnia disiipet, aut mor„tem ob vitandam inopiam, vel molestam „ infirmitatem, aut vitam pœnalem, & „ huiusmodi. *num. 66.* Colligitur quinto, „ posse licite optare mortem alicuius, & de „ illa gaudere ob hereditatem habendam ... „ Nam obiectum huius actus non est malum, „ sed est commodum ex morte consequens, „ quod est bonum, & conforme rectæ ra„tioni, ut supponitur, *Unde mors ipsa con„siderata* ut medium ad tale commodum, & „ sequens ex causis naturalibus, erit quid „ bonum.

## CAPUT III.

*Præcepto divino iubente proximum actu interno diligere.*

I. QUid nomine proximi intelligatur, supra indicatum est. Proximus quippe noster homines sunt supernaturalis beatitudinis capaces, sive iusti sint, sive iniusti, fideles, aut infideles, amici, vel inimici, reprobi, aut prædestinati. Dæmones & creaturæ irrationales absolute non comprehenduntur sub proximo diligendo. Tamen, inquit Angelicus 2. 2. quæst. XXV. art. 11. *ex caritate diligimus irrationales creaturas, inquantum volumus eas permanere ad gloriam Dei, & utilitatem hominum ... Et per hunc modum & naturam dæmonum etiam ex caritate diligere possumus.*

II. Duo sunt caritatis præcepta. Primum, & maximum, quo diligimus Deum, alterum, quo amamus proximum. Hæc duo gravissima mandata ubique in Scripturis sanctis inculcantur. *Diliges Dominum Deum tuum ... Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet, & Prophetæ.* Matth. XXII. Hoc idem docent alii Evangelistæ. D. Ioannes cap. XIII. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos.* Hanc dilectionem veluti characterem, atque splendidissimam christianæ professionis prærogativam assignat ibidem. *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* D. Petrus Epist. I. cap. IV. *Ante omnia mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum.* D. Paulus ad Galat. V. *Omnis lex in uno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Item ad Hebr. 13. *Caritas fraternitatis maneat in vobis:* & ad Thessalon. 4. *De caritate fraternitatis non necesse habeo scribere vobis: ipsi enim vos a Deo didicistis ut diligatis invicem.* D. Ioannes Epist. 1. cap. 3. *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte ... Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate ... Hæc est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum.*

III. De fide ergo est dari præceptum diligendi proximum. Præceptum hoc naturale est, quatenus amorem naturalem imperat. Præcepto namque naturali proximum diligere tenemur, prout nobis similis in natura est, cognatus, vicinus, & pluribus aliis citulis. Præcepto autem divino eum diligere affingimur amore supernaturali, & caritatis. Suarez *Disp. V. sect. 4.* tribuit Caietano opinionem, qua docuerit præceptum diligendi proximum non obligare ad amorem supernaturalem. Quid in expositione super Deu-



Deuteronomium docuerit Caietanus, non vacat in præsens expendere. Hic sane in commentariis in D. Thomam oppositum docet.

IV. Quæst. I. *Præceptum istud obligat ne ut peculiaribus actibus internis proximum diligamus?* Resp. Omnes qui negant speciale præceptum amandi Deum, potiori iure negant peculiare mandatum diligendi proximum actibus internis. Pro hac opinione laudat Leander *tract. 4. disp. 3. quæst. 4.* Hurtadum *disp. 4. difficult. 2.* Valquium *tract. de panit. quæst. 90. art. 1. dub. 4.* Suarium *disp. 5. sect. 4.* Molinam *I. Part. quæst. 63. art. 2. & 3.* Petrum Hurtadum *disp. 174. sect. 6.* Arriagam 2. 2. *disp. 39. sect. 1.* Fagundez *Lib. I. in Decal. cap. 28. num. 3.*

V. P. Castropalaus *tract. 6. disp. 1. punct. 5. num. 3.* laudatam opinionem defendit, atque in illius præsidium citat D. Thomam 2. 2. *quæst. 25. art. 8.* ubi D. Thomas de amore peculiari inimicorum quæstionem versat, decernitque, *ut aliquis diligens Deum, & proximum ob illa generalitate dilectionis proximi inimicos suos non excludat.* Angelicus hic pro certo habet proximum interna diligendum caritate; in qua dilectio inimicorum includi debet. Et hoc clarius explicat ibid. art. 9. *Dicendum, quod affectus, & signa caritatis ex interiori dilectione procedunt, & ei proportionantur. Dilectio autem interior ad inimicum in communi quidem est de necessitate præcepti absolute.* Exteriora beneficia signa interioris dilectionis Angelicus vocat, non solum hic, verum etiam quæst. XXVI. art. 7. in arg. Sed contra. *Interior caritatis affectio debet respondere exteriori affectui.* Similia pluribus in locis habet. Quare mirari latis non subit, quod P. Viva inter argumenta quæ Auctores damnatæ thesis obiiciunt, doctrinam referat D. Thomæ ex loco supra laudato a P. Castropalao.

VI. P. Cardenas fuse versat hanc quæstionem *dissert. VIII.* Vindicias P. Suarez instituit *cap. II.* adversus Filgueram, qui Auctoribus sententiæ proscriptæ P. Suarez accenset. Ad hoc quod attinet, nihil ad nos. Cardenas *cap. III.* D. Thomæ hoc de argumento mentem exponit. Auctorem hunc plurimi semper facio tum ob ingenii acumen, tum ob pietatem quam in scriptis suis prodit. Hic tamen duo docet quæ mihi falsa sunt. Alterum est quod doctrina D. Thomæ nec nihilum distat a sententia Castropalai. Hoc vero cuique legenti Castropalaum quam sit falsum apparebit. Alterum est quod P. Cardenas contendit, D. Thomam docere præceptum hoc caritatis non obligare nos ad actum interiorem amoris erga proximum, nisi in articulo necessitatis: quod quanti sit falsum, infra palam faciam.

VII. His breviter delibatis propositæ quæstioni respondeo, nos teneri actu interno caritatis vi præcepti divini proximum diligere. Contraria sententia proscripta est in his duabus propositionibus. 1. *Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.* 2. *Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.* Doctrina ergo Ecclesiæ est, nobis diligendum esse proximum actu interno, & formali. Hanc doctrinam D. Thomam docuisse ostensum est supra. Eam docet Augustinus tract. VIII. in Epist. Ioan. post medium. *Videte quanta opera facit superbia. Ponite in corde quam similia faciat, & quasi paria caritati. Pascit esurientem caritas, pascit & superbia; caritas, ut Deus laudetur, vestit nudum, vestit & superbia: ieiunat caritas, ieiunat & superbia: sepelit mortuum caritas, sepelit & superbia ... Sed interior caritas tollit locum malæ agitatæ superbiæ .... Audeo aliquid dicere, sed non ego, Paulus dixit. Maritur caritas, id est homo habens caritatem confitetur nomen Christi, dicit ad martyrium: confitetur & superbia, ducit ad Martyrium: ille habet caritatem, ille non habet caritatem. Sed audiat ab Apostolo ille qui non habet caritatem:* Si distribuero omnia &c. ... *Ergo Scriptura divina intro revocat a iactatione huius faciei forinsecus; & ab ista superficie quæ iactatur ante homines, revocat nos intro. Redi ad conscientiam tuam: ipsam interroga. Noli attendere quid floret foris, sed quæ radix est interna. Radicata est cupiditas: species potest esse bonorum factorum, vere opera bona operata esse non possunt. Radicata est caritas: fructus esto: nihil male procedere potest.* Alios Patres mitto brevitatis ergo, & rationem quam indicat Augustinus, clarius explico.

VIII. Opera exteriora mortua sunt ad vitam æternam, nisi caritate vivificentur, ut ex Apostolo probat Augustinus. *Si caritatem non habuero, nihil mihi prodest.* Ergo exteriora opera liberalitatis, beneficentiæ erga proximum inepta sunt ad implendum præceptum illud divinum quo iubemur proximum diligere. Accedit quod eodem, proportione servata, modo teneamur diligere proximum ac Deum. Similitudo utriusque præcepti id perspicue manifestat. Sed Deum tenemur diligere actu interno. Ergo & proximum. Eiusdem quippe speciei est caritas

qua

qua diligimus Deum, & proximum. Interno itaque tum naturali, tum supernaturali amore proximum diligere tenemur. Idque extra controversiam nunc est inter Theologos. Oppolita enim opinio proscripta est in duabus recentitis propolitionibus ab Innocentio XI.

IX. Quæst. II. *Actus quo diligere iubemur proximum, debet ne esse distinctus ab actu amoris quo Deum diligimus?* Resp. Negant plures recentiores, ut Castropalaus *lor. cit. num.* 4. ubi laudat pro hac sua opinione D. Thomam (fallo tamen) Suarez, Lorcam, Ægydium: quibus addi possunt, inquit Leander, Banncz, Ledesma, Arriaga, & ipse Leander, & alii plures. Hæc opinio, si absolute spectetur, mihi improbabilis, & falsa omnino est. Quoniam duo sunt præcepta distincta, quorum alterum Dei, alterum proximi amorem iubet. Duobus ergo distinctis actibus duo hæc præcepta implenda sunt. Quod manifestius fiet, si adverteris, divinam bonitatem esse utique rationem *sub qua* proximus diligitur; iecus *quæ* in proximo diligitur. Deus obiectum primarium; proximus secundarium est caritatis. Quare trifariam, ut animadvertit Franciscus Sylvius, dilectio proximi propter Deum considerari potest. Primo propter Deum sicut ob causam formalem talis dilectionis. Secundo propter Deum ut causam movcntem. Tertio propter Deum ut causam finalem. Verum utique est illum qui diligit Deum super omnia ex toto corde, virtualiter proximum diligere: quæ veritas Deo sane perpecta est. Nihilo tamen secius distinctum præceptum primo simile nobis imponit, proximum diligendi. Hoc expresse docet Augustinus Lib. I. De doct. christ. cap. xxx. *Sed quoniam excellentior, ac supra naturam nostram est divina substantia, præceptum quo diligimus Deum, a proximi dilectione distinctum est. Ille enim nobis præbet misericordiam propter suam bonitatem, nos autem nobis propter illius: idest, ille nostri misereturi, ut se perfruamur; nos vero invicem nostri misereamur, ut illo perfruamur.* Lege eumdem *Lib. VIII. de Trin. cap.* 7. ubi lusius rem hanc tractat. Quapropter adeo mihi vera est hæc quam defendo, sententia, ut contraria videatur, salvo meliori iudicio, proscripta in laudata propolitione 1. *Non teneamur proximum diligere actu interno, & formali*. Damnata ergo est doctrina illa quæ asserit nos non teneri proximum diligere actu interno, *& formali*, sed tantum *actu virtuali* in amore Dei *formali* contento. Hoc idem docet contraria quam impugnamus, opinio. Ergo proscripta videtur. Amore ergo non modo interno, sed expresso, & formali proximum diligc.

X. Quæst. III. *Obligat ne per se hoc præceptum ad proximi dilectionem?* Resp. Negant plures recentiores necessitatem amoris erga proximum, necessitate gravi iublata, Et, quod non modicam ingerit admirationem, P. Magister Milante, regius in Neapolitana universitate Professor, mihique amicitiæ fœdere iunctus, in luis exercitationibus, in quibus laxas recentiorum opinationes confutare intendit, ab instituto recedere aliquantulum videtur. In commentariis quippe in hanc de amore proximi proscriptam thesim hæc scribit. *Advento tamen hoc ex Cardinali Caietano, cæteisque S. Thomæ discipulis, quod quum præcepta affirmativa non obligent nisi in casu necessitatis, & præceptum dilectionis proximi huiusce sit conditionis, satis est quod homo sit in præparatione animi* &c. Pace viri amicissimi, hæc doctrina mihi non probatur. Præceptum amandi Deum adfirmans est, & tamen extra casum necessitatis expellendi odium, non assentiendi blasphemiis, obligat. Idem de amore proximi dicendum esse demonstrabimus. Forsasse vir doctus de amore proximi particulari, & non de proximo absolute accepto loqui voluit. Hæc tamen adnotare volui, ne traducant me exterorum exaggeratc, domesticorum vero dissimulare opiniones ad laxitatem declinantes.

XI. Ut perspicue quæstioni respondeamus, distinctione opus est. Si sermo sit de proximo in communi, certum est nos teneri actu interno formali, & *per se* proximum diligere. Hoc a nemine negari iure valet. Præcepta quippe divina absolute, & per se obligant; servata tamen cuiusque præcepti natura, & conditione. Hanc sententiam non tam demonstrat, quam ut certam supponit Angelicus 2. 2. *quæst. xxv. art.* 8. ubi ait: *Alio modo potest accipi dilectio inimicorum quantum ad naturam, scilicet in universali; & sic dilectio inimicorum est de necessitate caritatis, ut scilicet aliquis diligens Deum, & proximum, ab illa generalitate dilectionis proximi inimicus suos non excludat.* Præceptum ergo divinum imperat proximum in communi diligere actu formali, & per se, præcita quacumque necessitatis circumstantia. Si sermo sit de proximo in particulari, convenit quoque inter Theologos amandum esse necessitate tantum urgente; dissidium vero inter ipsos est, amandus ne tunc sit per se, an per accidens. Sed ad hoc quod attinet, subscribo Patri





Patri Cardenas asserenti *loc. cit. num.* 29. quæstionem hanc plurimum hominis habere. Quapropter nec ab eodem dissentio, quod ille, aut hic homo non debeat a nobis amari actu per se, & absolute, seu præcita necessitate aut illi succurendi, aut odii contra illum deponendi, ut docet Angelicus loc. cit. *Ut aliquis in speciali moveatur modo dilectionis in inimicum: & ipsud non est de necessitate caritatis absolute.* Quod porro amor quo proximus in omnium sententia diligendus est, urgente necessitate aut sublevandæ illius inopiæ, aut odii deponendi, aut dissidii componendi *per se*, aut *per accidens* vocari debeat, non valde laborabo, ut nuam præ alia pluralim suadeam. Cardenas *per se* tunc mandatum amorem præcipere defendit, & eo sensit in quo explicat suam opinionem, illa vera est. Quoniam in eventu sublevandæ gravis necessitatis, qua proximus premitur, non solum urget debitum externus succurendi, sed etiam interius amandi: ergo in hoc casu est obligatio *per se* amandi. Idemque dicito de casu odii deponendi. Concedunt alii Theologi amandum tunc esse proximum actu formali interno; sed quia amatur aut propter odium vitandum, aut propter necessitatem levandam, contendunt obligationem tunc *per accidens*, ideit propter occurrentem necessitatis casum, urgere. Si presse inhærendum sit vocabulorum significatui communiter recepto, hic secundus dicendi modus præferendus videtur. Prior tamen universalius obtinet: & quia res est de nomine, quisque in suo abundet sensu; duntmodo tamen omnes in hoc conveniant quod proximus et iam in particulari, nedum in communi, actu formali interno diligendus sit in casibus aut odii deponendi, aut necessitatis sive spiritualis, sive corporalis sublevandæ.

XII. Quæst. IV. *Præceptum istud quo iubemur per se proximum in communi, amore interno, & formali prosequi, frequenter ne obligat?* Resp. Præceptum hoc adfirmans est, quemadmodum illud amandi Deum. Recentiorum plures contendunt, ut superius indicavimus, præcepta adfirmativa in casibus duntaxat necessitatis obligare: quæ doctrina absolute accepta falsa est, & in proclens proscripta; cum definitum sit Deum *per se*, quacumque exteriori circumstantia necessitatis iublata, amandum esse. Omnes ergo nunc Theologi fateri debent, amandum esse proximum, ut probavimus, per se, & absolute. De frequentia actuum quibus illum diligere astringimur, dissidium esse potest. Quæ a nobis de frequentia amoris Dei dicta sunt, proportione servata, de frequenti amori proximi dicenda videntur. Primum ergo tamquam proscriptam opinionem iencimus illam quæ asseret infra quinquennium hoc mandatum per se non urgere. Secundo ut certum constituimus, semel saltem in anno mandatum hoc obligare. Salmanticenses *tract.* 12. *cap.* VI. *punct.* 2. *num.* 17. plures ero hac sententia, quam & ipsi defendunt, citant. Nec video quod oppolitum defendi queat. P. Paulus a Lugduno *tract.* IV. *differt.* 2. *art.* 1. scribit non videri peccato immunem eum qui per mensem integrum actum amoris in proximum non eliceret. Idem asserunt Cardenas, Antoine, & alii de amore Dei. Ut diximus explicantes mandatum primum amoris divini, tempus definiri certo nequit iustus obligationis. Scriptura sanctæ continuam nobis caritatem, qua mutuo diligamur, commendant, iubentque. *Vigilate in obsequio ipsius caritatem continuam habentes.* Consule textus quos supra allegavimus. Hanc tam frequenter inculcavit Evangelista Ioannes, ut faltidium quodammodo discipulis ingesserit, hanc unicam caritatem illorum auribus repetendo, subdens, quod si invicem se dilexerint, legem impleverint. Porro si Scriptores sacri tanto fervore, tantaque verborum emphasi, & efficacia caritatis suadent, imperantque exercitium, ut nihil præter caritatem iubere videantur; quis dixerit, aut raro, aut vix in annum semel obligare? Quoties ergo in annum obligat mandatum illud? In eam ego propendo sententiam quæ a culpa gravi eum non eximit qui per mensem hunc omitteres amorem. Et quia in iis sumus de quibus certam ferre sententiam non valemus, illud suadeo quod sancto Dei verbo propinquius videtur. Continuam nobis caritatem Scriptura præcipiunt. Tam frequenter ergo actus amoris repetendi nobis sunt, ut moralis quædam continuata caritatis flamma in cordibus nostris ardeat, ut iam iam amplius constabit.

XIII. Quæst. V. *Quoties præceptum istud obligat per accidens?* Resp. I. Urget, dum gravis odii tentatio animum pullat, oppositusque amor opportunum remedium existimatur. Plures docent tunc præceptum obligare *per se*. Sed dissidium nullius momenti est. II. Dum astringimur proximo periclitanti succurrere, aut quacumque gravi necessitate, sive in spiritualibus, sive in corporalibus presse sum levare. Lex quippe caritatis absque actu interno servari nequit. Non approbo quod docet laudatus Paulus a Lugduno *loc. cit.* videli-

cet, non violare hoc præceptum illum qui solo naturalis misericordiæ affectu proximo egenti subveniret. Quod aliquando id evenire possit, non renuo: & si frequenter occurreret subleyandæ necessitatis occasio, tunc haud esset necesse illum ut in officiis singulis cælestis amoris adhuc eliceret. Ceterum absolute hoc fiare nequit. Alioquin contingere posset ut semper quis naturali misericordia motus proximo indigenti suppetias ferret: quo posito, nunquam divinum mandatum executioni mandaret. III. Dum gravis injuria sive in bonis famæ, sive in bonis animæ, vel corporis proximo infertur, ob quam gravissime turbatur, & affligitur. IV. Dum proximus in extrema necessitate positus nostro eget consilio, auxilio spirituali, aut temporali. In hac necessitate astringimur minere incautum, imminentia pericula patefacere, sacramenta ministrare, fures, feras proximi bona devastantes abigere, ignem comburentem domum, aut quid aliud extinguere.

XIV. Quæst. VI. *Quia significat præceptum urgere ad proximi dilectionem in particulari quantum ad promptitudinem animi?* Resp. Omnes cum D. Thoma Theologi docent, nos paratum habere animum debere ad diligendum quemcumque hominem in singulari, si necessitas occurreret. Varias necessitatis species quas occurrere contingit, modo explicuimus. Quid hæc animi promptitudo præferat, declarandum nunc est. Porro hæc promptitudo in hoc sita est quod animus noster reapse caritate ardeat erga proximum tuum in communi. Ab hac communitate neminem excludit caritas illa. Scire ne aves, utrum tibi caritas insit erga proximum tuum in communi? Hanc quippe caritatem facile iactare potes. Vide, promptus ne sis in occasione vel oblatæ, vel acceptæ injuriæ ad diligendum fratrem tuum in singulari. Qui amare recusat hos, aut illos occasione data, proximum reipsa non diligit. Quoniam promptitudo animi ad diligendos fratres nostros singulos, effectus est caritatis erga proximum in communi. Caritas illhæc in animo imprimit hanc dispositionem, inclinationem, præparationemque: relinquit in sinu cordis ignis scintillas, quæ, occasione oblata, continuo accenduntur.

XV. Ex his colligo, quam plena periculi sit, &, ut ego quidem arbitror, falsa opinio plurium recentiorum (quos inter Constantinus Roncaglia *tract. VI. cap. II.*) qui nulla dilectione adhibita scribunt, præceptum diligendi proximum non urgere nisi in casibus necessitatis. Quæ sane opinio falsa est, si de proximo in communi intelligatur; immo hoc in sensu proscripta. Nisi enim, ut diximus, ardeat caritas erga proximum in communi, quomodo accendi illico valet, ut huic, vel illi proximo, etiam inimico, urgente necessitate succurrat?

XVI. Quæst. VII. *Utrum teneamur elicere actum dilectionis erga proximum, quoties ut præcepti astringimur eleemosynam illi impertire, vel errantem corrigere?* Resp. Negat Arriaga *t. 2. disp. XXXIX. sect. 1.* Leander *tract. IV. disp. VII. qu. X.* cum Ægydio docet, nos non teneri nisi in iis actionibus quæ præstari nequeunt nisi virtute caritatis. Nostra responsio ex iis quæ fusius disputavimus, patet. Præceptum caritatis frequenter obligat: ideo frequenter eleemosynam ex amore caritatis impartiri debemus. Si singulis diebus occurreret necessitas proximi subleyandi, & Christianus naturali misericordia motus opem illi ferret; non ideo peccaret contra præceptum caritatis. Quæ non ideo dico, ut segnitiem tuam in exercitio caritatis foveam sed ut, quoad fieri potest, tuæ consulam tranquillitati. Cura tamen ut sollicitus sis in ordinandis tuis bonis operibus caritatis nuptiali vestæ, quæ spiritu divino magnopere placet.

## CAPUT IV.

*Quomodo diligere proximum debemus sicut nosmetipsos. Regulæ servandæ in dilectione proximi.*

I. Si pauliulum prolixior fuero in exponenda erga proximum caritate, D. Ioannes Evangelista mei excusationem fomet, qui tam longo sermone hanc nobis caritatem commendavit. *Omnis enim lex* (inquit *Lib. VIII. de Trinit. cap. VII.* ex D. Paulo Augustinus) *in uno sermone impletur, in eo quod scriptum est: Diliges proximum tuum tamquam teipsum: & in Evangelio: Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines bona, ita, & vos facite illis.* Hæc est enim lex, & Prophetæ. *Et plerague alia reperimus in litteris sanctis, in quibus sola dilectio proximi ad perfectionem præcipi videtur; & taceri de dilectione Dei, cum in utroque lex pendeat, & Prophetæ. Sed & hoc ideo, quia & qui proximum diligit, consequens est ut ipsam præcipue dilectionem diligat. Deus autem dilectio est; & qui manet in dilectione, in Deo manet.*

II. Porro, ut particulam illam *sicut te ipsum* perspicue explicemus, D. Thomæ verba ilthuc transcribenda sunt ex 2. 2. quæst. XLIV. art. 7. *Modus autem dilectionis tangitur cum dicitur*, Sicut te ipsum: *quod non est intelligendum*



*dum quantum ad hoc quod aliquis proximum sibi æqualiter diligat, sed similiter sibi. Est hoc tripliciter. Primo quidem ex parte finis, ut scilicet aliquis diligat proximum propter Deum, sicut seipsum propter Deum diligere debet: & ut sic sit dilectio proximi sancta. Secundo ex parte regulæ dilectionis, ut scilicet aliquis non condescendat proximo in aliquo malo, sed solum in bono; sicut & suæ voluntati satisfacere debet homo solum in bonis; ut sic sit dilectio proximi iusta. Tertio ex parte rationis dilectionis, ut scilicet non diligat aliquis proximum propter propriam utilitatem, vel delectationem, sed ea ratione quod velit proximo bonum, sicut vult bonum sibi ipsi: ut sic dilectio proximi sit vera.* Hinc denuo colligo, quam abludant a vero illi qui vel ipsius D. Thomæ auctoritate abutuntur, ut falsam illam opinionem de externo, neglecto interno, amore propugnent. Numquid etiam dictum sunt, nos non debere interno amore nosmetipsos diligere? Ex recensita D. Thomæ doctrina nonnullæ regulæ fluunt, seu consectaria in proximi dilectione servanda.

III. *Regula prima.* Proximus diligendus nobis est amore affectivo, & effectivo, qui iuliicet ex corde puro, & conscientia non ficta proficiscens, proximo bona cupit, & pro viribus, & circumstantiis confert. Bona, inquam, vera, & divina. Amor quippe noster mutuus, illius quo nos Christus dilexit, amoris imago, & similitudo esse debet. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos:* Ioan. XIII. Non ideo autem nos Christus dilexit, ut dignitatibus, titulisque nos ornaret, ut divitias terrenas nobis conquireret, ut deliciis, mundique illecebris nos saturaret; sed ut amicos Dei, suique viva membra nos efficeret, ut sanctis, Deique amatores finceri essemus. Imitari ergo Christi erga nos amorem in proximi dilectione debemus. Amare illum in hunc finem debemus, ut Deo vivat, ut filius Dei sit, ut æternam filiorum hereditatem assequatur. Hæc amore affectivo fratribus nostris ardenter concupiscere debemus. Amore porro effectivo impedimenta quæ illius remorantur salutis negotium, auferenda nobis sunt, nedum nulla eidem imponenda nostris pravis sive operibus, sive consiliis. Opem, auxilia aut opere, aut consilio, quibus in salutis via illum adiuvemus, pro virili parte suppeditare nos convenit.

IV. *Regula secunda.* Fraternæ dilectionis characteres, & prærogativas explicat mirum in modum Apostolus I. Cor. XIII. *Caritas patiens est, benigna est: caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Quoties huic apostolico caritatis speculo me isto, contremiscit animus, torpet lingua, pavet cor, totusque confusus vix oculos sublevare audeo propter dissimilitudinem quam in me conspicio. *Patiens* est caritas in perferendis fratrum nostrorum defectibus, moribus nostris dissimilibus, & sæpe pugnantibus. *Benigna* est in conversatione illius, inque illius æterna curanda salute. *Non æmulatur* neque aperte, neque occulte, nec per cuniculos, sive proximi merita silendo, sive illius virtuti aut derahendo, aut subtiliter labes, & umbras aspergendo, eiusque prosperitati nullo modo invidet. *Non agit perperam*, ullas illi fraudes intentando; aut impedimenta quibus illius felicitatis cursum abrumpat, iniiciendo. *Non inflatur* ob qualique dotes sive corporis, sive animi, sive divitias, sive nobilitatem, animique magnitudinem. *Non est ambitiosa*, ut in proximum arroganter dominetur. *Non quærit quæ sua sunt*; sed hæc postliabet, ut proximo egenti succurrat, ut eius infirmitatem, necessitatemque levet. *Non irritatur* lacessita, ut vindictam sumat, aut quidpiam mali rependat. *Non cogitat malum*, sed omnia in bonam partem interpretatur, salva tamen semper veritate. Ideo subditur: *Non gaudet super iniquitate*, sed peccata, & vitia detestatur, lacrymisque deflet: quia *congaudet veritati*. Hanc veritatem omnibus præstet, de hac gaudet, in hac sibi complacet. Demum *omnia suffert*, ut vitam assequatur æternam: *omnia credit* ob auctoritatem Dei revelantis, & Ecclesiæ proponentis: *omnia sperat* innixa omnipotentiæ divinæ auxiliantis: *omnia sustinet* ob desiderium æternæ felicitatis. Audiamus D. Augustinum *tract. XV. in Ioannem* explicantem illud, *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem:* ubi hæc scribit S. Doctor. *Nonne erat hoc mandatum in antiqua Dei lege, ubi scriptum est:* Diliges proximum tuum tamquam teipsum? *Cur ergo novum appellatur a Domino, qui tam vetus esse convincitur? An ideo est mandatum novum, quia exuto vetere homine nos hominem novum? Innovat quippe audientem, vel potius obedientem, non omnis, sed ista dilectio, quam Dominus mandat, & ut a carnali dilectione distingueret, addidit:* Sicut dilexi vos .... *Dilectio ista nos innova-*

*tur, ut simus homines novi, heredes testamenti novi, cantores cantici novi. Hæc dilectio, fratres carissimi, antiquos etiam tunc justos, tunc Patriarchas, & Prophetas, sicut postea beatos Apostolos innovavit, ipsa & nunc innovat gentes, & ex universo genere humano, quod diffunditur toto orbe terrarum, facit, & colligit populum novum, corpus novæ nuptæ Filii Dei unigeniti Sponsæ, de quâ dicitur in Cantico canticorum:* Quæ est ista quæ ascendit dealbata? .... Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis, *non sicut se diligunt qui corrumpunt; nec sicut se diligunt homines, quoniam homines sunt; sed sicut se diligunt, quoniam dii sunt, & filii Altissimi, ut sint filii ejus unici fratres, ea dilectione invicem diligentes qua ipse dilexit eos, perducturus eos ad illum finem qui sufficiat eis, ubi satietur in bonis desiderium eorum. Tunc enim aliquid desiderio eorum non deerit, quando omnia in omnibus erit.* Et paullo infra: *In hoc cognoscent, inquit, omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem; tamquam diceret: Alia munera mea habent vobiscum etiam non mei, non solum naturam, vitam, sensus, rationem, & eam salutem quæ hominibus, pecoribusque communis est, verum etiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum pauperibus, & traditionem corporis sui, ut ardeant; sed quoniam carnalem non habent, ut cymbala concrepant, nihil sunt, nihil illis prodest. Non ergo in illis, quamvis bonis, numeribus meis, quæ habere possunt etiam non discipuli mei; sed in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem. O Sponsa Christi pulchra inter mulieres! ædealbata ascendens; & incumbens super fratruelem tuum: quoniam eritis homine illustrati, ut candeat, eius adiutorio fulciris, ne cadas.*

V. *Regula tertia.* Præcipua officia caritatis fraternæ describit Apostolus cap. VI. ad Galatas: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* In hac mutua infirmitatum nostrarum tolerantia magnopere splendet christiana caritas. Singuli nostris laboramus defectibus. Nemo est qui displicendi occasionem alteri non præbeat, & ab eodem non recipiat, temporum varietate. Ut ergo pacis vinculo & Christo, & nobiscum agglutinemur, sola caritas quæ propter Christum omnia tulit, hanc cordium coniunctionem inducere, & conservare valet. Augustinus *Lib.* LXXXIII. *quæstionum quæst.* LXII. hæc officia fusius explicat. *Huius autem dilectionis officium est invicem onera nostra portare. Sed hoc officium, quod sempiternum non est, perducet sane ad beatitudinem æternam: in qua nulla erunt nostra onera quæ invicem portare iubeamur. Nunc vero, cum in hac vita, id est in hac via, sumus, onera invicem nostra portemus, ut ad eam vitam quæ caret omni onere, pervenire possimus.* Non tibi displiceat exemplum audire quod de cervis subiicit, ut animos nostros erigat ad ferenda fratrum onera. *Sicut enim de cervis nonnulli talium cogitationum studiosi scripserunt, cum fretum ad insulam transeunt pascuorum gratia, sic se iudicant, ut onera capitum suorum, quæ gestant in cornibus, super invicem portent; ita ut posterior super anteriorem cervice proiecta, caput collocet. Et quia necesse est unum esse qui ceteros præcedens, non ante se habeat cui caput inclinet; verbibus id agere dicuntur, ut lassatus sui capitis onere ille qui præcedit, post omnes redeat, & ei succedat, cuius ferebat caput, cum ipse præiret. Ita invicem onera sua portantes fretum transeunt, donec veniant ad terram stabilem. Istam fortasse servatum naturam intenderat Salomon cum ait:* Cervus amicitiæ, & pullus hœdarum tuarum colloquantur tecum. *Nihil enim sic probat amicum, quemadmodum onerie amici portatio. Nec tamen invicem onera nostra portaremus, si unum tempus esset infirmitatis amborum, qui onera sua sustinent, aut unum infirmitatis genus; sed diversa tempore, & diversa genera infirmitatis faciunt ut onera nostra portare invicem valeamus. Verbi gratia, iram fratris tui tunc portabis, cum tu adversus eum non irascerit, ut rursus eo tempore quo te ira præoccuparerit, ille te lenitate, & tranquillitate sua supportet. Hoc exemplum ad id pertinet, cum diversa sint tempora portantium onera sua; quamvis ipsa diversa non sit infirmitas: in quibus enim ab invicem ira portatur. Ad diversum autem infirmitatis genus aliud exemplum videndum est. Veluti si quis loquacitatem in se vicerit, & pertinaciam nondum vicerit; alius vero adhuc loquax sit, sed iam pertinax non sit: debet ille huius loquacitatem, & iste illius pertinaciam, donec illud in illo, & hoc in isto sanetur, caritate portare. Parquippe infirmitas in duobus si uno accidat tempore, tolerare se invicem non valent, cum adversum se intendunt. Nam adversus aliquem tertium & duo irati sibi conveniunt, & se tolerant; quamquam nec tolerare se invicem dicendi sunt, sed potius se invicem consolari; sicut & tristes de re una magis se portare, & quasi incumbant sibi, quam si unus tristis esset, & alius gau-*



*gauderet .... Neque ulla res officiosum istum laborem ad portanda onera aliorum facit libentier impendi nisi, cum cogitamus quanta pro nobis pertulerit Dominus .... Huic cogitationi accedit etiam alia cogitatio: quia ille suscepit homines, nos autem homines sumus: & considerare debemus quod egritudinem sive animæ, sive corporis, quam in alio homine videmus, etiam nos habere potuimus, aut possumus. Hor ergo exhibeamus illi cuius infirmitatem portare volumus, quod ab illo nobis vellemus exhiberi, si forte nos in ea essemus, & ille non esset. Ad hoc pertinet quod ipse Apostolus ait:* Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem .... *Deinde etiam illud cogitandum, nullum esse hominem qui non possit habere aliquod bonum quod tu nondum habes, etiamsi lateat, in quo sive dubio possit te esse superior: quæ cogitatio ad contundendam, edomandamque superbiam valet .... Iste cogitationes deprimentes superbiam, & acuentes caritatem, faciunt onera fraterna invicem non solum æquo animo, sed etiam libentissime sustinere. Nullo modo autem de homine incognito ferenda sententia est, & nemo nisi pœ amicitiam cognoscitur. Et ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia bona eorum nos delectant, & tenent. Nullius itaque repudianda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam, non ut statim recipiatur, sed ut recipiendus optetur, atque ita tractetur ut recipi possit. Illum enim receptum in amicitia nostra possumus dicere cui omnia consilia nostra refundere audemus.* Monitum tamen laluberrimum adiicit S. Doctor, quod altius mente repositum teneas velim. Est autem sequens.

VI. *Sæpe autem qua bona sunt, prius apparent: in quibus etiam temerarium benevolentiæ iudicium cavendum est, ne cum totum bonum putaveris, ea quæ postea mala apparuerint, securum, & imparatum te inveniant, & gravius offendant; ut eum quem temere diligeras, acerbius oderis, quod nefas est; quia, etiamsi nulla eius bona præcederent, & hæc quæ postea apparuerunt mala, prius eminerent, tolleranda tamen erant, donec omnia cum illo ageres quibus talia sanari solent: quanto magis cum ea bona præcesserunt quæ tamquam pignora nos debent ad posteriora tolleranda constringere? Ipsa est ergo lex Christi, ut invicem onera nostra portemus.*

VII. *Regula quarta.* Ex his facile colliges, quam verum sit a dilectione Dei, & proximi universam pendere legem, & Prophetas. Si enim sincere diligis Deum, illius mandata servas. Si proximum revera amas, omnia officia æquitatis, beneficientiæ, hospitalitatis, iustitiæ erga ipsum exerces. Ea quippe illi tependis quæ tibi ab illo præstari velles. Et, quod tibi fieri nolles, neutiquam illi facies. Quoniam ergo numquam tu decipies in contractibus, opprimi in foro, derelinqui in angustiis, calumniari, traduci, aut damnum aliquod subire, fraudibus circumveniri, dolo capi, aut quid simile pati vis; nihil quoque eiusmodi proximo tuo inferre audebis, quoties illum Christi caritate dilexeris. Ea, ut verbo dicam, memoria fratrem tuum qua ipse remetiendus esse cupis. Si hæc sola Christi regula profundius insculpta animis nostris esset, plurium Canonistarum, & Theologorum immensa volumina, quæ, ut morum animæ, corporisque bonorum controversias dirimerent, composuerunt, flammis addici possent absque ullo dispendio.

VIII. *Regula quinta.* Nonnulli pii, devotique homines, & mulieres sollicitudine, & anxietate torquentur super divina dilectione. Vix umquam tersupulis anguntur circa proximi dilectionem. Universa eorum anxietas ad Dei amorem restringitur, se non amare Deum verentur. Sit ne eorum amor naturalis, an divinus, ancipites hærent. Porro unicum fere argumentum indicans in nobis ardere Dei amorem est amor ipsius proximi. Tibi, & mihi illudere vales, iactans te amatorem Dei. Si dixeris, te amare Deum, fallitatis revincere te minime valeo, nisi ostendendo te proximum tuum aut odio habere, aut opere non diligere. Si ergo nosse cupis, ardeat ne in corde tuo amor Dei, vide qualis sit amor tuus erga proximum. Duo hæc mandata ita coniuncta sunt, ut unum consistere sine altero nequeat. Audi Augustinum exposit. Epist. ad Galat. num. 45. *Cum ergo in duobus præceptis dilectionis Dei, & proximi perfecta sit caritas, cur Apostolus solum proximi dilectionem, commemorat? nisi quia in dilectione Dei possunt mentiri homines, quia rariores tentationes eam probant; in dilectione autem proximi facilius convincuntur eam non habere, dum intque cum hominibus agunt. Consequens est autem ut qui ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente Deum diligit, diligat & proximum tamquam seipsum: quia hoc iubet ille quem ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligit. Item diligere proximum, idest omnem hominem, tamquam seipsum quis potest, nisi Deum diligat, cuius præcepto, & dono dilectionem proximi possit implere? Cum ergo utrumque præceptum ita sit, ut neutrum sine altero pos-*

*sit teneri; etiam unum horum commemorare plerumque sufficit, cum agitur de operibus iustitiæ; sed opportunius illud de quo quisque facilius convincitur. Unde & Ioannes dicit:* Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? *Meminerimus enim quidam dilectionem Dei se habere; & de vero fraterno eam non habere convincebantur, de quo iudicare in quotidiana vita, & moribus facile est.* In id ergo incumbe ut amor tuus in proximum sit sincerus, fervens, secundus, & constans, modo in suppetiis exeuti ferendis, modo in eius defectibus dissimulandis, modo in eius erroribus placide corrigendis. Et ita in proximum genuinus amor muniter certum faciet te amore quoque Dei flagrare, Quippe amor in proximum fructus est amoris in Deum.

## CAPUT V.

*Ordo in caritate servandus. Variæ quæstiunculæ solvuntur.*

I. PRolixam quæstionem instituit D. Thomas 2. 2. *qu.* XXVI. in duodecim articulos sectam de ordine in caritate servando. Porro ipso *art.* 1. constituit ordinem in caritate servandum: quia ubi principium aliquod est, ibi ordo sit oportet. Caritas autem in Deum tendit tamquam in principium beatitudinis. Ergo in iis quæ ex caritate diliguntur, ordo aliquis secundum relationem ad primum principium elucere debet. Idque Scripturæ sanctæ auctoritate evincit. Cantic. II. *Introduxit me Rex in cellam vinariam: ordinavit in me caritatem.* Sequentibus articulis obiecta recenset quæ servato ordine diligenda sunt, quæque nos iam explicaturi sumus.

II. Quoniam ab amore omnia morum bona pendent, potissimum christiani hominis officium est amorem suum ordinare, & infra honestatis cancellos continere. Si bonus fuerit amor, bona erunt opera quæ hoc reguntur amore; si malus amor, opera mala. Præclare rem hanc edisserit Augustinus Lib. XIV. de Civ. Dei cap. VII. *Recta voluntas est bonus amor, & voluntas perversa malus amor. Amor ergo inhians habere quod amatur, cupiditas est; eoque fruens, lætitia: fugiens quod ei adversatur, timor est; idque si acciderit, sentiens, tristitia est. Proinde mala sunt, si malus est amor; bona, si bonus. Amor itaque ordinatus est evangelica illa arbor bona de qua veritas dicit: Omnis arbor bona facit fructus bonos.* Actuum itaque humanorum œconomiam universam, tamquam præcipua regula, amor regit. Plurimi ergo interest prænotiones ordinati, inordinatique amoris exponere.

III. Porro ut summi momenti quæstionem pro dignitate tractemus, primum omnium ipsius amoris notio iterum repetenda est. Angelicus hanc amoris finitionem exhibet. *Ipsa autem aptitudo, sive proportio appetitus ad bonum est amor, qui nihil aliud est quam complacentia boni.* Hinc consequitur amoris obiectum bonum esse, ut conveniens amanti. *Amor* (subdit quæst. XXIX. art. 1.) *est consonantia quædam appetitus ad id quod apprehenditur ut conveniens. Odium vero est dissonantia appetitus ad id quod apprehenditur ut repugnans, & nocivum. Sicut omne conveniens habet rationem boni, ita omne repugnans, inquantum huiusmodi, habet rationem mali: & ideo sicut bonum est obiectum amoris, ita malum est obiectum odii.* Illud ergo serio animadverte, bonum absque ulla ad amantem relatione non esse amoris illius obiectum; sed illud solum bonum amorem excitare nostrum valet quod est nobis conveniens. Id enim quod amandum nobis est, amabile sit oportet; illud autem amabile quod conveniens nobis est. Quare merito Angelicus primam amoris causam in hac mutua, & reciproca aptitudine constituit. Idque penes ipsos Philosophos omnes, paucis Epicureis, convenit. Nonnulla ex Tullio decerpam. *Placet his* (inquit Cato Lib. III. de fin.) *quorum ratio mihi probatur, simul atque natum sit animal (hoc enim est ordiendum) ipsum sibi conciliari, & commendari ad se conservandum, & ad suum statum, & ad ea quæ conservantia eius status diligenda . . . . quod non fieret, nisi statum ipsum diligerent, interitum timerent. Fieri autem non posset ut appeterent aliquid, nisi sensum haberent sui, eoque se, ad sua diligerent. Ex qua intelligi debet principium ductum esse a se diligendi . . . . Prima est enim conciliatio hominis ad ea quæ sunt secundum naturam. Simul autem cepit intelligentiam, vel notionem potius, quam appellant alii, videtque rerum agendarum ordinem, & ut dicam concordiam, multo eam pluris æstimavit quam omnia illa quæ primum dilexerat, atque ita cognitione, & rationc collegit ut statueret in eo collocatum summum illud hominis per se laudatum, & expetendum bonum, quod compositum sit in eo quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellamus conciliationem, si placet.* Sed fusius rem hanc edisserit *Lib. I. de natur. deor.* ubi Velleium Epicuri discipulum acriter insectatur, & refellit, quod naturam in Deo præstantissimam collocaret, dignamque veneratione asseveret, postquam constituerat nullam habere Deum nostrum providentiam, nullamque curam. Quoniam nihil eximium, nihil præstans ea in natura esse potest quæ sua voluptate hæsans, nihil actura sit umquam, neque agat, neque egerit. Quæ porro pietas ei debetur a quo nihil acceperis? Quare sub libri finem hæc in Epicurum contorquet. *Epicurus vero ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum diis immortalibus & opem, & gratiam sustulit. Cum enim optimam, & præstantissimam naturam Dei dicat esse, negat idem esse in Deo gratiam, adeoque tollit id quod maxime propetum est optimæ præstantissimæque naturæ. Quid enim est melius, aut quid præstantius bonitate, & beneficentia? Qua cum carere Deum vultis, neminem Deo, nec deum, nec hominem carum, neminem ab eo amari, neminem diligi vultis. Ita fit ut non modo homines a diis, sed ipsi dii inter se, ab aliis alii negligantur. Quanto Stoici melius, qui a vobis reprehenduntur. Censent autem sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos. Nihil est enim virtute amabilius; quam qui adepti erit, ubicumque erit gentium, a nobis diligetur ... Verius est igitur illud, nimirum quod familiaris omnium nostrum Posidonius disseruit in libro quinto de natura deorum, nullos esse deos Epicuro videri, quoque is de diis immortalibus dixerit, invidiæ devitandæ gratia dixisse: neque enim tam desipiens fuisset, ut homunculis similem Deum fingeret, lineamentis duntaxat extremis, non habitu solido; membris hominis præditum omnibus, usu membrorum ne minimo quidem; exilem quemdam, atque perlucidum, nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, nihil agentem: quæ natura primum nulla esse potest: idque videns Epicurus, re tollit, oratione relinquit deos. Deinde, si maxime talis est Deus, ut nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur, valeat. Quid enim dicam, Propitius sit? Esse enim propitius potest nemini, quoniam ut dicitis, omnis in imbecillitate est & gratia, & caritas.*

IV. Hæc paullo fusius exscribere volui, ut hinc colligas, iuxta vel ipsos Philosophos hæc tria certa esse. I. Quod convenientia rei amatæ cum amante sit prima amoris causa: prius enim sit conveniens necesse est quam quod ametur. II. Nihil propter se diligi posse, nisi sit natura sua conveniens, & honestum: quod enim propter aliud tantum conveniens est, propter aliud quoque amatur. III. Naturæ nostræ amor intimus est, quo necessario diligit statum sui ipsius, seu quod sibi convenit. Ex hoc amore, quidquid diligimus, amamus. Fieri enim nequit ut quis amet alios, nisi prius se diligat. Hanc doctrinam Patres omnes confirmant. D. Augustinus in *Psal.* CXVIII. *conc.* I. præclare hoc explicat, quomodo omnes propriam appetant beatitudinem. *Beatum esse tam magnum bonum est, ut hoc velint esse & boni, & mali. Nec mirum quod boni propterea sint boni; sed illud est mirum quod etiam mali propterea sunt mali, ut sint beati.* Ex necessario appetitu propriæ beatitudinis consequitur quod homo vi istius primæ, & innatæ appetitionis cetera bona velit. Et ne plura cogeramus, paucis omnia comprehendimus. Voluntas nostra ferri nequit in bonum, nisi ab ipso bono excitetur. Hoc bonum pellicere in sui affectionem appetitum nequit, nisi illi se amabile præbeat. Amabile porro eidem apparere haud potest, nisi prius illi conveniens fuerit. Quid quod si bonum aliquod ut inconveniens nobis apprehendatur, non amorem, sed odium concitat: si comparate ad nos adiaphorum fuerit, nec amorem, nec odium excitabit? Relinquitur ergo quod bonum naturæ nostræ conlentaneum, nostroque statui accommodatum valeat voluntatem ad sui prosecutionem allicere. Quo ergo erit nobis convenientius, eo erit validius ad amorem excitandum. Illud vero nobis conveniens quod honestum, utile, iucundumque est. Honestum porro quod propter se amabile est, cuiusmodi est Deus. Innumera bona creata, ut virtutes, sunt suapte natura amabilia, semper relate ad Deum modo supra explicato. Illud vero dicitur bonum vere utile quod ad veram honestatem ducit, ut docet D. Ambrosius Lib. I. de Offic. cap. IX. *Nihil utile, nisi quod ad vitæ illius æternæ profit gratiam, deputamus, non quod ad delectationem præsentis. Est igitur eadem utilitas quæ honestas. Tam utilitas, quam iucunditas appetibilia nobis sunt, quatenus referri in Deum queunt.* In illius doctrinæ conspectu evanescunt omnes Quietistarum errores proscripti ab Innocentio XI. & ab Innocentio XII.

V. Revocanda quoque in memoriam est

amoris divisio. Quoniam alius dicitur innatus, seu necessarius, ut est amor beatitudinis in communi, alius liber, & eligens; alius naturalis, supernaturalis alius; alius Dei, alius creaturarum; alius amor fruens, alius utens; alius concupiscentiæ, alius amicitiæ. Amor concupiscentiæ quandoque presse, interdum latius accipitur. Presstus accipitur pro appetitione bonorum temporalium, & sensibilium, quæ bona ab ipso Evangelista Ioannæ in tres species secantur, nempe bonorum, divitiarum, & voluptatum sensibilium. Latius accipitur concupiscentiæ amor, prout appetit bona quæ conducunt ad felicitatem tum animæ, tum corporis. Verum de his fusius in tractatu de actibus humanis.

VI. His itaque breviter delibatis, ordo qui in amore servari debet, exponendus. Primus autem ordo quem in amando servare debemus, est ipsiusmet amoris ordo. Si enim ab Augustino queras, quid sit bonus amor; respondet, quod sit ordo amoris, seu amor ordinatus. Et si petas, in quo situs hic ordo sit; responsionem exhibet *Lib. XIX. de Civit. Dei cap.* XIII. ubi his verbis eum definit: *Est parium, dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio.* En ordinem, seu dispositionem amatori servandam. Unicuique diligibili suum tribuere locum. Si superioris subsellii sit, superior illi in corde suo locum concedendus, si inferioris, inferior. Diligere quenquam juxta illius amabilitatem debet, ita ut quod magis amabile, magis quoque amari debeat. Verbo dicam, quisque secundum mensuram bonitatis hinc diligi debet. Mensura dilectionis amantis est mensura bonitatis quæ in re amata reperitur. Porro quam eiusmodi ordo amabilis sit, inde emicat quod illum iustitia, pax, & decor comitantur. Quæ enim maior iustitia quam suum cuique tribuere? Quid magis decorum quam parium, dispariumque ordinata rerum dispositio? In hac mirabili rerum harmonia pax, concordia, & tranquillitas tum universi ipsius oculis pervii, tum divinarum gratiarum splendent.

VII. Duplex distinguitur ordo: alter amandi, alter subveniendi, ut docet Augustinus epist. CXLVIII. *Caritas quæ tamquam mater fovet filios suos, non ordine amandi, sed ordine subveniendi, infirmiores fortioribus anteponit.* Ordo amandi ex obiecti dignitate, ordo subveniendi ex egestate personæ quæ ope nostra indiget, arcessitur. Uterque ordo sub præcepto cadit, inquit Angelicus 2. 2. qu. XLIV. art. 8. *Motus qui pertinet ad rationem virtuosi actus, cadit sub præcepto quod datur de actu virtutis. Ordo autem caritatis pertinet ad ipsam rationem virtutis, cum accipiatur secundum proportionem dilectionis ad diligibile. Unde manifestum est quod ordo caritatis debet cadere sub præcepto.* Ratio ex se manifesta est: quia obiecta diligenda non sunt æqualis bonitatis: ordo ergo servandus in eorumdem dilectione.

VIII. D. Bernardus scite, & mirabili perspicuitate ordinem hunc describit ser. 1. in Cant. *In bene affecta caritate non dubium quin dilectioni hominis Dei dilectio præponatur, & in hominibus ipsis perfectiores infirmioribus, cælum terræ, æternitas tempori, anima carni. Attamen in bene ordinata actione, sæpe aut etiam semper, ordo oppositus invenitur. Nam & circa proximi curam & plus urgemur, & pluries occupamur; & infirmioribus fratribus diligentiori assiduitate assistimus: & pæne terræ magis quam cæli gloriæ tunc humanitatis, & ipsa necessitate intendimus; & temporalium inquietudine curarum vix aliquid sentire de æternis permittimur; & languoribus nostri corporis, postposita animæ cura, pæne continue inservimus... Orantem denique hominem cum Deo loqui quis dubitet? Quoties tamen inde caritate tubente abducimur, & avellimur propter eos qui nostra indigent opera, vel loquela? Quoties pie cedit negotiorum tumultibus pia quies? Quoties bona conscientia positur codex, ut operi manuum insudetur? Quoties pro administrandis terrenis iustissime ipsis supersedemus celebrandis Missarum solemniis? Ordo præpositus; sed necessitas non habet legem. Agit ergo suum actualis caritas ordinem iuxta patrisfamilias sententiam, incipiens a novissimis. Pia certe, & iusta, quæ non sit acceptrix personarum, nec pretia consideres rerum: sed hominum necessitates. At non ita affectualis: nam a primis ipsa ducit ordinem. Est enim sapientia, per quam utique quæque res sapiunt prout sunt: ut (v. g.) quæ pueris natura habet, pluris quoque ipsa affectio sentiat, minora minus, minima minime. Et illum quidem ordinem caritatis veritas facit: hunc autem veritatis caritas vindicat sibi. Nam & vera in hoc est caritas ut qui indiget amplius, accipiat prius; & rursus in eo vana est veritas, si ordinem tenemus affectu quem illa ratione.*

IX. Porro ut quamdam perspicuam ideam formare valeas tum personarum, tum bonorum quæ ordine servato diligenda nobis sunt; primum personas, deinde bona oculis subiicio. Inter personas primum omnium Deum Optimum Maximum diligere debes. 2. temetipsum. 3. homines. 4. homines sanctiores, & nobiliores ceteris ignobilioribus; minusque sanctis præferre debes, iustos peccatoribus, superiores inferioribus, parentes uxori, & filiis. In bonis, spiritualia, seu supernaturalia, nempe gloria, beatitudo, gratia, merita, primum locum occupant. Secundum bona naturalia, quæ corpus spectant, ut vita, integritas membrorum, sanitas, & similia. Tertium bona exteriora, ut honor, fama, divitiæ. Tandem bonum commune antecellere bonum privatum debet. Hæc quantum ad amorem appretiationis. Quod ad amorem attinet subventionis, ut dictum est, ordo aliquando præposterus servandus. Verum quia illorum omnium executio ordinata nonnullis difficultatibus obnoxia est, sequentibus quæstiunculis omnia, & singula explicabimus.

X. Quæst. I. *An quisque seipsum magis quam proximum diligere debeat?* Resp. Affirmat D. Thomas 2. 2. quæst. XXVI. art. 4. *In homine duo sunt, scilicet natura spiritualis, & natura corporalis. Per hoc autem homo dicitur diligere seipsum, quod diligit se secundum naturam spiritualem.... Et secundum hoc debet homo magis diligere se post Deum quam quemcumque alium.* Constat ex ipso Evangelio: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Amor ergo seipsum regula est amoris in proximum. Inclinatio naturæ insita id evincit. Quare *Eccli.* XIV. dicitur: *Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit?* Hinc concludit D. Thomas, vel minimum nobis peccatum committendum non esse, ut a peccato proximum liberemus. Quid enim nobis prodesset totius mundi, & omnium hominum lucrum, si anima nostra detrimentum subiret? ut fusius infra dicetur.

XI. Obiicies illud *Exodi* XXXII. ubi Moyses Deum orans inquit: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti.* Item D. Paulus *Roman.* VI. cupiebat *anathema esse pro fratribus suis.* Respondet Augustinus *qu.* CXLVII. *in Exod.* nomine illius libri, non librum vitæ, sed catalogum virorum illustrium, in quo & ipse descriptus erat, ceu Dux populi Israelitici; intelligendum esse. Et in hac locutione tanta usus emphasi Moyses est ob nimiam quæ illi cum Deo confidentia erat. Apostolus autem non absolute, sed tacita adiecta conditione, nempe, quoad liceret, cupiebat anathema fieri pro fratribus suis, amoris vehementiam, & ardorem indicans; quod explicat ipse *Epist. ad Galat. cap.* IV. ubi, ut illorum in se amorem manifestaret apertius, sic scribit: *Testimonium perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.* Eodem significatu ad Romanos ipse locutus est: *Optarem, si fieri posset, separari a Christo, ut vos lucrifacerem.* Conlule D. Thomam in hunc locum.

XII. Quæst. II. *Tenetur ne homo propriam vitam corporalem magis diligere quam vitam corporalem proximi?* Resp. D. Augustinus affirmat Lib. de mend. cap. VI. *Si quis pro alterius temporali vita ipsam suam temporalem perdat, non est iam diligere illum sicut seipsum, sed plus diligere quam seipsum: quod sanæ doctrinæ regulam excedit.* Hoc patet ex ordine quem inter diligibilia servandum esse diximus. Propinquior est enim homo sibi ipsi præ omnibus aliis: ergo sicut flamma propinquiorem comburit materiam, ita & amor. Quin sicut flamma externam nequit comburere materiam, nisi ipsa in se ardeat; ita nec homo alios amare nequit amore ordinato, ceterisque servatis, nisi semetipsum diligat. Dixi, ceterisque servatis, nempe si comparatio fiat inter privatos: nam constat exponendam esse propriam vitam temporalem ob bonum communne Reipublicæ, ob vitam Principis, alteriusve personæ ad commune bonum custodiendum necessariæ.

XIII. Quæst. III. *Licitum ne est propriam vitam periculo proximo mortis exponere pro vita privata proximi qui ad promovendam Dei gloriam aptior sit?* Resp. Affirmant Æstius, Soto, Valentia, Bannez, Azorius, Sylvius 2. 2. *quæst.* XXVI. *art.* 4. dummodo id fiat ex motivo virtutis christianæ. Nam iam dictum est, quod si vita propria corporalis cum vita corporali proximi absolute comparetur, propria præferenda sit. Ceterum si vita proximi spectetur non absolute, sed quatenus utilior est ad Dei gloriam promovendam, salutemque animarum comparandam, tunc vita proximi potest propriæ vitæ præferri. Idem dicendum, si vitam tuam exponeres ad servandam vitam patris, domini, intimi amici, insignis benefactoris, a quibus maxima beneficia recepisti, quibus facere fatis cum nequeas, occasione data, ut christianæ gratitudinis argumentum exhibeas, illorum vitam tuæ præferri. Huic sententiæ favere videtur Ioannes cap. XV. *Maiorem caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Ratio quoque suffragatur. Quoniam, inquit S. Thomas in III. dist. XXIX. art. 3. ad 3.

ad 3. *traderé seipsum morti propter amicum est perfectissimus actus virtutis. Unde quod aliquis vitam propriam corpoream propter amicum ponat, non contingit ex hoc quod aliquis plus amicum quam seipsum diligat: sed quia in se plus dilegit bonum virtutis quam bonum corporale.* Plura exempla promit Franciscus Sylvius *loc. cit. sonetisf.* 3. in huius sententiæ confirmationem. Nam Augustinus, Gregorius, & alii ad diem 22. Iunii in Rom. martyrologio extollunt S. Paulinum Nolæ Episcopum, quod pro redimendo viduæ filio, quem Wandali, Campania devastata, captivum in Africam abduxerunt, seipsum in servitutem dedit. Tobias in Scripturis commendatur, quod pro sepeliendis defunctorum corporibus mortis periculis se se exposuerit. S. Dionysius Alexandrinus apud Eusebium *Lib. VII. cap.* XVII. exaltat Presbyteros, & Diaconos, aliosque de populo viros insignes, qui peste infectis succurrebant, non modo spiritualia, verum etiam temporalia ministrando cum gravi propriæ vitæ periculo. S. Gregorius *Lib. III. Dialog. cap.* XXXVII. celebrat S. Santulum, qui, ut Diaconum quendam morti subduceret, gravissimo propriæ vitæ amittendæ periculo se se obiecerit. D. Hieronymus in *cap.* VII. *Michææ* commendat exemplum deorum Pythagoreorum qui mutuo vades se se Tyranno dederunt.

XIV. Quæst. IV. *Duobus in extrema necessitate constitutis, potest ne alter panem cedere, aut equum, ut fugiat mortem, quam ipse pedes evadere nequit, aut tabulam occupatam, ut se naufragio liberet?* Resp. Negant Paludanus in *IV. dist.* XV. *quæst.* III. *art.* 2. *conclus.* 3. Gabriel in *IV. dist.* XVI. *quæst.* IV. *art.* 3. Bellarminus *Lib. III. de bon. oper. cap.* VIII. aliique. Affirmant e contrario Lessius *Lib. II. cap.* XI. *dub. 6. num.* 29. Coninchius *disp.* XXV. *dub. 6. n.* 81. Vera responsio patet ex dictis. Si absoluta comparatio fiat vitæ cum vita, nemquam est licitum vitam propriam pro alterius vita amittere. Si vero ratio moveus non sit alterius vitæ absoluta prælervatio, sed virtutis, & honestatis, aut amicitiæ amor; amor, inquam, non carnalis, sed caritatis; tunc licitum est cedere alteri servandæ vitæ instrumenta cum periculo amittendi propriam. Et hæc est communis sententia, quam defendunt Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VI. *punct.* 3. §. 2. *n.* 38. citantque Suarez, Bannez, Lorcam, Tapiam: quibus addi possunt Sylvius, Henricus a S. Ignatio, & alii. Quamquam Salmanticenses absolute concedere videntur, licite quempiam cedere alteri tabulam posse, instante naufragio: quod falsum ego reputo, nisi momentum aliquod peculiare ex iis quæ indicavimus, occurrat; & hoc communiter Auctores docent. Audiamus parumper loquentem Tullium Lib. III. Offic. cap. IX. *Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebit ne eam sapiens, si potuerit? Negat* (Heccato) *quia sit iniurium. Quid dominus navis? Eripiet ne suam? Minime, non plus, quam si navigantem in alto vincere de navi velit, quia sua sit. Quoad enim pervenium sit eo quo sumpta navis est, non dominii est navis, sed navigantium. Quid, si in una tabula sint duo naufragi, hique sapientes, sibi ne uterque rapiat, an alter cedat alteri? Cedat vero, sed ei cuius magis interest vel sua, vel Reipublicæ caussa vivere. Quid, si hæc paria in utroque? Nullum erit certamen, sed quasi sorte, aut in diniicando victus, alter cedat alteri.* Plurima ibi habet Tullius morum exempla, quæcum ad alias attineant materias, alibi nos ea referemus. Solo naturæ lumine perfusi Sapientes pagani præter propter in nostram concedunt sententiam; quam tamen nos lumine fidei illustrati temperamus, addentes ex iolomotivo christianæ virtutis licitum esse pro alterius vita propriam exponere.

XV. Quæst. V. *Iuste damnatur ut fame pereat, possessa reipuere cibum sibi clam oblatum?* Resp. Minime: quoniam is id præcipiter index, horridum, & inhumanum fuisset præceptum, nec eidem obedientia profianda esset. Quod si motivo pœnitentiæ ductus, cibum reipueret? Falla hæc penitentia foret: quoniam hæc non permittit ut quis sibi mortem consciscat; sed solum ut mortem sibi a ministris iustitiæ intentatam forti animo toleret.

XVI. Quæst. VI. *Licitum ne est pro amici honore, fama, bonisque votum mortis periculo exponere?* Resp. Adhirmat Dominicus Soto *Lib. V. quæst.* IV. *art.* 6. *conc.* 3. Sententia negans mihi vera videtur, quoniam fama, honor, bonaque temporalia inferioris, vita humana superioris ordinis est. Perturbatur ergo caritatis ordo, si hæc pro illis prodigatur. Quare non licet to obiicere mortis periculo, ut furtum vicini mi impedias. Subscribit huic sententiæ Franciscus Sylvius *loc. cit.* Nec est quod mihi eam suadeamus, cum naturæ vox id clamet. In æquali ergo periculo aut vitæ corporalis, aut bonorum temporalium, tibi ipsi primum, deinc os proximo consulere debes. Quare cum periculo vitæ non teneris succurrere proximo in extrema constituto necessitate. Pro Reipublicæ vero, communitatis, & Principis conservatione non modo licet, sed præceptum urget periculo mortis propriam obiicere vitam, & bona exponere. Quare milites in loco sibi destinato cum vitæ periculo consistere tenentur.



XVII. Quæst. VII. *Teneamur ne cum vitæ, bonorumque temporalium iactura succurrere extremæ necessitati proximi?* Resp. Nonnulla præmittenda sunt, ut gravis quæstio perspicue resolvatur. Extrema spiritualis necessitas ea est in qua homo constitutus æternum, nisi adiuvetur, periturus est. Gravis, a qua liberare se quidem valet sed non nisi cum magna difficultate. Communis, in qua sine gravi difficultate, absque alterius ope, immunis evadere quis potest. Exemplis res fit manifesta. Monitur infans inter pestæ infectos derelictus sine baptismate, nisi cum tuæ vitæ periculo sacris illum abluas undis. Adultus mortalis peccati reus, & eliciendæ contritionis ignarus, damnatur, nisi te mortis periculo obiicias, ut illum instruas. In gravi necessitate constituti videntur peccatores inveteratis habitibus gravati, qui copia laborantes Confessarii dilecti sine actum contritionis edere norunt. Qui in communibus peccandi periculis reperiuntur, in communi necessitate considerantur.

XVIII. Communis, & vera sententia docet, nos debere extremæ proximi nostri spirituali necessitati cum vitæ corporalis nostræ periculo succurrere. Probatur auctoritate D. Ioannis Epist. I. cap. III. *Sicut Christus animam suam posuit pro nobis, & nos debemus pro fratribus animam ponere.* Augustinus Lib. de mendac. cap. VI. *Temporalem vitam pro æterna vita proximi non dubitabit Christianus amittere.* D. Thomas clarius rem hanc explicat 2. 2. quæst. XXVI. ar. 5. *Dicendum, quod illud magis est ex caritate diligendum quod habet plenioreni rationem diligibilis ex caritate. Consecutio autem in plena participatione beatitudinis, quæ est ratio diligendi proximum, est maior ratio diligendi quam participatio beatitudinis per redundantiam, quæ est ratio diligendi proprium corpus. Et ideo proximum quantum ad salutem animæ magis debemus diligere quam proprium corpus.* Quid, si tua vita necessaria bono communi Ecclesiæ, vel Reipublicæ? Tunc ordo caritatis servandus. Salus communis præferenda est unius privati saluti. Quid, si tu qui succurrere vales proximo in extrema spirituali constituto necessitate, mortali culpa infectus sis, & contritio tibi sit difficilis, aut graviter de tua contritione dubites? Tunc etiam tui ipsius salus saluti proximi tui præferenda. Quamquam ipsa vitæ oblatio pro æterna proximi salute splendidissimum foret sinceræ contritionis, & christianæ caritatis argumentum.

XIX. Quæst. VIII. *Teneris ne tui defensionem negligere, ne iuvaforem occidas gravis culpæ reus?* Resp. Negans sententia mihi vera videtur, etiamsi dubitetur, tui aggressorem in peccato mortali decessurum. Quippe necessitas illa voluntaria, & libera est, nulloque modo aut extrema, vel gravis. In illius enim potestate positum est ab eadem se liberare. Hanc defendunt Salmanticenses *loc. cit.* & pro eadem laudant Caietanum, Tapiam, Palaum, Trullenchum.

XX. Quæst. IX. *Obstetrices quæ invalide plures pueros baptizarunt, tenenturne cum morcis periculo illorum saluti providere?* Resp. Quæstionem hanc fuse proponit P. Layman *Lib. II. tract.* III. *cap.* III. *n.* 3. Statuit primo ad detestationem proprii criminis inducendam mulierem, quod verum habet. Deinceps suadendum illi ut mortem subire velit, quo infantum spirituali saluti consulat; dummodo spes adsit hoc ab illa obtinendi. Quod si spes non affulgeat eam inducendi ut crimen suum manifestet, & magistratui se se sistat; tunc dissimulandam docet obligationem se se magistratui prodendi. Probabilitatis commentum causla unica fuit perdocto viro, saniori alioquin doctrinæ addicto, sic decidendi. Quare, tali relicta opinione, dicendum est, eiusmodi obstetrices, sive lagas, teneri cum mortis periculo se se prodere: & Confessarius astringitur eiidem hanc obligationem manifestare. Quoniam si omnes, absque ulla prævia culpa, solius evangelicæ caritatis titulo vitam propriam periculo mortis tenemur obiicere, ut extremæ spirituali necessitati proximi consulamus; præfatæ mulieres titulo iustitiæ, & caritatis ad reparandum damnum illatum, seu ad subtrahendos imminenti damnationi pueros invalide a se baptizatos astringuntur. Neque verum est, Confessarium licite dissimulare posse obligationem, qua istæ devinciuntur se se prodendi. Quomodo namque præsumere minister valet has obstetrices dispositas esse ad absolutionem sacramentalem suscipiendam, si prævideat illas minime propriæ obligationi satisfacturas? Vera sunt hæc, inquit P. Layman, speculative sumpta. Sed in praxi non est adeo evidens discursus, ut quis debeat certam subire mortem pro spirituali salute alterius. Hanc obligationem probabiliter ignorare hæ mulieres possunt. Si probabiliter ignorant, probabiliter Confessarius dissimulare poterit earum illuminationem. Quanti valeat ratiocinatio istiusmodi, nemo non videt. Criminose, & scelerate hanc obligationem ignorant mulieres istæ, obligationem videlicet exponendi propriam vitam, dum sacro Dei ministro illas docere parato, aures præbere detrectant. Ideirco probabilita-

tis

tis perfugium vanum est. Quæ intelligenda sunt eo in casu quo alia via infantum saluti provideri nequeat. Si enim alio medio succurri infantibus possit, extra quæstionem sumus. Impertiri enim mulieres illæ licentiam Confessario possunt, ut rem sub confessionis sigillo, & impunitatis promissione Principi, seu magistratui prodat. Qua manifestatione peracta, edicta locis publicis affigi Principis iussu valent, quibus infantes adulti effecti admoneantur: & tum obstetrices sibi fuga cavere valent. Quod P. Gobat ex Augustino opponit, extra rem est. Nec illa verba *Si scirem, tibi non prodesse, non te monerem*, sunt D. Augustini, ut suo loco palam fiet.

XXI. Quæst. X. *Mater gravida ad partum omnino impotens tenetur ne sectionem ventris pati, ut clausus in ventre puer baptizetur?* Resp. Dissident invicem tum Medici, tum Theologi super hac quæstione. Adfirmant Theophilus Raynaudus *Tom. XIV. tract. de ortu infant. per sectionem cæsaream cap.* v. Alensis *IV. Part. quæst.* XIV. *memb.* 4. Henricus a S. Ignatio *tract.* 11. *Lib. IV. cap.* XV. pro hac eadem opinione laudat Gobat, plurisque medicos, testantes eiusmodi sectionem non esse natura sua mortalem, sed medicorum ope sine seminæ iactura fieri posse. P. Gobat in sua *Theol. experim. de Sacram. tract.* 11. *n.* 259. plura adducit experimenta mulierum, quæ post sectionem vitam duxerunt incolumem. Quare in hanc ipse opinionem concedit, & eidem subscribit prælatus Henricus a S. Ignatio, quando probabilis spes adsit vitæ matris; tametsi mortis etiam aliquale periculum inumineret. Hæc sententia hac fulcitur ratione, quod vita corporalis pro salute spirituali proximi exponenda sit mortis periculo.

XXII. Contrariam sententiam propugnat D. Thomas in *IV. Sent. dist.* VI. *quæst.* 1. *art.* 1. *quæstiunc.* 1. *ad* 4. ubi hæc habet: *Ideo homo potius debet dimittere perire infantem quam ipse pereat, homicidii crimen in matre committens.* Hanc eamdem sententiam defendit *III.* P. quæst. LXVIII. art. 11. ad 3. *Non sunt* (inquit) *facienda mala, ut veniant bona, ut dicitur Rom.* III. *Et ideo non debet homo occidere matrem, ut baptizet puerum. Si tamen mater mortua fuerit, vivente prole in utero, debet aperiri, ut puer baptizetur.* Sententiæ S. Thomæ accedunt Paludanus in *IV. dist.* VI. *quæst.* 1. *art.* 1. Gabriel *in IV. dist.* IV. *quæst.* 11. *art.* 3. *dub.* 2. D. Antoninus *in III. Part. tit.* XIV. *cap.* XIII. §. 1. Victoria in *Sum. de sacram. quæst.* XXXIII. Sotus in *IV. dist.* v. *quæst. unic. art.* 11. Sylvester *ver.* Baptismus 4. *n.* 2. Angelus *verb.* Baptismus 6. *num.* 2. Tabiena *verb.* Baptismus *num.* 5. Armilla *verb.* Baptismus *num.* 38. Viguerius in *institut. cap.* XVI. §. 1. *vers.* 8. Paulus Comitolus *Lib. I. resp. mor. quæst.* XIV. ubi hæc scribit. Verum enimvero reos esse homicidii, qui propter baptismum, vitamque prolis vivam dilcindunt mulierem, cuncti adfirmant Theologi qui sunt in hac quæstione versati. His Theologis utroque pollice ego subscribo, aioque illicitam esse eiusmodi sectionem, quamquam matris salus in desperatis sit. Quoniam, ut ex Apostolo ad Rom. III. arguit S. Thomas, non sunt facienda mala, ut bona eveniant. Maximum autem malum est innocentem occidere, cui vitam adimere numquam licet. Præterea infans in utero matris circumseptus ius ad baptismum non habet. Nec enim, ut ex Augustino evincit S. Thomas *loc. cit.* generari ad vitam cælestem quis potest, nisi prius natus sit. Mater autem in possessione se reperit suæ vitæ. Denique qui perfecari alvum matris in hoc casu docent, providentiæ divinæ ordinem interturbant. Ordo enim a providentia constitutus, est ut nati infantes baptizentur. Quid quod Theologi graviores negant invitis parentibus pueros abluendos esse? Et isti invitis superis, & cum dispendio vitæ ipsius matris, puerum baptizare contendunt?

XXIII. Obiicies. Vita spiritualis proximi præferenda est propriæ vitæ corporali. Hoc verum esse supra probavimus comparatione absolute sacta. Idcirco dicimus, cum vitæ periculo baptizandum esse puerum Christianorum ab infidelibus raptum, quod puer hic ius ad baptismum habet. Puero vero in utero clauso nullum, quamdiu ibidem detinetur, ad baptisma ius inest. Iure vero in propriam vitam mater potitur. Accedit quod laudatum axioma non eam vim habet ut quispiam sibi mortem conscilcat, aut alteri inferre valeat. Idcirco nequit licite Medicus alvum matris perfecare quin reus homicidii evadat. Ex illo principio infertur, mihi perperiendam esse mortem corporis pro æterna beatitudine proximi. At qui mortem intentant, detestabile perpetrant flagitium.

XXIV. Experimenta quæ opponunt, nullius sunt valoris. Narrant qualdam mulieres sectioni superitites; sed silentio prætereunt innumeras quæ perierunt. Ipsa ventris abscissio horroris incutit tantum, ut Matrona Bononiensis ad instrumentorum conspectum, quibus secari alvus debebatur, infantem pepererit, ut narrat ipse Gobat. Adeo tota contremuit.

XXV. Quæst. XI. *Si spiritualis proximi ne-*



*cessitas gravis tantum fuerit, astringeris ne cum vita periculo eidem succurrere?* Resp. Distinctione opus est. Si proximus qui gravi laborat spirituali necessitate, persona privata fuerit, tum vitam tuam præferre eiusmodi necessitati debes; dummodo tamen ex officio non tenearis: quia persona ope tua egens seipsam a gravi necessitate liberare valet. Quare si pater prostituere filiam velit, non teneris cum vitæ periculo occurrere: idque potissimum lo cum habet, cum incertus eventus sit. Quam ob causam non astringeris infideles adire populos, cum & fructus spes valde sit incerta, & alii sint qui eorum conversioni inludare valent. Si proximus gravi animæ necessitate pressus, communitas aliqua sit, tum exponere & bona, & vitam debes, ut illi suppetias seras, attenta tamen probabili fructus spe. Quoniam damnum grave commune privatæ vitæ præferendum est. Præterquamquod vix contingere potest ut in gravi communitatis periculo plures privati extrema non premantur necessitate. Quamobrem Concionatores publica vitia, & offendicula quæ populum inficiunt, arguere, & cohibere pro viribus tenentur. Et in hostili devastatione infidelium si nullus esset qui fidelibus sacramenta ministraret, aut si hæreticus in Catholicorum locis errores suos disseminaret; cum vitæ periculo & sacramenta ministrare, & errores confutare deberes. Quoniam tunc periculum grave commune fideles manet. Hæc omnia communia sunt. Suarez *disp.* IX. *sect.* 1. *n.* 4. Bonacina *disp.* III. *q.* IV. *punct.* 4. *n.* 2. Salmanticenses *tract.* XXI. *c.* VI. *n.* 32. ubi laudant Salmanticenses Scholasticos, & alios.

XXVI. Porro si qui succurrere valet, vi sui officii, seu dignitatis ad id astringitur, puta quia est animarum curator, pastor, Episcopus, tenetur in gravi necessitate cum vitæ periculo populi sibi concrediti spirituali providere saluti. Quandoquidem si in extrema necessitate omnes devinciuntur titulo caritatis; in gravi, titulo iustitiæ tenentur pastores, & omnes qui ex officio præsunt. Ratio evidens est. Communitas, populus sibi pastorem eligit, illumque alit, & vestit, aut datis stipendiis conducit, non ut in extrema tantum necessitate sibi succurrat: quia tum omnes sibi succurrentes habet: unicuique enim Deus mandavit de proximo suo. Ergo contractus iustitiæ populum inter & pastores, seu superiores, initus urget, gravi etiam necessitate premente. Hinc tempore pestis pastores tenentur gregi suo cum vitæ periculo providere. An alios substituere pastores valeant qui proprias vices impleant, alibi discutietur: certum est enim tunc dimittere officium non posse. Interim quæ diximus, communia sunt; quemadmodum certum est omnes teneri succurrere proximo gravi animæ necessitate laboranti, dum id levi corporali damno præstari potest: quippe grave detrimentum spirituale in conspectu levis damni corporalis, superioris ordinis est, ideoque præferendum. Sacramenta quæ pastor cum probabili vitæ dispendio administrare tenetur, sunt sacramenta necessitatis, ut baptisma, & pœnitentia; secus extrema unctio, & confirmatio.

XXVII. Quæst. XII. *Ut saluti spirituali proximorum consulas, potes ne te probabili periculo peccandi exponere?* Resp. Hactenus egimus de iactura temporali quam quis pati tenetur, ut proximorum animabus suppetias ferat. Nunc inquirendum superest, teneamur ne cum periculo propriæ spiritualis salutis, alterius æternæ saluti providere.

XXVIII. Quæstiunculæ propositæ affirmanter Dominicus Soto *Lib. V. q.* III. *art.* 6. respondet. Cum Soto sentiunt Suarez, Sanchez, Antonius a Spiritu sancto, Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* 27. Hanc opinionem absolute probare nequeo. Nam periculum probabile peccandi probabiliter peccatum induxit. Porro numquam licitum est, ut supra diximus, peccatum aliquod perpetrare, etiam leve, ob totius universi lucrum. Ut ergo clara habeatur decisio, distinctione opus est. Aut illud periculum huius naturæ est ut omnibus inspectis fundamentum præbeat magis timendi lapsum illius qui succurrere debet quam sperandi victoriam; & tunc certum mihi est non posse te eiusmodi periculo obiicere absque peccato. Quoniam qui amat periculum, peribit in illo. Periculum enim tunc *formale* esset. Aut maior, & probabilior est perseverantiæ, & constantiæ tuæ spes; & tunc subire forti animo periculum poteris, precibus & spe divini auxilii instructus. Et hoc est fortasse quod præfati Auctores intendunt. In hac enim positione periculum illud *materiale* evadit. Si porro æqualiter anceps sit lapsus, & victoria; tibi metipsi prius cavendum est; & tutius, in dubio potissimum tuæ saventi possessioni seligere debes. Consentit huic sententiæ Franciscus Sylvius 2. 2. *quæst.* XXVI. *art.* 4. *conc.* 1.

XXIX. Quæst. XIII. *Licitum ne est velle privationem gratiæ, seu caritatis, sive in perpetuum, sive ad tempus, ob aliorum salutem?* Resp. Numquam id licitum est, nec per horam; etiamsi absque peccato id fieri posse putaretur. Quia nobis potius quam aliis divinæ amicitiæ bonum desiderare, & velle de-

be-

bemus: alioquin magis alios quam nosmetipsos diligeremus. Iniquè continenter dare operam debemus ne gratia excidamus divina.

XXX. Quæst. XIV. *Licet ne velle carere beatitudine in perpetuum, aut ad tempus ob proximorum salutem æternam?* Resp. Communis, & vera sententia negat licitum esse velle in perpetuum carere beatitudine ob salutem proximorum: quia ordo caritatis postulat, ut nostram salutem æternam aliorum saluti præferamus. Quare talis voluntas esset contra ordinem caritatis. Licitum vero est velle ad tempus dilationem beatitudinis ob proximorum salutem: quod patet exemplo D. Pauli ad Philip. 1. *Coarctor autem a duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo: permanere autem in carne necessarium propter vos.* Vide D. Thomam hic in commentariis. Similiter D. Martinus dixit: *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua.*

XXXI. Quæst. XV. *Licita ne est omissio bonorum spiritualium hujus vitæ, quæ hominem efficiunt meliorem, quibusque sine peccato carere possumus, ob proximorum salutem?* Resp. Id licere videtur: quia non obligamur ad opera meliora omnia quæ facere possumus, potissimum dum urget aliorum necessitas. Hinc licet interdum abstinere ab opere non præcepto, ex quo proficere posses. Quare D. Thomas infra *q.* XLIII. *art.* 7. docet, aut differenda, aut occultanda opera nostra spiritualia libera ob proximi salutem. Hac ratione quis aliquando statum matrimonialem assumere tenetur, ne regnum ad hæreticos devolvatur; opera misericordiæ differenda sunt, ut infirmorum vitetur offendiculum; omittendus ingressus in religionem, ut parentum inopiæ provideatur. Ita docet Franciscus Sylvius 2. 2. *q.* XLVI. *art.* 4. *concl.* 4. Hæc autem mihi partim vera, partim falsa videntur. Vera sunt ea parte qua asseritur omittenda esse eiusmodi opera spiritualia, aut differenda ob proximorum spiritualem salutem. Falsa mihi appatent, quatenus dicitur, talium operum omissionem spirituale detrimentum inducere. Verum quidem habet eiusmodi opera caritatem augere, illorumque omissionem spiritualis profectus quamdam inducere jacturam absolute, & genere suo. Ceterum si recensita opera ob finem sanctum proximorum æternæ saluti providendi negligantur; ipsi actus quibus talis omisso operum deliberatur, & statuitur, sunt actus caritatis, qui continuo caritatem augent. Quare vera mihi videtur sententia Francisci Soarez asserentis *disp.* IX. *sect.* 1. *n.* 9. licitum non esse velle detrimentum spirituale, quod licet culpam non includat, minuit tamen caritatem seu impedit meritorum augmentum: quia tale detrimentum nec est per se amabile, nec ad aliorum salutem ordinari valet: & caritas inclinat ad sui perfectionem, tecus ad id quod hanc perfectionem impedit. Quando vero omittuntur opera quæ natura sua tendunt ad augmentum caritatis ob finem pium adiuvandi proximum; tunc augmentum caritatis, & meritorum, quod ex operibus externis consurgeret, obtinetur ex actibus internis quibus proximorum salus comparari curatur.

XXXII. Tandem eorum bonorum quæ non faciunt hominem meliorem, licitum est velle jacturam propter proximorum utilitatem; quin interdum homo ad id obligatur. Sic potest quis interdum velle carere gratiis quæ gratis datæ vocantur, cum id ad salutem proximi conducit. Hac ratione tenetur quis aliquando omittere studium, contemplationem Scripturarum, jacturamque facere suæ doctrinæ, eloquentiæ, eruditionis propter proximorum utilitatem, ut docet Sylvius *loc. cit.*

XXXIII. Quæst. XVI. *Qui sunt in dilectione præferendi?* Resp. Cum diversi sint gradus propinquitatis, qua nobis proximus nostet iungitur, non raro contingit ut unus præ alio diligendus sit. Porro inquit S. Thomas 2. 2. *q.* XXVI. art. 6. *Cum principium dilectionis sit Deus, aut ipse diligens; necesse est quod secundum propinquitatem aliorum ad alterum illorum perscipiorum major sit dilectionis affectus.* Ille ergo proximus qui altero horum principiorum, nempe Deo, aut tibi, propinquior est, ceteris paribus, præferendus est. Advertendum autem, quod obligatio servandi hunc ordinem prælationis tunc sit gravis quando urget extrema necessitas succurrendi alteutri proximorum. Si enim necessitas aut levis, aut gravis tantum est, turbatio omnis non erit mortalis absolute loquendo. Specianda enim semper sunt circumstantiæ. Primum igitur omnium succurrendum est patri, & matri, aquali necessitate urgente. Idque evincit D. Thomæ axioma: Parentes sunt nobis magis coniuncti. Hæc quippe coniunctio prima est, naturalis, immobilis, in ipsa natura fundata. Maior ergo est omnibus superuenientibus coniunctionibus. Ergo ceteris præferendi sunt. Pater præferendus matri est, quod sit nobilius principium. Primum ergo omnium parentibus succurrere debes in pari necessitate: quia debitum contractum cum parentibus præcedit quodlibet debitum posterius. Sub alia tamen



tamen consideratione uxores, & filii præferendi parentibus sunt, inquit Angelicus *art.* 6. & 11. Uxor quantum ad amorem intensivum, & cohabitationem, cum sit una caro cum marito, omnibus præferenda est: quæ prælatio non impedit priorem ordinem respectu parentum. Filii etiam comparate ad patrem diligentem præferendi sunt parentibus. *Alio modo* (inquit Angelicus) *comparatur gradus dilectionis ex parte ipsius diligentis: & sic magis diligitur quod est coniunctius, & secundum hoc filius est magis diligendus quam pater ... quia parentes diligunt filios ut aliquid sui existentes. Pater autem non est aliquid filii.* Parentes ergo, & filios præferre debes amicis, benefactoribus, magistris, cæterisque omnibus ob rationem datam, quod illorum coniunctio naturalis, & prima est. De coniunctis in secundo gradu, ut sunt fratres, absolute præferendos esse ceteris minus propinquis, convenit inter Theologos. Bannez 2. 2. *q.* XXVI. *art.* 8. *dub.* 1. *concl.* 3. contendit talem reperiri posse benefactorem qui præferri debeat fratri carnali. Difficile ego adducerer ut id concederem. Coniunctio fratrum prior, & naturalis est, quæ vinci nequit, ceteris paribus, a posteriori coniunctione per beneficium contracta. Idque communi sensu confirmatur. Nemo enim amicorum, vel benefactorum maximus tantum sibi iuris in amicum vindicat, ut præferri velit sui amici fratribus. Prælatio fratrum iure naturæ intelligitur relata ad amicos, & benefactores.

XXXIV. Ceteri consanguinei, qui sunt propinquiores, præferri in æquali necessitate debent minus coniunctis. Affines postponendi sunt consanguineis. Sancti præferendi sunt peccatoribus, fideles infidelibus, amici inimicis, benefactores non benefactoribus. Conjunctes, seu conterranei extraneis, benefactores amicis, & sodalibus; spirituales benefactores terrenis anteponi debent: spiritualis liquidem cognatio præferri debet cognationi carnali. Quapropter contendunt non pauci, pastorem debere potius gregem iuum in extrema necessitate spirituali constitutum iuvare quam patrem iuum in eadem necessitate positum, & saluti spirituali ovium potius quam cognatorum invigilare. Casus illi vix umquam occurrunt. Ceterum si occurrerent, salutem patris ceteris omnibus præferendam esse existimo. In negotiis tamen religionis, & patriæ, religio, & patria patris saluti anteponendæ sunt. Andi quid lumine naturali persuasus feribat Tullius Lib. III. Offic. c. IX. *Quid si pater fana expilet, cuniculos agat in ærarium, indicet ne id magistratibus filius? Nefas id quidem est: quin etiam defendat patrem, si arguatur. Non igitur patria præstabit omnibus officiis? Immo vero. Sed ipsa Patria concesserit pios habere cives in parentes. Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater? Silebit ne filius? Immo vero obsecrabit patrem ne id faciat: si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam: ad extremum si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris.*

## CAPUT VI.

*De inimicorum dilectione. Quid in veteri lege Deus, quid in nova Christus præcipiat.*

I. TAmetsi in præcepto caritatis proximi amandi includitur inimicorum amor, quod inimici proximi nostri sint; nihilo secius figillatim discutienda est dilectio illhæc ob peculiarem quam secum defert difficultatem. Et ut magis perspicue id præstem, in duos tribuo paragraphos caput istud. Quid in veteri primum, quid in nova lege Deus præceperit, secundo disquiram.

### §. I.

*Quocumque tempore tum legis naturæ, tum legis scriptæ dilectio inimicorum vi præcepti necessaria fuit.*

II. ET ut a lege naturali auspicemur, cuinsque menti impressum illud axioma est: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Quis autem est qui odio ab inimico haberi velit? Accedit quod, hominum societate polita, adeo necessaria est inimicorum dilectio, ut ea sublata, occidat in nihilum humanum genus necesse est. Fac enim licitum sit, quin & imperatum, si ita vis, inimicorum odium. Quid tum? Erit patrem in filios, filios in patrem; uxorem in maritum, maritum in uxorem; subditos in Principes, in subditos Principes gladium stringere, insidias struere, parare venena, captare arma. Ea cenus humanum universum mutuo sese fraudibus, dolis, perfectionibus nunc occultis, nunc manifestis infectari. En cives, parentes, fictos amicos invicem sanguinem sibi effundere, vitamque eripere. Siquidem humanarum cupiditatum perturbatione, hominumque inclinationibus, ingeniis, desiderationibusque oppositis, ac invicem pugnantibus spectatis, fieri nequit quin in mutuo commercio frequentissime iræ, odii, aversionis, & inimicitiarum occasiones occurrant. Nisi ergo ratio moderetur, & coerceat iræ furoreni, odii intestini molimina, atque rixarum impetus,

bemus: alioquin magis alios quam nosmetipsos diligeremus. Iniquè continenter dare operam debemus ne gratia excidamus divina.

XXX. Quæst. XIV. *Licet ne velle carere beatitudine in perpetuum, aut ad tempus ob proximorum salutem æternam?* Resp. Communis, & vera sententia negat licitum esse velle in perpetuum carere beatitudine ob salutem proximorum: quia ordo caritatis postulat, ut nostram salutem æternam aliorum saluti præferamus. Quare talis voluntas esset contra ordinem caritatis. Licitum vero est velle ad tempus dilationem beatitudinis ob proximorum salutem: quod patet exemplo D. Pauli ad Philip. 1. *Coarctor autem a duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo: permanere autem in carne necessarium propter vos.* Vide D. Thomam hic in commentariis. Similiter D. Martinus dixit: *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua.*

XXXI. Quæst. XV. *Licita ne est omissio bonorum spiritualium hujus vitæ, quæ hominem efficiunt meliorem, quibusque sine peccato carere possumus, ob proximorum salutem?* Resp. Id licere videtur: quia non obligamur ad opera meliora omnia quæ facere possumus, potissimum dum urget aliorum necessitas. Hinc licet interdum abstinere ab opere non præcepto, ex quo proficere posses. Quare D. Thomas infra *q.* XLIII. *art.* 7. docet, aut differenda, aut occultanda opera nostra spiritualia libera ob proximi salutem. Hac ratione quis aliquando statum matrimonialem assumere tenetur, ne regnum ad hæreticos devolvatur; opera misericordiæ differenda sunt, ut infirmorum vitetur offendiculum; omittendus ingressus in religionem, ut parentum inopiæ provideatur. Ita docet Franciscus Sylvius 2. 2. *q.* XLVI. *art.* 4. *concl.* 4. Hæc autem mihi partim vera, partim falsa videntur. Vera sunt ea parte qua asseritur omittenda esse eiusmodi opera spiritualia, aut differenda ob proximorum spiritualem salutem. Falsa mihi appatent, quatenus dicitur, talium operum omissionem spirituale detrimentum inducere. Verum quidem habet eiusmodi opera caritatem augere, illorumque omissionem spiritualis profectus quamdam inducere jacturam absolute, & genere suo. Ceterum si recensita opera ob finem sanctum proximorum æternæ saluti providendi negligantur; ipsi actus quibus talis omisso operum deliberatur, & statuitur, sunt actus caritatis, qui continuo caritatem augent. Quare vera mihi videtur sententia Francisci Soarez asserentis *disp.* IX. *sect.* 1. *n.* 9. licitum non esse velle detrimentum spirituale, quod licet culpam non includat, minuit tamen caritatem seu impedit meritorum augmentum: quia tale detrimentum nec est per se amabile, nec ad aliorum salutem ordinari valet: & caritas inclinat ad sui perfectionem, tecus ad id quod hanc perfectionem impedit. Quando vero omittuntur opera quæ natura sua tendunt ad augmentum caritatis ob finem pium adiuvandi proximum; tunc augmentum caritatis, & meritorum, quod ex operibus externis consurgeret, obtinetur ex actibus internis quibus proximorum salus comparari curatur.

XXXII. Tandem eorum bonorum quæ non faciunt hominem meliorem, licitum est velle jacturam propter proximorum utilitatem; quin interdum homo ad id obligatur. Sic potest quis interdum velle carere gratiis quæ gratis datæ vocantur, cum id ad salutem proximi conducit. Hac ratione tenetur quis aliquando omittere studium, contemplationem Scripturarum, jacturamque facere suæ doctrinæ, eloquentiæ, eruditionis propter proximorum utilitatem, ut docet Sylvius *loc. cit.*

XXXIII. Quæst. XVI. *Qui sunt in dilectione præferendi?* Resp. Cum diversi sint gradus propinquitatis, qua nobis proximus nostet iungitur, non raro contingit ut unus præ alio diligendus sit. Porro inquit S. Thomas 2. 2. *q.* XXVI. art. 6. *Cum principium dilectionis sit Deus, aut ipse diligens; necesse est quod secundum propinquitatem aliorum ad alterum illorum perscipiorum major sit dilectionis affectus.* Ille ergo proximus qui altero horum principiorum, nempe Deo, aut tibi, propinquior est, ceteris paribus, præferendus est. Advertendum autem, quod obligatio servandi hunc ordinem prælationis tunc sit gravis quando urget extrema necessitas succurrendi alteutri proximorum. Si enim necessitas aut levis, aut gravis tantum est, turbatio omnis non erit mortalis absolute loquendo. Specianda enim semper sunt circumstantiæ. Primum igitur omnium succurrendum est patri, & matri, aquali necessitate urgente. Idque evincit D. Thomæ axioma: Parentes sunt nobis magis coniuncti. Hæc quippe coniunctio prima est, naturalis, immobilis, in ipsa natura fundata. Maior ergo est omnibus superuenientibus coniunctionibus. Ergo ceteris præferendi sunt. Pater præferendus matri est, quod sit nobilius principium. Primum ergo omnium parentibus succurrere debes in pari necessitate: quia debitum contractum cum parentibus præcedit quodlibet debitum posterius. Sub alia tamen



tamen consideratione uxores, & filii præferendi parentibus sunt, inquit Angelicus *art.* 6. & 11. Uxor quantum ad amorem intensivum, & cohabitationem, cum sit una caro cum marito, omnibus præferenda est: quæ prælatio non impedit priorem ordinem respectu parentum. Filii etiam comparate ad patrem diligentem præferendi sunt parentibus. *Alio modo* (inquit Angelicus) *comparatur gradus dilectionis ex parte ipsius diligentis: & sic magis diligitur quod est coniunctius, & secundum hoc filius est magis diligendus quam pater ... quia parentes diligunt filios ut aliquid sui existentes. Pater autem non est aliquid filii.* Parentes ergo, & filios præferre debes amicis, benefactoribus, magistris, cæterisque omnibus ob rationem datam, quod illorum coniunctio naturalis, & prima est. De coniunctis in secundo gradu, ut sunt fratres, absolute præferendos esse ceteris minus propinquis, convenit inter Theologos. Bannez 2. 2. *q.* XXVI. *art.* 8. *dub.* 1. *concl.* 3. contendit talem reperiri posse benefactorem qui præferri debeat fratri carnali. Difficile ego adducerer ut id concederem. Coniunctio fratrum prior, & naturalis est, quæ vinci nequit, ceteris paribus, a posteriori coniunctione per beneficium contracta. Idque communi sensu confirmatur. Nemo enim amicorum, vel benefactorum maximus tantum sibi iuris in amicum vindicat, ut præferri velit sui amici fratribus. Prælatio fratrum iure naturæ intelligitur relata ad amicos, & benefactores.

XXXIV. Ceteri consanguinei, qui sunt propinquiores, præferri in æquali necessitate debent minus coniunctis. Affines postponendi sunt consanguineis. Sancti præferendi sunt peccatoribus, fideles infidelibus, amici inimicis, benefactores non benefactoribus. Conjunctes, seu conterranei extraneis, benefactores amicis, & sodalibus; spirituales benefactores terrenis anteponi debent: spiritualis liquidem cognatio præferri debet cognationi carnali. Quapropter contendunt non pauci, pastorem debere potius gregem iuum in extrema necessitate spirituali constitutum iuvare quam patrem iuum in eadem necessitate positum, & saluti spirituali ovium potius quam cognatorum invigilare. Casus illi vix umquam occurrunt. Ceterum si occurrerent, salutem patris ceteris omnibus præferendam esse existimo. In negotiis tamen religionis, & patriæ, religio, & patria patris saluti anteponendæ sunt. Andi quid lumine naturali persuasus feribat Tullius Lib. III. Offic. c. IX. *Quid si pater fana expilet, cuniculos agat in ærarium, indicet ne id magistratibus filius? Nefas id quidem est: quin etiam defendat patrem, si arguatur. Non igitur patria præstabit omnibus officiis? Immo vero. Sed ipsa Patria concesserit pios habere cives in parentes. Quid si tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater? Silebit ne filius? Immo vero obsecrabit patrem ne id faciat: si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam: ad extremum si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris.*

## CAPUT VI.

*De inimicorum dilectione. Quid in veteri lege Deus, quid in nova Christus præcipiat.*

I. TAmetsi in præcepto caritatis proximi amandi includitur inimicorum amor, quod inimici proximi nostri sint; nihilo secius figillatim discutienda est dilectio illhæc ob peculiarem quam secum defert difficultatem. Et ut magis perspicue id præstem, in duos tribuo paragraphos caput istud. Quid in veteri primum, quid in nova lege Deus præceperit, secundo disquiram.

### §. I.

*Quocumque tempore tum legis naturæ, tum legis scriptæ dilectio inimicorum vi præcepti necessaria fuit.*

II. ET ut a lege naturali auspicemur, cuinsque menti impressum illud axioma est: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Quis autem est qui odio ab inimico haberi velit? Accedit quod, hominum societate polita, adeo necessaria est inimicorum dilectio, ut ea sublata, occidat in nihilum humanum genus necesse est. Fac enim licitum sit, quin & imperatum, si ita vis, inimicorum odium. Quid tum? Erit patrem in filios, filios in patrem; uxorem in maritum, maritum in uxorem; subditos in Principes, in subditos Principes gladium stringere, insidias struere, parare venena, captare arma. Ea cenus humanum universum mutuo sese fraudibus, dolis, perfectionibus nunc occultis, nunc manifestis infectari. En cives, parentes, fictos amicos invicem sanguinem sibi effundere, vitamque eripere. Siquidem humanarum cupiditatum perturbatione, hominumque inclinationibus, ingeniis, desiderationibusque oppositis, ac invicem pugnantibus spectatis, fieri nequit quin in mutuo commercio frequentissime iræ, odii, aversionis, & inimicitiarum occasiones occurrant. Nisi ergo ratio moderetur, & coerceat iræ furoreni, odii intestini molimina, atque rixarum impetus,

petus, vicissim sese homines trucidabunt; & splendidissimum mundi theatrum, quod, ut hominum inhabitationi, nutritioni, & oblectamento inserviret, Deus condidit, in generis humani lugubre, funestumque sepulcrum convertetur: hominesque illi quos, ut propagationi vacarent, creavit Deus, sicarii, carnificesque suorum ipsorum crudelissimi efficientur. Ergo, semel posito quod impune, & licite possint homines se odio habere, licitum illis erit universi generis humani carnificinam sitire, & anhelare. Quis itaque negare audit, privatam vindictam in universi decidere iacturam? Ergo tam necessarius est inimicorum amor, iniuriarum oblivio, odii interioris extinctio, quam necessaria est humanæ societatis, ac totius mundi conservatio.

III. Unaquæque res, inquis, quod sibi obest, odit, atque forti impetu rapitur ad id quod sibi nocet, propulsandum. Verum habet: aqua extinguere ignem nititur: ignis adversus aquam flammas emittit: bruta etiam belligerant, pugnant, suisque utuntur armis, quibus quæ sibi noxia sunt, repellant. Quid inde? An ne quia bruta cæco furore, & naturali impetu abripiuntur in ea quæ sibi inimica sunt, colligere hinc licet argumentum quo evincatur hominibus bruta imitanda esse in vindicandis iniuriis, in ira explenda, in furore saturando? Qui sic ratiocinaretur, in bruta animantia homines ratione præditos transmutaret. Ut quid lumen illud rationis super cuiusque mentis vultum signavit Deus, nisi ut homines suos effrenes appetitus coercerent, ac rebellantium passionum tumultum sedarent? Sed quid ultra prævehor? Nonne Ethnicorum Sapientes omnes virtutis loco semper habuerunt iniuriarum veniam, & e contra vindictam vitiis, & feritati accentuere? Non vacat illorum effata exscribere. Audi unicum Tullium, qui diis simillimum prædicat Cæsarem ob animi magnitudinem, qua iniurias ab inimicis eidem illatas condonabat, ealque oblivisebatur. *Oblivisci nihil soles nisi iniurias . . . . Videte ne erretis qui Cæsarem vestris inimicis iratum fore putetis, cum ignoverit suis . . . Nihil est enim tam populare quam bonitas: nulla de virtutibus tuis pluribus nec gratior, nec admirabilior misericordia est. Homines enim ad deos nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando. Nihil habet nec fortuna tua maius, quam ut possis, nec natura tua melius, quam ut velis conservare quamplurimos.* Lege integram hanc pro Ligario ad Cæsarem orationem, ut inde argumenta haurias quibus vi luminis naturæ suadeas concedendam inimicis veniam.

IV. Ad legem scriptam Moysis quod attinet, quidam opinati sunt, ut Maldonatus, legem veterem iussisse inimicorum vindictam. Quod ut evincant, textum opponunt Matth. v. *Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.* Verum hoc textu abutitur Maldonatus, atque in sensu illum usurpat ab omnibus Patribus reprobato. Quod ut evidenter ostendam, primum textus ipsius veteris testamenti, deinceps interpretationes quibus laudatum evangelicum textum Patres exponunt, promam.

V. En veteris testamenti axiomata. Lev. XIX. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo . . . . Non quæras ultionem, nec memor eris iniuriæ civium tuorum.* Deuter. XXXII. *Mea est ultio, & ego retribuam.* Eccli. XXVIII. *Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit.* I. Reg. XXIV. *Non extendam manus meas ad eum, quia Christus Domini est.* Prov. VII. *Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus:* & cap. XXIV. *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum.* Eccles. X. *Omnis iniuria proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ.* Hæc adeo perspicua, & obvia sunt, ut nullo valeant elevari commento. Nunc exscribendæ sunt Patrum auctoritates evangelicum textum interpretantes.

VI. D. Thomas omnium Patrum, quos incredibili studio revolvit, voce exponit textum Matthæi in III. dist. XXXI. q. 1. art. 1. ad 2. *In veteri lege etiam homines tenebantur ad dilectionem inimicorum, sicut patet per auctoritatem. Unde quod dicitur,* Odio habebis inimicum tuum, *non est ex lege sumptum, quia nusquam hoc in littera invenitur; sed est additum ex prava interpretatione Iudæorum, qui ex eo quod præcipiebatur dilectio proximi, concludebant quod inimici erant occidendi.* Hoc idem repetit I. 2. q. CVII. art. 2. ad 2. *Circa odium inimicorum removit Christus falsum Pharisæorum intellectum, non mutans ut persona non odio habeatur, sed culpa.* Interpretationem hanc genuinam Angelici confirmat evangelici textus litteralis discussio. Quippe facet Evangelista Matthæus non asserit in lege veteri concessam Iudæis fuisse iniuriarum ultionem; sed admonet *dictum esse antiquis* &c. Dictum, inquam, & evulgatum fuerat inter Iudæos, quorumdam prava, & erronea Scribarum, seu Doctorum interpretatione, odio inimicos habendos. Verum nullus legis textus asserri potest quo id ostendatur.

VII. Porro, ut Maldonati impudentia compescatur, qui eo audax suos protulit ut scripserit, vir alioquin perdoctus, D. Thomæ interpretationem ex hæreticorum officina depromptam esse, D. Augustini sententia hoc de argumento exscribenda est. Porro S. Doctor hæc scribit Lib. XVIII. contra Faustum cap. XXIV. *Non est contrarium quod in antiqua Scriptura dictum est:* Oderis inimicum tuum: *& in Evangelio:* Diligite inimicos vestros: *quia unusquisque iniquus homo, inquantum iniquus est, odio habendus est, inquantum autem homo, diligendus est. Audito igitur, & intellecto, quod antiquis dictum erat,* Oderis inimicum tuum, *ferebantur homines in hominis odium, cum deberent non odisse nisi vitium. Hoc corrigit Dominus dicendo:* Diligite inimicos vestros: *ut qui iam dixerat:* Non veni legem solvere, sed adimplere. *Ideoque de odio inimici quod scriptum est in lege, non solverat, præcipiendo utique ut diligamus inimicos: sed cogebat nos intelligere quod possumus unum, eumdemque hominem & odisse propter culpam, & diligere propter naturam.*

VIII. Obicies. *Deut.* XXV. præcipitur Israelitis ut iniuriam ab Amalecitis illatam ulciscerentur, eosque usque ad internecionem delerent: *Delebis nomen eius sub cælo; cave ne obliviscaris.* Ergo odium inimicorum in veteri lege præceptum erat. Resp. Deus, ut supremus Iecterum vindex, bello iusto, publicaque auctoritate, populi inimici, & adversus veram religionem infesti iniquitatem calligandam imperavit. Privatam vindictam, privatumque personarum odium vetitum a Deo dicimus; nec propterea iustitiam vindicantem crimina societati infesta de medio tollimus.

IX. Nec verum habet quod Maldonatus comminiscitur, inimicitias Iudæis vetitas inter confratres mosaicam legem profitentes, secus cum exteris. Hæc quippe interpretatio commentitia est, & repugnans Scripturæ sanctæ. Textus enim vetantes absoluti sunt, ut patet ex his quos produxi, & aliis qui afferri valent. Exod. XXIII. *Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum: & si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo.* Et Proverb. XXV. *Si te furierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, da ei aquam bibere.* Hæ, & aliæ similes locutiones absolutæ, & indefinitæ non possunt, nisi pro libito, ad solos Iudæos restringi. Neque negotium facessit quod Maldonatus reponit, in Hebræorum codicibus reperiri legem expresse odium permittentem, non Pharisæorum, Scribarumque malitia depravatam, sed ab ipso Deo latam. Negamus liquidem cum D. Thoma, ipsiam in Scriptura authentica talem reperiri legem quæ odium privatum hominum permittat: id quippe legi naturali, ut vidimus, repugnat. Quod si tibi hæc non arridet responsio, alteram accipe Augustini inquientis, legem iubere odium inimici, quatenus inimicus est, seu, ut aiunt, reduplicative: verbo, odium iniquitatis; secus hominis qui alioquin est inimicus. Quoniam inimicitia non amoris, sed odii obiectum est. Homo vero, qui est inimicus, quia proximus noster est, quia imaginem Dei præfert, amoris nostri particeps esse debet.



## §. II.

*In Evangelio præceptum haberi iubens inimicorum dilectionem, de fide est.*

X. NUllum est inter Catholicos dissidium super præcepto dilectionis inimicorum. Conceptis liquidem verbis Servator noster divinus hanc iubet dilectionem tum interiorem, tum externam. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in cælis est.* Matthæi v. Hæc verba explicans Augustinus *serm.* LXVIII. *de temp.* hæc scribit. *Dominus in Evangelio, ut inimicos diligere debeamus, non dedit consilium, sed præceptum.* Non est ergo quod in evincendo præcepto immoremur; sed momenta potius quæ ad exequendum mandatum permovent, alliciuntque, indicanda sunt.

XI. Antequam vero id præsto, temperare mihi haud valeo quin impudentissimam calumniam quam Doctoribus catholicis impingit Calvinus *Lib. II. Instit. cap.* VIII. *num.* 56. lectorum oculis subiiciam. Nec enim parum confert ad declarandam rabiem, furoremque quo in Catholicos agitabatur. Omni ergo exuta fronte autus est in publicum evulgare, Theologos nostros legem diligendi inimicos abrogasse, atque præceptum hoc gravissimum inter consilia amandasse. En illius verba: *Quapropter pestilentissima vel ignorantia, vel malitia fuit quod Scholastici ex præceptis de non appetenda vindicta, de diligendis inimicis, quæ & omnibus olim Iudæis tradita fuerunt, & tum omnibus in communi Christianis tradebantur, consilia fecerunt, quibus parere, vel non parere liberum esset. Eorum autem necessariam obedientiam ad Monachos relegarunt: qui vel hoc uno simplicibus Christianis essent iustio-*

*instituces quod ultro se ferendis consiliis obstringerent. Et rationem assignant, cur ea non reripiant pro legibus, quod onerosa nimium, & gravia videantur, Christianis præsertim, qui sunt sub lege gratiæ. Ita ne legem Dei æternam de diligendo proximo refigere audent?* Ita ne pudorem amisistis, ita ne frontem fregistis, ut tantam impostoram nobis affingeres? Dubitare quisque iure valet, maiorine stupiditate, an impudentia, maiori ne furore, an malignitate commentum illud evulgaveris? Istene caritatis tuæ fetus in tuos inimicos, quos Papistas compellas? En qualem impostorem venerentur Calvinistæ, eique tamquam novo Legislatori fasces submittant. Nonne ex his apertissimis calumniis suum præligiatorem dignoscere deberent? Sed ad nostra revertamur.

XII. Difficilem humanitati nostræ inimicorum dilectionem esse nemo est qui non fateatur. Porro ut hanc nobis deliniret difficultatem, Salvator noster suam interposuit primum auctoritatem: *Ego autem dico vobis*. Supremo Domino præcipienti parendum est. Gratiam impertitur, qua, ira pulsa, amor accendatur. Lumen siquidem nobis infundit quo in ipso inimico nostro fratrem meditemur, & ipsiusmet Dei imaginem veneremur. Gratiam donat, qua debilitatem erigit, fortitudinem tribuit, corque in amorem accendit. Præmia subinde maxima proponit. Et primum remissionem offensarum quas nos suæ infinitæ malestati irrogavimus, spondet ipsius Matthæi voce: *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra*. Præter peccatorum remissionem suam divinam filiationem spondet: *Ut sitis filii Patris vestri qui cælis est*. Tandem exemplo suo quo veniam tortoribus suis a Patre impetravit, ad hanc nos pertrahere dilectionem adnititur.

XIII. En ergo in compendium redactas rationes quibus homines ad inimicorum amorem permoveri debent. Necessitas mutui amoris, sine quo nec societas, atque adeo nec mundus iste consistere posset: auctoritas Dei non modo ut supremi Domini, sed ut benefactoris, creatoris, conservatoris, redemptoris, patris, & magistri præcipientis: præmium remissionis culparum nostrarum, filiationis divinæ, & hereditatis æternæ. Postquam hæc omnia sacra, gravi, & flebili quodam modo eloquentia expostoris, ut devocent e cælo oculos suos homines, impera; atque ut in infernum apertum cogitationes conjiciant iube: supplicia attrocissima vindicatoribus parata esse nos indica: & postremo, illic obstinatis relictis, rursum cum amatoribus Dei in cælum spem erige præmium assequendi quod paravit Deus diligentibus eum, proximumque.

XIV. Quæ dicta sunt, paucis Augustini sententiis confirmare iuvat. Primum magnitudinem præmii cum gravitate præcepti comparat serm. CCCXVII. de diversis. *Grave præceptum; sed grande præmium. Audisti opus, expecta mercedem. Numquid dictum est inimicus? Pluite super agros culторum meorum, & recedite ab agris blasphematorum meorum? Numquid dictum est Soli: Videant te qui me colunt, non te videant qui mihi maledicunt?* Exemplum mox subjicit ipsius Redemptoris: *Qui amator inimicorum suorum in mundum venit, omnes prorsus inimicos suos invenit, nemitem autem invenit. Pro inimicis sanguinem fundit; sed sanguine suo inimicos convertit, delendo peccata ex inimicis amicos fecit*. Plura hic, & alibi hoc de argumento persequitur, & serm. CCXXIII. de temp. sic alloquitur Christianum: *Quid vis? Vindicari? Vide pendentem, & tibi de ligno, tamquam de tribunali, præcipientem. Vide pendentem, & tibi languenti de suo sanguine medicamentum facientem. Vide pendentem, si vindicari vis. Vide pendentem, audi precantem: Pater ignosce illis*.

## CAPUT VII.

*Consectaria, & regula servandæ in dilectione inimicorum.*

I. COnsequitur ergo primum ex iis quæ dicta sunt, amandos inimicos esse amore tum interno, & affectivo; tum externo, & effectivo. Noverat Dominus facillime nos ementiri posse interiorem dilectionem, nobisque ipsis illudere, amorem appellantes aut occultum livorem sub cuiusdam zeli fuco latitantem, aut crudelem illam indifferentiam, qua iactamus nec bonum, nec malum inimicis nos velle: idcirco non modo interiorem affectum, sed exteriorem præcipit beneficentiam quæ interioris affectus argumentum est. *Benefacite illis qui oderunt vos. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos*.

II. *Consectarium secundum*. Cum facile sit odium intestinum variis coloribus fucari, & in intimo cordis recessu anguis instar latitare, quisque cavere sibi debet ne in re tanti momenti semetipsum decipiat. Cor nostrum difficillime suspensum hæret amorem inter & odium. Nos ipsi, flamma quæ intus ardet, sit ne odii, an amoris igne succensa, dignoscere interdum vix possumus. Et cum mortaliter delinquendi periculum sit, securiorem in tam gravi dubio partem eligere debemus. Quæ consulto præmitto ob innumeras præcisiones, & subtilitates excogitatas ad vim istius præcepti extenuandam. Quemadmodum enim amorem erga Deum in nihilum pene redegerunt non pauci recentiores, scribentes, nos non teneri interiori affectu Deum diligere; sic dilectionem inimicorum de medio sustulerunt, docentes, divinum mandatum haud iubere internum amoris actum erga inimicos. Quæ opiniones proscriptæ nunc sunt. Ut securas ergo istius dilectionis regulas habeas, sequentes quæstiunculas proponam: quoniam non omnes particulæ quæ in divino mandato continentur, semper vi præcepti obligant. Rursus præceptum divinum affirmativum, & negativum est. Omnia ergo perspicue discutienda sunt.

III. Quæst. I. *Quid imponit præceptum ut affirmans est: quid vetat ut negans?* Resp. Præceptum ut affirmativum iubet tum interiorem dilectionem, tum exteriorem beneficentiam, iuxta tamen conditionem, & naturam præcepti affirmativi; quod licet semper, non tamen pro semper obligat. Quatenus negativum est, semper, & pro semper urget, ita ut nunquam liceat, vel ad momentum, libero animo odio habere inimicum. Vi istius præcepti tenemur omnem vindictæ affectum deponere, offensam ex corde remittere, nullum inimico malum velle ob offensam acceptam.

IV. Quæst. II. *In quo situs est, & quid comprehendit hic affectus, quo diligere inimicos debemus?* Resp. Affectus ille situs est in amore universali, quo proximum diligere tenemur propter Deum: ab hoc siquidem universali amore in proximum excludere licite inimicos non possumus. Angelicus hoc explicat 2. 2. quæst. XXV. art. 8. *Dilectio inimicorum tripliciter considerari potest. Uno quidem modo, ut inimici diligantur, inquantum sunt inimici; & hoc est perversum, & caritati repugnans, quia hoc est diligere malum alterius. Alio modo potest accipi dilectio inimicorum quantum ad naturam, scilicet in universali; & sic dilectio inimicorum est de necessitate salutis, ut scilicet aliquis diligens Deum, & proximum, ab illa generalitate dilectionis proximi inimicos non excludat. Tertio modo potest considerari dilectio inimicorum in speciali, ut scilicet aliquis in speciali moveatur motu dilectionis ad inimicum; & istud non est de necessitate caritatis absolute, quia nec etiam moveri motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines singulariter, est de necessitate caritatis, quia hoc esset impossibile. Est tamen de necessitate caritatis secundum præparationem animi, ut scilicet homo habeat animum paratum ad hoc quod in singulari inimicum diligeret, si necessitas occurreret. Sed quod absque articulo necessitatis homo etiam hoc actu impleat ut diligat inimicum propter Deum, hoc pertinet ad perfectionem caritatis*. Duo ergo tamquam certa statuit Angelicus. Primum, in amore generali erga proximum includendos esse inimicos; alterum necessariam esse animi dispositionem, & promptitudinem ad peculiarem inimici dilectionem, necessitate urgente.

V. Quæst. III. *Licitum ne est excludere inimicos a generali dilectione, seu oratione facta pro communitate aliqua ex mera liberalitate?* Resp. P. Arriaga 2. 2. *disp.* XXXIX. *sect.* 1. *quæst.* IV. *num.* 17. censet non peccaturum eum qui vellet preces suas sibi tantum bene affectis prodesse. In eamdem opinionem inclinat Leander *tract.* IV. *disp.* IV. *quæst.* V. dummodo beneficia non sint debita, sed solum ex pura liberalitate collata. Hæc, ut ego quidem arbitror, technæ sunt quibus odium intestinum tegitur. Idcirco, missis eiusmodi nimium periculosis speculationibus, dico, numquam licitum esse excludere inimicos a communi dilectione, & beneficentia. Et, si aliæ rationes deellent, sufficeret ratio vitandi periculum quod id fiat ex occulto odio nobis ipsis incognito. Nec refert quod beneficium gratuitum sit, & liberale. Eo ipso enim quod confertur communitati, non apparet cur inimici excludendi sint. Nulla quippe ratio talis exclusionis assignari potest, nisi ipsa inimicitia. Inimicitia autem odium concitat. Ergo exclusio illa ex odio proficisceretur.

VI. Quæst. IV. *Quænam benevolentiæ signa inimicis exhibenda?* Resp. Duplicis generis. Alia generalia sunt, quæ omnibus exhibentur; & hæc vi præcepti semper debentur. Alia sunt specialia, quæ non semper, sed aliquando tantum sub præcepto cadunt. Ita docet Angelicus 2. 2. quæst. XXV. art. 9. *Effectus, & signa caritatis ex interiori dilectione procedunt, & ei proportionantur. Dilectio autem interior ad inimicum, in communi quidem est de necessitate præcepti absolute; in speciali autem est non absolute, sed secundum præparationem animi, ut supra dictum est. Sic ergo dicendum est de effectu, & signo, dilectionis exterius exhibendo. Sunt enim quædam signa, vel beneficia dilectionis quæ exhibentur proximis in communi: puta, cum aliquis orat pro omnibus fi-*

*delibus, vel pro toto populo; aut cum aliquod beneficium impendit aliquis toti communitati: & talia beneficia, vel dilectionis signa inimicis exhibere est de necessitate præcepti. Si enim non exhiberentur inimicis, hoc pertineret ad sinorem vindictæ, contra id quod dicitur Lev. XIX. Non quæres ultionem, & non eris memor iniuriæ civium tuorum.* Hinc evidenter constat opinionem Arriagæ, Leandri, aliorumque recentiorum, cujus *num. præced.* meminimus, juxta D. Thomam, & ut mihi videtur, secundum veritatem, falsam esse, nimiumque laxam. Sed quæ subdit Angelicus perlequamur, *Alia vero sunt beneficia, vel dilectionis signa quæ quis exhibet particulariter aliquibus personis; & talia beneficia, vel dilectionis signa inimicis exhibere non est de necessitate præcepti, nisi secundum præparationem animi, ut scilicet paratus sit eis in articulo necessitatis, secundum illud Proverb. XXV. Si esurierit inimicus tuus, etha lium; si sitit, da illi potum.*

VII. Quæst. V. *Urget ne præceptum salutandi inimicum obvium occurrentem, illum alloquendi?* &c. Resp. Dissident super hac quæstione Theologi. Pro sententia negante præcepti obligationem Leander *loc. cit.* laudat D. Thomam, Bannez, Cajetanum, Trullenchum, Dianam, Suarez, Palaum. Pro affirmante La-Cruz, Lorcam, Granados, Azorium, & alios. Immerito citatur D. Thomas pro priori opinione. Bannez secundam opinionem defendit. Paucis quod verum, & rutum est, & in quod omnes consentire debent, exponam. I. Salutatio, & colloquium absolute non sunt signa communia proximis debita. Nonnullis in urbibus homines occurrentes minime salutantur; multo minus in colloquium conveniunt. Absolute ergo, & per se nec salutare, nec alloqui inimicos vi præcepti tenemur. II. Si alicubi mos obtinet ut indiscriminatim homines sese salutent, ibi salutandi inimicos præceptum urgebit. III. Si ante inimicitias mutua intercedebat salutatio; etiam post dissidium & rixam eadem communia, quæ præcedebant, signa consistere, & perseverare debent. IV. Salutatio, & allocutio, licet absolute communia non sint, possunt tamen communia esse inter consanguineos, cognatos, amicos, sodales eiusdem cœtus, collegii, & communitatis: & tunc, si quis istorum alicui inimicus evadit, ab eiusmodi communibus signis excludendus non est. V. Si plures occurrentes amici salutarentur, excluso inimico, qui inter illos reperitur; signum esset odii, animique irati, scandalumque contingeret. VI. In eiusmodi eventibus non illico damnandus peccati mortalis odii qui hæc signa omittit; sed circumstantiæ expendendæ serio sunt: & duo præcipue discutienda, videlicet animus interior, & scandalum quod consequitur. Advertendum tamen, non omne scandalum peccatum letale esse. Non raro hæc salutatio, & allocutio omittuntur, non odii causa, sed ob quamdam verecundiam, timorem, & animi vilitatem. Interdum neuter ex animi fortitudine pollet ut primus esse velit ad exhibenda signa benevolentiæ. VII. Hæc signa salutationis, & allocutionis necessaria vi præcepti sunt, quando deprehenditur opportuna, & efficacia ad placandum inimicum, odiumque aut a se, aut ab hoste exterminandum. VIII. Salutantem reſalutare debitum est, quod negligi absque gravi culpa nequit, si advertenter, & deliberato animo omittatur. Venditio mercium, collatio eleemosynæ, & cetera eiusmodi communia officia quæ omnibus exhibentur, negari absque culpa inimicis nequeunt. IX. Noli in his præstandis esse nimis iustus; sed liberalis esto, memor quod eadem mensura qua mensus fueris, remetiendus eris. Si abundantem misericordiæ divinæ mensuram exoptas, dives esto in dilectione inimicorum.

VIII. Quæst. VI. *Licitum ne aliquando est inimicum non salutare?* Resp. Odii causa numquam licitum est. Licite vero Theologi docent. I. Ob delicti punitionem, si is qui salutationem negat, auctoritate polleat vindicandi iniuriam, ut sunt superiores, iudices; ut exemplo Davidis renuentis excipere ante conspectum suum Absalonem (II. *Reg.* XIV.) patet. II. Dum caritas erga inimicum, aut erga semetipsum id suadet; puta, si ex leviore vultu, & negatione salutationis, & colloqui speratur inimici emendatio, aut aliquis spiritualis profectus. III. Cum prævidetur, eiusmodi officia accipienda ab adversario in signa contemptionis, & vilipendii. IV. Quando delictum proximi est valde enorme, & publicum, negari licite potest colloquium, salutatio &c. in signum detestationis, & abominationis. Aliquando non licet modo, sed oportet etiam talia negare officia, ne si exhibeantur, conniventiæ suffiones præbeantur, iuxta illud Ioannis Evangelistæ Epist. II. vers. 10. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ei Ave dixeritis. Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus eius malignis.* Quod axioma de hæreticis intelligitur; applicari vero, magna tamen moderatione, potest aliis qui hæreticis similiimi sunt. Hæc tamen officiorum communium suspensio illicita esset, si opportuna ad lucrum spirituale inimicorum agnoscerentur. V. Pater, mater, patresque familias iuste denegare salutationem, locutionem, aliaque benevolentiæ paternæ officia filiabus, & filiis qui aut incongruum matrimonium invitis parentibus iniere; aut aliqua alia turpi, & infami actione familiam dehonestarunt. Possunt eiusmodi parentes domo filios pellere, aliis filiis, & domesticis præcipere ut officia præfata illis denegentis dummodo tamen duo observentur: alterum quod non odii, sed iustæ punitionis causa id fiat, alterum quod vindicta non excedat gravitatem delicti. Neque enim hæc officiorum suspensio perpetua esse debet: sed temporaria, plus minusve iuxta criminis gravitatem. Finis etiam illius vindictæ sit oportet exemplum aliorum, ut horrorem concipiant in similia delicta. Post factum tamen parum prosunt similes punitiones, sed frequentissime nocent, primum parentibus; qui tristitiæ segetem sibi comparant, dum irato animo indulgent; deinde filiis, qui hinc exasperantur, & ad iram provocantur. Prudentia ergo non vulgari uti Confessarius debet, ne aut socrus parentes obliget ad hæc præstanda officia, aut laxius illis indulgeat secretum odium foventibus. In his eventibus non est exaggerandum præcepti debitum, & obligatio: sed evangelicæ caritatis momenta, & elogia ob oculos sistenda sunt; moderata, opportunaque persuasione inducendi ad mutuam caritatem, quæ operit multitudinem peccatorum. VI. A peccato gravi in istorum suspensione signorum excusat frequenter. 1. inadvertentia, seu mentis distractio. 2. Parvitas materiæ, vel motus, ut si brevi intervallo hæc officia suspendas: non quod vel per instans odium licitum sit; sed quod turbatio animus aptus non est ad eiusmodi signa exhibenda. Physica enim turbatio vitari nequit. 3. Significatio iusti doloris ob perceptam iniuriam. P. Sporer *tract.* IV. *cap.* 6. *sect.* 2. *num.* 2. ex Diana, & Hurtado alias iustæ excusationes rationes adducit, ut si quis absque gravi incommodo honoris nequit hostes salutare, vel quando iniuria gravis est, puta cum quis appellatur fur &c. Hæc tamen absolute non sunt probanda; maxime quod ob præsentem eiusmodi honoris salutatio, vel locutio consueta suspendatur. Vani, mundanique enim sunt eiusmodi prætextus.

IX. Quæst. VII. *Duo Religiosi eiusdem Cœnobii, orta rixa, omittunt consuetam salutationem, & locutionem: peccant ne mortaliter?* Resp. Affirmant Tamburinus *Lib. V. cap.* 1. §. 3. *num.* 13. Sporer *tract.* II. *cap.* 6. *sect.* 11. *num.* 30. Addit Tamburinus, cui de more subscribit Sporer, excusari illos posse a culpa gravi, si probata eorum virtus comperta esset. Verum suspecta mihi evadere eorum virtus vel ex hoc quod mutua eiusmodi consueta officia omitterent. Brevitas temporis, levitas dissidii, & aliæ circumstantiæ possunt interdum a gravi excusare culpa. Probata inimicorum virtus satis minime est ad pargendam a crimine eiusmodi omissionem.

X. Quæst. VIII. *Nobilis Matronæ occisorem mariti salutantem reſalutare renuens, peccat ne mortaliter?* Resp. Negat Sporer *loc. cit. num.* 32. absolute loquendo, tametsi addat omnibus modis consulendam reſalutationem. Affirmans mihi est probabilior sententia. Circumstantiæ tamen occurrere possunt quæ aliquando excusent a gravi: puta brevitas temporis, ut si reſalutatio statim a morte mariti, dum dolor mentem occupat, facienda esset. Tanta tamen potest occurrere animi debilitas, ut consultius aliquando sit occursum evitare inimici.

XI. Quæst. IX. *Offensus, dum salutatio debita est, tenetur ne inimicum offensorem officio prævenire?* Resp. Quando offensus eiusdem status & conditionis est cum offensore, eum officio salutandi, & alloquendi prævenire non astringitur vi præcepti. Hæc quippe prævention inter æquales non cadit sub debito, etiam inter amicos, & multo minus inter inimicos. Recordari tamen debemus quod scripsit Apostolus Rom. XII. vers. 10. *Caritate fraternitatis invicem diligentes: honore invicem prævenientes.* Quod consilium vim præcepti induit, si prævention apta agnoscatur ad concordiam inimicum, vel si ex omissione officii scandalum occurreret. Si inimicus sit altioris conditionis, & status, vi cuius ante ortam inimicitiam officia prævenire solebas; id præstare astringeris etiam post acceptam offensam. Si demum inimicus sit inferioris conditionis, offensus non tenetur illum prævenire; cum neque ante dissidium ad hanc prævention tenueretur. Circumstantiæ tamen inspiciendæ semper sunt, & expendendæ. Sed, quæso, ne confundas internam dilectionem cum externæ benevolentiæ signis. Illa semper sit prompta oportet, hæc pro temporum circumstantiis.

XII. Quæst. X. *Peccat ne mortaliter qui inimicum salutantem non reſalutat?* Resp. Si qui salutationem ab altero suscipit, sit persona dignitatis valde superioris, ut Dux,

Princeps, dominus, pater, non peccat omittendo respondere salutationi sibi factæ; dummodo nec odii instinctu id oriatur, nec scandali occasio detur; sed ob honestam caussam iustæ punitionis id fiat. Difficile tamen est ut hæc inurbanitas a quavis culpa immunis sit. Si persona salutata sit aut equalis, aut non multum altioris gradus; dubio procul mortaliter peccat si salutantem inimicum non resaluter. Omissio quippe resalutandi contemptionem præfert inimici salutantis, eumque ad odium provocat. Hæc omnia communia sunt penes Auctores. Si vero inimici sint viles plebii, censet Petrus Hurtado, & cum eodem Leander *tract.* IV. *disp.* IV. *quæst.* XII. nullum apparere peccatum, saltem grave; licet homo salutatus non resaluter: quia, inquiunt, salutationes nullius sunt existimationis inter personas viles. Hanc ego non approbo doctrinam, quæ cum experientia pugnat. Quoniam nullus rusticorum reperitur qui gravi sibi non vertat iniuriæ, & contemptui, si salutans non resaluterur. Quare absolute loquendo, nisi peculiares occurrant circumstantiæ, non secus illi, ac ingenui viri, non resalutantes graviter peccant.

XIII. Quæst. XI. *Offensori non petenti pacem, tenetur ne offensus signa dilectionis exhibere?* Resp. Evangelista Lucas *cap.* XVII. scribit: *Si septies in die peccaverit in te, & septies in die conversus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me; dimitte illi.* Matthæus addit *cap.* XVIII. non solum septies, sed &. *septuagies septies*. Ex Lucæ textu inferunt quidam laxiores Casuistæ: Ergo quoties iniuriatorem non pœnitet, non petit ipse veniam, offensus dimittere iniuriam non tenetur. Quod si de interiori dilectione, & venia impertienda intelligunt; illatio errorem continet manifestum, evangelicæ doctrinæ contrarium. Si vero de exterioris benevolentiæ signis sermo est, petenti veniam denegare, livoris & vindictæ argumentum est. Vide plura apud Ethicam Amoris *Tom. II. pag.* 257. *& seqq.* Ad quæstum autem propositum directe respondendo dico, virum christianum devinctum esse ad signa dilectionis exhibenda tempore debito, & iuxta circumstantiarum varietatem, etiamsi offensor veniam non petat.

XIX. Quæst. XII. *Præceptum diligendi inimicos urget ne etiam præbere singularia benevolentiæ signa?* Resp. Communis, immo omnium Doctorum sententia negat, ut iam ex D. Thoma adnotavimus. Quia hæc specialia amoris officia nec illis qui nobis inimici non sunt, debemus: ergo multo minus inimicis. Nec enim inimicitia titulus est qui sibi demereatur speciale dilectionis officium. Quænam autem sunt hæc singularia benevolentiæ argumenta? Secretorum communicatio, familiaria colloquia, crebræ visitationes, convivia mutua, & id genus similia.

XV. Quæst. XIII. *Hæc specialia amoris officia licite ne suspendi possunt ob acceptam iniuriam, vel cum opportuna indicantur ad inimicum lucrandum?* Resp. ad primam quod attinet partem, negant suspendi absolute posse hæc specialia amoris signa ob rationem offensæ acceptæ, Suarez, Bonacina, Coninch apud Henricum a S. Ignatio *Lib. IV. cap.* 14. *num.* 168. quia, inquiunt, tunc præfata suspensio vindictæ, & livoris argumentum esset, scandalique occasio. Hæc tamen plus iusto rigida sententia mihi videtur. Dicerem ergo absolute, id verum non esse. Quandoque tamen ob peculiares circumstantias scandali accidere potest ut nequeant hæc denegari officia. Absolute enim verum non est quod hæc suspensio sit livoris effectus, licet hæc officia mutua vigerent ante dissidium. Neque hinc scandalum communiter oritur; quin communis hominum vel piorum sensus est quod inimici indigni sint familiari societate illius quem offenderunt. Iniuriæ tamen gravitas attendenda est. Si fuerit levis, si non ex animo pravo, & deceptore, sed ex inadvertentia acciderit; tunc certe præcedentis officia obrumpenda non essent, nec abrumpi licite possent absque culpa. Cum enim qualitas iniuriæ id non exigerer, solius vindictæ, & livoris, effectus esset talis officiorum suspensio.

XVI. Secunda propositæ quæstiunculæ partis, videlicet debeantur ne peculiaria dilectionis officia, cum spes affulget lucrandi spiritualem proximi salutem, vel ratio vitandi scandalum occurrit, resolutio adfirmativa mihi certa videtur adversus Marcum Vidal, cuius verba *c.* II. transcripsi. Caritas quippe Christi urget nos ut proximo nostro infirmo succurramus. Quod sane præceptum tunc maxime astringit, cum spes profectus, seu spiritualis emolumenti concipitur. Cum igitur aut probabiliter scandalum timetur, aut spes lucrandi Deo inimici probabilis apparet, præceptum caritatis fraternæ nos astringit ad prærogandum peculiaria signa dilectionis, ut inimicum salutare, illumque alloqui debeamus. Fallit, & erroneæ sunt rationes quas obtrudit P. Vidal, videlicet consuetudinem apud fere omnes Christianos obtinere non salutandi inimicum. Hæc impostura est nimium nomini christiano indecora. Id dumtaxat officii



ficii denegant flagitiosi, scelesti, & nomine christiano indigni. Illud vero præstant omnes bene morati, & caritatis divinæ cultores. Iactura quam committitur, honoris, & famæ in his persolvendis officiis, commentitia est, & vana. Pudere sane deberet hominem christianum, nedum Religiosum, in caritatis evangelicæ exercitio constituere famæ, honorisque detrimentum. Audi quam sit hæc Vidalis doctrina erronea. Omnes Catholici docent, evangelicam perfectionem redolere hæc officia inimicis impertiri. Porro quis dixerit infamiam parere actiones illas quæ nos Deo ipsi similimos constituunt? Quid quod ipsi Ethnici inter deos efferunt viros illos fortissimos, qui suos hostes, non secus ac amicos beneficiis cumulant? Lege orationem Tullii pro Ligario ad Cæsarem, ubi offendes, hanc propriam hominis vocem non esse quæ asserit beneficiis inimicos privandos. Cum ergo nullum sit honoris, vel famæ detrimentum in salutandis, alloquendisque inimicis; planum est hæc illis officia exhibenda esse potissimum cum hinc meliores futuri sperantur.

XVII. Quæst. XIV. *Qui aliquem iniuste læsit, tenetur ne veniam ab eo petere, illique reconciliari?* Resp. Totius iniustitiæ omnis offensor, cuiusque conditionis sit, tenetur sub culpa gravi veniam petere a persona læsa; tametsi lædens superioris sit conditionis. Æqualitas enim servanda est inter omnes. Quoties ergo hæc læsa fuit per exteriorem iniuriam, ius exigit ut compensetur. Si offensor Princeps fuerit, medio nuncio officium illud exequi valet. Si tamen superior, pater, dominus in subditis corripiendis, eoldem læserint modum excedentes, non ab ipsis exigitur ut a sibi subditis veniam postulent: ne dum tutum servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, inquit Augustinus in Regula. Contra subditi, filii semper prævenire debent in venia petenda. Nulla siquidem causa occurrere potest quæ filium excuset ab officio salutandi patrem, matremque, petendique ab eisdem veniam, si altercatio iniuriola præcesserit.

XVIII. Quæst. XV. *Quisnam servandus is in hac venia petitione, & mutua reconciliatione?* Resp. Evangelica prudentia opus est. Primum quando prudenter prævidetur hominem læsum maiori successum iri furore ex veniæ petitione, tunc differenda est. Quare non videtur opportunum veniam petere statim ac offensa irrogata fuit: quia animus læsus, atque exalperatus veniæ concedendæ aptus non est. Idcirco expectandum paulisper, donec furor deferveat. Quandoque tamen inter rixam, contentionem, ac bellum privatum opportuna est petitio veniæ ad placandum hominis offensi furorem. Insipientiæ itaque sunt circumstantiæ personarum; & potissimum spectanda est qualitas iniuriæ, & personæ quæ iniuriam passa est. Quando duo invicem se lædunt, qui prius offendam intulit, iure astringitur ut prior quoque sit in petenda venia, absolute loquendo. Facta vero comparatione inter offensas, qui gravius offendit, præire alteri debet in iniuria reconciliatione. Cæterum absolutæ regulæ assignari nequeunt: sed circumstantiæ spectandæ sunt. Et, cum dubitatio occurrit, ad regulas evangelicas semper recurrendum est. Ibi reperiemus Deum prius nos dilexisse. Cum inimici essemus, factus est pro nobis obediens usque ad mortem. Si ille nos prævenit, cur non prævenientes nos fratres nostros?

XIX. Quæst. XVI. *Tenetur ne offensus condonare offensam, non solum quantum ad odium, verum etiam quantum ad satisfactionem, iustamque compensationem?* Resp. Odium illico deponendum esse, iam ex dictis certum est. Damnum vero insceptum ob iniuriam ab offensore illatam non astringitur offensus remittere, nisi prævia iusta damni compensatione. Res tamen periculi plena est. Sub iustitiæ fuco sæpe apparitus vindictæ latitat. Absolute consultius erit omnia remittere. Occurrunt tamen casus in quibus condonare latisfactionem minime expedit, ut in sequentibus. I. Si offensor sit communitati infestus. II. Si offensus sit membrum communitatis, familiæ &c. cui honor, ac damna temporalia reparari nequeunt, nisi reus congruam exhibeat compensationem. III. Si persona offensa sit pauper quæ in bonis temporaneis passa ob iniuriam sit grave detrimentum, ut pupilli, viduæ, similesque, qui ob occisionem patris, mariti, &c. passi sunt grave damnum: tunc remissa offensa quantum ad odium, possunt, & interdum tenentur, in iudicium vocare offensorem, eumque ad damnum reparandum cogere: nec a iudicio desistere sæpe debent, donec damno illato fuerit satisfactum. Hæc tamen inter ingenuos, & divites, seu non pauperes, vix locum habent.

XX. Quæst. XVII. *Cum offensor exhibeat iustam compensationem damni illati, licet ne offensus, hac recepta, eorum iudice hanc compensationem exigere?* Resp. Adfirmant plures recentiores; quia persona læsa non magis hanc quam illam satisfactionem acceptare astringitur. Hanc defendunt Palaus, Bonacina, Reginaldus, Leander, & alii. Hæc opinio mihi

nihil improbabilis est. Cedo. Si ob iustitiæ commutantis læsa iura debitor iponte, & anticipata solutione læsionem reparet, & numerata pecunia debitum extinguat; iure ne in iudicium debitorem vocabis? Quidni, & iniuriæ congrua satisfactione præstita, abstinendum a lite erit? Cur debitorem libere solventem quod iuxta prudentum æquitatem debet, sorti angustiis, impensisque vexabis? Hoc ne evangelicæ caritatis benignitatem sapit? Hoc ne consentaneum illa regulæ: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris?* Si id egeris, similis illi servo eris qui a Rege debiti 100o. talentorum condonatione obtenta, conservum debitorem suum, 100. denarios solvendo imparem, suffocabat dicens: *Redde quod debes*; Matth. XVIII. & reiecta solutione, quam congruo tempore debitor promittebat, in carcerem detrudi voluit, & detineri, donec universum debitum redderet. Quæ inhumana austeritas adeo Regem exasperavit, ut severum hunc creditorem tortoribus tradiderit. Ne multa. Planior via eiusmodi diffidia componendi, damnaque reparandi, prudentum Christianorum iudicium est. Olim in plutibus Italiæ civitatibus Societas obtinebat, cuius officium erat inimicitias extinguere, & partium litarum iura ad æquabilitatem instaurare. Quemadmodum civiles lites ob alterutrius contendentium defectum instituuntur, sic forenses contentiones aut ob vindictam offensi, aut ob iniustitiam offendentis, qui præstare conventem satisfactionem recusat, oriuntur. Et sane non video quomodo se a vindicta, & odio excusare ille aufit qui congruam, & æquam damni illati compensationem refpuit, ut offensorem defatiget, gravet, exagitet gravissimis fori molestiis, & expensis, quæ nihil commodi afferunt offenso. Missis ergo nonnullis recentibus, audiendus Apostolus est I. Cor. cap. VI. vers. 7. *Iam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus.* D. Thomas in commentariis in hunc locum docet, *iudicium adversus aliquem esse illicitum, quando causa illius est cupiditas, & quando sit cum contentione, & detrimento pacis.* Quid quod Patres tot conditiones postulant ad iudicii litis intentionem, ut raro fiat absque peccato? Verum de hoc plura suo loco. Interim illud memoriæ commenda Matth. V. *Qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.*

## CAPUT VIII.

*Licitum ne aliquando est de malo proximi lætari, aut eidem malum optare?*

I. REcentiores Theologi plures, præcisionibus nimium indulgentes, non pauca commenti sunt quæ evangelicæ caritati, immo ipsi naturali benevolentiæ repugnant. Propositiones quas hoc de argumento damnavit Innoc. XI. supra exscripsimus sub huius dissertationis initium. Indicandæ nunc sunt quotundam Theologorum opiniones ex quibus ille decerptæ videntur. P. Tambur. *Lib. IV. cap. I. §. 3. num. 29.* hæc docet: *An possit filius mortem patris optare, vel de illa gaudere, non ut malum patris (hoc enim esset odium excarandum) sed ut ipse filius paterna hereditate fruatur? An mater possit desiderare mortem filiæ, ne illam alere, vel dotare cogatur? An possit subditus mortem superis sui Prælati, ut prælaturo ipse succedat, vel ut ab eo Prælato sibi infenso liberetur? Et similia. Si solum desideres, vel cum gaudio excipias eiusmodi effectus, hereditatem, molestiæ carentiam, prælaturam, &c. facilis est responsio; licite enim hæc optas, vel amplecteris: quia non gaudes de alterius malo, sed de proprio bono.* Deinde numer. 30. *Rursus si desideres sub conditione, facilissima est responsio, licite posse. Si quis hanc aliam elegeret:* Si meus pater moreretur, ego hereditate potirer: si filia mea occumberet, ego molestia liberarer, *& gauderet tunc ille, non de patris, vel filiæ morte, sed de hereditate, deque earumta molestia; culpam odii non committeret.* Num. 31. *Denique, si absolute desiderio cuperes in hunc modum:* Cupio mortem patris, non ut malum patris est, sed ut bonum meum, seu ut causta mei boni, nimirum quia ex illius morte ego eius hereditatem adibo: *vel sic:* Utinam moreretur mea filia: nam sic sexcentas sollicitudines excutiam &c. *si, inquam, sic desideres, manet resolvendæ difficultas: quia tunc elegis velle malum illis, quamvis ut causam tui commodi; quod non videtur culpa vacare. Et ita quidem putat Bonacina.*

II. Hæc Bonacinæ opinione missa, in qua fibimetipsi adversari eum contendit, eiusque verba ex alio loco decerpta transcribit, ut id evincat, opinionem amplectitur P. Castropalai, qui *Tom. I. tract. VI. disp. IV. punct. I. num. 11.* hæc habet. *Nihilominus credo, si cum debita moderatione facias, te posse absque peccato mortali de vita alterius tristari, & de illius morte naturali gaudere, illamque ineffi-*



*inefficaci effectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum inde secutum.* Sic docere videtur Emanuel Sa verb. Caritas in utraque editione n. 8. *ubi absolute dicit, te posse proximo optare malum corporale ad salutem animæ, & mortem ob Reipublicæ bonum necessarium, & iusti, tibi aliquo valde nocivo, mortem, non odio, sed ad vitandum damnum tuum; item de morte eius gaudere ob bonum inde secutum. Azorius, & Bonacina Tom. II. disput. III. circa I. Decal. præcept. quæst. IV. punct. ult. §. 7. n. 7. adfirmant licere matri parentibus cupit a quibus filii vitam suscepere mortem filiarum optare, eo quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas iuxta suum statum, vel inopiam non possit eas iuxta suum statum, vel inopiam non possit eas iuxta suum statum

mensam admittunt. Rudes ergo dedocendi sunt, ne optatæ sibi mortis conibeantur culpam? Instruendi, ut hunc a se errorem pellant? Sed hanc conscientiam rudes lumen super eorum vultum a Deo signatum edocuit. Cum nos interdum super morum, temporumque pravitate exclamamus: *O tempora, o mores!* Probabilissime exprobrant eiusmodi exclamationes esse inofficiosas; ac si Inquisita fuerit Tullius, qui quoad memini, phrasim hanc primus invexit in Catilinam declamans. Sed dicant velim eiusmodi zeli fructus sit admiratio, stuporque ille quo percelluntur Tamburinus in Confessarios qui tandem aliquando non expergefiunt, ut partes impleant suas & caritatis, & iustitiæ? Quippe iudicis, doctoris, & medici personas iustinent. Quid est ergo quod non instruant rudes fideles, admoneantque licitum illis esse sibi optare mortem, ut molestias, angustias, penuriamque illius vitæ evitent? Sed nos doloris lacrymas effundamus super huiusmodi verum stuporem, & quasi dixerim stupidam admirationem. Hæc ne evangelica doctrina, quæ nos ad fortitudinem, patientiam, & constantiam in angustiis, in tribulationibus hortatur? Si mors optanda & nobis, & parentibus, & filiis est, fugiendi mali causa, ubi patientiæ christianæ vestigium? ubi evangelicæ fortitudinis virtus? ubi ad divinam voluntatem, supremamque providentiam conformatio?

VI. Exceptatione digni videntur Tamburinus, & Castropalaus, viri alioquin acuti, quia ante proscriptas a Summis Pontificibus theses, suas coderunt opiniones. Verum quod mihi admirationem ingerit, est quod P. Dominicus Viva in suis ad damnatas propositiones commentariis adeo extenuare videatur damnatarum thesium sensum, ut quædam doceat quæ, salvo meliori iudicio, improbabilia mihi sint. Ea quæ mihi in illo non probantur, exscribam, non ut aliqua censura configam, (abiit ut censoris munus, quod mihi haud convenit, exerceam) sed ut lectorum iudicio subiiciam. Igitur in præfatis commentariis *num.* 3. plures sensus promit in quibus innoxiæ sunt. I. Licitum nobis esse ait de malo temporali alicuius gaudere, cum inde malus Reipublicæ bonum provenit. II. Licitum esse mortem alicuius optare ob bonum spirituale quod inde sequitur, vel ob ingens Reipublicæ temporale emolumentum. Quæ duo non improbo. III. Docet licitum esse ad conservandam vitam propriam, cupere mortem alterius, non valde utilis Reipublicæ, puta inimici, seu iniusti aggressoris. Huiusmodi tamen affectus *sæpe* non vacare culpa veniali, ait; *præsertim si sint absoluti, & solum implicite conditionati*. Possunt tamen *citra culpam mortalem exerceri*. Thesis proscripta haud eximit hos affectus a culpa veniali, sed tantum a *peccato mortali*. Quantum hæc a proscripta thesi distent, ceteri iudicent. Quæ subdit, maiorem mihi difficultatem ingerunt. IV. *Hac etiam de caussa* (sunt illius verba) *potest aliquis citra mortale optare sibi mortem ad evadendam vitam quam experitur morte ipsa amariorem . . . . . Ecce quomodo possumus licite mortem aut aliis, aut nobis optare cum debita moderatione, videlicet aut ob bonum spirituale, AUT ETIAM OB BONUM TEMPORALE quod sit vita longe præstantius; non tamen ob quodcumque temporale emolumentum, ut sonant verba propositionis proscriptæ*. Verba propositionis proscriptæ, quæ absque varietate vel unius vocis decerpta sunt ex P. Castropalao, non sonant absolute cupiendam esse mortem aut propriam, aut alterius ob quodcumque emolumentum temporale, sed *cum debita moderatione*. Immo limitata sunt ad solum *affectum inefficacem*. Interpres vero absolute ultimo loco de appetitu propriæ mortis loquitur. Hæc opinio, ut imbecillitati meæ videtur, Christianorum qui tribulationibus, & calamitatibus concutiuntur, desperationi viam parat: patientiam, fortitudinem, constantiam in periculis, in angustiis extinguit, & ad divinam voluntatem conformationem tollit. Illud bonum temporale quod sit vita præstantius, non explicat. Loquitur tamen de bono privato, cum antea meminerit boni publici. Porro quodnam sit bonum temporale privatum præstantius vita, non video.

VII. Obiicies 1. Propheta Elias, ut insidias evaderet Iezabelis, *petivit animæ suæ ut moreretur*: III. Reg. XIX. vers. 4. Ionas quoque dixit: *Et nunc, Domine, tolle, quæso, animam meam a me, quia melior est mihi mors quam vita*: cap. IV. & Iudas Machabæus: *Melius est mori in bello quam videre mala gentis nostræ*: I. Machab. III. Resp. Sancti Dei viri tanto in Deum amore, tuique religionis zelo ardebant, ut eidem iungi, cum amplecti cuperent, ne gentis suæ mala, ne iniquorum petulantiam, ne religionem fere in Israel extinctam spectarent. Zelus honoris Dei, desiderium videndi Deum, flagitiorum vehemens abominatio, dolor religionis divinæ scelestibus maculatæ, mortis appetitum in viris sanctis excitabant. Hinc ne inferre iure possumus, licita esse illa desideria quibus rudes, ut *huius vitæ incommoda evadant*, mortem sibi optant? Licita esse hæc desideria docent laudati Tamburinus, Viva, La Cruz, & P. Felix Potestas *Tom. I. part. 2. in 1. præcept. cap. 1. num.* 298. & alii. Verum hæc rudium, & communiter hominum calamitatibus oppressorum desideria ex animi deiectione, & hinc ex desperatione profisciuntur. Confessarii ergo evangelici munus erit, non rudes istos admonere, citra culpam posse se his desideriis dedere; sed eos christiana patientia, fortitudine, & constantia imbuere, animos illis adhibere, Christi, Sanctorumque exemplaria exhibere, præmia immensa quæ viros in adversitatibus fortes, & constantes manent, obiicere. Hæc sunt Confessarii munia.



VIII. Obiicies 2. Desiderium alienæ mortis ineffica est, & conditionatum, videlicet si Deus ita disponeret. Præterea licet invasorem occidere ob temporalium bonorum defensionem. Resp. Conditio quæ his affectibus apponi solet, palliolum est iniquitatis. Intellectus unum ab altero obiecto præcidit, abstrahit; voluntas, cæca facultas cum sit, in ipsam rem ut est fertur. Desideria hæc *obiective* conditionata sunt, *subiective* absoluta. Mors patris, & cuiuslque proximi, ob meum privatum emolumentum concupita, suapte natura res turpis est. Quid, quæso, conditionem conformationis ad divinam voluntatem communicuntur? Si divinam impleri voluntatem cupiunt, precationem dominicam recitent: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra*. Licet interdum, raro tamen, bonorum temporalium invalorem occidere, non ob eorum bonorum defensionem, quæ longe inferioris ordinis sunt; sed ob bonum, & communem Reipublicæ quietem. Nec officit quod thesis damnata subdit, desiderium illud non ex personæ displicentia, aut ex odio profiscisci, sed ex bono temporali quod mihi obvenit. Quoniam, si ex odio oriretur, duplici titulo malum esset. Quod porro sit ob bonum quod inde evenit, peccatum est contra caritatis ordinem, quem perturbat. Malitia ergo eiusmodi affectuum confurgit ex perverso ordine caritatis.

IX. Aliæ duæ propositiones damnatæ in hac materia seipsis propriam manifestant falsitatem: sunt enim primæ iam impugnatæ veluti confectariæ; quin maiorem horrorem ingerunt. Quid enim filiorum insito in parentes affectui, & innatæ pietati exitialius quam sequens assertio? *Licitum est absolute desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hereditas*. Qui talia in publicum emittere ausi sunt, quid est quod docere non possint? Si hæc admitterentur; ubi amor, ubi societas, ubi familiares parentes inter & filios locutiones? Quæ familiarum dissidia, perturbationes, & odia ex iis immoderatis appetitionibus non orirentur? Scriptura sancta hunc impium hereditatis appetitum immaturæ mortis paternæ dispendio improbare videtur Prov. XX. vers. 20. *Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lucerna eius in medio tenebris*. Audi quod sequitur. *Hereditas adquam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit*.

X. Minus horrenda haud est tertia damnata thesis: *Licitum est filio gaudere de parricidio parentis a se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas*. Quæso, tibi ob animum iste impietatis, & crudelitatis fitim qua ardet ambitio quæ talia machinatur. Licitum est filio, absoluto desiderio mortem patris optare ob hereditatem adipiscendam: licet subdito cupere Prælati mortem ob finem indipiscendæ prælaturæ. Licitum ergo erit potiori iure & cuique privato appetere mortem Regis ob regnum adeundum, & cuique Prælato desiderare mortem Summi Pontificis ob Pontificatum tenendum: quoniam maius, melinsque bonum desiderant. Porro iuxta recentiorum istorum doctrinam, quo maiora sunt bona, eo minus peccant qui illa cupiunt. Ob parva enim emolumenta haud licet, inquiunt, vel mortem aliorum appetere, vel mendacia materialia proferre. Qua de caussa P. Viva *loc. cit. num.* 21. improbat opinionem Tamburini, & Ioannis La-Crux Dominicani, asserentium, licitum esse optare sibi mortem ad evadendas leves, & communes huius vitæ calamitates. Desideria ista, & mendacia tunc malitiam exuunt omnem, cum bona propter quæ exercentur, amplissima sunt, splendidæ dignitates, conspicui gradus. Quam istorum doctrina divinæ, quam Deus nos edocuit, Theologiæ repugnet, vel ex eo constat quod preces fundere Scriptura sancta iubet pro Regibus, atque adeo pro patribus, nostris senioribus: *Orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Balthassar filii eius*: Baruch. 1. *Domine, salvum fac Regem*: Psalm. XIX. De hac impia filiorum voluntate loquitur

tur Augustinus *Enchirid. cap.* CI. ubi prius de piis, tum de impiis filiis in patres, hæc scribit: *Aliquando enim bona voluntate bonus vult aliquid quod Deus non vult .... tamquam si bonus filius patrem velit vivere quem Deus bona voluntate vult mori. Et cursus fieri potest ut hoc velit bona voluntate mala quod Deus nolit bona; velut si malus filius velit mori patrem, nolit hoc etiam Deus. Neque ille vult quid non vult Deus; iste vero id vult quod vult & Deus. Et tamen bonæ voluntatis Dei pietas illius potuit consonare, quamvis aliud velentis, quam hanc illum velentis impietas .... Nam Deus quasdam voluntates suas utique bonas implet per malarum voluntates malas.*

XI. Objicies 2. Potest quis gaudere de filio ex adulterio suscepto absque ulla culpa. Eadem ergo ratione lætari filius poterit de morte patris in ebrietate occisi. Præterea gaudere quis licite valet de pollutione nocturna involuntaria ob finem levandæ naturæ. Et hinc inferunt Theologi plures, quod inefficaci desiderio eam appetere non sit vetitum. Resp. Gaudium de filio ex adulterio suscepto, actus, seu complacentia est de effectu ex mala causa profecto. Quare terminus talis actus filius est. Mors patris est objectum quod gaudium in filio excitat: hereditas annexa morti paternæ conditio est exigua ea, quæ mortem illam suapte natura malam efficere bonam nequit, ut omnes Theologi docent in tractatu de actibus humanis. Ad id quod de pollutione nocturna traditur, dicimus, quod, quando ex naturali munitia causa profluit, est physicus mortus effectus, & sic potest utique esse terminus liciti gaudii; quod secus esset, si ex causa vitiata emanaret. Hereditas consequens patris mortem ex mala causa proficiscitur: idemo dispar est ratio. Quod in ultima propositione dicitur, nihil peculiare continet quod egeat special discussione. Parricidium genere suo malum est: ideo nequit esse terminus honesti gaudii.

XII. Quæri. I. *Licitum ne est precatoribus, & inimicis malum optare?* Resp. Licitum est inimicis, & quibuslibet peccatoribus aliquod malum temporale optare ob illorum bonum spirituale, nempe ut corrigantur, & ab iniquitatibus resipiscant. Sic docet Angelicus 2. 2. quæst. lxxxiii. art. 8. ad 3. *Licitum est impugnare inimicos, ut compescantur a peccatis, quod cedit in bonum eorum, & aliorum. Et sic licet quando petere aliqua temporalia mala inimicorum, ut corrigantur.* Fusius explicat hanc quæstionem Angelicus duobus aliis locis. Primo in IIIa dist. xxx. art. 1. ad 4. *Dicendum, quod caritas attendit ad quadam bona per se, scilicet ad bona gratiæ; ad quædam autem per accidens, inquantum ad ista ordinantur. Bona autem temporalia, quæ per accidens caritas attendit, & ex consequenti, possunt se invicem in diversis impedire, quia proprietas unius inducit adversitatem alterius. Unde quia caritas ordinem habet, & plus debet diligere quisque se quam alium, & propinquos quam extraneos, & amicos quam inimicos, & bonum commune multorum quam bonum proprium unius; potest aliquis salva caritate optare malum temporale alicui, & gaudere, se contingat, non inquantum est malum illius, sed inquantum est impedimentum mali alterius quem plus tenetur diligere, vel communitatis, vel Ecclesiæ: similiter de malo etiam eius qui in malum temporale incidit, secundum quod per malum pœnæ impeditur frequenter malum culpæ eius. Sed bona gratiæ mutuo se non impediunt, quia spiritualia bona a pluribus integre possideri possunt: & ideo quantum ad hoc, nullus salva caritate potest malum alteri optare, vel de malo gaudere, nisi inquantum in malo culpæ, vel damnationis alterius videret bonum divinæ justitiæ, quod plus tenetur diligere quam aliquem bonum. Sed hoc non est per se de malo gaudere, sed de bono quod adimplum ipsi malo.* Tandem hoc idem argumentum tractat 2. 2. *quæst.* lxxvi. *art.* 1. ubi inquirit, utrum liceat maledicere quemquam? & variis modis maledicendi explicatis, sic concludit: *Si ergo aliquis imperet, vel optet malum alterius sub ratione boni, sic est illicitum; nec erit maledictio per se loquendo, sed per accidens: quia principalis intentio dicentis non fertur ad malum, sed ad bonum. Contingit autem malum aliquod alteri imperando, vel optando sub ratione aliquod boni. Quandoque quidem sub ratione justi; & hoc modo licite maledicit illum qui præcepit justum pœnam infert; & sic Ecclesia maledicit nonnemo tirando; sicut etiam Prophetæ in Scripturis quandoque imprecantur mala peccatoribus, quasi conformantes voluntatem suam divinæ justitiæ: licet hujusmodi imprecationes possint etiam per modum prænuntiationis intelligi. Quandoque vero dicitur aliquod malum sub ratione utilis, puta cum aliquis optat alicui peccatorem pati aliquam ægritudinem, aut aliquod impedimentum, ut ipse melior efficiatur, vel ut saltem ab aliorum malorum numero cesset.*

XIII. Hinc habes, licitum esse peccatoribus, & inimicis malum a Deo optare, ut corrigantur a criminibus suis, ut desistant ab aliorum infestatione, & oppressione: idque Scripturæ sanctæ confirmant. Psal. VI. *Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur, & erubescant valde velociter.* Apoc. VI. *Usquequo non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra?* D. Paulus ad Galat. v. *Utinam abscindantur qui vos conturbant.* Imprecationes quæ in litteris sanctis occurrunt, in peccatores, in regnum peccati, in oppressores justorum, in religionis persecutores, & humanæ societati infestos contortæ sunt. Cavendum ergo ne hinc ansam nobis illudendi arripiamus, imprecandi scilicet inimicis nostris privatis supplicia, iplamque mortem, ut mala quæ nobis ex illis evenire pertimescimus, evadamus. Livor quippe lenium sine sensu, serpit, & facillime variis coloribus occultatur, & sub alienæ utilitatis, bonique spiritualis forma suas exerit flammas. In re ergo alcæ plena securior via tenenda est; & quod nos Salvator noster præcipit, exequendum. *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.*



## CAPUT IX.

*Confectaria quæ praxim suadent, & dirigunt.*

I. *Confectarium primum.* Prolixam de caritate divina dissertationem consequatur meditatio. Eiusdem notio, vis, prærogativæ, & amplitudo exposita sunt. Eadem Deum, nos, & proximos nostros complecti-tur mirabili servato ordine. Duo præcepta, quæ religionis christianæ capita sunt, implet virtus una; & dum implet, universam legem complet, & Prophetas. Mutuo se le amores illi pariunt, mutuo nutriuntur, mutuo flammas augent, mutuo propriam confervant vitam, nec alter sine altero vivere potest. Pericienter Gregorius Magnus Lib. VII. Moral. c. x. *Duo isti amores duo anuli sunt, sed catena una: duæ actiones, sed una virtus: duo opera, sed una caritas: duo apud Deum merita, sed unum sine alio inveniri impossibile est.* Bonitas Dei, amoris ignem accendit, sed accensum alit, & nutrit lignum crucis. Amor Dei in genus humanum Filium Dei in mundum misit, & cruci affixit. Hanc crucem nobis reliquit, qua flammam ardentem servemus. Tribulationum, adversitatum, malorumque tolerantia oleum est quo lampades nostrorum cordium ardent.

*Confectarium secundum.* Amor iste omnia nostra sibi vindicat, in omnes dominatur affectiones nostras. Toto corde, tota anima se diligi Deus iubet: quia nullus præter divinum in corde ardere amor aut debet, aut potest. Simul enim ac amor mundi in cor nostrum ingreditur, recedit continuo amor Dei, quod permanere una nequeant: amicitia quippe huius mundi inimica est Deo: amicitia, inquam, qua non propter Deum, sed propter ipsum mundum mundus diligitur. Alterutrum nos odisse Evangelium testatur. Caritatis istius vis, & efficacia' universalem legis observantiam exequitur. In hoc situm illius fervorem, & intensionem diximus, ut omnes appetitiones nostras coerceat, animum erigat, quo mandata omnia exequatur, talemque promptitudinem, & præparationem in voluntate constituat qua apta sit consilia ipla, nedum præcepta, servare, si occasiones occurrerent, in quibus consilia in media transirent ad salutem necessaria. Nec enim id raro accidit. Consilii, non præcepti est, divitias contemnere, a quibuidam abstinere oblectamentis, sacramenta ultra præscriptum frequentare, & cetera id genus. At præceptorum formam induunt, si attenta cuiusque imbecillitate, aut noxia graviter fiant, aut medicinæ necessariæ evadant. Hæc autem caritas tantum in omnes repugnantes affectiones nostras imperium, tantumque in rebellem concupiscentiam, divitiarumque cupiditatem dominatum haud tenere potest, nisi fervens sit, & intensa. Vincere ne hostes valet adeo infensos, intestinosque, qui indefesse, atque insidiose proditionem moliuntur, nisi accenso fervore, collatis lacertis, viribusque intentis. Hanc solam nos amoris intensionem, quæ legem universam impleat, quæ hostes intimos, a lege deiscere machinantes, in ordinem contineat, necessariam propugnavimus. Flammam istius amoris iursum tendere; anhelare incrementum, confinia amplificare, exterminare hostes, eodem stare loco haud posse, sed aut retro, aut ultra progredi, semperque augeri certum est. Meditare quæ operatur, quæque parit amor carnalis. Quæ non aggreditur divitiarum cupiditas, illecebrarum affectus, ambitionis æstuans desiderium? Offendes lapius prudentiores, ferventioresque filios tenebrarum filiis lucis. Videbis avarum nullum cupiditatibus suis frenum insidere, nullo lascivum voluptates suas repagulo moderari, semper ambitiosi sitim inardescere. Quisque suo dominanti genio omnia subiicit, eaque continenter excogitat, quæ suum augere amorem queunt. Quid? Quoniam amores isti eorum animo dominantur. Si ergo prævalet Christi caritas in corde tuo, si thronum sibi erexit; iisdem, sed oppositis insiste vesti-

vestigiis. Constantiam in adversitatibus, sursum in arduis, tolerantiam in angustiis, solertiam in insidiis, fortitudinem in conflictu, vigilantiam in periculis, sitim inexplebilem in prosperis, atque in augendo thesauro inexhaustum desiderium imitare. Porro ut hæc præstes, frequenti affectuum repetitione opus est. Idcirco pluries in annos singulos mandatum urgere divinum diximus. Qua siquidem ratione sui perpetuitatem divina caritas postulat, eadem frequenter in actus erumpere nititur. Si vita cordis amor est, & vita consistere sine actu nequit: quis negare frequentandorum actuum necessitatem ausit? Vita hæc, non physica, sed moralis. Continuitatem ergo moralem tantummodo postulat. Actus quippe isti tantam in voluntatem imprimunt vim, eaque scintillas in sinu cordis relinquunt, ut solummodo statim temporibus repetitionem exigant. Quæ omnia peroptime emphaticæ legis expressioni concinunt: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis: eruntque verba hæc in corde tuo, narrabis ea filiis tuis, meditaberis in eis sedens in domo, ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens; eruntque ante oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostiis domus tuæ.* Si ad hæc animum intenderis, nihil nos iugum aggravate legis, sed suavissime illam exponere comperies. Ansim dicere, diu in corde ardere caritatem haud posse, quin sæpius in actus se exerat. Occidet enim, mortemque occumbet, si diu fuerit otiosa. Non ergo aspera doctrina illa quæ caritatem edisserens, quæ caritati consentanea sunt, eruique sapunt naturam, præscribit tanta moderatione qua nec horas, nec dies designet, sed hebdomadas, & menses, quacumque nimia anxietate pulsa.

*Confectarium tertium*. Alter aureæ catenæ qua Deo iungimur, anulus amor proximi est. *Amor Dei* (inquit S. Laurentius Iustinianus) *amorem proximi generat. Et amor proximi calefacit amorem Dei. Et propterea voluit Deus unicum hominem primo formare, ex quo omnes procederent, ut tanquam fratres omnes se amarent.* Diligendus nobis proximus est amore singulari, & distincto ab eo quo Deum prosequimur. Tametsi una virtus duo simpleat præcepta, secus tamen unus actus; sed duplex mandatum duplex officium postulat. Verus Dei amor Dei legem implet. Sincerus proximi amor officia erga proximum exequitur, & proximi fortem, sive prosperam, sive adversam, suam facit. Infirmo videtur, gratulatur gaudenti, indigenti succurrit, patienti opitulatur, afflictum solatur, timentem erigit, ignorantem instruit, errabundum in semitam revocat. Si his caret fructibus, sterilis est, atque adeo caritatis amor non est. Quoniam caritas proximum diligit, quod in eo Creatoris Dei imago, & divina bonitas emicet. Hæc autem Dei imago, hæc bonitas eadem in omnibus hominibus, tam amicis, quam inimicis, tam exteris, quam domesticis. Eodem ergo amore hi omnes diligendi, eadem beneficentia adiuvandi, cum eadem sit amoris ratio. Sanguinis illicium, morum similitudo, sympathia naturalis amorem humanum, affectus carnales in ipsis Ethnicis, & quibusque humanitate præditos excitant. Hinc nos admonet Servator noster divinus: *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, nonne & Ethnici hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, nonne & Publicani hoc faciunt?* Altiora sunt amoris nostri momenta. Divina sunt affectus nostri illicia. Unica est in nobis amandi ratio, bonitas nempe ipsius Dei. Hic amor, qui nos omnes Christo, & nos omnes invicem agglutinat, christianæ institutionis character est, & splendida tessera, quæ nos Dei discipulos, Dei filios efficit, & ostendit in totius mundi conspectu. *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Ioan. 13. 35. Merito itaque tam frequenter nobis in testamento novi fœderis inculcatur amor iste. Hæc est ratio cur Evangelista amoris ad tædium usque amorem istum commendavit: *Filioli diligite alterutrum.* Molestia affecti discipuli, quod per singulas collectas nihil aliud proferret, nisi hoc, *Filioli diligite alterutrum*, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? *Qui*, inquit Hieronymus in Ep. ad Galat. Lib. III. c. 6. *respondit dignam Ioanne sententiam: quia præceptum Domini est. Si fiat, sufficit.*

*Confectarium quartum*. Nihil hoc, quo simul nos omnes iungimur, amore dulcius, nihil suavius. Odium, ira, quæ societatem nostram scindunt, singulorum quoque corda lacerant in partes. Quare sicut amor mutuus secum ipse statim fert mercedem, & præmium lætitiæ, & gaudii; ita odium suum sibi annexum habet supplicium, animi scilicet turbationem, internam seditionem, bellumque domesticum, eo crudelius, quo intimius est. Ne vero Dei filii tam intestinæ cladi obnoxii sint, lex iubet ut caritatis freno ira, ac odii impetus coerceant. *Sol non occidat* (inquit Paulus Ephes. IV. vers. 26.)



26.) *super iracundiam vestram*. Quod sic explicat Angelicus in comm. lect. 8. *Non perfectatis in ira concepta, sed ante Solis occasum deponatis: quia licet peccantibus motus propter fragilitatem, non permittitur mora.* Hinc intelliges sensum gentium illius Christi Domini mandati, Matth. V. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Itaque si fratrem tuum læsisti, ante occasum Solis eum placare satage. Secundum iniuriæ mensuram sit demissionis tuæ modus, aut veniam petendo, aut benevolentiæ signa exhibendo, plus minusve, prout christiana prudentia dictaverit. Sive ergo incruentum holocaustum oblaturus, sive sacram synaxim suscepturus, sive sacrificium laudis immolaturus Deo sis; omnium primum fratris reconciliationem, mutuamque, quoad fieri per te licet, benevolentiam reparare stude. Audi Augustinum Lib. de Serm. Dom. in mont. cap. X. *Iubemur ergo illaturi munus to altare, si recordati fuerimus, aliquid adversum nos habere fratrem, munus ante altare relinquere, & pergere, ac reconciliari fratri; deinde venire, & offerre. Quod si accipiatur ad litteram, fortasse credat quis ita fieri oportere, si præsens frater sit: non enim diutius differri potest, cum munus tuum relinquere ante altare iuberis. Si ergo de absente, & quod fieri potest, etiam trans mare constituto, aliquid tibi tale veniat in mentem: absurdum est credere ante altare munus relinquendum, quod post terras, & maria perperrata offertas Deo. Et ideo prorsus intro ad spiritualia refugere cogimur, ut quod dictum est, sine absurditate possit intelligi... Si in mentem venerit quod aliquid habeat adversus nos frater; ideest, si nos eum in aliquo læsimus: tunc enim ille habet adversum nos: nam nos adversum illum habemus, si ille nos læsit; ubi non opus est pergere ad reconciliationem: non enim veniam postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam; sed tantum dimittes.... Pergendum est ergo ad reconciliationem, cum in mentem venerit quod nos forte fratrem in aliquo læsimus. Pergendum autem non pedibus corporis (si longius absit) sed motibus animi, ut te humili affectu prosternas fratri, ad quem cara cogitatione excurreris in conspectu eius cui munus oblaturus eo. Ita enim etiamsi præsens sit, poteris eum non simulato animo linire, atque in gratiam revocare, veniam postulando, si hoc prius coram Deo feceris, pergens ad eum, non pigre motu corporis, sed celerrimo dilectionis affectu. Atque inde veniens, ideest intentionem revocans ad id quod agere cœperis, offeres munus tuum.*

*Confectarium quintum*. Expende, christiane Lector, quam rara sint caritatis officia. Exorto inter fratres dissidio, aut mutua secuta iniuria, confestim ad qualdam metaphysicas confugiunt subtilitates. Quisque similia sermocinatur. Absit ut odio habeam fratrem meum, tametsi iniuriatorem: ex animo illi omnia condono. Ceterum quod eum alloquar, quod ad pristinam amicitiam, mutuamque familiaritatem admittam; præceptum divinum hæc signa benevolentiæ haud præcipit, & ipse Theologos legi. Quid hoc de argumento doceant, non me fugit. Quod ex præcepto teneor præstabo: præterea nihil. Qui talia fatur, caritatem Dei illum ne habere diximus? Heu miser! Hæc decempeda divinum metiris mandatum? Unde tibi, quæso, obligatio divini præcepti tam perspicue comperta est, ut amori tuo adeo præcla confinia statuere valeas? Quid, si confinia ista nimium coarctes? Quid, si a debita, & necessaria amoris mensura deficias? Hæc tua effugia consentanea ne sunt divinæ regulæ: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*: aut contra: *Quod tibi vis fieri, alteri facito?* Qui divina mandata ad eiusmodi ratiocinia, quæ a carnis dialectica proficiscuntur, revocat; is caritate divina, quæ dilatare flammas, & multiplicare beneficia gestit, se omnino carere patefacit. Vera quippe Dei caritas comprimere in sinu suo flammam nequit, nec æstus occultare. Foras erumpit, fratrem complectitur, illum alloquitur, & ad priorem recipit benevolentiam; nisi peculiaria obstacula officiant. Quod potissimum locum habere debet inter domesticos, germanosque fratres, inter Religiosos eiusdem instituti, & cœnobii. Oro, obtestorque ut, missis quibusdam Casuistis, dum tibi super hoc caritatis præcepto difficultates occurrunt, Evangelia adeas, D. Ioannis potissimum epistolas legas, relegasque, & textum allatum D. Matthæi serio perpendas. Recogita quantum Dei cordi sit hæc sincera fratrum post dissidium reconciliatio, ut suo cuitui, iusque, quasi dixerim, honori præfetat. Audi D. Ioannem Chrysostomum hom. XVI. in Matth. *O admirabilem dignitatem, atque ineffabilem erga homines amorem Dei! Honorem suum despicit, dum in proximo caritatem requirit. Interrumpatur, inquit, cultus meus, ut caritas tua integretur.*

*tur. Sacrificium est mihi fratrum reconciliatio. Propterea quippe non dixit, postquam obtuleris, aut prius quam offerat; sed munere ipso iam posito, & inchoante sacrificio reconciliandum mittit ad fratrem. Quam igitur ob caussam istud fieri iubet? Duo sunt quæ per ista designat: unum quidem iam dixi, asseverare scilicet volens quod honoret maxime caritatem, & hanc acceptissimum esse sacrificium ducat; absque ista vero nec illud profecto suscipiat: aliud vero, quod irrefragabilem quamdam necessitatem reconciliationis imponat. Qui enim iussus est non prius munus offerre quam reconciliatus offenso, etiamsi non ob proximi caritatem, saltem ut sacrificium imperfectum maneat, curret ad contristatum fratrem, inimicitiasque dissolvet. Propterea & diserte cuncta memoravit, terrens illum videlicet, ac suscitans. Cum enim dixisset,* Relinque munus tuum, *non ibi substitit, sed intulit,* ante altare, *rursus ab ipso etiam loco horrorem iniiciens:* & vade: *nec tantum dixit,* Vade, *sed adiunxit,* prius; & tunc veniens offeres munus tuum: *per omnia isti significans quia per aliquas inter se inimicitias dissidentes nequaquam mensa illa suscipiat. Audiant hi qui sacris mysteriis initiati cum inimicitiis ad communionem altaris accedunt. Audiant etiam illi qui nondum initiati sunt. Offerunt namque & ipsi munus, & hostiam, orationem dico, & eleemosynam. Quia enim & hæc sacrificii instar obtinent, audi Prophetam loquentem:* Sacrificium laudis honorificabit me; & *rursum:* Immola Deo sacrificium laudis. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. *Itaque etiamsi orationem cum tali offerat voluntate; melius est orationem relinquere, & ad reconciliationem fratris excurrere, & tunc orationem consequenter offerre. Propter hoc enim facta sunt omnia. Idcirco & Deus homo factus est, atque omnia illa gessit, ut nos in unum sine dubio congregaret.*

*Confectarium sextum.* Regula generalis Confessario servanda in hac materia, ut valeat & caritatis violationem, & eiusdem observantiam dignoscere, hæc esto. Quod ad præteritum tempus spectat nec suam, nec accedentium mentem torqueat in iusputatione omissionum; sed statum peccatoris, & peccandi diuturnitatem paucis investigabit. Peccatores enim caritatis præceptum, quamdiu in peccato persistunt, non implent. Quare cognito illius statu, non est leveræ discussioni indulgendum super caritatis omissionibus numerandis; sed potius exaggeranda est illius ingratitudo adversus suum Creatorem, & Redemptorem, ut ad illum amandum inflammet. Si pro impertienda absolutione dispositum reperierit, obliget illum ad sæpius in dies eliciendos amoris actus, saltem mane, meridie, & sero, ut huic iancto exercitio assuefiat, sesteque ad servandum maximum mandatum disponat. Ad iustos quod attinet, nulla occurrit difficultas. Fieri enim vix potest quin iusti sæpius in dies, nedum in hebdomadas, Deum ament. Illico enim ac desinunt Deum amare, quando præceptum urget, desinunt esse iusti. Si porro torpidi, & languidi fuerint in repetendis amoris actibus, amoris divini flamma extinguetur. Curent ergo iusti omnes continuum iustus ignis incendium conservare frequenti actuum repetitione. Vides nunc quam facilis sit divini iustus mandati observantia. Iusti caritate vivunt, & caritate proficiunt, & caritatem augent. Quare isti frequentissime Deum amant, & in eisdem splendet illa moralis continuatio amoris quam supra explicuimus; Peccatores hoc mandatum non servant: ideo dicimus citos illos in Deum converti debere.

*Confectarium septimum.* Altera regula generalis in componendis dissidiis. Qui locutionem, salutationem inimicorum reipuunt, a sacramentis arcendi sunt: quod maxime verum habet, si inimici sunt Religiosi in societate viventes. Temporis brevitas, circumstantiæ expectandi opportunam occasionem excusare quandoque a gravi culpa possunt. Ut reconciliatio sincera sit, prior amicitia revivisere debet, eadam familiaritas. Languidior & frigida conversatio interioris languoris, & infirmitatis argumentum est. Si caritas non augetur, decrescit. Hæ sunt incrementi occasiones. Intenditur enim caritas, cum devicta ira, & aversione pulsa, inimicum sincere, & generose complectitur. Noli quæro, in iniuriarum transactione cassilicas qualdam consulere regulas, sed Christi Evangelium. Nemo nostrum se habere caritatem Dei certo asserere potest; sed omnes cum timore & tremore vitam ducimus, ignorantes, odio ne, an amore digni simus. Porro nullum est validius argumentum nos amore divino proximum diligere, quam cum, repugnante natura, hostem complectimur.

FINIS TOMI PRIMI.

# THEOLOGIA CHRISTIANA DOGMATICO-MORALIS

AUCTORE

## F. DANIELE CONCINA

ORDINIS PRÆDICATORUM.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS SECUNDUS.

# IN DECALOGUM.

ROMÆ, MDCCLXVIII.
SUPERIORUM PERMISSU.

PROSTANT VENALES VENETIIS
APUD SIMONEM OCCHI.
CUM PRIVILEGIO EXCELLENT. SENATUS.

*tur. Sacrificium est mihi fratrum reconciliatio. Propterea quippe non dixit, postquam obtuleris, aut prius quam offerat; sed munere ipso iam posito, & inchoante sacrificio reconciliandum mittit ad fratrem. Quam igitur ob caussam istud fieri iubet? Duo sunt quæ per ista designat: unum quidem iam dixi, asseverare scilicet volens quod honoret maxime caritatem, & hanc acceptissimum esse sacrificium ducat; absque ista vero nec illud profecto suscipiat: aliud vero, quod irrefragabilem quamdam necessitatem reconciliationis imponat. Qui enim iussus est non prius munus offerre quam reconciliatus offenso, etiamsi non ob proximi caritatem, saltem ut sacrificium imperfectum maneat, curret ad contristatum fratrem, inimicitiasque dissolvet. Propterea & diserte cuncta memoravit, terrens illum videlicet, ac suscitans. Cum enim dixisset,* Relinque munus tuum, *non ibi substitit, sed intulit,* ante altare, *rursus ab ipso etiam loco horrorem iniiciens:* & vade: *nec tantum dixit,* Vade, *sed adiunxit,* prius; & tunc veniens offeres munus tuum: *per omnia isti significans quia per aliquas inter se inimicitias dissidentes nequaquam mensa illa suscipiat. Audiant hi qui sacris mysteriis initiati cum inimicitiis ad communionem altaris accedunt. Audiant etiam illi qui nondum initiati sunt. Offerunt namque & ipsi munus, & hostiam, orationem dico, & eleemosynam. Quia enim & hæc sacrificii instar obtinent, audi Prophetam loquentem:* Sacrificium laudis honorificabit me; & *rursum:* Immola Deo sacrificium laudis. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. *Itaque etiamsi orationem cum tali offerat voluntate; melius est orationem relinquere, & ad reconciliationem fratris excurrere, & tunc orationem consequenter offerre. Propter hoc enim facta sunt omnia. Idcirco & Deus homo factus est, atque omnia illa gessit, ut nos in unum sine dubio congregaret.*

*Confectarium sextum.* Regula generalis Confessario servanda in hac materia, ut valeat & caritatis violationem, & eiusdem observantiam dignoscere, hæc esto. Quod ad præteritum tempus spectat nec suam, nec accedentium mentem torqueat in iusputatione omissionum; sed statum peccatoris, & peccandi diuturnitatem paucis investigabit. Peccatores enim caritatis præceptum, quamdiu in peccato persistunt, non implent. Quare cognito illius statu, non est leveræ discussioni indulgendum super caritatis omissionibus numerandis; sed potius exaggeranda est illius ingratitudo adversus suum Creatorem, & Redemptorem, ut ad illum amandum inflammet. Si pro impertienda absolutione dispositum reperierit, obliget illum ad sæpius in dies eliciendos amoris actus, saltem mane, meridie, & sero, ut huic iancto exercitio assuefiat, sesteque ad servandum maximum mandatum disponat. Ad iustos quod attinet, nulla occurrit difficultas. Fieri enim vix potest quin iusti sæpius in dies, nedum in hebdomadas, Deum ament. Illico enim ac desinunt Deum amare, quando præceptum urget, desinunt esse iusti. Si porro torpidi, & languidi fuerint in repetendis amoris actibus, amoris divini flamma extinguetur. Curent ergo iusti omnes continuum iustus ignis incendium conservare frequenti actuum repetitione. Vides nunc quam facilis sit divini iustus mandati observantia. Iusti caritate vivunt, & caritate proficiunt, & caritatem augent. Quare isti frequentissime Deum amant, & in eisdem splendet illa moralis continuatio amoris quam supra explicuimus; Peccatores hoc mandatum non servant: ideo dicimus citos illos in Deum converti debere.

*Confectarium septimum.* Altera regula generalis in componendis dissidiis. Qui locutionem, salutationem inimicorum reipuunt, a sacramentis arcendi sunt: quod maxime verum habet, si inimici sunt Religiosi in societate viventes. Temporis brevitas, circumstantiæ expectandi opportunam occasionem excusare quandoque a gravi culpa possunt. Ut reconciliatio sincera sit, prior amicitia revivisere debet, eadam familiaritas. Languidior & frigida conversatio interioris languoris, & infirmitatis argumentum est. Si caritas non augetur, decrescit. Hæ sunt incrementi occasiones. Intenditur enim caritas, cum devicta ira, & aversione pulsa, inimicum sincere, & generose complectitur. Noli quæro, in iniuriarum transactione cassilicas qualdam consulere regulas, sed Christi Evangelium. Nemo nostrum se habere caritatem Dei certo asserere potest; sed omnes cum timore & tremore vitam ducimus, ignorantes, odio ne, an amore digni simus. Porro nullum est validius argumentum nos amore divino proximum diligere, quam cum, repugnante natura, hostem complectimur.

FINIS TOMI PRIMI.

# THEOLOGIA CHRISTIANA DOGMATICO-MORALIS

AUCTORE

## F. DANIELE CONCINA

ORDINIS PRÆDICATORUM.

EDITIO NOVISSIMA.

TOMUS SECUNDUS.

# IN DECALOGUM.

ROMÆ, MDCCLXVIII.
SUPERIORUM PERMISSU.

PROSTANT VENALES VENETIIS
APUD SIMONEM OCCHI.
CUM PRIVILEGIO EXCELLENT. SENATUS.

# INDEX

*Librorum, dissertationum, capitum, paragraphorum, & quæstionum, quæ in hoc Tomo continentur.*

## LIBRI PRIMI

## IN DECALOGUM

## DISSERTATIO VI.

De misericordia, & eleemosyna.


CAPUT I.

*De misericordia. Quid, & quotuplex sit.* Pag. 1.

Quæst. I. *Quid sit misericordia?* ib.

Quæst. II. *Quotuplex sit misericordia?* ib.

CAPUT II.

*De eleemosyna. Errores adversus hanc virtutem.* 2.

CAPUT III.

*Propositiones ab Ecclesia proscriptæ, & aliæ quædam nimium laxæ.* 3.

CAPUT IV.

*Quid sit eleemosyna, & cujus virtutis actus?* ib.

CAPUT V.

*Jure naturali, & divino eleemosyna præscribitur.* 4.

CAPUT VI.

*Gravissimam eleemosynarum debitum Patrum testimoniis evidentius manifestatur.* 5.

CAPUT VII.

*Rationes quas ex Scripturis, & Patribus D. Thomas collegit, ut præceptum eleemosynæ ad fidem pertinere ostendat, paucis exhibentur.* 8.

CAPUT VIII.

*Collatio doctrinæ quorumdam recentium Theologorum cum doctrina Christi Domini, & SS. Patrum. Excusationes quibus eleemosynæ præceptum eludi solet, Patrum responsis repelluntur.* 9.

CAPUT IX.

*De tempore quo eleemosynæ præceptum urget. Difficultates quæ extremam necessitatem spectant, resolvuntur.* 12.

Quæst. I. *Præceptum elargiendæ eleemosynæ obligat ne extremæ, vel quasi extremæ necessitatis tempore?* 13.

Quæst. II. *Tenentur ne tunc divites extreme indigenti succurrere nedum ex superfluis, verum etiam ex necessariis statui?* ib.

Quæst. III. *Numquid cum gravissimo status detrimento subveniendum extreme indigenti?* ib.

Quæst. IV. *Impendenda ne est summa gravis, puta aliqua, aut decem millium aureorum, si divites longe hanc pecuniæ quantitatem superent, ad liberandum innocentem a latronibus interficiendum?* 14.

Quæst. V. *Tenentur ne divites captivos apud Turcas, aliosque infideles redimere?* ib.

Quæst. VI. *Asseruntur ne divites ex necessariis propriæ vitæ bonis opitulari pauperibus?* ib.

Quæst. VII. *Satisfacit ne dives eleemosynæ præcepto, si extreme indigenti tem multo tribuat?* 15.

Quæst. VIII. *Quid, si pauper in extrema constitutus necessitate alibi bona habeat? Impleretur ne præceptum illi mutuando?* ib.

Quæst. IX. *Licet ne pauperi extremam necessitatem patienti aliena surripere?* ib.

Quæst. X. *Tenetur ne dives ad restitutionem, si omittat eleemosynam pauperi impertiri in extrema necessitate?* ib.




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT X.

*Licitum ne divitibus est retinere superflua statui præsenti, ut ad altiorem statum ascendant? Quam falsa sit hac recentiorum doctrina:* Vix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. *Superfluum non est quod servatur ad augendum statum suum, vel suorum, sive ad comparandum sibi, vel suis altiorem statum.* 17.

Quæst. I. *Reperiuntur ne divites habentes superflua?* ib.

Quæst. II. *Licita ne est statuum permutatio?* ib.

Quæst. III. *Peccant divites, si omnia præsenti statui superflua retineant, ut altiorem sibi comparent gradum?* 18.

Quæst. IV. *Quid dicendum de plurium recentiorum sequenti doctrina?* Vix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. *Superfluum non est quod servatur ad augendum statum suum, vel suorum, sive ad comparandum sibi, vel suis altiorem statum.* 20.

CAPUT XI.

*Laxa doctrina P. Antonini Diana, aliorumque recentiorum expenditur.* 24.

CAPUT XII.

*Nonnulla aliæ quæstiones quæ eleemosyna subleuandam extremam, gravemque necessitatem spectant, resolvuntur.* 25.

Quæst. I. *Expectanda ne est extrema proximi necessitas, ut præceptum eleemosynæ succurrendi onus imponat?* 26.

Quæst. II. *Tenentur ne divites, in gravi etiam necessitate, pauperibus subvenire ex superfluis naturæ, quamquam ad status decentiam requirantur?* ib.

Quæst. III. *Licitum ne pauperi est in gravi constituto necessitate furari ea quæ sibi necessaria sunt, ut hanc vitæ necessitatem?* 27.

Quæst. IV. *Satisfacit ne dives, si pauperi graviter indigenti succurrat mutuando?* ib.

CAPUT XIII.

*De obligatione eleemosynæ ratione superfluitatis. Mens D. Thomæ exponitur. In communi necessitate pauperibus subveniendum est ex superfluis. Recentiorum opiniones expenduntur.* 28.

Quæst. I. *Tenentur ne divites sub præcepto superflua tam naturæ, quam personæ, seu status, in pauperes distribuere?* 29.

Quæst. II. *Quid super exposita sententia recentiores sentiant Casuistæ.* 31.

CAPUT XIV.

*Nonnullæ regulæ pro christiana praxi.* 32.

CAPUT XV.

*Nonnullæ quæstiunculæ de bis qui facere eleemosynas possunt, & tenentur.* 35.

Quæst. I. *Filiusfamilias licet ne eleemosynas pauperibus distribuere?* ib.

Quæst. II. *Quid potestatis uxores habeant in eleemosynarum distributione?* ib.

Quæst. III. *Possunt ne uxores ad avertendum malum sive temporale, sive spirituale, quod mariti imminet, eleemosynas facere?* ib.

Quæst. IV. *Possunt ne uxores, inscio marito, succurrere extreme indigenti?* ib.

Quæst. V. *Eleemosynas parvas, & consuetas, quas sine expressa mariti licentia uxor facere solet, potest ne pauperibus consanguinais, nempe parentibus, & fratribus donare?* 36.

Quæst. VI. *Licitum ne uxoribus est bona sua propria in pauperes erogare?* ib.

Quæst. VII. *Assignari ne potest quantitas bonorum quam ex bonis communibus mariti in pauperes distribuere uxor valeat?* ib.

Quæst. VIII. *Tenentur ne Monachi, seu Regulares voto paupertatis astricti eleemosynas facere?* ib.

CAPUT XVI.

*Quibus pauperibus eroganda sit eleemosyna.* 37.

Quæst. I. *Danda ne eleemosyna est homini avaro indigenti, propterea quod nolit ex suis bonis sibi succurrere?* ib.

Quæst. II. *Peccat ne graviter qui simulans paupertatem, eleemosynas quæritat, recipitque? Tenetur ne hic ad restitutionem?* ib.

Quæst. III. *Peccant ne ii qui reapse pauperes sunt, sed majorem emendicantur paupertatem, rationesque confictas exponunt, quibus facilius commoveant divitum corda in ampliores eleemosynas?* 38.

Quæst. IV. *Pauperes mendacio impedientes alios pauperes ab eleemosyna consequenda, aut eleemosynis divites efficli, tenentur ne ad restitutionem, si postea mendicent?* ib.

Quæst. V. *Utrum peccent qui mendicant ut filias matrimonio jungant, quas dotare nequeunt, vel ut aliis pauperibus subveniant?* 39.

Quæst. VI. *Cui facienda est restitutio eleemosynæ ficta paupertate comparatæ?* ib.

Quæst. VII. *Quomodo se gerere debet qui potestatem habet a testatore pecunias in pauperes distribuendi?* 39.

CAPUT XVII.

*De quibus bonis facienda eleemosyna est?* ib.

CAPUT XVIII.

*De eleemosyna Clericorum. Arctius isti quam laici pauperum egestatem suis superfluis levare tenentur. Quæ ex beneficiis ecclesiasticis percipiunt bona, congrua sustentatione dempta, justitiæ, nedum caritatis, titulo in pauperes distribuere astringuntur.* 40.

§. I.

*Beneficiarii omnes arctius quam laici gravissimo caritatis præcepto tenentur ecclesiastica bona superflua congrue sustentationi in pauperes, pioque usui distribuere.* 41.

§. II.

*Auctoritates quibus evincitur, justitiæ lege Beneficiarios astringi superfluos ecclesiasticos reditus in pauperes, & pia opera distribuere.* 42.

§. III.

*Sanctorum Patrum auctoritates indicantur.* 45.

§. IV.

*Doctrina S. Thomæ hac de argumento exponitur, & a variis commentis vindicatur.* 46.

§. V.

*Clarius sententia nostra exponitur. Auctoritate Theologorum, & Canonistarum, rationumque momentis confirmatur distinctis conclusionibus.* 52.

PRIMA CONCLUSIO.

*Portio pauperum semper permixta fuit reditibus Beneficiorum.* ib.

SECUNDA CONCLUSIO.

*Portionis quæ taxatur pro congrua Beneficiariorum sustentatione, dominium est penes eosdem. Prudentia in hac definienda mensura.* 55.

TERTIA CONCLUSIO.

*Beneficiarii non sunt absolute & omnino domini ecclesiasticorum reditnum. Justitiæ lege tenentur erogare superflua in pauperes, aliaque pia opera.* 56.

§. VI.

*Contrariæ sententiæ argumenta diluuntur.* 60.

§. VII.

*Nonnullæ quæstiunculæ resolvuntur.* 63.

Quæst. I. *Utrum Beneficiariis liceat quidquam de expensis congruæ sustentationi necessariis subtrahere, ut hac parsimonias consanguineis, amicisve donent?* ib.

Quæst. II. *An Beneficiarii valeant bona quæ ex Missarum, exequialium precum, concionumque eleemosynis colligunt, parentibus, & consanguineis, amicisve donare?* 64.

Quæst. III. *Si Beneficiarius ex bonis patrimonialibus eleemosynas fecerit, poterit ne ex reditibus Ecclesiæ compensationem sui?* ib.

Quæst. IV. *Beneficiarius habens filias spurias valet ne fructibus Beneficii dotare?* ib.

Quæst. V. *Potest ne Beneficiarius ex reditibus Beneficii nepotes in studio alere, etiamsi bonis patrimonialibus abundet, & laurea doctoratus ornare?* ib.

Quæst. VI. *Quid, si nepotes, aut fratres parentes divites habeant? Potuit ne etiam tunc Beneficiarius eos alere?* 65.

Quæst. VII. *Beneficiarius humili loco natus, & ad ecclesiasticam splendidam dignitatem evectus, potest ne ad altiorem statum reditibus Ecclesiæ consanguineos extollere?* ib.

Quæst. VIII. *Episcopus, & Beneficiarius ditissimus satisfacit ne eleemosynæ præcepto, si quartam, aut dimidiam partem reditnum Ecclesiæ in opera pia erogent?* ib.

Quæst. IX. *Eadem ne obligatione teneantur Pensionarii ac Beneficiarii ex reditnum Ecclesiæ distributione?* 66.

Quæst. X. *Obtinet ne consuetudo, vi cujus Beneficiarii valeant ex reditibus sacris ad causas profanas testari?* ib.

§. VIII.

*Corollarium.* 67.

## DISSERTATIO VII.

De correctione fraterna.

### CAPUT I.

*Quid & quotuplex sit fraterna correctio, & utrum de eadem præceptum sit: & quæ illius obligatio, atque conditiones sint.* 68.
Quæst. I. *Quæ notitia necessaria sit, ut præceptum urgeat?* 69.
Quæst. II. *Quænam peccata sunt fraternæ correctionis materia?* ib.
Quæst. III. *Superiores tenentur ne sub gravi culpa subditorum venialia crimina corrigere?* ibid.
Quæst. IV. *Peccatum præteritum est ne correctionis fraternæ materia?* 70.
Quæst. V. *Peccata ex ignorantia commissa sunt ne vi præcepti corrigenda?* 71.

### CAPUT II.

*De personis quibus onus incumbit correctionis faciendæ, & quæ corrigendæ sunt,* ibid.
Quæst. I. *Utrum tam justi quam peccatores corrigere debeant proximum delinquentem?* ib.
Quæst. II. *Utrum Prælati ecclesiastici peccato polluti peccent subditos corripientes peccatores?* 73.
Quæst. III. *Utrum homines privati teneantur propria emendare vitia, ut digne alios corrigere valeant in extrema necessitate?* ib.
Quæst. IV. *Utrum Concionatores verbum Dei e suggestu annuntiantes, & vitia increpantes gravi culpa infecti, mortaliter peccent?* ib.
Quæst. V. *Debent ne Concionatores publica peccata corrigere, tametsi nullum fructum sperent?* 74.
Quæst. VI. *Tenentur ne subditi Prælator suos corrigere?* ib.
Quæst. VII. *Qui sint superiores qui ad correctionem speciali jure tenentur?* 75.
Quæst. VIII. *Hæc major superiorum obligatio efficit ne ut in mores subditorum inquirere debeant?* ibid.

### CAPUT III.

*De tribus conditionibus necessariis, ut correctionis præceptum obliget. Sunt autem spes profectus, temporis opportunitas, & commoditas.* 76.
Quæst. I. *Certam ne, an probabilem concipere spem profectus debet ille qui alterum corrigere studet?* ib.
Quæst. II. *Peccant ne frequenter homines ob fraternæ correctionis omissionem?* ib.
Quæst. III. *Quando prima correctio non obtinet effectum, repetenda ne secunda, & tertia?* 77.
Quæst. IV. *Si dubius sis de correctionis eventu, astringeris ne illam omittere?* ib.
Quæst. V. *Differri ne licite correctio potest, ut opportunior tempore peragatur?* 78.
Quæst. VI. *Urget ne præceptum correctionis, cum prævides ab alio faciendam?* ibid.
Quæst. VII. *Quandonam omissio fraternæ correctionis mortalis est, aut venialis?* ib.

### CAPUT IV.

*De ordine quem in correctione fraterna servandum Christus Dominus præscripsit.* 79.
Quæst. I. *An hic ordo sit a Christo Domino sub præcepto, vel sub consilio præscriptus?* ibid.
Quæst. II. *Utrum necesse sit semper observari ordinem hunc?* ib.
Quæst. III. *Obligat ne ordinis servandi præceptum, cum existimatur securius Prælatum correcturum fore delinquentem?* 80.
Quæst. IV. *Quomodo explicanda est illa præcepti evangelici propositio: Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos &c.* 82.
Quæst. V. *Licitum ne est renuntiare juri fraternæ correctionis, & an reipsa aliqui renuntiaverint?* 83.

### CAPUT V.

*Quænam sunt peccata quæ, neglecto fraternæ correctionis ordine, ad Prælatum referri nequeunt?* 84.
Quæst. I. *Peccatum perpetratum coram duobus, potest ne immediate ad superiorem deferri, neglecta secreta admonitione?* ib.
Quæst. II. *Peccata publica sunt ne deferenda ad superiorem, omissa correctione secreta?* 85.
Quæst. III. *Hæresis, proditionis, idque genus similia crimina sunt ne semper illico judici denuntianda, etiamsi occulta sint?* ib.
Quæst. IV. *Crimina quæ in damnum tertii vergunt, sunt ne statim denuntianda?* 86.
Quæst. V. *Peccata carnalia quæ a Religiosis committi queunt, sunt ne ita bono communi infesta, ut, rejecta secreta correctione, debeant Prælato deferri?* 87.





## DISSERTATIO VIII.

De vitiis caritati contrariis.

### CAPUT I.

*Quid sit odium Dei, & proximi?* 88.
Quæst. I. *Odia in proximum distinguuntur ne specie ex malorum diversitate?* ib.
Quæst. II. *Licitum ne est desiderare interdum alteri malum ob finem boni spiritualis, aut ob bonum commune?* 89.
Quæst. III. *Est ne peccatum mortale proximo maledicere?* ib.

### CAPUT II.

*De acedia, invidia, discordia, contentione, & schismate.* 90.
Quæst. I. *Quid sit acedia?* ib.
Quæst. II. *Quid sit invidia?* ib.
Quæst. III. *Quid sit discordia?* 91.
Quæst. IV. *Quid sit contentio?* ib.
Quæst. V. *Quid sit schisma?* ib.

### CAPUT III.

*De bello, & de illis qui illud indicere jure valent. A quibus peragendum, quibus conditionibus, & quo tempore.* ib.
Quæst. I. *Quid sit bellum, & quotuplex?* ib.
Quæst. II. *Utrum licitum sit bellum tam defensivum, quam offensivum?* ib.
Quæst. III. *Quæ sint conditiones ad belli justitiam necessariæ?* 92.
Quæst. IV. *Qui sunt Principes qui bellum indicere jure valent?* ib.
Quæst. V. *Quæ sit justa bellandi causa?* ib.
Quæst. VI. *Utrum Princeps habens opinionem probabilem quod sibi aliquod regnum, vel civitas debeatur, possit alteri Principi regnum illud possidenti bellum indicere?* ib.
Quæst. VII. *Quæ notitia de belli justitia necessaria militibus est, ut parere Regi præcipienti bellum valeant?* 93.
Quæst. VIII. *Utrum Rex catholicus in bello justo contra alios Catholicos vocare in auxilium possit hæreticos, aut gentiles?* ib.
Quæst. IX. *Utrum Clericis, & Religiosis liceat in bello justo propria manu pugnare?* 95.
Quæst. X. *Licet ne Religiosis necessitate urgente bellare?* ib.
Quæst. XI. *Licitum ne est Christianis captivis pro infidelibus pugnare adversus Christianos, timore mortis perculsi?* ib.
Quæst. XII. *Quinam modus servandus in bello peragendo?* 96.
Quæst. XIII. *Quænam sunt peccata quæ perpetrari in bello solent?* 97.
Quæst. XIV. *Licitum ne est in bello justo innocentes fortibus permixtos occidere?* ib.
Quæst. XV. *Licite ne sunt repressaliæ?* ib.
Quæst. XVI. *Licet ne die festo bellare?* ib.

### CAPUT IV.

*De rixa, seditione, & duello.* 98.
Quæst. I. *Utrum duellum sit licitum?* 99.
Quæst. II. *Occurrere ne causse possunt quæ duellum aliquando licitum efficiant?* ib.
Quæst. III. *Licitum ne duellum est ad evitandum periculum vitæ, honoris, aut fortunarum?* ib.
Quæst. IV. *Quæ pœnæ constituæ sunt in provocantes, & acceptantes duellum?* ib.
Quæst. V. *Qui valeant ab excommunicatione ob duellum contracta absolvere?* 101.

## DISSERTATIO IX.

De scandalo.

### CAPUT I.

*Recensentur propositiones proscriptæ, & laxæ.* 102.

### CAPUT II.

*Quid, & quotuplex sit scandalum.* 104.

### CAPUT III.

*De scandalo activo speciali.* 105.

### CAPUT IV.

*Unde colligendum est, scandalum esse peccatum mortale, vel veniale? Ejusdem gravitas, & vitandi necessitas.* 106.

### CAPUT V.

*Reticenda ne veritas est vitæ, doctrinæ, & justitiæ, ut scandalum vitetur?* 108.
Quæst. I. *Veritas est ne interdum dimittenda propter scandalum passivum vitandum?* 109.
Quæst. II. *Opera spiritualia quæ ad salutem non sunt necessaria, omitti ne licite possunt ad scandalum vitandum?* ib.
Quæst. III. *Est ne veritas doctrinæ reticenda, ne scandalum oriatur?* 110.
Quæst. IV. *Dimittenda ne est justitiæ veritas propter scandalum vitandum?* 111.

Quæst. V. *Sint ne temporalia propter scandalum dimittenda ?* 112

CAPUT VI.

*Opera spiritualia, vel temporalia differenda aut occultanda interdum sunt, ut pusillorum, secus Pharisæorum scandalum evitetur.* 113.

CAPUT VII.

*Plures de scandalo quæstiuncula. Naamani Syri idololatria discutitur.* ib.

Quæst. I. *Quandonam actiones quæ adiaphoræ, seu indifferentes dicuntur, prætermittendæ sunt, ut scandalum declinetur ?* 114.

Quæst. II. *Abstinentiam ne est ab iis quæ speciem mali præferunt ? Utrum Naaman Syrus idololatriæ maculam contraxerit in obsequio præstito Regi Syriæ ?* ib.

CAPUT VIII.

*Alia de scandalo quæstiuncula.* 117.

Quæst. I. *Licitum ne est idola, & ibus Ethnicis vendere, fana, & synagogas construere ? & cetera ejusmodi, quorum nullum prævides usum ?* ib.

Quæst. II. *Graviter ne peccant captivi Christiani, qui in Turcarum triremibus remigant adversus Christianos ?* 120.

Quæst. III. *Potest ne quispiam absque flagitio ad feneratorem accedere, ut pecuniam ab eodem mutuo accipiat, quam certe scit sine fenore non crediturum ?* 121.

Quæst. IV. *Peccat ne mortaliter qui, aut nulla cogente necessitate, aut ab homine non parato ad fenus, mutuas pecunias petit cum usura restituendas ?* 123.

Quæst. V. *Licitum ne est suadere illi qui peccaturus est, ut, omisso graviore flagitio, perpetret minus ?* ib.

Quæst. VI. *Licitum ne sit suadere ei qui paratus est surripere pecunias a paupere, ut surripiat a divite, non designando divitis personam ?* 125.

Quæst. VII. *Licitum ne sit mercatori a fenératore pecunias petere ad mercaturam exercendam ?* 126.

Quæst. VIII. *Quæ caussa requiratur, ut quis deponere licite possit apud fenératorem pecunias, dum prævidetur, eas ab illo mutuatione fenebri distrahendas ; & vinum apud tabernarium, qui creditur venditurus illud fore mixtum aqua ?* ib.

Quæst. IX. *Utrum liceat invitare ad cœnam eum qui solvere jejunium paratus est ?* 127.

CAPUT IX.

*De peccatis scandali, qui adversus castitatem tam a mulieribus, quam a viris perpetrantur.* ib.

§. I.

*De licito mulierum ornatu.* 128.

§. II.

*Immoderatum mulierum ornamentum Scriptura sacra improbat, prohibetque.* 129.

§. III.

*Sancti Patres communi assensu execrantur superfluum feminarum ornatum.* 130.

§. IV.

*Peccant mulieres quæ faciei vultum adulterant : ut pulchritudinem, quæ sunt destitutæ, emendantur, aut ut habitum zugeant.* 131.

§. V.

*Juniorum Casuistarum placita hoc de argumento.* 134.

§. VI.

*Quandonam mulierum ornatus superfluus censendus mortalis sit, aut venialis ?* 135.

§. VII.

*Mulieres superfluo ornatu cultæ indicia produnt impudicitiæ.* 136.

§. VIII.

*Immodicus mulierum ornatus sæpe lethalis est ob superfluam prodigamque divitiarum absumptionem. Hinc non familiæ modo, verum etiam civitates, & regna ad egestatem rediguntur.* 139.

§. IX.

*Immodicus mulierum ornatus, notabiliter ad venerem allicient, crimen lethale est.* 141.

§. X.

*Patrum, & Theologorum auctoritate ornatus muliebris nimium superfluus lethali culpa minime caret.* 143.

§. XI.

*Eadem sententia rationibus evincitur.* 149.

§. XII.

*Peccant ne lethaliter mulieres quæ nudato pectore incedunt ?* 153.

CA-



CAPUT X.

*De feminis quæ se conspiciendas offerunt viris, a quibus turpiter adamari prævident. Nonnulla præmittuntur de scandalo Pharisæorum, & pusillorum.* 157.

Quæst. I. *Peccat ne mulier quæ, si in publicum exeat, a determinato viro, puta Paulo, prævidet se turpiter amandam ?* 158.

Quæst. II. *Mulier pertectura ad Ecclesiam, vel ad aliud peragendum negotium, prævidet se libidinose amandam : teneturne omittere Missam, & negotium, ut scandalum vitet ?* 159.

Quæst. III. *Peccat ne mulier in publicum sine ulla rationabili caussa prodiens, si prævideat se impudice amandam ab aliquibus indefinite, & vage acceptis, dummodo ipsa nullam pravam intentionem habeat ?* 161.

Quæst. IV. *Peccant ne mulieres quæ pullitulos suos sibi inservire permittunt, & illorum familiari colloquio fruuntur, dum ex pluribus indiciis probabiliter colligunt veneris amore erga se deflagrare ?* 162.

CAPUT XI.

*Utrum expediat permittere meretrices, licitumque sit domos eisdem locare.* ib.

Quæst. I. *Licita ne est scortorum publica permissio ?* ib.

Quæst. II. *Licitum ne est domos, & vestes locare meretricibus, & usurariis ?* 166.

CAPUT XII.

*De aliis actionibus quæ, licet a circumstantiis præcisæ, indifferentes, & honestæ sæpe sint, spectatis tamen circumstantiis, aliorum peccatis cooperantur.* 168.

Quæst. I. *Licitum ne est nautis, & aurigis deferre herum in domum concubinæ, aut contra concubinam in domum heri ?* 171.

Quæst. II. *An, si amicus meus velit ut ego feram munuscula, & similia, turpis scilicet amoris incitamenta, quæ ipse mittit ad suam concubinam, possim ego sine peccato deferre ?* ib.

Quæst. III. *Qui ex officio lecticas humeris portant, vel vhedas agunt, possunt ne licite pretio conducti puellam ad lasivum adolescentem adducere ?* ib.

Quæst. IV. *Peccat ne qui alteri occasionem peccandi præbet, puta uxori, ut in adulterio perpetrato deprehendi possit ?* 172.

Quæst. V. *Licitum ne est deferre litteras amatorias turpia continentes concubinæ, vel eas scribere, aut librum provocantem ad duellum ?* ib.

Quæst. VI. *Licitum ne meretricibus inservire, eas comitari ad domum amasii, aut januam amasio adeunti scortum aperire, lectum sternere, idque genus obsequia præstare ?* ib.

Quæst. VII. *Quid de famulis concubinariorum dicendum ?* 174.

Quæst. VIII. *Licitum ne est commodare alicui cubiculum ad fornicandum ?* 175.

Quæst. IX. *Licitum ne est donare aliquid judicis concubinæ, ut intercedat apud illum ?* ib.

Quæst. X. *Utrum pingens concubinam amasio, vel obscœna grave perpetret peccatum scandali ?* ib.

Quæst. XI. *Quid agendum illis qui imagines obscœnas palam in domibus expositas habent ?* 176.

Quæst. XII. *Licite ne possunt tabernarii vinum vendere iis quos inebriandos prævident ?* 177.

Quæst. XIII. *Utrum licitum sit petere solutionem maleficii a maleficio, vel saga ?* 178.

CAPUT XIII.

*Quædam regulæ pro praxi a Confessariis servandæ. Nonnulla de moderno mulierum, virorumque familiari conversatione.* ib.

LIBER SECUNDUS.

*IN DECALOGUM.*

DISSERTATIO I.

De Religione.

PRÆLOQUIUM. Pag. 183.

CAPUT I.

*Errores, propositiones damnatæ, & laxe in religionis materia recensentur.* 184.

CAPUT II.

*Natura, & actus religionis, quam præscribit primum Decalogi præceptum.* 186.

CAPUT III.

*De devotione, ejusque effectibus, & caussa.* 187.

CAPUT IV.

*De oratione, ejusque natura, & divisione.* 188.

CA-

CAPUT V.

*De orationis necessitate.* 190.

CAPUT VI.

*De conditionibus quæ comitari orationem debent.* 196.

CAPUT VII.

*Utrum solus Deus orandus sit ?* 197.

CAPUT VIII.

*De Sanctorum invocatione. Utrum ex præcepti teneamur invocare Sanctos ?* 199.

§. UNICUS.

*Nonnulla animadversiones in hanc quæstionem.* 207.

CAPUT IX.

*Pro omnibus viatoribus orandum, etiam pro animabus in purgatorio detentis, quibus prodesse virorum suffragia ostenditur.* 212.

Quæst. I. *Prosint ne infallibiliter ejusmodi suffragia quæ animabus purgatorii applicantur ?* 214.

Quæst. II. *Suffragia pro pluribus oblata æque ne omnibus prosint ?* ib.

Quæst. III. *Quot annorum spatio detineantur in purgatorio animæ illæ pro quibus nulla offeruntur suffragia.* 215.

CAPUT X.

*Qui orare debeant, & quorum orationes certo exaudiantur.* 216.

Quæst. I. *Utrum præcatores orare debeant, & exaudiantur a Deo ?* ib.

Quæst. II. *Sunt ne invocandæ animæ in purgatorio existentes, ut pro nobis orent ?* 217.

DISSERTATIO II.

De horis canonicis.

CAPUT I.

*Propositiones damnatæ, & laxæ recensentur.* 219.

CAPUT II.

*De horarum canonicarum, seu officii divini nomine, numero, & definitione.* 220.

Quæst. I. *Quot sint horæ canonicæ ?* ib.

Quæst. II. *Cur septenario numero horæ canonicæ concludantur ?* ib.

Quæst. III. *Quanam sit horarum canonicarum, seu officii divini definitio ?* 221.

Quæst. IV. *Quando primum canonicæ horæ institutæ fuerunt ?* ib.

Quæst. V. *Quanam sunt partes majores, minoresque officii divini : & quo tempore olim celebratæ fuerunt ?* 222.

Quæst. VI. *Est ne peccatum separare Matutinum a Laudibus ?* ib.

CAPUT III.

*De pervetusta consuetudine recitandi in choro canonicas horas.* 223.

CAPUT IV.

*Sit ne laude dignum divinum officium cantu in Ecclesia persolvere ? Quæ ratio cantus adhibenda ?* 224.

CAPUT V.

*De obligatione recitandi horas canonicas in choro, & de tempore, ordine, & loco quibus celebrari debent.* 227.

Quæst. I. *Teneantur ne omnes Ecclesiæ cathedrales, collegiatæ, parochiales, & regulares sub gravi culpa recitare canonicas horas in choro ?* ib.

Quæst. II. *Regularium Ecclesiæ, quæ chorum frequentant, teneantur ne sub letali culpæ horas in choro recitare ?* ib.

Quæst. III. *Præceptum cui subest Conventus, seu Ecclesia recitandi horas canonicas in choro, afficit ne singulos Religiosos ejusdem communitatis ?* 228.

Quæst. IV. *Prælati Regulares possint ne libere cum subditis dispensare, ne chorum frequentent ?* ib.

Quæst. V. *Quot Religiosi requiruntur, ut præceptum recitandi horas canonicas in choro impleatur ?* 229.

Quæst. VI. *Valent ne soli Novitii præceptum celebrandi officium in choro adimplere ?* ib.

Quæst. VII. *Quo tempore recitandæ sunt horæ canonicæ in choro ?* ib.

Quæst. VIII. *Est ne obligatio gravis recitandi horas canonicas statis definitisque horis ?* 231.

Quæst. IX. *Est ne gravis culpa ordinem recitandi horas in choro invertere ?* ib.

Quæst. X. *Quis sit locus recitandi horas in publico ?* 232.

Quæst. XI. *Religiosi ad chorum jam inceptum accedentes teneantur ne, absoluto choro, supplere partem officii recitati, antequam ipsi accederent ?* ib.

Quæst. XII. *Peccaret ne letaliter Prælatus qui non curaret, seu permitteret aliquam officii partem non recitari in choro ?* ib.

Quæst. XIII. *Tenetur ne chorus submissa voce recitare versus qui organo, aut alio instrumento pulsantur ?* ib.

Quæst. XIV. *Sit ne peccatum mortale omittere in choro officium defunctorum, & officium parvum B. Virginis ?* 233.

Quæst. XV. *Licitum ne est recitare officium, seu matutinum Defunctorum in die festo omnium Sanctorum post vesperas ?* ib.

Quæst. XVI. *Litaniæ, quæ die S. Marci, & tribus diebus ante Ascensionem celebrantur, debent ne recitari ab iis qui extra chorum officium persolvunt ?* ib.

Quæst. XVII. *Satisfaciunt ne suæ obligationi qui in choro recitantes partem suam, non attendunt ad partem quæ ab altero choro recitatur ?* 234.

Quæst. XVIII. *Teneantur ne recitantes ex una chori parte ita clare, & distincte recitare suos versiculos, ut ab altera chori parte auditi possint ?* ib.

CAPUT VI.

*De forma, seu ritu Breviarii, quam servare teneantur ii qui divino persolvendo officio adstricti sunt.* 235.

Quæst. I. *Peccarent ne letaliter qui alium ritum ab eo qui in propriis Ecclesiis receptus est, & diu obtinet, in persolvendis horis canonicis sequerentur ?* ib.

Quæst. II. *Coram Breviario Romano, & præmanibus habens Dominicanum, Ambrosianum, Benedictinum, aut aliud, teneatur ne illud recitare ?* ib.

Quæst. III. *Religiones, seu Ecclesiæ quæ proprium Breviarium habent, possunt ne acceptare Romanum ; aut, si hoc acceptent, tenentur ne uti proprio, excluso quocumque alio ?* ib.

Quæst. IV. *An Religiosi proprium Breviarium habentes, dum Romæ degunt, possint Romano uti Breviario ?* 236.

Quæst. V. *Religiosus Benedictinus transiens per Monasteria Dominicanorum, aut contra, potest ne uti Breviario illius Cœnobii per quod transit, si ibi aliquot dies commoretur.* ib.

Quæst. VI. *Religiosus factus Episcopus teneatur ne, relicto suæ Religionis Breviario, suæ diœcesis Breviarium recitare ?* ib.

Quæst. VII. *Qui habet duo beneficia in diversis Ecclesiis, quæ diversis utuntur Breviariis, debet ne recitare divinas laudes juxta ritum illius Ecclesiæ in qua residet ?* 237.

Quæst. VIII. *Scholares qui commorantur in aliqua universitate studiorum gratia, debent illud, aut propria diœcesis Breviarium recitare ?* ib.

Quæst. IX. *Potest ne quis recitare officium ante tempus, aut solito brevius cum socio habente privilegium hæc agendi ?* ib.

Quæst. X. *Clericus qui nulli Ecclesiæ addictus est, sed ratione patrimonii sacris ordinibus initiatus est, valet ne ad libitum eligere Breviarium diversum a Romano ?* ib.

Quæst. XI. *Valet ne Episcopus cum Clericis sacris ordinibus initiatis dispensare, ut, omisso Breviario proprio, juxta aliud recitent ?* 238.

Quæst. XII. *Peccatum ne est quidpiam addere, aut demere ex Breviario Romano ?* ib.

Quæst. XIII. *Qui officium divinum recitaret cum additione alicujus notabilis partis, satisfaceret ne præcepto ?* ib.

Quæst. XIV. *Peccaret ne qui horas canonicas in Ecclesia latina in choro linguæ græca, hebræa, aut vernacula persolveret ?* ib.

CAPUT VII.

*De illis qui privatim canonicas recitare horas tenentur.* ib.

§. I.

*De obligatione Clericorum ad canonicas horas recitandas.* 239.

Quæst. I. *Clerici in minoribus constituti ordinibus tenentur ne horas canonicas, vel aliquam precem recitare ?* ib.

Quæst. II. *Potest ne Episcopus Clericos præfatos astringere ut singulis diebus aliquas preces recitent ?* ib.

Quæst. III. *Omnes Clerici sacris initiati tenentur ne solvere pensum divini officii ?* ib.

Quæst. IV. *Qui per metum injuste incussum suscipit sacros ordines, tenetur ne canonicas horas recitare ?* ib.

Quæst. V. *Subdiaconus qui beneficium suscipit, qui professionem emittit, tenetur ne eo die quo initiatus sacris, professionem emittit, vel beneficium accipit, recitare totum ejus-*

*ejusdem divi officium, aut officii partem diminuat?* 240.
Quæst. VI. *Potest ne Episcopus cum Clericis dispensare, ne officium recitent?* ib.
Quæst. VII. *Tenetur ne qui sacros ordines est suscepturus, aut acceptorus beneficium, ante ordinationem, aut beneficii susceptionem paratum habere Breviarium, modumque recitandi scire?* ibid.

§. II.

*De obligatione Regularium, & Monialium recitandi post emissam professionem horas canonicas extra chorum.* ib.
Quæst. I. *Religiosi professi, nondum in sacris constituti, & Moniales professæ tenentur ne sub gravi culpa recitare horas privatim extra chorum?* 241.
Quæst. II. *Religiosus choristæ, nondum in sacris constitutus, aut Monialis professæ peccarent ne mortaliter, si simul aut iterum omitterent extra chorum horas canonicas?* 243.
Quæst. III. *Religiosus choristæ nondum sacris initiatus, si dispensetur a Pontifice, ut extra claustra vitam degat, tenetur ne recitare horas canonicas?* ib.
Quæst. IV. *Si prædictus Religiosus dispensetur a Papa ut uxorem ducat, evadit ne liber ab onere recitandi horas canonicas?* ibid.
Quæst. V. *Religiosus fugitivus nondum in sacris constitutus tenetur ne horas canonicas recitare?* ib.
Quæst. VI. *Religiosus choristæ judicis sententia e Monasterio ejectus, obnoxius ne est oneri recitandi horas canonicas?* ib.
Quæst. VII. *Religiosi ad tiremes damnati, tenentur ne ad horas canonicas recitandas?* ib.
Quæst. VIII. *Privilegium concessum Benedictinis, & Jesuitis, ut eorum professi non teneantur recitare horas canonicas, donec sint sacris initiati, est ne aliis Ordinibus communicabile?* ib.

§. III.

*De obligatione recitandi horas canonicas, cui subjecti sunt illi qui beneficium ecclesiasticum possident.* ib.
Quæst. I. *Qui habet beneficium, sive simplex, sive curatum, tenetur ne sub gravi culpa horas canonicas recitare?* ibid.
Quæst. II. *Qui metu coactus suscipit beneficium, subjacet ne horarum canonicarum oneri?* 244.
Quæst. III. *Qui habet beneficium ecclesiam in commendam, donec alicui detur, aut manuale, seu regulare, tenetur ne horas canonicas recitare?* ibid.
Quæst. IV. *Ille cui confertur beneficium, ut pulset organa, aut artem, ut grammaticam, aliamve doceat, tenetur ne ad horas canonicas recitandas?* ib.
Quæst. V. *Qui percipit præstimonia, tenetur ne ad horas canonicas?* ib.
Quæst. VI. *Habens capellaniam tenetur ne ad horas canonicas?* ib.
Quæst. VII. *Quid, si capellania ex sua institutione non sit collativa, conferatus autem postea per Episcopum, aut Pontificem, inhæsit ne tunc habenti illam horarum recitatio?* ib.
Quæst. VIII. *Qui ante annum quartum decimum obtinuit capellaniam collativam ex dispensatione Pontificis, tenetur ne per seipsum recitare canonicas horas?* ib.
Quæst. IX. *Tenentur ne Pensionarii ad recitationem divini officii?* ib.
Quæst. X. *Qui titulo clericali obtinuit pensionem, tenetur ne recitare Officium Marianum, si postea matrimonium contrahat?* 245.
Quæst. XI. *Clericus Beneficiarius, si obtineat pensionem, tenetur præter horas canonicas recitare Officium parvum B. Virginis?* ib.
Quæst. XII. *Episcopi, & Cardinales debent ne horas canonicas recitare?* ib.
Quæst. XIII. *Coadjutores beneficiariorum tenentur ne ad horas canonicas?* ib.
Quæst. XIV. *Qui habet beneficium sine fructibus, tenetur ne ad horas canonicas?* 246.
Quæst. XV. *Beneficiarius qui ob excommunicationem non percipit fructus sui beneficii, tenetur ne horas canonicas recitare?* ib.
Quæst. XVI. *Qui beneficium perquam exile acceperunt, tenentur ne precum canonicarum lege?* 247.
Quæst. XVII. *Beneficiarius qui capta beneficii possessione impeditur pro aliquo tempore a fructuum perceptione, tenetur ne precum canonicarum lege?* ib.
Quæst. XVIII. *Qui per vim, & fraudem impeditur a fructuum perceptione, tenetur ne lege divini Officii?* ib.
Quæst. XIX. *Paulus, post collatum sibi beneficium, ne in ejus possessionem pedem ponat, lite sibi intentata a Joanne impetitus, tenetur ne precum canonicarum lege?* 248.
Quæst. XX. *Beneficiarius habetus possessionem beneficii, sed non tranquillam, tenetur ne horarum canonicarum lege?* ib.
Quæst. XXI. *Qui dubius est de tenuitate beneficii, tenetur ne recidere precum canonicarum pensum?* ib.
Quæst. XXII. *Qui habet plura beneficia quorum quodlibet ita tenue est, ut non sufficiat; sufficiunt tamen ad honestam sustentationem omnia simul, tenetur ne lege canonicarum precum?* 249.
Quæst. XXIII. *Qui habet plura pinguia beneficia, tenetur ne plura divina officia recitare?* ib.
Quæst. XXIV. *Beneficiarius qui simul est Sacerdos, obligatus recitare officium divinum ob plura quæ retinet beneficia, si illud omittat, perpetrat ne plura peccata?* ib.

CAPUT VIII.

*De restitutione Beneficiariorum ob omissionem precum canonicarum.* ib.
Quæst. I. *Peccat ne mortaliter cum onere restitutionis qui primis sex mensibus divinum officium omittit?* 250.
Quæst. II. *Quid dicendum de eo qui per sex primos menses officium integre recitavit, his autem elapsis incipit omittere?* 251.
Quæst. III. *Beneficiarius qui elapsis sex mensibus omittit recitare preces canonicas absque gravi culpa, tenetur ne fructus restituere?* ib.
Quæst. IV. *Beneficiarius omittens officium diurnum uno, aut altero die, vel per octo, aut decem dies, tenetur ne restituere fructus respondentes tali tempori?* 252.
Quæst. V. *Liber ne ab onere restitutionis est Beneficiarius qui unam integram, aut notabilem horæ partem omittit?* ib.
Quæst. VI. *Quid, si Beneficiarius partem levem in singulis horis omitteret, ita ut partes simul sumptæ materiam gravem constituerent? Ita recitans peccaret ne mortaliter?* 253.
Quæst. VII. *Beneficiarius qui bodie omittit officium, tenetur ne restitutioni, si sequenti die duplex recitet officium?* ib.
Quæst. VIII. *Qui grossam canonicatus absolute acquisivit, antequam diceret officium, tenetur ne lege restitutionis, si postea officium recitare negligat?* 254.
Quæst. IX. *Præfatæ restitutio facienda ne est ante judicis sententiam?* ib.
Quæst. X. *Beneficiarius absque ulla attentione recitans officium, tenetur ne restituere?* ib.
Quæst. XI. *Beneficiarius curatus non recitans, tenetur ne restituere omnes fructus beneficii, aut solos fructus correspondentes recitationi, seu altos quos ob alia ministeria percipit?* 255.
Quæst. XII. *Quid de Beneficiario qui unum officium pro alio recitat, puta officium de Sancto pro officio de feria?* 256.
Quæst. XIII. *Cuinam restituere Beneficiarius fructus debet, fabricæ, an pauperibus?* ib.
Quæst. XIV. *Fieri ne licite potest hæc restitutio alteri Ecclesiæ, vel in pauperes alterius loci fructus erogari?* ib.
Quæst. XV. *Si Beneficiarius qui restituere debet, pauper revera sit, licite ne fructus illos restituendos applicare sibi potest?* ib.
Quæst. XVI. *Fructuum restitutio supplieri ne potest per eleemosynas quascumque factas a Beneficiario, antequam omitteret preces canonicas?* 257.
Quæst. XVII. *Pensionarii tenentur ne fructus pensionis restituere pro rata, si officium recitare omittant?* 259.
Quæst. XVIII. *Pensionarius jure ne potest exigendi a Beneficiario pensionem, si horas canonicas non persolvat?* ib.

CAPUT IX.

*De conditionibus pluribus quæ ad divini officii recitationem requiruntur.* 260.

§. I.

*De attentione, & devotione qua preces canonice persolvendæ sunt, ut præceptum impleatur.* ib.

§. II.

*Resolvuntur adversariorum objecta.* 272.

§. III.

*Nonnulla aliæ quæstiuncula resolvuntur.* 276.
Quæst. I. *Sufficit ne ad implendum præceptum attentio habitualis?* ib.
Quæst. II. *Sufficit ne attendere ad Deum, ut quis præceptum horarum canonicarum impleat?* ib.
Quæst. III. *Satis ne est meditare mysteria Passionis Christi, aut Sanctorum, & B. Virginis gesta?* ib.

Quæst. IV. *An contingat quod quis ex negligentia peccet mortaliter in recitando preces canonicas ?* ib.
Quæst. V. *Qui non ex præcepto, sed ex libera devotione preces recitat, peccat ne, si animo distracto eas fundat ?* 277.
Quæst. VI. *Quæ sunt actiones externæ quæ interiorem animi attentionem impedire solent, nequeuntque cum divini officii recitatione componi ?* ib.
Quæst. VII. *Quid de iis dicendum qui inter manuum labores preces recitant ?* 278.
Quæst. VIII. *Satisfacit ne præcepto recitandi horas canonicas qui simul Missam de præcepto audit ?* 279.
Quæst. IX. *Qui a somno vexatur, sæpiusque dormitat, unaque ita resistit, ut intermoscat se omnia proferre, satisfacit ne præcepto ?* ib.
Quæst. X. *Qui probabiliter credit se horas dixisse, tenetur ne eas dem repetere ?* ib.

§. IV.

*De intentione necessaria recitandi horas.* 280.
Quæst. I. *Necessaria ne intentio est recitandi divinum officium ?* ib.
Quæst. II. *Est ne necessaria voluntas, seu intentio implendi præceptum recitandi ?* ib.
Quæst. III. *Qui incipit recitare officium divinum cum animo expresse non satisfaciendi præcepto, tenetur ne iterum recitare ?* ib.
Quæst. IV. *Qui divinum officium recitavit animo non implendi præceptum tenetur ne animum mutare, si nolit illud repetere ?* 281.

§. V.

*De pronuntiatione, seu voce, qua preces canonicæ persolvendæ sunt : & de privilegiis Regularium in hac materia.* ib.
Quæst. I. *Satis ne est sola mente absque voce exteriori divinum recitare officium ?* ib.
Quæst. II. *Spectato communi jure, qui sola mente percurreret officium, satisfaceret ne suæ obligationi ?* ib.
Quæst. III. *Regulares semutur ne privilegio aliquo mentaliter recitandi officium, dum privatim extra chorum illud persolvunt ?* ib.
Quæst. IV. *Quomodo intelligendum est privilegium Clementis VII. concessum Theatinum superioribus dispensandi super recitatione officii cum Prædicatoribus, Confessariis, aliisque Religiosis ?* 282.
Quæst. V. *Qui recitat preces canonicas, debet ne tam clara voce pronuntiare, ut audiri vel ab adstantibus, vel a seipso valeat ?* 287.

§. VI.

*De integritate qua divinum officium persolvi debet.* 288.
Quæst. I. *Peccat ne letaliter qui unicam ex minimis horis recitare negligit ?* ib.
Quæst. II. *Qui tertiam, aut dimidiam partem horæ minoris, puta Tertiæ, Sextæ, aut Nonæ, omittit, peccat ne mortaliter ?* ib.
Quæst. III. *Qui in matutino cum laudibus omittit unum nocturnum, peccat ne mortaliter ?* ib.
Quæst. IV. *Qui omittit tres lectiones cum Responsorio, peccat ne letaliter ?* 289.
Quæst. V. *Sacerdos recitans cum socio ita festinantes, ut antequam socius terminet pronuntiare suos versus, ipse resumat sequentes, peccat ne mortaliter ?* ib.
Quæst. VI. *Cum plures alternatim recitant, debent ne alternatim lectiones legere ?* ib.
Quæst. VII. *Peccat ne mortaliter qui brevius loco longioris officium recitat ?* 292.
Quæst. VIII. *Satisfacit ne præcepto qui in die Palmarum recitat officium paschale ?* ib.
Quæst. IX. *Qui inadvertenter & ex errore recitat bodie unum officium pro alio, quod recitandum non erat, tenetur ne proprium illius diei officium repetere ?* 291.
Quæst. X. *Qui ex errore omisit officium duplicis, ut supra, tenetur ne primo die vacuo, nempe die feriali, vel trium lectionum, omissum officium recitare ?* ib.
Quæst. XI. *Qui bodie ex errore celebrat officium de aliquo festo, de quo recitandum est sequenti die, tenetur ne die sequenti recitare idem officium ?* ib.
Quæst. XII. *Sacerdos bodie sub Vesperas Venetiis existens, ubi feriæ, aut duplicis recitatur officium, eras pervecturus Patavium, ubi festum S. Danielis, aut alterius Patroni celebratur, valet ne primas Vesperas, & Matutinum illius Sancti recitare ?* 292.
Quæst. XIII. *Peccant ne mortaliter qui officium sub ritu duplici præscriptum recitarent sub ritu simplici, aut e contrario ?* ib.
Quæst. XIV. *Quot committit peccata qui totum officium diei prætermittit ?* ib.

§. VII.

*De continuatione, & ordine quo recitari debet officium.* ib.
Quæst. I. *Qui privatim maxima cum interruptione recitaret aliquam horam, peccaret ne letaliter ?* ib.
Quæst. II. *Quo ordine recitanda sunt canonicæ horæ ?* 293.

§. VIII.



§. VIII.

*De tempore quo persolvendæ sunt horæ canonicæ.* ib.
Quæst. I. *Quanam diei hora incipit obligatio recitandi divinum officium ?* 294.
Quæst. II. *Licitum ne est vespertina hora antecedentis diei persolvere, sicut Matutinum & Laudes, ita & Primam, cæteraque horas diei sequentis ?* ib.
Quæst. III. *Quæ causa requiritur ut licite quis anticipare, vel postponere recitationem precum canonicarum possit ?* ib.
Quæst. IV. *Qua hora post meridiem diei antecedentis licitum est recitare Matutinum cum Laudibus pro die sequenti ?* ib.
Quæst. V. *Qui hodiernum officium recitare incipit paulo ante mediam noctem diei sequentis, satisfacit ne præcepto, si prosequatur recitationem post mediam noctem ?* 295.
Quæst. VI. *Qui celebrat Missam non recitato Matutino, peccat ne mortaliter ?* 296.

§. IX.

*De loco, & modo quo recitanda sunt canonicæ preces.* 297.

CAPUT X.

*De causis excusantibus a recitatione precum canonicarum.* ib.

§. I.

*De impotentia.* ib.
Quæst. I. *Qui solus nequit, cum socio vero potest officium persolvere, tenetur ne socium adhibere, si commode eo uti potest ?* ib.
Quæst. II. *Tenetur ne cæcus memoriæ officium mandere, ut illud memoriter recitare queat ?* 298.

§. II.

*De infirmitate.* 299.
Quæst. I. *Excusatur ne ab officio qui tertiana febri laborat ?* ib.
Quæst. II. *Qui tali febri, vel oculorum infirmitate vexatur, ut valeat, & soleat reapse notabilem diei partem in fabularum, historiarumque lectione, aut in amicorum confabulationibus insumere, liber ne ab officio recitando est ?* 300.
Quæst. III. *Qui dubitat, utrum teneatur recitare, liber ne est a recitatione ?* 301.

§. III.

*De occupatione.* ib.
Quæst. I. *Excusantur ne a recitatione qui habituti sunt publicam lectionem ad cathedram, aut lauream acquirendam ?* ib.
Quæst. II. *Concionatores quotidiani tempore quadragesimæ excusantur ne ab officii recitatione ?* ib.
Quæst. III. *Liceat ne propter contemplationem altissimam officium omittere ?* 303.
Quæst. IV. *Peregrinatio ad loca pia justa, & legitime suscepta excusat ne ab horis canonicis persolvendis ?* ib.
Quæst. V. *Ille qui distulit Matutinum usque ad meridiem absque urgente causa, eximitur ne postea a recitatione ?* ib.
Quæst. VI. *Qui prævidet aliquod impedimentum superventurum, tenetur ne anticipare officium ?* ib.
Quæst. VII. *Qui non potest majorem officii partem recitare, tenetur ne recitare minorem ?* ib.
Quæst. VIII. *Qui non potest minorem, potest autem majorem partem officii recitare, tenetur ne hanc dicere ?* 306.
Quæst. IX. *Qui non potest dimidiam, potest vero alteram officii dimidiam partem recitare, tenetur ne ad hanc ?* ib.
Quæst. X. *Qui habet Diurnum, caretque Breviario, tenetur ne psalmos Matutini recitare ?* ib.
Quæst. XI. *Excusatur ne ab officio qui magnam patitur in eo recitando difficultatem ?* ib.

§. IV.

*De dispensatione.* 307.
Quæst. I. *Summus Pontifex potest ne dispensare Clericum ab officii recitatione ?* ib.
Quæst. II. *Valet ne Pontifex dispensare Beneficiarium ?* ib.
Quæst. III. *Potest ne Episcopus dispensare in perpetuum Clericum ab officio ?* ib.
Quæst. IV. *Prælati regulares valent ne dispensare cum suis subditis ?* ib.

CAPUT XI.

*De obligatione Prebendatorum, seu Canonicorum frequentandi chorum, ut quotidianas distributiones lucrentur.* ib.

§. I.

*Quanta sit Canonicorum obligatio chorum frequentandi, & qua ratione psallere, & cantare cum aliis debeant, ut distributiones lucrentur.* 308.
Quæst. I. *Peccat ne letaliter Canonicus, sive Prebendatus, qui abest a choro absque causa legitima ?* ib.
Quæst. II. *Si absunt a choro animo cedendi distributiones tempori absentiæ debitas, peccant ne letaliter ?* ib.
Quæst. III. *Peccant ne letaliter Canonici qui semel aut bis a choro absunt absque ulla causa ?* ib.

Quæst. IV. *Quomodo Canonici, seu Prebendati cantare, & recitare in choro cum aliis debeant, ut distributiones lucrentur, præstoque faciant satis ?* ib.
Quæst. V. *Satisfaciunt ne suæ obligationi Canonici qui suam officii partem sic submissa voce recitant, ut ab altero choro non audiantur ?* 309.
Quæst. VI. *Quid præscribunt Concilia de modo quo Canonici, & Prebendati tenentur implere præceptum assistendi choro ?* 310.
Quæst. VII. *Quibus pœnis obnoxii sunt Prebendati, seu Canonici qui absque legitima causa a choro absunt ?* 315.

§. II.

*Quibus applicandæ sunt distributiones quas a choro absentes perdunt ?* ib.
Quæst. I. *Qui legitima causa a choro absunt, acquirunt ne distributiones, non modo propriæ præsentiæ debitas, sed eas etiam quæ ex aliis absque causa absentibus accrescunt ?* ib.
Quæst. II. *Prebendati præsentes jure ne valent absentibus absque causa remittere distributiones, vel donare, aut de eisdem cum illis transigere ?* ib.

§. III.

*De caussis excusantibus Prebendatos, sive Canonicos a chori frequentia, quin distributiones amittant.* 316.
Quæst. I. *Qua infirmitas excusat Canonicum sive prebendatum a chori frequentia ?* ib.
Quæst. II. *Canonicus qui culpa propria infirmitatem contraxit, amittit ne distributiones ?* ib.
Quæst. III. *Canonicus qui data opera se in morbum conjicit, ut a choro absit, amittit ne distributiones ?* 317.
Quæst. IV. *Quenam dicenda sit rationabilis corporis necessitas, qua est secunda caussa excusans Prebendatum a chori frequentia ?* ib.
Quæst. V. *Quid de Prebendato absente ob excommunicationem ?* 318.
Quæst. VI. *Quid, si juste excommunicatus chorο assistat ?* ib.
Quæst. VII. *Quid de Beneficiato, seu Canonico suspenso ?* ib.
Quæst. VIII. *Quid de Canonico judicis sententia Beneficio privato ?* ib.
Quæst. IX. *Qua utilitas Ecclesiæ evidens excusat a chori assistentia ?* 319.
Quæst. X. *Qui absens est a choro in utilitatem Ecclesiæ manifestam, debet ne esse in loco beneficii, ut distributiones lucretur ?* ib.
Quæst. XI. *Qui a proprio Episcopo mittitur ad visitanda limina Apostolorum, lucratur ne tempore absentiæ distributiones ?* ib.
Quæst. XII. *Canonicus qui ab Episcopo mittitur ad Concilium generale, vel provinciale, tamquam Theologus, Canonista, vel Procurator, acquirit ne distributiones ?* ib.
Quæst. XIII. *Canonicus qui Sede vacante eligitur a Capitulo Vicarius, seu Provisor, amittit ne distributiones, si absit a choro caussa exercendi officium ?* 320.
Quæst. XIV. *Quanto tempore fruitur privilegio percipiendi distributiones qui absit a choro ob Ecclesiæ negotia tractanda ?* ib.
Quæst. XV. *Celebratio capituli excusat ne absentiam a choro ?* ib.
Quæst. XVI. *Canonicus Theologus, seu Lectoralis acquirit ne distributiones, si absit a choro die qua lectionem habet, aut concionatur ?* 321.
Quæst. XVII. *Quid de Canonicis eorum animarum habentibus in aliis Ecclesiis a Cathedralibus ?* ib.
Quæst. XVIII. *Quid de Parochis publice legentibus Theologiam ?* 322.
Quæst. XIX. *Ut Prebendati legentes in universitate, aut studio generali fruantur privilegio exemptionis, requiritur ne ut sint conducti ?* ib.
Quæst. XX. *Quid de Prebendatis studentibus in universitate ?* ib.
Quæst. XXI. *Tenentur ne ejusmodi Prebendati licentiam ab Ordinario petere ut possint caussa studii abesse ?* ib.
Quæst. XXII. *Prebendatis parochialia Beneficia habentibus licitum ne est abesse ab Ecclesia studiorum caussa ?* 323.
Quæst. XXIII. *Licentia qua ab Episcopo datur Prebendatis non Parochis, extenditur ne ultra quinquennium ?* ib.
Quæst. XXIV. *Si Beneficium constet ex solis distributionibus quotidianis, lucrantur ne eas qui studii caussa absunt ?* ib.
Quæst. XXV. *Canonici non curati qui tribus mensibus singulis annis absunt ab Ecclesiis lucrantur ne fructus, & distributiones ?* ib.
Quæst. XXVI. *Canonicus qui habet duplex Beneficium, ut Canonicatum & Decanatum, acquirit ne duplices distributiones ?* 324.
Quæst. XXVII. *Quomodo interpretanda est dispensatio non interessendi choro ?* ib.

FINIS.





# LIBER PRIMUS
## IN DECALOGUM.
# DISSERTATIO VI.
## *DE MISERICORDIA, ET ELEEMOSYNA.*

### CAPUT I.
### *DE MISERICORDIA.*

*Quid, & quotuplex sit.*

I. QUoniam eleemosyna misericordiæ partus est, prius quam de illa sermonem instituo, de hac nonnulla prælibare expedit; paucis tamen omnia expediam, eo quod nihil difficile, & impervium occurrat, ut sequentes quæstiunculæ ostendent.

II. Quæst. I. *Quid sit misericordia?* Resp. Misericordia, si vocis etymon spectes, a miseria, & corde, seu a misero corde originem trahit. Quam etymologiam tradit Augustinus Lib. de morib. Eccl. *cap.* XXVII. *Quis negetur ex eo appellatam esse misericordiam, quod miserum cor factat cognitentis super alieno malo?* Hæc tamen misericordia hominum dumtaxat propria est. Quare Clemens Alexandrinus *Lib. IV. Strom.* ut refert Sylvius, ait: *Misericordia non est, ut quidam existimant Philosophi, molestia propter alienas calamitates; sed est potius quid divinum.* Misericordia itaque absolute spectata sic definiri potest: *Voluntas alterius miseriæ sublevandæ.* Hæc quippe ratione Deo, & hominibus convenit. Quæ hominum propria est, annexam semper habet cordis compassionem, sive de alterius malo tristitiam. Docet quippe Angelicus 2. 2. *qu.* XXX. *art.* 1. objectum misericordiæ esse malum alterius. Dicitur malum alterius, quia nemo ergo sibi ipsum proprie misericors est, sed erga alterum. Nec officit illud Eccli. c. XXX. *Miserere animæ tuæ, placens Deo?* quia ibi vocabuli proprietas non expenditur; sed suadetur ut qui alteri benefacere velit, primum sibi benefaciat. Malum porro alterius, quod objectum misericordiæ diximus, involuntarium aliquo modo sit oportet. Quod enim omnino voluntarium est, ac liberum, haud dignum misericordia reputatur. Miseremur veto peccatorum, eorumque qui merces in mare projiciunt, quin & martyrum, qui deliberate tormenta patiuntur, quoniam tristitiam maximam naturæ repugnantem passi sunt. Sicut ipse Christus Dominus de se testatus est Matth. XXVI. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Naufragi in mare merces projicientes, quid involuntarii patiuntur; & peccatores, quamvis plena voluntate peccent, semper tamen errore maximo decipiuntur, juxta illud Prov. XIV. *Errant qui operantur malum,* ideirco commiseratione digni sunt.

III. Ad misericordiæ exercitium requiritur quod alienum malum ut proprium aliquo modo concipiatur: quod duobus modis accidit, inquit Angelicus 2. 2. qu. XXX. art. 2. *Uno modo secundum unionem affectus, quod fit per amorem. Quia enim amans reputat amicum tamquam seipsum, malum ipsius reputat tamquam suum malum; & ideo dolet de malo amici sicut de suo... Et Apostolus dicit ad Roman.* XII. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. *Alio modo contingit secundum unionem realem, utpote cum malum aliquorum propinquum est, ut ob eis ad nos transeat.* Hinc est quod senes, mulieres, infirmi propensiores in misericordiam esse solent, atque clementiores propter naturæ imbecillitatem, & defectus quibus obnoxii sunt. Contra robusti, felices, divites, potentes, quod a miseriis immunes sint, nimium a misericordia alieni existunt. Sed hi insipientes sunt, cordeque stulti. Reputare enim animo deberent, se gravioribus momentis ad misericordiam urgeri, quod eis infirmitatibus, inopia, & calamitatibus liberi sint, quibus premuntur alii eiusdem naturæ consortes. Quod illi egeant, infirmentur, langueantque; tu vero validus, fortis, dives, & opulentus es, non ne sola Dei mirabili, atque ineffabili providentia evenit?

IV. Quæst. II. *Quotuplex sit misericordia?* Resp. Duplex. Altera corporalis, spiritualis alte-

Quæst. IV. *Quomodo Canonici, seu Prebendati cantare, & recitare in choro cum aliis debeant, ut distributiones lucrentur, præstoque faciant satis ?* ib.
Quæst. V. *Satisfaciunt ne suæ obligationi Canonici qui suam officii partem sic submissa voce recitant, ut ab altero choro non audiantur ?* 309.
Quæst. VI. *Quid præscribunt Concilia de modo quo Canonici, & Prebendati tenentur implere præceptum assistendi choro ?* 310.
Quæst. VII. *Quibus pœnis obnoxii sunt Prebendati, seu Canonici qui absque legitima causa a choro absunt ?* 315.

§. II.

*Quibus applicandæ sunt distributiones quas a choro absentes perdunt ?* ib.
Quæst. I. *Qui legitima causa a choro absunt, acquirunt ne distributiones, non modo propriæ præsentiæ debitas, sed eas etiam quæ ex aliis absque causa absentibus accrescunt ?* ib.
Quæst. II. *Prebendati præsentes jure ne valent absentibus absque causa remittere distributiones, vel donare, aut de eisdem cum illis transigere ?* ib.

§. III.

*De caussis excusantibus Prebendatos, sive Canonicos a chori frequentia, quin distributiones amittant.* 316.
Quæst. I. *Qua infirmitas excusat Canonicum sive prebendatum a chori frequentia ?* ib.
Quæst. II. *Canonicus qui culpa propria infirmitatem contraxit, amittit ne distributiones ?* ib.
Quæst. III. *Canonicus qui data opera se in morbum conjicit, ut a choro absit, amittit ne distributiones ?* 317.
Quæst. IV. *Quenam dicenda sit rationabilis corporis necessitas, qua est secunda caussa excusans Prebendatum a chori frequentia ?* ib.
Quæst. V. *Quid de Prebendato absente ob excommunicationem ?* 318.
Quæst. VI. *Quid, si juste excommunicatus chorο assistat ?* ib.
Quæst. VII. *Quid de Beneficiato, seu Canonico suspenso ?* ib.
Quæst. VIII. *Quid de Canonico judicis sententia Beneficio privato ?* ib.
Quæst. IX. *Qua utilitas Ecclesiæ evidens excusat a chori assistentia ?* 319.
Quæst. X. *Qui absens est a choro in utilitatem Ecclesiæ manifestam, debet ne esse in loco beneficii, ut distributiones lucretur ?* ib.
Quæst. XI. *Qui a proprio Episcopo mittitur ad visitanda limina Apostolorum, lucratur ne tempore absentiæ distributiones ?* ib.
Quæst. XII. *Canonicus qui ab Episcopo mittitur ad Concilium generale, vel provinciale, tamquam Theologus, Canonista, vel Procurator, acquirit ne distributiones ?* ib.
Quæst. XIII. *Canonicus qui Sede vacante eligitur a Capitulo Vicarius, seu Provisor, amittit ne distributiones, si absit a choro caussa exercendi officium ?* 320.
Quæst. XIV. *Quanto tempore fruitur privilegio percipiendi distributiones qui absit a choro ob Ecclesiæ negotia tractanda ?* ib.
Quæst. XV. *Celebratio capituli excusat ne absentiam a choro ?* ib.
Quæst. XVI. *Canonicus Theologus, seu Lectoralis acquirit ne distributiones, si absit a choro die qua lectionem habet, aut concionatur ?* 321.
Quæst. XVII. *Quid de Canonicis eorum animarum habentibus in aliis Ecclesiis a Cathedralibus ?* ib.
Quæst. XVIII. *Quid de Parochis publice legentibus Theologiam ?* 322.
Quæst. XIX. *Ut Prebendati legentes in universitate, aut studio generali fruantur privilegio exemptionis, requiritur ne ut sint conducti ?* ib.
Quæst. XX. *Quid de Prebendatis studentibus in universitate ?* ib.
Quæst. XXI. *Tenentur ne ejusmodi Prebendati licentiam ab Ordinario petere ut possint caussa studii abesse ?* ib.
Quæst. XXII. *Prebendatis parochialia Beneficia habentibus licitum ne est abesse ab Ecclesia studiorum caussa ?* 323.
Quæst. XXIII. *Licentia qua ab Episcopo datur Prebendatis non Parochis, extenditur ne ultra quinquennium ?* ib.
Quæst. XXIV. *Si Beneficium constet ex solis distributionibus quotidianis, lucrantur ne eas qui studii caussa absunt ?* ib.
Quæst. XXV. *Canonici non curati qui tribus mensibus singulis annis absunt ab Ecclesiis lucrantur ne fructus, & distributiones ?* ib.
Quæst. XXVI. *Canonicus qui habet duplex Beneficium, ut Canonicatum & Decanatum, acquirit ne duplices distributiones ?* 324.
Quæst. XXVII. *Quomodo interpretanda est dispensatio non interessendi choro ?* ib.

FINIS.





# LIBER PRIMUS
## IN DECALOGUM.
# DISSERTATIO VI.
## *DE MISERICORDIA, ET ELEEMOSYNA.*

### CAPUT I.
### *DE MISERICORDIA.*

*Quid, & quotuplex sit.*

I. QUoniam eleemosyna misericordiæ partus est, prius quam de illa sermonem instituo, de hac nonnulla prælibare expedit; paucis tamen omnia expediam, eo quod nihil difficile, & impervium occurrat, ut sequentes quæstiunculæ ostendent.

II. Quæst. I. *Quid sit misericordia?* Resp. Misericordia, si vocis etymon spectes, a miseria, & corde, seu a misero corde originem trahit. Quam etymologiam tradit Augustinus Lib. de morib. Eccl. *cap.* XXVII. *Quis negetur ex eo appellatam esse misericordiam, quod miserum cor factat cognitentis super alieno malo?* Hæc tamen misericordia hominum dumtaxat propria est. Quare Clemens Alexandrinus *Lib. IV. Strom.* ut refert Sylvius, ait: *Misericordia non est, ut quidam existimant Philosophi, molestia propter alienas calamitates; sed est potius quid divinum.* Misericordia itaque absolute spectata sic definiri potest: *Voluntas alterius miseriæ sublevandæ.* Hæc quippe ratione Deo, & hominibus convenit. Quæ hominum propria est, annexam semper habet cordis compassionem, sive de alterius malo tristitiam. Docet quippe Angelicus 2. 2. *qu.* XXX. *art.* 1. objectum misericordiæ esse malum alterius. Dicitur malum alterius, quia nemo ergo sibi ipsum proprie misericors est, sed erga alterum. Nec officit illud Eccli. c. XXX. *Miserere animæ tuæ, placens Deo?* quia ibi vocabuli proprietas non expenditur; sed suadetur ut qui alteri benefacere velit, primum sibi benefaciat. Malum porro alterius, quod objectum misericordiæ diximus, involuntarium aliquo modo sit oportet. Quod enim omnino voluntarium est, ac liberum, haud dignum misericordia reputatur. Miseremur veto peccatorum, eorumque qui merces in mare projiciunt, quin & martyrum, qui deliberate tormenta patiuntur, quoniam tristitiam maximam naturæ repugnantem passi sunt. Sicut ipse Christus Dominus de se testatus est Matth. XXVI. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Naufragi in mare merces projicientes, quid involuntarii patiuntur; & peccatores, quamvis plena voluntate peccent, semper tamen errore maximo decipiuntur, juxta illud Prov. XIV. *Errant qui operantur malum,* ideirco commiseratione digni sunt.

III. Ad misericordiæ exercitium requiritur quod alienum malum ut proprium aliquo modo concipiatur: quod duobus modis accidit, inquit Angelicus 2. 2. qu. XXX. art. 2. *Uno modo secundum unionem affectus, quod fit per amorem. Quia enim amans reputat amicum tamquam seipsum, malum ipsius reputat tamquam suum malum; & ideo dolet de malo amici sicut de suo... Et Apostolus dicit ad Roman.* XII. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. *Alio modo contingit secundum unionem realem, utpote cum malum aliquorum propinquum est, ut ob eis ad nos transeat.* Hinc est quod senes, mulieres, infirmi propensiores in misericordiam esse solent, atque clementiores propter naturæ imbecillitatem, & defectus quibus obnoxii sunt. Contra robusti, felices, divites, potentes, quod a miseriis immunes sint, nimium a misericordia alieni existunt. Sed hi insipientes sunt, cordeque stulti. Reputare enim animo deberent, se gravioribus momentis ad misericordiam urgeri, quod eis infirmitatibus, inopia, & calamitatibus liberi sint, quibus premuntur alii eiusdem naturæ consortes. Quod illi egeant, infirmentur, langueantque; tu vero validus, fortis, dives, & opulentus es, non ne sola Dei mirabili, atque ineffabili providentia evenit?

IV. Quæst. II. *Quotuplex sit misericordia?* Resp. Duplex. Altera corporalis, spiritualis alte-

altera. Illa corporis, hæc animæ defectibus succurrit. Utriusque actus, seu formæ ad septem veluti genera revocantur. Cuius partitionis rationem optimam Angelicus tradit 2. 2. *qu.* XXXII. *art.* 2. Quoniam miseria quæ corpus afficit, aut in vita, aut post mortem toleratur. Si in vita; aut est earum rerum penuria quibus egent omnes; quæ vel interior esse potest, ut privatio cibi, & potus; vel exterior, ut vestium, domicilique carentia: quibus duo alia miserordiæ genera correspondent, videlicet visitare infirmos, & redimere captivos. Miseria quæ post mortem contingit, est sepulturæ carentia, quæ tollitur ultimo misericordiæ actu, quo defuncti tepeliuntur. Ad hos septem actus cetera corporalis misericordiæ officia revocantur, cæcos dirigere, claudos sustinere, viduas, pupillosque protegere, virginibus dotem providere, pauperum debita solvere, & id genus alia.

V. Miseria quæ animam tangit, aut culpa est, aut pœna. Si culpa, tolli a nobis nequit, sed culpæ reus iuvari tantum potest tribus modis, oratione ad Deum, iniuriæ remissione, & correctione fraterna. Si pœna est, aut intellectum lædit per ignorantiam, aut affectum per tristitiam: quibus doctrina, consilio, consolatione, & patientia medemur. Quapropter septem sunt misericordiæ spiritualis munia, orare pro peccatoribus, condonare iniurias, corripere delinquentes, docere ignorantes, consulere imprudentibus, consolari afflictos, alienam infirmitatem tolerare. Quæ omnia sufius explicat Angelicus *loc. cit.* & nos de quibusdam latius disputabimus. Misericordiæ corporalis officia hoc versu claudunter:

*Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.*

Spiritualis misericordiæ actus hoc altero versu exhibentur:

*Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.*

Sub hoc verbo *consule* duo comprehenduntur, & consilium indigenti dare, & docere ignarum: quare sequens versus pressius omnes actus recenset.

*Consule, carpe, doce, solare, remitte, fer, ora.*

## CAPUT II.

### *DE ELEEMOSYNA.*

*Errores adversus hanc virtutem,*

I. Duo sunt in hac materia errores extremi. Primus eorum est qui ad vitam æternam comparandam nihil aliud præter eleemosynam requirunt, hac sola omnia deleri peccata contendentes: quem errorem recenset Augustinus Lib. XXI. de Civ. Dei cap. XXII. *Comperi etiam quosdam putare, eos tantummodo arsuros illius æternitate supplicii qui pro peccatis suis facere dignas eleemosynas neglexerint, iuxta illud Apostoli Iacobi* II. Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. *Qui ergo fecerit, inquiunt, quamvis mores in melius non mutaverit, sed inter ipsas eleemosynas nefarie, ac neguiter vixerit, iudicium illi cum misericordia futurum est: ut aut nulla damnatione plectatur, aut post aliquod tempus sive parvum, sive prolixum, ab illa damnatione liberetur. Ideo iudicem ipsum virorum, atque mortuorum mutuisse existimant aliud commemorare se esse dicturum sive dextris, quibus est vitam daturus æternam, sive sinistris, quos æterno supplicio est damnaturus, nisi eleemosynas, sive factas, sive non factas.*

II. Istius erroris qui iam exolevit, patroni plura argumenta in medium promebant. In primis afferebant illud Lucæ cap. XI. *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* Deinde alterum Matth. V. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Tandem plurimos alios Scripturæ textus: Eccl. III. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis:* & Tobiæ IV. *Eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.*

III. Omissis variis Patrum expositionibus, ea quam præbent Theophilactus, & S. Maximus *serm. 1. de eleemosyn.* ad primum textum, sufficitur. Christus ibi Pharisæis loquebatur, quorum potissimum vitium avaritia erat. Idcirco eleemosynæ studium illis commendat: quoniam, evulsa omnium vitiorum radice, facile ad fidem, & aliorum scelerum pœnitentiam pervenire poterant. Quemadmodum Medici, cognita morborum origine, quæ non raro repletio est, dicere solent: Sobrius esto, & integre convalesces. Ad secundum responsio obvia est: ibi enim indicatur, quantum misericordia grata Deo sit, minime vero solam ad æternam salutem sufficere. Ceteri textus sancti loquuntur de eleemosynis quæ fructus pœnitentiæ sunt, ceteraque virtutes iunctas habent.

IX. Contrarius error est omnium recentium hæreticorum, qui, quamvis concedant utiles esse eleemosynas; negant tamen aut ad satisfaciendum Deo pro peccatis, aut ad vitam promerendam æternam, vim quampiam habere. Quem errorem Catholici omnes confutant, & execrantur. Ex recentiis quippe textibus compertum est, eleemosynas quæ a caritate imperantur, & reguntur, æterna mercede a Deo donari, iuxta illud Matth. XXV. *Percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare* &c. Verum contra hunc errorem plura infra dicturi sumus.

## CAPUT III.

*Propositiones ab Ecclesia proscriptæ, & aliæ quædam similium laxæ.*

I. Unica est hoc de argumento propositio ab Ecclesia damnata, quæ eiusmodi est. *Vix in secundariis invenies, etiam in Regibus, superfluum statui; & ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tantum ex superfluo statut.* De hac propositione plura infra.

II. Propositiones, quæ nimium laxæ videntur.

„ Nemo ex necessariis ad sunm statum conservandum tenetur eleemosynam pauperibus elargiri, etsi extrema necessitate laborent. P. Matthæus Moya " *Tom. I. tract. VI. disp.* „ VI. *quæst.* IV. §. 3. *num.* 21.

„ Obligatio eleemosynas pauperibus de superfluo statui elargiendi, solum extenditur ad casum extremæ necessitatis. " P. Torrecilla *tract. VIII. ad propos. damn.* 12. *Innocentii XI. num.* 13. *fol.* 44.

„ Ut Clerici ex redditibus beneficialibus licite, & valide testentur ad causas profanas, efficere potest consuetudo rationabilis. Quod autem consuetudo ita testandi per totam aliquam Dioecesim illimitate vigens, sit rationabilis, difficile probatu est. " P. Franciscus Zech in Opuscul. *Rigor moderatus* prope finem num. 19.

## CAPUT IV.

*Quid sit eleemosyna, & cuius virtutis actus.*

I. Antequam gravissimas difficultates quæ in istius argumenti tractatione occurrunt, dispicere aggredior, ipsius eleemosynæ naturam, & vim patefaciam oportet. Eleemosyna a verbo græco proficiscitur ἐλεέω quod est *misereor*. Quare quod Latinis *misericordia*, Græcis *eleemosyna* est. Non quilibet tamen misericordiæ actus, sed is tantum quo egens sublevatur, eleemosyna dicitur. *Iustitiæ* nomine nonnumquam appellatur, iuxta illud Psal. CXI. *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet saeculum saeculi.* Et Christus Matt. VI. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus:* quem textum sic legit Chrysostom. hom. XIX. in Matth. *Attendite ne faciatis eleemosynam coram hominibus.* Vocatur quoque gratia, & communicatio, ut habetur II. Cor. cap. VIII. vers. 4. *Cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, & communicationem ministerii quod fit in sanctos.* Frequentius tamen pro caritate accipitur, tum apud vulgus, tum apud veteres, qui *agapen*, nempe caritatem, vocant quod nos eleemosynam dicimus, ut notat Sylvius.

II. Porro eleemosynam definit D. Thomas 2. 2. qu. XXXII. art. 1. *Est opus quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum.* Dicitur, *opus*, quia accipitur eleemosyna, non pro ipsa re, sed pro actione. Si quis finitionem cupit quæ actui iuxta ac rei conveniat, loco operis ponat *beneficium*. Ut autem hoc beneficium eleemosynæ nomen obtineat, *indigenti* conferri debet. Quippe beneficia quæ non egentibus impertimur, ad liberalitatem pertinent. Idcirco *ex compassione* additur, quoniam miseria proximi misericordiam excitat ad, subsidium porrigendum. *Propter Deum* adiicitur, quia christiana eleemosyna, non ethnica, hic definitur. Quare eleemosyna potest utique esse sine caritate; immo etiam fieri valet inanis gloriæ cupiditate; verum tunc eleemosyna *materialiter*, inquit Angelicus, tantum dicenda est. Ut enim intelligatur *formaliter*, seu eo quo fieri debet modo, sine caritate esse nequit,

III. Ad quam autem virtutem eleemosyna spectet, non una est Doctorum sententia. Communior tamen ea est quam docet D. Thomas *loc. cit.* videlicet eleemosynam elici a misericordiæ virtute, imperari autem a caritate. *Unde manifestum est quod dare eleemosynam proprie est actus misericordiæ.* Ad caritatem autem reducitur, quia ab eadem imperatur. Verum utique habet, omnes aliarum virtutum actus a caritate imperari; sed propinquiorem affinitatem cum caritate eleemosyna habet, quia summopere in operibus eleemosynæ caritas elucet. Diligendus est e-

nim proximus non verbo, & lingua, sed opere, & veritate. Iure igitur caritatis opus appellari eleemosyna communiter solet.

IV. Non parum disputant Theologi, pertineat ne ad iustitiæ virtutem eleemosyna. De hoc infra sermo recurret. In præsens pauca delibabimus. Duplicem in eleemosyna respectum considero: alterum ad Deum, ad proximum alterum. Cum proximi miseriam sublevat, opus misericordiæ est, a caritate iubente, seu dirigente profectum, ut dictum est. Quarenus Deum respicit, ad iustitiam legalem pertinere non est ambigendum: est quippe sub hac acceptione tributum a Deo ipso impositum in omnes divitias hominibus concessas; quod non Deo, sed pauperibus solvendum est. Pauperes enim exactores instituti a Deo sunt tributi illius. Qui illud defraudat, iustitiæ in Deum, inhumanitatis in proximum reus est. Verum de hoc plura infra.

## CAPUT V.

*Iure naturali, & divino eleemosyna præscribitur.*

I. QUod iuris naturæ vi eleemosynarum subsidium conferre pauperibus adstricti divites sint, paucis evincitur. Deus namque conditor, ac pater omnium providentissimus est. Nihil eorum quæ edidit in lucem, negligit, aut oblivisci tur. Non modo iumentis fenum producit, sed fenum ipsum, quod eras in clibanum mittitur, liliaque agrorum sic vestit, ut nec Salomon omnium Regum potentissimus, in omni gloria sua, tanta fuerit venustate ornatus. Quanto igitur longe maiori studio hominibus, omnium mundi huius creaturarum præstantissimis, providit? Ideo ne divitiarum opulentiam filiorum suorum multis impertiit, ut ipsi alituerent, ceteris necessario victu destitutis? Absit de tanto patre tam crudelis suspicio. Sed ideo alios divites voluit, alios pauperes, ut omnes valido, perpetuoque nexu devinciret. Si omnes æque divitiis aut affluerent, aut egerent; nulla eos inter necessitudo, nulla societas esset. Nemo alterius ope egeret, nec alteri subiectus foret. Nemo servus, nemo dominus. Caritatis exercendæ occasio deesset, & paupertatis, egestatisque patientia nulla occurreret. Pauper ergo, & dives duo sunt extrema contraria, sed duo maxime necessaria, inquiunt SS. Patres. Orbis præpotens effector Deus cœlestibus irrigationibus terram subiectam voluit, omnesque partes tam arctissimo nexu copulatas, ut ex hac æquali harmonia, ordineque exactissimo, omnibus compertum fieret unius Dei arbitrio omnia moderari. Sic idem divitum, & pauperum Dominus altissimo dispositi consilio ut plures penuria laborarent, & ceteri auro, amentoque affluerent, quo divites pauperum servitute, & pauperes divitum ope indigerent: illi caritatis, amoriique studium bona sua distribuendo excolerent: isti patientiæ, humilitatique colendæ materiam haberent; denique omnes unius veluti corporis membra effecti vicariam operam sibi invicem præberent. Qui ergo hunc ordinem quo homines mutuo nectuntur, abrumpunt, a naturæ legibus procul dubio recedunt. Naturæ porro ordinem, & connexionem pervertunt, infringuntque divites, quoties pensionem terrenis bonis ab auctore naturæ impositam solvere pauperibus negligunt. Altius itaque eleemosynarum debitum est quam quod vulgus existimat. Et profecto, nisi hæc omnia vera essent, improvidus pauperum pater Deus esset. Hoc autem dici nequit. Ergo divites iniustitiæ, & perfidiæ redarguendi sunt, qui pauperes sibi a Deo commissos necessario præsidio defraudant. Quis iustitiæ, ac inhumanitatis non condemnaret patremfamilias, qui filiorum suorum plurimos alimentis privaret, ut ditiores efficeret alios? Verum quid plura congerimus, ut veritatem seipsa perspicuam, manifestamque confirmemus?

II. Eleemosynarum tributum pauperibus solvendum iure divino impositum fuisse probatur. Ex pluribus divinæ Scripturæ textibus paucos seligam, in duas veluti classes tributos. In prima eos colloco qui debitum præsius evincunt; in altera illos qui præmia eleemosynam respondentia indicant. Et ut a primis initium capiam, hæc Deus præscribit. Deut. xv. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi ut aperias manum fratri egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra.* D. Paulus ad Timoth. I. cap. VI. *Divitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum . . . . bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare.* Christus Dominus Matth. XXV. *Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & angelis eius. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis*



*tastis me... Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.*

III. Privilegia eleemosynæ, & ad illam exercendam adhortantes textus recenentur. *Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus:* Psal. XL. *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddetet:* Prov. XIX. *Conclude eleemosynam in corde pauperis; & hæc pro te exorabit:* Eccli. XXIX. *Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transvertas a paupere:* Eccles. IV. *Ne dicas amico tuo: Vade, & revertere, eras dabo tibi, cum statim possis dare:* Prov. III. *Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris:* Isaiæ LVIII. Carnem tuam, pauperem vocat, quod frater tuus est, & eadem compactus carne. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserecordiis pauperum: forsitan ignoscet tibi Deus:* Danielis IV. *Ea subsistantia tua fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet ut nec a te avertatur facies Dominæ. Quamdo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude... Quemadmodum eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam:* Tobiæ IV. *Quemadmodum eleemosyna a morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam:* ibid. XII. *Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis:* Lucæ VI. *Quicumque potum dederit ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam:* Matth. X. *Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem hæc est: visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum:* Iacobi cap. I. *Si frater, & soror nudi sunt, & indigent victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis illis: ite in pace, calefacimini, & saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori: quid proderit?* ibidem cap. II. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas Dei manet in eo?* I. Ioan. cap. III. *Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo:* Lucæ XII. *Verumtamen quod superest, date eleemosynam:* ibid. XI.

## CAPUT VI.

*Gravissimum eleemosynarum debitum Patrum testimoniis evidentius manifestatur.*

I. QUoniam Patres divitum christianorum salutem in pauperum levandis miseriis magna ex parte collocant, in rem meam conferre existimavi præcipua eorumdem testimonia in medium producere. Nec vitio prolixitatis vertendum mihi est, si latius quam soleant ceteri, summi momenti veritatem explicuero. Modum tamen servabo, & ex plurimis pauca seligam.

II. Origenes hom. V. in cap. XIX. Gen. *Missi Angeli ad subversionem Sodomorum, cum festinatio urgeret maturare negotium, curam primo gerunt hospitii Lot, ut eum de imminenti ignis excidio contemplatione hospitalitatis eximerent. Audite hæc, qui peregrinis clauditis domum: audite hæc, qui hospitem velut hostem vitatis. Lot in Sodomis habitat: alia eius terræ gentis non legimus: hospitalitas in eo sola ex ipsa veniens memoratur. Exadit ignes, evadit incendia ob hoc solum quod domum suam præfecit hospitibus.* Plurima habet Lib. II. in Iob. *Eiusmodi eleemosynarum iustificationibus tamquam lux effulget coram Angelis Dei. Talis fuit beatus Iob, apud quem nunquam hospes foris mansit, cuius tanta cunis advenienti patuit, quam invalidi nunquam prætermiserunt cognare de his quæ opus habuerant, qui non dimissi pauperem exire de domo sua vacuum, ad cuius tonsuram vestium, omnium pauperum scapulæ calefactæ sunt: ob hoc enim & ipsam multitudinem pecorum nutrivit, & maximam agriculturam exercuit, ut plurimis impertiret, ut plurimis beneficeret.*

III. D. Basilius hom. VI. ex variis: *Eleemosyna, & fides res te defendunt. Item frange esurienti panem tuum. Sed horrea multitudine fructuum gravata dirumpebantur; cor autem eius parvum, & tenax minime exsaturatum est.... Quid faciam? inquit.... Agnosce, o homo, eum qui dedit... qua gratia tam multis sis præditus. Dei optimi minister es, tuorum dispensator constituris. Ne puta omnia ventri tuo præparari: quæ in manibus habes, ut aliena existima: parvo te exhilaraturus tempore, deinde diffluentia præteribunt, quorum vatio alis te acriter exigetur.... Plane imprudenti ateris consiliario: quid faciam? Pavata tibi responso fuerat:*

*esurientium animas explebo, aperiam horrea, & omnes vocabo indigos, imitabor Iosephi &c.* Paulio infra: *Imitare, o homo, vel terram: ut illa, fructus proferto, ut ne illa conspicieris esse deterior, quæ inanimis est. Sane illa non in suum usum, aut commodum, sed in tutum ministrare contendit ....* Pulchram deinde similitudinem adiicit. *Putei continuo exhausti & copiosiores, & pulchriores admodum fluunt aquæ, dimisso vero, & quieti facile putent: sic & opes conditæ quiescentesve, inutiles; motæ autem, & translatæ publicum commodum, & fructum pariunt .... Dixeris: Cui facio iniuriam, si mea retineo? Quæ illa, die mihi, tua? Unde accepta hæc ad traducendam præsentem hanc vitam invenisti? .... Nonne nudus ex utero matris exivisti, nudusque rursus reverteris ad humum? .... Cur tu dives es, ille pauper? Profecto non ob aliam caussam, nisi ut tu benignitatis, ac fidelis administrationis mercedem accipias ... Esurientis est panis, quem tu retines; nudi est vestis, quam in arca sustodis; discalceati calceus, qui apud te marcescit; egentis argentum, quod tu terra infossum possides.* Item hom. VII. contra divites avaros sermonem habens de illo adolescente qui audiens a Christo Domino Matth. XIX. *Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, tristis abiit, hæc scribit Basilius. *Mihi evenisse huic adolescenti, vel propinquis ipsius videtur quod illi solet evenire qui iter facit civitatis alicuius spectaculi videndi studio, properatque usque ad mœnia: ibi experto diversorio requiescit, modicumque quod restat viæ, ob pigritiam, atque desidiam ire detrectat, simul & toleratum itineris laborem inanem reddens, & spectaculo honorum quæ videre poterat in urbe, excludens. Sic & huiusce modi sunt homines, qui cetera quidem mandata observant, ad bonorum vero suorum erogationem claudicant. Vidi ego multos ieiunantes, orantes, præteritorum pœnitentia suspirantes, omnem denique sine sumptu pietatem ostendentes, egentibus vero ne obolum quidem præbentes. Quid his cetera virtutum diligentia prodest? Non propterea regnum Dei consequentur. Idcirco, inquit Dominus, difficilius est divitem intrare in regnum cælorum quam camelum per foramen acus .... Quid miser iudici respondebis? Parietes vestis, hominem non vestis? Equos phaleris ornas, fratrem tuum laceris amictum pannis aspernaris? Frumentum retinendo perdis, esurientes non respicis?*

IV. D. Ioannes Chrysostomus præ ceteris Patribus debitum, vim, meritum, ac mercedem eleemosynarum disertissime exponit, exaggerat, amplificat, divitum crudelitatem improbat, & excusationes repellit. Homil. XXXV. in Gen. *Pecuniarum abundantiam in animarum salutem expendamus, superfluaque indigentibus insumamus. Quare enim, dicenti, permittis filium aurum, & argentum prodigere, quæ oportebat in pauperum ventres evacuare, reponendo in tutum promptuarium, at tempore quo maxime opus habes eorum adiutorio, consolationem invenias: & qui a te hic pasti sunt, alibi fiducia fores tibi aperiant, & accipiant te tu æterna tua tabernacula? Vestes quoque non sinamus a vermibus rodi, & absque usu in aculis putescere, cum tot sint qui indigent, & obambulant nudi. Sed veneremur, honoremque demus nudo Christo potius quam tineis; & induamus eum qui propter nostram salutem nudus obambulare voluit, ut, cum ipsum induerimus, audiamus in die illa: Nudus eram, & vestistis me. Num onerosa sunt præcepta? Ea quæ pereunt, inquit, quæ a vermibus arroduntur, quæ absque usu, & frustra consumuntur, hæc dispensa, ut tibi fiant utilia, & ut detrimenti damnum effugias, & ut ex ipsis lucrum maximum tibi pares.*

V. Idem hom. VII. in Lucam: *Rapina est, pauperibus non impertiri de tuis facultatibus. At fortassis mirum vobis esse videtur quod dico. Verum ne mireminí testimonium vobis ex divinis Scripturis proferam. Itaque Dominus Iudæos accusans per Prophetam dicit: Produxit terra proventum suum, & non intulistis decimas; sed rapina pauperis est in domibus vestris. Quoniam, inquit, oblationes sobitas non dedistis, rapuistis ea quæ sunt pauperis. Hoc autem dicit declarans quod res pauperum possident, etiamsi paternæ hereditatæ obvenerint.*

VI. Idem hom. IV. in Genes. *Videamus quantam abundantiæ vim possideat larga eleemosyna, ut cum disiecris lucrum quod inde nascitur, alacriter eam facias. Forte enim tanta eius potestas est ut non solum peccata purgare, sed & mortem fugare valeat. Et quis, dicet aliquis, eleemosynam faciens superior morte effectus est? Sane omnes vidimus sub mortis potestatem venisse. Ne turberis, dilecte; sed disce, quomodo eleemosynæ vis & mortis vicit tyrannidem. Tabitha vestiebat viduas, & alios sumptus ei præbebat. Factum est autem ut infirmata moreretur. Sed quæ ab illa curabantur & quas vestiebat, stabant circa Apostolum, & ostendebant ei vestes quas faciebat illis Dorcas, atque ad misserationem Apostolum provocabant: qui genibus*



*flexis orans dixit: Tabitha surge. Illa autem aperuit oculos suos, & viso Petro resedit: & dans ei manum erexit eam, & accersitis sanctis viduis assignavit eam vivam. Vidisti, quanta retributio beneficentia in viduas etiam in præsenti vita?*

VII. Idem serm. de eleemos. *Deus eleemosynam non ob hoc solum instituit ut pascantur indigi, sed etiam ut dantibus accrescerent beneficia; atque adeo magis propter dantes quam propter accipientes. Et propterea vera eleemosyna est sic dare ut gaudeas te dare, putesque te accipere magis quam dare, non ex tristitia, aut ex necessitate .... An non potuit Deus præcipere telluri, ut proferat aurum elaboratum? Etenim qui dixit, Germinet terra herbam fœni; & ipsa mox protulit viridantem faciem; non potuit præcipere ut fontes, & auri fluvii ubique manent? At voluit; sed permisit multos inopes tam ob illorum, quam ob tuam utilitatem.*

VIII. Idem hom. in II. Epist. ad Timoth. *Veneribus fatuis non incestus, non adulterii, non invidiæ, non ebrietatis, non infidelitatis, aut perverse fidei crimen inuritur, sed olei tantum defectus, quia scilicet misericordiam non exercuerant, neque eleemosynæ fecerant: id enim significat oleum. Et illi item qui supremæ damnationis sententiam iuunt, quibus dicitur:* Discedite maledicti in ignem æternum: *solum quod Christum non paverint, crimine exagitantur: nullaque cæterorum mentio fit. Vides certe ut eleemosyna sola neglecta gehennæ ignibus tradat? Ad quid enim erit utilis qui eleemosynam non facies? Ieiunas quotidie? At virginibus non profuit huiusmodi studium. Orat? At sine eleemosyna infructuosa est oratio: absque illa inutilia sunt omnia. Qui non diligit fratrem suum, ignorat Deum. Ullum quomodo diligis, qui ne minima quidem ista, & vilia pateris ei tecum esse communia?* Item hom. de pœnitentia: *Sine plumis eleemosynæ pœnitentia volare non potest. Quapropter Cornelio bene pœnitenti, religiosi, & pietatis penna eleemosyna fuit. Eleemosyna enim tua, inquit, & orationes in cælum ascenderunt .... Hic iustitia modica emitur. Pro panis fragmento, vili pro vestimento, pro calice aquæ frigidæ .... Calix aquæ frigidæ dignus est mercede. Frigida aqua, in qua nec ligna consumis, ut calefiat, mercedem habet. Qui miseretur pauperis, fenerator Domino. Si Deo feneramur, is ergo nobis debitor erit. Quem ergo eum tibi esse velis, debitorem, an iudicem? Debitor veneratur fenerantem: index neque quamquam mitigatur ab eo cui ipse fenoratus est.* Item hom. XXXVI. ad popul. *Tanta est vis eleemosynæ, ut suos in cælum introducat alumnos. Est enim cæli mota ianitoribus, spontalis thalami fores observantibus, quin & venerabilis; & quos sui cultores agnoverit, cum multa introducet libertate, & contradicet nemo. Nam si Deum in terram deduxit, & hominem fieri persuasit; multo magis poterit in cælum hominem reducere. Hanc diligamus, non uno die vel altero, sed in omni tempore, ut nos agnoscat. Si ipsa nos agnoverit, & Dominus agnoscet; & si non agnoverit ipsa, ignorabit & Dominus, & dicet: Nescio vos.*

IX. D. Hieronymus *Lib. I. in cap.* III. *Proverb.* exponens illa verba: *Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis fragum tuarum da pauperibus; & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt:* hæc scribit. *Multi multa pauperibus, sed de aliena substantia, ac frugibus, quas vi, vel fraude rapuerant, tribuunt. Multi largiuntur de suo, sed largiendo Dominum non honorant, qui favoris hominí, & non amore superni inspectoris, faciunt. Qui ergo proficuum sibi eleemosynæ fructum fore desiderant, & de suis propriis, & in conditoris honorem tribuant, ut scilicet homines qui eius plasma sunt, & ad eius imaginem facti, vereantur.*

X. D. Ambrosius serm. LXXII. de divite evangelico: *Quod si difficile tibi putas, o homo, magnificentiam divinæ largitatis imitari, imitare terram. Si levare sursum oculos non potes, saltem ea quæ deorsum sunt, & in pedibus tuis, intuere. Affer tu fructum, sicut terra, noli esse deterior insensibili elemento. Illa enim fructus quos affert, non suis usibus vindicat, sed tuis ministrat obsequiis. Tu vero fructus ullius solus invadis, & tibi soli concludis. Quod si tantum cupiditatis te moribus astringi, ut tua velis facere omnia; accipe & adhuc salutare remedium: beneficium largientis præbenti magis permanet quam susciptenti. Nam misericordia quidem ad indigentem pervenit, gratia autem multiplicata mercedis permanet tribuenti. Esurienti dedisti panem: ille quidem pastus est: sed ad te redit quod dedisti, cum fructibus, & usuris. Quod si difficile putas, considera frumentum quod seminatur in terra, si non ad seminantis potius quam ad suscipientis lucra cedit. Ita etiam dum cibus tribuitur indigentibus, cum multo fenore divina gratia restituetur in posterum. Sit ergo tibi finis agricultura huius initium cælestium signum. Seminate enim,*

*inquit, vobis ad iustitiam .... Si ergo tu gloriam ex divitiis quæris, cognosce quia melius est mille filiorum, quos per misericordiam filios acquisieris, patrem votari, quam mille aureorum dominum dici. Et considera quanta tibi tunc erit gloria, cum te omnis ille populus qui ex promptuariis tuis pastus est, & refectus, pro tribunali magni illius, & iustissimi iudicis, cæterus constipante circumdabit, pastorem suum, ac tutorem pium, & misericordiæ patrem omni gratiarum voce testabitur.*

XI. Idem Lib. I. Officior. cap. XI. *Nihil tam commendat christianam animam quam misericordia, primum in pauperes, ut communes iudices patres naturæ, quæ omnibus ad usum generat fructus terrarum, ut quod habes largiaris pauperi, consortem, & consonem tuam adiuves. Tu nummum largiris, illa vitam accipit: tu pecuniam das, ille salutarium suam æstimat salutis. Si iudicum vestrum, teipsum iudicis iustitia.* Item serm. XXX. *de eleemosyn.* exponens illud Ecclesiastic. III. *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum .... Ergo eleemosyna quodammodo animarum aliud est lavacrum, ut si quid forte post baptismum humanæ fragilitas deliquerit, superest ei ut iterum eleemosynis emundetur, sicut ait Dominus: Date eleemosynam; & ecce omnia munda sunt vobis: nisi, quod salva fide dixerim, insulsa gentior est eleemosyna quam lavacrum. Lavacrum enim semel datur, & semel veniam pollicetur; eleemosynam quoties feceris, toties veniam promereris.*

XII. D. Augustinus Lib. 50. homiliarum, de exhortatione ad eleemosynas faciendas homil. XIX. *Lectio ista, fratres, quam modo audivimus de sancto Evangelio, ad eleemosynas faciendas nos hortatur, & sic hortatur, ut in iudicio suo Dominus has solas factas imputet dexteris, has solas non factas imputet sinistris: non quæ cætera facta hominum vel bona, vel mala non veniant in iudicium: scriptum est enim, omnia venturæ ad iudicium: & tamen non elegit Dominus noster Iesus Christus, prænuntians vobis iudicium suum futurum, unde nos admoneret, nisi solas eleemosynas. Nonquid dexteris non erit dicendum, quia iuste vixistis, quia res alienas non rapuistis, quia fidem meam usque ad confessionem confessi estis? Omnia enim ista bona necesse est honorari in iudicio Iesu Christi. Rursus patuisse non esse dicendum sinistris, quia fastus impudici, quia fornicati estis, quia res alienas rapuistis, quia superbia vestra, & malis moribus nomen meum, Christianorum facistis? Et cætera quæque enumerat; tacet tamen Dominus noster, prænuntians nobis iudicium suum, omnia cætera recta facta iustorum, & solazeleemosynas commemorare dignatus est. Tacuit omnia mala facta iniquorum, & solam sterilitatem eleemosynæ increpandam esse indicavit, non nisi ad nos commonendos. Quare hoc? Quia omnia crimina eleemosynis redimuntur. Ideo illam laudavit fecunditatem, istam culpavit, & damnavit ariditatem. Sed audistis, omnia malefacta eleemosynis redimi. Nolite sic intelligere, ut intelligunt quidam perverse. Eleemosyna enim possunt tibi prodesse ad delenda peccata præterita, si mores mutaveris. Si autem in eisdem malis perseveraveris, eleemosynis tuis non corrumpes iudicium Dei.* Item serm. XLVI. de tempor. *Certe videris quod in lectione evangelica nihil aliud Dominus nominaverit de universis virtutibus, nisi solam eleemosynam, qua cum caritate operatur. De ramis tacuit, radicem tantummodo nominavit, ita dicens: Venite benedicti, percipite regnum. Efuerim enim &c.* Item exposit. in Psalm. XLIV. *Nolite vobis condere thesauros in terra, ubi tinea, & rubigo exterminant, & ubi fures effodiunt, & furantur; sed absconditæ vobis thesaurus in cælo. Venite cum muneribus, date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Venite cum muneribus ad eum qui dixit: Misericordiam volo magis quam sacrificium.* Item serm. LXII. de tempor. *Pro eo tamen quod non potest ieiunare, amplius debet erogare pauperibus, ut peccata quæ non potest ieiunando curare, possit eleemosynæ dando redimere. Bonum est ieiunare, fratres; sed melius est eleemosynam dare. Si possibilitas non fuerit ieiunandi, eleemosyna sufficit sibi sine ieiunio; ieiunium vero sine eleemosyna omnino non sufficit.*

XIII. Cetera Patres silentio prætereo, quod omnes eadem voce loquantur. Quare, ne nimia molestia lectorem afficiam, quæ ex Scriptura, & Patribus descripsi, in pauca contraham sequenti capite.

## CAPUT VII.

*Rationes quas ex Scripturis, & Patribus D. Thomas colligit, ut præceptum eleemosynæ ad finem pertinere doceatur, paucis exhibentur.*

I. ITaque D. Thomas 2. 2. qu. XXXII. art. 5. hæc præcipue rationum momenta, quibus eleemosynarum [illegible] confirmat. Primo hæc [illegible] Christi æternæ pœnæ illos damnat, qui eleemosynas dare pauperibus negligunt. *Ite maledicti in ignem æternum. Esurivi, & non dedistis mihi manducare.* Matth. XXV. Nemo autem damnatur propter omissionem operis quod lege præcipiente imperatum non fit. Præceptum ergo eleemosynæ fateamur necessum est. II. Illa in mandatis nobis iunt sine quibus caritas christiana consistere nequit. Porro caritas hæc ardere in cordibus nostris minime valet, nisi indigenti pauperi subsidium conferamus, teste Apostolo Ioanne Epist. I. cap. III. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodo caritas Dei manet in eo?* III. Præceptum illud declarant tum Scripturæ sanctæ, tum sanctorum Patrum textus, quos adduxi. IV. Accedit denique ratio ipsa naturalis, quam supra exposuimus, quæque confirmari ratiocinio theologico potest. Eleemosyna est actus caritatis media misericordia. Sed caritas, ad quam pertinet non solum velle bonum proximo amore affectivo, verum etiam amore efficiente, & operante, est sub præcepto. Ergo & eleemosyna. *Cum dilectio proximi* (inquit Angelicus) *sit in præcepto, necesse est omnia illa cadere sub præcepto sine quibus dilectio proximi non conservatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet ut proximo non solum velimus bonum, sed etiam operemur, secundum illud Ioan. I. cap. III.* Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. *Ad hoc autem quod velimus, & operemur bonum alicuius, requiritur quod eius necessitati subveniamus, quod fit per eleemosynarum largitionem. Et ideo eleemosynarum largitio est in præcepto.*

II. Quæ obiici solent, ipsis omnino evanescunt. Ex illo enim Danielis IV. *Consilium meum Regi placeat: peccata tua eleemosynis redime:* nihil infertur adversus catholicam veritatem. Quoniam ibi S. Propheta vim præcepti non explicabat; sed Nabuchodonosori fugerebat remedium, quo Deum eleemosynis placaret. Quemadmodum si peccatori animam agenti diceremus: Consilium meum tibi arrideat: animam tuam pœnitentia sincera a sordibus munda scelerum: non propterea inferri hinc legitime quisquam posset, pœnitentiam non esse iuris divini. Consilium ergo est illius qui remedium suggerit; non Dei, qui tale opus iubet, imperatque, ut demonstravimus.



## CAPUT VIII.

*Collatio doctrinæ quorumdam veterum Theologorum cum doctrina Christi Domini, & SS. Patrum. Excusationes quibus eleemosynæ præceptum eludi solet, Patrum responsis repelluntur.*

I. ANtequam pressius subtilissimas quæstiuncolas quas recentiores Theologi hoc de argumento instituerunt, expendere aggredior, pauca præfari lubet: istorumque inventa cum Christi Domini oraculis, Patrumque sanctorum doctrina comparare operæ pretium existimavi. Hæret animus, ac summo percellitur terrore, cum pericula illa gravissima quibus obnoxios esse divites, Christus tam frequenter, tamque severe inculcat, serio perpendo. Plangere divites admonet, ululare, tristari, ingemiscere. Damnationis laqueos illorum vocat divitias, æternæque salutis impedimenta. Ubique fere divites alloquens inclamat: *Væ vobis divitibus: væ vobis, quia habetis consolationem vestram; væ vobis, quia lugebitis, & flebitis. Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt! Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei.* Luc. cap. VI. & XVIII.

II. Hæc altius dum Patres expendunt, ferventis zeli spicula in divites vibrant, ut eos ad elargiendas in pauperum subsidium divitias suas permoveant, inducantque. Clamant, inclamantque, solas eleemosynas in extremo iudicio commemorandas, tamquam pretium infinitæ mercedis, solamque eleemosynarum omissionem increpandam, cui crimen cui æternum debeatur supplicium. Serio ergo, pavidoque spiritu paullulum reputemus damnatum iri divites, etiamsi avari, raptores, iniqui usurarum exactores, adulteri, fornicatores non fuerint, ob hoc solum fortasse quod divitiis vel illæ partis abusi sint, quod illarum partem pauperibus non erogaverint, quod plus nimio eaidem adamaverint. *Dormierunt somnum suum omnes viri divitiarum, & nihil invenerunt in manibus suis.* Psal. LXXV. Divitiarum servi, & mancipia a Deo vocantur divites, quia pauci sunt qui divitias ut domini possideant, ut domini eisdem utantur, & ut domini illas in usus a Deo præscriptos distribuant. Hinc colligunt Patres, non quidem divitum salutis impossibilitatem, sed difficultatem quam maximam.

III.

III. Quam Scripturæ sanctæ, Patrumque doctrinæ maxime adversentur recentiorum quorumdam Theologorum inventa, opus haud est multis ostendere. Generatim nunc quædam indicabimus, plura infra singillatim explicaturi. Pauperibus iuxta atque divitibus latam deficiendi viam quidam aperiunt. Potestatem egenis faciunt furandi in gravi, nedum in extrema necessitate. Divitibus animos adiiciunt supervacanea retinendi: quoniam licet superfluant illis bona statui præsenti, altiori tamen gradui in futurum comparando necessaria sunt. Hic colligunt vix in sæcularibus divitibus superflua reperiri. Ex quo consequitur vix illos præcepto eleemosynæ urgeri, cum ad solam superfluorum erogationem teneantur. Hæc interpretamenta ideirco ita excogitasse inquiunt, *quia aliquin pauci divites salvarem consequerentur*. Absurdum reputant, si dicatur pancos divites salvandos fore, eo quod pauperum egestatem, miseriasque suarum divitiarum subsidio levare omittant. Porro qui hæc conciliari cum Scripturæ sanctæ, Patrumque documentis possint, ceteri iudicent. Ithinc ego transcribam quod Dominicus Soto in suo libello inscripto *Cautela pauperum* cap. VIII. scribit: *Theologi scholastici, ne divites vehementer perterrefacere videantur, multa comminiscuntur, antequam sub peccato mortali homines ad eleemosynas obligent; nempe quod habeant superfluum, quod pauperes graviter indigeant, aliaque huiusmodi.... At ubi sanctos Patres attentius lego, existimo quod neque in pauperibus tam gravem necessitatem, neque in divitibus tantam super statuva reddentium desiderabant, ut sub pœna peccati mortalis eleemosynas exigerent: immo vix forte credebant esse hominem, si pauper ipse non esset, qui non aliquid haberet quod erogare teneretur.*

IV. Prætextus, excusationes, fucosque omnes quos in præsens obtrusimus, olim quoque allegatum divites, divitiarum plus iusto cupidi. Illos singillatim conferarunt Patres, neglectis recentiorum quorumdam distinctionibus. Primum divitum effugium est privatio superfluorum. Porro superfluo, quod est eleemosynæ materies, dempto, evanescit eleemosynæ præceptum. Plures distinctiones excogitatæ sunt, quibus excusatio ithinc divitum honestetur. Contra vero Patres perquam raro eas admittunt; immo absolute eas improbant.

V. Allegatum prætextum hoc responso confutat Augustinus enarratione in Psalm. CXLVII. *Multa autem superflua habemus, si non nisi necessaria teneamus. Nam, si inania quæramus, nihil sufficit. Fratres, quærite quod sufficit operi Dei, non quod sufficit cupiditati vestræ. Cupiditas vestra non est opus Dei.... Quærite quæ sufficiant, & videbitis quam pauca sint. Vidua sufficerunt duo minuti nummi ad faciendam misericordiam, sufficerunt duo nummi ad emendum regnum Dei.... Quare quantum tibi dederit, & ex eo tolle quod sufficit. Cetera, quæ superflua iacent, aliorum sunt necessaria. Superflua divitum necessaria sunt pauperum. Res alienæ possidentur, cum superflua possidentur.* Superfluum, quod se habere divites pernegant, ubi repositum habeant, ostendit D. Ioannes Chrysostomus homil. XI. in Epist. Pauli ad Rom. *Rapinæ, atque avaritiæ incumbit, non paupertate pressus, nec fame te ad id impellente; sed quo equi tui frenum, domus tectum, columnarum capita copiose inaurentur. Hoc ipsum vero quantum gehennam meretur, cum tu fratrem tuum, qui videlicet honorum arcatorum tecum participeps effectus, atque eo usque a Domino honoratus est tuo, in iniquitas calamitates præcipitem agis, ut lapides, & domus tua pavimentum, ut animantium ratione carentium corpora exornes? Te ne tam sollicitum alendi canis curam gerere, hominem autem, seu verius dicam Christum ipsum propter canem ad famulam famem adigi? Quid hac confusione pestilentius? Quid hac iniquitate letalius? Quot tandem iguei flammi ad huiusmodi animam depascendam satis esse possunt? En qui ad Dei similitudinem expressus est, pannosus, indecorusque iacet per tuam inhumanitatem; inuli autem uxoris tuæ portantes, tum autem pelles, & ligna, quibus tectum illud texitur, multo auro splendescunt, ac si fedile, ac scabellum conficiendum est, ubique aurum, ubique argentum; Christi autem membrum, is propter quem Deus de cælo ad nos descendit, sanguinemque pretiosum effudit, avaritia tua ne necessarium quidem cibum habet? Et lectuli quidem argento undique cincti, undique ornati sunt; sanctorum vero corpora vel necessario operculo carent; ac tibi miseris fit ipse Christus quam muli, quam lectus, quam fedile, quam scabellum.*

VI. Altera divitum excusatio, quam obtradunt, ut se eleemosynæ exercendæ debito solutos ostendant, est eorum paupertas. Et nos, inquiunt, pauperes sumus. Quibus sic respondet D. Basilius hom. VI. ex variis. *Quam tantum mihi vocem: Non dabo, non habeo: nam & pauper ego quoque sum. Pauper, inquam, caritate pauper, benignitate in*



*in indigat pauper, fide erga Deum pauper, pauper æterna spe.... Dixerit: Cui facio iniuriam, si mea retinero? Qua illa, die mihi, tua? Unde accepta hæc ad traducendam præsentem hanc vitam invexisti? Non ne nudus ex utero matris excidisti, nudusque rursus reverteris ad humum? Præfatam divitum excusationem latius explodit Augustinus pluribus in locis. Serm. LXII. de temp. Iubbat. post dominic. in quinquag.* hæc scribit: *Sed quis se poterit excusare, cum etiam pro calice aquæ frigidæ mercedem se Dominus redditurum promiserit? Et quare frigidæ dixerit? Ne forte se posset aliquis pauper de lignorum penuria excusare, aut certe dicere, se vasculum, ubi aquam calefaceret, non habere. Denique & per beatum Prophetam, fratres carissimi, Dominus ita hortatur, & admonet elemosynam fieri, ut prope nullus pauper sit qui se valeat excusare. Sic enim ait:* Frange esurienti panem tuum. *Non dixit ut integrum daret, cum forte pauper ille alium non haberet: sed frange, inquit: hoc est dicere: Etiam si tanta paupertas tibi est, ut non habeas nisi unum panem, ex ipso tamen frange, & pauperi tribue... Si aliquis ita pauper est, ut non habeat unde tribuat pauperi cibum, vel in uno angulo domus suæ peregrino præparet lectulum. Quid ad hæc dicturi sumus, fratres, vel quam excusationem habere poterimus, qui amplas, & spatiosas domus habentes, vix aliquando dignamur suscipere peregrinum, ignorantes, immo non credentes, quod in omnibus peregrinis Christus suscipitur?*

VII. Tertia divitum illusio qua sibi blandiuntur, est commentitia quædam voluntas qua constituunt plura mortis tempore se pauperibus legaturos fore. Quod inane commentum reiicit D. Basilius hom. VII. cont. divites. *Sed, inquis, ego quidem bonis, dum vixero, frui volo; post mortem vero in testamento heredes facultatum mearum, ac dominos pauperes adscribam. Hen miser! Tunc benignus, ac liberalis hominibus eris, cum amplius inter homines non ages? Cum te cadaver aspiciam, tunc fratris amantem appellabo? Scilicet magna dignus eris liberalitatis laude, magnus tibi honor debebitur, aut gratia, si in sepulcro iacens, & in terram conversus, magnificus ac sumptuosus apparebis. Dic, cuius mercedem temporis potissimum exposces, vitæne, an mortis? Nam si tempore quod ad promerendum datur, in voluptatibus absumpto, pauperes nequaquam respexisti, mortuus cuiusnam actionis, aut operis mercedem petiturus es?.... Attamento, & tabulis pulchra opera, & commendanda genere studes? Quis exitus tui tempus munitabit? Quis de mortis genere [pos]sor? Quot videmus repentino, ac vi, vasuque extingui, qui pro doloris, & spiritus angustia nec vocem quidem emittere potuerunt? Quot etiam febris a sensu alienos fecit? Quid igitur tempus expectas, in quo sæpe rationis tuæ compos non eris? Enimvero nox profunda, morbus gravis, nullus circa adiutor: immo qui hereditati insidiatur, paratus aderit, omnia tantum quæ ad eius faciant usum adhortans, ac tua irritare consilia quærens... Quod si nihilominus contigerit ut & verbo, & scripto res tua palam mandentur, una tantum transposita littera, unumnon probe appositum signum, totam sententiam mutare, ac irritam facere valebit. Duo item, aut tres improbi testes totam hereditatem in alios convertent.*

VIII. Quartus prætextus quo divites velare crudelem avaritiam solent, est in filios amor. In horum futura commoda, & exaltationem thesaurizare licite posse divites sibi adulantur. Hanc illusionem sic propulsat Augustinus Lib. de decem chordis cap. XII. *Nisi sub imagine pietatis augere pecuniam. Filii, inquis, meis servo. Magna excusatio, filiis mei servo. Videamus. Servat tibi pater tuus; servas tu filiis tuis; filii tui filiis suis, & sic per omnes; & nullus facturus est præcepta Dei. Quare tua illi patius impendis omnia qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit, ipse te pascit, & ex his quæ fecit, ipse pascit & filios tuos. Neque enim melius committis filio patrimonium tuum quam Creatori tuo. Et mentiuntur quidem homines. Mala est, inquiunt, avaritia. Palliare se volunt nomine pietatis, & dealbare, ut quasi propter filios videantur secure homines quod propter avaritiam servant. Nam ut noveritis quia sic plerumque contingit, dicitur de quodam: Quare non facit elemosynam? Quia servat filiis suis. Contingit ut amittat unum. Si propter filios servabat, mittat post illum partem suam. Quare illam tenet in sacculo, & illum relinquit ab animo? Redde illi quod suum est, redde quod illi servabas. Mortuus est, inquit. Sed processit ad Deum: pars ipsius debetur pauperibus: illi debetur ad quem perrexit: Christo debetur, ad ipsum enim perrexit: & ille dixit:* Qui uni ex minimis meis fecit, mihi fecit; & qui uni ex minimis istis non fecit, mihi non fecit. *Sed quid dicis? Servo fratribus ipsius. Si viveret ille, non erat cum suis fratribus divisurus? O fides mortua! Mortuus est enim filius tuus. Quidquid dicas, mortuo debes quod*

vivo

*vitæ seruabat. Mortuus est filius meus: sed tamen partem filii mei servo fratribus ipsius. Si credis quia mortuus est; si credis Christum mortuum non est, mortuus ipse est. Si autem in te fides est, vivit filius tuus. Vivit profus; non decessit, sed præcessit. Quia fronte venturus es ad filium tuum qui præcessit, cui præcedenti non mittit partem suam in cælum? An non potest mitti in cælum? Potest profus. Audi ipsum Dominum dicentem: Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Si ergo ille thesaurus melius est custoditus in cælo, numquid tunc mittendus non est filius tuus, quando si missus fuerit, non perbit? Tenebitur hic, ubi positus est pretium non mittitur illuc, ubi Christus est custos? ... Videtis, fratres, quia mendacium est: fratres mei, mendacium est: avari sunt homines... Quanta denatis venatoribus, quanta turpibus personis, quanta donatis eis qui non occidunt?*

IX. Hunc eumdem prætextum convellit D. Basilius hom. VII. in diteſcentes. *Dic mihi, quæso, cum Deum oraſti pro fecunditate, cum precatus es ut fieres liberorum pater, addidisti ne illud: Da liberos, ut causa sint ne præceptis tuis obediam: da mihi liberos, ne veniam in regnum cælorum? Pretera quis tibi sponderit de ipsorum moribus, ac ingenio, quod datis, rebusque recte sint usuri? Nonne multis ipse sunt causa luxuriæ? An non audisti Ecclesiasten dicentem: Vidi iniquitatem multam, & gravem, divitias in malum custodientibus ipsas convertit: & corruit: Relinquo ego heredem post me, quem ignoro, utrum sapiens, an stultus futurus sit? Considera igitur neque multis cum erumnis cumulatas reliquendo, precandi materiam aliis suppedites, duplici pœna postmodum plectendus, & tuorum scilicet criminum causa, & aliorum, quibus deliquendi materiam præbueris.*

X. Quinta divitum deceptio est nimia cogitatio de craſtino; quam deceptionem expendit, & refutat Augustinus ſer. XIII. de diverſis. *Avaritia dicit: Consule in posterum, homini fortaſſis victuro nec in craſtinum. Sed ecce vivat quantum putat avaritia; non quantum extendit, non quantum decet, non quantum sidit, sed quantum putat, vixerit, senuerit, fenerit: adene senex, incurvus, baculo innixus, lucrum quærit, & audit avaritiam dicentem: Consule in posterum. Tu quod posterum? Iam expirare loquitur: Propter filios tuos, inquit. Utinam vel illos senes habeamus non avaros, qui non habent filios: etiam ipſis, etiam talibus, etiam iniquitatem ſuam nulla pietatis imagine excuſantibus, non ceſſat avaritia dicere: Conſule in poſterum.* Divus Hieronymus epiſt. CXXXIX. *Nihil ita decipit hominum genus, quam quod, dum ignorant ſpatia vitæ longa, largiorem ſibi ſæculi hujus poſſeſſionem repromittunt. Unde & illud egregie dictum eſt, nullum tam ſenem eſſe, & ſic decrepitæ ætatis, ut non ſe adhuc unum poſſe anno vivere ſuſpicetur.*

XI. Ultimo loco divites opponere conſueſcunt pauperum vafritiem, figmenta, dolos, artes, quibus vulnera, & infirmitates ſimulant. Quam excuſationem peracute in divitum crudelitatem retorquet D. Ioannes Chryſoſtomus hom. XXI. in Epiſt. ad Rom. vel hom. XXXVII. ad popul. *Etenim ſi ſimulatæ inopiæ, & neceſſitate, ſimulæ propter crudelitatem tuam, & inhumanitatem, huinſmodi perſonarum ſimulationibus egentium, quæ nulla commoveatur miſericordia. Itaque ſimulatio illius tuæ eſt inhumanitatis præco. Deus enim rogans, & ſupplex, & miſerabilibus verbis, & gratiis, & lacrymanis tote die circumeundo, mendicans, ut neceſſarium quidem victum comparet, fortaſſe hanc artem invenit, qua non tantum illi, quantum tibi affert ignominiam, & culpam. Nam ſi facile moveremur, numquam ſane ille eiuſmodi ſuſtinere eligeret. Et quid multiplicatis, & recutiemus memores? Dicam, quod longe horribilius eſt, quod nonnulli ſuos cæcare filios ætatis ſuorum agentes, vocibi ſunt .... Sequidem cum ſenſu viſus fruentes, & undi circumindicantes, neque ætate, neque calamitate, inhumanos, atque immiſericordes moverent, tantis malis aliam addiderunt calamitatem, & quidem majorem: & ut famem limirent, levius fore arbitrati ſunt hos communi lumine, & ſolarium radiis, omni humano generi conceſſis, priari, quam perpetuo cum fame pugnare, & miſerrima morte perire .... Alii quidem ſine calcei incedunt, alii capiti acutos clavos infigunt, alii per ipſum gelu nudo corpore mendicantes putant, alii etiam his gravioria ferentes, miſerabile de ſe præbent ſpectaculum .... Quomodo autem dicis: Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam: cum tu non ſecundum magnam miſericordiam miſereris, fortaſſe neque ſecundum parvam?*

## CAPUT IX.

*De tempore quo eleemoſyna præceptum urget. Difficultates quæ extremam neceſſitatem ſpectant, reſolvuntur.*

I. PRæcepta omnia quæ affirmantia puncupantur, *ſemper*, ſed non *pro ſemper*, ut aiunt, aſtringunt. Tempora definita habent, quibus omnis ſolvendum imponunt. Egeſtatis tempore elargiendæ eleemoſynæ præceptum urget. Triplicem neceſſitatis gradum Theologi diſtinguunt, extremæ, gravis, communiſque. Extrema eſt, cum pauper in proximo, ſeu in probabili vitæ periculo verſatur. Animadvertit D. Thomas in IV. *diſt. XV. quæſt. 2. art. 1. quæſtiunc. 4. ad 4.* non eſſe expectandam extremam penuriam, ſed ſubveniendum eſſe, cum *apparent ſigna probabilia extremæ neceſſitatis futuræ .... Non enim expectanda eſt ultima neceſſitas: quia forte non poſſet tuvari, natura iam fatue, vel ſiti conſumpta.* Ad hanc neceſſitatem attinet periculum perpetui carceris, mutilationis, & incurabilis morbi. Neceſſitas gravis eſt, quando grave damnum homini imminet in honore, vita, ſtatu, aut re domeſtica. Communis eſt, qua premuntur pauperes oſtiarim ſtipem emendicantes. Huic triplici neceſſitati tria opponuntur bonorum genera. Alia ſunt neceſſaria alendæ vitæ noſtræ, & illorum quorum cura nobis incumbit. Alia ſtatum, conditionemque ſpectant, quatenus ſine eiuſmodi bonis non poteſt homo propriæ conditionis gradum tuhere. Quæ quidem bona duplicis ſunt generis. Quædam ita neceſſaria ſunt, ut ſine eiſdem a ſuo ſtatu quiſque exciderer; quædam vero ad ſtatus decorem, & decentiam pertinent. Poſtrema tandem non neceſſaria; ſed ſuperflua vel vitæ, vel ſtatui, aut utrique reputantur. His prænotatis, ſequentibus quæſtiunculis rem totam diſpiciemus.

II. Quæſt. I. *Præceptum elargiendæ eleemoſynæ obligat ne extremæ, vel quaſi extremæ neceſſitatis tempore?* Reſp. Communis ſententia eſt, tunc divites teneri opem pauperibus ferre. Quoniam datur præceptum eleemoſynæ: ergo interdum aſtringit; alioquin ſupervacaneum mandatum foret. At nullo tempore urgentius obligare poteſt quam neceſſitate extrema occurrente, vitaque proximi periclitante.

III. Quæſt. II. *Tenetur ne tunc dives extreme indigenti ſuccurrere, nedum ex ſuperfluis, verum etiam ex neceſſariis ſtatui?* Reſp. Convenit inter omnes, ſuccurrendum eſſe pauperi extrema laboranti penuria ex ſuperfluis ſtatui. Diſſident vero Theologi, cum ex neceſſariis proprio ſtatui ſervando levanda foret ultima indigentis miſeria. Nam alii affirmantem, alii negantem partem defendunt: & plures ſatis implicite hanc quæſtionem verſant. Facile tamen utriuſque partis documenta conciliantur, ſi vera a falſis ſecernamus. Itaque ut paucis rem totam expediam, dico, neminem teneri ex nobili plebeium, ex divite mendicum fieri abſolute loquendo, ut ſuccurrat extremæ indigentiæ. Nec efficit quod vita corporea quid præſtantius ſit ipſo divitum ſtatu, & honore, atque adeo præferenda. Quamquam enim id abſolute verum ſit, ſi tamen vita privati pauperis, & divitis ſtatus cum publico Reipublicæ bono comparentur, oppoſitum apparet. In maius namque Reipublicæ bonum cedit divitum ſtatus, quam pauperis vita. Accedit quod nemo tenetur tolerare brachii, aut alterius membri abſciſſionem, ut vitam ſervet; quamvis hæc maius bonum ſit quacumque corporis parte. Nec quis aſtringitur ut famam, honoremque proiiciat pro vita tuenda. Quid quod neque ad curandam propriam infirmitatem divites aſtringuntur omnes opes impendere, atque in mendicitatem ſe ſe conijcere? Cum igitur amiſſio minoris boni ſeiungi nequit ab ingenti, & extraordinaria difficultate; nemo ad eiuſmodi iacturam obſtringitur, ut maius bonum ſervet; potiſſimum ſi omnia ſint eiuſdem ordinis. Divites æque, ac pauperes in illius mundi theatro Deus ſuæ providentia conſtituit. Inverteretur providentiæ ordo, ſi divites, nobiliſque deſerere proprium deberent gradum, quo preciis egeſtate pauperibus opem ferrent. Sed quid operam ludimus in hac confirmanda ſententia, quæ metaphyſica eſt, quæque in praxi vix occurrit? Quandonam tanta divitiarum copia opus eſt ad tollendam pauperis extremam penuriam, ut neceſſe ſit nobilem evadere plebeium, divitemque mendicum? Rariſſima hæc ſunt, & fere commentitia. Ea ergo dicamus quæ obvia occurrunt, & quæ divites ſæpius fallunt.

IV. Cum aliquo proprii ſtatus detrimento aſtringuntur divites ad opem ferendam pauperibus extreme indigentibus. Hæc communis Theologorum ſententia eſt. Quandoquidem eiuſmodi ſtatus diminutio non affert extraordinariam difficultatem, neque Reipublicæ bono officit. Alias vero vita pauperis, in extremo, aut quaſi extremo periculo conſiſtitura, cum ſit maius bonum, præferenda eſt huic ſtatus decremento. Tenentur ergo divites, & nobiles famulorum, & equorum numerum minuere, veſtium valorem, conviviorum lautitias, alioſque plures ſumptus reſtringere, quos ad propriæ conditionis ornatum, decoremque impendere ſolent, ut pauperibus extreme indigentibus ſuccurrant.

V. Quæſt. III. *Numquid cum grauiſſimo ſtatus*

*status detrimento subveniendum est extreme indigenti?* Resp. Prudentia christiana, & evangelica opus est. Vix, ac ne vix quidem, certa præscribi regula potest. Communiter divites erigere ab extrema inopia pauperes valent, quin aliquod incommodum patiantur. Compelcant ipsi avaritiam, superbiam, ambitionem, & continuo absque ullo propriæ conditionis detrimento pauperibus succurrent. Sed prælius quæstioni respondendum est. Gravissimum status detrimentum fere æquiparatur eiusdem iacturæ. Dictum autem est, præceptum eleemosynæ cum proprii status amissione haudquaquam obligare. Igitur neque cum gravissimo detrimento. Ceterum communiter absque tali detrimento gravissimo subleuatur pauperum egestas.

IV. Quæst. IV. *Impendenda ne est summa gravis, puta octo, aut decem mille aureorum, si divitis longe hanc pecuniæ quantitatem superent, ad liberandum innocentem a latronibus interficiendum?* Resp. P. Thomas Tamburinus *Lib. V. in Decal. cap. 1. num.* 12. docet, pauperem in extrema constitutum necessitate posse similem pecuniæ summam a divite surripere, eo quod in eventu extremæ egestatis omnia sint communia. Qua ratione probabili illi est etiam divitem tunc teneri ad eamdem summam erogandam. Sed quia opposita sententia probabilis est, ideo eam sequi dives potest, suamque pecuniam retinere. Probabilissimus ille tum pauperis, tum divitis conscientias implicat, fallitque omnia miscet. Probabilitas hæc respectu tum pauperis, tum divitis commentitia est. In extrema necessitate omnia sunt communia quantum ad usum, secus quantum ad proprietatem. Porro usus iste prudenti distributioni subiacet. Licitum esse pauperibus, extrema fame, siti, frigore, ceteriisque id genus incommodis obvios, & ordinariis languentibus, ea divitibus surripere quæ servandæ vitæ sufficiunt, nemo dubitat. Hoc quippe pactum in prima divisione rerum, tum postea, tacito gentium consensu adiectum est. Ceterum privilegium illud extendendum minime videtur ad eventus extraordinarios, & ex mera hominum malitia proficiscentes, quibus reparandis maxima pecuniæ quantitate opus est. Si licitum esset pauperibus octo, aut decem mille aureos divitibus rapere, vel furari, ut propriam vitam e Turcarum servitute, latronumque laqueis eriperent, omnia infideque perverterentur, plurimaque gravissima incommoda in publicum permanarent. Quare hec dives similem pecuniæ summam erogare tenetur, nec pauperi licet eamdem surripere. Hæc nemine præeunte dixi. Libenter meliora audirem. Quæ mihi verosimilia videntur, scribo; sapientum tamen iudicio eadem submitto. Omnia in extrema necessitate esse communia, planum est: sed de extrema necessitate quæ ex naturalibus caussis consurgit, intelligendum existimarem; secus de extrema necessitate quam hominum pravitas inducit, & quæ insolita, & extraordinaria remedia deposcit. Quapropter communiter Theologi docent, divitem non astringi ad emendas medicinas maximi valoris, medicos distantes advocare, opulentalque divitias insumere, quibus extremo morbo laborantibus succurrat: quæ extraordinaria remedia si pro vita propria servanda dives non tenetur adhibere, multo minus certe pro aliena.

VII. Quæst. V. *Tenentur ne divites captivos apud Turcas, aliosque infideles redimere?* Resp. Negat Hurtadus de Mendoza 2. 2. *disp.* clxx. quia captivitas suapte natura non affert extremam necessitatem; cum quilque sine libertate vitam degere valeat. Affirmant plures alii, quos laudat Leander *tract.* v. *disp.* III. *quæst.* xx. Verum distinctione opus est. Et primo captivitas ex se grave malum est, ad quod tollendum plus minusve divites astringuntur pro maiori aut minori divitiarum abundantia. Si captivitati iunctum sit aliquod grave periculum amittendæ fidei, aut vitæ, si captivus utilis sit Reipublicæ: tum gravior est divitum obligatio, quando hæc omnia illis perspecta sunt. Si captivorum redemptio maximam divitiarum summam exigeret; non auderem cuique diviti onus imponere similes captivos in libertatem redigendi. Hoc quippe onere divitibus iniecto, possent infideles extremis malis captivos torquere, Christianorumque opes brevi expilare. Spectandæ ergo sunt circumstantiæ omnes; & iuxta istarum diversitatem divites plus minusve obligantur.

VIII. Quæst. VI. *Astringuntur ne divites ex necessariis propriæ vitæ bonis epitulari pauperibus?* Resp. Negant communiter Theologi. Quoniam vita propria alienæ præferri debet, & in pari necessitate ordo caritatis postulat ut quilque temetipsum diligat magis quam proximum. Ex superfluis ergo naturæ tantum liberandi sunt pauperes ab extrema miseria. Quid, si extreme indigens sit maxime Reipublicæ utilis? Teneri tunc divitem privatum, publico bono servando inutilem, ad eleemosynam elargiendam, docet communis sententia, eo quod bonum publicum privato ante-



anteponendum sit. Verum rarissime hæc contingunt. Nec facile liquido constare solet, hominem extreme indigentem adeo utilem esse Reipublicæ, ut pro illius conservatione innocentis vita immolari debeat. Missis itaque quæ aut nunquam, aut rarissime accidunt, ad ea quæ passim occurrunt, discutienda accedamus.

IX. Quæst. VII. *Satisfacit ne dives eleemosynæ præcepto, si extreme indigenti rem mutuo tribuat?* Resp. Affirmant quidam Neoterici, quos refert, & sequitur P. Diana *Tom. IV. tract.* VII. *resolut.* 4. Ratio eorum est, quod impletur eleemosynæ præceptum cum extremæ necessitati pauperes subducuntur, quocumque id præstetur modo. Sententia negans communis est, atque vera. Quoniam eleemosynæ præceptum per se urget, estque a præcepto mutuandi distinctum. Si extrema necessitate premente mutuo quis præceptum adimpleret, evaderet illius obligatio. Præterea in extrema necessitate iure naturæ omnia sunt communia, suntque pauperibus debita bona quibus ab ea penuria liberentur. Hinc peccaret dives, si onus pauperi imponeret restitutionis, eam meliorem is nactus sortem fuerit: nec pauper restitutioni esset obnoxius, etiamsi postea dives evaderet. Quæ enim extreme indigens accepit, sua erant, non divitis.

X. Quæst. VIII. *Quid si pauper in extrema constitutus necessitate alibi bona habet, impleretne ne præceptum illi mutuandi?* R. Affirmat communis & vera sententia. Quippe eiusmodi pauper absolute extrema non laborat necessitate; quin nec pauper absolute est, sed tantum in hac circumstantia. Quapropter satisfit præcepto, si ab hac liberetur miseria, & ad illum revocetur datum in quo valeat uti bonis suis. Similiter solvitur eleemosynæ pensum, si usus rei, non res ipsa concedatur; quando pauper usu tantum, non re ipsa indiget. Necessarius illi equus est ad mortem declinandam: sublato periculo, non teneris illi equum relinquere, cum eodem amplius opus non habeat.

XI. Quæst. IX. *Licet pauperi extremam necessitatem patienti aliena surripere?* Aiunt Doctores omnes id licere, si alia via pauper sibi consulere nequeat. Tum quia quilque iure summo potitur propriam vitam defendendi, atque adeo ea accipiendi quæ huic sunt necessaria defensioni; tum quia dives astrictus est iure naturali, divinoque necessaria bona conferre; tum denique quod in extrema necessitate omnia sint communia. Quod tamen verum habet duntaxat, cum pauper nulla alia via se se a miseria ultima liberare valet. Nam si rogatione, si precibus divitis animum flectere possit, ut sibi succurrat, nequit clam bona auferre. Hoc nihilominus intelligendum est, si commode pauper porrigere preces valet, prudenterque conidat opem necessariam hac via se se a divite impetraturum. Quin, ut mea præfert opinio, omissio harum precum, & petitionis non videtur graviter noxia. Si enim in extrema necessitate omnia sunt communia, non est gravis culpæ damnandus ille qui nolit precari ut sua sibi dentur, sed eadem accipiat. Servandus tamen ordo iste est, dum commode potest, ut plura vitentur pericula, & potissimum iniuria divitis, qui, dum clam ipsi a paupere bona surripiuntur, in suspicionem venit inhumanitatis, quali nolit ipse pauperi iuppetias ferre.

XII. Quæst. X. *Tenetur ne dives ad restitutionem, si omittat eleemosynam pauperi suppetere in extrema necessitate?* Resp. Quæstio illhæc non leve mihi facessit negotium. Duæ occurrunt Theologorum sententiæ, & in quam concedere debeam, non satis patet. Utriusque partis argumenta proponam, affirmantis primum, deinde negantis. Affirmantem sententiam defendunt Cajetanus, Aragonius, Turrecremata, Sarmiento, Petrus Hurtado *disp.* clxx. §. 23. perdoctus Cardenas *tract.* 11. *disp.* xx. *art.* 2. Quibus expresse favere videntur Patres, qui fures, raptoresque vocant divites illos qui succurrere pauperibus negligunt. Et primum iure naturæ in extrema necessitate omnia sunt communia, quemadmodum erant ante divisionem iure gentium invectam. Porro partitio bonorum facta minime fuit cum vitæ pauperum iactura. Sunt ergo propria pauperum bona nunc, sicut erant ante divisionem. Accedit quod pauperes extrema laborantes necessitate licite, valideque surripere valent quæ sibi sunt necessaria; nec dives impedire illos iure potest. Sunt igitur pauperes domini bonorum eiusmodi. Tandem iudex compellere divites divitiis superfluis affluentes potest ut pauperibus subveniant: ergo etiam ante coactionem debito erogandi pauperibus tenentur divites. Quæ omnia confirmare videtur D. Th. 2. 2. *quæst.* CXXXII. *art.* 4. *ad* 2. ubi explicans verba D. Basilii asserentis fures esse divites qui omittunt bona pauperibus impartiri, necessitate extrema urgente, hæc habet. *Ad primum dicendum, quod Basilius loquitur in illo casu in quo aliquis tenetur ex debito legali bona*

*sua*

*sua pauperibus erogare, vel propter periculum necessitatis, vel etiam propter superfluitatem habitorum.* Porro iustitia spectat debitum illud legale, ut explicat 2. 2. quæst. lxxx. in corp. *Debitum quidem legale est ad quod reddendum aliquis lege astringitur: & tale debitum proprie attendit iustitia, quæ est principalis virtus.* Idem refert q. cvi. art. 1. ad 2. *Retributio proportionalis pertinet ad iustitiam commutativam, quando attenditur secundum debitum legale.* Similia habet *quæst.* cix. *art.* 3. *in corp.* cxiv. *art.* 2. 3. cxvii. *art.* 3. *ad* 1.

XIII. Contraria sententia communior est. Eam propugnant Navarrus in *Man. cap.* xxiv. *num.* 7. & 8. Torres 2. 2. *disp.* lxxxii. *dub.* 3. Vazquez *opusc. de eleem. cap.* 1. *dub.* 5. Suarez *disp.* viii. *sec. ult. de carit.* Bonacina *disp.* iii. *quæst.* vi. *de carit. punct.* 6. *num.* 20. Leander *disp.* 2. *quæst.* xxvi. Castropalaus *tract.* vi. *disp.* 2. *punct.* 3. Franciscus Sylvius in 2. 2. *quæst.* xxxii. *art.* 5. & plures alii. Distinguunt illi duo bonorum genera, alia personalia, realia alia. Quod actiones personales vi iustitiæ debitæ pauperibus non sint, res videtur persuasa, minimeque dubia. Quisque enim suarum actionum dominus est, neque ob aliorum miseriam earumdem dominium amittit. Quod pertinet ad bona realia, licet iure naturæ ante divisionem essent communia, facta tamen partitione, tua sunt, nec debuunt esse tua, propterea quod alii egent. Quid quod plures divites nihil de bonis communibus acceperunt; sed eorum divitiæ pecuniis constant, vestibus, ædificiis, cæterisque id genus, quæ sibi propria industria comparaverunt? Sola igitur caritate, & misericordia eleemosynæ pauperibus debentur. Porro harum virtutum violatio nequaquam onus inducit restitutionis.

XIV. Ad Patrum effata respondent, ipsos per quamdam *exaggerationem* locutos fuisse. Quæ interpretatio semper mihi displicuit, displicetque. Si quis damnaxat Patrum furti, rapinæque damnaret divites qui opem pauperibus ferre recusant; toleranda utcumque esset interpretatio, quoties aliunde evidenti afferetur ratione. Verum arbitrariæ exaggerationis postulare Patres, dum unanimi consensione divinæ legis præcepta explicant, & cum evidens in oppositum ratio non occurrit; res est, ut modeste loquar, plena periculi. Porro quod Patres hoc verlantes argumentum, una voce furti reos declarent divites qui nolunt suffragari pauperibus, exploratum est atque compertum. Quod vero evidens ratio quæ oppositum evincat, præsto non sit, etiam patet ex iis quæ breviter in favorem prioris sententiæ indicavimus. Potissima quippe illius secundæ sententiæ ratio est, quod eleemosyna actus sit misericordiæ, & caritatis. At hoc est quod in quæstionem vertimus, dum de extrema necessitate sermo est. Convenit inter omnes, tunc omnia esse communia, & pauperem, invito etiam divite, surripere bona sibi necessaria posse, neque ad restitutionem teneri; etiamsi ad meliorem sortem, necessitate sublata, asenderit. Sua igitur tunc accipit pauper. Si pauperis sunt, ergo iniuste illa detinet dives. Si iniuste detinet, ergo ad restitutionem tenetur. Dives divitiis affluens videt pauperem extrema fame interire; reipla pauper occumbit: remanet illius pauperrima familia, quæ illius hominis industria sustentabatur, quæque gravissimum damnum patitur ex tali morte. Ego sane non auderem ab omni debito excusodi *damna furtivi* divitem solvere: quandoquidem dives revera retinuit bona quæ, nemine dissentiente, erant pauperis in extrema constituti necessitate. Si aliena retinuit, damna quæ inde profecta sunt, reparare astringitur. Id tamen intelligo, cum dives hæc damna præviderit. Nec valde refert quod tunc bona sint pauperum quantum ad usum, non quantum ad proprietatem: nam pauperes reipla iure potiuntur illa accipiendi bona. Ergo illius iuris defraudatio iustitiam ledit. Neque officit quod eleemosyna sit actus misericordiæ, quin, ordine servato caritatis, etiam ex iustitia debeatur: non enim illi duo tituli misericordiæ, & iustitiæ invicem pugnant; sed eadem res duplici titulo gravari potest, ut optime advertit Cardenas *loc. cit. n.* 97.

XV. Neque interpretatio qua explicant D. Thomæ auctoritatem, genuina videtur. Debitum legale usurpari ab Angelico Doctore contendunt, quatenus ex aliqua lege sive caritatis, sive misericordiæ, sive alterius virtutis debetur; minime vero quod iustitiæ vi debeatur. Verum id quod ceterarum virtutum lege debetur, debitum *morale* ab Angelico vocatur: *legale* vero quod iustitia præcipit, ut ex pluribus laudatis locis palam est. Reponunt, iustitiæ legalis violationem haudquaquam inferre restitutionis onus, nisi simul iustitia commutatrix, seu particularis lædatur. Et hoc verum habet, idque ipsum est quod Angelicus docere videtur: negne enim asserit vi iustitiæ legalis reddendum esse debitum; sed ait, debitum legale reddendum esse ex iustitia quæ commutatrix inter divitem & pauperem iure naturæ nixa nunc-

pari



pari potest. Nec est quod opponas, nullum ius inesse pauperibus adversus divites, quo compelliere illos valeant ad impertienda bona. Quoniam licet hoc ius nulli determinato pauperi insit, insidet tamen in Principe, qui cogere divites potest ad eroganda superflua, necessitate urgente. Vide quæ scribit Cajetanus 2. 2. *quæst.* cxviii. *art.* 8. *ad* 2.

XVI. Utrinque sententiæ argumenta recensui, sapientumque iudicio subiicio. Eleemolynam in gravi, communique necessitate actum esse, non iustitiæ, sed caritatis, certa mihi sententia est. At cum de extrema necessitate quæstio vertitur, iudicium ferre non audeo. Priori opinionis quæ pro iustitia pugnat, rationes validiores mihi apparent, Patrumque auctoritas magno mihi est argumento. Posterior opinio communior cum sit penes graves Theologos, rationibusque haudquaquam spernendis munita, id in causa est cur me a ferenda absoluta sententia abstineam; tametsi dissimulare nequeam probabiliorem mihi primam apparere. Res est momenti summi, Cavendum ne divitum conscientiæ plus iusto graventur; sed non minus verendum ne nimium laxentur. Scripturæ, Evangeliorum oracula, Patrum documenta adversus divites sibi thesaurizantes severissima sunt, atque gravissima, eorumdem pericula pandunt, inculcant, exaggerant. Recentiorum placita a contrario divitum aures demulcent, illorumque divitiis securitatem spondent. Quibusnam standum? Verum de hoc plura infra.

## CAPUT X.

*Licitum ne divitibus est retinere superflua statui præsenti, ut ad aliorum statum ascendant? Quam falsa sit hac recentiorum doctrina:* Vix in sæculoribus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. *Superfluum non est quod servatur ad augendum statum suum, vel suorum, sive ad comparandum sibi, vel suis altiorem statum.*

I. DIfficillimam quæstionem versandam aggredior. Vix Theologorum aliquis illam data opera enucleat; sed communiter omnes per transennam de ea verba faciunt, & valde implexe loquuntur. Quapropter perpicue, & distincte tractanda, quoad fieri potest, nobis est. Quod ut præstem, primum omnium quæ penes omnes certa esse debent, explicabo; deinde quæ dubia sunt, & incerta.

II. Quæst. I. *Reperiuntur ne divites habentes superflua?* Resp. Sententia affirmans certa est, & a nemine in dubium vocari potest, salva fide. Signidem materia præcepti eleemolynæ est superfluum divitis, ut Christus ipse testatur. *Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis:* Luc. xi. vers. 41. Si divites superfluis bonis carerent, sublata esset præcepti divini materia. Porro materia deficiente, cesset ipsum præceptum necesse est. Igitur qui negant divitum superflua, ipsum divinum præceptum de medio tollunt, tuntque in ipsum Deum blasphemi, quoniam commentitii mandati auctorem illum constituunt. Si enim desunt superflua, quæ distribuenda præcipit egentibus; ad id quod impossibile est, astringit. Numquid quod non est, distribui in pauperes potest? Improvidus ergo, unaque iniustus esset Deus, si onere erogandi superflua divitibus adiecto, hæc superflua illis non contulisset. Fateantur ergo divites oportet se habere superflua, seque gravissimo mandato illa elargiendi in pauperes obstrictos esse.

III. Quæst. II. *Licita ne est statuum permutatio?* Resp. Statuum, ordinumque distinctionem Deus ipse constituit. Pauper, & dives obviaverunt sibi. Duo contraria, sed duo sibi sunt necessaria, inquit S. Augustinus. Quemadmodum hierarchias, ordinesque varios distruxit Deus in empyreo; sic variis ordinibus mundum hunc ornare voluit, tum ad pulchritudinem universi, quæ rerum varietate mirabiliter splendet; tum ut pluribus viis possent homines æternam sibi comparare mercedem. Divites bona sua impertiendo pauperibus, caritatis, & misericordiæ officia peragunt: dilectionem, quæ christianæ professionis character est insignis, operibus ostendunt, & comprobant. Pauperes alimenta, & vestes a divitibus petendo, in humilitatis, & patientiæ evangelicæ virtutibus se se exercent. Verum, ne divites multum fiderent thesauris suis, neve eorumdem illecebris deciperentur, simulque ne pauperes perpetua penuria obruti animos desponderent; tali providentia præpotens orbis rector Deus hos status disposuit, ut nec iidem homines semper essent divites, nec iidem semper essent pauperes. Sed qui modo sunt pauperes, divites imposterum fient & qui nunc divitiis affluunt, pauperes evadent. Semper divites erunt, semperque pauperes, sed hoc ordine, & vicissitudine, ut nunc isti, nunc illi, prout supremo Provisori expediens visum fuerit, pauperum, vel divitum in hoc theatro personam gerant. Quibus constitutis tamquam certissimis, sponte fluit responsio ad

propositam quæstionem, licitam videlicet esse, divinæque providentiæ consentaneam statuum permutationem. Licitum quippe est, atque honestum illud appetere quod divina nobis providentia propositum est. Non ergo rusticus semper rusticus, nec artifex semper artifex, nec mercartor semper mercator, nec civis semper civis; sed perenni ascensu, & delocatis ab omnibus indifferimatim sedes istæ occupandæ sunt, prout supremus Provisor disposuerit. Modus tamen servandus, & ratio in istorum graduum affectione, sicuti iam iam explicaturi sumus.

IV. Quæst. III. *Peccant ne divites, si omnia præsenti statui superflua reputant, ut alteriorem sibi comparent gradum?* Hic est nodus dissolvendus, hic cardo vertitur difficultatis. Affectum ad altiorem statum licitum propugnavimus. Ut superflua distribuantur pauperibus, Christus iubet. Qua ergo ratione hæc simul conciliari valent? Neque enim altior gradus acquiritur, nisi bonis quæ superiunt gradui inferiori. Si hæc expendantur in acquisitione maioris dignitatis, pauperibus non erogantur iuxta divinum mandatum.

V. Ut hæc omnia claro in lumine constituantur, duo animadvertenda veniunt. Alterum, quod altior status duplicem habere possit sensum. Primo intelligi valet, cum homo sit ditior plures congregando divitias, fundos, census, bona tum mobilia, tum immobilia multiplicando. Secundo per translatum ad altiorem ordinem civis, nobilis, comitis, marchionis &c. Alterum, quod appetitus divitiarum, dignitatum, gradusm suapte natura infinitus sit, nulloque limite definiatur, sed pecunias pecuniis accumulare gestiat, & gradibus gradus adiicere. Hanc porro appetitionem malam esse, utpote nullo coercitam fine, nemo est qui neget. Ut igitur appetitio istiusmodi licita efficiatur, recto, honestoque fine circumscribi, & moderari debet. Quilnam porro sit hic finis, quinam termini, infra quos coerceare divites debeant appetitiones suas, explicatu difficillimum est. Divitiæ instrumenta reputantur quibus vitæ istius naturalis felicitas, si qua tamen est, comparatur. Prosperitas vero huius vitæ maior, aut minor in moderata bonorum affluentia elucet. Quapropter ille felix vulgo dici solet qui, sua spectata conditione, congruas possidet divitias, altioremque sedem tenet. Quomodmodum autem gradum, ac statum diversitatem Deus constituit; sic diversam indidit hominibus habitudinem, talenta, intelligentiam, industriam, capacitatem, ceteraque dona, quibus altiorem, inferioremve sedem occuparent. Simplicem militem instruxit fortitudine, qua in bello præclara facinora aggrediendo valeat ad superiores alcendere gradus. Sapientiam, penetrationemque alteri donavit, qua populorum regimini præficeretur. Artifices, mercatores, aliique similes industria, solertia, prudentiaque pollent. Hi omnes non possunt modo, verum etiam debent eiusmodi facultates, ac virtutes exercere, negotiari, quibus le dignos reddant ad adipiscendos gradus, dignitatelque *sibi*, iuxque habitudini consentaneas. Hæc omnia licita sunt, & honesta; cum istius ordinis varietas a Deo sit constituta, ut dictum est supra, istique humanæ Reipublicæ necessaria. Sicuti enim partes, & membra quæ corpora componunt, alia validiora, alia imbecilliora, alia media sunt; ita civile Reipublicæ corpus necessario indiget civibus, aliis opulentis, qui illius onera, & dispendia sustinere; aliis qui inservire, & infima officia peragere valeant. In his tamen assequendis gradibus moderatione opus est, & freno valido cohibenda sunt desideria, & appetitus, ne in infinitum aliuent, omnesque limites transilire contendant. Lubet illhuc transcribere egregiam Cardinalis Caietani doctrinam ex 2. 2. *quæst.* CXVIII. *art.* 1. „ Oportet ergo „ pecuniam & appeti, & amari, & haberi „ mensurate, quantum scilicet opus est ad finem. Finis autem proprius in unoquoque, „ propter quem divitiæ sunt secundum rationem rectam, est propria unicuiuque vita „ secundum suam conditionem; ita quod in „ vita propria intelligatur etiam eorum vita „ quorum sibi cura incumbit. Et appellatione vitæ intellige non solum cibum, & potum, sed quæcumque opportuna, commoda, & defectabilia, salva honestate. Ultra „ hunc autem finem non finit recta ratio appeti, aut haberi divitias, nisi propter alios, „ puta propter liberalitatis, misericordiæ, aut „ magnificentiæ opera, & si quid est huiusmodi, ubi etiam apparet mensura appetitus „ ex fine. Unde appetere divitias in infinitum, & sic amare, aut velle habere, a recta ratione deviat. Et propterea negotiatio „ propter solum lucrum, utpote infinita, vituperatur a Philologho *in I. Polit.* Sunt igitur hic duo indubie vera. Primum est „ quod amor pecuniæ debet esse mensuratus „ homini, quoad se quidem secundum conditionem suam, quoad alios vero iuxta „ opera virtutum. Secundum est quod appetitus in infinitum pecuniæ est illicitum, utpote a recta ratione discordans. *Dubium autem restat, quid dicendum de appetitu mutare volentium statum ex cumulatione pecuniæ superfluæ præsenti eius conditioni.* Et dicendum videtur, quod conditio hominis est duplex: una consequens speciem humanam, & altera consequens individua. Species liquidem humana ex eo quod præsentis felicitatis capax est, rationi consentaneum esse constituit ut quilibet eo usque seipsum, suoque ducere conetur, ut felicitatis vitæ præsentis participes esse possit. Et quia ad felicitatem præsentem divitiæ, licet non magnæ, requiruntur organice, ut dicitur *in X. Ethic.* idcirco absque immoderato pecuniæ amore potest seipsum & suos reducere de operum servilium, mechanicorumque, nec non negotiationum necessitate, & moderatas divitias acquirere, quatenus felicitatis præsentis, quæ secundum virtutis supremæ exercitationem est, particeps esse possit secundum suum modulum. Singulares autem personas multas ab intrinseco donatas conspicimus quadam sapientia aut a natura indita, aut exercitatione comparata, seu aucta, ita quod inter homines velut aliorum domini nati, vel facti sunt, quamvis domini non sint. Et quia his naturali æquitate debetur regimen aliorum, idcirco si isti appetunt dominium, si ad hoc cumulant pecunias, ut dominium temporale emant, ut cuiusque decet sapientiam, a rationis rectæ tramite non recedunt. Et simile est iudicium de aliis virtutibus quibus homo idoneus redditur ad murandum statum; puta cum quis ad fortitudinis status præclaros, experientia teste, in bello conspicitur præparatus, propterea dignus sit præesse aliis. In omnibus enim huiusmodi mensuratur appetitus pecuniæ ex vita hominis secundum suam conditionem, ut patet. At si quis sufficienter dives pro naturali felicitate consequenda ex solo appetitu ascendendi, & gloriæ, cumulat pecunias præsenti suæ conditioni superfluas, proculdubio immoderato fertur amore; sicut illi qui solo amore lucri negotiantur. Utriusque tamen appetitus sine fine est, quoniam tam ascendere, quam lucrari, absolute sumpta, termino carent. Et sicut non sic contingit appetentibus lucrum propter opportunam vitam suæ familiæ, aut necessitatem patriæ, quia mensuratur eorum appetitus ex bono œconomico, aut politico; ita non sic accidit illis de quibus prædictum est, quod cumulant pecuniam, ut habeant superiorem statum consonum suæ virtuti. Mensuratur quippe horum appetitus ascendendi penes quantitatem suæ virtutis. Et propterea illi postquam ascenderint ad gradum suæ virtuti consonum, puta comitatum, quiescent, & non cumulabunt iterum, ut ascendant ad regnum, utpote excedens virtutem suam. Qui vero sola libidine ascendendi, & gloriæ cumulant, cum aliquid nacti fuerint dominii, iterum cumulant, ut ad altiora ascendant, & sic in infinitum. " Hactenus Caietanus.

VI. Ex his omnibus colligas velim tria. Primum, pecuniarum cumulationem ex sola libidine, & ambitione occupandi altiorem gradum, illicitam esse, malitiæque plenam. Alterum, quod appetitio graduum, & dignitatum, nullo præstituto limite, nullaque propriæ virtutis, & capacitatis consideratione habita, itidem culpabilis est, sceleruque scaturigo. Tertium, ut ascensus præfatus honestus sit, finem honestum iam indicatum, terminos qui naturæ donis respondeant, spectare debet. Si ergo omnes qui superbia, ambitione, avaritiaque æstuantes nihil præter lucra, gradus, dignitates, imperandique potestatem somniant; qui ipsem suam non in præclaris gestis, non in operum honestate, virtutumque exercitio collocant, sed solis pecuniis conquirendis, lucrisque augendis inhiant, dubio procul peccant, atque in æternæ damnationis alea versantur.

VII. Oppositionem audio obviam. Quisque sese existimat virtutibus, dexteritate, penetratione mentis, animique dotibus ornatum, atque adeo ad comparandas dignitates, & gradus, ad regimina administranda idoneum. Qua persuasione, tametsi falsissima, imbutus divitias, thesaurosque cumulabit, ut votorum suorum compos evadat. Hinc consequitur veram esse resentiorum doctrinam, superflua vix reperiri in divitiis, spectato altiore statu, quem, nobis fatentibus, acquirere iure valent.

VIII. Istius obiectionis explicatio rem totam perspicuam efficiet. Serio tamen animo repurandum est, in morum quæstionibus resolvendis non semper occurrere definitos limites. Nonnulla adeo sunt implexa, & eam latitudinem excipiunt, ut nequeant certis, & præcisis finitionibus circumscribi, ob circumstantiarum, & eventuum diversitatem. Eiusmodi vero difficultates ad principia generalia fixa & certa, ad qnaidam boni, & æqui leges, & ad prudentiæ christianæ, caritatisque

evangelicæ regulas exigendæ sunt. Verum ad id quod urget. Communiter homines se se pollere dotibus reputant quibus ad altiora contendant. Verum habet. Sed id ortum ducit plerumque ex ambitione, superbia, avaritiaque. In primis ergo morum integritas spectanda in eiusmodi divitibus: subinde in proximum amor, in pauperibus iuvandis liberalitas, timor propriæ damnationis, æternæ salutis desiderium, ambitionis, superbiæ, aliorumque scelerum horror, & detestatio. Si istorum criminum caligine nequaquam eorum mentes obductæ sint, si recensitarum virtutum lumine illustrentur, perquam facile semetipsos dignoscent; & quæ dona possideant, quibusque dotibus careant, prætemproper manibus contrectabunt. Quibus positis, nullo negotio concilliantur ea quæ pugnare invitem videntur, scilicet & licitam esse ad altiorem statum ascensionem, & adstrictos divites esse ad superflua pauperibus eroganda, si ea serventur quæ ante dicta sunt. Et primo plurimi sunt divites qui, ut Caietanus adnotavit, congruam sedem comitatus, nobilitatis, marchionatus occupant. Isti nec opportunitatem habent, neque dotibus præditi sunt pro altiore principatu acquirendo. Hi omnes, qui plurimi sunt, tenentur superflua in pauperes erogare, sicut infra latius explicabitur. Divites vero inferioris conditionis nequeunt omnia sua superflua sibi retinere, ut altius ascendant, dum pauperes extremæ, aut graviter egentes obvii sunt. Absit ut in cuiusquam Christiani mentem veniat, licitum esse servare omnia præsenti statui superflua, prætextu altioris status comparandi, neglecta pauperum extrema, gravique, immo etiam communi indigentia. Clarius rem explico. Artifex aptus est ut, manuum labore relicto, ad mercaturam ascendat, minime vero ut fiat nobilis. Mercator habilitatem habet ad nobilitatem comparandam, locus ad comitatum. Comes, Marchio eis dotibus ornatus est quibus illustriorem reddere suum gradum valeat; minime tamen illas possidet prærogativas quibus principatum, aut regnum occupare possit. Iterum ergo repeto, quemque ad illam honorum, ac graduum sphæram aspirare iure posse quæ sine virtuti, merito, denique naturalibus respondet, inamque, qualem qualem naturalis felicitatis sedem tenere. Qui sphæram hanc transiliunt, plus minusque peccant, prout maiori; aut minori cupiditate, ambitioneque afficiuntur. Ut omnia in pauca contraham, paucis indicabo divites qui licite, quive criminose ad altiorem statum ascendunt. Qui videntes pauperes egere, nihil commoventur super eorum miseria; qui eorum petitionibus aures occludunt; qui veluti feræ indomitæ nulla ratione coercitæ, unice congregandis divitiis inhiant, isthuc industriam, vigilias, conatusque omnes collineant, Dei cultum negligunt, tempus excolendæ conscientiæ, vitiisque repellendis debitum in congregandis thesauris impendunt, dies noctesque in terrenis negotiis miserrime absumunt; isti omnes peccant in altioris status acquisitione; eleemosynæ mandatum transgrediuntur, superflua retinent sine honesto fine nulloque adiecto termino, sed sola libidine, avaritiaque impellente. E contrario divites illi quorum viscera super pauperum calamitate vehementer afficiuntur, eisdem suppetias ferunt; qui non modo extremam, & gravem, sed communem etiam eorumdem miseriam auferunt eleemosynarum largitione, qui in congregandis divitiis modum sibi præstituunt, rationemque servant, & mensuram; qui a divitiis non possidentur, sed possident divitias; qui ea quæ Deum, eiusque sanctissimam legem spectant, præ oculis habent: isti omnes licite ad altiora conscendunt, ut sperare nos iuvat. Quoniam illorum divitiæ præmium sunt misericordiæ, & caritatis in pauperes. Hæc sunt argumenta, & signa dignoscendi utriusque generis divites: cum illos qui honesto fine præstituto, terminisque adiectis, absque culpa meliorem assequuntur sortem; tum alios qui avaritia, ambitione, libidineque pellecti, ac impotenti divitiarum amore ardentes, limites omnes transiliunt, altioraque semper anhelant. Nec reponas, nimio nos verborum circuitu factæ objectioni obviam iviisse. Quoniam, ut sub initium responsionis dictum est, quæstio hæc, quemadmodum aliæ plures, non in puncto individuo, & metaphysico sita est, sed latius manat, & ex plurium circumstantiarum meditatione pendet.

IX. Quæst. IV. *Quid dicendum de plurium recentiorum sequenti doctrina? Vix in sæcularibus invenies, etiam in Regulari, superfluum statui. Superfluum non est quod servatur ad augendum statum suum, vel suorum; sive ad comparandum sibi, vel suis alterum statum.* Resp. P. Gabrielem Vasquez illius sententiæ Auctorem refert P. Antoninus Diana cum aliis. P. Dominicus Viva de more abiudicat P. Valquesio hanc opinionem, ut iacet; contenditque alio sensu Vasquesium locutum. Tanti mihi non est, ut factum hoc discutiendum suscipiam. Cuique legenti Vas-



Vasquez *opusc. de eleem. cap. 1. dub. 3. num. 27. & cap. IV. num. 14. & cap. 1. num. 15.* compertum erit totidem verbis reperiri propositionem hanc ab Innocentio XI. proscriptam. Neque hoc asseres, ut P. Vasquesio, Theologo inter recentiores vere doctissimo, Patrumque doctrina satis exculto, notam inuram; sed ut fuco occuram quem P. Viva lectoribus minus peritis facit. Dum enim damnatam propositionem non doceri a Vasquez contendit, lectoribus suadet doctrinam illius hoc de argumento sanam esse, cum revera falsa sit. Allegat textum Vasquesii, in quo Cardinalis Caietanus istius damnatæ doctrinæ patronus adducitur. Sed quam alienus ab hoc errore sit Caietanus, infra palam fiet. Nunc demonstrandum tantummodo est prætatam doctrinam antievangelicam esse, iurique omni adversam. Subiato quippe a divitibus superfluo, in summum abit eleemosynæ mandatum, pauperes fame, & nuditate conficiuntur, caritatisque exercitium de medio Christianorum aufertur. Cardenas in sua *Crisi tract. 11. disp. XX. cap. 11. art. 4.* tamquam improbabilem reiicit opinionem illorum recentiorum qui divites eximunt ab obligatione succurrendi pauperibus graviter indigentibus, ut fiant ditiores. Sed quid docent Scripturæ sanctæ, & Patres omnes, paucis indicandum est.

X. Christus Dominus *Luc. XII.* divitis bona sua in futurum servantis sermonem refert, cogitationesque. *Cogitabat intra se dicens. Quid faciam, quia non habeo quo congregam fructus meos? & dixit: Hoc faciam; destruam horrea mea, & maiora faciam; & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea: & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.* Hæc est divitis sermocinatio. Respondet Christi auditus. *Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam reposcent a te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.*

XI. Lubet isthuc transcribere D. Basilii Magni argutam, nec minus acrem in hunc, similesque plurimos divites reprehensionem homil. in hunc text. *O verba stultissima! o dementiam singularem! Nam si PORCINAM habuisset animam, quid aliud ipse enuntiare potuisses? Ita ne pecuinus tu, ita bovinum animæ ignarus, eam ut exceptes carnalibus epulis, & quæcumque alvi fecessus recipit, animæ destines?... Audi te dignam appellationem, quam tibi nullus hominum, sed ipse Dominus indidit.* Stulte, hac nocte animam tuam abs te repetent. *Superat æternam pœnam iversio stultitiæ. Qui namque paullo post abripiendus e vita, & ad supplicium adducendus, quale tuis tacitus consilium?* Destruam horrea mea, & maiora faciam. *Isti ego sane dicerem: Bene facis: nam iniquitatis horrea proculdubio Agnus sunt quæ diruantur. Everte miser tuis ipse manibus quod male ædificasti. Solve horrea, unde nullus unquam solatium ullum consecutus est. A fundamentis excita avaritiæ exsedem, dirue tectum, everte muros, ostende Soli frumentum, quod eariem, situmque contraxit. Educ diutius illigatas hasce divitias: produc in publicum triumphum tenebris obsita domicilia mammonæ.* Destruam horrea mea, & maiora faciam. *Ubi vero & ista frumento adimpleveris, quidquaso, amplius cogitabis? An rursus destrues, & rursus ædificabis? Quid stultius quam laboribus nunquam finiendis se conficere, ac summo cum studio ædificare, nec minore cura eadem demoliri? Habe, si vis, apothecas, ventres pauperum. Thesaurizа tibi thesauros in cælo.... Longa tibi vitæ tempora præfixisti. Vide ne te illud tempus quod certo, ac præstituto termino accelare solet, forte corripiat. Et profecto vitam sibi hoc modo confidentius polliceri, non bonitatis, sed malitiæ est iudicium.*

XII. Plura alia congerit sanctus Pater in similes divites, deinde paullo infra divitis objectionem refert his verbis. *Diceris: cui facio iniuriam, si mea retineo, conservoque?* Audi responsionem Basilii. *Quæ illa, die mihi, tua? Unde accepta hæc ad traducendam præsentem hanc vitam invexisti? Perinde enim facis ac si quis in theatro locum spectandi mox ut antevertit aliis arripere, ceteros abarcere ingressu, suo unius usui id adiudicans quod ad omnium communem usum propositum. Tales & divites existunt. Communia namque cum primum obtinuerint, propria faciunt occupando. Nam si tantum quisque usurparet, quantum ad propriæ necessitatis solatium faceret, superfluumque egenti tribueret; nemo profecto esset dives, nemo item pauper. Nonne nudus ex utero matris exciisti, nudusque iterum revertеris ad hominum? Hæc tibi bona præsentia unde? Si a casu dixeris, impius es, eum non agnoscens qui te condidit; neque ei qui dedit, rependens gratiam. Quod si ex Deo te illa habere fateris, die mihi, quam obrem hæc sortitus es? Non enim iniustus est Deus, qui ea quæ sunt ad victum, inæqualiter nobis diviserit. Cur tu dives es, ille*

pauper? Profecto non eb aliam causſam, niſi ut tu benignitatis, ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias; ille vero patientiæ maximis præmiis honoretur. Tu vero inſatiabilis avaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot homines illis privans, neminem te ladere putas? Quis, quaſo, eſt avarus? Ille qui eo quod ſatis eſſe debet, non eſt contentus. Quis vero peculator? Ille qui ad ſe unum tranſferat quæ ſingulorum ſunt. Tu ergo non avarus, tu non peculator; cum ea quæ ad diſpendium, diſtribuendumque receperis, tibi propria facis? Nam qui veſtem diripuerit, ſpoliator nominabitur; qui autem nudum non texerit, modo poſſis, alterius cuiuſdam nominis appellatione dignus erit? Pluribus aliis miſſis quæ hac in homilia habet Baſilius, perpendas velim, quanta rationum efficacitate ſanctus Pater evincat, ſuperflua diſtribuenda eſſe pauperibus.

XIII. Verum quia ſuperfluitatis defectus unicum ſolet eſſe divitibus, quo ſe recipiant, perfugium; e re noſtra eſſe exiſtimo longiorem eiuſdem D. Baſilii orationem tranſcribere. Tanta ſiquidem eloquentiæ vi hanc bonorum affluentiam exponit, ut nullum relinquat divitibus prætextum, quo avaritiam ſuam tegere valeant. Recentiorum quoque Caſuiſtarum commenta, & diſtinctiunculas omnes explodit. Teſtes ſuperfluorum quibus abundant divites, advocat domorum marmora, laquearia deaurata, famulorum numerum, equorum multitudinem, convivia opiparo, veſtium luxum, exorum pompas rariſſimas, aurum, argentumque, quo equos, veluti ſponſos, ornant, ludos exercent, canes, ferasque alunt. Sed eloquentiſſimum Patrem audiamus, qui *homil. in diteſcentes* hæc effuſo calamo ſcribit. „ Profecto non veſtium, aut ciborum cauſſa multi affectant „ opes, verum *quædam eſt diaboli methodus* „ ad ſuggerendas divitibus mille ſumptuum „ inanium occaſiones; ut ea quæ ſuperflua, „ & ad rem pertinentia non ſunt, *pro neceſ-* „ *ſariis ducantur. Ex quo ad ſumptuum ex-* „ *cogitationem nihil ſatis hominesbuiuſcemo-* „ *di habent*. Subſtantiam namque in *præſen-* „ *tem, ac futurum uſum deducunt*, primum „ ſibi, deinde filiis accumulant: rurſus eam- „ dem in ſumptus varios pro ſtatu, & ordi- „ ne cuiuslibet dividunt. Sit, inquiunt, res „ partim in uſu, partim condita, depoſitaque. „ Item quæ in uſu eſt, neceſſitatis terminos „ tranſcendat: ubi ſerviat ſumptibus domeſti- „ cis, illa præſto ſit ad *externas phantaſias*; „ ut iter facienti ornatus, equitatus, viaticum „ pro conditione fiant: hæc domi permanen- „ ti vitam reddat ſplendidam, & illuſtrem; „ ita ut mihi miraculum ſit, quomodo tot „ inanes ſumptus excogitentur. Innumeri in- „ ſtituuntur curſus, quibus vel farcinæ, vel „ ipſi mortales vehantur, illique ære, vel „ argento obtecti. Equi comparantur permul- „ ti, atque illi e maioribus ſuis generoſi, „ qualiter homines ſolent, æſtimati: quorum „ alii delicatos per urbem ad oſtentationem „ circumvehunt; alii ad venationem, alii ad „ iter faciendum præparantur: frena, zonæ, „ frontalia, argentea omnia, aureaque: inſu- „ per tapeta purpurea, *ipſos veluti ſponſos or-* „ *nantia equos*: mulorum quoque multitudo „ colore diſtincta: aurigæ illorum ſucceſſores „ invicem, qui præcedunt, & qui ſubſequun- „ tur: ſervorum infinitus numerus, ſumpti- „ bus eorum cunctis, ac magnificentiæ ſup- „ peditant: curatores, promi, coloni: mini- „ ſtri cuiuſvis artis, ſive neceſſariæ, ſive vo- „ luptuariæ periti. Præterea coci, piſtores, „ pincernæ, venatores, fictores, pictores, „ voluptatis omnimodæ commentatores. Ca- „ melorum greges partim ad onera, partim „ ad paſcua deſcripti: armenta boum, por- „ corum, ovium, horumque paſtores. Do- „ mus omni marmorum genere coruſcantes, „ Phrygio, Laconico, Theſſalico, e quibus „ alia hieme calida, alia æſtate frigida eſſe „ oportet: pavimentum calculis ornatum va- „ riis: cameræ, laquearíaque, & quicquid „ parietibus ſupereſt, auro, picturæque flori- „ bus decorata. Sic igitur in uſus mille ſu- „ pervacuos diſtractæ opes etiam in terra „ conduntur, & in ſecretis arcanisque cuſto- „ diuntur. *Incertum eſt*, inquis, *quid futu-* „ *rum ſit. Neceſſitati quæ nos quandoque ur-* „ *gere poteſt, providendum eſt*. At longe in- „ certior defoſſi theſauri uſus: nec tamen „ perna incerta quæ tuorum morum inhuma- „ nitatem manet .... Gravis profecto in- „ famia. Primum in metallis aurum iactans, „ omni diligentia in lucem profertur, ac ex „ humo recluditur: deinde ſemel effoſſum rur- „ ſus in terra occultare ... Vidi ego multos „ ieiunantes, orantes, præteritorum pœni- „ tentia ſuſpirantes, omnem denique ſine „ ſumptu pietatem oſtendentes, egentibus ve- „ ro ne obolum quidem præbentes. Quid „ his cetera virtutum diligentia prodeſt? Non „ propterea regnum Dei conſequentur. Idcir- „ co dicit Dominus: *Difficilius eſt divitem* „ *intrare in regnum cælorum quam camelum* „ *per foramen acus*. Hoc teſtimonium vali- „ dum: qui teſtatur, verus: perſuaſi vero „ pauci .... Quid miſer iudici reſpondebis? „ Pa-



„ Parietem veſtis, hominemque non veſtis? „ Equos phaleris ornas, fratrem tuum laceris „ amictum pannis alpernaris? Frumentum re- „ tinendo perdis, eiurientes non reſpicis? Au- „ rum in terram condis, & oppreſſum non „ curas? Quid, ſi inſuper uxorem avaram „ habueris, duplex tibi morbus creverit? Nu- „ gas hæc, & delicias ardet, voluptatis il- „ lecebras tibi augebit, concupiſcentiæ, & „ ſupervacanei ſtudii ſtimulum acuet. Circa „ margaritas, ſmaragdos, hyacinthos, aurum, „ eius cura continuo verſatur. Hoc digitis „ aptat, illud veſtibus intexit, malumque viri „ per omnia probra exaggerat. Neque ſuccu- „ liva huic ſtudio tempora, verum ordina- „ ria noctes, atque dies tradit. Mille inſu- „ per aſſentatores illius adſunt deſideriis, ad- „ ducente: ſaltiones, aurifices, unguentarios, „ textores, diſcriminatores, qui ex illius „ imperiis nullo tempore virum reſpirare „ ſinunt. Nullus item muliebri concupiſcen- „ tiæ ſatis theſaurus, non ſi e fluminibus „ fluxerit: quandoquidem unguentum exo- „ ticum ex barbaris ita quærunt, ut oleum „ e ſoro, & ex mari conchylia: purpuram, „ variosque colorum flores, plus quam ex „ ove lanam habere contendunt. Præterea „ pretioſi lapides undique petiti auro inne- „ ctuntur. Alii ad ornandam cervicem, alii „ collo adaptantur, alii zonas locupletant, „ alii manus, pedeſque ornant. Gaudent „ auri cupidæ feminæ manicis ligari, dum- „ taxat ex auro ſit vinculum. Vir igitur „ muliebrem ſequens appetitum, quando „ animæ curam geret? Sicut enim debilis „ navigia procellæ ac tempeſtates diſpergunt, „ atque inundant; ſic pravi uxorum affe- „ ctus virorum debiles animas corrumpunt, „ atque peſſumdant ... Si audieris: *Vende* „ *omnia, & da pauperibus*, ut vitam ha- „ beas æternam: mœſtus abis. At ſi audie- „ ris: Da pecuniam mulieribus, deliciis, „ lapidicidis, architectis, teſſalariis, pictori- „ bus: gaudes, quaſi rem pecuniæ pretio- „ ſiorem aſſequaris. Non ne vides hæc mœ- „ nia vetuſtate iam labefactata, quorum re- „ liquiæ tamquam ſcopuli quidam per urbem „ totam apparent? Quot per civitatem pau- „ peres, dum excitabantur, erant; qui ab „ incolentibus ob ædificandi ſtudium negli- „ gebantur. Ubi, quæſo, nunc tantus ope- „ rum ſplendor, & apparatus? Ubi & ille „ cui horum magnificentia ſtudebatur? Non- „ ne hæc diſperſa, ſolo æquata, & aboli- „ ta, veluti puerorum ludrica, qui intar „ arenas turres excitant, omnia perierunt; „ auctor vero ob rerum vanarum ſtudium „ ambitioſum in inferno ſepultus eſt? “

XIV. Nec te tardeat, lector, longiorem eloquentiſſimi Patris præfervidam legere orationem. Eloquii quippe venuſtas, rationum vis, ſimilitudinum raritas, & pulchritudo, cuiuſque prolixitatis faſtidium deliniunt, auferuntque. Nonnulla alia quæ paullo poſt adjicit contra inſatiabilem divitum cupiditatem altiorem occupandi ſtatum, tranſcribo. „ Sed „ & pauperem teipſum dicis. Et ego te- „ cum ſentio. Pauper profecto eſt qui mul- „ tis indiget. Pauperes, inquam, concupi- „ ſcentia reddit. Decem talentis totidem ad- „ dere contendis. Deinde viginti coactis et- „ iam totidem. Nec ſolum creſcendo non „ expletur, ſed ardentior redditur appetitus. „ Velut ebriis occaſio ſitiendi eſt vini co- „ pia, & augmentum; ſic & qui repente „ ditatus eſt, plura poſſidens plura concu- „ piſcit: & dum perpetuo cumulum auget, „ morbum perpetuo nutrit. Studium nam- „ que habendi contrarios eorum voluntati „ agit effectus. Non enim tantum eos ob iam „ parta non exhilarat, verum ob ea quæ „ deeſſe videntur cupiditati, potius angit. „ Ex quo anima curis continuo premitur, „ dum alios ſuperare contendunt. Oporte- „ bat illos gaudere, & gratos eſſe, quod „ tam multis ſint opulentiores; illi vero „ mœrent, ac lugent, quod ab uno, & „ altero opulentioribus vincuntur. Ubi di- „ tiorem aliquem adæquarunt, mox & alte- „ rum a quo ſuperantur, adæquare ſtudent. „ Et ubi iſtum quoque tranſierunt, erga „ alium ultra adæquandum rapiuntur. Quem- „ admodum qui ſcalas, vel gradus aſcen- „ dentes, ad ulteriora progreſſuri, continuo „ ad gradum ſequentem veſtigium attollunt, „ nec prius quieſcunt quam ſummum attin- „ gant; ſic & hi a rerum cupiditate non „ prius ceſſant, quam cum in altum ſublati „ ſe ſe a ruina firmos, ac ſecuros reddant. „ Conditor omnium Deus Seleucidem avem „ inſatiabilem, ad hominum tamen benefi- „ cium, conſtituit. Tu vero te ſponte inſa- „ tiabilem animo reddens, multis profecto „ damnum facis. “ Si plura aves, legeſis in- tegram laudatam homiliam VII.

XV. Quæ alii ſancti Patres, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius, ceteræque ſcribunt adverſus divitum ſuperflua, illorumque inaniſſimas excuſationes, tam indicata ſunt *cap. VI. & ſeq.* Idcirco, ne actum agam, eadem miſſa facio. Illud mirari ſatis non ſubit, quod recentiores Caſuiſtæ

fuisse non pauci ausi fuerit negare divitum superflua contra communem Patrum assensionem; quin, quod peius est, contra ipsam compertam, exploratamque experientiam. Numquid oculis nos non spectamus ea omnia quæ fuso eloquentiæ calamo Basilius cum ceteris Patribus recenset?

XVI. Tria divitum genera distinguenda nobis sunt. Primum eorum qui, inferioris conditionis cum sint, ad altiorem statum comparandum conatus suos, indutriamque omnem colligunt. Hi multa habent superflua; sed divitem illum evangelicum ex Luca paullo ante descriptum imitantur. Omnia sibi congregant, horrea, arca, fundos, villasque amplificant, multiplicantque, ut titulos nobilitatis, ac dominii indipiscantur. Non virtutis merito, non habilitate, neque animi dotibus innixi; sed sola divitiarum face præeunte altius assurgere contendunt. Quod quam sit iniquum, naturæque ordini infestum, capite superiore ostensum est. Hi omnes eleemosynæ præceptum violant gravissime. Quamvis enim exaltatio illibere licita, & honesta sit, cum non solis divitiis, sed animi dotibus comparatur; secus tamen est, si habitudo, si animi prærogativæ desint, si denique eleemosynæ omittantur, ut apertis divitis facilius cupiditati, & ambitioni superius ascendendi, nullis adiectis limitibus, fiat satis. En primum divitum genus, misericordiæ, caritati, honestatique infestum.

XVII. Secundum divitum genus est superioris conditionis. Isti divitias accumulant, non æstu ambitionis, & superbiæ ad titulos comparandos, sunt quippe Nobiles, Comites, Marchiones; sed solius avaritiæ ardore perusti opulentiam, & thesauros anhelant, injuntque. Non alio spectant quam quo patrimonium augeant contemptis viduis, pupillis, pauperibusque omnibus. En divites quos fures, raptores, pauperumque oppressores SS. Patres appellant.

XVIII. Postremum divitum genus est eorum qui ampla prodigunt patrimonia in vanos lusus, in veltium luxum, in crapulam, in ludos, in pompas vanissimas, in theatra, in comœdias, in equorum, canum, aliarumque bestiarum alimentum, cæteraque id genus impensas, quas vividis coloribus depingit Basilius cum aliis Patribus. Hæc omnia nos oculis conspicimus, lugemus, detestamur.

XIX. Primum divitum genus ambitiosum & superbum; secundum tenax & avarum; tertium prodigum est. Igitur recentiores Theologi, qui vix in divitibus superflua reperiri asserunt, Evangelio, rationi, & manifestæ experientiæ contradicunt, pauperibus infesti sunt, & divitibus viam damnationis æternæ percurrentibus calcaria addunt.

## CAPUT XI.

*Laxa doctrina P. Antonini Dianæ, aliarumque recentiorum expenditur.*

I. PAter Antoninus Diana, ut divites, quibus Evangelia, & Patres omnes pericula gravissima æternum pereundi minantur, dimittat, & ab eiusmodi periculis terroribusque liberet, nonnulla se le excogitasse gloriatur. Quocirca titulum illum sibi comparavit: *Agnus Dei qui tollit peccata mundi*: quin non sibi modo elogium illud acquisivit, sed Confessariis omnibus; quos ut scrupulis quibus in divitum confessionibus excipiendis ob eleemosynarum omissionem torquentur, subducat, atque tranquillos, hilaresque reddat, quinque illis monita, seu documenta porrigit, quæ vocat *plausibilia*, & lætitiæ plena. Ne quippiam per exaggerationem dicere videar, illius verba exscribenda sunt ex *Tom. IV. coroll.* tract. VII. *resol.* 8.

„ II. Confessarius quidam angebatur magnis scrupulis in excipiendis confessionibus „ cuiusdam divitis circa præceptum eleemosynam largiendi. *Tunc ego in eius gratiam* hæc ex multis Doctoribus adnotavi. “ Iste est titulus suæ resolutionis. Monita audiamus.

*Primum Dianæ remedium pro divitibus, eorumque Confessariis.*

„ 1. Primo divites, etiamsi habuerint „ superflua, non tenentur neque sub veniali „ peccato dare eleemosynas in communi necessitate, in qua solent esse quotidiani pauperes. “ Laudat Sylv. Alent. Arm. Mald. Molf. Navar. & Tolet.

*Secundum Dianæ remedium.*

„ 2. Secundo etiam in gravi necessitate „ pauperum, dives qui habuerit superflua, „ non peccat mortaliter, si non præbeat eleemosynam. Hæc opinio *mihi placet*, illamque docet Gabriel, Alensis, Malderus. “

*Tertium Dianæ remedium.*

„ 3. Tertio, etiamsi vera esset opinio asserentium, divites teneri sub mortali præbere eleemosynam non solum in extrema, „ & gravi, sed etiam communi necessitate „ pauperum; tamen non tenerentur inquirere pauperes; sed solum misereri occurrentibus, & non impedire nimia auleritate, vel alio modo, ne occurrant: neque etiam tenerentur omnibus communiter indigentibus subvenire, sed aliquibus: nec teneren-tur in totum alicuius indigentiam sublevare; sed *satis est QUID ei dare*. Lorca, „ Bonacina, Valquez. “

*Quartum Dianæ remedium.*

„ 4. Quarto notandum est, quod bona quæ „ conservantur ad acquirendum maiorem statum pro se, & suis consanguineis, non dicuntur superflua status: alioquin enim ad „ superiorem statum ad necessitatem, & convenientiam status revocandus est; ita ut ea „ non censeantur superflua quæ licet excedant mensuram status præsentis, conducere „ tamen possunt, & reservantur, ut altiorem „ statum acquirat, & acquisitum conservet. *Ita Vasquez: & ideo asserit, quod in secularibus, etiam in Regibus, vix inveniuntur superflua status.*

*Quintum Dianæ remedium.*

„ 5. Quinto dives cum diminutione, & „ detrimento propriæ status non tenetur subvenire proximo in extrema necessitate constituto. “

*Prima conclusio Dianæ.*

„ 6. Ex his apparet divites non esse facile condemnandos circa præceptum largiendi „ eleemosynam: quia non tenentur inquirere pauperes, *nec tenentur largiri eleemosynam in communibus necessitatibus, & bona superflua non facile in ipsis etiam ditissimis reperiuntur. Unde ex his facile Confessarii scrupulos deponere possunt; licet confulere debeant divitibus, ut eleemosynam pauperibus abunde erogent.*

*Secunda Dianæ conclusio.*

Hæc secunda Dianæ conclusio habetur *loc. cit. resol.* 12. *n.* 5. ubi post impugnatam sententiam quæ docet divites strictos esse ad subveniendum in communi necessitate ex bonis quæ superfluunt statui, sic concludit: „ Ex his omnibus respondeo ad propositam „ quæstionem negative: Et licet opinio affirmativa esset vera, tamen in praxi numquam, aut rarius exercit. *Nam, ut ait Vasquez, laici possunt de bonis patrimonialibus servare ad statum suum, vel consanguineorum matendum; & tunc illud non dicitur superfluum. Unde vix in secularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. Hæc Vasquez: quæ quidem Confessariis divitum MULTUM PLAUSIBILIA erunt.*

III. Conferas nunc velim hæc P. Antonini Dianæ opiniones cum Evangelistarum, ac



sanctorum Patrum doctrina, ut hinc colligas, quantum discriminis, & manifestæ contrarietatis illas inter & hanc intersit. Damnandos propter eleemosynæ omissionem divites, Evangelia, Patrelque clamant. Nec culpam venialem divites perpetrare Diana docet, etiamsi in communi necessitate nihil eleemosynæ largiantur. Quod si tibi hæc non arridet opinio, subdit, satis esse, si dives *QUID pauperi det*. Scripturæ vero sanctæ præcipiunt ut divites qui multa bona habent, multum tribuant. Denique, ut scrupulos omnes e divitum animis evellat, superflua de medio tollit, doctrinamque ab Ecclesia positea proscriptam ubique disseminat, pluries repetens, quod *in secularibus, etiam in Regibus, vix inveniuntur superflua statui*. Istius doctrinæ veneno suas reipergit resolutiones. Quantum exitii, quantumque malorum Auctor iste, similesque eatum collectores in Catholicorum mores invehant, non est explicatu facile. Nec est quod opponas, me Dianæ, aliorumque Casuistarum personas carpere. Absit ut tale de me feras iudicium. Libros, & opiniones ab Ecclesia damnatas, & quæ eadem necessario consequuntur, unice carpo, & execror; personas vero officio, & obsequio colo, easque, quoad fieri potest, excuso, quod ante damnatas theses scripserint, & quod ea docuerint quæ sibi probabilia videbantur. Num innocens eorum methodus in colligendis laxioribus Casuistarum opinionibus, ut lectores, & Confessarii eas teligant quæ sibi, & tempori, & hominum genio magis intervinnt; Dei esto iudicium. Nostra tamen interest lectores omnes admonere, quo ab eiusmodi libris magnopere caveant, aureisque occludant Dianæ asserenti, quod sua placita Confessariis divitum multum plausibilia erunt.

## CAPUT XII.

*Nonnulla alia quæstiones quæ eleemosyna sublevandam extremam, gravemque necessitatem spectant, resolvuntur.*

I. DIstinctio triplicis necessitatis, scilicet extremæ, gravis, & communis, Scripturis, & antiquis Patribus penitus incognita. Quia tamen graviores Theologi, eorumque Princeps Angelicus eadem utuntur, non reiicienda modo non est, verum etiam tamquam apprime opportuna ad difficultates clarius enodandas, admittenda. De extrema necessitate latius supra disputatum. Unam dum-

fuisse non pauci ausi fuerit negare divitum superflua contra communem Patrum assensionem; quin, quod peius est, contra ipsam compertam, exploratamque experientiam. Numquid oculis nos non spectamus ea omnia quæ fuso eloquentiæ calamo Basilius cum ceteris Patribus recenset?

XVI. Tria divitum genera distinguenda nobis sunt. Primum eorum qui, inferioris conditionis cum sint, ad altiorem statum comparandum conatus suos, indutriamque omnem colligunt. Hi multa habent superflua; sed divitem illum evangelicum ex Luca paullo ante descriptum imitantur. Omnia sibi congregant, horrea, arca, fundos, villasque amplificant, multiplicantque, ut titulos nobilitatis, ac dominii indipiscantur. Non virtutis merito, non habilitate, neque animi dotibus innixi; sed sola divitiarum face præeunte altius assurgere contendunt. Quod quam sit iniquum, naturæque ordini infestum, capite superiore ostensum est. Hi omnes eleemosynæ præceptum violant gravissime. Quamvis enim exaltatio illibere licita, & honesta sit, cum non solis divitiis, sed animi dotibus comparatur; secus tamen est, si habitudo, si animi prærogativæ desint, si denique eleemosynæ omittantur, ut apertis divitis facilius cupiditati, & ambitioni superius ascendendi, nullis adiectis limitibus, fiat satis. En primum divitum genus, misericordiæ, caritati, honestatique infestum.

XVII. Secundum divitum genus est superioris conditionis. Isti divitias accumulant, non æstu ambitionis, & superbiæ ad titulos comparandos, sunt quippe Nobiles, Comites, Marchiones; sed solius avaritiæ ardore perusti opulentiam, & thesauros anhelant, injuntque. Non alio spectant quam quo patrimonium augeant contemptis viduis, pupillis, pauperibusque omnibus. En divites quos fures, raptores, pauperumque oppressores SS. Patres appellant.

XVIII. Postremum divitum genus est eorum qui ampla prodigunt patrimonia in vanos lusus, in veltium luxum, in crapulam, in ludos, in pompas vanissimas, in theatra, in comœdias, in equorum, canum, aliarumque bestiarum alimentum, cæteraque id genus impensas, quas vividis coloribus depingit Basilius cum aliis Patribus. Hæc omnia nos oculis conspicimus, lugemus, detestamur.

XIX. Primum divitum genus ambitiosum & superbum; secundum tenax & avarum; tertium prodigum est. Igitur recentiores Theologi, qui vix in divitibus superflua reperiri asserunt, Evangelio, rationi, & manifestæ experientiæ contradicunt, pauperibus infesti sunt, & divitibus viam damnationis æternæ percurrentibus calcaria addunt.

## CAPUT XI.

*Laxa doctrina P. Antonini Dianæ, aliarumque recentiorum expenditur.*

I. PAter Antoninus Diana, ut divites, quibus Evangelia, & Patres omnes pericula gravissima æternum pereundi minantur, dimittat, & ab eiusmodi periculis terroribusque liberet, nonnulla se le excogitasse gloriatur. Quocirca titulum illum sibi comparavit: *Agnus Dei qui tollit peccata mundi*: quin non sibi modo elogium illud acquisivit, sed Confessariis omnibus; quos ut scrupulis quibus in divitum confessionibus excipiendis ob eleemosynarum omissionem torquentur, subducat, atque tranquillos, hilaresque reddat, quinque illis monita, seu documenta porrigit, quæ vocat *plausibilia*, & lætitiæ plena. Ne quippiam per exaggerationem dicere videar, illius verba exscribenda sunt ex *Tom. IV. coroll.* tract. VII. *resol.* 8.

„ II. Confessarius quidam angebatur magnis scrupulis in excipiendis confessionibus „ cuiusdam divitis circa præceptum eleemosynam largiendi. *Tunc ego in eius gratiam* hæc ex multis Doctoribus adnotavi. “ Iste est titulus suæ resolutionis. Monita audiamus.

*Primum Dianæ remedium pro divitibus, eorumque Confessariis.*

„ 1. Primo divites, etiamsi habuerint „ superflua, non tenentur neque sub veniali „ peccato dare eleemosynas in communi necessitate, in qua solent esse quotidiani pauperes. “ Laudat Sylv. Alent. Arm. Mald. Molf. Navar. & Tolet.

*Secundum Dianæ remedium.*

„ 2. Secundo etiam in gravi necessitate „ pauperum, dives qui habuerit superflua, „ non peccat mortaliter, si non præbeat eleemosynam. Hæc opinio *mihi placet*, illamque docet Gabriel, Alensis, Malderus. “

*Tertium Dianæ remedium.*

„ 3. Tertio, etiamsi vera esset opinio asserentium, divites teneri sub mortali præbere eleemosynam non solum in extrema, „ & gravi, sed etiam communi necessitate „ pauperum; tamen non tenerentur inquirere pauperes; sed solum misereri occurrentibus, & non impedire nimia auleritate, vel alio modo, ne occurrant: neque etiam tenerentur omnibus communiter indigentibus subvenire, sed aliquibus: nec teneren-tur in totum alicuius indigentiam sublevare; sed *satis est QUID ei dare*. Lorca, „ Bonacina, Valquez. “

*Quartum Dianæ remedium.*

„ 4. Quarto notandum est, quod bona quæ „ conservantur ad acquirendum maiorem statum pro se, & suis consanguineis, non dicuntur superflua status: alioquin enim ad „ superiorem statum ad necessitatem, & convenientiam status revocandus est; ita ut ea „ non censeantur superflua quæ licet excedant mensuram status præsentis, conducere „ tamen possunt, & reservantur, ut altiorem „ statum acquirat, & acquisitum conservet. *Ita Vasquez: & ideo asserit, quod in secularibus, etiam in Regibus, vix inveniuntur superflua status.*

*Quintum Dianæ remedium.*

„ 5. Quinto dives cum diminutione, & „ detrimento propriæ status non tenetur subvenire proximo in extrema necessitate constituto. “

*Prima conclusio Dianæ.*

„ 6. Ex his apparet divites non esse facile condemnandos circa præceptum largiendi „ eleemosynam: quia non tenentur inquirere pauperes, *nec tenentur largiri eleemosynam in communibus necessitatibus, & bona superflua non facile in ipsis etiam ditissimis reperiuntur. Unde ex his facile Confessarii scrupulos deponere possunt; licet confulere debeant divitibus, ut eleemosynam pauperibus abunde erogent.*

*Secunda Dianæ conclusio.*

Hæc secunda Dianæ conclusio habetur *loc. cit. resol.* 12. *n.* 5. ubi post impugnatam sententiam quæ docet divites strictos esse ad subveniendum in communi necessitate ex bonis quæ superfluunt statui, sic concludit: „ Ex his omnibus respondeo ad propositam „ quæstionem negative: Et licet opinio affirmativa esset vera, tamen in praxi numquam, aut rarius exercit. *Nam, ut ait Vasquez, laici possunt de bonis patrimonialibus servare ad statum suum, vel consanguineorum matendum; & tunc illud non dicitur superfluum. Unde vix in secularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. Hæc Vasquez: quæ quidem Confessariis divitum MULTUM PLAUSIBILIA erunt.*

III. Conferas nunc velim hæc P. Antonini Dianæ opiniones cum Evangelistarum, ac



sanctorum Patrum doctrina, ut hinc colligas, quantum discriminis, & manifestæ contrarietatis illas inter & hanc intersit. Damnandos propter eleemosynæ omissionem divites, Evangelia, Patrelque clamant. Nec culpam venialem divites perpetrare Diana docet, etiamsi in communi necessitate nihil eleemosynæ largiantur. Quod si tibi hæc non arridet opinio, subdit, satis esse, si dives *QUID pauperi det*. Scripturæ vero sanctæ præcipiunt ut divites qui multa bona habent, multum tribuant. Denique, ut scrupulos omnes e divitum animis evellat, superflua de medio tollit, doctrinamque ab Ecclesia positea proscriptam ubique disseminat, pluries repetens, quod *in secularibus, etiam in Regibus, vix inveniuntur superflua statui*. Istius doctrinæ veneno suas reipergit resolutiones. Quantum exitii, quantumque malorum Auctor iste, similesque eatum collectores in Catholicorum mores invehant, non est explicatu facile. Nec est quod opponas, me Dianæ, aliorumque Casuistarum personas carpere. Absit ut tale de me feras iudicium. Libros, & opiniones ab Ecclesia damnatas, & quæ eadem necessario consequuntur, unice carpo, & execror; personas vero officio, & obsequio colo, easque, quoad fieri potest, excuso, quod ante damnatas theses scripserint, & quod ea docuerint quæ sibi probabilia videbantur. Num innocens eorum methodus in colligendis laxioribus Casuistarum opinionibus, ut lectores, & Confessarii eas teligant quæ sibi, & tempori, & hominum genio magis intervinnt; Dei esto iudicium. Nostra tamen interest lectores omnes admonere, quo ab eiusmodi libris magnopere caveant, aureisque occludant Dianæ asserenti, quod sua placita Confessariis divitum multum plausibilia erunt.

## CAPUT XII.

*Nonnulla alia quæstiones quæ eleemosyna sublevandam extremam, gravemque necessitatem spectant, resolvuntur.*

I. DIstinctio triplicis necessitatis, scilicet extremæ, gravis, & communis, Scripturis, & antiquis Patribus penitus incognita. Quia tamen graviores Theologi, eorumque Princeps Angelicus eadem utuntur, non reiicienda modo non est, verum etiam tamquam apprime opportuna ad difficultates clarius enodandas, admittenda. De extrema necessitate latius supra disputatum. Unam dum-

dumtaxat quæstiunculam quæ mihi excideret, proponam.

II. Quæst. II. *Expectanda ne est extrema proximi necessitas, ut præceptum eleemosynæ sucurrendi eius imponat?* Resp. Probatum est supra, non solum ex superfluis statui, sed etiam naturæ, levandam esse extremam pauperis indigentiam. Nunc clarius explicatur, quid nomine extremæ necessitatis intelligendum occurrat. Dicimus ergo non esse expectandam extremam necessitatem, seu ultimum illud subeundæ mortis periculum. Necessitas hæc latitudinem admittit, & gradus. Dum pauper in ultimo necessitatis agone constituatur, vix subsidii capax est. Tum ergo præceptum urget, cum signa probabilia apparent quæ portendunt venturam mortem, nisi pauper sublevetur. Perspicue hanc doctrinam explicat Angelicus in IV. dist. xv. quæst. II. art. 1. quæstiunc. 4. ad 4. *Dicendum, quod tempus ad quod obligat præceptum de eleemosynæ faciendis, accipitur ex parte accipientis, & ex parte dantis. Ex parte accipientis, quando apparent signa probabilia extremæ necessitatis futuræ, nisi ei sub venitur; ut eum qui videt alios impotentes, vel pigros ad subveniendum, & pauperem indigentem cibo, & potu, & aliis vitæ necessariis; nec sibi satisfacere posse. Non enim expectanda est ultima necessitas, quia tunc forte non posset succurri, natura tam fame, vel siti consumpta. Dicit enim Chrysostomus hom. XXXI. in Iesa. Non oportet pauperem ultimum deficientem vocare. Quid dicis, o homo? Propter unum panem ulceribosum quis completur? Utique dicis. Quærenda maxime miserandam consequatur, aut maxima necessitate eripiatur. Ex parte autem dantis, quando habet homo multa, quibus non indiget neque ad sustentationem vitæ sui, & suorum, neque ad decentem status sui conservationem, etsi pauperes extremæ necessitatis non compareant. Neque oportet occasionem futuræ necessitatis prætendere ultra probabilia signa futuræ necessitatis, quia hoc est superflua sollicitudo, quam Dominus prohibet Matth. VI. Nolite sollicriti esse &c.* Hinc colligo non solum expectandam non esse extremam pauperis miseriam; verum etiam solam bonorum superfluitatem sufficere ut præceptum eleemosynæ urgeat: quemadmodum infra clarius explicabimus, dum mentem S. Doctoris data opera manifestabimus.

III. Quæst. II. *Teneantur ne divites in gravi etiam necessitate pauperibus subvenire ex superfluis naturæ, quamquam ad status decentiam requirantur?* Resp. Affirmant Maior in *IV. dist.* XV. *quæst.* VII. *concl.* 3. Ioannes Medina *cod. de eleem. tract.* V. *quæst.* III. *dub.* 2. Vasquez *dub.* 3. *cap.* 1. Barnez 2. 2. *quæst.* XXXII. *art.* V. *dub.* 4. Valentia *ibidem*, Sylvius in 2. 2. *quæst.* XXXI. *art.* 1. *6. concl.* 3. Soto, Victoria, Corduba, Angles, Hurtados de Mendoza, Palatius, quos pro hac sententia citat Diana. Eam quoque defendunt Merbesius *Summ. chr.* 1. *p. quæst.* CXXX. *concl.* 3. Henricus a S. Ignatio *Tom. II. Lib. IV. Cap.* XXVII. Paulus a Lugduno *tract.* IV. *disp.* II. *quæst.* IV. *art.* 1. §. 2. Antoine *tract. de virtut. cap.* IV. & citat Suarez, Natalis Alexander *Lib. III. cap.* VI. *art.* 9. *reg.* 6. Sententia hæc, si perspicue explicetur, vera est nedum probabilis. Porro, ut clarius innotescat, in memoriam revocandum est, eam necessitatem reputari gravem in qua pauper, nisi iuvetur, in grave malum incidit; videlicet talem patitur famem, nuditatem, ut nisi sublevetur, gravem contrahat morbum, in lectulo detineatur, gravi conflictatos infirmitate, necessariaque destitutus ope: in gravi veriatur periculo iubeundi carcerem, ignominiam, propriumque amittendi statum. Quatuor gravis necessitatis genera distingui solent, quæ ad fortunam, ad honorem, ad vitam, ad gradum, seu dignitatem pertinent. Ingenuæ mulieres egestate pressæ, nisi præsidium accipiant, in prostitutionem prolabuntur. Hæc, & similia mala, seu pericula his subiacendi incommodis, gravem constituunt necessitatem.

IV. Status quoque personæ latitudinem admittit. Neque enim in individuo puncto consistit, ut alias dictum est. In prælentia ergo sermo haud est de status iactura facienda, ut alicuius miseria sublevetur, neque de gravissimo detrimento: sed de quadam dumtaxat diminutione. His positis, ad quæstionem respondetur.

V. Dico primum, ex superfluis statui tenuri divites sub reatu culpæ gravis opem ferre pauperibus gravi laborantibus necessitate. Hæc sententia communis inter Theologos est, eamque præter citatos defendunt Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VII. *punct.* 1. *num.* 12. Iandantque Sanchez, Azorium, Palatium, & alios. Ratio evidens est. Nam si superflua eroganda sunt, non sunt dumtaxat retinenda in quibus præceptum urgeat, defigendi. Extrema autem necessitas rara est. Ergo superflua hæc distribuenda sunt etiam dum gravia pauperum incommoda obvia occurrunt. Accedit quod ex caritate evangelica defendere, ac præservare astringimur vitam, honorem, ac statum proximi nostri, potissimum cum absque nostro detrimento id peragere valemus. Nullum autem incommodum, aut detrimentum divites patiuntur, cum superflua distribuunt.



VI. Dico secundo. Non modo ex superfluis, verum etiam ex necessariis ad statos decentiam subveniendum pauperibus est in gravi necessitate constitutis. Hæc quoque sententia in sensu explicato vera mihi est, tum propter auctoritatem Scripturarum, Patrum, & Theologorum, tum propter rationem. Si enim rationem ipsam consulimus, quis dixerit se proximum suum amare, si gravi necessitate, molestia, periculoque gravatum liberare cum parvo suo incommodo negligat? Clarius incommodum divitis explico. Famulorum, equorumque numerum alit, splendidas induit vestes, convivia opipara instruit, ludos peragit, ædificia non necessaria excitat, aliaque multa id genus operatur. Gravi urgente annonæ penuria plures pauperes cum fame, & frigore luctant, necessitisque periculis subiacent. Quis dixerit eiusmodi divites his in eventibus non debere fervorum numerum minuere, convivia, vestium luxum, ludos, diversicula, aliaque impensas, quas alioquin ad sui status decorem facere solent, restringere, ut proximo suo subsidium ferant? Quid magni incommodi patientur, si partem harum impensarum decidant, ut in pauperes erogent? Sed Scripturam audiamus, & Patres. D. Ioannes *Epist. I. cap.* III. inquit: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodo caritas Dei manet in illo?* Necessitatem indicat Apostolus Ioannes non extremam, sed indefinitam. Quæ verba explicans Augustinus *tract.* V. in præfatam Epistolam, hæc scribit. *Esurit frater tuus, in necessitate positus est: fortasse suspenditur: a creditore, augustiatur. Non habet ipse; habes tu. Frater est: simul empti estis: unum est pretium vestrum: ambo sanguine Christi redempti estis. Vide, si miseretur, si habes facultates mundi. Quid ad me pertinet? forte dicis. Ego daturus sum pecuniam meam, ne ille molestiam patiatur? Si hoc tibi responderit cor tuum, dilectio Patris non in te manet. Si dilectio Patris non in te manet, non es natus ex Deo. Quomodo ergo te gloriaris esse Christianum? Nomen habes, & facta non habes. Quid tibi prodest nomen, ubi res non invenitur?*

VII. Alios Patres brevitatis gratia prætereo. D. Thomæ solummodo auctoritatem adiicio. Duo, ut capite sequenti videbimus, principia eroganda eleemosynæ sub præcepto, alterum ex parte dantis, alterum ex parte accipientis, ponit. Ex parte accipientis necessitatem allegat tum extremam, tum gravem 2. 2. quæst. XXXII. art. 5. ad 3. *Ex parte quidem recipientis, cum apparet evidens, & urgens necessitas, nec apparet in promptu qui subveniat.* Compertum est nomine *urgentis* necessitatis gravem intelligere. Verum de mente istius Doctoris fusius infra. Hanc nostram sententiam docet etiam Cardenas *in sua Crisi tract.* II. *disp.* XX. *cap.* II. *art.* 4. *num.* 65. & *num.* 67.

VIII. Quæst. III. *Licitum ne pauperi in gravi constituto necessitate furari ex quæ sibi necessaria sunt, ut hanc vitet necessitatem?* Resp. Opinio affirmans proscripta est ab Innocentio XI. his verbis concepta, esique 36. *Permissum est furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.*

IX. P. Cardenas *loc. vit. cap.* IV. *art.* 2. fuso calamo hanc versat quæstionem, & adfirmantem defendit, inque illius patrocinium allegat Vasquez, Lugo, Cordubenlem, Tamburinam, Palaum, Dianam, plurelque alios. Magna me admiratio incessit, dum legi Theologum hunc, meo iudicio doctum, & pium, iamorique doctrinæ inhærentem (Probabilismo inbiato) in proscriptam concessisse opinionem, quam pluribus munire exceptionibus, & conditionibus irrito conatu pertentat. Verum evanuit admiratio omnis, existimatione erga tantum Doctorem aucta, cum legi ipsum hanc suam retractasse, penitusque reiecisse opinionem *disp.* XXIII. *cap.* I. *art.* 3. *num.* 34. Quare nihil dicendum remanet adversus hanc opinionem, cum proscripta ab Ecclesia sit. Illud solum adiicio, furtum numquam licitum esse. Et cum dicitur in extrema necessitate licitum esse pauperi sibi providere aliena iurripiendo; non ob id conceditur furtum, quod est sua natura malum, atque adeo numquam licitum. Tunc enim pauper non perpetrat furtum, sed sua accipit, ut dictum est. Si tamen furtum etiam appellare velis, non repugno. Hoc enim sua natura, sicut & homicidium, mala sunt; at ratione circumstantiæ vitæ conservandæ licita fieri valent.

X. Quæst. IX. *Satisfacit ne dives, si pauperi graviter indigenti succurrat mutuando?* Resp. Mihi videtur opus esse distinctione qua supra usi sumus. Si pauper habeat bona, quibus hoc suæ necessitatis tempore uti nequeat,

queat, bene vero impositorum; satisfacit dives mutando: si bonis omnibus destitutus sit, eleemosyna necessaria est. Divitum tamen conditiones, aliæque circumlantiæ spectandæ sunt.

## CAPUT XIII.

*De obligatione eleemosynæ ratione superfluitatis. Mens D. Thomæ exponitur. In communi necessitate pauperibus subveniendum est ex superfluis. Recentiorum opiniones expenduntur.*

I. DOctissimus Cardinalis Caietanus inter eorum edidit tractatum, quo D. Thomam defendit ab errore quem Doctores etiam celebres super eleemosynæ quæstione illi adiudicarunt. Patrontianus, D. Antoninus, & Auctor summæ *Rosella* omnium primi evigarunt, D. Thomam dixisse conditiones ad hoc ut præceptum eleemosynæ obligaret, extremam necessitatem ex parte accipientis, & superfluitatem ex parte divitis dantis: quarum una deficiente, deficere quoque præcepti obligationem, ex D. Thomæ mente contendunt. Quæritio hæc factum spectat, quod cum sit magni momenti, præterii haud potest ubique veritatis dispendio. Siquidem & auctoritas D. Thomæ apud omnes plurimum valet, & argumentum quod tractatur, summi momenti est. Quare supervacaneum videri non debet, si data opera, vera angelicæ doctrinæ sensa manifestanda suscipiamus: potissimum quod non modo tres laudati antiqui Auctores, verum etiam recentiores plurimi eamdem labem Angelico aspergunt. Sed ad id quod instat.

II. Duo principia elargiendæ eleemosynæ Angelicus constituit. Primum est superfluitas, alterum necessitas extrema, seu urgens, & gravis. Superflua naturæ, & personæ, seu status dispensanda sunt, non huic, vel illi pauperi determinato, sed quibus expediens iudicaverint divites. Ex superfluis vero naturæ subveniendum est huic designato pauperi extremam, aut quasi extremam patienti miseriam. Quod hæc sit genuina Angelici doctrina, exploratum est cuique legenti illius textus. Scribit enim in IV. dist. XV. quæst. II. art. 1. quæstiunc. 4. *Dare eleemosynam de superfluo, cadit in præcepto; similiter dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate*. Hanc doctrinam quam fusius explicat, & rationibus firmat, tradit 2. 2. quæst. XXXII. art. 5. *Sic ergo dare eleemosynam de superfluo, est in præcepto: & dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate*. Clarius adhuc eamdem doctrinam edisserit 2. 2. *quæst.* CXVIII. *art.* 4. *ad* 2. ubi expositans sententiam Basilii, inquit: *Basilius loquitur in illo casu, in quo aliquis tenetur ex debito legali omne sua pauperibus erogare, vel propter periculum necessitatis, vel etiam propter superfluitatem habitudinum*. Item quæst. LXXXVII. art. 1. ad 4. *Tenetis vero decimas, quas cum pauperibus comedere debebant, in nova lege augentur per hoc quod Dominus non solum decimam partem, sed etiam omnia superflua pauperibus iubet exhiberi, secundum illud Luc.* 11. *Quod superest, date eleemosynam*. Tandem quodlib. 8. quæst. XVI. art. 12. *Supposito enim quod aliquis habeat de superfluo & respectu indigentiæ, & respectu personæ, quod teneatur pauperibus erogare; aut videt in paupere patente evidentia signa extremæ necessitatis, aut non. Si videt, certum est quod tenetur dare, & peccat non dando. In hoc enim casu loquitur Ambrosius: Pasce fame morientem: si non paveris, occidisti. Si vero non apparent, tunc non tenetur dare pauperi petenti: quia quamvis teneatur dare superfluum pauperibus, non tamen omnibus dare, nec huic dare, sed teneatur distribuere secundum quod sibi visum fuerit opportunum; nec tenetur inquirere, quia hoc esset nimis grave quod de omnibus inquireret*.

III. Perspicuum itaque est, angelicum Doctorem duo distinctim principia constituere, ex quibus debitum elargiendæ eleemosynæ proficiscitur. Alterum est extrema, vel gravis, & urgens necessitas; & tum pauperi determinato talem patienti miseriam subveniendum est ex superfluis naturæ. Secundum est bonorum superfluitas tum naturæ, tum personæ. Hæc bona superflua distribuenda sunt, non huic, vel illi pauperi perenti, sed quibus diviti bene visum fuerit. Transcribamus interpretationem Caietani ex *Tom. II. opusc. tract. II. cap. II.* „ Accersito autem quem„ cumque Grammaticum optimum, & pro„ ponas illi quid intelligendum sit ex istis „ verbis: Præceptum est ut fiat hoc, & fiat „ illud. Respondebit certe quod duo præci„ piuntur, & quod feliciter hoc fiat, & „ quod illud fiat. Quum autem verba S. „ Thomæ talia sint, quare non est talis fu„ rendus sensus? Dixit enim: In præcepto „ est dare eleemosynam de superfluo, & da„ re eleemosynam ei qui est in extrema ne„ cessitate. Duo ergo grammaticaliter intel„ ligenda præcipit, cum dicit, & quod detur „ eleemosyna de superfluo, & quod detur „ eleemosyna patienti extremam necessita„ tem.“



„ tem. “ Plurima alia congerit Caietanus lex distinctis capitibus tum ex S. Thoma, tum ex lege caritatis petita, ut evincat bonorum superfluitatem unam esse elargiendæ eleemosynæ radicem, alteram vero extremam necessitatem. Qui plura cupit ad mentem D. Thomæ, & Caietani penitus intelligendam, consulat laudatum eiusdem Caietani tractatum, & Franciscum Sylvium in 2. 2. *quæst.* XXXII. *art.* 6. *quæst.* II.

IV. Hinc collige, quam iniuste non pauci recentiores in patrocinium laxarum opinionum adducant & D. Thomam, & Caietanum. Non diffiteor, Caietanum & in summula, & in commentariis in 2. 2. minus exacte, ac in latiori sensu locutum fuisse. At Auctorum mens non inde eruenda est ubi per transennam rem tangunt; sed ex iis locis in quibus data opera quæstionem versant. Porro in citato tractatu serio, & pro dignitate eleemosynæ præceptum Cardinalis exponit, omnesque difficultates in examen revocat. Ad D. Thomam quod attinet, ubique sibi constat, quamvis alicubi uberius, alibi pressius suam exponat doctrinam.

V. Obicies. D. Thomas 2. 2. *quæst.* XXXII. *art.* 5. *in corp.* hæc habet. *Sic ergo dare eleemosynam de superfluo est in præcepto, & dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate: alias autem eleemosynas dare est in consilio, sicut & de quolibet meliori bono dantur consilia*. Ex hoc textu colligunt recentiores plures, eleemosynæ mandatum astringere divites, extrema duntaxat pauperum necessitate urgente. Quod quam sit a mente D. Thomæ alienum, nemo qui præiudiciorum expers textum hunc consideret, non videt. Sensus quippe germanus illius textus est hic quem & verba præferunt, & Caietanus peroptime exponit tract. cit. cap. III. *Unde & dare eleemosynam de superfluo est in præcepto ratione superfluitatis; & dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate, est in præcepto ratione necessitatis extremæ* (seu extremæ, vel gravis, ut Angelicus alibi inquit) *alias est in consilio*. Consilium est ut de necessariis ad statum eleemosynam largiaris: consilium est ut de superfluis huic determinato pauperi potenti des. Verum quod superflua in pauperes absolute distribuas, ad præceptum attinet. Fusius textum hunc explicat Caietanus, & genuinum adductum sensum pluribus confirmat. Et hæc satis sint in D. Thomæ, & Caietani vindicias.

VI. Quæst. I. *Tenentur ne divites sub præcepto superflua tam naturæ, quam personæ, seu statui, in pauperes distribuere?* Resp. Aiunt cum D. Thoma, & Caietano Adrianus in *tract. de rest. concl.* II. Richardus *in* 4. *dist.* XV. *quæst.* II. *art.* 2. Bannez 2. 2. *quæst.* XXXII. Valentia *in* 2. 2. *quæst.* XXXII. Lorcas in 2. 2. quæst. XXXII. Bellarminus *Lib. III. de bonis operibus cap.* VII. Azorius *Lib. XII. cap.* VII. Cordubensis *Lib. I. quæst.* XXVI. *prop.* 3. Merbelius *Sum. Christ.* cap. CXXXI. Natalis Alexander *Lib. III. art.* 9. *reg.* 7. Henricus a S. Ignatio *Lib. IV. cap.* XXVIII. Vanroi *de præcept. car. cap.* IV. *n.* 3. Genet *tract.* II. *in prim. præcept. Decal. cap.* III. *quæst.* XVII. Paulus a Lugduno *tract.* IV. §. 3. *ref.* 4. ubi hanc sententiam communem vocat, Wigandt *tract.* VII. *exam.* 6. *ref.* 5. Bonacina *disp.* III. *quæst.* VI. *punct.* 6. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* II. *punct.* 2. *num.* 15. Suarez *disp.* VII. *de car. sect.* 3. *num.* II. Patritius Sporer *tract.* III. *in* IV. *præcept. cap.* VI. *sect.* 2. *num.* 6. Cassianus a S. Elia *in Arb. Tom. III. verb.* Eleemosyna §. 3. *num.* 41. Aragon 2. 2. *quæst.* XXXI. *art.* 5. Navarrus *Sum. cap.* XXIV. *num.* 5. Petrus Catalanus *part.* 1. *quæst.* VII. *cap.* 5. *num.* 9. ubi laudat Turrianum, Becanum, Reginaldum, Laymanum, Fillincium: quibus adde Abulensem, Cano, Spiro, Victoriam, Honcala, quos citat præfatus Cassianus: Roncaglia *tract.* VI. *cap.* III. *ref.* III. Pontas, verb. *Eleem.* & alii plures, quos omitto. Quare sententia hæc recte expolita non modo communis est, sed etiam vera.

VII. Proponuntur rationes ex divina Scriptura petitæ. Lubet primo loco sermonem exscribere D. Pauli, qui primum rationes elargiendæ eleemosynæ promit, deinde præceptum imponit. Sic enim loquitur I. ad Timoth. VI. *Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt a fide ... Tu autem homo Dei hæc fuge*. Radices hic recludit Apostolus impertiendæ eleemosynæ. Prima est quod nihil nos in hunc mundum intulimus, sed cum omnes æqualiter nudi ingressi simus in hanc lucem, omnes pariter nudi ad Deum revertemur. A Deo omnia bona accepimus, hac pensione gravata, ut alimento, & vestibus contenti simus, & cetera in alios egentes distribuamus. Altera radix est periculum maximum quod divitiæ

tiæ afferunt. Laqueis quippe irretiuntur, vanis desideriis, & tentationum merguntur fluctibus, qui accumulandis thesauris insudant. Idcirco admonet Apostolus omnes ne sese cupiditatibus dedant, nisi velint ipsius fidei, & religionis iacturam facere. Quare præceptum adiicit divitias facile, seu frequenter distribuendi in pauperes. *Divitibus* (subdit vers. 17.) *huius sæculi præcipe ... facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.* Si extrema tantum, aut gravi necessitate urgente, eleemosyna peragenda foret, non præciperet Apostolus divitibus ut facile tribuant, ut thesaurizent sibi æternæ vitæ divitias. Thesaurizaret ne fibi qui raro solummodo in eventu in pauperum sinu quidpiam reponeret? Thesaurum ne augeret ille qui conquirendis pecuniis infrequentem navaret operam? Non ergo in sola extrema, vel gravi egestate, quæ raro accidit, sed frequenter in pauperes, vel alia pia opera. Deique cultum, prout expediens visum fuerit, erogandæ sunt supervacaneæ divitiæ. Neque hoc consilium est; sed mandatum necessarium, *ut apprehendant veram vitam.*

VIII. Consonat doctrinæ D. Pauli sententia ferenda in damnandos. *Discedite a me maledicti in ignem æternum ... Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare; sitivi, & non dedistis mihi potum; hospes eram, & non collegistis me; nudus, & non cooperuistis me; infirmus, & in carcere, & non visitastis me.* Matth. xxv. Damnandos divites asserit Christus, quod non potaverint sitientes, quod nudos non vestierint. Non itaque extremam, & gravem dumtaxat, sed quamcumque necessitatem exprimit Christus. Ut magis vis, & emphasis illius textus innotescat, illud est inquirendum. Cur solas eleemosynarum omissiones divitibus damnandis Christus Dominus exprobrabit? Nemo ad tartara damnatur, nisi ob peccatum mortale. Grave itaque crimen esse eleemosynæ omissionem compertum est. Sed cur hoc crimen præ aliis omnibus improperabitur reprobis? Iudex damnando reo ea scelera obicit, atque improperat quæ atrociora sunt, maioremque infamiam, & turpitudinem eidem pariunt. Numquid omisso eleemosynæ lecterum omnium immanissimum? Scilicet. Non quod intima illius malitia omnium flagitiorum suapte natura maxima sit; sed quia eleemosynis redimi cetera crimina poterant. Iudex diviti ad patibulum damnato, & laqueo suspendendo ob furta, adulteria, homicidia, & alia id genus perpetrata flagitia, vitam spondet hoc pacto ut præteritos mores corrigens, bonorum suorum medietatem in pauperes eroget. Renuit hic mavultque infamem subire mortem quam patrimonii sui partem pauperibus distribuere. Nonne hæc sola omissio præ ceteris delictis infamem, vitaque indignum reum hunc efficerent? Ut eleemosynis peccata nostra redimamus, Deus iubet. Qui ergo id negligit, adversus semetipsum immanis est, nullamque sibi conciliat veniam. Audiamus Augustinum *Serm. I. de temp.* qui est primus *in Dom. Septuag.* inscribiturque *de lapsu mundi, & avaritia. Rogo vos ut cogitetis quod ait ipse Dominus noster Iesus Christus, in fine sæculi cum venerit ad iudicium, congregaturum se omnes gentes in conspectu suo, & dividurum homines in duas partes: alios ad dexteram, & ad sinistram alios positurum, dextrisque dicturum:* Venite benedicti Patris mei, percipite regnum &c. *Sinistris autem:* Ite in ignem æternum &c. *Quare causas vel tantæ mercedis, vel tanti supplicii.* Percipite regnum, & ite in ignem æternum. *Quare isti percepturi regnum?* Esurivi enim, & dedistis mihi manducare. *Quare illi ituri in ignem æternum?* Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare. *Quid est hoc, rogo? Video de his qui percepturi sunt regnum, quia dederunt tamquam boni, & fideles Christiani, verba Domini non contemnentes, & cum fiducia promissa sperantes fecerunt hoc: quia si non fecissent, vita ipsorum bona sterilitas ista non utique convenisset. Forte enim casti erant, non fraudatores, non ebriosi, abstinentes se ab operibus malis. Si hæc non adderent, steriles remanerent. Fecissent enim,* Declina a malo; *non fecissent,* & fac bonum. *Verumtamen etiam ipsis non ait:* Venite, percipite regnum: *caste enim vixistis, nulli fraudem fecistis, neminem pauperem oppressistis, similem nullius invasistis, neminem iurando fefellistis. Non dixit hæc; sed,* Percipite regnum, quia esurivi, & dedistis mihi manducare. *Quantum hoc evellit, quando cetera tacuit, & hoc solum Dominus nominavit? Rursus ad illos:* Ite in ignem æternum &c. *Quam multa posset in impios dicere, si quæreret: Quare imus in ignem æternum? Quare, quæris adulter, homicida, fraudator, sacrilege, blasphemator, infidelis? Nihil horum; sed quia esurivi, & non dedistis mihi manducare ... Solas eleemosynas imputabit, tamquam dicens: Difficile est ut si examinem vos, & appendam vos, & scrutet diligentissime facta vestra, non inveniam unde vos damnem;*



*damnem, sed ite in regnum:* esurivi enim, & dedistis mihi manducare. *Non ergo itis in regnum, quia non peccastis; sed quia vestra peccata eleemosynis redimistis.* Alia similia habet in hoc eodem sermone, quæ brevitatis gratia prætereo.

IX. Plurima alia documenta ex Scripturis depromere possem, ut historiam illius divitis lautissimi omnia sibi congregantis, & horrea ampliora ædificantis, cuius meminit Lucas; & parabolam crudelissimi epulonis, qui mendico Lazaro, non extreme, vel graviter indigenti, sed ostiatim petenti subsidium, superflua tribuere recusavit. Sed hæc omnia missa facio, quia omnibus pervia. Textum solum adiiciam *Luc.* III. ubi dives divitiarum tenax, atque malignus arbori aridæ comparatur flammis destinatæ. Quod incendium ut vitent divites, in pauperum subsidium bona superflua distribuere iubet. *Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et rogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti; & qui habet escas, similiter faciat.* Sub unius tunicæ nomine omnia quæ nobis sunt sive ad indumentum, sive ad victum necessaria, Evangelista intelligit; in altera tunica superflua distribuenda egentibus comprehendit. Ita interpretantur Patres, inter quos Hieronymus sic scribit epist. cl. *Quidquid corpori nostro sufficere potest, & humanæ fragilitati imbecillitati, hoc una appellanda est tunica; & quidquid in præsentibus alimentis necessarium est, hoc unius dixi vitium appellatur. Si plus habes quam tibi ad victum, vestitumque necessarium est, illud eroga, & in illo debitricem te noveris.*

X. Patrum auctoritates missas facio, quod iam supra fuse retulerim. Illud dumtaxat adicio, Patres omnes in divites invehi, illisque extrema damnationis pericula minari, quod superflua in pauperes effundere negligant, nulla sive extremæ, sive gravis necessitatis facta mentione. Solam divitiarum accumulationem, ac impotentem sibi solis thesaurizandi cupiditatem illis exprobrant. Isthuc nervos omnes eloquentiæ intendunt.

XI. Rationes satis perspicuæ hoc idem confirmant. Prima ac potissima christianæ professionis basis caritas est, qua invicem agginnamur, quaque unusquisque proximum suum diligere sicut semetipsum debet. Hæc dilectio, si sincera, & non fucata, si genuina, & non lenociniis delibuta sit, fecunda est, non verborum, sed operum; atque adeo non lingua, sed opere, & veritate fratres diligit iuxta divinum præceptum. Qua vero ratione ille pauperes diligit sicut seipsum qui quæ sibi superfluunt, eisdem communicare recusat? Quin superflua caduca bona magis diligit quam egentis fratris levamen. Quod quam sit inordinatum, ac perversum, neminem latet. Huc accedit altera non minus robusta, atque urgens ratio, alias indicata. Bonorum partitio fuit inre gentium invecta. Quorsum? Numquid in reipublicæ detrimentum, atque perturbationem, in humanæ societatis damnum, & confusionem? Absit. Porro qualis non foret recti ordinis perversio, qualis iniustitia; si pauperum cœtui sublata fuisset bonorum portio, divitibusque concessa, eum in finem ut hi avaritiæ, cupiditati, crapulæ, ebrietati, ludis, aliisque illecebris, & vitiis indulgerent? Gentium ius, seu humani generis consensus in bonorum partitione æquissimus fuit, solumque pro fine habuit hominum commodum, & tranquillitatem. Atqui si egentes homines continenter cum fame litique luctari deberent, divitesque ad libitum superflua prodigere; quis ab iniustitiæ, & inhumanitatis labe hanc divisionem purgare posset? Nec est quod opponas, nil tibi bonorum contigisse ex communi partitione gentium consensione peracta. Quoniam quæ industria, ingenio, & labore comparasti, numquid a Deo supremo omnium parente non accepisti? Numquid ipse talenta, fanitatem, industriam non contulit, sortem secundam non direxit? Quid ergo habes quod non accepisti ab eo, qui non minus pauperum quam divitum pater est, & provisor?

XII. Quæst. II. *Quid super exposita sententia recentiores sentiant Cafuistæ?* R. Communis est, ut dictum fuit, sententia quam propugnavimus, vel inter ipsos recentiores Theologos, nedum pene Patres omnes, & antiquiores Doctores. Pater Antoninus Diana, qui Academicorum more in utramque partem disputare solet, laxioremque opinionem adoptare, non modo probabilem, sed probabiliorem iudicat sententiam negantem superflua divitum in pauperes eroganda. Tom. IV. coord. tract. VII. res. 12. & 13. *Licet*, inquit, *hæc opinio sit probabilis, probabilior semper mihi visa est contraria.* Et pro hac opinione, ut solet, aliquos Auctores colligit. Sed rationes quas afferr, expendamus.

XIII. Opponit primo. Si sententia quam nos cum communi Theologorum consensu defendi-

fendimus, esset vera, damnarentur omnes divites, eorumque Confessarii.

XIV. Secundo opponit, quod si peccarent divites superflua retinendo, peccarent quoque eadem acquirendo; quod absurdissimum est.

XV. Tertio, si superflua distribuenda essent, nemo posset ad altiorem ilarum ascendere; quod tamquam absurdum omnes reiiciunt. Denique sequeretur, licitum pauperibus esse divitum superflua furripere.

XVI. Ad primum respondetur, Christum Dominum frequentissime divitibus damnationem minari propter eleemosynarum omissionem. Tam indicatum est, hoc solum crimen illis improperandum in extremo, tremendoque judicio. Vix de divitibus fermo in Evangelio est, quin eorumdem salus in discrimen vocetur. Divitibus Christus inclamat: *Vae vobis, quia habetis consolationem vestram. Vae vobis, quia ridetis. Agite nunc divites, plorate ululantes. Amen dico vobis, quia divites difficile intrabit in regnum celorum. Iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare regnum celorum.* Matth. XIX. Similia repetunt Evangelistæ ceteri. Pater autem Diana cum aliis suis Casuistis doctrinam prorsus contrariam prædicat, dum dicit: *divites non esse facile condemnandos circa præceptum largiendi eleemosynam, quia bona superflua in ipsis etiam ditissimis non reperiuntur: unde vix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui: quæ quidem Confessariis divitum nudum planeque illa erunt.* Hæc Diana, aliorumque doctrina pseudo evangelica videtur; & tamen Diana eam sæpius in suis resolutionibus repetit, & recoquit. Consule quæ supra *cap.* XI. dicta sunt. Cavendum ergo ab hac doctrina est. Ad confessarios divitum quod attinet, Cardinalis Caietanus hoc præbet responsum tract. 11. de eleem. cap. VI. *Quod si mihi illud obiceres, quod scilicet divitum confessiones audire non possent, & Confessores damnationem incurrerent: audi Dominum Iesum Christum in Evangelio divitibus dicentem: Facilius est camelum transire per foramen acus quam divitem intrare in regnum celorum. Confessoribus autem: Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt.*

XVII. Ad secundum dico, consequens esse falsum. Peccant divites retinendo superflua, sed minime peccant eadem acquirendo; dummodo honestus præstituatur acquisitionis finis. Si illa acquirerent sola ducti cupiditate ditescendi, sibique solis thesaurizandi, quemadmodum dives ille ab Evangelista Luca delineatus; dubio procul ipsa acquisitio noxia foret.

XVIII. Ad tertium responsio patet ex iis quæ *cap.* X. dicta sunt. Ascensus ad altiorem statum superioris ordinis licitus est, dummodo sine pauperum detrimento fiat, dummodo pauperum egestas levetur. Bonorum superfluitas, ut alias diximus, individua non est, sed gradus, & latitudinem excipit. Quo liberaliores divites in pauperes sunt, eo opulentioribus abundant divitiis, ut sint pauperum patres, & thesaurarii. Ad ultimum dicitur, peccare pauperes, si divitibus superflua surripiunt in communi, vel gravi necessitate: quoniam ex caritate, non ex iustitia, illis divitum superflua debentur. Neque hinc, aut illi pauperi sunt divitum superflua debita. Quin divites sua superflua, sublata extrema, aut gravi necessitate, in Dei cultum, in templorum ædificia distribuere valent; non tamen omnibus pauperibus negletis.

## CAPUT XIV.

*Nonnulla regula pro christiana praxi.*

I. DUm serio animo mecum reputo evangelicam doctrinam, omnium Patrum, & graviorum Theologorum consensione firmatam, adversus divites minus in pauperes liberales, summopere me commotum, terroriqué plenum super eorum salute faveor. Nec quorumdam recentiorum lenocinia, cogitationesque, nulla sacra fulcitæ auctoritate, dolorem liniunt, timoremque excutiunt, cum divitum confessiones excipiendæ occurrunt: quoniam Evangelia, Patres, Theologi, rationum momenta animum sunt explorata, atque corruperta. Extrema utique summopere devitanda sunt. Cavendum ne Christi iugum plus iusto gravemus: cavendum ne plus iusto relaxemus. Divitum ergo Confessarii Christi Evangelium, Patrum doctrinam, non Dianæ, non Tamburini, non La-Croix opiniunculas præ oculis habeant. Cavere magnopere sibi Confessarii debent, ne divitibus adulentur. Christi doctrinam aperte in Evangelio explicatam iisdem inculcent. Timor displicendi, & a se divites alienandi, periculum subeundi nimii rigoris notam, naturæ ad benignitatem propensio, & cetera plura amoris propri præstigia, & fascinationes leventatem evangelicæ doctrinæ fucis delinunt. Ut hæc vitentur extrema, Deo preces fundendæ sunt ingiter ad lumen implorandum: & quid Evangelium, ex cuius doctrina indicandi sumus, quid Patres, quid Theologi com-



communiter doceant super eleemosyna largienda, intento animo recolendum est, negletis paucorum Casuistarum placitis, auribus divitum prurientibus. Loco iniuriæ sibi verterunt advertarii quod Christi Evangelium præterierim opiniunculis hominum, nempe Dianæ, Tamburini, La-Croixii. Quam iniusta sit lamentatio, iudicent æqui rerum æstimatores.

II. Cum nulla certa regula designari possit sive super altiore statu comparando, sive super patrimonio augendo intra iphæram eiusdem status; sola prudentia, doctrina evangelica illustrata, ex quibusdam conlectoris colligere valet, quid divites præstare debeant, ut divinum mandatum impleant. Plura ergo præ oculis habeamus oportet, antequam letalis culpæ damnemus divites. Primum, bonorum superfluitas haud est in aliquo individuo puncto sita. Plura in futurum servare divites inre valent, & debent; nempe ad dotandas filias, ad providendum liberis, ad onera Civitatis, vel Reipublicæ sustinenda, & alia incommoda quæ probabiliter contingere possunt, propulsanda. Hæc tamen infra limites propriæ conditionis, & christianæ moderationis restringenda sunt. Nam si vana, si inania, si luxum, pompasque inquirant divites; necessariis, nedum superfluis, carebunt.

III. Superfluis divites certe abundant, omnibus eorum oneribus, sive præsentibus, sive probabiliter futuris, penitis. Vana ergo, & mendax est eorum excusatio, cum mentientes dicunt se carere superfluis. Nullam iis fidem Confessarius adhibere debet, dum aliunde ex publica fama, vanisque expensis dignoscit illorum superflua bona. Quare absolvere nequit, nisi emendationem spondeant, divites illos quos vividis coloribus ita depingit S. Gregorius Nazianzenus orat. I. de paup. am. *Qui molliter, & delicate vivere instituerunt, necessario ad exorbitandos magnificos ædificiorum apparatus alliciuntur. In his construendis, & exornandis maxima vis pecuniarum profunditur. Ad hæc cætus hominum libenter convocant, & invitam, splendidam, & variam supellectilem studiose comparant, innumerabilia poculorum genera, scenas, mimos, cytharistas, cantores, cantatrices, saltatores, saltatrices, totum denique petulantiæ ludum. Atque, dum hæc intus geruntur, assident ad vestibuli fores innumerabiles lacteri, partim gravibus ulceribus pleni, partim oculis orbati, partim pedibus mutili, conclamant, nec tamen exaudientur. Si Deus hæc aspicit, ut profecto aspicit, quem exitum fore cogitatis, o pauperum inimici? An nescitis horum causa in sacro Evangelio poni, & commemorari exempla omnia horrenda, & terribilia?* Nonne similia peragi a divitibus ipsi videmus? Et nihilo secius Theologi aliqui scribere, & docere audent, vix in sæcularibus, etiam Regibus, superflua reperiri? Dum itaque Confessarii horum divitum confessiones audiunt, spretis quorumdam Casuistarum placitis, evangelio clare repugnantibus, exponant illis eleemosynæ præceptum, & obtemperantiam suadeant. Quod si illi se subdere evangelicæ legi renuant, absolutionis beneficium denegent.

IV. Dum gravis annonæ penuria, pauperumque necessitas urget, præceptum eleemosynæ transgrediuntur divites, qui in cœnobiis, templisque ædificandis, vel patrimonio augendis superflua impendunt, negletis pauperibus. Præceptum namque dandæ eleemosynæ pauperes spectat. Pauperum albo accenseri etiam Religiosos vere indigentes planum est atque compertum; eorumque egestas, si adsit, levanda est.

V. Etiam communes necessitates sublevare divites astringuntur, sed moderamine servato. Peccarent letaliter, si nihil omnino in pauperes communi tantum necessitate pressos erogarent; quamvis in excitandis templis, & altaribus superflua impenderent. Primum pauperibus subveniendum, qui sunt templum Dei vivum; deinde alia pia opera quæ cultum Dei spectant, peragenda sunt. Interdum tamen præpositerus ordo servandus est, videlicet si sacra ædificia necessaria sunt, non ad splendorem, & ornatum, sed ad populi salutem, & ad sacra agenda. Si caritas sit quæ divitias distribuat, utrumque sane præstabit, plus minusve, prout prudentia christiana expediens iudicaverit. Redundantes quippe divitias concessit Deus, quibus & sacer cultus promoveatur, & pauperes iuventur. Divites vere christiani, & pii reipsa hæc omnia præstant. Non est tamen necesse ut quisque divitum omnibus subveniat pauperibus; sed sat est, si impertiat pluribus, aut paucioribus, prout maior, aut minor fuerit divitiarum mensura. Denegare huic, vel illi absolute non est peccatum; denegare omnibus, etiam in communi necessitate, peccatum grave est: quia pauperum cœtus, & Reipublica christiana graviter læditur.

VI. Quantitas eleemosynæ quæ distribui debet, definienda foret; sed hic aqua hæret. Omnia superflua distribuenda Christus iubet, & Patres clamant. Sed hæc superflua cum nullo certo concludantur orbe, non subiacent cer-

certæ, & præcisæ mensuræ. Theologorum aliqui assignant decimam reditum undique, sive ex industria, & labore, sive ex latifundiis, obvenientium partem. Alii arctiorem, alii ampliorem præscribunt mensuram. Nulla hac de re definiri certa regula potest. S. Thomas de Villanova *conc. 2. de S. Matt.* hanc præbet responsionem. *Audi Joannem:* Qui habet duas tunicas, det unam non habenti; & qui habet escas, similiter faciat. *Dicet forsitan: Dare medietatem multum est. Sunt mihi uxor, & familia, quam autriam. His omnibus medietas reliqua non sufficient. Ad quod ego: Fraus hæc omnia Zachæo; sed approbante Domino medietatem bonorum suorum pauperibus erogavit. Oh, inquies, Zachæus publicanus erat: quid mirum, si dedit omnia qui prius rapuerat? Da igitur omne quod superest. Sed dices: Si quidem filii non accrescerent, non ego quæque hereditatem, & patrimonium meum augerem; sed accidentibus filiis patrimonium quoque augere necesse est. Bene sit ita; computa hæc omnia: da quod superest. Dices: Libenter accepto; si omnia computo, multa desunt. Vere ita est: cupiditati tuæ deficiunt multa, & deessent etiam, si totum orbem solus sine socio possideres. Nolo ergo ad ratiocinium te adducere. Fac sicut filio tuo consuluit Tobias* IV. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abunde tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. *Non improbo, si certam portionem pecuniæ ad arbitrium boni viri juxta tuos reditus quotannis pauperibus erogandam signaveris.* Cum itaque certa, & præcisa eleemosynarum quantitas præscribi nequeat, ea saltem dicamus quæ proximius accedere ad evangelicam doctrinam videntur. Et primo certum est, divites illos eleemosynæ præceptum non servare qui ex amplis divitiis quasdam viles reliquias, paucosque obolos pauperibus impertiunt, nullo habito ad divitiarum copiam respectu: qui lautius canes quam pauperes alunt: qui in luxum, pompas, convivia, ludos, aliaque oblectamenta larga manu pecunias effundunt; maligne vero pauperibus subveniunt. Regula igitur sancti Tobiæ præoculis habenda. Qui multa possidet, multa erogeti & quorum exigua sunt patrimonia, exigua sint pauperum subsidia, quæ desiderio plura tradendi, si supperterent, impertiantur. Christum in pauperibus spectent divites: se tamquam fratres pauperum reputent: non renuæ, divitiarumque vires quisquilias, sed iustam portionem illis distribuant. Præter ergo mensæ micas, illosque obolos qui mendicis occurrentibus distribui solent, certam quamdam suorum redituum portionem designent divites, maiorem minoremve iuxta divitiarum redundantiam, pauperibus quotannis impertiendam.

VII. Filiorum numerum, filiarumque dotem opponere divites solent. Quibus Augustinus hoc præbet responsum ser. de diver. XLIII. *Fac locum Christo cum filiis tuis, accedat familia Dominus tuus, accedat ad prolem Creator tuus, accedat ad numerum filiorum tuorum frater tuus .... Duos filios habes, tertium illum computa; tres habes, quartus numeretur Christus: quintum habes, sextus dicatur; decem habes, undecimus sit. Nolo amplius dicere. Unius filii tui fere locum Domino tuo. Quod enim dabis Domino tuo, & tibi proderit, & filiis tuis. Quod autem male servas filiis tuis, & tibi oberit, & filiis. Dabis autem portionem unam quam unius filii deputasti.*

VIII. Ut multa paucis contraham, divitum Confessarii ex his signis dumtaxat colligere possunt, utrum illi eleemosynæ præceptum exequantur. Si vitam vere christianam ducunt, optimisque moribus ornati sunt; si iustitiam servant; si avaritiam execrantur, & usuras; si pauperum graves necessitates reipsa subleuant; si debitum eleemosynarum perspectum habent, sciuntque se esse astrictos ad illud implendum; si denique eo sunt in pauperes liberaliores, quo sunt ditiores: bono sint animo Confessarii. E contrario, si sunt vitiis, avaritiæ, usuris, libidinibus, ludis, comessationibusque immersi; si nimia divitiarum sollicitudine, augendique patrimonii cupiditate tenentur, atque in pauperes sunt immisericordes; si raro, aut nimis parce iisdem subveniunt; si mercenariorum labores, ceteraque iustitiæ debita solvere recusant, vel differunt: ex his, similibusque argumentis iudicare prudentes, doctique Confessarii poterunt primi generis divites implere, posterioris vero graviter violare eleemosynæ præceptum. Quapropter illos absolvere poterunt, & debebunt, nisi cetera obstent: iperare quippe fas est, Deum non denegaturum Christianis bene moratis lumen quo valeant mandatum illud semper exequi. His vero secundæ classis vitiosis, avaris, aut prodigis divitibus absolutionem peccatorum differant, usque dum misericordiæ operibus emendationem manifestare, & comprobare cœperint.

CA-



## CAPUT XV.

*Nonnullæ quæstiunculæ de his qui facere eleemosynas possunt, & tenentur.*

I. FAcili negotio quæ hoc de argumento occurrunt, difficultates resolventur. Omnes qui absoluto rerum suarum dominio potiuntur, possunt, & debent eleemosynas facere; secus illi qui tali dominio carent, re absolute spectata, nisi domini consensus aut expressus, aut tacitus accedat. Quare servi, mancipia, cum rerum iure careant, quæ in eleemosynam erogent, non habent. Secus dicendum, si peculium quodpiam haberent. Eorum quæ sunt in propriam sustentationem collata, possunt partem aliquam sibi adimere, & in pauperes distribuere; dummodo virium extenuatione ad debitum pensum solvendum inhabiles non reddantur. Minores, pupilli, & prodigi, tametsi qualdam parvas eleemosynas proprio Marti congruas facere valeant, magnas tamen nequeunt, eo quod vetita illis a iure sit bonorum quorum dominium habent, alienatio. Tutores, curatoresque, penes quos est bonorum procuratio, possunt, & debent eas eleemosynas distribuere, quas erogarent pupilli, & minores, si essent adultæ ætatis, & amentes, prodigique, si ratione non carerent. Quoniam administratio bonorum, non solum in bonum temporaneum, sed & in spirituale beneficium data est; illaque bona, a quocumque administrentur, eleemosynæ pensione gravata sunt.

II. Quæst. I. *Filiisfamilias licet ne eleemosynas pauperibus distribuere?* Resp. Eorum bonorum quorum dominium parentes habent, planum est nullas eleemosynas facere posse: quippe ea bona quæ nostro dominio non subiacent, haud postumus alienare. Bona vero castrensia pauperibus donare valent filiifamilias, eo quod pleno illorum dominio, & administratione potiantur. Secus dicendum de bonis adventitiis. Quamvis enim illorum dominium habeant, usufructus tamen penes parentes est. Idemque dicendum de bonis adventitiis, quorum non directo dominio modo, verum etiam usu, & administratione præditi sunt patres. Possunt filiifamilias ex bonis parentum sibi traditis ad honestam recreationem, aliosque usus honestos aliquid adimere, & in eleemosynas distribuere. Similiter, dum parentum negotia agunt, dum foris in studia incumbunt, possunt moderatas, suæque conditioni congruas eleemosynas facere: quia rationabiliter præsumitur tacitus parentum consensus. Ne multa: cum filius idem cum patre sit, potest etiam, dum pater eleemosynarum pensum non solvit, ipse de bonis patris congruas eleemosynas distribuere. Et si pater repugnaret, irrationabiliter invitus foret. Quod intelligendum est, scandalo, aliisque malis sublatis. Veram perraro arguenda in filiis occurrit nimia in pauperes liberalitas. Plura nobis suppetunt exempla Sanctorum, qui in puerili ætate, inscüis parentibus, bona pauperibus distribuebant; nec propterea quisquam eos peccasse dixerit. Quare non sunt filii in eleemosynis erogandis legum nimia severitate vinciendi. Curandum enixe potius est ne in ludos, luxum, libidines, vanosque sumptus bona dilapident.

III. Quæst. II. *Quid potestatis uxores habent in eleemosynarum distributione?* Resp. De bonis mariti, seu de bonis quæ tum marito, tum uxori communia sunt, cum nihil dominii in eadem uxor habeat, nihil disponere valet; si res absolute, & iure spectato consideretur. Parvas tamen, consuetaque eleemosynas erogare uxores valent, optima consuetudine obtinente, maritisque consentientibus. Quid, si mariti repugnarent? Si aliqua peculiari ratione mariti vetarent, tum uxoribus abstinendum ab iis quoque eleemosynis esset. Sed vix occurrere iusta causa potest talis prohibitionis; ideo uxores similes eleemosynas parvas, consuetaque erogare licite possunt.

IV. Quæst. III. *Possunt ne uxores ad avertendum malum sive temporale, sive spirituale, quod maritis imminet, eleemosynas facere?* Resp. Adfirmant communiter Theologi; potissimum si de damno temporali gravi, quod in uxoris detrimentum etiam cedit, sermo sit. Quia tum præsumitur tacitus mariti consensus. De damno spirituali, quamquam Molina dissentiat, idem dicendum. Agit enim tunc uxor bonam mariti causam, in quam consentire rationabiliter debet. Et si repugnaret, sine ratione, quin contra omnem rationem esset invitus. Et hæc est communior opinio. Hinc, si maritus dives sit, negligatque eleemosynas distribuere, poterit uxor congruas eleemosynas facere. Est enim una res cum marito, & quæ in bonum tum temporaneum, tum divinum cedunt, iure agere valet: iniqua quippe esset mariti repugnantia. Et hac eadem ratione, absente marito, aut in amentiam lapso, uxor consuetas eleemosynas erogare potest, & debet. Quæ

omnia tenent in communibus necessitatibus.

V. Quæst. IV. *Possint ne uxores, inscio marito, succurrere extremæ indigenti?* Resp. Non modo possunt, verum debent etiam & tenentur. Licitum quippe esset tunc aliena furripere ad extremam levandam inopiam. Gravi quoque necessitate laboranti succurrere uxor valet, marito inscio. Si tamen magna bonorum quantitas necessaria esset, tunc consulendus maritus foret.

VI. Quæst. V. *Eleemosynas parvas, & consuetas, quas sine expressa mariti licentia uxor facere solet, possit ne pauperibus consanguineis, nempe parentibus, & fratribus, donare?* Resp. Potest, si parentes, & consanguinei revera pauperes sint. Ordo quippe caritatis postulat ut propinqui præferantur extraneis. Sed tunc non valet aliis pauperibus subvenire: quia excederet consuetam eleemosynarum mensuram.

VII. Quæst. VI. *Licitum ne uxoribus est bona sua propria in pauperes erogare?* Resp. Diversi generis sunt bona quæ propria uxoris dicuntur. Primo, si maritus pro victu, & vestitu mulieris summam aliquam destinaret, uxor parce vivendo, posset, in eleemosynas distribuere quidquid sibi ex sua parsimonia superesset. Alia autem bona quæ paraphernalia appellantur, quæque hereditate, donatione, sive quovis alio justo titulo uxori obveniunt, potest etiam, invito marito, ea in pauperes distribuere: quia horum bonorum absoluto pollet dominio, nisi aliqua peculiaris lex obsit. Neque tenetur uxor omittere consuetas eleemosynas, quas ex bonis mariti erogare licite posse supra dictum est, etiam inscio, & irrationabiliter illo invito; ex quo sua propria bona in pauperes distribuat: quoniam hæc peculiarium bonorum possessio non admit uxori privilegium subveniendi solitis eleemosynis pauperum egestati.

VIII. Quæst. VII. *Assignari ne potest bonorum quantitas quam ex bonis communibus mariti in pauperes distribuere uxor valeat?* Resp. Diana docet *Tom. IV. tract.* VII. *res.* 34. & *res.* 35. posse uxorem, inscio marito, erogare in pauperes vigesimam partem annuorum redituum. Laudat pro hac sententia Bannez, qui reipsa ita docet, Maldenum, Vegam, Cenedo: quibus addi possunt Pasqualigus, Oviedo, Granados. Hæc opinio nimium laxa videtur. Posset enim uxor nobilis mariti possidentis annuum proventum centum mille ducatorum, quinque mille quotannis in pauperes distribuere, inscio marito: quod communi sensui adversari videtur. Alii dicunt ex quolibet centenario duo posse uxorem erogare in pauperes. Sed hæc quoque quantitas arbitraria est, nulloque nixa fundamento. Nihil certi, & præcisi in hac materia finiri potest. Ex pluribus circumstantiis hæc mensura colligenda est, nempe ex pauperum multitudine, ex copia divitiarum, ex majori, vel minori pauperum egestate, ex oneribus quibus aut est, ut elle probabiliter obnoxia familia possit, ex mariti indole plus minusve in liberalitatem propensa. Si enim marius pius sit, & valde in pauperes misericors, præsumi prudenter potest consensus in abundantiores uxoris eleemosynas. Præcavendum quoque mariti scandalum, aut diffidium, partum ex uxoris eleemosynis. Quamvis dictum sit, posse uxorem, irrationabiliter invito marito, consuetas eleemosynas distribuere; semper tamen vitanda sunt scandala, & diffidia. Eo vel magis quod maritus absolute dominus est suorum bonorum, sibique reservare valet totam eleemosynarum distributionem suis divitiis respondentem. Hæc omnia præ oculis habenda sunt in uxorum eleemosynis.

IX. Quæst. VIII. *Teneatur ne Monachi, seu Regulares voto paupertatis astricti eleemosynas facere?* Resp. Si termo sit de Monachis privatis, planum est, nihil istos posse in pauperes erogare, cum nullius rei dominio potiantur. In extrema tamen necessitate, invito, nedum consentiente Prælato, possunt, & debent eleemosynas facere ex bonis Monasterii. In aliis eventibus licentia Prælati necessaria est. P. Diana *tract.* VII. *res.* 33. docet posse Religiosum sibi aliquid subtrahere ex his quæ ad illius sustentationem sunt tradita, illudque in eleemosynam erogare. Sed hæc opinio falsa est. Nec enim comparari filiis familias Monachi iure valent. Voto quippe paupertatis victi sunt illi; idque omine quod sibi adimunt, in Monasterii dominium continuo cedit. Consensus ergo Prælati necessarius est: qui facile concedi minime debet, ut ipse privatus Monachus eleemosynam dispeniet; sed Monasterii minister eleemosynas omnes distribuere debet.

X. Monasteria vero Religiosorum, cum bonis abundant, ad eleemosynam tenentur de superfluis: quia proventus illi haud sunt a fidelibus collati, ut Religiosi ditescant, vel ut in superfluos sumptus, in splendida ædificia, in ornatus, & alia sæpe paupertati evangelicæ minime consentanea insumant; sed



sed ut pauperibus, & peregrinis subveniant. Quare Prælati Conventuum, & Monasteriorum, supputatione reditum, & expensarum facta, quæ superfunt, in pauperes erogent; consultis tamen iis ad quos hæc attinet distributio. Crediderim tamen in consuetis eleemosynis haud requiri aliorum consilium, eo quod consentius, in expressus, saltem tacitus omnium Religiosorum præsumitur. Plura tamen in expendendis his superfluis spectanda sunt. Nam quæ ad refarcienda Conventuum, Ecclesiarumque ædificia, & ad reparanda damna requiruntur, minime sunt reputanda superflua. Augeri etiam potest Religiosorum numerus, si id expediens visum fuerit. Ordo quoque servandus in pauperum levamine. Nam si alii Conventus eiusdem Ordinis egent, hi præferendi sunt exteris pauperibus. Nec dicas, nihil superesse, his omnibus spectatis. Nam licet interdum hoc verum habeat; sæpe tamen multorum Monasteriorum Religiosi pecunias augent, reditus multiplicant, ædificia excitant, ornatus ornatibus accumulant, in quibus nimius splendor, ne dixerim nimia vanitas fulget. Interim plures Conventus languent, eluuntur, nimiaque molestia premuntur. Quis ab avaritiæ labe purgaverit locupletum Conventuum Religiosos, qui in ærario otiosas servantes pecunias, neque pauperibus, neque aliorum Conventuum fratribus subsidia conferre volunt? Quid, si neque vel ipsam mutuam pecuniam absque lucri annua pensione, ficto censu sucata, ad libidinem redimibili, impertiri vellent? Nonne isti cogitarent de craftino, omnes possibiles eventus somniando? Caveant ergo ne prætextu ornandi Ecclesias, & Monasteria ditandi, avaritiæ, & nimiæ cupiditati indulgeant, nimiamque propriæ nominis, & exquisitæ œconomiæ famam appetant in hoc mundo cum pauperum fratrum detrimento. Si adeo severa est lex eleemosynarum in Christianos divites; numquid mitis erit, & blanda in mendicantes opulentos? Verum de his plura alibi.

## CAPUT XVI.

*Quibus pauperibus eroganda sit eleemosyna.*

I. SOlis pauperibus impertienda eleemosyna est. Duo sunt pauperum genera. Alterum voco necessarium, quod, miseria premente, victu & vestitu destituitur. Voluntarium alterum, quod ut Christo Domino perfectius adhæreat, contemptis divitiis, eiusdem sectatur vestigia. Utriusque generis pauperibus subveniendum est, quidquid contra obganniant heterodoxi. Materia quippe eleemosynæ miseria est, & egestas. Quicumque eadem laborat, iuvari debet. Numquid sublevandus non esset ille qui, dilapidatis divitiis, sua culpa in miseriam se se sponte conjecisset? Quis ergo asserverit, subsidia danda non esse Religiosis, qui virtutis amore, Deoque serventius inserviendi desiderio, omnia dimiserunt? Quin in pari causa subveniendum potius Religiosis, qui maiore splendent pietate, christianæque Reipublicæ suis studiis, prædicationibus, sacrisque ministeriis utiliores sunt præ ceteris pauperibus ostiatim mendicantibus. Nec propterea defraudandi subsidio necessario sunt pauperes, quantumvis peccatores, & scelesti; non ad fovendam eorum malitiam, sed ad avertendam eorum miseriam. Nec inquirendum in pauperes est, sintne peccatores, an iusti; sed tantum eorum inopia spectari debet. Reponenda in sinu pauperis eleemosyna est; & ipsa, non pauper, orabit ad Dominum. Omnibus ergo indigentibus, sive christianis, sive hæreticis, sive infidelibus, sive amicis, sive inimicis pro viribus impertiendum est. Siquidem caritas Christi non personarum spectat prærogativas, sed proximi levamen.

II. Quæst. I. *Danda ne eleemosyna est homini avaro indigenti, propterea quod nolit ex suis bonis sibi succurrere?* Distinctione opus est. Si impotens avaritia in amentiam illum conjecit, levamen ferendum est: quemadmodum illi qui delirio percitus laqueo se suspendere, aut in flumen se projicere tentaret, eset subveniendum. Secus, si sui compos sit; impuret quippe sibi, si iuvare le se nolit.

III. Quæst. II. *Peccat ne graviter qui simulans paupertatem, eleemosynas quaritat, recipitque? Tenetur ne hic ad restitutionem?* Resp. Grave peccatum perpetrat, nisi materiæ parvitas excuset, qui paupertatem fingens, eleemosynas extorquet: tum quod veris pauperibus damnum inferat; tum quod per fraudem aliena bona furripit. Et de hoc nullum penes Theologos est dissidium. Ad restitutionem quod attinet, non una est omnium sententia. Nam aliqui contendunt validam esse eleemosynam ficto pauperi collatam. Quoniam ratio quæ divitem ad eleemosynam dandam impellit, honestas est misericordiæ. Porro virtus misericordiæ consistit, posita etiam pauperis vafritie. Valida ergo est ispis collatio, cum permaneat potissima illius ratio.

IV. Contraria sententia communior est,

& vera. Quæ ut perspicue explicetur, distinguamus oportet honestatem actus ab illius substantia, & valore. Materia unica, seu obiectum eleemosynæ est pauperis miseria auferenda. Hoc est primum quod eleemosyna spectat. Quod autem fiat aut ex vana gloria, & superbia, aut ex misericordiæ honestate, hoc illi accidit. Quod divites, non misericordia, sed vanitate, aut iactantia impellente, eleemosynas erogant? Extima ergo est valori actus, in sua substantia spectati, honestas virtutis, propter quam fit. Porro error, & dolus in substantia donationis contractum vitiat, nullamque efficit. Ad restitutionem ergo astringuntur pauperes simulatores, & fraudulenti. Huic sententiæ subscribunt Alensis *IV. Part. quæst.* XXXVI. *membr.* 3. *art.* 3. Cajetanus *verb.* Restitutio *cap. ult.* Vasquez *cap.* 3. *membr. ult.* Castropalaus *tract.* VI. *disp.* 2. *punct.* 14. *num.* 3. Tamburinus *Lib. VIII. in Decal. tract.* IX. *cap.* 1. *num.* 2. & 3. Leander *tract.* V. *disp.* V. *quæst.* XI. plurelque alii ab eddem laudati. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* IV. *punct.* 2. §. 2. *num.* 33. primæ subscribunt opinioni, eamque firmare contendunt quibuldam exemplis. Videlicet Episcopus ordinans Petrum simulantem sin fratrem, vere illi ordinem confert, tametsi sanctus non sit; similiter qui baptizat Ioannem credens esse Petrum, verum confert baptismum: & contrahens matrimonium cum ignobili, credens esse nobilem, verum facit matrimonium. Hæc momenta suapte natura ruunt; quia error non substantiam, sed adventitia spectat; nec alicuius ius hic læditur. E contrario res se habet in simulante paupertatem. Damnum hoc in casu veri pauperibus infertur, cum tota, & unica ratio largiendi eleemosynam sit pauperias, quæ sublata, cessat omnino ratio divitem movens, ut ostendimus.

V. Quid, si eleemosynæ modicæ sint? Tenetur ne mendicus simulator ad restitutionem? Negat Leander cum pluribus aliis *loc. cit. quæst.* XII. quia præsumitur, divites modicas eleemosynas conferre pauperibus sive veris, sive fictis, titulo caritatis, & misericordiæ. Verum hanc rationem nullam esse, iam demonstratum est. Quod enim eleemosynæ parvæ sint, aut magnæ, perinde est ad actus valorem. Id dumtaxat sequitur, quod si eleemosynæ modicæ sint, levis erit restitutionis obligatio. Ceterum si ficti pauperes ostiatim ibipem accipiant modicam, sed ita repetitam, ut ex omnibus parvis eleemosynis simul acceptis summa quædam confletur magnæ quantitatis; restitutio pauperibus facienda est, tamquam ex bonis male partis. Hoc ad summum de divitibus pretium potest, videlicet quod parvæ eleemosynæ non libi, sed veris pauperibus erogentur.

VI. Quæst. III. *Peccant ne ii qui reapse pauperes sunt, sed materem amentiuntur pauperiatem, rationesque confictas exponunt, quibus facilius commoveant divitum corda ita ampliores eleemosynas?* Resp. Mendacia sive verbis, sive factis prolata numquam a peccato immunia sunt. Quare quæstio nulla est, quod pauperes fingentes aut sanctitatem, aut infirmitatem, aut pericula, ceteraque id genus, peccent plus minusque pro circumstantiarum diversitate. Ad restitutionem tamen minime astricti sunt. Paupertas quippe vera est, divelque tenetur veris pauperibus succurrere. Quod autem facilius moveantur, dum lanciata conspiciunt pauperum corpora, vulneribusque dilaniata; aut cum illorum animis virtutum, & innocentiæ splendore coniicare credunt; nullo modo vitiat donationis valorem, nec actus substantiam tangit. Avaritia divitum sæpe cogit pauperes ad eiusmodi figmenta.

VII. Quid de concionatoribus, qui, ut ditiores eleemosynas extorqueant ab auditoribus suis, rationes commentitias exponunt, exaggeranique, modo pueilas prostitutioni proximas, modo viduas cum filiabus matrimonio aptis, led maculandæ castitatis periculo obnoxias, aliaque similia deprædicant, quæ omnia falsa sunt? Eiusmodi concionatores qui scienter talia ementiuntur commenta, graviter peccare, non est ambigendi locus. Peccant quippe contra veracitatem: peccant, quod sacro abutuntur ministerio, & fallitatis, non veritatis prædicatores effecti apostolicum officium in ipsa veritatis cathedra sacrilege profanant, & scandali offendiculum populo ingerunt. Quod attinet ad restitutionem, si eleemosynæ veris pauperibus conferantur, nullum est restituendi debitum; si fictis mendicis donentur, qui in communi exiltimatione, & reipla pauperie non premantur, restitutio facienda est veris pauperibus.

VIII. Quæst. IV. *Teneatur ne ad restitutionem pauperes mendacia impedientes alios pauperes ab eleemosynæ consecutione, aut eleemosynis divites efficiti, si posted mendicent?* Resp. Pauper divitis otlio, aut Monasterio adstans, pauperibus advenientibus dilbributam eleemosynam fuisse enuntiat: quo audito, recedunt pauperes mendacio decepti. Negant Theologi aliqui hunc pauperem restitutioni esse



esse obnoxium, eo quod mendacium officiosum solummodo sit. Affirmant vero, si dives simili mendacio ab eleemosyna pauperes arceret: mendacium quippe tunc pernicioium esse contendunt. Verum haud video cur pernicioium in divite, iecus in paupere esset mendacium illud; cum idem omnino damnum inferret, sive a paupere, sive a divite proferretur. Utrolque ergo ad restitutionem astringi, probabilius videtur. Pauperes quoque, qui congruitis eleemosynis sufficientem victum, & vestitum sibi comparaverunt, restitutionis debito, si emendicare pergunt, subiecti sunt. In hoc quippe casu facta paupertas esset.

IX. Quæst. V. *Utrum peccent qui mendicant, ut filias matrimonio tueantur, quæ dotare nequeunt, vel ut alios pauperibus subveniant?* Resp. Pauper est non modo qui victu, & vestitu caret, verum etiam qui status sui onera sustinere nequit. Nullum itaque peccatum perpetrat qui revera impotens dotare filias, eleemosynas petit, & accipit, quibus dotem eisdem parare valeat, ut nubant. Dives quoque mendicare potest, ut pauperibus opem ferat. Si vero dives voto, aut alio pacto se obltrinxillet ad pauperem alendum, nequiret in prælati pauperis subsidium eleemosynas petere: quia eiusmodi pauper, posita divitis obligatione eumdem alendi, pauper vere non esset.

X. Hinc pater, aut frater divites nequeunt pro filio, aut fratre pauperibus mendicare: quia filii, fratrelve, qui patres, aut fratres divites habent, pauperum numero non accensentur. Si tamen filii, fratrelve omnem suam portionem quæ iure ipsis contingebat, a patre vel fratre acceperunt, eaque dilapidata, pauperes effecti sunt, pro illis eleemosynas petere non videtur illicitum ipsis parentibus, vel fratribus. Tum enim filii, fratrelque egentes veros pauperes sunt, cum nullum ius habeant ad patris, fratrilque divitum patrimonium. Verum quidem est quod caritatis, tametsi non iustitiæ, titulo, omnium primi teneantur parentes, fratrelque divites filiis, fratribusque egentibus subvenire.

XI. Quæst. VI. *Cui facienda est restitutio eleemosynæ ficta pauperiate comparatæ?* R. Dictum est supra pauperibus faciendam esse; idque docent Cajetanus, Medina, Navarrus, Molina, & alii. Contra Sotus, Granadus, Lessius, Hurtadus donatori restituendas esse eleemosynas simulato pauperi impertitas propugnant. Palaus, Tamburinus, Diana, Leander utramque opinionem probabilem asserunt, liberumque pauperi esse cui maluerit restituere. Verosimilius dicendum videtur donatori restituendum esse, si magnæ quantitatis fuerit eleemosyna, & ob peculiarem, gravemque causam facta: quoniam tunc invitus præsumitur donator super restitutione suorum bonorum pauperibus facta; consentientes vero prudenter creduntur divites, cum eleemosynæ parvæ fuerint respectu singulorum divitum.

XII. Quæst. VII. *Quomodo se gerere debet qui potestatem habet a testatore pecunias in pauperes distribuendi?* Resp. Plura de hoc, cum de executoribus testamentorum sermo erit. Breviter nunc dicimus inharendum esse quatenus fieri potest, testatoris voluntati, quæ ex verbis, & circumstantiis colligi debet. Si pauperes sint expressi, arbitrio non est locus. Si pauperes plurali numero vocati fuerint, uni, aut alteri pauperi restringenda non est eleemosyna. Ordo quoque servandus in distributione. Egentiores minus egentibus, iusti peccatoribus, propinqui extraneis, utiliores Reipublicæ ignavis præferendi sunt.

## CAPUT XVII.

*Ex quibus bonis facienda eleemosyna est?*

I. PAucis propositam quæstionem expediemus. Primo eleemosyna fieri nequit ex bonis furto, rapina, usura, seu iniustitia comparatis. Eiusmodi enim bona veris dominis quibus surrepta fuere, restituenda sunt. Hac ratione Scriptura sæpe iubet de iustitia iubilantia Dominum honorare, vitiumque furto sublatas detestatur: *Honora Dominum de tua substantia*: Prov. II. & Tobiæ IV. *Ex substantia tua fac eleemosynam*. Hanc vero *cap.* LXI. execratur holocaustum ex rapina: *Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto.*

II. Iuvat huc transcribere aptum D. Augustini textum ex ser. XXXV. de verb. Dom. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Hoc quidem intelligentes recipiunt res aliquas, & aliquid inde pauperibus largiuntur; & putant se facere quod præceptum est. Decunt enim: Rapere res alienas, nonnumquam est iniquitatis: erogare inde aliquid, maxime egentibus sanctis, hoc est facere amicos de mammona iniquitatis. Intelligitis iste corrigendus est, immo de tabulis cordis vestri omnino delendus est. Nolo sic intelligatis. De iustis laboribus facite eleemosynam: ex eo quod recte habetis, date.*

III. Bona per simoniam acquisita, cum nec possint retineri ab eo qui accipit, nec restitui illi qui dedit, in usus pauperum, vel Ecclesiæ expendi debent, ut docet D. Thomas 2. 2. *quæst.* XXXII. *art.* 7.

IV. Quæ nefariis artibus sunt acquisita, nimirum lenocinio, vel meretricia prostitutione, & retineri, & in eleemosynas distribui licite possunt. Quamquam enim iniquitate parta sint, iniuste tamen data non fuerunt: ergo nec iniusta retentio. Sic docet Angelicus 2. 2. quæst. XXXII. art. 7. *Quod enim mulier meretricium exerceat, turpiter agit, & contra legem Dei; sed in eo quod accipit, non iniuste agit, nec contra legem. Unde quod sic illicite acquisitum est, retineri potest, & de eo eleemosyna fieri.* Quod tamen intelligendum est de iusto pretio meretrici soluto. Quamvis enim certi pretii limites designari nequeant, quædam tamen pretia, seu dona seipsis nimium vitiosumque excessum produnt. Paucos ab hinc dies nobilis quidam tanto libidinis igne æstuabat, ut decem aureorum millia meretrici dederit. Isti veluti fatui, atque præstigiis capti habendi sunt. Quapropter non auderem asserere, posse meretricem de tanta summa ad libitum ceu veram dominam disponere; sed quod moderatum pretium, attentis & meretricis, & amasii conditionibus excedit, restituendum putarem, aut in opera pia, & eleemosynas erogandum. Circumstantiæ tamen spectandæ sunt, potissimum si meretrix, relicta turpi arte, ad meliorem se recipere frugem, atque in tuto se collocare vellet. Quo in casu in meretricis favorem ferendum iudicium est. Quæ contra opponi possunt, nonne fugiunt; videlicet quod qui donat, libere donat, & meretrix valide accipit: neque æstuans amor rationem admit donatori. Vera sint hæc omnia. Sed contractus quisque lesioni obnoxius est, atque compensationi; dum nimium, & ultra communem sensum pars altera gravatur. Verum clarius suo loco hæc discutientur. Quin quæ dicta hac de re a me sunt, in suspenso relicta volo, donec melius expendantur.

V. Ex paucis quæ libavimus, colligitur ex solis bonis quorum quisque dominium habet, erogandas eleemosynas esse. Dicendum foret de bonis alea acquisitis. Verum quia plures essent difficultates enodandæ, idcirco ad propriam sedem hanc disputationem remittendam censeo.

## CAPUT XVIII.

*De eleemosyna Clericorum. Arctius isti quam laici pauperum egestatem suis superfluis levare tenentur. Quæ ex beneficiis ecclesiasticis percipiunt bona, congrua sustentatione dempta, institiæ, nedum caritatis, titulo in pauperes distribuere astringuntur.*

I. AUctores nescio qui, ut Pauli Comitoli, Societatis Iesu Theologi omnium elegantissimi, atque perdocti, verbis utar, *Ref. Moral. Lib. I. quæst.* LXX. novam periculosamque opinionem post mille & quingentos annos in christianam Rempublicam invehere conati sunt, qua iis qui beneficia obtinent ecclesiastica, fructuum inde perceptorum *absolutum* dominium tribuebant. Quæ sane opinio sua ipsa novitate confodiur, atque extrema quæ inde profluunt mala, illico prodit. Sententia quæ iustitiæ vinculo astrictos propugnat christiani gregis Pastores ad levandam pauperum egestatem superfluis fructibus ex beneficio collectis, inquit natura pericula est, quindecim sæculorum præscriptione fulta, Conciliorum, Canonum, Pontificum auctoritate, rationibusque luculentissimis munita. Vanis distinctionibus, ac ratiunculis, ab usu potius arcessitis quam a veris principiis, evidentem sententiam involutam recentiores effecerunt, implexamque. Ut veritas in tuto collocetur, primum quæ penes omnes certa sunt, deinde quæ in dilcrimen vocantur, manifestabo.

II. Tria in Beneficiario, sive Episcopo, sive Parocho, sive Canonico, sive quicumque alio animarum Pastore, aut pensionario, bonorum genera distinguuntur. Patrimonialia, quæ iure hereditatis, aut donationis, vel propria industria parta Beneficiarii possident. Quasi patrimonialia, aliqua arte docendi, scribendi, aliove iusto lucrandi titulo acquisita. Inter hæc quasi patrimonialia bona recenseri etiam solent quæ Beneficiarii accipiunt propter prædicationem, sacrificia, sacramentorum administrationem, cantum ecclesiasticum, divinorum officiorum celebrationem, Ecclesiarum visitationem, confecrationemque. Verum non adsim ego bonis quasi patrimonialibus eiusmodi accenseri: quin in tractatu de Simonia oppositum tenendum esse contendam. Postrema sunt bona mere ecclesiastica, quæ titulo beneficii percipiuntur. Bonorum patrimonialium, & quasi patrimonialium absoluto potiuntur dominio Ecclesiastici, non secus ac laici. Bona ergo mere sacra, seu ecclesiastica quæ



quæ Christi patrimonium, peccatorum pretia, fidelium oblationes, & sacrificia nuncupari solent, disputandi præbent argumentum.

III. Verum, ut disputatio clarius procedat, duo sunt magnopere perpendenda. Unum, diversam ecclesiasticæ annonæ naturam; alterum eiusdem annonæ distributendæ, & administrandæ formam, & modum spectat. Ad primum quod attinet, quatuor solent bonorum ecclesiasticorum genera distingui. Prima quæ sub Ecclesiæ initium Christiani in commune ærarium conferebant, quibus tam Clerici, quam pauperes alerentur. Hunc ritum Evangelista Lucas *Act.* IV. describit. Alia sunt bona quæ offerre Christi fideles cœperunt, veluti in stipendium alicuius perpetuæ Capellaniæ, seu anniversariæ memoriæ perpetuo celebrandæ. Tertii bonorum generis sunt oblationes quotidianæ vel pro sacrorum celebratione, vel ad altare exhibitæ. Quartum est decimarum solutio. Secundum, quod animadvertione dignum est, diversam administrandi, distribuendique ecclesiastici patrimonii formam, & rationem refert. In Ecclesiæ primordiis fideles, saltem Hierosolymæ, in communi vivebant, ut in laudatis Apostolorum Actibus asseritur. Hic mos, quamvis apud fideles exoletus, in Clericis tamen diu perduravit. Episcopis, quibus concredita erat animarum cura, bonorum quoque distributio incumbebat. Ipsi, veluti patresfamiliæ, Clericis, & pauperibus, prout opus erat, alimenta impertiebant. Augustini tempore disputari cœptum, utrum deberent sacris initiari qui nollent in communi vivere. Sed Augustinus ipse, tametsi primo nullum vellet ad clericatum evehere qui lecum nollet in communi vivere; re nihilominus serius expensa consilium mutavit. Huius Apostolicæ vivendi formæ vestigia quædam adhuc visuntur in nonnullis cathedralibus Ecclesiis. A capite ieiuncto Clero, Episcopi nonnulli iniustæ administrationis rei evaserunt. Avaritia, & ambitione pericli, pauperum, & Clericorum subsidia in rem suam convertentes, aut divitas accumulabant, aut luxui vanique pompis inservichant. Huic malo ut occurrerent Pontifices Summi, & Concilia, Ecclesiasticam annonam tribui conilituerunt in partes quatuor: unam Episcopo, reliquo Clero alteram, Ecclesiæ fabricæ tertiam, pauperibus quartam. Ibus partitionis initium satis obscurum, auctorique ignoratur, ut advertit Christianus Lupus *Tom. V. Ven. edit. ad can. X. Concil. Tolosan.* Ferunt B. Sylvestrum primum hanc præscripsisse partitionem anno 324. in Concilio Romano per ipsum celebrato. Istius divisionis meminit Simplicius Papa circiter annum 370. ut colligitur *ex can. de redit.* XII. *q.* II. Invaluit divisio isthæc sub Gelasio Papa anno 492. ut habetur cap. *Concesso*, XII. *q.* II. sub S. Gregorio Magno anno 592. In pluribus tamen Ecclesiis hæc quadripartita divisio haud fuit in usu. Qui hoc de argumento plura avet, consulat Ludovicum Thomassinum *Eccl. discip. Tom. III. Lib. II.*

IV. Duo postremo loco adnotanda. Primum, quod temporis successu pauperum portio non fuerit a portionibus Episcopi, & Cleri separatim reperta, atque adeo cum illis permixta remanfit: quod facile contingit. Quippe cum primum partitio instituta fuit, administratio istipis pauperibus, & Ecclesiæ destinatæ penes ipsum Episcopum, aut Clerum remanfit, ut clare colligitur ex pluribus monumentis, potissimum ex Decretali Gelasii Papæ, Epistola ad Brutiorum, & Siciliæ Antistites, quam refert laudatus Christianus Lupus. Quare facillima fuit permixtio cum propria sive Episcopi, sive Cleri portione. Nullibi vel leve antiquitatis vestigium occurrit, quod præter Episcopum, aut Clerum, portionis pauperibus allenatæ dispensator aliquis institutus fuerit. Alterum ex primo profluit. Confusa, subsequentium temporum decursu, ob innumeras vicissitudines belloram, principatuum, aliarumque calamitatum, pauperum parte cum Episcoporum, Clerique portione, omne quadripartitæ divisionis signum disperiit. Hinc innumera beneficia postmodum erecta, amplisque reditibus dotata fuere, nulla facta partionis memoria. Ex his duobus punctis dirimendæ infra controversiæ decisio plurimum, nisi fallor, pendet. Si enim nunc confusa bona sunt, Beneficiarii in præsentia non secus ac Beneficiarii ante bonorum divisionem, iustitiæ titulo astricti sunt, quæ propria iustentationi superiunt, in pauperes, Deique obsequium impendere. Et reapte Dominicus Soto primus fere novæ contrariæ opinionis inventor, in hypothesi loquitur quod bonorum divisio facta sit, ut clarius iam iam manifestabimus. Hinc colligas velim, iuniores Theologos, & Canonistas plures aberrare prorsus a vero, dum huic quadripartitæ divisioni inhærentes de Beneficiariorum obligatione disputant. Nullum quippe istius partitionis vestigium, aut nota superest. Cum hæc partitio obrinebat, singulis annis Synodi habebantur, supputationes fiebant; & prout reditus abundantiores, aut minores erant, redundabant quoque, aut decrescebant eleemosynæ. Sublata hac partione, bona ecclesiastica naturali onere gra-

III. Bona per simoniam acquisita, cum nec possint retineri ab eo qui accipit, nec restitui illi qui dedit, in usus pauperum, vel Ecclesiæ expendi debent, ut docet D. Thomas 2. 2. *quæst.* XXXII. *art.* 7.

IV. Quæ nefariis artibus sunt acquisita, nimirum lenocinio, vel meretricia prostitutione, & retineri, & in eleemosynas distribui licite possunt. Quamquam enim iniquitate parta sint, iniuste tamen data non fuerunt: ergo nec iniusta retentio. Sic docet Angelicus 2. 2. quæst. XXXII. art. 7. *Quod enim mulier meretricium exerceat, turpiter agit, & contra legem Dei; sed in eo quod accipit, non iniuste agit, nec contra legem. Unde quod sic illicite acquisitum est, retineri potest, & de eo eleemosyna fieri.* Quod tamen intelligendum est de iusto pretio meretrici soluto. Quamvis enim certi pretii limites designari nequeant, quædam tamen pretia, seu dona seipsis nimium vitiosumque excessum produnt. Paucos ab hinc dies nobilis quidam tanto libidinis igne æstuabat, ut decem aureorum millia meretrici dederit. Isti veluti fatui, atque præstigiis capti habendi sunt. Quapropter non auderem asserere, posse meretricem de tanta summa ad libitum ceu veram dominam disponere; sed quod moderatum pretium, attentis & meretricis, & amasii conditionibus excedit, restituendum putarem, aut in opera pia, & eleemosynas erogandum. Circumstantiæ tamen spectandæ sunt, potissimum si meretrix, relicta turpi arte, ad meliorem se recipere frugem, atque in tuto se collocare vellet. Quo in casu in meretricis favorem ferendum iudicium est. Quæ contra opponi possunt, nonne fugiunt; videlicet quod qui donat, libere donat, & meretrix valide accipit: neque æstuans amor rationem admit donatori. Vera sint hæc omnia. Sed contractus quisque lesioni obnoxius est, atque compensationi; dum nimium, & ultra communem sensum pars altera gravatur. Verum clarius suo loco hæc discutientur. Quin quæ dicta hac de re a me sunt, in suspenso relicta volo, donec melius expendantur.

V. Ex paucis quæ libavimus, colligitur ex solis bonis quorum quisque dominium habet, erogandas eleemosynas esse. Dicendum foret de bonis alea acquisitis. Verum quia plures essent difficultates enodandæ, idcirco ad propriam sedem hanc disputationem remittendam censeo.

## CAPUT XVIII.

*De eleemosyna Clericorum. Arctius isti quam laici pauperum egestatem suis superfluis levare tenentur. Quæ ex beneficiis ecclesiasticis percipiunt bona, congrua sustentatione dempta, institiæ, nedum caritatis, titulo in pauperes distribuere astringuntur.*

I. AUctores nescio qui, ut Pauli Comitoli, Societatis Iesu Theologi omnium elegantissimi, atque perdocti, verbis utar, *Ref. Moral. Lib. I. quæst.* LXX. novam periculosamque opinionem post mille & quingentos annos in christianam Rempublicam invehere conati sunt, qua iis qui beneficia obtinent ecclesiastica, fructuum inde perceptorum *absolutum* dominium tribuebant. Quæ sane opinio sua ipsa novitate confodiur, atque extrema quæ inde profluunt mala, illico prodit. Sententia quæ iustitiæ vinculo astrictos propugnat christiani gregis Pastores ad levandam pauperum egestatem superfluis fructibus ex beneficio collectis, inquit natura pericula est, quindecim sæculorum præscriptione fulta, Conciliorum, Canonum, Pontificum auctoritate, rationibusque luculentissimis munita. Vanis distinctionibus, ac ratiunculis, ab usu potius arcessitis quam a veris principiis, evidentem sententiam involutam recentiores effecerunt, implexamque. Ut veritas in tuto collocetur, primum quæ penes omnes certa sunt, deinde quæ in dilcrimen vocantur, manifestabo.

II. Tria in Beneficiario, sive Episcopo, sive Parocho, sive Canonico, sive quicumque alio animarum Pastore, aut pensionario, bonorum genera distinguuntur. Patrimonialia, quæ iure hereditatis, aut donationis, vel propria industria parta Beneficiarii possident. Quasi patrimonialia, aliqua arte docendi, scribendi, aliove iusto lucrandi titulo acquisita. Inter hæc quasi patrimonialia bona recenseri etiam solent quæ Beneficiarii accipiunt propter prædicationem, sacrificia, sacramentorum administrationem, cantum ecclesiasticum, divinorum officiorum celebrationem, Ecclesiarum visitationem, confecrationemque. Verum non adsim ego bonis quasi patrimonialibus eiusmodi accenseri: quin in tractatu de Simonia oppositum tenendum esse contendam. Postrema sunt bona mere ecclesiastica, quæ titulo beneficii percipiuntur. Bonorum patrimonialium, & quasi patrimonialium absoluto potiuntur dominio Ecclesiastici, non secus ac laici. Bona ergo mere sacra, seu ecclesiastica quæ



quæ Christi patrimonium, peccatorum pretia, fidelium oblationes, & sacrificia nuncupari solent, disputandi præbent argumentum.

III. Verum, ut disputatio clarius procedat, duo sunt magnopere perpendenda. Unum, diversam ecclesiasticæ annonæ naturam; alterum eiusdem annonæ distributendæ, & administrandæ formam, & modum spectat. Ad primum quod attinet, quatuor solent bonorum ecclesiasticorum genera distingui. Prima quæ sub Ecclesiæ initium Christiani in commune ærarium conferebant, quibus tam Clerici, quam pauperes alerentur. Hunc ritum Evangelista Lucas *Act.* IV. describit. Alia sunt bona quæ offerre Christi fideles cœperunt, veluti in stipendium alicuius perpetuæ Capellaniæ, seu anniversariæ memoriæ perpetuo celebrandæ. Tertii bonorum generis sunt oblationes quotidianæ vel pro sacrorum celebratione, vel ad altare exhibitæ. Quartum est decimarum solutio. Secundum, quod animadvertione dignum est, diversam administrandi, distribuendique ecclesiastici patrimonii formam, & rationem refert. In Ecclesiæ primordiis fideles, saltem Hierosolymæ, in communi vivebant, ut in laudatis Apostolorum Actibus asseritur. Hic mos, quamvis apud fideles exoletus, in Clericis tamen diu perduravit. Episcopis, quibus concredita erat animarum cura, bonorum quoque distributio incumbebat. Ipsi, veluti patresfamiliæ, Clericis, & pauperibus, prout opus erat, alimenta impertiebant. Augustini tempore disputari cœptum, utrum deberent sacris initiari qui nollent in communi vivere. Sed Augustinus ipse, tametsi primo nullum vellet ad clericatum evehere qui lecum nollet in communi vivere; re nihilominus serius expensa consilium mutavit. Huius Apostolicæ vivendi formæ vestigia quædam adhuc visuntur in nonnullis cathedralibus Ecclesiis. A capite ieiuncto Clero, Episcopi nonnulli iniustæ administrationis rei evaserunt. Avaritia, & ambitione pericli, pauperum, & Clericorum subsidia in rem suam convertentes, aut divitas accumulabant, aut luxui vanique pompis inservichant. Huic malo ut occurrerent Pontifices Summi, & Concilia, Ecclesiasticam annonam tribui conilituerunt in partes quatuor: unam Episcopo, reliquo Clero alteram, Ecclesiæ fabricæ tertiam, pauperibus quartam. Ibus partitionis initium satis obscurum, auctorique ignoratur, ut advertit Christianus Lupus *Tom. V. Ven. edit. ad can. X. Concil. Tolosan.* Ferunt B. Sylvestrum primum hanc præscripsisse partitionem anno 324. in Concilio Romano per ipsum celebrato. Istius divisionis meminit Simplicius Papa circiter annum 370. ut colligitur *ex can. de redit.* XII. *q.* II. Invaluit divisio isthæc sub Gelasio Papa anno 492. ut habetur cap. *Concesso*, XII. *q.* II. sub S. Gregorio Magno anno 592. In pluribus tamen Ecclesiis hæc quadripartita divisio haud fuit in usu. Qui hoc de argumento plura avet, consulat Ludovicum Thomassinum *Eccl. discip. Tom. III. Lib. II.*

IV. Duo postremo loco adnotanda. Primum, quod temporis successu pauperum portio non fuerit a portionibus Episcopi, & Cleri separatim reperta, atque adeo cum illis permixta remanfit: quod facile contingit. Quippe cum primum partitio instituta fuit, administratio istipis pauperibus, & Ecclesiæ destinatæ penes ipsum Episcopum, aut Clerum remanfit, ut clare colligitur ex pluribus monumentis, potissimum ex Decretali Gelasii Papæ, Epistola ad Brutiorum, & Siciliæ Antistites, quam refert laudatus Christianus Lupus. Quare facillima fuit permixtio cum propria sive Episcopi, sive Cleri portione. Nullibi vel leve antiquitatis vestigium occurrit, quod præter Episcopum, aut Clerum, portionis pauperibus allenatæ dispensator aliquis institutus fuerit. Alterum ex primo profluit. Confusa, subsequentium temporum decursu, ob innumeras vicissitudines belloram, principatuum, aliarumque calamitatum, pauperum parte cum Episcoporum, Clerique portione, omne quadripartitæ divisionis signum disperiit. Hinc innumera beneficia postmodum erecta, amplisque reditibus dotata fuere, nulla facta partionis memoria. Ex his duobus punctis dirimendæ infra controversiæ decisio plurimum, nisi fallor, pendet. Si enim nunc confusa bona sunt, Beneficiarii in præsentia non secus ac Beneficiarii ante bonorum divisionem, iustitiæ titulo astricti sunt, quæ propria iustentationi superiunt, in pauperes, Deique obsequium impendere. Et reapte Dominicus Soto primus fere novæ contrariæ opinionis inventor, in hypothesi loquitur quod bonorum divisio facta sit, ut clarius iam iam manifestabimus. Hinc colligas velim, iuniores Theologos, & Canonistas plures aberrare prorsus a vero, dum huic quadripartitæ divisioni inhærentes de Beneficiariorum obligatione disputant. Nullum quippe istius partitionis vestigium, aut nota superest. Cum hæc partitio obrinebat, singulis annis Synodi habebantur, supputationes fiebant; & prout reditus abundantiores, aut minores erant, redundabant quoque, aut decrescebant eleemosynæ. Sublata hac partione, bona ecclesiastica naturali onere gra-

gravata remanserunt. Nulla ergo prorsus illius in quatuor partes divisionis habenda nunc ratio est, ac si numquam extitisset: quin revera nullum in præsens vestigium supereſt.

V. His prænotatis, quæ penes omnes Theologos, & Canonistas extra disputationis aleam sunt constituta, explicabimus; ea deinde persequemur quæ variis placitis sunt subiecta, & quod verisimilius visum fuerit, indicabimus; atque maioris claritatis gratia caput istud in varios paragraphos dividemus.

## §. I.

*Beneficiarii omnes astrictiores quam laici, gravissimo caritatis præcepto tenentur, ecclesiastica bona congruæ sustentationi superflua, in pauperes, prosque usus distribuere.*

VI. SEmper animo meo alte insedit cogitatio, admodum parum suvare Beneficiarios Theologorum dissidium super debito quo devinciuntur illi pauperibus impertiri superflua, spectata dumtaxat eorumdem æternæ aut salutis, aut damnationis. Idque demonstrandum in præsentia suscipio. Convenit penes omnes cum Theologos, tum Canonistas, præceptum caritatis sub interdicto æternæ damnationis urgere Ecclesiasticos ad superfluorum eleemosynam; quod caritatis præceptum arctius Ecclesiasticos beneficia obtinentes astringit quam cæteros Christi fideles. Ius quippe divinum, & canonicum vetant Beneficiarii, superflua, quæ ex reditibus ecclesiasticis percipiunt, retinentes. Christi fideles possunt ad altiorem statum ascendere, amicos, & quibuscunque placuerit, donare, rem propriam moderate augere, gradus, & dignitates sibi comparare, peculia retinere ad filiarum dotem, ad onera Reipublicæ sustinenda, iis servatis quæ supra indicavi. Contra Beneficiarii nequeunt ad altiorem statum ascendere; non divitias accumulare possunt, non consanguineis donare, non eorum rem amplificare, non ad altiorem gradum evehere, non amicis minime exemptibus impertiri quidquam ex iis quæ ecclesiastica bona sunt. Tametsi nulla urgeat extrema, aut gravis penuria, nihilolecius in pauperes, aut Dei cultum omnia superflua erogare tenentur. Quapropter letaliter delinquunt, si in ludis, venationibus, convivis, operibus, comœdiis, voluptatibus, deliciis, aliisque id genus oblectamentis ecclesiasticos fructus inlumant; si equos, canes, nimiumque famulorum numerum præter necessitatem alant; si ornatu valde splendido, qui pompam, fallumque sæculi redoleat, domos suas instruant. In his etenim omnibus transgrediuntur iura divina, & ecclesiastica, & mortaliter peccant, omnium penitus Theologorum, & Canonistarum consensione. Idque adeo certum est, ut absque manifesto errore in dubium revocari nequeat.

VII. Videndum nunc superest, quid illis ad æternæ damnationis barathrum declinandum prosit, quod non lædant iustitiæ legem. Æque liquidem, qui præceptum caritati, ac qui iustitiæ mandata violant, æternum pereunt. At, inquis, sola contritione, & confessione peccata adversus caritatis præceptum delentur; quæ vero iustitiam infringunt, onus restitutionis imponunt. Quid inde? Hoc heredibus tuis valde interit; hoc patrimonio tuo, si quod habes, præsidium affert: quia non teneris ex illo demere, ut restituas quæ pauperibus diripuisti. At non propterea damnationem effugis. Quod, ut periculose res patear, dilucidæ explicandum est. Beneficiarii divites annuos recipiunt redundantes reditus. Hoc anno eorumdem superfluos, neglectis pauperibus, Deique cultu, in vanos usus, in consanguineorum commodum impendunt. Pœnitentiæ sacramento ventam obtinent, dummodo deliberato animo emendationem spondeant, & præstent. Recidunt id idem peccatum vitiosæ administrationis. Iterum confitentur, & iterum peccant, quia perstitunt in continuo abusu ecclesiasticorum reditum. Ex defectu emendationis, sacramentalis ablutionis indigni evadunt. Est ne ablutionis capax concubinarius, qui reapse concubinam non dimittit, tametsi nullius iniustitiæ reus sit? Idem profecto dicendum de Beneficiario qui suos annuos superfluos reditus in pauperes, & opera pietatis non distribuit. Omnium ergo Doctorum consensione eiusmodi Beneficiarii in dies peccata peccatis, sacrilegia sacrilegiis accumulant, universamque vitam sceleribus polluram ducunt, sacrilege celebrant, sacrilege sacramenta administrant. Quodnam illis perfugium supereſt? Pœnitentia in extrema lucta? Hæc est omnium iniquorum fiducia. Pari ergo in causa sunt, eademque alea salutem suam ludunt & Beneficiarii qui toto vitæ suæ tempore in profanos usus ecclesiastica bona prodigunt, & concubinarii qui in mortis solum articulo penitere, & dimittere concubinam velint. Quid, si instante morte, testamento consanguineos heredes instituerent, illique eiam tum pinguem supellectilem, & plura quæ possident, donarent? Esset ne tunc sincera illorum pœnitentia? Perveret ne illorum in Deum, proximumque amor, si ipso eodemque tempore & altissimum caritatis mandatum erga Deum, & proximum infringunt, & divina, ac ecclesiastica iura perturbant? Sancte ne sacramenta susciperent? Quid de eorum Confessariis dicendum, si illos tum ablolverent, cum reipsa actu sacrilege peccent, ultimumque vitæ tempus tot sacrilegiis polluant? Perinde itaque fere est, ad æternam Ecclesiasticorum damnationem quod attinet, sive ex iustitia, sive ex caritate allringantur superfluos Ecclesiæ reditus erogare. Nec mitioribus gehennæ flammis ardebunt, quod caritatis dumtaxat, & misericordiæ leges contempserint, quam si iustitiam læsissent. Quin non parum eorum augebit supplicium, cum intelligent, le idcirco æternum periisse, quia lautiora convivia consanguineis pararunt, eorumque luxum, fastum, & fortunas auxerunt. Quæ omnia confirmate iubet verbis Dominici Soto *Lib. X. de iust. quæst. IV. art. 4. con. 3.* „ Quocirca non debent Episcopi ob „ id securius pacare conscientias suas, si in „ eleemolynis erogandis remissiores sint, quod „ vinculo iustitiæ ad restitutionem non te„ neantur, satis se proinde facturos arbitran„ tes, *si in mortis articulo sacramento pœ„ nitentiæ eiusmodi culpas abluant*. Nam „ cum etiam præceptum misericordiæ, de qua „ præfati sumus, sub reatu mortalis criminis „ obliget; inde satis debent exterreri, ut fi„ dem Deo illælam servent. Prætereaquam„ quod, quamvis lex caritatis ad restitutio„ nem non obliget, debent profecto eorum „ Confessarii, tam durante vita, quam in „ mortis articulo, eis quos pauperum negli„ gentes noverint, per modum sacramentalis „ satisfactionis, largissimas eleemolynas im„ ponere, *ut eodem propemodum recidat ac si „ lege iustitiæ ad restitutionem teneretur*. “ Sic loquuntur vel illi qui caritatis tantum lege devinctos Ecclesiasticos docent ad superflua eroganda. Hoc idem post Dominicum Sotum inculcat Cardinalis Bellarminus. *Non disputo quæstionem illam, an Prælati sint vere domini redituum ecclesiasticorum, & an teneantur restituere qua male expenderunt. Parum enim refert, utrum Prælatus damnetur ad inferos, quia peccavit contra iustitiam, an quia peccavit contra caritatem non bene distribuendo facultates suas. Solum quæro in quot usus debeat expendere suas ecclesiasticas facultates, ut non amittat vitam æternam.* Hæc omnia recidunt.

VIII. Quæ hactenus dicta sunt, omnium Theologorum, & Canonistarum calculis probantur. Porro si hæc beneficiatos non commovent; si evidens æternæ damnationis, quod eos manet periculum, illorum avaritiam non extinguit, & eos ad persolvendam fidem Deo datam, paternæque misericordiæ affectum, effectumque in gregem sibi concreditum non excitat; quæ ipes supereſte de eorum salute poteſt?



## §. II.

*Auctoritates, quibus evincitur iustitiæ lege Beneficiarios astringi superflua ecclesiasticos reditus in pauperes, & pia opera distribuere.*

IX. INfinitus essem, si omnia in medium afferre velle Canonum, Conciliorum, Pontificum, Patrum, ac Theologorum documenta, quæ iustitiæ vinculo astrictos Beneficiarios clamant ad distribuenda in pauperes, pioſque usus quæ eorum congruæ sustentationi superſunt. Quædam dumtaxat selectiora adducam brevitatis gratia.

X. Concilium Antiochenum *canon.* XXV. qui habetur cap. *Episcopus* caus. XXII. quæſt. 1. *Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum summa reverentia, & timore Dei. Participet autem & ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quam in fratrum qui ab eo suscipiuntur, necessariis usibus præsumis, ita ut in nulla qualibet occasione fraudentur, iuxta S. Apostolum sic dicentem*: Habentes victum, & tegumentum, his contenti simus. *Quod si contentus iste minime fuerit, convertat autem res Ecclesiæ in suos usus domesticos, Synodo Provinciæ pœnas persolvat.*

XI. Gratianus refert canonem sub nomine Urbani Papæ, huius tenoris. *Res Ecclesiæ non quasi propriæ, sed ut communes, & Domino oblatæ cum summo timore, non in alios quam in præfatos usus sunt fidelibus dispensanda.* Item Concilium Nicænum II. canonem edidit *Quamvis*, qui habetur caus. XII. quæſt. II. *Omnium ecclesiasticarum rerum Episcopus habeat sollicitudinem, & dispenset eas, tamquam Deo contemplante. Non licet autem ei fraudare quidquam ex illis vel cognatis propriis donare, quæ Dei sunt.*

XII. Verum, missis antiquioribus Conciliis, & Canonibus, satis sit ea referre quæ Tridentinum Concilium præscribit seſſ. XXV. cap. 1. de Ref. *Quapropter exemplo Patrum nostrorum in Concilio Carthaginensi, non solum iubet* (sancta Synodus) *ut Episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint; verum etiam in reliquo vitæ agenere, ac tota domo caveant ne quid appareat*

*rent quod à sancto hoc instituto sit alienum; quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac sanctitatum contemptum præferat. Omnino vero eis interdicit ut ex reditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresque suos augere studeant, cum & Apostolorum canones prohibeant ne res ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent; sed, si pauperes sint, ita ut pauperibus distribuant; eas tamen non distrahant, nec dissipent illorum causâ: inani quam maxime potest, eos sancta Synodus monet ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium exstat, penitus deponant. Quæ vero de Episcopo dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque beneficia ecclesiastica tam sæcularia, quam regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione observari, sed & ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit.* Hic summopere animadvertendum venit, sacram hanc Tridentinam Synodum antiquos Apostolorum & Conciliorum primæ ætatis christianæ canones allegare in confirmationem eorum quæ reipsa præcipit. Non ergo quid novi iubet, sed communem Ecclesiæ sensum exponit, executionemque imperat. Dicant nobis Calvinistæ, qui auctoritate Tridentini dominos redituum suorum Beneficiarios efficiunt: dicant, inquam, vetaret ne Concilium re sua bona Beneficiarii consanguineis donarent, si eorumdem absoluti domini essent? Quia patrimonialium bonorum domini sunt, interdicuntur ne eadem legare consanguineis? Quid ergo cavillantur has voces, *fructus suos facere*; ut evincant dominos esse bonorum ecclesiasticorum Beneficiarios; si tam clarè Tridentinum explicat, iubetque, ut Beneficiarii omnes in pauperum subsidium, pioque usu reditus Ecclesiæ distribuant?

XIII. Sanctus Carolus Borromæus in pluribus suis Conciliis Tridentinum decretum inculcat, atque uberiori verborum sensu declarat. Concilii primi Mediolanensis decretum, pluribus omissis, tranctibam ex *tit. 63.*

» Sacrorum Canonum decretis statutum est, » & sanctissimorum Patrum testimoniis celebratum, quæ bona fidelium pietas Deo » consecravit, ea vel illorum necessitatibus » honeste iublevandis qui divinis dicati obsequuis, Christi ministri, & dispensatores » mysteriorum Dei effecti essent; vel Ecclesiis reficiendis, earumque ornamentis ad » divinum cultum necessariis comparandis; vel » pauperibus sustentandis addicta esse: *sanxerunt, eam naturam, & conditionem consecuta sunt, ut in alium quam sacrum, & pium usum, eorum fructus converti nefas esset.* Quare cavendum est ne cupiditate prolapsi, quæ radix est omnium malorum, dum vel propriis, vel propinquorum, & familiarium divitiis, & honoribus studemus, quæ Deo dicata sunt bona, & Ecclesiæ detrimento, & pauperum gemitu, & bonorum offensione, ad aliorum usum convertamus. Itaque nos *sacrorum Canonum, & Sanctorum Patrum auctoritate innixi*, atque iis inducti quæ *sacra Tridentina Synodus* de officio administrandi bona ecclesiastica significavit, eos omnes qui ea obtinent, vehementer monemus ut muneris sui memores, hæc quæ sequuntur, diligentissime præstent. Episcopi, Abbates, Præpositi, Parochi, ac ceteri omnes, cuiuscumque dignitatis, & gradus, Ecclesias etiam eorum administrationi cumulas, ac quæcumque beneficia ecclesiastica, etiam simplicia, quomodocumque etiam commendata in Provincia nostra obtinentes, omni diligentia cognoscere studeant, quibus oneribus eorum Ecclesiæ, & beneficia ex bonorum ecclesiasticorum natura, vel ex illorum quæ obtinent, propria institutione, vel ex conditione apostolicis litteris in provisione dictorum beneficiorum eis præscripta, vel quia quacumque eius generis ratione iubiaceant, illique integre satisfaciant. Quod si facere omiserint, sed eos fructus sibi vindicare, vel in alios transferre ausi fuerint, vel in quem debent usum, non impenderint; si ex sacris canonibus, & sanctorum Patrum sententia sacrilegii reos esse intelligant; & *eorum omnium restitutione teneri*; neque ulla omnino etiam immemorabili consuetudine excusari. "

» Noverint etiam ii ad quos scientes huiusmodi fructus, vel aliquod ex illis commodum, quovis nomine pervenerint, se eadem restitutionis lege teneri.

» Si vero qui Ecclesias, & beneficia ecclesiastica quæcumque obtinent, quorum fructus ad eos tamquam divinorum obsequiorum ministros, honeste iustentandos proprie sunt attributi, si uberiores sunt quam ad tuendam vitam, conditionisque suæ rationem requiratur, *dubitare non debent*, ad eum finem hanc copiam esse illis attributam, ut præter ea quæ ad victum, & cultum eorum satis essent, iupperetent etiam quibus divini cultus ornatus, ac splendor conservaretur, & pauperum inopia, & indigentia sublevaretur; quemadmodum etiam » Deus plerosque divitiis cumulat, ut amicos » sibi faciant, a quibus, cum defecerint, in » æterna recipiantur tabernacula. Quamobrem per viscera misericordiæ Iesu Christi » obtestamur, atque monemus ut meminerint, ea bona non esse sibi credita ad luxum, neque ad augendos contanguineos: » sed ad vitam honeste, ut fidelem Dei ministrum, & pietatis christianæ magistrum » decet, traducendam. Ex eo vero quod superet, si necessaria pauperibus denegavererint, intelligant se, quos non paverint, occidisse; atque ob violatam sanctissimæ caritatis legem mortale peccatum commisse, quo sibi iram in die iræ thesaurizaverunt. Modum autem, & rationem, qua » metiri se pro conditione, & gradu unumquemque oporteat, ad vitam suam fructibus ecclesiasticis honeste ducendam, eam » esse omnes debent intelligere quæ ab iis non » dilucrepet quæ in sacris canonibus, & præsertim in his nostris constitutionibus, de clericali frugalitate, & modestia statuta sunt. "

Duo crimina perperrare Beneficiarios asserit sanctus Archipræsul, nimirum & adversus Iustitiam, pauperes quibus non iuscurrunt, occidendo; & contra caritatem, nimia cupiditate bona sacra in profanos usus expendendo. Memoriæ altius infigenda D. Caroli verba, quibus asserit bona temporalia, *ubi primum Ecclesiæ esse cœperint*, eam naturam induere, & conditionem, ut in alium usum quam sacrum & pium, converti eorum fructus nefas sit. Quare frequenter repetit, eo animo fideles bona contulisse ut per manus Episcoporum, & Parochorum ad pauperes perveniret. *Memores* (inquit in Conc. IV.) *esse eius quod a SS. Patre Ambrosio scriptum est: ita fideles eo animo obtulisse Ecclesiæ munera, ut per eorum manus quorum fidei, atque integritati summa omnia tribuebant, ad pauperes perveniret. Vos itaque, quicumque estis, quorum fidei Christi patrimonium proprie ad divini cultus, pauperumque usum commissum est, cavete ne ambitione prolapsi, in alium quam cui addictum est, convertatis, idque propterea sacrilegii rei damnationem æternam subeatis.*



## §. III.

*Sanctorum Patrum auctoritates indicantur.*

XIV. NOn est quod tempus teram in antiquorum Patrum Basilii, Chrysostomi, Augustini, Ambrosii, Hieronymi, Gregorii, aliorumque documentis. Compertum quippe est communi assensione antiquos Patres furti, & sacrilegæ rapinæ damnare Beneficiarios qui in profanos usus, sacros Ecclesiæ reditus effundunt. Omissis ergo antiquis, eorum qui propius adiunt, pauca delibabo.

XV. D. Bernardus præ ceteris in Beneficiarios calamum acuit. *Epist.* XLII. ad Henricum Archiepiscopum Senonensem inquit: *Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt: Dicite Pontifices in freno quid facit aurum? Numquid a frenis repellit frigus, sive esurient? Nobis frigora, & fame laborantibus quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in pretiosis, vel plicata in mantelis? Nostrum est quod effunditis: nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditis. Vita nostra vobis cedit in superfluas copias. Nostris necessitatibus detrahitur quidquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala de una prodeunt radice cupiditatis, dum vos vanitatem peritis, & nos spoliamur penitus: lumenta gradiuntur ovusta gemmis, & nostra non curatis crura nuda caligulis? Anuli, catenulæ, tintinnabula, & clavatæ quædam corrigiæ, multaque talia, non speciosa coloribus, quam pondoribus pretiosa, multorum dependent cervicibus; fratrum autem lateribus nec semicinctia miseratur apponitis.*

XVI. Epistola 2. ad Fulconem Beneficiarios omnes alloquitur. *Conceditur tibi ut si bene deservis, de altario vivas; non autem ut de altario luxurieris, ut de altario superbias, ut inde comparas tibi frena aurea, sellas deauratas, calcaria deargentata, varia, gricaque pelliteæ a collo, & manibus ornatus pueriles diversificata. Denique quidquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altario rectasti, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.*

XVII. Similia habet super illum evangelicum textum, *Ecce nos reliquimus omnia*, inquit *omnia: Clericus de altario vivat, & non ex clericatu ditior fiat; non sibi de bonis Ecclesiæ amplia palatia fabricet, nec in vanitate, vel superfluitate dispergat, nec extollat de facultatibus Ecclesiæ consanguineos, aut nepotes, ne filias divertat, nuptui tradat. Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegii crimen agnoscitur: sane patrimonia pauperum, facultates Ecclesiarum. Sacrilega eis crudelitate surripitur quidquid sibi ministri, & dispensatores, NON UTIQUE DOMINI, vel POSSESSORES, ultra victum accipiunt, & vestitum. Nec enim ordinavit Deus his qui Evangelio*

gelio serviunt, de Evangelio quærere, aut habere delicias, vel ornatum; sed vivere, ait Paulus, ex eo, ut videlicet sint contenti alimenta corporis, non irritamenta gulæ, aut incentiva libidinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere.

XVIII. Sanctus Raymundus *in Sum. Lib. II. tit. v. §. 6.* hanc sibi proponit quæstionem. *Quid de Prælatis Ecclesiarum, & aliis Clericis qui bona ecclesiastica pauperibus debita consumunt in usus illicitos, videlicet in meretrices, histrionibus, consanguineis, potentibus, & divitibus, & similibus; & de his etiam aliqui faciunt testamentum: numquid tales sunt judicandi raptores? Videtur quod sic. Primo quia contrectant rem alienam, invito Domino: ait enim Hieronymus: Quidquid habent Clerici, pauperum est . . . Item Augustinus: Si prælatum quæ nobis sufficiunt possidemus, non sunt illis nostra, sed pauperum; quorum procuratores quodam modo gerimus, NON PROPRIETATEM nobis usurpatione damnabili vindicamus.* Et §. 8. ibidem. *De meretricibus autem, & histrionibus de quibus quæritur est, dico, Prælates, & Clericos qui res Ecclesiæ talibus, vel similibus turpibus personis conferunt, vel etiam consanguineis, non propter naturam sustentandam, sed ut faciant eos dotites de patrimonio Crucifixi . . . tales, inquam, Prælatos, & Clericos, qui talibus conferunt bona ecclesiastica, pauperibus debita, dico esse raptores, & per consequens TENERI AD RESTITUTIONEM OMNIUM.* Similia habet Divus Laurentius Justinianus Lib. de compunct. & planct. Christi. *Patres pauperum esse recusant, quoniam indigentium substantiam attribuunt sibi. Oh quanta abusio est, Christi ditari divitiis, & Christo velle nihil tradere! Nonne thesauri Christi sunt facultates Ecclesiæ? Unde temporalia Ecclesiæ sunt prærogata stipendia? Non ne propter Christum? Non ne ut Christi pauperibus erogentur? Noli igitur tu qui præsides, retinere quod alienum est, ne FURTI reprehendaris in causa . . . Scito te debitorem omnium facultatum esse quæ honesto victui tuo superfunt.*

XIX. Respondet P. Carolus Billuart *Tom. I. pag. 97.* S. Bernardum, & alios antiquiores Patres locutos esse *secundum quamdam piam exaggerationem, seu CONCIONATORIE, non THEOLOGICE.* Ita ne vero? Primi qui hanc impegere SS. Patribus noram, fuerunt Calvinistæ, & Lutherani, quos inter Chemnitius. Hi siquidem conspicientes errores suos SS. Patrum doctrina penitus confixos, atque labefactatos, ut quoquo modo elaberentur, ad hanc vanum se se receperunt asylum, Patres scilicet oratoria dictione sacra mandata exaggeraße. Quo erroneo admisso commento, corruunt religionis nostræ dogmata. Unde, quæso, sacra Concilia suos erdere canones nili ex Patribus? Cedo mi Billuart: quis ad tempora usque S. Bernardi *theologice* fidelibus explicuit tum mandata, tum dogmata? Patres. At isti non duo edidere operum genera: alia *concionatoria*, alia *theologica*. Nondum orta hæc divisio erat. Non alia Patrum, qui ante Petrum Lombardum floruerunt, opera habemus, nisi quæ ad populum prædicabant. Caruerunt ergo fideles tot sæculorum Magistris, qui eos *theologice* imbuerent, & perspicue, atque *præcise* divina mandata iisdem explicarent? Si *concionatorie* locutos Patres alleris in eleemosynæ præcepto interpretando; *concionatorie* locutos Lutherani, & Calvinistæ essutient in exponendis dogmatibus de eucharistia, de justificatione, de operum merito, ceterisque religionis nostræ articulis. Viden mi Billuart, quo tua tendat interpretatio a iuniioribus quibusdam, fide nimium bona, adoptata? Ex quo novus operandi modus in Theologiam christianam immigravit, Patrum SS. doctrina neglecta, vel sophisticis distinctiunculis implicata, nimium laxata est morum disciplina.

## §. IV.

*Doctrina S. Thomæ hoc de argumento exponitur, & a variis commentis vindicatur.*

XX. DUM mecum animo reputo, omnes ad unum Catholicos æternæ damnationis reos Beneficiarios asserere, si quæ propriæ sustentationi ex reditibus ecclesiasticis superfunt, pauperibus erogare omittant, piget, & veluti invitus invelligare tantæ obligationis originem cogor. Quoniam, ut initio dixi, ad praxim quod attinet, perinde est quod Beneficiarius damnetur sive ob caritatis, sive ob justitiæ violationem. Verum cum celebrem disputationem enucleandam susceperim, obsequium summum, quo S. Thomæ doctrinam colo, suspicioque, me urget, ut quæ hac de re sit illius sententia, perspicuo, quod fieri valet, petefaciam. Ad hoc præstandum calcaria adsit R. P. Carolus Renatus Billuart O. P. qui in sno *Tom. I. tur. & inst.* vanis fane interpretamentis angelicam obscurare doctrinam pertentavit. Nos vestigia hic Scriptor frequenter ad laxiora declinat; idcirco eiusdem opiniones a S. Thomæ



mæ doctrina alienas, occasione data, pro meritis labefactabo, ut hinc intelligant omnes, me non pro domo, non pro instituto, sed pro veritate pugnare, & domesticos non secus ac exteros refellere. Quod si singulas illius Scriptoris laxiores sententias non refutavi, non mea culpa id accidit, sed quod nimis tarde, nempe postquam prælo subiicere cœperam scripta mea, in Italiam illius opus pervenit. Sed hæc obiter. Causam modo ingrediamur.

XXI. Ut pleno in lumine veram S. Thomæ sententiam collocem, duo præmitto, quæ licet extrinsecus sint arcessita, tamen magnopere ad meum conferunt institutum. Illud itaque primo advertendum, S. Thomam in corpore, quod vocant, omnique articuli suam sententiam promere, & rationibus munire. Post ad objecta sub articuli initium proposita respondet. Quare si in dilucidis objectis, aliqua ambigua, & obscura offenduntur, intelligi hæc iuxta doctrinam in corpore articuli perspicue traditam omnino debent. Quod monitum apprime necessarium est, omnium ceteroquin S. Doctoris interpretum assentione firmatum. Mox enim videbimus, angelicum Præceptorem ubique tum in *Quodlibetis*, tum in *Summa* conceptis verbis docere in articulorum corpore Beneficiarios non dominos, sed *dispensatores* meros esse. Quid ergo causæ est quod iuniores interpretes in contrarias partes S. Doctorem pertrahant? Non aliud, nisi quod in responsis ad argumenta aliqua verba ambigua occurrunt quæ varium excipere sensum possunt sigillatim accepta, secus si cum thesi in corpore articuli tradita connecta accipiantur, ut mox videbimus. Alterum pro germana angelicæ doctrinæ interpretatione animadvertendum est, videlicet tempore S. Thomæ, & sæculis prioribus, & tribus posterioribus, omnes Doctores docuisse, Beneficiarios ex justitia teneri ad erogandos superfluos Ecclesiæ reditus in pia opera. Notam singularitatis, & novitatis inurunt angelico Doctori iuniores, dum illum docuisse evulgant opinionem omnibus & antiquis, & sui temporis Doctoribus contrariam. Quandonam a communi Ecclesiæ doctrina recessit S. Thomas? Doctrina in Ecclesia communis ea est quam & Concilia, & Doctores communi assensu docent. Eiusmodi erat tempore S. Thomæ, fuitque & prioribus, & tribus posterioribus sæculis sententia quæ ex justitia obligat Beneficiarios ad erogandæ superflua. Inveniant adversarii vel unicum Theologum, designent vel unicum Concilium, quod tempore S. Thomæ oppositum docuerit. Aut id præstent, aut confiteantur oportet se novitatis, & singularitatis censuram impingere S. Doctori, dum eum a communi Ecclesiæ doctrina deciivisse arbitrariis commentis contendunt. His duobus, quæ extrinsecus arcessivi, in antecessum constitutis, demonstrandum nunc fuerit quanta perpicuitate prædatam Ecclesiæ communem doctrinam S. Doctor defendat.

XXII. Primum omnium in medium pronam id quod docet *Quodl. VI. q. VIII. a. 12. in corp.* ubi hæc habet. *Dicendum, quod aliter videtur se habere circa bona patrimonialia, & circa bona ecclesiastica. Nam bonorum patrimonialium, vel licite acquisitorum, homo vere est dominus . . . Bonorum vero ecclesiasticorum clerici non sunt VERE DOMINI, sed DISPENSATORES, secundum illud I. ad Cor. VII.* Dispensatio autem mihi credita est. *Pertinet autem ad dispensatorem ut fideliter distribuat ea quæ eius dispensationi committuntur, secundum illud I. ad Cor. IV.* Hic autem quæritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. *In his ergo potest dupliciter peccatum contingere. Uno modo ex conditione ipsius rei, dum scilicet usurpat sibi quasi rem propriam, & in usus suos convertit id quod esset aliis erogandum. Alio modo ex inordinato usu eorum quæ in partem suam eedunt, sicut etiam de aliis dictum est. Verum quia horum dispensatio fidei dispensatoris committitur, ut dictum est, si quis bona fide dispenset ecclesiastica bona, inde accipiens quod sibi convenit, secundum conditionem status, & personæ, & aliis largitur, secundum quod sibi videtur bona fide expedire; non peccat mortaliter, etiamsi forte aliquid plus in suos usus convertat quam oporteat. Talia enim, quia in singularibus est eorum iudicium, non possunt per omnimodam certitudinem definiri. Unde, si non sit multus excessus, potest compati bonam fidem dispensationis. Si vero multus excessus sit, non potest latere; & ita non potest eum bona fide dispensatoris hoc agi. Si autem non conservat bonam fidem in dispensando, peccat mortaliter.* Textus hic planus est. Beneficiarii non sunt bonorum ecclesiasticorum *vere domini, sed dispensatores*, Ecclesiasticæ annonæ partem in propriam sustentationem convertendi ius habent. Si in hac partitione qualis qualis excessus contingat, non idcirco dispensatoris fides violatur. Si excessus sit manifestus, infidelis evadit dispensator, graviter peccat, atque adeo ad restitutionem tenetur. Qui enim non sunt domini, sicut non esse Beneficiarios Angelicus clare asserit, peccant-

eantque mortaliter in bonorum partitione; dubio procul restitutioni obnoxii sunt.

XXIII. Quid ad hæc P. Billuart? Alto silentio premit integram relatam doctrinam in corpore articuli a S. Doctore constituram, & in qua suam mentem luculenter declarat. Ut vero apertæ fraudis notam evaderet, existimavit P. Billuart, fat esse propriis verbis eamdem indicare, & loco hujus doctrinæ, quæ est totius angelicæ sententiæ spiritus & anima, transcribit integrum responsum quod ad tertium argumentum Angelicus præbet. Hæc ne genuina interpretandi S. Doctoris mentem methodus, & ratio? Hæc ne sincerum interpretem decent? Clara & luculenta dissimulare, & quæ ambiguitatem præferunt, in medium promere, & in proprium commodum detorquere? Quid quod vel ipsum S. Thomæ responsum, omni ambiguitate sublata, doctrinam in corpore articuli traditam confirmat? Hæc tunt Angelici verba transcripta a P. Billuart. *Quicumque consentit quod est alterius, tenetur ad restitutionem. Sed bona clericorum sunt pauperum; ut patet per Glossam Hieronymi supra illud Isaiæ* 11. Rapina pauperum in domo vestra. *Ergo si Clerici inutiliter bona ecclesiastica consumunt, tenentur restituere pauperibus alimoniæ, si habuerint.* „ En ipsissimum adversariorum (resu„mit P. Billuart) argumentum. Audiamus „ S. Doctoris responsum. " *Ad tertium dicendum, quod bona ecclesiastica non solum sunt dispensanda pauperibus, sed etiam Ecclesiæ ministris. Unde secundum canones debent dividi hoc modo, ut aliqua pars cedat in usus pauperum, & aliqua pars in usus ministrorum, & in cultum Ecclesiæ. Aliter ergo dicendum est de illis ecclesiasticis bonis quæ principaliter sunt attribuenda necessitatibus pauperum, & ex consequenti necessitatibus ministrorum, sicuti sunt bona hospitalium, & aliorum hujusmodi; & aliter de illis bonis quæ sunt principaliter attributa usibus ministrorum, sicut sunt præbendæ Clericorum, & alia hujusmodi. Nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu, SED ETIAM EX IPSA RERUM CONDITIONE, dum aliquis in suos usus absumit quod est alterius; ET IDEO TENETUR AD RESTITUTIONEM tamquam defraudator rei alienæ. In secundis vero bonis non committitur peccatum nisi per abusum, sicut & de bonis patrimonialibus dictum est. Unde non tenetur quis ad restitutionem, sed solum ad pœnitentiam peragendam.*

XXIV. P. Billuart nec verbum adiicit ad hunc textum, ac si decretorie suam firmaret sententiam, cum eam penitus profliget. Argumentum quod sibi Angelicus objicit, contendit, nihil sibi retinere Clericos posse de bonis ecclesiasticis. Cui ut occurrat, distinguit juxta sacros Canones bona quæ sunt applicanda pauperibus, & Ecclesiæ cultui, a bonis quæ congruæ Beneficiariorum sustentationi debentur. *In his secundis bonis non committitur peccatum nisi per abusum, sicut & de bonis patrimonialibus dictum est.* Siquidem jure naturali, divino, & ecclesiastico, qui servit altari, vivat ex altari oportet. Et fideles expressa voluntate alere Pastores suos intendunt, & Pastores victum, & vestitum a grege suo jure postulant. Quare ex contractu, sin verbis, saltem reipsa inito, Pastores portionem propriæ sustentationi congruam ex justitia possident, quemadmodum bona patrimonialia. Si quæ de his bonis Beneficiarius, parce vivendo, sibi subtrahit, eadem, quemadmodum bona patrimonialia, distrahere in quodcumque usus jure potest; facile tamen peccare potest propter affectum immoderatum. Quid de bonis primi generis, quæ pauperibus debentur, resolvit Angelicus? *In primis bonis peccatum committitur, non solum ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione. Et ideo tenetur ad restitutionem tamquam defraudator.* Recte & bene, si facta bonorum divisio sit; secus, illa lubrica. Ita ne vero? Indigna Theologo cavillatio est. Bonorum ne naturam divisio pervertit, destruitque? Superflua congruæ sustentationi, sive divisa, sive indivisa sint, titulo justitiæ pauperibus debentur. Si dum partitio obtinebat, infideles dispensatores Beneficiariis plus duplo majorem portionem pro congrua sustentatione assignarent, non ne & dispensatores impertiendo, & Beneficiarii retinendo contra justitiam peccarent? Nulla nunc divisio est. Superflua possident Beneficiarii, quæ pauperibus debentur. Alterutrum ergo fatendum juxta doctrinam S. Thomæ. Aut de his Beneficiariis posse tamquam de *bonis patrimonialibus* disponere, nec magis quam laicos ad eleemosynam urgeri; quem errorem nemo Theologorum concesserit: aut Beneficiarios peccare contra justitiam, & restitutioni esse obnoxios, si illa sibi retineant. Nulla hic ad evadendum latebra. Nam hæc est luculentissima S. Thomæ doctrina. Bonorum ecclesiasticorum genera duo. Alia congruæ Clericorum sustentationi designata, vel designanda; & hæc ut patrimonialia possident. Alia pauperibus eroganda; & hæc sive permixta, sive impermixta sint, si a Clericis retinentur, justitia læditur. Confugium



gium ad divisionem, desperatæ causæ argumentum est. Evidentius urgeo argumentationem. Redituum ecclesiasticorum aliqua portio ex justitia juxta S. Thomam pauperibus eroganda. Cedo. Superflua sive divisa, sive indivisa, sunt ne eroganda pauperibus? Si ait, ergo ex justitia secundum S. Tomam; si negas; ergo eadem est laici, & Clerici conditio.

XXV. Illud nunc demonstrandum superest, utrum S. Doctor doctrinam traditam in *Quodlibetacitate* perpetuo in suis posterioribus operibus confirmet. Audi quæ scribit in Epist. II. ad Cor. cap. XII. lect. 5. *Cum Prælati sint parentes nostri spirituales, videtur quod male fecerint Primates, & alii dando divitias Prælatis. Responsio. Dicendum est, quod non dederunt Prælatis propter se, sed propter pauperes; & ideo non dederunt eis, sed pauperibus. Et hoc Dominus monet:* Thesaurizate vobis thesauros in cælo &c. *Matth.* XI. *Prælatis autem dantur tamquam pauperum dispensatoribus ... Et hoc est quod dicit:* Ego libentissime impendam vobis bona: *non solum bona spiritualia, prædicando, & exempla monstrando; sed etiam temporalia: quod & faciebat, inquantum prædicabat, & serviebat eis cum simplibus aliarum Ecclesiarum. Hæc tria ministrare debet quilibet Prælatus suis subditis. Unde Dominus dicit ibi Petro:* Pasce oves meas; *idest, pasce verbo, pasce exemplo, pasce temporali subsidio.* Adeo luculenta hæc sunt ut nec hiscere audeat P. Billuart. Solum dicit eodem in sensu ac alia quæ ex S. Doctore adduximus, interpretanda esse. Non repugno.

XXVI. Ad ea tandem accedamus quæ in sua Summa Angelicus scribit. Hæc porro docet 2. 2. quæst. CLXXV. art. 5. in corp. *Aliter est dicendum de propriis bonis, quæ Episcopi possidere possunt, & de bonis ecclesiasticis. Nam propriorum bonorum verus dominium habent .... Sed ecclesiasticorum bonorum sunt DISPENSATORES, vel PROCURATORES. Dicit enim Augustinus ad Bonifacium:* Si privatim possidemus quæ nobis sufficiant, non illa bona bona nostra sunt, sed illorum quorum procurationem gerimus; non proprietatem nobis usurpatione damnabili vindicamus. *Ad dispensatorem autem requiritur bona fides, secundum illud* I. ad *Cor.* IV. Hic iam quæritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. *Sunt autem bona ecclesiastica non solum in usus pauperum, sed etiam ad cultum divinum, & necessitates ministrorum expendenda. Unde dicitur duodecima caussa quæstione secunda:* De reditibus Ecclesiæ, vel oblatione fidelium, sola Episcopo ex his una portio remittatur; duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi pauperum profuturæ, a Presbitero sub periculo sui Ordinis ministrentur; ultima Clericis pro singulorum meritis dividatur. *Si ergo dispensatio sunt bona quæ debent in usum Episcopi cedere, ab his quæ sunt pauperibus, & ministris, & cultui Ecclesiæ eroganda, & aliquid sibi retinuerit Episcopus de his quæ sunt pauperibus eroganda, vel etiam in usum ministrorum, aut in cultum divinum expendenda; non est dubium quin contra fidem dispensationis agat, & mortaliter peccet, & ad restitutionem teneatur. De his autem quæ sunt suo usui specialiter deputata, videtur esse eadem ratio quæ est de propriis bonis, ut scilicet propter immoderatum affectum, & usum peccet quidem, si immoderate sibi retineat, & aliis non subveniat, sicut requirit debitum caritatis. Si vero non sint prædicta bona distincta, eorum distributio fidei suæ committitur: & si quidem in modico deficiat, vel superabundet, potest hoc fieri absque bona fidei detrimento, quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud quod ei oportet; si vero sit multus excessus, non potest latere: unde videtur bonæ fidei repugnare? & ideo non est absque peccato mortali.* Similia habet in hac 2. 2. quæst. c. art. 1. ad 7. *Quamvis res Ecclesiæ sint eius (Papæ) ut principalis dispensatoris, NON tamen sunt eius ut DOMINI ET POSSESSORIS.* Hoc idem repetit quæst. CXIX. art. 3. ad 1. *Præcipue hoc apparet in Clericis qui sunt DISPENSATORES bonorum Ecclesiæ, quæ sunt pauperum, quos defraudant prodige vivendo.*

XXVII. Ad sua capita nunc revocanda sunt quæ fusius ex Angelico transcripsi. Docet primo, Beneficiarios bonorum patrimonialium, quemadmodum laicos, dominium habere. Secundo bonorum ecclesiasticorum non esse veros dominos, sed *dispensatores, & procuratores.* Tertio facta partitione horum bonorum, Beneficiarios posse disponere de portione quæ eorum usui assignata est, eo modo ac de bonis patrimonialibus. Quarto, si aliarum portionum quæ pauperibus, Ecclesiæque cultui destinatæ sunt, quidquam sibi retinuerint, Beneficiarios peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri. Quinto, si bona ecclesiastica sint individua, atque permixta, Beneficiarios esse meros dispensatores; & si præter congruam sustentationem in profanos usus convertant quæ sunt pauperibus eroganda, peccare contra justitiam, nedum contra caritatem,

tem. Ex his quæ obiter indicavi, unum præ ceteris magnopere perpendendum est, videlicet quod vel ipso S. Thomæ tempore bonorum divisio non ubique obtinebat, sed iam tum passim obtoleverat. De ea quippe S. Doctor hypothetice loquitur. In primo hypothesis membro hæc scribit. *Si ergo distincta sint bona quæ debent in usum Episcopi cedere, ab his quæ sunt pauperibus, & ministeriis, & cultui Ecclesiæ eroganda, & aliquid sibi retinuerit Episcopus de his quæ sunt pauperibus &c. eroganda; non est dubium quin CONTRA FIDEM DISPENSATIONIS agat, & mortaliter peccet, & ad restitutionem teneatur.* Recita aliud hypothesis membrum. *Si vero non sint (N. B.) prædicta bona distincta, eorum distributio FIDEI EIUS COMMITTITUR.* Quando bona ecclesiastica sunt indivisa, eorum distributio *fidei* Beneficiarii *committitur*. Ergo si aliqua eorum quæ sunt pauperibus distribuenda, sibi retinuerit Beneficiarius, *contra fidem dispensatoris, & procuratoris* agit. Ergo mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur. Certum est in præsentia bona ecclesiastica esse indivisa. Ergo *contra fidem dispensatoris* agunt Beneficiarii, si aliquid sibi retinuerint eorum quæ sunt pauperibus erogenda. Porro quænam sunt in pauperes distribuenda? Superflua. Sed hæc superflua sunt commissa *fidei*, idest *fideli dispensatori beneficiario*, inquit Doctor sanctus, qui sub initium, suæ sententiæ tamquam capitale principium constituit, Beneficiarios esse meros *dispensatores*, & *procuratores* redituum Ecclesiæ. Ergo si Beneficiarii superflua retinent, iuxta S. Thomam peccant contra fidelem dispensationem, atque adeo contra iustitiam. Adeo perspicua, luculenta, & manifesta est hæc S. Thomæ doctrina, ut pronuntiare minime verear, eos qui de S. Doctoris mente hactenus dubitarunt, serio, & diligenter non expendisse eiusdem inconcussa principia, quorum illud est potissimum, quod quæ debentur pauperibus a Beneficiariis, ex iustitia debentur.

XXVIII. Si hæc in doctrina S. Thomæ certa sunt, quid causæ est cur Sarmiento, Dominicus Soto, Franciscus Sylvius, & P. Carolus Billuart in contrariam concedant sententiam? Errandi occasio istis fuit, quod divisa existimaverint his quoque temporibus reipsa esse ecclesiastica bona: quæ sane existimatio falsa omnino est, ut iam supra indicavimus, & infra fusius ostendam. Itaque D. Thomæ doctrina hoc de argumento ad duo capita revocatur. Si ecclesiastica bona sint revera divisa, pauperumque portio separata reperiatur a portione Beneficiarii sustentationi destinata; tunc Beneficiarius non tenetur lege iustitiæ in pauperes distribuere, si quod sibi ex sua portione superest. Hæc enim facta partitione, portio Beneficiarii, stipendii, seu alimentorum speciem præfert. Potest tunc parcius vivendo, suumque defraudando genium, aliquid istius suæ portionis servare, & de eodem, tamquam de bonis patrimonialibus, disponere valet. Quod tamen intelligendum est, cum portio assignata Beneficiario non admodum congruam sustentationem excedit. Contra, si bona Beneficiarii sint permixta, ut reapse nunc sunt, ita ut portio pauperum non reperiatur seiuncta; Beneficiarii iustitiæ lege devincti sunt ad superfluorum omnium erogationem. Hic est doctrinæ angelicæ sensus genuinus.

XXIX. P. Billuart doctrinam S. Thomæ, quam nos ex sua Summa transcripsimus, integram referre aulus minime est. Eiusdem truncatam particulam adducit, qua fucum facere lectoribus existimavit. Situit capitale & principium, quod Beneficiarii sint *dispensatores*, & *procuratores* redituum Ecclesiæ. Hæc vero obiicit. *Si ergo distincta sint bona quæ debent in usum Episcopi cedere, ab his quæ sunt pauperibus, & ministris, & cultui Ecclesiæ eroganda, vel etiam in usum ministrorum, aut in cultum divinum expendenda; non est dubium quin contra fidem dispensationis agat, & mortaliter peccet, & ad restitutionem teneatur. De his autem quæ sunt specialiter suo usui deputata, videtur esse eadem ratio quæ est de propriis bonis; ut scilicet propter immoderatum affectum & usum peccet quidem, si immoderate sibi retineat, & aliis non subveniat, sicut requirit debitum caritatis.* Monet P. Billuart cum Sylvio, & Soto hic deesse clausulam errore typographi, vel amanuensis. *Non tamen tenetur ad restitutionem.* Et quodnam documentum, quem codicem profers, ut id evincas? Sed hæc clausulam reperiri. Quid inde? Non ne ultro concedimus Beneficiarium non peccare contra iustitiam, si immoderate retineat ea quæ sunt illius congruæ sustentationi destinata? Hæc ultima laudata verba aliquam præferre ambiguitatem. Non ne germanus eorumdem verborum sensus ex certissimis sancti Doctoris principiis repetendus est? Certa autem illius principia, & tanta perspicuitate ab eodem explanata, ut nulli subtiliaceant cavillationi, hæc sunt. Bona Prælatis Ecclesiarum collata a fidelibus sunt, ut per illorum manus ad pauperes perveniant. Istorum bonorum non domini sunt Prælati, sed dispensatores. Dispensatoris fidem violant, si quæ sunt pauperibus, & Ecclesiæ impertienda, sibi retineant; atque adeo ad restitutionem tenentur. Hæc omnia comperta, & explorata sunt apud Angelicum. Dum ergo asserit eamdem esse rationem eorum bonorum quæ usui Beneficiarii sunt destinata, ac bonorum patrimonialium, non aliud sane significat, nisi quod bonorum quæ congruæ sustentationi sunt necessaria, dominium habeat, sicuti patrimonialium; quod iustitiam non lædat, si quid illius portionis demat parcius vivendo aut moderato affectu retinendo, & in quem maluerit usum convertat. Hunc sensum & verba ipsa sancti Doctoris suapte natura excipiunt, & principia ab eodem constituta prorsus evincunt. Nullibi vero asserit Angelicus, posse Beneficiarios de amplis redditibus ecclesiasticis eodem modo deliberare ac de patrimonialibus. Hoc adeo certum est, ut vel ipsi adversarii aut fateri hoc cogantur, aut Angelico erroneam affingere sententiam, a Conciliis, & ab illis ipsis improbatam. Fac Episcopis decem, viginti, triginta, quinquaginta ducatorum millia in annos singulos redire ex bonis Ecclesiæ. Hypothesis istiusce haud est arbitraria, & commentitia, sed vera. Eorum congruæ, & honestæ, prout plus minusque eos decet, sustentationi quotannis superfunt alteri quinque, alteri decem, alteri viginti ducatorum millia. Poterunt ergo hæc omnia bona, quemadmodum patrimonialia, consanguineis, amicis, & quibuslque illis visum fuerit donare? Quid ad hæc? Si aiunt; errorem appingunt sancto Doctori, quem nullus vel laxissimus Casuistarum defendit; quem immo Angelicus ipse 2. 2. *quæst.* clxxxv. *art.* 7. *ad* 2. conceptis verbis explodit. *Ideo si de eo quod usui Episcopi, vel alicuius Clerici est deputatum, velit aliquid sibi subtrahere, & consanguineis, vel aliis dare, non peccat, dummodo illud faciat moderate; idest, ut non indigeant, non autem ut ditiores inde fiant.* Nota bene P. Billuart *si velit aliquid sibi subtrahere*. Non dicit Angelicus si Beneficiarii de superfluis disponere velint. Nullibi hunc errorem Angelicus docet; sed si velit de his bonis quæ congruæ sustentationi sunt deputata, aliquid subtrahere, & consanguineis dare, ne indigeant; non peccat nec contra caritatem. Si negant; diversa ergo eit bonorum patrimonialium ratio a redditibus ecclesiasticis, ubi Beneficiarii deputatis. Nam bona patrimonialia omnia consanguineis, amicisve donare possunt Beneficiarii, secus ecclesiastica. Nec dicas eamdem esse utriusque generis bonorum rationem, si dominium, & a restitutione immunitas spectetur; secus, si caritatis ratio habeatur. Hoc quippe perfugium iam supra occlusum fuit. Dictum est enim, quod verba Angelici ambigua, sicut cuiuslque Doctoris, legilque, interpretanda sunt iuxta principia certa, & clara quæ in eadem materia Doctor, aut lex habet. Porro iam indicata sunt perspicua, & evidentia sancti Doctoris principia: videlicet quod redituum ecclesiasticorum *dispensatores, non domini*, sint clerici; quod Christi fideles eo animo Ecclesiis ampla bona donaverint, ut per earum Prælatos pauperibus dispensarentur. Ad hanc principiorum armaturam revocanda sunt verba quæ opponuntur. Nam fatentibus adversariis, præfata verba, si ad litteræ corticem accipiantur, erroneum produnt sensum, licere minimum Beneficiario reditus ecclesiasticos, quamcumlibet pingues, perinde ac patrimonialia bona, in quos velit usus convertere. Quem errorem, ut diximus, & Angelicus ipse, & recentiores reiiciunt. Egent ergo laudata Aquinatis verba interpretatione. Qua, amabo te? Fortassis ea quæ faveat novæ adversariorum opinioni? Minime gentium. Sed ea quæ consona sit manifestissimis principiis quæ tum in sua Summa, tum in Commentariis in Epistolas D. Pauli, tum in Quodlibetis toties fine ulla ambiguitate Angelicus repetit, & inculcat. Verum, ne nimiæ prolixitatis tædio lectorem afficiam, paucis, & clarius angelicæ doctrinæ summam iterum sub oculos refero. Ecclesiasticorum redituum portionem talem sibi destinare iure valent Beneficiarii quæ congruæ suæ sustentationi, attentis loci, personæ & dignitatis conditionibus, satis sit. Si in illius portionis definienda mensura aliquantulum excesserint Beneficiarii, non propterea culpæ, saltem gravis, damnandi sunt: quia in his certi limites non sunt constituti, ut peroptime more suo inquit Angelicus. Istius portionis domini sunt Beneficiarii. Aliquid ex eadem detnere valent, ut consanguineis, ne indigeant, non ut ditescant, donent. Et profecto, si ad leges iustæ distributionis portio designata sit, nequeunt habere Beneficiarii unde consanguineos ditiores efficiant. Quare si excessus sit notabilis in portione quam sibi ex reditibus Beneficiarii vindicant, tum graviter peccant contra fidem dispensatoris, inquit Angelicus; atque adeo restitutionis onere gravantur. Quæ dictæ congruæ sustentationi remanent, superflua sunt; & hæc omnia (dicit compertissi-

me S. Thomas) ex iustitia pauperibus debentur, & in alios pios usus impendenda sunt. Hæc est germana, & constans D. Thomæ doctrina, penes omnes illius temporis Theologos, & Canonistas communis. Et hoc est quod validius confirmat interpretationem nostram, laudatæ antiquiorum omnium Doctorum sententiæ consonam. In præsens, cum nulla prorsus sit bonorum divisio, idcirco nihil suffragari contrariæ opinioni doctrina S. Thomæ potest.

XXX. Aniadversiones in arbitraria commenta P. Caroli Billuart. Is fuso calamo interpretari S. Thomæ doctrinam contendit, sed revera eam implicat, perturbat, & inanimi verborum involucro obtegerat. Ut liberius suis indulgeat cavillationibus, neque ex Quodlibetis, neque ex Summa refert, ut iam indicavi, verba quibus S. Doctor declarat Clericos meros esse DISPENSATORES reditnum Ecclesiæ. Quo animo id prætermiserit, penes ipsum sit. Si ex iis quæ sub lentius cadunt, ratiocinari fas est, aut fraus, aut turpis ociitantia, in interprete non ferenda, apparet. Quid quod hunc interpretem non pudeat effutire *pag.* 87. S. Thomam dominium tribuere Clericis in bona superflua, quæ pauperibus debentur? quando e contrario toties conceptis verbis Doctor tantus ait, Clericos esse puros putoique dispensatores bonorum Ecclesiæ, in tantum excepta quæ congruæ sustentationi suæ necessaria. Tam perspicua est hæc de causa S. Thomæ doctrina, ut vel ipsis exteris Theologis obvia sit, in quos invehitur noster P. Billuart. Plura asgliemerat adversus perdoctum *Stapletonum* sincere exponentem angelicam doctrinam. Irascitur *P. Henno* celebri Theologo Franciscano, quod asserat S. Thomam *non inficete* loqui de portione congruæ sustentationi necessaria, non de superflua, in iis verbis quibus comparat cum bonis patrimonialibus bona Ecclesiæ. Nunquam ego legi P. Henno, quia eius libris careo; sed illius interpretatio germana est, & obvia cuique legenti textum S. Thomæ. Et tamen P. Billuart nam deridet, ipse profecto deridendus, atque exsibilandus. Tandem *pag.* 92. excandescit P. Billuart adversus *Pontas*, quod verb. *Benef.* scribat S. Thomam *clarissime*, & *sine ambiguitate* sententiam docere nostram. Numquid, clamat P. Billuart, Doctor iste Parisiensis oculatior fuit *antiquioribus*, & *oculatissimis S. Thomæ interpretibus, qui diu noctuque Summam angelicam versantes, nec per umbram viderunt quod iste vidit; immo contra oppositum clarissime, & sine ambiguitate traditum agnoverunt.* Audistin' Doctorem Belgam furentem in Doctorem Parisiensem? Quæso te, mi Billuart, ut leni placatoque animo dulce colloquium habeamus. Quinam sunt illi antiquiores, & oculatissimi interpretes S. Thomæ? Legisti ne *Petrum de Palude* celebrem; antiquioremque S. Thomæ interpretem, qui commenta tua improbat? Legisti ne *S. Antoninum*, qui a nostra sententia stare S. Thomam aperte testatur? Legisti ne *Maiorem* scribentem in IV. dist. 24. quæst. XVII. *Nullus stat formaliter pro conclusione quam tenco, quam ipse S. Thomas.* Legisti ne *Cardinalem Cajetanum* 2. 2. quæst. XIII. art. 8. & quæst. CLXXV. art. 7. Legisti ne sapientissimum *Petrum Soium*, qui sententiam tuam tamquam errorem gravissimum improbat? Qui sunt ergo hi tui antiquiores interpretes diurni, atque nocturni? Pace tua dicam ego, Unus est Probabilista *Sylvius*, quem legisti; cuius commentaria licet in pluribus magni faciam, in multis tamen, præsertim ubi de christiana morum doctrina sermo recurrit, laxitatis probabilisticæ faligine tincta deprehendi. Et quoniam hunc Auctorem secutus est, ideo ejus tum non raro simili laxitatis lue aspersum est. Si doctissimos Dominicanos tum antiquos, tum modernos legisset, dubio procul in oppositam concessisset sententiam, & S. Thomæ germanam affectus fuisset doctrinam. Hæc pauca pro re nata adversus domestici Scriptoris commenta scripsi, cuius personam colo, & veneror, eroque ut in morum doctrina explicanda cautior in posterum sit.

§. V.

*Clarius sententia nostra exponitur. Auctoritate Theologorum, & Canonistarum, ratione numque momentis confirmatur distinctis conclusionibus.*

## PRIMA CONCLUSIO.

*Portio pauperum semper permixta fuit reditibus Beneficiorum.*

XXXI. Disputationem hanc iam pridem absolveram, & nunc dum eruditam pars prælo subiecta erat, ad manus pervenit insens volumen, quod de *Synodo Dioecesana* edidit hoc currente anno MDCCXLVIII. SAPIENTISSIMUS PONTIFEX BENEDICTUS XIV. feliciter ad publicam catholicæ Ecclesiæ utilitatem regnans. Opus est omnigena eruditione, doctrinaque refertum, gravi elegantique stilo, & quod plus est, summa perspicuitate, quæ tanti Auctoris dos est, & character singularis, digestum. Porro is *Lib. VII. cap.* 11. controversiam hanc vertat, & quidquid solidioris momenti in utramque partem disputatum hactenus fuit, paucis comprehendit, & ob oculos ponit; illustratque claritate incredibili, & exquisita eruditione. Nihil ipse pro sua maxima prudentia desinit, sed Episcopos ceu doctissimus Magister imbuit, eisque cautissimam præscribit methodum super hac controversia in Synodo servandam. Nullum me legisse fateor Pontificis illius vere MAXIMI opus quin singularem retulerim profectum. In hac vero impeditissima disputatione plurima didici quæ viam mihi sternunt ad ea quæ scripsi, & nondum prælo subieci, illustranda, atque ornanda. Isthuc transcribo quæ loco principii ille constituit pag. 234. num. 3. *Certum pariter est, ante factam divisionem bonorum ecclesiasticorum, debuisse Episcopum, ad quem pertinebat eorumdem administratio, partem singulis assignatam fideliter elargiri, nec potuisse absque violatione iustitiæ commutativæ pauperes fraudare ea quarta parte proventuum quæ iuxta eius ævi disciplinam erat pauperum indigentiis sublevandis destinata: quod quidem onus ex ea profluens iustitiæ virtute, tibi in locis in quibus nondum facta est prædicta divisio, etiamnum incumbit Episcopis, Abbatibus, aliisve Beneficiariis, quorum ecclesiasticis reditibus sunt illi admixti, pauperibus, ac Ecclesiæ fabricæ iuxta prifcam institutionem attributi. Ex quibus propterea si aliquid sibi usurpent, sunt iniusti rei alieno detentores, & tenentur ad restitutionem.*

XXXII. Hoc sapientissimi Pontificis præiacto fundamento, illud cum primis enucleandum superest, sint ne in præsens bona ecclesiastica Beneficiariorum indivisa. Si enim constaret reditus nunc, quemadmodum olim, non esse in quatuor partes tributos, nullum ferveret Theologos inter dissidium. Omnium quippe, uno aut altero Probabilista excepto, tententia violatæ iustitiæ rei haberentur Beneficiarii, si quidquam sibi ex pauperum portione usurparent, ut docet eruditissimus Pontifex. In hoc ergo difficultas vertitur, utrum sint eiusmodi bona indivisa. Adfirmo ego pluribus, & ni fallor, manifestis argumentis. Et primum, iam inde a principio peractæ divisionis, administratio portionis pauperum penes Episcopos & Beneficiarios remanlit. Numquam pauperum certui assignata fuit ecclesiasticorum reditnum portio: numquam pauperes suæ portionis dominio, & administratione potiti fuerunt. Sed Episcopi, & Beneficiarii aut te ipsis, aut ministrorum opera portionem hanc, quæ modo maior, modo minor erat, iuxta maiorem, aut minorem reditnum abundantiam, distribuebant. Hoc plurium Conciliorum auctoritate confirmare possum. Concilium Moguntinum *can.* VIII. id clare docet. *Ut Episcopi pos*ſ*tatem habeant res ecclesiasticas providere, regere, & gubernare, atque dispensare secundum Canonum auctoritatem volumus.* Idem docet Concilium Turonense III. can. 11. *Licitum sit Episcopis, præsentibus Presbyteris & Diaconis, de thesauro Ecclesiæ, familiæ, & pauperibus eius Ecclesiæ secundum canonicam institutionem, iuxta quod indignerint, erogare.* Plura alia Conciliia refert Natalis Alexander in sua *Historia ecclesiastica sæcul. IX. & X.* Sed his omissis transcribam duntaxat sanctionem quæ hac de re habetur in Capitularibus Regum Francorum Lib. VII. cap. CCCLXXV. *Iustituendi sunt Presbyteri, pariterque admonendi, quatenus noverint decimas, & oblationes, quas a fidelibus accipiunt, pauperum, & hospitum, & peregrinorum esse stipendia; & non quasi suis, sed quasi commendatis sibi debere: de quibus omnibus sciant se rationem reddituros in conspectu divinæ maiestatis, & nisi eas fideliter pauperibus, & his quibus permissum est, administraverint, condemnationem passuros. Qualiter vero dispensari debeant, Canones sacri instituunt: scilicet ut quatuor partes ex omnibus fiant, una ad fabricam Ecclesiæ relevandam, altera pauperibus distribuenda, tertia a Presbytero cum suis Clericis habenda, quarta Episcopo reservanda. Et quidquid exinde Pontifex iusserit, prudenti consilio est faciendum.*

XXXIII. Pluribus in locis panperes in tabulis, sive in matricula Ecclesiæ descripti erant: quocirca matricularij nuncupabantur, ut colligitur ex Hincmaro, qui in suo Capitulari secundo *cap.* XVII. statuit, *ut* Curatus *matricularios habeat iuxta qualitatem loci, non bubulcos, aut porcarios, sed debiles, & pauperes, & de eodem dominio.* Et in Synodo Remensi celebrata anno 874. *cap.* 11. de iisdem matriculariis sic dicitur. *Sæpe vos admonui de matricularitis, quales suscipere debeatis, & qualiter eis partem decimæ dispensare debeatis .... interdixi vobis Dei auctoritate ut nemo Presbyter pro loco matriculæ quodcumque xeuium, vel servitium in messe, vel in quacumque suo servitio præsumat acquirere, vel accipere; & matricularitis debitam partem*

me S. Thomas) ex iustitia pauperibus debentur, & in alios pios usus impendenda sunt. Hæc est germana, & constans D. Thomæ doctrina, penes omnes illius temporis Theologos, & Canonistas communis. Et hoc est quod validius confirmat interpretationem nostram, laudatæ antiquiorum omnium Doctorum sententiæ consonam. In præsens, cum nulla prorsus sit bonorum divisio, idcirco nihil suffragari contrariæ opinioni doctrina S. Thomæ potest.

XXX. Aniadversiones in arbitraria commenta P. Caroli Billuart. Is fuso calamo interpretari S. Thomæ doctrinam contendit, sed revera eam implicat, perturbat, & inanimi verborum involucro obtegerat. Ut liberius suis indulgeat cavillationibus, neque ex Quodlibetis, neque ex Summa refert, ut iam indicavi, verba quibus S. Doctor declarat Clericos meros esse DISPENSATORES reditnum Ecclesiæ. Quo animo id prætermiserit, penes ipsum sit. Si ex iis quæ sub lentius cadunt, ratiocinari fas est, aut fraus, aut turpis ociitantia, in interprete non ferenda, apparet. Quid quod hunc interpretem non pudeat effutire *pag.* 87. S. Thomam dominium tribuere Clericis in bona superflua, quæ pauperibus debentur? quando e contrario toties conceptis verbis Doctor tantus ait, Clericos esse puros putoique dispensatores bonorum Ecclesiæ, in tantum excepta quæ congruæ sustentationi suæ necessaria. Tam perspicua est hæc de causa S. Thomæ doctrina, ut vel ipsis exteris Theologis obvia sit, in quos invehitur noster P. Billuart. Plura asgliemerat adversus perdoctum *Stapletonum* sincere exponentem angelicam doctrinam. Irascitur *P. Henno* celebri Theologo Franciscano, quod asserat S. Thomam *non inficete* loqui de portione congruæ sustentationi necessaria, non de superflua, in iis verbis quibus comparat cum bonis patrimonialibus bona Ecclesiæ. Nunquam ego legi P. Henno, quia eius libris careo; sed illius interpretatio germana est, & obvia cuique legenti textum S. Thomæ. Et tamen P. Billuart nam deridet, ipse profecto deridendus, atque exsibilandus. Tandem *pag.* 92. excandescit P. Billuart adversus *Pontas*, quod verb. *Benef.* scribat S. Thomam *clarissime*, & *sine ambiguitate* sententiam docere nostram. Numquid, clamat P. Billuart, Doctor iste Parisiensis oculatior fuit *antiquioribus*, & *oculatissimis S. Thomæ interpretibus, qui diu noctuque Summam angelicam versantes, nec per umbram viderunt quod iste vidit; immo contra oppositum clarissime, & sine ambiguitate traditum agnoverunt.* Audistin' Doctorem Belgam furentem in Doctorem Parisiensem? Quæso te, mi Billuart, ut leni placatoque animo dulce colloquium habeamus. Quinam sunt illi antiquiores, & oculatissimi interpretes S. Thomæ? Legisti ne *Petrum de Palude* celebrem; antiquioremque S. Thomæ interpretem, qui commenta tua improbat? Legisti ne *S. Antoninum*, qui a nostra sententia stare S. Thomam aperte testatur? Legisti ne *Maiorem* scribentem in IV. dist. 24. quæst. XVII. *Nullus stat formaliter pro conclusione quam tenco, quam ipse S. Thomas.* Legisti ne *Cardinalem Cajetanum* 2. 2. quæst. XIII. art. 8. & quæst. CLXXV. art. 7. Legisti ne sapientissimum *Petrum Soium*, qui sententiam tuam tamquam errorem gravissimum improbat? Qui sunt ergo hi tui antiquiores interpretes diurni, atque nocturni? Pace tua dicam ego, Unus est Probabilista *Sylvius*, quem legisti; cuius commentaria licet in pluribus magni faciam, in multis tamen, præsertim ubi de christiana morum doctrina sermo recurrit, laxitatis probabilisticæ faligine tincta deprehendi. Et quoniam hunc Auctorem secutus est, ideo ejus tum non raro simili laxitatis lue aspersum est. Si doctissimos Dominicanos tum antiquos, tum modernos legisset, dubio procul in oppositam concessisset sententiam, & S. Thomæ germanam affectus fuisset doctrinam. Hæc pauca pro re nata adversus domestici Scriptoris commenta scripsi, cuius personam colo, & veneror, eroque ut in morum doctrina explicanda cautior in posterum sit.

§. V.

*Clarius sententia nostra exponitur. Auctoritate Theologorum, & Canonistarum, ratione numque momentis confirmatur distinctis conclusionibus.*

## PRIMA CONCLUSIO.

*Portio pauperum semper permixta fuit reditibus Beneficiorum.*

XXXI. Disputationem hanc iam pridem absolveram, & nunc dum eruditam pars prælo subiecta erat, ad manus pervenit insens volumen, quod de *Synodo Dioecesana* edidit hoc currente anno MDCCXLVIII. SAPIENTISSIMUS PONTIFEX BENEDICTUS XIV. feliciter ad publicam catholicæ Ecclesiæ utilitatem regnans. Opus est omnigena eruditione, doctrinaque refertum, gravi elegantique stilo, & quod plus est, summa perspicuitate, quæ tanti Auctoris dos est, & character singularis, digestum. Porro is *Lib. VII. cap.* 11. controversiam hanc vertat, & quidquid solidioris momenti in utramque partem disputatum hactenus fuit, paucis comprehendit, & ob oculos ponit; illustratque claritate incredibili, & exquisita eruditione. Nihil ipse pro sua maxima prudentia desinit, sed Episcopos ceu doctissimus Magister imbuit, eisque cautissimam præscribit methodum super hac controversia in Synodo servandam. Nullum me legisse fateor Pontificis illius vere MAXIMI opus quin singularem retulerim profectum. In hac vero impeditissima disputatione plurima didici quæ viam mihi sternunt ad ea quæ scripsi, & nondum prælo subieci, illustranda, atque ornanda. Isthuc transcribo quæ loco principii ille constituit pag. 234. num. 3. *Certum pariter est, ante factam divisionem bonorum ecclesiasticorum, debuisse Episcopum, ad quem pertinebat eorumdem administratio, partem singulis assignatam fideliter elargiri, nec potuisse absque violatione iustitiæ commutativæ pauperes fraudare ea quarta parte proventuum quæ iuxta eius ævi disciplinam erat pauperum indigentiis sublevandis destinata: quod quidem onus ex ea profluens iustitiæ virtute, tibi in locis in quibus nondum facta est prædicta divisio, etiamnum incumbit Episcopis, Abbatibus, aliisve Beneficiariis, quorum ecclesiasticis reditibus sunt illi admixti, pauperibus, ac Ecclesiæ fabricæ iuxta prifcam institutionem attributi. Ex quibus propterea si aliquid sibi usurpent, sunt iniusti rei alieno detentores, & tenentur ad restitutionem.*

XXXII. Hoc sapientissimi Pontificis præiacto fundamento, illud cum primis enucleandum superest, sint ne in præsens bona ecclesiastica Beneficiariorum indivisa. Si enim constaret reditus nunc, quemadmodum olim, non esse in quatuor partes tributos, nullum ferveret Theologos inter dissidium. Omnium quippe, uno aut altero Probabilista excepto, tententia violatæ iustitiæ rei haberentur Beneficiarii, si quidquam sibi ex pauperum portione usurparent, ut docet eruditissimus Pontifex. In hoc ergo difficultas vertitur, utrum sint eiusmodi bona indivisa. Adfirmo ego pluribus, & ni fallor, manifestis argumentis. Et primum, iam inde a principio peractæ divisionis, administratio portionis pauperum penes Episcopos & Beneficiarios remanlit. Numquam pauperum certui assignata fuit ecclesiasticorum reditnum portio: numquam pauperes suæ portionis dominio, & administratione potiti fuerunt. Sed Episcopi, & Beneficiarii aut te ipsis, aut ministrorum opera portionem hanc, quæ modo maior, modo minor erat, iuxta maiorem, aut minorem reditnum abundantiam, distribuebant. Hoc plurium Conciliorum auctoritate confirmare possum. Concilium Moguntinum *can.* VIII. id clare docet. *Ut Episcopi pos*ſ*tatem habeant res ecclesiasticas providere, regere, & gubernare, atque dispensare secundum Canonum auctoritatem volumus.* Idem docet Concilium Turonense III. can. 11. *Licitum sit Episcopis, præsentibus Presbyteris & Diaconis, de thesauro Ecclesiæ, familiæ, & pauperibus eius Ecclesiæ secundum canonicam institutionem, iuxta quod indignerint, erogare.* Plura alia Conciliia refert Natalis Alexander in sua *Historia ecclesiastica sæcul. IX. & X.* Sed his omissis transcribam duntaxat sanctionem quæ hac de re habetur in Capitularibus Regum Francorum Lib. VII. cap. CCCLXXV. *Iustituendi sunt Presbyteri, pariterque admonendi, quatenus noverint decimas, & oblationes, quas a fidelibus accipiunt, pauperum, & hospitum, & peregrinorum esse stipendia; & non quasi suis, sed quasi commendatis sibi debere: de quibus omnibus sciant se rationem reddituros in conspectu divinæ maiestatis, & nisi eas fideliter pauperibus, & his quibus permissum est, administraverint, condemnationem passuros. Qualiter vero dispensari debeant, Canones sacri instituunt: scilicet ut quatuor partes ex omnibus fiant, una ad fabricam Ecclesiæ relevandam, altera pauperibus distribuenda, tertia a Presbytero cum suis Clericis habenda, quarta Episcopo reservanda. Et quidquid exinde Pontifex iusserit, prudenti consilio est faciendum.*

XXXIII. Pluribus in locis panperes in tabulis, sive in matricula Ecclesiæ descripti erant: quocirca matricularij nuncupabantur, ut colligitur ex Hincmaro, qui in suo Capitulari secundo *cap.* XVII. statuit, *ut* Curatus *matricularios habeat iuxta qualitatem loci, non bubulcos, aut porcarios, sed debiles, & pauperes, & de eodem dominio.* Et in Synodo Remensi celebrata anno 874. *cap.* 11. de iisdem matriculariis sic dicitur. *Sæpe vos admonui de matricularitis, quales suscipere debeatis, & qualiter eis partem decimæ dispensare debeatis .... interdixi vobis Dei auctoritate ut nemo Presbyter pro loco matriculæ quodcumque xeuium, vel servitium in messe, vel in quacumque suo servitio præsumat acquirere, vel accipere; & matricularitis debitam partem*

*decimæ quam fideles pro peccatis suis redimendis Domino offerunt, nemo præsumat vendere.*

XXXIV. Hinc evidenter colligitur, Beneficiariis semper hæsisse onus administrandæ, & distribuendæ portionis ecclesiasticæ velut annonæ pauperibus debitæ. Quod portio debita Clero de vivo detracta fuerit, eidemque consignata, & in eiusdem dominium, & administrationem migraverit, planum est & exploratum, oculisque conspicitur. Portio vero pauperibus debita permixta semper fuit bonis Beneficiariorum; & eam singulis annis seiungendam, distribuendamque a Beneficiariis sacri Canones præcipiunt. Quod ut compertius fiat, falsa recentiorum imaginatio explodenda est. Sibi fingere isti videntur, ecclesiasticos reditus vivum quoddam esse stabile, & permanens; & tributum in partes quatuor ad præsens usque tempus consistere, nulli obnoxium vicissitudini. Existimant pauperum portionem de vivo detractam, & re separatam in pauperum Reipublicæ dominium devenisse. Quod commentum quam sit inane, nemo non videt. Reditus ecclesiastici sub initium, fidei Episcoporum commissi in communi possidebantur; & ab Episcopo ministrorum opera, singulis, prout opus erat, dividebantur. Refrigescente caritate, & Ecclesiasticorum avaritia invalescente, Episcopi aliqui negligentes pauperibus, & Ecclesiarum cultu, Clericque, in suos, & consanguineorum profanos usus, sacros proventus plus iusto convertebant. Partitio imperata fuit, Clero sua portio separatim consignata, & pauperum portio bonis Beneficiariorum permixta, singulis annis taxata ab ipsis Beneficiariis, conferebatur pauperibus. Sacri reditus iis mutationibus quibus omnes res temporariæ, obnoxii fuere. Qui primum partiti sunt, fortasse ex toto perierunt. Temporis successu iuxta augmentum, vel decrementum redituum qui a Christi fidelibus in dies conferebantur, crescebat, aut diminuebatur pauperum portio. A tempore primæ divisionis ad hanc usque ætatem nostram innumera sunt instituta beneficia, Episcopatus, capellaniæ, & anniversaria. Amplissima prædia, fundi, census, & ingentia bona Ecclesiis donata reperiuntur. Quin pingues reditus, quos Beneficiariorum, seu Episcoporum plurimi possident, plura sæcula post institutam partitionem a christianis Principibus, aliisque divitibus catholicis oblati fuere. Quandonam de illis dempta fuit portio pauperum? Ubinam sita? In quibus prædiis fundata? Quinam œconomus, aut dispensator, præter Beneficiarios, instituta? Ex quibus omnibus patet pauperum portionem Beneficiariorum reditibus semper immixtam permansisse. Partitio hæc saltem singulis quinquenniis, ne dicam singulis annis, fieri deberet; cum singulis fere annis crescant, & decrescant Beneficii reditus.

XXXV. In nostræ propositionis confirmationem luculentior accedit ratio. Cuiuslibet sæculi Concilia, Pontifices, Patresque omnes vocem exaltarunt adversus Episcopos, animarumque curatores in pauperes immisericordes. Eos redarguerunt, revolque furti, & rapinæ appellarunt, ac tamquam Christi, pauperumque patrimonii dilapidatores imprebarunt. Revolve recentia, & antiqua tempora. Consule omnia Concilia a tempore institutæ partitionis usque ad ultimum Tridentinum celebrata: nullibi vel leve vestigium offendes, quod aliquis œconomus, sive dispensator portionis pauperum, distinctus a Beneficiariis, arguatur infidelitatis in exercitio suæ administrationis. Magno igitur argumento esse nobis debet, reipsa eiusmodi œconomos numquam institutos fuisse, nec pauperum portionem separatam extitisse. Negans est argumentum: affirmans pronamus. Concilia omnia tum antiqua, tum recentia, potissimum Tridentinum, solis Episcopis, atque Beneficiariis infidelem portionis pauperum administrationem exprobrant: illos solos accusant: his solis pauperum curam, tamquam veris patribus, committunt: his solis vetant ne pauperum subsidiis ditescant, ne Christi patrimonium, vorace fidelium in vanos usus, aut consanguineorum commodum impendant. Hoc idem docent recentiores Patres, & Doctores, Petrus Damianus, Gratianus, Bernardus, Raymundus, Thomas, Bonaventura, Alensis, Antoninus, Paludanus, ceterique communiter. Quid quod neque adversariorum unus unquam indicare potuit vel quempiam administratorem præfatæ portionis pauperibus debitæ distinctum a Beneficiariis, vel portionem ipsam separatam extare, vel extitisse a bonis Beneficiariorum? Quod quidam dixerint, pauperum portionem aut ad hospitalia pervenisse, vel commutatam esse in beneficia quæ vocantur præstimonialia, studio nimirum eorum deputata qui futuri sunt Clerici, gratis afferitur. Hospitalia suos habent pios fundatores. Beneficia præstimonialia, quæ non ubique extant, vel aliis beneficiis collapsis, quibus cura animarum erat annexa, successerunt; vel peculiaribus fidelium legatis consulunt, vel ab Episcopis ipsis quidquam suæ redundantis portionis conferentibus fuerunt instituta. Sed quid



quid otium ludimus in his explodendis commentis, quæ seipsis corruunt? Quandoquidem, ut iterum repetamus quod alias dictum est, si ad alios pauperum portio, præter Beneficiarios, pervenisset; illi, non isti redarguti, pœnisque multati a Conciliis fuissent. Verum contra omnino res accidit. Quid plura? Percurramus omnia beneficia, tum episcopalia, tum parochialia, tum capitularia, a sex sæculis. Provoco adversarios ut vel unius beneficii documenta prodant iactatæ divisionis. Quid ad hæc? Frater excludere ne fratrem posset a communi patrimonii portione eidem debita, nisi erinceret documentis, & quidem luculentis divisionem factam fuisse, suamque portionem iamdiu habuisse? Perhibeant Beneficiarii divisionem redituum Ecclesiarum, quos nunc percipiunt; & continuo illos a debito institutæ absolvimus. Nimis ridicularios sese exhiberent, si divisionem obtruderent peractam quarto, aut quinto, aut posterioribus sæculis, quando hodierna beneficia necdum erant instituta. Ut nulli extabant reditus quos nunc percipiunt, nec ulli nunc consistunt eorum quos perceperunt antiqui Beneficiarii. Evidens ergo, compertumque manet, pauperum ilipem Beneficiariorum reditibus permixtam esse, eiusdemque solos Beneficiarios administrandæ onere devinctos exillere.

## SECUNDA CONCLUSIO.

*Portionis quæ taxatur pro congrua Beneficiariorum sustentatione, dominium est penes eosdem. Prudentia in hac desnienda mensura.*

XXXVI. Quod Beneficiarii sint domini suæ portionis, ex eo primum constare videtur quod in hunc etiam finem instituta partitio fuerit. Ut quid enim adiudicata fuisset singulis propria portio, nisi ut quisque pro libito sua uteretur? Non ne pauperes acceptæ stipis sibi collatæ veri domini efficiuntur? Quidni igitur & Beneficiarii sue?

XXXVII. Verum potissima ratio cur Beneficiarii dominium in suam acquirunt portionem, ex mutuo veluti contractu Pastores inter & subditos inito accertitur. Sacerdotes ad beneficia assumpti regimen animarum suscipiunt, laboriosum obeunt ministerium, diu noctuque custodiendo gregi invigilant, cælestia, divinaque fidelibus porrigunt alimenta. Hi toti divinis addicti rebus subsidia temporalia comparare sibi nequeunt. Igitur æquitatis, & iustitiæ ratio postulat ut necessaria sustentandæ vitæ annona illis pendatur. Porro operariorum quilibet dominium acquirit illius mercedis, & stipendii quod ipsi ob præstitos labores, & operam solvitur. Iure divino constitutum est ut qui altari inservit, de altari vivat. Quid ergo impedit quominus dominium suæ mercedis ob laborem debitæ assequantur Beneficiarii? Nec est quod in re aperta diutius immoremur.

XXXVIII. Mensura illius portionis gradus excipit, & latitudinem. Limites certi definiri nequeunt, cum mensura illa quæ uni satis est, minime sufficiat alteri. Dignitas personæ, non per comparationem ad sanguinis nobilitatem, sed per respectum ad gradum quem sustinet, spectanda est. Si filius Regis ruris alicuius Parochus fieret; non propterea regius ornatus, nec splendidior eo qui talis loci Parocho congruit, licitus illi esset. Ecclesiastica ergo dignitas, loci amplitudo, & maiestas, redituum copia, & id genus aliæ in definienda Beneficiarii portione præ oculis habenda sunt. Et quoniam huius taxationis ipsemet Beneficiarius limites præscribit, fidelis dispensatoris, & æqui arbitri vices gerere debet. Scrupuli, perplexitates, nimia superstitio, severæ moralitates, & similia abigenda sunt. Prudentiæ christianæ, Canonum, Patrumque regulas meditari Beneficiarii debent ex una parte in taxanda mensura portionis propriæ sustentationi debitæ ex Ecclesiæ reditibus. Ex alia vero considerare debent non modo luam ipsorum sustentationem, sed etiam familiam, servos, honestas recreationes, convenientia donaria, consueta convivia, & cetera id genus, quæ omnibus inspectis, eorum statui congruunt. Et tametsi facilior sit in hac definnanda mensura excessus quam defectus, eo quod ipsimet Beneficiarii sedeant in causa propria iudices; non ideirco tamen criminis statim arguendi sunt, nisi manifestus appareat excessus, ut scite Angelicus docet 2. 2. quæst. clxxxv. art. 7. *Et siquidem in modico deficiat, vel superabundet, potest hoc fieri absque bone fidei detrimento: quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud quod fieri oportet. Si vero sit multus excessus, non potest latere: unde videtur bone fidei repugnare: & ideo non est absque peccato mortali.* Extremum itaque alterum nimii rigoris, in quod difficile impingitur, & nimiæ laxitatis alterum extremum, in quod passim offenditur, debent Beneficiarii omnes pari studio evitare.

## TERTIA CONCLUSIO.

*Beneficiarii non sunt absolute, & omnino domini ecclesiasticorum redituum. Iustitiæ lege tenentur erogare superflua in pauperes, aliaque pia opera.*

XXXIX. UT vi & ratione propositam conclusionem evincam, nonnulla præmittam oportet quæ dominium Beneficiariorum in sacros reditus spectant. Sermo non est in præsentia de dominio portionis debitæ Beneficiariis pro eorum congrua sustentatione. Iam enim illis communi Doctorum assensione adiudicatum est illius iustæ mercedis, & stipendii dominium. De superfluorum redituum dominio disputatio instituitur. Triplex hoc de argumento sententia. Prima nullo Beneficiarios pollere dominio in superfluos Ecclesiæ reditus docet. Secunda illis dominium concedit, sed iustitiæ onere gravatum erogandi in pios usus superflua. Tertia absolutum dominium beneficiarios habere contendit omnium redituum qui illis ex ecclesiastico Beneficio obveniunt. Hanc tertiam ut falsam reiicimus; primam, & alteram in examen vocamus.

XL. Discrimen quod inter primam & secundam sententiam intercedit, nullius ponderis est, cum utraque eodem spectet, ut evincat iustitiæ lege devinctos Beneficiarios ad superfluorum distributionem. Auctores secundæ sententiæ plurima congerunt exempla, quibus ostendant frequenter accidere ut dominium concedatur onere restitutionis gravatum. Sic dotis dominus maritus evadit; sed cum onere eam in quibusdam eventibus restituendi. Dominium fideicommissarii restitutionis debito illigatum est. Rei mutuatæ dominium in mutuatarium transit, sed restitutionis onere affectum. Marcus Antonius Marsilius Columna Bononiensis fuse hac de re disputat in tractatu de origine, & iure ecclesiasticorum redituum *part.* III. *cap.* XXI. omnia tamen implicat, ut Beneficiarios ab onere restituendi superflua in vanos usus distributa liberet. Ceterum non est cur plura promamus non exempla; cum nullum sit, aut esse possit dissidium, quod reditus ecclesiastici valeant sub hac conditione, & onere a fidelibus Beneficiariis conferri. In hoc dumtaxat difficultas vertitur, sint ne reapse præfati reditus tali onere gravati, ut quod superest congruæ sustentationi, iustitiæ lege sit in pios usus distribuendum.

XLI. Quinam ex his duabus sententiis præferenda sit, non facile pronuntiaverim. Utique, quam maluerit, fingere valet, cum eodem utraque recidat. Æque enim Beneficiarii lege iustitiæ astricti sunt ad eroganda superflua, sive nullo dominio, sive dominio onere restitutionis gravato potiantur in ecclesiasticos reditus. Super alterius ergo sententiæ defectu, & prælatione iudicium suspendimus, quod nihil in rem nostram conferat. Hac ratione dictum in conclusione est, Beneficiarios non esse *absolute, & omnino dominos* redituum Ecclesiæ. His positis, conclusionis propositæ rationes promendæ sunt.

XLII. Quod antequam præsto, tria præmitto tamquam extra disputationis aleam constituta. Primum Episcopos, Pastores, & Beneficiarios omnes eisdem dotibus, prærogativis, & caracteribus nunc ac olim insignitos esse, iisdem onerum, & officiorum vinculis ligatos: olim, & nunc animarum curatores, pauperum, viduarum, & orphanorum patres œconomi, & provisores vigilantissimi. Alterum. Pii fideles eodem nunc ac olim Dei spiritu reguntur, dum sua bona Deo offerunt, dum reditibus Ecclesias ditant. Ergo eadem nunc ac olim bonorum ecclesiasticorum natura, & indoles; iisdemque gravata oneribus. Duo hæc sum, & immutabilia. Tertium. Partitio eiusmodi bonorum temporis decursu constituta, faciliorem, & lectiorem exequendæ distributionis ordinem, formamque spectat, ut scilicet fraudes, & iniustæ partitiones vitentur, ut fortius Beneficiarii urgeantur ad iustam, prudentemque dispensationem peragendam. Huc dumtaxat pertinent institutæ partitionis consilium, & finis. Nemo igitur adducere in disputationem iure valet, hanc partitionem a sanctissimis viris institutam, aut bonorum ecclesiasticorum naturam immutasse, aut immutare potuisse. Quis dixerit huc præfatam divisionem spectasse, ne Episcopi, & Beneficiarii in posterum essent patres pauperum, provisores orphanorum, & viduarum? Nemo sane id pronuntiare audebit. His igitur tamquam certissimis principiis constitutis, ad id quod instat, accedo.

XLIII. *Prima ratio* ex populi fidelis bona Ecclesiæ offerentis voluntate repetitur. Nulla usquam in universo orbe gens fuit, nulla natio, nulla secta, quæ tantum pecuniarum, redituumque in Dei cultum, Sacerdotum, ac pauperum subsidium contulerit, quemadmodum christiana. Non solum in id dedicavit decimas prædiales omnium fructuum e terræ satu obvenientium, & mixtas cuiusque generis pecudum, venationis, piscationis, ac lucri cuiusque iusque liciti; verum etiam tantum auri, argentique Ecclesiis donarunt Christiani, ut in quibuldam regnis effusam eorum liberalitatem legibus coercuerint Principes. Quis umquam in animum sibi induxerit, tam ingentia bona Christianos Ecclesiis donasse, ut Beneficiarios faginarent, divitesque efficerent? Ut eisdem luxuriandi, ludendi, convivandi, luxui, pompisque vanis indulgendi, consanguineoque ditandi occasionem præberent? Iste ne Christianorum finis? Isthuc ne spectarunt piorum fidelium voluntates? Cuiusnam generis fuerunt Christiani illi qui ubertimos illos reditus Ecclesiis tam effusa liberalitate impertierunt? Proborum, aut improborum? Pii sane, probique omnes benefactores illi fuerunt, qui ut propria redimerent peccata, bona illa, ceu victimas Deo consecratas, Episcopis donarunt. Quis diverit homines divitiis affluentes idcirco le, iusque consanguineos, & amicos patrimoniis suis spoliasse, ut id totum in Beneficiarorum, eorumque consanguineorum pompas, luxum, aut avaritiam iniusta liberalitate prodigerent? Si nemo sanæ mentis id asserere audit, consequitur necessario non alio animo Christianos beneficia instituisse, capellanias fundasse, dotesque adeo divites Ecclesiis contulisse, quam ut cultui divino, pauperumque necessitatibus consulerent.

XLIV. *Secunda ratio.* Rationem primam ex ipsa donationis natura petitam confirmant evidenterque efficiunt rum ipsi fideles, tum Concilia, & Canones omnes. Fideles in suis testamentis, & donationibus scripto exaratis conceptis verbis testantur, se in cultum Dei, in remissionem peccatorum, pauperumque subsidium suis bonis Ecclesias dotare. Sacrorum Canonum conditores, Pontifices nempe, & Episcopi, qui *donatarii* nuncupari valent, sub hoc onere, & conditione le præfata bona accepisse testantur, ubique clamantes, reditus istos Christi esse patrimonium, vota fidelium, pauperum, viduarumque subsidium. Quid pius requiritur ad constituendum leveræ iustitiæ contractum? Clarus hic patet utriusque partis tum dantis, tum recipientis mutuus consensus. Inest ergo Beneficiariis iustitiæ onus erogandi superflua.

XLV. *Tertia ratio.* Duæ quas adduxi, rationes innumeris Canonum, & Pontificum, Patrumque auctoritatibus confirmari possunt. Sed, antiquis omnibus nullis (ne ad discrimina antiquorum, & recentium temporum perfugium pateat) unum & alterum testimonium temporum nostrorum afferam. Alexander III. *Lib. III. Dec. tit.* XXIV. *anno* 1170. Parisiensi Episcopo scribit cap. II. *Fraternitatem tuam credimus non latere, quod cum Episcopus, & quilibet Prælatus ecclesiasticarum rerum sit procurator, & non dominus* &c. Idem Pontifex in Concilio Lateranensi. 1179. celebrato perspicue docet, Ecclesiarum bona, pauperum usibus esse tributa, ut legere licet *cap.* Non minus *Lib. III. tit.* XLIX. ubi hæc habentur: *De bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & pauperum Christi usibus deputatis, voluntate fere cuncta compleri.* Sed pro omnibus unum allegare sufficiat Tridentinum Concilium sess. XXV. de Reform. cap. I. *Omnino vero Episcopis interdicit* (sancta Synodus) *ne ex redditibus Ecclesiæ, consanguineos, familiares ve suos augere studeant; cum & APOSTOLORUM CANONES prohibeant ne res ecclesiasticas, quæ DEI SUNT* &c. Audiitin Canones apostolici vetant ne bona ecclesiastica consanguineis donentur. Cur? Quia *DEI SUNT*, inquit sacra Synodus. Quid ad hæc Neoterici? Per exaggerationem, inquient, Concilia, & Pontifices loquuntur. Ita ne vero? Qui ergo erunt sinceri, & germani sacrorum Canonum, & piarum fidelium voluntatum interpretes? Numquid iuniores, noviique Casistæ ecclesiasticæ disciplinæ ignari?

XLVI. *Quarta ratio.* In morum controversiis rationes, non leparatim, ut fit cum de metaphysicis rebus sermo recurrit, sed coniunctim accipiendæ sunt. Porro si una conferantur & redituum ecclesiasticorum natura, quæ sacra omnino est (ut Angelicus, & omnes adfirmant) & fidelium voluntates, & sacrorum Conciliorum, seu universæ Ecclesiæ sanctiones; demonstratio adeo perspicua elicitur ad evincendum Beneficiarios non esse absolutos, verosque dominos redituum ecclesiasticorum, ut nemo luculentiorem desiderare valeat.

XLVII. *Quinta ratio.* Hactenus rationes adduximus quæ naturam redituum sacrorum consequuntur, & quæ ex pia fidelium voluntate, sacrisque Canonibus sponte profluunt. Nunc ex iis quæ ultro adversari concedunt, validiora argumenta dabimus. Fatentur igitur & ipsi, ante bonorum peractam divisionem, cum sacri reditus in communi erario custodirentur, non fuisse Episcopos eorumden bonorum dominos, sed procuratores, dispensatoresque. Tum solus Christus erat illorum bonorum dominus. Aut, si dominium penes Episcopos, seu Ecclesiam residebat, onere distribuendi præfata bona gravatum erat in Ecclesias refarciendas, in Clericos sustentandos, in pauperes iuvandos. Quo tamquam cer-

certo, ex ipsa adversariorum concessione, constituto, evidentem conficio argumentationem. Bonorum partitio eorumdem naturam, & conditionem minime mutat, nec mutare valet. Plures socii dominium directum, non utile, habent alicuius fundi: numquid, facta divisione, utrumque dominium, directum, & utile acquirant? Si prædium esset commune pluribus solummodo quantum ad dominium utile; evaderent ne, peracta divisione, domini directi? Si prædium commune obnoxium erat restitutioni, aut pensioni, quactumque partitione facta inter locios, onus restitutionis, aut pensionis non auferrur. Ante primam bonorum divisionem iniustitiæ labem non evitabant Beneficiarii, si quidquam eorumdem aut in profanos usus, aut in consanguineos prodegissent. Idem ergo crimen perpetrant post divisionem, si in similes usus talia bona distribuant. Ita communes erant Beneficiariis, fabricæ, & pauperibus ecclesiastici proventus ante partitionem, ut omnia quæ superarant congruæ ministrorum sustentationi, in pia opera insumi deberent, quemadmodum uitro adversarii fatentur. Ergo onus illud distribuendi superflua in pia opera, ita comitatur, & afficit partes, divisione facta, sicut afficiebat totum commune, antequam distraheretur in partes. Evidens quippe est quod pensio qua bona communia gravantur, non auferatur per divisionem eorumdem bonorum inter locios. Nonne, inquis, dominum diximus Beneficiarium suæ portionis? Ita est; sed cum onere distribuendi superflua iuæ honestæ sustentationi in opera pia, non secus ac ante divisionem. Quæ omnia magis perspicua fient, si animadvertatur, bonorum divisionem invectam esse ab Ecclesia, non quo Episcopi, & Beneficiarii liberi essent ab onere dispensandi superflua; sed potius ut actoribus stimulis urgerentur, cogerenturque Beneficiarii, potius etiam constitutis, ad eiusmodi superflua in pia opera eroganda. Iure naturali, atque divino obstricti Beneficiarii erant distribuendis omnibus quæ ex communi Ecclesiæ patrimonio honestis alimentis superfluebant. Numquid sacri Canones divisionem communis patrimonii imperando, iura naturalia, & divina de medio sustulerunt? Numquid perturbarunt? Numquid auferre, aut perturbare poterant? Iura illhæc æternum consistent. Partitio in partes quatuor ad disciplinam, & politiam spectat, quæ variari potest pro temporum, & circumstantiarum diversitate. Hinc est quod posteriora Concilia vix quartæ portionis meminerunt; sed absolute omnia superflua dispensari ab Episcopis, & Beneficiariis iubent.

XLVIII. *Sexta ratio.* Peccarent contra iustitiam Beneficiarii post divisionem bonorum, si partem destinatam pauperibus sibi usurparent. Hoc fatentur communiter omnes adversarii, nec Dominico Soto excepto, qui *Lib. X. q.* IV. *art.* 2. hanc statuit conclusionem, quæ est ordine quinta. *Ubi distincta sunt bona quæ debent in usum Episcopi cedere, ab aliis tribus quæ pauperibus, ac ministris, & cultui divino addicuntur, si Episcopus aliquid de his tribus portionibus retineret: non dubium quin contra fidem dispensationis mortaliter delinquat, & ad restitutionem teneatur.* Portionem pauperum semper administrarunt Beneficiarii, ut demonstratum est paragrapho antecedenti. Quis ergo de iniustitiæ crimine eosdem purgaverit, si præfatam pauperum portionem propriæ portioni permixtam sibi retinuerint? At ita reipsa est quod pauperum pars immixta remanserit amplis Beneficiarorum reditibus. Iniusti ergo sunt, & restitutioni obnoxii, si illam erogare negligant. Si reditus pauperum ministrarentur ab œconomo; raptores, furesque sfrarentur ab œconomo; si quidquam illius haberentur Beneficiarii, si quidquam illius partis usurparent. Et quia illi ipsi illius portionis œconomi sunt, nec furtum, nec sacrilegam rapinam committent, portionem illam in profanos usus prodigentes? Divisio in partes quatuor iuris est ecclesiastici. Quapropter bonorum quæ Deo, & pauperibus sacrata sunt, naturam mutare nequit. Præfata partitio mutationi obnoxia fuit. Hinc est quod postrema Concilia, quartæ portionis mentione neglecta, omnia superflua in pauperes, Deique cultum distribuenda mandant. Numquam enim Ecclesiæ mens fuit permittendi Beneficiariis quidquam superflui; sed pro temporum diversitate interdum distributionem in partes tres, aut quatuor, interdum omnium superflnorum præcipit erogationem.

XLIX. Fateantur ergo oportet adversarii, contra iustitiam peccare Beneficiarios illos omnes qui propriæ portioni pauperum partem immixtam habentes, erogare prætermittunt; non secus ac si seiunctam, & ab aliis administratam sibi usurparent. Permixtam Ecclesiasticorum reditibus esse pauperum portionem supra demonstravimus, Sed cuilibet demonstrationi experientia prævalet. Nonne oculis cernimus Beneficiarorum plurimorum superflua, nullibi reperta pauperum portione? Est ergo in his superfluis portio illhæc. Con-



Concessit ne umquam Ecclesia, sive ante, sive post divisionem, Beneficiariis superfluum? Si, cum primum divisio instituta fuit, valde excessissent Episcopi in propriæ portionis taxanda mensura, fuisset ne ab iniustitia immunes? Non affirmaverint vel ipsi adversarii. Concedant igitur fas est, iustitiam ab illis eriammam violari, si excessum committant in definienda honestæ sustentationis mensura. Excessus porro patens est, & manifestus in nonnullis Beneficiariis. Furtum igitur, & sacrilegæ rapinæ flagitium perpetrant, quoties eiusmodi superfluum erogare recusant.

L. *Septima ratio.* Ea sententia præferenda est, omnibusque Catholicis amplectenda, quæ sacrorum Canonum auctoritate, quæ sanctorum Patrum, & graviorum Theologorum consensu, quæ pietate religionis nostræ munitur. Eiusmodi est quam tuemur. Siquidem adeo comperti sunt Canones sacri, adeo comperta Patrum, & Theologorum testimonia, quæ abtolutum dominium reditnum ecclesiastico rum Beneficiariis adimunt, ut nonnisi per summam violentiam in contrariam opinionem detorqueri valeant. Idque adversariorum plures ingenue fatentur. Hæc ergo sententia ab omnibus retinenda est.

LI. *Postrema ratio*, ne singulas persequamur. Cum iis intentatur super alicuius testamenti, vel legati ad pias causas interpretione, semper omnium Theologorum consensu ea opinio præfertur quæ pierati, & religioni magis accedit. Testamenta, & legata uberrima, quibus pii, sanctique Christiani Episcopia, Ecclesias, altaria, capellanias, anniversaria fundarunt, nemo negaverit ad pias attinere causas. Nemo dixerit sanctorum fidelium voluntates in legandis Ecclesiæ bonis fuisse ut in profanos, pravoque usus, ut in aleas, luxum, pompas, & consanguineorum augendum patrimonium ejusmodi bona converterentur. Sententia ergo nostra, cum piis causis evidenter faveat, amplectenda est. Contraria vero testantium, & legantium menti adversatur. Piam porro sanctamque testatorum voluntatem invertere, & iugulare impii hominis est, atque sacrilegi.

LII. Theologorum, & Canonistarum plures recenlentur qui hanc defendunt sententiam. D. Thomas 2. 2. *quæst.* clxxxv. *art.* 7. & *quodlib.* VI. *art.* 12. & *art.* 19. & *alibi*, B. Albertus Magnus *in IV. dist.* xxv. S. Raymundus *in Summ. Lib. II. tit.* v. §. 6. & 8. S. Antoninus *III. Part. tit.* xv. *cap.* 1. §. 19. Petrus de Palude *dist.* xxiv. *q.* III. Alexander Alensis *III. Par. q.* xxxi. *n.* 5. *art.* 2. Richardus *in IV. Sent. dist.* xlv. *quæst.* 1. Henricus Gand. *quodlib.* VIII. *q.* xxviii. Dionysius Carthusianus *Lib. de pharisæi. Benef. art.* II. Maior *in IV. dist.* xxiv. Gabriel *in IV. dist.* xv. *quæst.* lxxxviii. *art.* 2. Waldensis *Tom. I. Lib. IV. cap.* xlii. Alvarus Pelagius *de planct. Eccles. part.* II. *cap.* xxviii. Ludovicus Beia *par.* II. *cas.* 25. Paulus Comitolus *Resp. Mor. Lib. I. q.* lxx. Gerson. *Tom. II. de temp. & vest. Presbyt.* Ioannes Bromiardus *in Sum. Pred. lit. P.* 13. Raphael de la Torre *in* 2. 2. *q.* lxxxvii. *art.* 3. *disp.* IV. Martinus Wigandt *tract.* VIII. *exam.* 2. *quæst.* xiii. Sum. Pisan. *verb.* Cler. §. 4. Sum. Angelica *verb.* Cler. III. §. 4. Armilla *verb.* Benef., Reginaldus *Lib. XXX. tract.* III. *num.* 78. Franciscus Turrianus *in epist. ad Nav.* Michael Medina *Lib. VII. cap.* xxi. Cardinalis Capisucus *contr.* xxx. Tannerus *Tom. III. disp.* IV. *q.* VI. *dub.* 8. *n.* 215. Cregprius Lopez *Lib. XI. titul.* V. *par.* I. Vanespen. *par.* II. *tit.* xxxii. *de pecul. Cleric.* Bellet *disq. Clericæ.* §. 2. *num.* 5. Paulus a Lugduno *tract.* III. *disp.* I. *artic.* 4. Cardinalis Caietanus *in* 2. 2. *q. quæst.* xliii. *art.* 8. Sylvester *verb.* Cler. *quæst.* IV. *num.* 3. II. & 14. & *verb.* Alienatio, Ledesma *in V. quæst.* xviii. *art.* 5. Ioannes Driedo *de libert. Christ. Lib. II. artic.* 4. Natalis Alexander *Theol. Dogm. Lib. II. cap.* V. *reg.* 9. & 10. Gennetus *Tom. II. tract.* I. *cap.* xi. Paulus Laymanus *Lib. IV. tract.* II. *cap.* III. Henricus a S. Ignatio *Lib. IV. cap.* xxx. Gabriel Antoine *tract. de obligat. Cler. cap.* I. *quæst.* V. Continuatuor Turnely *tract. de Restit. cap.* IV. *art.* 3. Ludovicus Thomassinus *de Benef. Eccl. Part. III. Lib. II.* Chrisianus Lupus *in can.* X. *Concil. Tolosan.* Milante *in* XII. *propos. Innoc. XI. exercit.* VI.

LIII. Ex Canonistis paucos indicabo. Archidiaconus cum Geminiano *in Sum.* xlvi. *& cap.* Statum, §. Assessorem *de reseriptis in* VI. ubi docet, hæreticum esse asserere oppositum. Panormitanus *in cap.* Cum secundum *de præb.* Ioannes Lignanus *in Clement.* Ioannes Andreas, Dominicus Acheranus *de offic. Ordinar. in* VI. Felinus *in cap.* Postulasti *num.* 6. Antonius Burgensis *in cap.* 1. *de emp. & vendit. num.* 28. Albericus *in Dictionario verb.* Clericus, Rodoanus *tract. de spoliis Eccles. q.* III. & apud eumdem Innocentius, Calderinus, Dominicus Francus, Antonius Martilius, P. Iason, Barbatius, Decius, qui communem hanc esse sententiam affirmant. Cæsar Costa *Lib. ambig. iuris c.* xl.

Mar-

Martinus Navarrus *tract. de reditibus Eccles.* Ipsum consule, ubi plurimos laudari Canonistas, immo omnes fere antiquos, reperies. Et in Apologia *de reditibus Ecclesiæ*, hæc scribit quæst. 1. monit. XXIV. *Et ita opinio communis videtur tam esse facta de fide, necessario credenda.*

LIV. Petrus Soto, Theologus sapientissimus, Dominico Soto suppar, hæc scribit de vita Sacerdotum lect. III. *Nos vero sequimur B. Thomam, qui q.* CLXXXV. *art.* 6. *& 7. hanc rem rationabiliter, & distinctius explicat, idque ex propriis principiis, quæ certe ex his quæ dicta sunt hoc loco, sunt mobis sumenda. Primo omnium constat ex decursu totius Ecclesiæ ab Apostolis, & ipso iure divino bona omnium Ecclesiarum, cum Christi sint, merito ea pauperum esse; neque ulla ratione, aut potestate humana fieri posse ut licite in alios usus quam ecclesiasticos, & pauperum, expendi possint. Hæc confirmant omnia quæ superius diximus; & contrarium credimus errorem esse gravissimum saltem contra bonos mores, & iustitiam: & quidni etiam contra Scripturam?* Immo errorem gravissimum Petrus Soto contrariam appellavit sententiam. Plurimos alios allegare possem; sed lacis sit animadvertere, vel ipsos contrariæ opinionis patronos, ut Lessius *Lib. II. de iust. cap.* IV. *num.* 42. Azorius *Lib. VII. part.* II. *cap.* VIII. aliique, consentiorem sacris Canonibus, & SS. PP. nostram fateri sententiam.

## §. VI.

*Contraria sententia argumenta diluuntur.*

LV. MAgister Dominicus Soto, non retusi ingenii Theologus, primus fere omnium, data opera, invexit opinionem oppolitam. Arctius quam laicos astringi Beneficiarios ad eroganda superflua docet, non tamen iustitiæ lege, sed caritatis præcepto. Soti opinionem amplexati sunt recentiores plures. Lessius *Lib. II. cap.* IV. *dub.* 6. *num.* 47. eam laxavit, ad solum præceptum ecclesiasticum revocando. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* II. *punct.* 6. Coninchus *disp.* XXVII. *dub.* II. Gordonius *Lib. III. quæst.* II. *num.* II. Lugo *disp.* 12. *sect.* 1. *num.* 2. Sanchez *Tom. I. Consil. Lib. II. cap.* II. *dub.* 37. *num.* 2. Theophylus Raynaudus *Tom. XII. de malis & bonis Eccles. Lib. II. sect.* III. *cap.* 1. *num.* 6. & citat pro hac eadem opinione Gabrielem, Covarruviam, Columnam, Ægidium, Vasquez. Sarmiento oppugnatus a Navarro *part.* IV. *cap.* 1. Schmalzgrueber *Part. III. titul.* XXV. *num.* 32. Barbosa *de iure Eccles. part.* II. *Lib. III. cap.* XVII. *num.* 10. Azorius *Part. II. Lib. VII. cap.* VIII. Diana *Tom. IV. coord. tract.* VII. *resolut.* 26. Leander *tract.* V. *disp.* III. *q.* 2. *quæst.* LXXV. Salmanticenses *tract.* XII. *cap.* II. *punct.* II. *n.* 3. Fagnanus *I. Part. III. Lib. Decr. in cap.* Si quis *de præb. Cler.* Escobar. *tract.* V. *exam.* V. *cap.* IV. *num.* 45. Baunius *Tom. III. Lib. II. tract.* IX. *q.* IV & alii.

LVI. Communiter laudati Auctores, cæterique eiusdem opinionis recentiores docent, iure naturali & divino Beneficiarios omnes astrictos esse ad eroganda superflua reditnum ecclesiasticorum in pios usus. Baunius *loc. cit.* cum Lessio, & uno aut altero recentiore laxissimam invexit opinionem. Contendit præceptum elargiendi reditus ecclesiasticos superfluos in pios usus esse dumtaxat ecclesiasticum, quod contraria valeat consuetudine abrogari. Quare defendit, Beneficiarios tum in Gallia, tum in Hispania, non valide modo, sed etiam licite, testari de rebus superfluis in usus non pios. Quam opinionem ut valde laxam, & adversam communi Doctorum placito, refpuit vel ipla Diana *loc. cit. resp.* 20. his verbis: *Ego huic sententiæ non assentior; cum sit contra communem, & omnino respuendam esse puto.* Perraro lic loquitur Diana. In favorem istius opinionis citari etiam Dominicus Soto, & Lessius solent. Sed Sotus dumtaxat asserit, bona ecclesiastica, in fæcularem tranimutata titulum, non esse ex iustitia obnoxia eleemosynis debitis pauperibus pro sua portione, eo quod ius quod pauperes ad decimas habent, sit positivum. Nullibi vero asserit (quantum ego quidem colligere ex illius lectione potui) Beneficiarios iure tantum ecclesiastico ad eroganda superflua astringi; nec de tanto Theologo id vel suspicari mihi licet. Si enim vel ipli laici jure naturali, & divino ad superflua distribuenda tenentur; liberi ne ab hoc onere erunt ecclesiastici Beneficiarii? Sed de Auctorum placitis satis. Nunc eorumdem argumenta sunt refellenda.

LVI. Primum argumentum petitur ab auctoritate sacrorum Canonum. Nam *in cap.* Consuet. *de Clericis non resident. & in Concil. Trid.* XXII. *cap.* III. *& sess.* XXIII. *cap.* I. *de Refor.* aperte declaratur, Beneficiarios absentes a servitio suarum Ecclesiarum, fructuum Beneficii *dominium non acquirere*, nec facere *fructus suos*. Ergo, cum resident, Ecclesiarumque officiis adsunt, faciunt *fructus suos*, dominiumque acquirunt. Idemque in *Concil. Later. sess.* IX. *& in Consist. S. Pii V.* quæ incipit *Ex primo*.



LVII. Resp. Hoc est potissimum argumentum adversariorum. Quod quam sit exile, & infirmum, quisque intelliget, si alios apertissimos canones, Sanctorumque documenta in memoriam revocaverit. Beneficiariis debentur fructus beneficiorum: dignus quippe est mercenarius mercede sua. Cum interfunt divinis officiis, *suos* faciunt fructus: *suos*, inquam, quantum ad usum, victum, & vestitum; *suos* etiam, si vis, quantum ad dominium, sed onere gravatum erogandi superflua. Portionis congruæ sustentationi debitæ dominium habent Beneficiarii: tale dominium illis adimit Concilium, cum abiunt ab Ecclesiis. Quippe si mercenarius non laborat, mercedem non facit *suam*; quin iure eadem privatur. Sint Beneficiarii pomium fructuum, etiam superfluorum, domini: nihil repugno; dummodo id ad mentem sacrorum Canonum intelligatur, nimirum de dominio restricto, onerique subiecto eadem superflua distribuendi in pia opera. Christus, aut etiam Ecclesia universalis dominium habet reditnum ecclesiasticorum. Nihil video repugnare quod Beneficiarii, cum ius habeant exigendi, compellendique fideles ad solvendas decimas Deo iam confecratas, lint quoque a Christo, sive ab Ecclesia dominio eorumdem donati; sed dominio, ut dixi, gravato onere dispensandi superflua. Quæ omnia magis perspicua fient, si ad alios canones oppositi canones comparentur. Siquidem & ipsum Concilium Tridentinum, & priora Concilia ubique clamant, Beneficiarios dispensatores esse, & administratores sacrorum reditnum; ipsos vero reditus esse patrimonium Christi, vota fidelium, pretia peccatorum. Porro efficiendum est ut jura iuribus concordent. Concordant autem, ubique constant, si iuxta ea quæ dicta sunt, explicentur. Dissonant vero, ubique repugnant secundum contrarias sententias commentationem. Interpretatio a nobis data, tum antiquorum, tum recentium Theologorum auctoritate nititur. Innocentius IV. in suo *comment.* Innocentii III. in *cap. Cum super*, hoc clare exprimit: *Non Prælatus, sed Christus dominus, & possessionem Ecclesia habet. Unde quæcumque homines offerunt, dicuntur esse oblata Deo.* Can. *Nulli licuit*, XII. quæst. II. *Et, si aliquando inventatur hæc bona, Deo oblata, esse Episcoporum, vel Prælatorum, vel Capitulorum, die esse eorum quod gubernatio eum.* Innumeras afferre auctoritates possem in nostræ interpretationis confirmationem. Sed rem certam dubiam efficerem, si longius disputationem prodnecrem.

LVIII. Obiicies 2. Non est imponendum onus iustitiæ, nisi aut evidenti textu, aut manifesta ratione id probetur. Nullus autem textus, nulla evidens ratio evincit, Beneficiarios iustitiæ lege devinctos esse ad distribuenda superflua. Liberi ergo ab hoc onere dicendi sunt.

LIX. Resp. Textus evidentes sacrorum Canonum, & Conciliorum supra adducti sunt: nec eos repetere debemus, nec actum agamus. Rationes etiam perspicuas dedimus, perieas cum ab intentione fidelis populi, tum a conditione, & qualitate ministrorum, tum a natura reditnum, qui, cum Deo semel oblati fuerint, nequsunt amplius in profana opera prodiri.

LX. Obiicies 3. Si pars reditnum ad pauperes pertineret, hi iurripere eiam possent partem suam, si Beneficiarii illam erogare negligerent. Concedenda quoque esset pauperibus actio in iudicio ad reperendam hanc partem. Denique ipli Christiani solventes decimas possent partem debitam pauperibus retinere, ut eos ab iniustitia Beneficiariorum subtraherent.

LXI. Resp. Nullus pauperum ius habet ad superflua Beneficiariorum bona; quemadmodum nec Beneficiarii lege iustitiæ astringuntur ut huic, vel illi pauperi superflua distribuant. Sola pauperum communitas ius habet ad Beneficiariorum superflua. Et hæc posset apud summum Pontificem litem intentare Beneficiariis, qui pauperum portionem retinerent; atque ita Beneficiarios cogere ad distribuendu superflua. Nullo autem pacto licitum foret laicis integras, ad quas tenentur, decimas non persolvere.

LXII. Obiicies 4. Quamquam ea intentione fideles donent Ecclesiis amplos reditus, ut superflua bona pauperibus dispensent, non propterea iustitiæ onus illis imiciunt, sed tantum caritatis, & misericordiæ. Fallum ergo est Beneficiarios oneri restitutionis esse subiectos, si superflua retineant.

LXIII. Resp. Communiter adversarii fatentur hoc pacto, saltem tacito, Christianos decimas, oblationesque amplas Deo, & Ecclesiæ ministris offerre, ut superflua erogent in pauperes: quod pactum quandoque in ipsis testamentis conceptis verbis exprimunt. Ex pluribus unum allegare sufficiat documentum ex Capitularibus Caroli Magni Lib. III. cap. VIII. *Offere Deo, atque dedite omnes res quæ*

*in hac chartula tenentur inserta, pro remissione peccatorum meorum, ac parentum, & fidelium, ad servitudum ex his Deo in sacrificiis, Missarumque solemnis, orationibus, luminaribus, PAUPERUM, ac Clericorum alimoniis, & ceteris divinis cultibus, atque illius Ecclesiæ utilitatibus: Si quis autem eas inde, quod fieri nullatenus credo, abstulerit, sub pœna sacrilegii, ex hoc Domino Deo, cui eas offero, atque dedico, districtissime reddet rationem.* Et tametsi omnes fideles verbis adeo conceptis fidem non expresserint voluntatem; reipsa tamen, ut supra palam fecimus, eos similem habuisse volontatem vel ipsi adversarii confitentur. Id solummodo contendunt, hoc onus reditibus Deo consecratis adjectum, non iustitiæ, sed caritatis, & misericordiæ dicendum esse. At hoc arbitrarium commentum est, communi Theologorum sensui adversum. Onera quippe omnia quæ vi alicuius pacti, sive expressi, sive taciti, debentur, non ad caritatem, sed ad iustitiam revocantur. Iuitur cum onus distribuendi in pia opera superflua redituum ecclesiasticorum communiter admittatur; onus illud iustitiæ esse, non caritatis, concedant oportet. Contra eos vero qui tali onere gravata negant ecclesiastica bona, supra disputatum abunde est.

LXIV. Obiicies 5. Si Beneficiarii absoluto dominio non potirentur in propios reditus, expendentes superflua in usus profanos, tenerentur ad restitutionem. Hæc autem restitutio a quo facienda est? Vel enim tenetur Clericus; vel ille qui accepit. Non qui accepit, quia Ecclesia necdum hanc illis obligationem imposuit, quæ intolerabilis esset. Non Clericus, quia bona restituenda non habet.

LXV. Resp. Si qui bona a Beneficiariis acipiunt, compertum habeant ex superfluis reditibus dempta esse, proculdubio ad restitutionem altringuntur. Nec tamen inquirere tenentur, an fuerint accepta bona vel ex superfluis, vel ex patrimonialibus, sed potius credere debent ex iis bonis ademptа esse quorum habent Beneficiarii dominium, nisi ex adverso gravia occurrant momenta. Ecclesia super eiusmodi donationibus tacet, nec restitutionis debitum imponit: quia non constat ex quibus bonis donationes factæ sint. Clerici ergo restitutionis oneri obnoxii sunt.

LXVI. Obiicies 6. Reditus alicuius Beneficiarii summam efficiunt decem millia ducatorum. Sex millia illius sustentationi necessaria sunt. Quatuor millia quæ superfluunt, quæquo pauperibus debentur, in profanos usus prodigit. Elapso anno, unde bona queat onus impleat restitutionis, accipiet? Nam quatuor milia, quæ sequenti anno supererunt, pauperum sunt. Nihil ergo habet unde restituat.

LXVII. Resp. Hoc est ultimum Dominici Soto argumentum, quod dum perpendo, in mentem venit responsio Pauli Comitoli, qui hæc scribit Lib. I. quæst. lxx. *Porro autem eiusdem SOTI argumentationes adeo leves, adeo Theologo, ac Theologia, indigna visæ sunt, ut hic me pigeat eas commemorare: multoque magis sit hominis dignitati consultum, sit taceantur, quam si exponantur.* Plus iusto acrior videhatur censura; sed Soti, viri aliorqui doctissimi, argumentationibus perpensis, satis moderata apparuit. Tanta est vis veritatis, ut adversus eam neque summa ingenia quidquam valeant. Ultima ergo Soti argumentatio, quam ille magni facit, inanis omnino est. Prælatus, Beneficiarius ex patrimonialibus, si habeat, restituere debet. Si careat bonis omnibus, iis accenseatur qui solvendo non sunt idonei. Nec longior responsio debetur exili oppositioni.

LXVIII. Obiicies 7. Beneficiariis siue testamento decedentibus succedunt consanguinei æque in ecclesiasticis ac in patrimonialibus bonis: idque consuetudinis vim obtinet, *cui* non interdicit Ecclesia, quin eam approbat, & civilis iurisprudentia confirmat.

LXIX. Resp. Factum verum est tantum pluribus in locis: nam alicubi contraria obtinet consuetudo, succeditque Ecclesia. Fallum autem omnino est quod Ecclesia sive expresso, sive tacito consensu approbet hanc consanguineorum successionem. Quare successio illæc non consuetudine, sed abusu nititur, inquit Cardinalis Caietanus 2. 2. quæst. clxxxv. art. 7. *Nec obstat, si dicatur quod iuræ illa sunt per contrariam consuetudinem abrogata, sciente tanto tempore Romano Pontifice, & non reprehendente: quoniam non consuetudo, sed abusus est.* Plurima Ecclesia tolerat, quæ sine maiore incommodo impedire nequit. Clamat ipsa canonum lonitu, fuisque sanctissimis legibus verat laicos sacris reditibus ditari. Ceterum iugulum minime petit eorum qui, legibus neglectis, propriæ inserviunt cupiditati. Non armorum, suppliciorumque severitate scelera quæ societati non adversantur, removet; non gladio in delinquentes animadvertit; sed lasuberrimis monitis, ac præceptis, pœnisque etiam spiritualibus filios suos docet a vitiis abstinere, ac honesta peragere. Nihil frequentius opponunt, quam silentium, tacitamque Ecclesiæ permissionem, sacrarum legum violatores. Cum non videant Ecclesiam servire



vire in corpora, aut continenter leges legibus accumulare, e vestigio consensum illius iactant, larvamque consuetudinis abulibus aspergunt. Ecclesiæ leges inanium commentationum caligine involvunt; postea comminiscuntur non esse leges; ac si eorum vanis interpretamentis essent sublatæ. Nullus esset legum finis, si Ecclesia malis, & flagitiis in dies occurrentibus, & non paucorum Cafsistarum lenociniis delinitis, mederi vellet. Legem nobis Deus dedit: illam Ecclesia nobis edifserit. Sed tam Deus, quia in maiorem sui gloriam cedunt, quam Ecclesia, quia impedire non valet, infinita mala tolerant. Desinant ergo in Ecclesiæ sinum sua regere crimina, quæ graviora sunt, dum calumniis defenduntur. Iurisprudentia autem quædam permittit, quo maiora mala declinet, ut inquit D. Thomas 2. 2. quæst. lxxviii. art. 1. ad 3. *Leges humanæ dimittunt aliqua peccata impunita propter conditiones hominum imperfectorum, in quibus multæ utilitates impedirentur, si omnia peccata prohiberentur districte, pœnis adhibitis.* Validæ consistent civilium legum auctoritate Beneficiariorum donationes consanguineis factæ; sed naturalis, divini, atque canonici iuris vi invalidæ sunt prorsus, & sacrilegæ. Veram de hoc plusquam satis.

LXX. Obiicies 8. Pontifices in dies facultatem tum Beneficiariis, tum ipsis Episcopis Regularibus testandi, etiam in usus profanos, nempe in favorem consanguineorum, concedunt. Falla ergo oppositа sententia.

LXXI. Resp. Non de eo quod Pontifices summi peragunt, sed de eo quod suis constitutionibus agendum præscribunt, modo disputamus. Plura impertiuntur Pontifices summi, inquit S. Bernardus, aut mendacio decepti, aut importunitate victi. Dum Regularibus facultatem testandi Pontifices faciunt, eoldem constituunt ministros, & dispensatores bonorum Ecclesiæ in pios usus. Si qua esset extorta facultas ab Episcopis Regularibus legandi bona ecclesiastica in usus profanos; obreptionis, aut subreptionis illam arguerem. Futile itaque est, & vanissimum sophisma istud, a Pontificum dispensatione] petitum. Plurima enim dispensationum privilegia obtinentur lege obsistente.

LXXII. Adversarii mei vel ipsa S. Bernardi verba carpere non sunt veriti, ut odium, & invidiam crearent Theologiæ Christianæ. S. Bernardus *epist.* vii. ad Adam Monachum scribit, Pontificem aliqua concedere *aut circumventum mendacio, aut importunitate victum.* Sed audiant quælo oppositores Cardinalem Toletum *in Instruct. Sacerd. Lib. V. cap.* lxxviii. ubi hæc scribit. *Papæ dispensatio sine causa non habet locum in foro interiori. Unde qui pensiones retinent, etiam cum dispensatione, si non adest causa legitima, securi non sunt. Nec excusantur, quia Papa dedit: & ipsius est considerare, quomodo dederit... Papa autem non est dominus bonorum, & redituum Ecclesiæ, sed tantum universalis dispensator. Unde sicut cum dispensat hominem in voto, non facit hominem securum in conscientia, nisi causa adsit; ita & in pensionum, & Beneficiorum distributione. Causa autem hæc debet esse in utilitatem Ecclesiæ, cuius sunt bona. Si enim nulla via in Ecclesiæ luctus, vel universalis utilitatem tendat, non est causa legitima.* Audiant celeberrimum alterum Cardinalem Bellarminum, qui *epist. ad Nep.* xxxviii. hæc contra iniustas dispensationes scribit. *Sed quia multi multa Beneficia ex dispensatione pontificia possident, sciendum est, pontificiam dispensationem, quando non adest iusta causa dispensandi, valere in foro fori, sed non in foro poli, ut aperte docet S. Thomas quodlib.* vi. *art.* 15. Et rursus ibidem: *Papa sine legitima causa dispensans graviter delinquit, & eius delictum non liberat ambientem, obtinentem, retinentem &c.* Plura similia ibi habet doctissimus Purpuratus. Numquid Bellarminus, Toletus una cum Patribus denigrarunt Pontificum famam? Respondeant oppositores.

## §. VII.

*Nonnullæ quæstiunculæ resolvuntur.*

LXXII. PLura in tractatu de Beneficiis dicturi sumus quæ ad hanc materiam attinent. Tamen quia sermo institutus est, adhuc paullulum procedat, ut paucæ quæstiunculæ declarentur.

LXXIII. Quæst. I. *Utrum Beneficiarii liceat quidquam de expensis congruæ sustentationi necessariis subtrahere, ut has parsimonias consanguineis, amicisve donent?* Resp. Non multi sunt eiusmodi Beneficiarii tantæ parsimoniæ, qui velint quidquam sibi demere eorum quæ revera propriæ sustentationi congruunt. Parsimoniam forte nonnulli vocant, cum in luxum, in pompas, in lodos, in convivia opipara non prodigunt reditus. Ceterum perrari inveniuntur qui cibo viliori vesci velint, ut consanguineis succurrant. Sed sub parsimoniæ istius larva, superfina, quæ pauperum sunt, consanguineis donant. Verum posita etiam hac victus vestitusque parcitate,

re, non inde sequitur, illos posse parentum sacrum statum extollere. Eis dare licite valent, ne indigeant, quemadmodum aliis pauperibus, secus, ut diximus. Eiusmodi parsimonia, quacumque ratione facta fuerint, semper sunt natura sua Ecclesiæ bona; atque adeo totum in pios usus expendendum. Pium, sanctumque est occurrere parentibus indigentibus, qui ceteris in pari causa præferri debent; sacrilegium autem velle eos sacris ministris Deo immolatis fasinare. Beneficiarii qui parce vivunt, ut pauperibus parentibus succurrant, laude digni. Qui parce vivunt, ut parentes, & consanguineos ditent, stulti, & scelesti sunt. Quare tantquam sacrilegi raptores habendi sunt qui eiusmodi solent se consanguineos ex illis bonis donare quæ de mensa, de famulorum apparatu sibi subtrahere.

LXXIV. Quæst. II. *An Beneficiatis valeant bona quæ ex Missarum, exequialium precum, concionumque elemosynis collegunt, parentibus, & consanguineis, amicisve donare?* Resp. Propositæ quæstiunculæ decisio ex iis pendet quæ in tractatu de simonia dicturi sumus. Recensita officia sacra sunt. Opus laboriosum, quod a re sacra secernunt recentiores, ut eidem pendi licite possit pretium, lucrumque temporale, commentum simoniæ soret. Individuus labor est corporalis ab administratione rei sacræ. Si hæc nequit, neque ille vendi potest. Omnia quæ pro eiusmodi officiis a laicis dantur, titulo solius sustentationis Beneficiarii, & Clerici recipere possunt: nullo vero modo titulo pacti pretii: alioquin licitum esset contractus super huiusmodi functionibus inire: quod nemo dixerit. Quæ intelligenda sunt, nisi aliunde constet, velle laicos titulo liberalitatis, & donationis alicui Clerico aliqua conferre: quod aliquando, sed perraro contingit. Ut autem propositæ quæstiunculæ occurramus, observandum, nimirum, quos inter novissimus Auctor P. Billuart, recensitas oblationes, & reditus inter bona *quasi patrimonialia* reiicere. Imo P. Sporerius mitissimus Probabilista vel ipsas distributiones quas vocant inter præsentes, bonis quasi patrimonialibus accenset. Ex quo infertur, posse Beneficiarios eiusmodi bona quasi patrimonialia donare parentibus, consanguineis, & an quolcumque profanos usus distrahere, non secus ac bona patrimonialia. Quoniam, inquiunt, oblationes ob sacrificia, conciones, exequiales preces, conferuntur a fidelibus propter pensum personale, tamquam iustum stipendium laboris debitum. Nec est quod illis reponas, quæcumque bona quæ sunt, etiam secundum ipsos, *ecclesiastica*, a fidelibus pendi Beneficiariis propter onera personalia, nempe propter officium, sacramentorum administrationem, & cetera munia pastoralia. Respondent enim bona *quasi patrimonialia* conferri *præcise* ob eorumdem laborem personalem. Hic pedem figunt. Clament Patres, velent Concilia, ne Christi patrimonio ditentur laici. Unius distinctiunculæ beneficio facile oblationes & sanctuario in laicorum domos remeant, sub auspiciis quorumdam iuniorum Casuistarum. His obiter indicatis dico, recensita omnia bona sacra esse. Pastores vi proprii officii astricti sunt concionari, canere, celebrare sacrum, administrare sacramenta. Ob hæc munia peragenda, instituta beneficia sunt. Verum ergo commentum est quod ob hæc munera queant stipendia ad libitum donanda consanguineis percipere. Non plus dominii in hos quam in alios reditus vi beneficii percepios habent Clerici. Omnia ergo quæ a fidelibus vi sacri ministerii accipiunt, præter ea quæ congruæ sustentationi conveniunt, erogare in usus pios astringuntur.

LXXV. Quæst. III. *Si Beneficiarius ex bonis patrimonialibus elemosynas faceret, poterit ne ex reditibus Ecclesiæ compensationem sibi facere?* Resp. Affirmat absolute Leander *tract.* v. *disp.* III. *quæst.* I. & citat Molinam, Navarrum, Lessium, & Palaum. Id autem absolute verum non est. Quia sæpe tenetur Beneficiarius, non secus ac laici, ex bonis patrimonialibus eleemosynas erogare. Quare in his casibus prava esset intentio tantumdem accipiendi ex bonis Ecclesiæ. Tunc solum licita compensatio esset, quando suis bonis patrimonialibus onus suppleret elemosynarum quas ut Beneficiarius, non ut laicus, erogare deberet.

LXXVI. Quæst. IV. *Beneficiarius habens filias spurias, valet ne illas fructibus beneficii dotare?* Resp. Affirmat Palaus *disp.* II. *punct.* 5. *num.* 9. etiamsi Beneficiarius bona haberet patrimonialia, quibus alimenta, & dotem filiabus parare posset. Sed hæc opinio nimium laxa est. Quippe tunc filiæ patrem divitem haberent, quapropter in pauperum numero collocari nequirent. Quando omnibus bonis propriis destitutus Beneficiarius esset, posset filias spurias congrua donare dote; sed ut filias spurias, quæ, utpote inferioris conditionis quam legitimæ, minorem exigunt dotem.

LXXVII. Quæst. V. *Potest ne Beneficiarius ex reditibus Beneficii nepotes in studio alere, etiamsi bonis patrimonialibus abundet, & literis doctoralis emicare?* Resp. Affirmat Leander



Leander *loc. cit. quæst.* LXIX. cum Sanchez, Lugo, & aliis. Hæc opinio absolute spectata improbabilis, & falsa mihi est; tametsi ut certam divendat Leander laxioris Ethices fautor. Si Beneficiarius haberet plures nepotes, posset iuxta hanc opinionem ingentes Ecclesiæ reditus in nepotum litteris vacantium alimenta impendere, bonis propriis retentis: quod quam sit absurdum, nemo non videt. Dico igitur, debere Beneficiarium bonis patrimonialibus quibus abundat, nepotes in scholis alere. Si præfatis bonis careat, plura spectanda sunt: pauperum aliorum numerus, reditus Beneficii, qualitas nepotum. Si aliorum pauperum numerus parvus sit, quibus facile subvenire valeat; si reditus sint abundantes; si nepos tantæ sit capacitatis, ut Ecclesiæ utilis sit futurus: tunc poterit ipsum, ceu pauperem, in universitate sustentare, & fortassis etiam ad lauream evehere. At cavendum ne ob meram sæculi pompam, finemque vanum illustrandi familiam id fiat. Cavendum ne amor carnalis erga nepotes extinguat caritatis amorem erga filios pauperes, quorum sunt superflui reditus.

LXXVIII. Quæst. VI. *Quid, si nepotes aut fratres parentes divites habeant? Poterit ne etiam tunc Beneficiarius eos alere?* Resp. Ait absolute Layman *Lib. IV. tract.* II. *cap.* III. *num.* 5. Limitat Lugo, & post ipsum Leander, si parentes nolint filios suos in universitate alere, quamquam patrimonio abundent. Hæc itidem opinio mihi improbabilis est. Hac quippe admissa, numquam parentes vellent in scholis alere filios; sed curam hanc Beneficiariis propinquis relinquerent. Quæ, quæso, necessitas ut nepotes universitates frequentent, ut Doctores, & magistri evadant? Ubi hic vel levis ratio quæ licitam efficiat talem nepotum, aut fratrum in universitatibus sustentationem? Parentes divites sunt, ut concedunt, & pro certo ponunt adversarii. Non ergo pauperes sunt filii. At posito, inquiunt, quod pater nolit in studio filios alere, iam illi indigent, & pauperes dicuntur. Nec enim pater astringitur ad scholas filios mittere. Optime quidem. Pater non astringitur: ergo astringitur Beneficiarius? Litterarum studium ornatus est minime necessarius. Cur ergo pauperam patrimonium in hunc nepotum o natum prodigi debet? Quænam necessitas est ut nepotes Doctores fiant? Casuistica opinio quam recensui, laxa nimium est; idcirco prorsus reiicienda.

LXXIX. Quæst. VII. *Beneficiarius humili loco natus, & ad ecclesiasticam splendidam dignitatem evectus, potest ne ad altiorem statum reditibus Ecclesiæ consanguineos extollere?* Resp. Affirmat Leander *loc. cit. quæst.* LXIII. & citat pro sua opinione Molinam. Quoniam, inquit, ad honorem Clerici id pertinet, cui vitio dabitur, si fratres, aut consobrinos suos in paupertate degere permittat. Si vera sunt quæ Theologi illi excogitarunt, actum de patrimonio pauperum est. Si nepotes, fratres & consobrinos in scholis alere, & laureis in universitatibus ornare, si eosdem ad honestiorem statum attollere, si sacrificiorum, & manoalium distributionum oblationes ad libitum expendere licite possunt Beneficiarii; quid pauperibus remanebit? Concilia, & Patres gravioresque Theologi Beneficiariis permittunt ut pauperari consanguineorum subveniant; minime vero ut ditiores illos efficiant. Consanguineorum humilis conditio, & paupertas pudori, & dedecori sunt hominibus vanis, superbisque; secus viris Deo consecratis, quique mundo, & pompis eius duplici professione vale dixerunt.

LXXX. Quæst. VIII. *Episcopus & Beneficiarius dirissimus satisfacit ne elemosynæ præcepto, si quartam, aut dimidiam partem redituum Ecclesiæ in opera pia eroget?* Resp. Pro sententia affirmante laudat Leander Petrum Hurtado, & Dianam, qui *Tom. V. coord. tract.* VII. *resol.* XXXIV. hæc scribit. „ Sæpius hanc quæstionem pertracto, quia „ necessaria nimis est, cum id frequenter in „ praxi accidat. Communiter affirmative re„ spondent Doctores; & ita vellem ab o„ mnibus Episcopis, & Beneficiariis obser„ vari: & ita consulendum est. Sed quia *ali„ qui aures* non accommodant hinc nostræ „ *cantilenæ*; ideo *ne peccata multiplicentur*, „ *Doctores aliqui, ut aliquantulum alleviа„ rent hoc præceptum*, dixere, in communi„ bus necessitatibus Episcopos satisfacere huic „ præcepto, si quartam partem redituum in „ utilis pios expendant, vel si medietatem su„ perflui. " Subdit Diana probabilem hanc opinionem reputari a Trullencho, *se citato*, & a Machado, *se citato*. Audistin? Relaxanda præcepta sunt, *ne peccata multiplicentur*, & quia aliqui nolunt aures accommodare *cantilenæ* veritatis. Hæc tunc rationum momenta, cur similes Doctores vocantur *Agnus Dei qui tollunt peccata mundi*. Communissima sententia docet, Episcopum, & Beneficiarium quemque non satisfacere eleemosynæ præcepto, si quartam, vel dimidiam redituum partem eroget pauperibus: quoniam omnia congruæ suæ sustentationi superflua in

pios usus distribuere tenetur. Enimvero sic præcipiunt Canones, & Concilium Tridentinum. Adeo vera hæc sententia est, ut vel ipse Diana consulendam doceat; quamquam, ut dixi, contrariam probabilem reputet, cui subscribit Verricellus *tract. v. qu.* VI. *num.* 8.

LXXXI. Quæst. IX. *Eadem ne obligatione teneatur Pensionarius, ac Beneficiarius in redituum Ecclesiæ distributione?* Resp. Negat Vasquez *cap.* IV. *dub. unic. num.* 22. *de elemos.* Basembam *Lib. IV. cap.* II. *dub.* 3. Affirmat secunda sententia, quam defendit Navarrus in *Apolog. quæst.* 1. *nouit.* 80. Sarmiento *Lib. I. p.* III. *cap.* V. Tertia distinguit pensiones quæ titulo laicali, ab aliis quæ titulo spirituali conferuntur. Has tres sententias refert Leander *disp.* III. *qu.* XVII. super quibus promit judicium: *Ego respondeo dicendum omnes tres sententias esse probabiles; sed interillas, ut benignioreni, libere posseri Pensionarium primam sequi.* Quid amplius auribus dari potest? Ex tribus opinionibus quæque probabilis; sed laxior præferenda, quia benignior. Novus hic Pyrrhonismus antiquo laxior videtur. Ad quæstionem respondeo, Pensionarium æque ac Beneficiarium ad eroganda superflua altringi. Onus illud reale velut est, quod bona sacra comitatur. His bonis permixta est pauperum portio, quæ, quocumque bona transeant, semper sequitur. Numquam præsata bona, sive a Beneficiario, sive Pensionario possidentur, ab hoc onere liberantur. Hæc porro ratio non minus primam quam tertiam opinionem reiicit. Sive enim titulo laicali, sive spirituali bona Ecclesiæ conferantur, semper iisdem onenibus subiecta sunt: nec tituli varietas auferi gravamina præfatis bonis impolita. Quapropter etiam Commendatarii tenentur superflua in pia opera erogare. Quod multo magis verum habet, si beneficium detur in commendam: quia tunc sicut Commendatarius succedit Beneficiario in eius commodis, ita quoque in eius oneribus. Et huic ultimæ opinioni subscribit vel ipse Leander cum ceteris communiter.

LXXXII. Quæst. X. *Obtinet ne consuetudo, vi cuius Beneficiarii valeant ex reditibus sacris ad causas profanas testari?* Resp. Occasionem huius disquisitionis dat R. P. Franciscus Zech Universitatis Ingolstadiensis sacræ Theologiæ Doctor primarius, qui in suo opusculo inscripto *Rigor moderatus* &c. sub finem hanc his diebus evulgavit opinionem: *Ut Clerici ex reditibus beneficialibus licite, & valide testentur ad causas profanas, efficere potest consuetudo* RATIONABILIS. Opinio ista originem ducit ex doctrina P. Lessii, qui *Lib. II. de iust. cap.* IV. *num.* 47. docet: *Prærogiua ratio cur tam stricte extra necessitatem gravem corporalem, vel spiritualem proximi teneantur superflua illa in pauperes, vel pia opera impendere, est Ecclesiæ præceptum; quo semoto, etsi nonnulla sit inordinatio, tamen non videtur mortifera.* Hæc nonnulla inordinatio iam vi consuetudinis asseritur a P. Zech evulsit ordinata. Idcirco sublatum est Ecclesiæ præceptum. Ergo ordinate, seu licite, & valide in profanos usus impendere sacros reditus Beneficiarii possunt nunc æque ac olim, si illorum iuniorum doctrina consistat. Clamabunt ne nos Probabilistarum exaggerate laxas opiniones? Communis, & universalis catholicæ Ecclesiæ Theologorum, etiam illorum qui negant iustitiæ debitum, sententia docet, Beneficiarios debere in pios usus redundantes sibi reditus impendere ex triplici titulo. 1. Ex virtute religionis. 2. Ex præcepto caritatis. 4. Ex lege Ecclesiæ. Obtinere ne consuetudo aliqua potest quæ religionis virtuti, quæ præcepto caritatis detroget? Ut P. Zech suam propugnet thesim, negabit debitum tum religionis, tum caritatis. Doctrina quippe P. Lessii, Hannoldi, & Bannii fulcit, isto præcepto ecclesiastico derunctos propugnabit Clericos ad eroganda superflua. Præceptum autem ecclesiasticum, inquiet, contraria abrogari consuetudine potest. Ergo rationabilis est consuetudo qua Clerici ex sacris reditibus ad profanas causas testantur. Admitto antecedenti, consectarium legitimum videtur. Sed consectarium extremam, ni fallor, prodit laxitatem, & communi Theologorum doctrinæ, & piorum fidelium sensui adversatur. Ergo idem de antecedenti doctrina, quam consequitur, dicendum est. Nec pluribus refellendam consuetudinem assertam a P. Zech exiitimo, cum evidens abusus sit, & manifestissima corruptela.

LXXXIII. Subdit P. Zech: *Quod autem consuetudo ita testandi, per totam aliquam diœcesim illimitate vigens, sit rationabilis, difficile probatu est.* Papæ! Difficile sane probatu, immo difficillimum est, quod consuetudo, etiam sua natura honestissima, & sanctissima, illimitate vigens, sit respectu omnium rationabilis, seu quod aliqui saltem eadem non abutantur. Quare additamentum istud, dignum videtur patella operculum: & ideo maiori non eget confutatione. Plura alia ad propriam sedem de beneficiis remittuntur.

§. VIII.



§. VIII.

CONSECTARIUM.

LXXXIV. Fuse disputatum hactenus. Pauca æquabili animo, mentecque serena nunc colligenda. Ob oculos revoca originem, progressum, ultimoque pervaræ causæ terminos. Angusta origo. Ad tarentum usque XVI. Patres, Concilia, Theologi uno ore testati sunt, non dominos sed dispensatores esse Clericos, & procuratores sacrorum reditnum. Disputari ceptum. Ex disputatione dominium indepti sunt Beneficiarii in redundantiam proventus, unius, & alterius Theologi patrocinio. Si hic, unde oria duxit controversia, pedem fixisset, nihil, aut parum peperisset incommodi. Quidenim, ut alias dixi, refert quod pauperum patrimonii dilapidatores in orcum detrudantur, ob violatam sive iustitiam, sive caritatem? Sed ultra processit humanum ingenium, suisque speculationibus, & distinctiuncuiis in varias digessit classes Beneficiorum fructus: alios *vere ecclesiasticos*, alios *quasi patrimoniales* pro libito nuncupavit. In hac secunda classe magnam comprehendit portionem distribuendam in profanos usus, non secus ac bona patrimonialia. Neque hic sibi confinia posuit. Ipsum dominum caritatis mandatum, quo sub certaminis initium devinctos asseruit Clericos ad superflua pauperibus tribuenda, in dilrimen adduxit. Nec defuere Theologi qui etiam illud de medio sustulerint, solverintque Clericos ab eiusdem vinculo. Quid? Pius ergo dominii in Christi pauperumque patrimonium, quam laici in bona sua, Clerici habent? Nullo ergo præcepto Beneficiarii ad eroganda superflua urgentur? Absit. Præceptum ecclesiasticum viget. At præceptum illud mutationi, vicissitudini obnoxium est, & oppositæ auferri consuetudine valet. Dubio procul, concludit R. P. Franciscus Zech. En demum omni distribuendi in pios usus sacri patrimonii vinculo solutos hodiernos Clericos. En quo postremum recidit in causa hac, sicut & in ceteris, immoderata humanæ libertatis disputandi libido. Exuerunt tandem aliquando Ecclesiarum Rectores illa gravissima onera quibus gravati erant, ut essent pastores pascentes non animos modo, verum etiam corpora gregis; ut essent pauperum patres: viduarum, & orphanorum provisores liberalissimi. Evanuerunt hæc omnia, quantum per Bannios, per Lessios, per Zechios, aliosque iuniores licet, vi oppositæ consuetudinis, & quidem *rationabilis*. Olim erat ut in Ecclesiæ primordiis sacri Pastores, inquit P. Billuart *pag.* 101. cum suo Sylvio, pauperes essent, distribuerentque in pauperes uberes reditus, ne religionis propagatio humanæ potentiæ tribueretur, neve *Gentiles existimarent Apostolos fidem prædicare tantum bonorum temporalium. Postquam tamen fides plantata est, & eius veritatis, virorumque apostolicorum sinceritas comprobata, valde conveniens fuit ut præcipui Ecclesiæ ministri aliquam haberent maiestatem, & consequenter aliquam bonorum temporalium affluentiam, eo quod homines sensibilibus affecti facile contemnunt, aut parum reverentiæ eos qui humana potentia seu auctoritate carent.* Non-ergo ob divinam, qua donati sunt sacri Pastores, auctoritatem, sed ob humanam potentiam, ob divitiarum affluentiam, ob splendidum apparatum venerandi, & sulpiciendi populis fiunt? Hæc sunt ignita, atque inflammata eloquia, quibus ad premenda, quoad fieri potest, Apostolorum, & Sanctorum vestigia Clerici excitentur? Non ergo quibus partum imperium est mediis, & subsidiis, iisdem quoque amplificantur, conservaturque? Ipsorum Gentilium animos ad pietatem, ad Dei cultum, ad crucem ipsam, ad fundendum pro Christo sanguinem permovebat, animabat, urgebatque in Ecclesiæ primordiis Apostolorum paupertas: hæc vero sæculo nostro contemptionem, & despicientiam ingerit Christianis ipsis? *Si valde conveniens est* ut nunc Clerici divitiis affluant, valde ne conveniens erit ne in præsens Sanctorum exempla imitentur Clerici? Veneror quæ nunc obtinet, disciplinam; sed opiniones quæ eiusdem abusus, & corruptelas fovent, improbo, & detestor. Plura dissimulari, plura tolerari variis rationum momentis possunt, quæ non decet scriptis publicis typis editis foveri, extolli, & in triumphum evehi. Et tamen postremæ, quas recensui, opinationes, nimium (nisi me amor fallit) laxæ, tanto plausu a non paucis excipiuntur, ut si vocem pro merito exaltarem, stilumque armarem contra eaidem, continuo Rigorista, Tutiorista, Fanaticus audirem. Verum his missis, illud christiane Lector colligas lerio velim, quam periculosæ aleæ sit vel latum unguem ab antiquorum doctrina recessus. Quandoquidem simul prima disciplinæ violatio ad aliam, & hæc ad aliam impellit; ita prima antiquæ doctrinæ leniori interpretatio ad aliam benigniorem, & hæc ad laxiorem, & tandem ad extremas

corruptelarum ceteri gradu inducit, & detrudit, ut reipsa in hac, sicut in ceteris, causa accidit. Colligeque quam caute, quam circumspecte, & religiose ponderanda sunt ea quæ de morum integritate publicis typis consignantur. Serio perpende plura re concedi posse quæ scriptis publicis evulgari, & exaltari non expedit. Finem disputationi imponamus prudentissimis, ac saluberrimis consiliis Sapientissimi Pontificis BENEDICTI XIV. qui *pag.* 239. te admonet, doctrinam quæ iustitiæ vinculo obstringit Clericos ad eroganda superflua, esse sententiam *quam innumeri Theologi laudabiliter propugnant, & tutiorem esse, atque in PRAXI CONSULENDAM.* Et tandem *pag.* 240. concludit. *Urgeant Episcopi, & inculcent suis Clericis ex ecclesiæ stipendiis vicitantibus gravem obligationem quam habent, elargiendi pauperibus, aliisve pits usibus applicandi, sibi redundantes ecclesiasticos reditus. Sed adhuc latentem huius obligationis originem non investigent. Ut enim scribat Cardinalis Bellarminus in epistola ad Theanensem Episcopum nepotem suum contr. 8. & ultim. parum refert determinare unde illud proveniat gravis obligationis vinculum quo ceterorum omnes Beneficiarios obstringi* INDUBITANTER *scimus.*

# DISSERTATIO VII.

## DE

## *CORRECTIONE FRATERNA.*

Disputationem de eleemosyna, quæ est divinæ caritatis exterior fructus, qui corporalis nuncupatur, quia corporum egestatibus suppetias affert, recte consequitur disputatio de altero misericordiæ, seu caritatis exteriori effectu, qui spiritualis dicitur, quoniam animarum bona spectat, quatenus mala per fraternam correctionem removet. Distinguunt aliqui *correctionem a correptione*. Illius distinctionis meminit ipse D. Thomas in IV. dist. XIX. quæst. II. art. 1. ad 6. *Correptio est fratris ad fratrem; correctio vero est Prælati ad subditum.* Alii in hoc sitam contendunt distinctionis vim, quod correctio effectum emendationis ferat; correptio vero animum tantum exprimat. Si grammaticalis spectetur significatus, correptio, & correctio sensa produnt diversa. Verum pro eodem a Theologis usurpantur. De hac correctione difficiliores quæstiones in hac resolvemus dissertatione.

### CAPUT I.

*Quid & quotuplex sit fraterna correctio, & utrum de eadem præceptum sit, & quæ illius obligatio, atque conditiones sint.*

I. Correctio fraterna definitur a S. Thoma 2. 2. *quæst.* XXXIII. *art.* 1. quod sit spiritualis eleemosyna, a caritate dimanans, qua quis secreta admonitione malum proximi, quatenus illi noxium est, removere studet. *Unde etiam correctio fraterna est actus caritatis, quia per eam repellimus malum fratris, scilicet peccatum, cuius remotio magis pertinet ad caritatem quam etiam remotio exterioris damni.* Correctio duplex. Altera fraterna, quam describimus; altera iudicialis, quæ actus iustitiæ est, bonumque iustitiæ spectat. Hæc ab iis solum præstari potest qui publica potestate præditi sunt, ut egregie docet Angelicus loc. cit. *Unde correctio fraterna est actus caritatis.... Alia vero correctio est quæ adhibet remedium peccato delinquentis, secundum quod est in malum alterius, & præcipue in detrimentum communis boni; & talis correctio est actus iustitiæ, cuius est conservare rectitudinem iustitiæ unius ad alterum.* Advertas tamen velim, ita correctionem fraternam esse actum caritatis, ut etiam, immo proximius, a misericordia dimanet, quemadmodum docet Soto *de tegend. sec. memb.* II. *quæst.* I. Res est levioris momenti quam ut in eius discussione immoremur.

II. Præceptum fraternæ correctionis continetur in illis verbis Matth. XVIII. *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum.* Negavit ex recentioribus quidam Auctor, in præfatis verbis



bis mandatum contineri, ut refert Axotius *II. Part. Lib. XII. cap.* XIV. Quæ opinio ab omnibus Theologis rencitur. Nec obest quod opponitur, nimirum dixisse Dominum: *Si peccaverit in te frater tuus*, quasi de solo peccato in non commisso locutus sit. Quoniam verborum sensus est: Si peccaverit frater in te, hoc est coram te, vel te sciente. Qui enim in Deum peccat, & in nos peccat; cum Christi membra simus, & filii, & servi. Porro qui in patrem peccat, in filium quoque delinquit.

III. In præfatis Christi Domini verbis præceptum contineri, certum est penes omnes Theologos. Præceptum hoc in ipsa veteri lege populo suo Deus imposuit. Dicitur enim Ecclesiastici cap. XVII. vers. 12. *Et mandavit illis, unicuique de proximo suo:* & Levitici XIX. vers. 17. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo; sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum.* Nullum igitur inter Catholicos super hac re dubium.

IV. Præceptum illud divinum est, quia a Deo latum; naturale est, utpote in illo naturæ principio insitum: *Quod tibi fieri vis, alteris feceris.*

V. Omnes tum fideles, tum infideles astringit. Ab iis quippe quæ iuris naturæ, nemo liber evadit. Illius obligatio genere suo gravis est, cuius transgressio absolute mortalem culpam inducit; nisi aut inadvertentia, aut rei parvitas excuset. Obligat semper, sed non pro semper, quemadmodum cetera præcepta quæ affirmativa appellantur. Patet autem hoc præceptum affirmans esse.

VI. Plures requiruntur conditiones ut mandatum hoc reapte astringat. Eas recenset Angelicus 2. 2. quæst. XXXIII. art. 2. *Considerandum est, quod sicut præcepta negativa legis prohibent actus peccatorum, ita præcepta affirmativa inducunt ad actus virtutum. Sed actus virtutum non quilibet modo fieri debent, sed observatis debitis circumstantiis, quæ requiruntur ad hoc ut sit actus virtuosus; ut scilicet fiat ubi debet, & quando debet, & secundum quod debet. Et quia dispositio eorum quæ sunt ad finem, attenditur secundum rationem finis, in ipsis circumstantiis virtuosi actus præcipue attendenda est ratio finis, qui est bonum virtutis ...* Correctio autem fraterna ordinatur ad fratris emendationem. *Et ideo hoc modo cadit sub præcepto, secundum quod est necessaria ad ipsum finem, non autem ita quod quolibet loco, vel tempore frater delinquens corripiatur.*

VII. Conditiones istæ ad quatuor revocari possunt. Prima est gravis peccati notitia. Secunda, ut spes habeatur emendationis. Tertia, ut sit personæ, & temporis opportunitas. Postrema, ut commode prælati valeat. Singulæ explicandæ sunt sequentibus quæstiunculis.

VIII. Quæst. I. *Qua notitia necessaria est ut præceptum urgeat?* Resp. Requiritur cognitio moraliter certa; nec sufficit dubia aut leviter probabilis: quoniam iniuria proximo irrogatur, si levi suspicione crimen ipsi affingatur. Opportune Ecclesiasticus cap. XI. vers. 7. *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam; & cum interrogaveris, corripe iuste.* Quod tamen intelligas velim, nisi periculum gravis damni immineret, ut cum peccatum in malum proximi vergeret, effetque emendationis spes: tunc enim sola probabilis dubitatio sufficeret ad delinquentis correctionem faciendam. Sententia communissima.

IX. Quæst. II. *Quanam peccata sunt fraternæ correctionis materia?* Resp. Sola peccata mortalia sub gravi obligatione corrigenda sunt. Quoniam correctionis fraternæ finis est lucrum fratris. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum:* Matth. XVIII. Solo autem mortali crimine pereunt fratres. Ergo mortale crimen est propria istius præcepti materia. Contendit Dominicus Soto *de secret. teg. memb.* II. *quæst.* II. *concl.* 2. etiam venialia corrigenda sub mortali esse, cum in periculum hominem coniiciunt peccandi mortaliter: exempli causa, si quis ingreditur inspectum domum, aut familiaritatem cum multercula conferit; quod corrigendum præcipit Augustinus in Regula. *Si oculi petulantiam in aliquo vestrum adverteritis, statim admonete, ne male cepta progrediantur.* Verum hæc plerumque mortalia, non venialia crimina sunt. Distinctione opus est, ut veritas suo loco stet. Si venialia suapte natura viam aperiunt ad mortalia, cuiusmodi sunt quæ indicavimus; tunc præceptum urgere correctionis existimo. Si venialia non præterunt periculum prolabendi in mortalia, sed tolummodo in alia venialia; tum præceptum non obligat saltem sub gravi. Si tamen hæc peccata venialia habitualia sint, quæ non levem miseriam homini ingerunt; præceptum obligaret sub levi culpa. Si venialia sint ex fragilitate, nulla urget obligatio: etenim infinitæ propemodum sunt eiusmodi culpæ, quæque nostram fugiunt cognitionem; atque adeo præceptum correctionis locum habere in his non potest. Sententia communis.

X. Quæst. III. *Superiores tenentur ne sub gravi*

corruptelarum ceteri gradu inducit, & detrudit, ut reipsa in hac, sicut in ceteris, causa accidit. Colligeque quam caute, quam circumspecte, & religiose ponderanda sunt ea quæ de morum integritate publicis typis consignantur. Serio perpende plura re concedi posse quæ scriptis publicis evulgari, & exaltari non expedit. Finem disputationi imponamus prudentissimis, ac saluberrimis consiliis Sapientissimi Pontificis BENEDICTI XIV. qui *pag.* 239. te admonet, doctrinam quæ iustitiæ vinculo obstringit Clericos ad eroganda superflua, esse sententiam *quam innumeri Theologi laudabiliter propugnant, & tutiorem esse, atque in PRAXI CONSULENDAM.* Et tandem *pag.* 240. concludit. *Urgeant Episcopi, & inculcent suis Clericis ex ecclesiæ stipendiis vicitantibus gravem obligationem quam habent, elargiendi pauperibus, aliisve pits usibus applicandi, sibi redundantes ecclesiasticos reditus. Sed adhuc latentem huius obligationis originem non investigent. Ut enim scribat Cardinalis Bellarminus in epistola ad Theanensem Episcopum nepotem suum contr. 8. & ultim. parum refert determinare unde illud proveniat gravis obligationis vinculum quo ceterorum omnes Beneficiarios obstringi* INDUBITANTER *scimus.*

# DISSERTATIO VII.

## DE

## *CORRECTIONE FRATERNA.*

Disputationem de eleemosyna, quæ est divinæ caritatis exterior fructus, qui corporalis nuncupatur, quia corporum egestatibus suppetias affert, recte consequitur disputatio de altero misericordiæ, seu caritatis exteriori effectu, qui spiritualis dicitur, quoniam animarum bona spectat, quatenus mala per fraternam correctionem removet. Distinguunt aliqui *correctionem a correptione*. Illius distinctionis meminit ipse D. Thomas in IV. dist. XIX. quæst. II. art. 1. ad 6. *Correptio est fratris ad fratrem; correctio vero est Prælati ad subditum.* Alii in hoc sitam contendunt distinctionis vim, quod correctio effectum emendationis ferat; correptio vero animum tantum exprimat. Si grammaticalis spectetur significatus, correptio, & correctio sensa produnt diversa. Verum pro eodem a Theologis usurpantur. De hac correctione difficiliores quæstiones in hac resolvemus dissertatione.

### CAPUT I.

*Quid & quotuplex sit fraterna correctio, & utrum de eadem præceptum sit, & quæ illius obligatio, atque conditiones sint.*

I. Correctio fraterna definitur a S. Thoma 2. 2. *quæst.* XXXIII. *art.* 1. quod sit spiritualis eleemosyna, a caritate dimanans, qua quis secreta admonitione malum proximi, quatenus illi noxium est, removere studet. *Unde etiam correctio fraterna est actus caritatis, quia per eam repellimus malum fratris, scilicet peccatum, cuius remotio magis pertinet ad caritatem quam etiam remotio exterioris damni.* Correctio duplex. Altera fraterna, quam describimus; altera iudicialis, quæ actus iustitiæ est, bonumque iustitiæ spectat. Hæc ab iis solum præstari potest qui publica potestate præditi sunt, ut egregie docet Angelicus loc. cit. *Unde correctio fraterna est actus caritatis.... Alia vero correctio est quæ adhibet remedium peccato delinquentis, secundum quod est in malum alterius, & præcipue in detrimentum communis boni; & talis correctio est actus iustitiæ, cuius est conservare rectitudinem iustitiæ unius ad alterum.* Advertas tamen velim, ita correctionem fraternam esse actum caritatis, ut etiam, immo proximius, a misericordia dimanet, quemadmodum docet Soto *de tegend. sec. memb.* II. *quæst.* I. Res est levioris momenti quam ut in eius discussione immoremur.

II. Præceptum fraternæ correctionis continetur in illis verbis Matth. XVIII. *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum.* Negavit ex recentioribus quidam Auctor, in præfatis verbis



bis mandatum contineri, ut refert Axotius *II. Part. Lib. XII. cap.* XIV. Quæ opinio ab omnibus Theologis rencitur. Nec obest quod opponitur, nimirum dixisse Dominum: *Si peccaverit in te frater tuus*, quasi de solo peccato in non commisso locutus sit. Quoniam verborum sensus est: Si peccaverit frater in te, hoc est coram te, vel te sciente. Qui enim in Deum peccat, & in nos peccat; cum Christi membra simus, & filii, & servi. Porro qui in patrem peccat, in filium quoque delinquit.

III. In præfatis Christi Domini verbis præceptum contineri, certum est penes omnes Theologos. Præceptum hoc in ipsa veteri lege populo suo Deus imposuit. Dicitur enim Ecclesiastici cap. XVII. vers. 12. *Et mandavit illis, unicuique de proximo suo:* & Levitici XIX. vers. 17. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo; sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum.* Nullum igitur inter Catholicos super hac re dubium.

IV. Præceptum illud divinum est, quia a Deo latum; naturale est, utpote in illo naturæ principio insitum: *Quod tibi fieri vis, alteris feceris.*

V. Omnes tum fideles, tum infideles astringit. Ab iis quippe quæ iuris naturæ, nemo liber evadit. Illius obligatio genere suo gravis est, cuius transgressio absolute mortalem culpam inducit; nisi aut inadvertentia, aut rei parvitas excuset. Obligat semper, sed non pro semper, quemadmodum cetera præcepta quæ affirmativa appellantur. Patet autem hoc præceptum affirmans esse.

VI. Plures requiruntur conditiones ut mandatum hoc reapte astringat. Eas recenset Angelicus 2. 2. quæst. XXXIII. art. 2. *Considerandum est, quod sicut præcepta negativa legis prohibent actus peccatorum, ita præcepta affirmativa inducunt ad actus virtutum. Sed actus virtutum non quilibet modo fieri debent, sed observatis debitis circumstantiis, quæ requiruntur ad hoc ut sit actus virtuosus; ut scilicet fiat ubi debet, & quando debet, & secundum quod debet. Et quia dispositio eorum quæ sunt ad finem, attenditur secundum rationem finis, in ipsis circumstantiis virtuosi actus præcipue attendenda est ratio finis, qui est bonum virtutis ...* Correctio autem fraterna ordinatur ad fratris emendationem. *Et ideo hoc modo cadit sub præcepto, secundum quod est necessaria ad ipsum finem, non autem ita quod quolibet loco, vel tempore frater delinquens corripiatur.*

VII. Conditiones istæ ad quatuor revocari possunt. Prima est gravis peccati notitia. Secunda, ut spes habeatur emendationis. Tertia, ut sit personæ, & temporis opportunitas. Postrema, ut commode prælati valeat. Singulæ explicandæ sunt sequentibus quæstiunculis.

VIII. Quæst. I. *Qua notitia necessaria est ut præceptum urgeat?* Resp. Requiritur cognitio moraliter certa; nec sufficit dubia aut leviter probabilis: quoniam iniuria proximo irrogatur, si levi suspicione crimen ipsi affingatur. Opportune Ecclesiasticus cap. XI. vers. 7. *Priusquam interroges, ne vituperes quemquam; & cum interrogaveris, corripe iuste.* Quod tamen intelligas velim, nisi periculum gravis damni immineret, ut cum peccatum in malum proximi vergeret, effetque emendationis spes: tunc enim sola probabilis dubitatio sufficeret ad delinquentis correctionem faciendam. Sententia communissima.

IX. Quæst. II. *Quanam peccata sunt fraternæ correctionis materia?* Resp. Sola peccata mortalia sub gravi obligatione corrigenda sunt. Quoniam correctionis fraternæ finis est lucrum fratris. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum:* Matth. XVIII. Solo autem mortali crimine pereunt fratres. Ergo mortale crimen est propria istius præcepti materia. Contendit Dominicus Soto *de secret. teg. memb.* II. *quæst.* II. *concl.* 2. etiam venialia corrigenda sub mortali esse, cum in periculum hominem coniiciunt peccandi mortaliter: exempli causa, si quis ingreditur inspectum domum, aut familiaritatem cum multercula conferit; quod corrigendum præcipit Augustinus in Regula. *Si oculi petulantiam in aliquo vestrum adverteritis, statim admonete, ne male cepta progrediantur.* Verum hæc plerumque mortalia, non venialia crimina sunt. Distinctione opus est, ut veritas suo loco stet. Si venialia suapte natura viam aperiunt ad mortalia, cuiusmodi sunt quæ indicavimus; tunc præceptum urgere correctionis existimo. Si venialia non præterunt periculum prolabendi in mortalia, sed tolummodo in alia venialia; tum præceptum non obligat saltem sub gravi. Si tamen hæc peccata venialia habitualia sint, quæ non levem miseriam homini ingerunt; præceptum obligaret sub levi culpa. Si venialia sint ex fragilitate, nulla urget obligatio: etenim infinitæ propemodum sunt eiusmodi culpæ, quæque nostram fugiunt cognitionem; atque adeo præceptum correctionis locum habere in his non potest. Sententia communis.

X. Quæst. III. *Superiores tenentur ne sub gravi*

*gravi culpa subditorum venialia crimina corrigere?* Resp. Si de laicis superioribus sermo sit, absolute illi graviter non astringuntur: quoniam illorum munus est Reipublicæ tranquillitatem, & pacem fartam tectam custodire, eaque prævavere mala quæ tranquillitatem, societatemque interturbant. Peccata autem venialia hanc pacem genere suo nec auferunt, nec turbant. Contingere tamen potest ut frequentes ludi, vestium luxus, vanæque pompæ graviter infesta sint bono communi. Quo in eventu superioribus incumberet gravis obligatio hæc mala removendi. Sensu de Prælatis ecclesiasticis, & potissimum de regularibus, dicendum. Ad hos quippe attinet subditorum æternæ saluti invigilare, prout illorum requirit professio. Porro illi vi hujus professionis ad perfectionem evangelicam comparandam astricti sunt. Peccata venialia gravia impedimenta hujus assequendo fini inicient, & magnum regulari observantiæ detrimentum inferunt. Gravi itaque onere Prælati astringuntur, ut hæc peccata pro viribus corrigant, & in societate expellant. Si vel ipsi superiores laici peccant, cum mala quæ civilem societatem inficiunt, non removent; quam gravius delinquent ecclesiastici Prælati, qui aut otiositate, aut quadam vel animi vel itate, vel politica dissimulatione illarum culparum virus grassari finunt? Cum igitur Prælati regulares videant frequentes iguum transgressiones, quæ, etsi genere suo peccata nec gravia, nec levia sint, vix tamen reipla a crimine purgantur, magnum bono publico inferre nocumentum, graviter delinquunt, si impedire hæc mala, corrigendo & increpando delinquentes, non satagunt. Opportuna sunt Dominici Soto verba *de tegend. secret.* memb. 11. qu. 11. conclus. 3. *Num si in religione nostra caderent observationes vestræ; ut puta fratres passim ederentur linuis, vesperentur vaginibus, & silentia rumperent; quamvis hæc apud vos nulla sint peccata; tamen Prælatus, qui hujusmodi damna refarcire posset, & ad regulam revocare, teneretur certe sub reatu mortali id satagere.* Sententia hæc communis est, quam defendunt præter laudatum Sotum Suarez *de charit. disput.* VIII. *sect.* 2. *num.* 6. Bannez 2. 2. *q.* XXXIII. *art.* 2. *dub.* 2. Prado *cap.* XIV. *q.* II. §. 3. Castropalaus *disp.* III. *punct.* 3. *n.* 6. Azorius *Lib. XII. cap.* XIV. *q.* IV. Ledesma *II. Part. tract.* IV. *cap.* IV. *conclus.* 4. Antonius a Spiritu sancto *tract.* II. *dub.* 2. *sect.* 16. *numer.* 123. Salmanticenses *tract.* II. *cap.* VII. *punct.* 4. *num.* 47., & alii plures.

XI. Quæst. IV. *Peccatum præteritum est ne correctionis fraternæ materia?* Resp. Quando non est de peccato præterito alubi pœnitentia absoluta, ut omnibus competunt est. Cessat namque correctionis finis, cum emendationi locus non sit, sicut reapte non est, quando peccatum delinquentis contritione evanuit. Peccatum ergo perpetratum, sed nondum pœnitentia deletum, præbet disputandi argumentum. Negantem opinionem defendunt, si periculum abest relabendi in peccatum, Reginaldus *Tom. I. Lib. V. cap.* XXV. *num.* 233. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* III. *punct.* 2. *num.* 6. Lorca 2. 2. *qu.* XXXIII *art.* 5. *disp.* 41. *num.* 3. Sanchez *in Conciliis Lib. VI. cap.* II. *dub.* 2. *n.* 3. Leander *tract.* IV. *disp.* II. *q.* V. ubi alios citat.

XII. Sententia affirmans non modo probabilior, sed vera mihi est. Quoniam flagitium perpetratum magis quam perpetrandum correctionis præcepto subjacet. Non enim Christus dixit: Si frater tuus velit, aut voluerit; sed *si peccaverit*, inquit, *corripe &c.* Quare evangelicus textus de perpetrato peccato potissimum loquitur. Ratio satis perspicua ex fine, & natura evangelicæ correctionis elicitur. Correctio namque spiritualis eleemosyna *est*, quæ proximo gravi morbo laboranti suppetias affert, ut infirmitati subducturi prisinæ sanitati restituat. Qui autem in peccato mortali versatur, maxima detinetur infirmitate, nullumque gravius malum ei accidere potest. Subsidio ergo correctionis, qua liberetur, indiget. Pejus quippe homo le habet post perpetratum crimen, quam se habeat antequam illud perpetret. Si ergo urget præceptum correctionis, ut futurum peccatum declinet, longe magis urget præceptum illud, ut a contracta labe purgetur. Quid quod vel ipsi adversarii, dum de cognitione peccati corrigendi sermonem habent, uno ore fatentur, requiri cognitionem moralitter certam; nec latis esse notitiam ex auditu, aut rumore spariam? Porro peccata quæ per rumorem, & auditum scimus, præterita sunt, non futura. Circumstantiæ tamen spectandæ sunt. Nam si frater tuus ex infirmitate lapsus sit, & prudenter prævideas lemetipsum fore emendaturum, a correctione abstinere poteris.

XIII. Objicies 1. Tibi non constat an tua correctione peccator acturus sit pœnitentiam. Frustra ergo verba fundis, cum incerta sit emendationis spes. Accedit te latere, peccatorem tuum per pœnitentiam diluisse crimen. Resp. Si prima ratio consisteret, actum de correctionis præcepto esset. Sentire nos con-



venit, proximum nostrum correctione admonitum acturum pœnitentiam: & Calistiarum benignitas non debet talem de fratribus nostris concipere opinionem, ut velint in malitia fordescere. Sed oppositum nobis est præsumendum. Secunda ratio tollit quæstioni locum. Sermo quippe est de eo quem scimus in peccato versari.

XIV. Objicies 2. Peccator non astringitur confestim de peccato conteri; sed dumtaxat instante confessionis præcepto. Ergo supervacanea correctio est. Magis ne fratrem quam temetipsum diligere debes? Porro tu ipse non astringeris temetipsum statim corripere; quanto minus itaque fratrem tuum? Cujus ratio est, quod tameti in peccato permaneas, non inde tamen periculum instat relabendi in novum peccatum. Resp. duplex est Auctorum placitum super præcepto statim pœnitendi post peccatum. Ego in ea sum sententia quæ docet, nulla interjecta deliberata mora, conteri peccatorem debere de perpetrato crimine. Qua sententia posita, in promptu abit argumentum propositum. In aliorum vero opinione, qua longius pœnitentiæ intervallum conceditur, consequentia negatur. Accidit quippe interdum ut magis alienum quam proprium malum cavere debeamus. Gravi corporis necessitate presso fratri succurrere vi præcepti debemus, quam tamen ego latem quisque, virtutis amore ductus, perfortte licite poteit. Delinquens dominus est bonorum suorum spiritualium; sed bonorum fratris sui custos est. Quisque negligere valet feverorem vigilantiam super propria pecunia; secus in custodia alieni deposita. Quod postea subdunt, ex permanentione in peccato nullum in fare periculum relabendi in aliud crimen; falsum omnino est, omnium que Patrum doctrinæ, & triti nimis experimento adversatur.

XV. Quæst. V. *Peccata ex ignorantia commissa, sunne ut præcepti corripiendi?* Resp. Si ignorantia vincibilis sit, convenit inter omnes quod præceptum urgeat correctionis: Si delinquens invincibili laboret ignorantia, non pauci absolute negant, te ad correctionem astringi. Alii distinguunt ignorantiam iuris naturalis ab ea quæ est iuris positivi; illam quæ est juris, ab ea quæ est facti. In prima positione aiunt, in altera negant. Quæ mihi probabiliora sunt, statim expono.

XVI. Dico primum, præceptum correctionis fraternæ omnes astringere ad lumen ferendum peccantibus ex ignorantia invincibili contra ius sive naturale, sive divinum. Duplici namque isti milseria premuntur: & quod peccatum, quamquam materiale, perpetrant; & quod tenebrarum caligine obducti legem ignorant. Urget ergo summopere præceptum illos illuminandi. Dico secundo. Nemo excusatur ab observatione præcepti, quod ilsius delinquentes contra ius ecclesiasticum invincibili ignorantia laborent; potissimum si ius universam spectet Ecclesiam, cujusmodi est illud quod præcipit quadragesimæ, & quatuor temporum jejunia, abstinentiam a carnibus die veneris, & id genus similia. Horum quippe ignorantia grave malum est, a quo eripiendi sunt fratres nostri subsidio fraternæ increpationis. Si ius peculiare sit alicuius diœcesis, vel provinciæ, præterubens aliquod jejunium, vel festum; contendunt multi præceptum non urgere corrigendi peccantes ex ignorantia invincibili contra tale ius: quæ opinio non videtur improbabilis, eo quod eiusmodi ignorantia non sit grave malum. Hac ratione exeniant quoque a præcepto corrigendi eos qui peccant contra ius universale ecclesiasticum ex ignorantia invincibili facti: puta, si videas quemquam aut omittere sacrum in die festo, quia judicat non esse festum; aut comedere carnes die veneris, quod non advertit ad talem diem. Verum cur illuminari illi non debeant, non video, dummodo obstacula absint, quæ supervacaneam, frustraneamque efficiant correctionem. Circumstantiæ ergo spectandæ sunt; &, si opportunæ occurrerint, illuminandi sunt, & in viam revocandi errantes fratres. Dico ultimo Prælatos, Pastores, Confessarios, eosque quibus ex officio incumbit animarum regimen, præcepto urgeri ad corrigendos fratres quocumque modo invincibiliter peccantes contra quodlibet ius, sive naturale, sive divinum, sive humanum. Eorum quippe potissimum munus est ignorantes docere, atque instruere in iis quæ ad salutem attinent æternam.

## CAPUT II.

*De personis quibus onus incumbit correctionis faciendæ, & quæ corrigenda sunt.*

I. INdicamus est capite præcedenti, præceptum correctionis, cum naturale sit, & divinum, omnes sive fideles, sive infideles astringere. Verum quia de quibusdam non eorum qui corrigitum eorum qui corripere debent, peculiares occurrunt difficultates; idcirco singillatim excutiendæ sunt sequentibus quæstionibus.

II. Quæst. I. *Utrum tam infiti, quam peccatores corrigere debeant proximum delinquentem?*

*tem?* Resp. Prius quam super hac non levi quæstione Theologorum placita varia refero, juvat aurea verba eloquentissimi M. T. Ciceronis illhuc transcribere ex *act. IV. in Verrem* sub initium exordii. *Legem*, inquit, *sibi inducant innocentiæ, sententiæ, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitæ repetunt, atque eo magis, si id, ut antea dixi, facienda nulla re communi alia ab illis utilitate communi. Nam qui sibi hoc sumpsit ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quæ huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officii declinavit? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus eiusmodi civis fundamentis, ac diligendus est, qui non solum Reipublicæ civem improbum removet, verum etiam seipsum eiusmodi fore profitetur, ac præstat, ut sibi non modo communis voluntate virtutis, atque officii, sed etiam ut quadam magis necessaria ratione recte sit, honestèque vivendum .... Atque hoc ego plus auctor habeo quàm qui ceteros accusaverunt (si unus est id appellandum quod cum lætitia feras, ac voluptate) verumtamen hoc ego amplius suscepi quàm tetere: quod ita postulatur ab omnibus ut ab iis sè abstineant maximè vitiis in quibus alterum reprehendunt. Furem aliquem, aut rapacem aliquem accusaris? Ipsanda tibi semper erit omnis cupiditatis suspicio. Maleficum quempiam adduxerit, aut crudelem? Cavendum erit semper ne quid in re asperior, aut inhumanior fuisse videare? Corruptorem, adulterum? Providendum diligenter ne quod in vita vestigium libidinis appareat. Omnia postremo quæ vindicaturis in altero, tibi ipsi volenter fugienda sunt. Etenim non modo accusator, sed ne obiurgator quidem jucundus est is qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.*

III. Paulus Comitolus *Lib. IV. resolut. moral. quæst.* XLVIII. plurima ex Patribus, & maxime ex D. Thoma congerit adversus eos qui id imitantur in quo alios obiurgant, & videtur in ea esse sententia quod solis iudis correctio congruat. Ut rem aliquantulum ambiguam aperiamus, fecernamus ea quæ magis expediunt, ab iis quæ absolute sunt necessaria.

IV. Dico primum, summopere expedire esse, & ad correctionis profectum quodammodo necessario requiri, ut obiurgator talis sit qualem eum delineant Cicero, Basilius *in Regulis brevibus interrogat.* 164. Augustinus *Lib. II. de serm. Domini in monte cap.* XXX. cæterique Patres. Iisdhuc quoque spectant Scripturæ sanctæ. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illum lapidem mittat:* Joan. VIII. & ad Rom. II. *In quo alium iudicas, te ipsum condemnas:* & Matth. VII. *Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui:* & illud Lucæ IV. *Medice cura te ipsum.* Plurima alia similia passim tum in novo, tum in veteri testamento occurrunt. Quibus in locis ab officio correctionis arceri videntur peccatores. Germanus tamen tum Scripturarum, tum Patrum sensus est, quod peccatores minus apti sint huic muneri. Siquidem caritas, humilitas, mansuetudo, prudentia, aliæque virtutes requiruntur, ut quis a peccati servitute eripere valeat fratrem delinquentem. Peccatores ut plurimum odio, superbia, falsuque periti, sunt aliorum obiurgatores. Quapropter invidentiam, odium, cæteraque pravas affectiones concitant, nedum peccata impediunt. Hinc absolute vera sunt.

V. Dico tamen secundo, peccatores minime a præcepto correctionis immunes esse, sed eodem teneri. Neque enim peccatum omnino & absolute impedit quominus obiurgatio fieri cum profectu valeat. Audiamus Angelicum 2. 2. quæst. XXXIII. art. 5. *Correctio delinquentis pertinet ad aliquem, inquantum viget in eo iudicium rationis. Peccatum autem non tollit totum bonum naturæ, quin remaneat in peccante aliquid de recto iudicio rationis: & secundum hoc potest sibi competere in subditis delictum arguere. Sed tamen per peccatum præcedens impedimentum quoddam affertur correctioni propter tria. Primo quidem quia ex peccato præcedenti indignus redditur ut alium corrigat; & præcipue si maius peccatum commisit, unde non est dignus ut alium corrigat de minori peccato: .... Secundo redditur indebita correctio propter scandalum quod sequitur ex correctione, si peccatum corripientis sit manifestum: quia videtur quod ille qui corrigit, non corrigat ex caritate, sed magis ad ostentationem .... Tertio modo propter superbiam corripientis, inquantum scilicet aliquis propria peccata parvipendens, seipsum præ nimio præfert in corde suo, peccata eius austera severitate diiudicans, ac si ipse esset iustus ... Ex his ergo patet quod si peccator cum humilitate corripiat delinquentem, non peccat, nec sibi veram condemnationem acquirit; licet per hoc vel in conscientia fratris, vel saltem sua pro peccato præterito condemnabilem se esse ostendat.* Hinc colligitur, neminem propter peccatum a præcepto correctionis excusari: quia quisque potest, subdit Angelicus *in IV. dist.* XIX. *quæst.* 1. *art.* 1. *quæstiunc.* 2. *ad* 2. peccatum dimittere, vel officium resignare, aut enam humiliter peccatum suum recognoscens, alium admonere rogando: & tunc non peccat. Quam responsionem prehent communiter antiquiores gravissimi Theologi D. Antoninus *II. Part. tit.* IX. *cap.* VI. §. 3. Richardus *in IV. dist.* XIX. *art.* 2. *quæstiunc.* 2. *ad.* 1. D. Bonaventura *ibidem dub.* 4. Sylvester *verb.* Correctio *quæst.* VII. Peccatorum ergo est, antequam aliorum criminum obiurgatores evadant, propria detestari crimina, & magna animi abiectione aliorum vitia increpare, vel delinquentem fratrem rogando admonere. Nisi enim prius semet ipsum serio increpaverit, vitiisque subtraxerit, difficile alios corrigendo, regulas clementiæ, & mansuetudinis servabit, honestaque sine movebitur.

VI. Non negaverim tamen quandoque peccatorum aliques, sola naturali prudentia prædiros, plus energiæ, persuasionis, & efficaciæ habere ad excitandum peccati odium, quam habeant iustorum non pauci, quod illis donis naturæ ad persuadendum careant. Quemadmodum ergo peccator eleemdynam corporalem erogare valet, qua ad peccatorum remissionem sese disponat; sic eleemosynam exercere potest spiritualem naturali caritate, & clementia ductus, qua se ipsum, & proximum ad eluendas crimina provocet, & inducat. Nemo ergo dixerit peccatorem corrigendo fratrem peccare, nisi superbia, odio, invidia, aliaque simili pravitate motus, correctionis peragat officium.

VII. Quæst. II. *Utrum Prælati ecclesiastici peccata pollati peccent subditos corripiendo peccatores?* Resp. Correctio Prælatorum iudicialis est, non fraterna, dum si officii eam præstant. Sylvester *verb. Correctio* cum Petro Paludano adiurmat. Contraria opinio communis est, mihique probabilior: quoniam non est unde evincamus, fratum gratiæ requiri in eo qui ius dicere, actumque iudicialem exercere debeat. Et ad hoc quod attinet, Sylvestri sententiam reputo falsam. Nec enim dici potest, ut contendit Sylvester, Prælatum vitiorum idcirco peccare, quia actum iustitiæ exercet in statu peccati mortalis. Sed veram Auctoris huius exilimo opinionem hoc in sensu, quod Prælatus, quoquique in peccato mortali versatur, inepsus est ad peragendam officium iustitiæ propter scandalum quod ingerit obiurgatio facta a superiore criminoso, vel quod fructuanea esse eiusmodi correctiones solent. Quamobrem aut abdicare se magistratu, & dignitate, aut componere mores suos, atque impedimenta removere, quæ obiurgationi sunt, utique administrationi propriæ dignitatis, Prælati astricti sunt. Qua siquidem ratione superiores ex iustitia subditorum crimina obiurgare tenentur, eadem devinciuntur lo aptos efficere ut digne, quatenus fieri potest, munus obire suum valeant. Sententia sic explicata communis est; nec video quod revocari in dirimen possit.

VIII. Quæst. III. *Utrum homines privati teneantur propria emendare vitia, ut digne alios corrigere valeant in extrema necessitate?* Resp. Indicatum iam antea est, peccatores non posse absque novo peccato in vitiis deliberate persistere, ob præceptum quo urgentur sese in Deum convertere, propriaque æternitati consulere. Sed, hac unilla opinione, in prudentia quæritur, utrum titulo fraterni correctionis peragendæ debeat homo privatus e vitiis emergere. Distinguunt Auctores. Si tu aliquem ad peccandum tuo exemplo, aut suasione induxisti, lege te ligatum volunt ad mores nos reformandos, ut fratrem tui causa lapsum recuperare valeas; etiam si necessitas extrema non sit. E contrario a lege pœnitendi te exsolvunt, necessitate extrema sublata. Immo P. Calliopalaus *tract. VI. disp. III. punct. 6. num. 6.* etiam urgente necessitate extrema, nullum tibi incumbere onus contendit. Affirmant vero communius alii. Vix occurrere casus proponi quotidianis potest, qui enim in extrema iustæ constituitur, divinæ vindictæ timore non excitatur ad detestanda crimina, quid ei proderit sanctitas corrigentis? Vix enim, per me licet, accidere potest ut Christianus morti proximus, de quo nunc sermo est, nolit ad bonam se recipere frugem, nisi aliena corrigentis, & hortantis innocentia præceserit. Verum, ut paucis rem expediamus, si eventus occurreret, corrector emendationis præcepto fieret obnoxius.

IX. Quæst. IV. *Utrum Concionatores verbum Dei e suggestu annuntiantes, & vitia increpantes gravi culpa infecti, mortaliter peccent?* Resp. Ex iis quæ diximus ante de Prælatis iudicialem correctionem in peccato exercentibus, patet responso ad propositam quæstionem. Quamvis enim divinæ veritatis explicatio, ex officio potissimum peracta, actio sacra sit; tamen non eiusdem sanctitatis est ac sunt sacramenta, quorum administratio in peccato mortali facta, sacrilegio minutum inficit. Quare si ministerii qualitas sola spectetur, non videtur tantum præferre dignitatis, sanctitatisque, ut requirat Concionator malitia gravi maculatus, illo sine nova culpa fungi. Profanationem tamen quamdam committere, & inter venialia gravem perpetrare culpam Concionatorem, hunc, nemo nare



insa-

inficias ire poterit. Hæc dicta sint, rei natura spectata. Ceterum ad praxim quod attinet, lectorum iudicio submitto sententiam Cajetani, Navarri, Paludani, Sylvestri, aliorumque asserentium, reipsa peccare mortaliter Concionatorem qui sanctum Dei verbum pollutis mortaliter labiis e suggestu fideli populo explicat. Nihil ego hac de re definio. Quoniam, ubi de mortali peccato quæritur agitur, nisi veritas pateat, suspendere iudicium soleo. Rationem quam citati Auctores adducunt, refero, quæ eiusmodi est. Tametsi officium Concionatoris non sit adeo sacrum, ut minister culpæ reus illo fungens vitalis actionis sacrilegium contrahat; nihilominus peccat Concionator, quod impedimentum grave ex se opponat divinæ prædicationis profectui. Plurimum Concionatoris sanctitatem conducere ad uberem colligendam divinæ sementis messem, nemo est qui negare ausit. Porro quisque minister, maxime sacer, removere astringitur ea omnia quæ rectam, utilemque sui officii administrationem impediunt: quin illius magnopere interest eis lese instruere virtutibus, & taliter lese disponere, ut, quoad fieri possit, peccatorum corda emollitat, tenebras dilipet, atque pro virili impediat ne Dei verbum sua pravitate sterile evadat, profectuque vacuum.

X. Obiciunt Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VII. *punct.* 4. §. 2. *num.* 96. Pœnitentia non est natura sua medium ad correctionem ordinatum, vel ad summum medium est extraordinarium. Sed nemo tenetur extraordinariam facultatem acquirere, ut indigenti, extrema necessitate ablata, subveniat. Ergo neque astringitur quis ponitere de peccato, ut correctione sua subveniat necessitati spirituali proximi, *esto cognoscat, si de suo peccato pœniteat, correctionem profuturam.* Hæc ultima verba, ut ego quidem arbitror, nimiam mihi videntur præferre laxitatem. Aliorum tamen ello iudicium. Pro hac opinione referunt Suarez, Villalobos, Dianam, Palaum, aliosque.

XI. Resp. Tametsi pœnitentia non sit genere suo remedium ad correctionem ordinatum, inde tamen inferri minime potest, liberum a lege pœnitendi Concionatorem esse, dum sumum pergit ministerium. Cum morum quæstiones resolvuntur, omnia simul, non separatim, expendenda sunt quæ ad controversiam dirimendam attinent. Argumentum ad summum evincit, quemlibet privatum peccatorem præcepto pœnitentiæ subiectum non esse, cum alterum corrigit; nihil vero vel tantillum probat ab hac lege solutum esse Concionatorem, qui ex officio sacrum agit magisterium in populum christianum. Conferantur simul ministerii altitudo, & sanctitas, quæ in ipso ministerio elucet, quæque in Concionatore, ut digne fungatur officio, requiritur; debitum item quo astringitur Concionator auferendi obstacula, ut sane peccata sunt, quæ frustum omnem sua prædicationis impediunt. Ex quibus omnibus satis clare apparet flagitium Concionatoris qui scelerum plenus suggestum ascendit, ut aliorum peccata reprehendat, & obiurget, ac sacrosanctæ mysteria referet. Nec est quod opponas, nonnumquam scelestos divini verbi ministros, inveteratos, pervicaceisque peccatores ad meliorem revocasse frugem, contritionemque adeo ferventem in illdem accendisse, ut in altos mutaverint. Vera sint hæc omnia. Nihil repugno. Malorum opera Concionatorum uti Deum posse, ut hæc, & meliora moliatur, nemo nescit. At quid hæc valent ad evincendum, solutum Concionatorem esse a lege eliendi propria crimina, ut impedimenta removeat sui officii, ut aptum se reddat ad suas præstandas partes, ut sancta sancte tractare valeat? Nihil profecto. Conflitit ergo sententia nostra, omnibus inspectis circumstantiis; quidquid sit, **cum res** absolute, & a circumstantiis præcisa disputatur.

XII. Quæst. V. *Debent ne Concionatores publica peccata corrigere, tametsi nullum fructum sperent?* Resp. Nisi prævideatur excorrectione maius futurum malum, tenentur: quia non privatæ, sed publicæ personæ munus sustinent. Eo vel magis quod nemo scire certo potest, an vacuum prorsus futurum sit Dei verbum. Quin omnes tenentur, data opportunitate, corrigere publicos usurarios, meretrices, aliosque iniquitatis publicos professores. Neque adeo facile desperandum de divina misericordia, ut facilius te a præcepto peragendæ correctionis eximas.

XIII. Quæst. VI. *Teneturne subditi Prælatos suos corrigere?* Resp. Affirmat D. Thomas, rationemque promit 2. 2. *q.* XXXIII. *art.* 4. Correctio, cum actus sit caritatis, ad eos omnes se extendit quos caritate prolequi debemus. Sed caritatis præcepto ungemur Prælatos diligere. Ergo & corripere, cum indigent. Peculiares tamen conditiones hanc subditorum in Prælatos correctionem comitari debent, ut virtutis actus evadat. *Sed quia,* subdit Angelicus, *actus virtuosus debet esse moderatus debitis circumstantiis, ideo in correctione qua subditi corrigunt Prælatos, debet modus congruus adhiberi, ut scilicet non cum protervia, & duritia, sed cum mansuetudine, & reverentia corrigantur. Unde Apostolus dicit I. Timoth. v. Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem.*

XIV. Quæst. VII. *Qui sint superiores qui ad correctionem speciali iure tenentur?* Resp. Prælati subditos, parentes filios, domini famulos, mariti uxores, tutores pupillos, Parochus oves, Confessarii pœnitentes, curatores minores corripere peculiari iure astringuntur. Utrum hæc maior obligatio sit ex caritate, vel ex iustitia, non una est Doctorum sententia. Probabilior ea mihi est quæ defendit, iustitiæ lege devinctos superiores esse ad subditorum correctionem. Caruas namque omnes indiscriminatim astringit. Superiores præter communem caritatis obligationem, ratione officii, & dignitatis quam sustinent, aliud peculiare onus iubeunt. Quæ autem vi officii præstare tenentur, ea ex iustitia, non caritatis lege proficiscuntur.

XV. Quæst. VIII. *Hæc maior superiorum obligatio efficit ne ut in mores subditorum inquirere debeant?* Resp. Duplicem correctionem peragere Prælati tenentur; alteram iudicialem, fraternam alteram. Convenit inter Theologos debito inquirendi in subditorum vitam, moresque obligati superiores, cum pro tribunali corripere subditos velint. Vi quippe officii superiores omnes eam debent diligentiam, operamque adhibere qua opus est ut exacte suum munus exerceant, suumque penitus solvant. Ad hoc autem inquisitio in subditorum vitam frequenter necessaria est. Quare si seipsis id peragere nequeant, exploratorum opera uti possunt, & lepius debent. Quemadmodum enim pastor canes alit, ut ad gregis custodiam latrent; sic Pastorem spiritualem suos habere speculatores, delatoresque convenit. In id tamen intento animo incumbere Prælati debent, ut ad officium istud virus prudentia, zelo, & caritate præditos seligant, odio, & invidentia omnino vacuos. Ad hanc itidem diligentiam adhibendam tenentur vi præcepti correctionis fraternæ. Quia siquidem ratione qui diriores sunt, uberiores erogare eleemolynas indigentibus debent; eadem pariter astringuntur parentes. Prælati, & ceteri superiores maiorem præstare operam, uberiusque spirituale subsidium subditis suis, cum in hunc finem abundantiores divitiæ, nimirum amplior potestas, potentior auctoritas, vimque efficacior, & plura alia collata sint, quæ lecurius ad finem correctionis obtinendum viam paraut. Hæc omnia docet Angelicus 2. 2. q. citt. XXXIII. art. 2. ad 4. *Illud quod debetur alicui determinate, & certe persone, sive sit bonum corporale, sive spirituale, oportet quod ei impendamus, non expectantes, quod nobis occurrat, sed debitam sollicitudinem habentes ut eum inquiramus. Unde sicut ille qui debet pecuniam creditori, debet eum requirere, cum tempus fuerit, ut ei debitum reddat; ita qui habet specialiter curam alicuius, debet quærere ad hoc quod eum corrigat de peccato. Sed illa beneficia que non debentur certe persone, sed communiter omnibus proximis, sive sint corporalia, sive spiritualia, non oportet nec quærere quibus impendamus, sed sufficit quod impendamus eis qui nobis occurrunt.* Quibus ultimis verbis docet prælatam inquisitionem licitam minime subditis esse. Hæc omnia communia sunt.

XVI. Executio eorum quæ dicta sunt, non levem affert difficultatem, videlicet cui viæ inhærere, quibus uti regulis Prælati debeant, ne ad alterutrum extremorum aut pecipitanter, aut severioris diligentiæ declinent. Plures præscribere Doctores solent regulas ad quas animum intendere Prælati debeant. Verum, nisi ipsi sint peculiari acumine, & dexteritate præditi, nisi iuges preces Deo fundant ad assequendum divinum lumen, cetera vix profunt.

XVII. Prima regula est. Cum Prælatus ipse luitrare loca valet, in quibus delinquere subditi solent, non debet aliorum uti ministerio. Eius quippe prudentia multum roboris habet, & efficacior ad continendos, atque in ordinem redigendos subditos. Prælatorum aspectus ob quamdam intimam dignitati manifestatem, vimque occultam, tali rubore, & timore subditos perfundit, ut facillime se contineant, vitentque delinquendi occasiones. Secunda, ut in exploratores eos minime admittant Prælati qui naturali levitate, & curiositate ad aliena iscrutanda crimina feruntur; sed viros graves, beneque moratos ad id muneris eligant Tertia. Summopere cavere debent Prælati ne nimium monoli, & suspiciosi sint. Nil quippe gravius subditis quam superior tetricus, & diffidens, qui ob levissimas coniecturas facillime malum suspicatur. Magis congruit bono communi aliqua crimina illius fugere diligentiam, quam nimia suspicione, & severiori perquisitione subditos molestare. Enimvero quippe Prælati omnia perturbant, odia in se concitant, vel saltem quamlibet piam affectionem extinguunt, diffidia ferunt, indignoque prælecturæ lese constituunt. Verum de hoc plura alibi.

CA-

## CAPUT III.

*De tribus conditionibus necessariis ut correctionis præceptum obliget. Sunt autem spes profectus, temporis opportunitas, & commoditas.*

I. AD quatuor revocari diximus *cap.* 1. conditiones quæ requiruntur ut quis exequi præceptum fraternæ correctionis teneatur. De cognitione delicti, quæ correctionem antecedere debet, dictum est satis. Aliarum nunc examen instituitur; & primum de spe profectus, quam quis concipere debet, priusquam correctionis officium suscipiat.

II. Quæst. I. *Certam ne, an probabilem concipere spem profectus debet ille qui alterum corrigere studet?* Resp. Distinguenda est correctio iudicialis a correctione fraterna. Illa, cum bonum commune spectet, non est omittenda, etiamsi nulla sit spes emendationis illius qui corrigendus est. Custodia quippe publicæ utilitatis, atque tranquillitatis est finis iudicialis correctionis. Sic docet Angelicus 2. 2. *q.* XXXIII. *art.* 6. ubi post doctrinam quæ attinet ad hanc correctionem iudicialem, quæ superioribus tantummodo convenit, sermonem instituit de correctione fraterna, quæ, sublata profectus fiducia, negligenda est. Cessante namque fine unico præcepti, cessat præceptum ipsum. Finis porro unicus correctionis fraternæ est delinquentis emendatio: si hæc desit, deficiat præceptum ipsum necesse est. Hæc sunt Angelici verba: *Alia vero est correctio fraterna, cujus finis est emendatio delinquentis, non habens coactionem, sed simplicem admonitionem. Et ideo ubi probabiliter æstimatur quod peccator admonitionem non recipiat, sed ad peiora labatur, est ab hujusmodi correctione desistendum: quia ea quæ sunt ad finem, debent regulari secundum quod exigit ratio finis.*

III. Convenit ergo inter omnes, concipiendam esse de corripiendi hominis emendatione spem, ut præceptum obliget. Difficultas potius in eo sita videtur; quænam spes requiratur, probabilis ne, an certa. Verum & in hoc communiter Theologi conveniunt, non requiri certam, sed probabilem satis esse. Si certa necessaria foret, nunquam præceptum correctionis obligaret. Vix enim fieri potest ut hæc certitudo habeatur, cum ab alterius voluntate pendeat soli Deo nota. Sufficit ergo probabilis spes emendationis.

IV. Quæst. II. *Peccant ne frequenter homines ob fraternæ correctionis omissionem?* Resp. Ut ego quidem arbitror, perfrequenter delinquitur in hoc præceptum, potissimum ob hoc quod nimium diffidamus de fratrum emendatione. Minus est quam pugnantia homines eloquantur, ut legis iugum quoquo modo excutiant. Modo omnium salutem sperandam fore prædicant, ut peccantium animos erigant. Modo illorum contumaciam, obstinationem, indocilitatemque obiciunt, ut a correctionis debito sese liberent. Bene iudicandum de omnibus exaggerant; ut liberius ipsi peccare possint. Deleretam peccantium emendationem asserunt, ut offendant nullum esse correctioni locum.

V. Dicendum ergo, non diffidendum de peccatorum emendatione, nisi gravia occurrant momenta. Rara est delinquentium fructus, non tam ob illorum malitiam, quam ob corrigentium defectum. Delunt quippe qui aut velint absolute corripere, aut qui sint caritate, prudentia, veroque zelo prediti. Non itaque sibi illudant homines, existimantes sese immunes a correctionis onere, eo quod non sit spes profectus. Nam, ut advertunt vel ipsi benigniores Theologi, videmus plures ad meliorem frugem vi fraternæ correctionis redactos, quorum nulla, aut exigua spes apparebat emendationis. Incerta est, & mutabilis hominum voluntas; ideo concipienda est etiam de Deum conversionis fiducia. Late, ac erudite de more Augustinus assignat causas cur homines negligant correctionis officium, Lib. I. de civ. Dei cap. IX. *Plerumque enim ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis male dissimulatur: vel cum laboris piget; vel cum os eorum coram verecundamur offendere; vel cum eorum inimicitias devitamus, ne impediant, & noceant in istis temporalibus rebus.* Quæ hactenus dicta sunt, docent communiter Theologi. Suarez *disp.* VIII. *sect.* 3. Bannez 2. 2. *quæst.* XXXIII. *art.* 2. *dub.* 4. *concl.* 4. Prado *cap.* XIV. *quæst.* III. §. 2. Castropalaus *disp.* III. *punct.* 5. Salmanticenses *tract.* II. *cap.* VII. *punct.* 4. §. 3. *num.* 66. & alii plures.

VI. Obiicies. Confessarius corrigere tenetur pœnitentem laborantem invincibili ignorantia, etiamsi nullam concipiat emendationis spem. Concionatores itidem ab obiurgatione criminum desistere non debent, quamquam prævideant multorum turbationem, & murmura. Non ergo necesse est spem concipere de corrigendorum profectu, ut præceptum obliget.

VII. Resp. Confessarii, cum sint pœnitentium iudices, ratione officii obstringuntur obiurgare, & corripere illos. Actum quippe, seu correctionem iudicialem exercent. Idem de Concionatoribus dicendum: qui etiamsi timeant aliquorum ruinam, non propterea a prædicanda veritate abstinere debent. Bonum quippe commune, quod publica veritatis explanatio spectat, præferri privatorum damno debet.

VIII. Quæst. III. *Quando prima correctio non obtinet effectum, repetenda ne est secunda, & tertia?* Resp. Quidam asserunt repetendam esse correctionem ad tertiam usque, si prima, aut secunda non proficit; non tamen adiiciendam esse quartam; contendunt enim trina correctione totum exhauriri correctionis mandatum. Alii quartam repetendam docent. Sed, his missis, dicendum toties intentandam correctionem esse, quoties, circumstantiis expensis, spes emendationis affulget. Verbum Dei semini comparatur, quod non illico fructum parit; sed din sub terra latitat. Quoties consilia, admonitiones, præque adhortationes in profundo humani cordis sinu plures diliteſcunt annos, & improviso occulta illa semina uberem producunt messem? Exempla innumera historiæ perhibent. Rerundenda igitur sunt peccatorum latera, ictuique repetendi, usquedum circumstantiæ sinunt.

IX. Quæst. IV. *Si dubius sis de correctionis eventu, astringeris ne illam omittere?* Resp. Omissis variis Auctorum placitis, quæ verosimiliora sunt, indicantur. Si æque de profectu, ac de nocumento times, omittenda correctio est. Nocumenti nomine non mærorem, non turbationem, non tristitiam hominis erudiendi intelligimus; sed novum peccatum. Ratio est, quia imprudenter agit qui dubius se operationi morali committit. Si dubitas de profectu, nihil vero times de nocumento; fungi officio tuo debes. Applicanda siquidem medicina est, sive corporalis, sive spiritualis, quam certo credis non nocituram; tametsi dubites an sit profutura. Quis abstineret ab alea iucunda, si certo ne crederet a damno indemnem, quamvis anceps de lucro esset? Tandem in extrema necessitate, cum instat mortis articulus, peragenda correctio est, etiamsi dubitetur profutura ne sit, an nocitura. Quoniam nocumentum quod ex omissione correctionis sequitur, summum est, & irreparabile, nimirum damnatio æterna. Dubium vero malum quod contingit correctionem timetur, abunde compensari videtur spe salutis æternæ, & remedio peccati præsentis, quod correctione aboleri tentatur. Ita communiter Theologi docent. Hæc omnia tamen a pluribus pendent circumstantiis, quæ explicari nequeunt.



X. Quæst. V. *Differri ne licite correctio potest, ut opportuniore tempore peragatur?* Resp. Tertia conditio, quæ comitari correctionem debet, est temporis opportunitas. Quare non solum potest, sed debet correctio differri, dum, expensis circumstantiis, existimatur utilior proximo futura alio tempore. Ratio est, quia finis correctionis fraternæ est salus spiritualis proximi. Eo igitur tempore peragenda est quod opportunius huic assequendo fini prudenter creditur.

XI. Quid, si timeas tempore medio delinquentem lapturum in alia crimina? Sanchez *Tom. II. Consil. Lib. VI. cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 7. tunc non esse differendam docet. Oppositum sustinet Castropalaus, & alii. At non video cur super hoc disputari debeat. Si enim tempus præleas opportunum non iudicatur, necessario in futurum differri correctio debet, ut omnes fatentur. Nam si inopportuno tempore fieret, in novum fortasis peccatum infirmus homo coniceretur. Numquam ergo tempore incongruo facienda correctio est, etiamsi corrigendus lapturus prævideatur in novum peccatum. Tunc enim peccaret ille solus. Ipse vero peccas, si inopportuno tempore fratrem corrigas, atque ita ad peccandum inducas.

XII. Dominicus Soto *de tegen. fec. mend. 3. quæst.* 11. inquirit, utrum expediat interdum hominem permittere in peiora prolabi crimina, ut ignominia perfusus facilius resipiscat? Adfirmat, si reipla speretur facilior, & constantior emendatio: quoniam cum correctio tota sit propter spiritualem proximi utilitatem, peragenda est eo modo quo utilior proximo exilimatur. Animadvertit ille bifariam Deum peccata permittere. Uno modo in priorum criminum pœnam: qua ratione in reprobum sensum gentes tradidit, ut Apostolus ait *Rom.* 1. Hac via numquam nobis licet ea mala permittere quæ possumus evitare: hac quippe pœna ad nos minime astinet homines plectere. Alio modo Deus peccata permittit, ut cautius homo vivat, ut fortasse Petri lapsum permisit. Confirmat hoc arguta interpretatione in illud Eccli. XII. *Melior est iniquitas viri* (videlicet hominis prudentis, fortis, strenuique) *quam mulier* ideit homo leviculus, ignavus, & imprudens) *benefaciens*: quia ille ex peccato cautius, ferventiusque resurgit, & constantius temitam percurrit virtutis; hic vero ex quorum-

rumdam bonorum operum complacentia, muliebri vanitate tumidus, gravius cadit. Hac ratione licitum nobis ille vult permittere delinquentem ad tempus in peiora prolabi, cum inde prudenter colligimus, cautius eum resurrecturum fore.

XIII. Quæst. VI. *Urget ne peccatum correctionis, cum prævideo ab alio fraternam?* Resp. Liber minime ea a correctionis præcepto, quia alii sunt qui possunt corrigere: quoniam quisque hac ratione potest se oneri præcepti subducere, & frater delinquens spiritualis subsidio inter correctorum abundantiam destitutus periret. Tunc solum ab obligatione exemptus esses, cum certo moraliter scires reapse delinquentem ab altero corrigendum fore. Sed perpendendum tum etiam esset, quilnam efficacius correctionem præstare posset. Quippe si probabiliter credis alterum maiori capacitate præditum esse ad corrigendum arrantem, puta quod potentior in sermone sit, aut maioris auctoritatis, vel quod amicus sit delinquentis fratris, adeoque facilius ab illo quam ab alio correctionis medicinam suscipiat; tunc abstinere a correctione poteris; secus, si tu his prærogativis ornatus es.

XIV. Quæst. VII. *Quandonam omissio fraternæ correctionis mortalis est, aut venialis?* Resp. Excutienda hic esset postrema conditio, videlicet ut correctio commode fiat. Verum quæ super hac conditione ingerere difficultatem possent, iam disseruimus supra *dist. 5. cap.* v. Ne ergo actum agamus, consule quæ ibi dicta sunt. Ad propositam quæstionem, quamquam plura dicenda essent ut plena haberetur responsio, tamen, quia vix prodigni-tate satisfieri potest, ea tantummodo hic transcribam quæ docet Angelicus 2. 2. quæst. XXX. art. 2. ad 3. *Correctio fraterna tripliciter omitti potest. Uno quidem modo meritorie, quando ex caritate aliquis correctionem omittit. Dicit enim Augustinus in I. de civ. Dei cap.* IX. „ Si propterea quisque obiurgandis, & corrigendis male agentibus parcit, „ quia opportunum tempus inquiritur, vel „ ipsum ipsis metuit, ne deteriores ex hoc „ efficiantur, vel ad bonam vitam, & piam „ eruditionem impediant alios infirmos, & pre-„ mant, atque avertant a fide; non videtur „ esse cupiditatis occasio, sed consilium cari-„ tatis. " *Alio modo præternittitur fraterna correctio cum peccato mortali, quando scilicet formidatur iudicium vulgi, & carnis excruciatio, vel præmptia; dum tamen hæc ita dominentur in animo, quod fraternæ caritati præponantur: & hoc videtur contingere quando aliquis probabiliter præsumit de aliquo delinquente quod posset cum a peccato retrahere; & tamen propter timorem, vel cupiditatem prætermittit. Tertio modo huiusmodi omissio est peccatum veniale, quando timor, & cupiditas tardiorem faciunt hominem ad corrigenda delicta fratris; non tamen ita quod si ei constaret quod fratrem posset a peccato retrahere, propter timorem, vel cupiditatem omitteret; quibus in animo suo præponit caritatem fraternam. Et hoc modo quandoque viri sancti negligunt corrigere delinquentes.*

XV. Ex hac D. Thomæ doctrina consequi videtur, quemque cum vitæ iactura teneri ad corripiendum fratrem; quod non levem ingerit difficultatem. Dominicus Soto *de iust. lege. monib. 11. quæst. 11. concl. 6.* late iuxta ac docte hanc versat difficultatem. Docet primo, hominem privatum non astringi cum dispendio vitæ corrigere errantem fratrem, quando correctio non est ei absolute necessaria: quoniam in hoc casu non postponit vitæ propriæ caritatem proximi, quia tunc vita corporalis non est absolute necessaria ad salutem spiritualem assequendam. Potest quidem peccator semetipsum corrigere, & divinæ gratiæ auxilio in ruto animam suam ponere. Secundo statuit corripiendum esse proximum in extrema necessitate constitutum, etiam cum vitæ dispendio. Et hæc videtur mens D. Thomæ, prout etiam colligitur ex *q. XXVI. art. 5.* ubi *ad 3.* inquit: *Et ideo non est de necessitate caritatis quod homo proprium corpus exponat pro salute proximi, nisi in casu quo teneatur eius saluti providere.* Tenemur autem proximi saluti providere cum vitæ dispendio, dum hic extrema laborat necessitate; secus autem, si gravem tantum patiatur egestatem; nisi ex iustitia ratione officii, ut superiores, ad id teneamur.

XVI. Rogabis, quinam sint illius extremæ necessitatis casus? Aliqui negant similes casus occurrere posse; quod falsum prorsus est. Laudatus Soto designat eum qui laboraret ignorantia vincibili aliquius veritatis necessariæ ad salutem, & deesset qui illum doceret. Aliud exemplum occurrit in hæretico, qui falsa dogmata evulgaret Catholicos pervertendo. Plura alia indicavimus *dist. v. cap.* v.

CA-



## CAPUT V.

*De ordine quem in correctione fraterna servandum Christus Dominus præscripsit.*

I. ORdo in fraterna correctione servandus habetur *Matth. XVIII.* his verbis conceptus: *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Tria hic servanda præcipiuntur. Primum, ut secreto frater corrigatur. Secundum, ut, si secreta admonitio inutilis fuerit, unus & alter adhibeatur testis. Postremum, ut superiori denuntietur qui nihil ex secreta correctione etiam testibus munita proficiet. Quod si Ecclesiam non audierit, seu si superiorum iudicium neglexerit: tunc pœnarum severitate plectatur, & veluti membrum reciuin a corpore, loco Ethnici, & Publicani tibi sit.

II. Quæst. I. *An hic ordo sit a Christo Domino sub præcepto, vel sub consilio præscriptus?* Resp. Solius consilii esse hunc ordinem, non præcepti, contendunt plures. D. Bonaventura *in cap. XIX. Lucæ*, Bernardinus de Arenvalo laudatus a Bannez *tract. de correct. frat.* Salmeron. *Tom. IV. in Evangel. tract. XXII.* Maldonatus *in cap. XVIII. Matth. n. 15.* Petrus Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disput. CLVII. §. 207.* Hæc opinio prorsus improbabilis est, & falsa.

III. Communis Theologorum sententia est, præfatum ordinem sub præcepto impositum a Christo Domino nobis esse. Rationem affignat D. Thomas *2. 2. quæst. XXXIII. art. 7. Quædam peccata sunt quæ solum sunt in malum peccantis, & eius in quem peccatur, vel quia a peccante solum lædituv, vel saltem ex sola notitia; & tunc ad hoc solum tendendum est, ut fratri peccanti subveniatur. Et sicut medicus corporalis sanitatem agroto confert, si potest, sine alicuius membri abscissione; si autem non potest, absciudit membrum minus necessarium, ut vita totius conservetur: ita etiam ille qui studet emendationi fratris, debet, si potest, sic emendare fratrem quantum ad conscientiam, ut fama eius conservetur: quæ quidem est utilis. Primo quidem ipsi peccanti, non solum in temporalibus, in quibus quantum ad multa homo patitur detrimentum, amissa fama; sed etiam quantum ad spiritualia, quia pra timore infamiæ multi a peccato retrahuntur. Unde quando se infamatos conspiciunt, irrefrenate peccant. Unde Hieronymus dicit:* Corripiendus est leorium frater, ne si semel pudorem, vel verecundiam amiserit, permaneat in peccato. *Secundo debet conservari fama fratris peccantis: tum quia, suo infamato, alii infamantur, secundum illud Augustini in epist. ad plebem Hipponen.* Cum de aliquibus qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis, vel falsi lonnerit, vel veri paturerit, instant, tatagunt, ut de omnibus hoc credatur: *tum etiam quia ex peccato unius publicato alii provocantur ad peccandum. Sed quia conscientia præferenda est famæ, voluit Dominus ut saltem cum dispendio famæ fratris conscientia per publicam denuntiationem a peccato liberetur. Unde patet, de necessitate præcepti esse quod secreta admonitio publicam denuntiationem præcedat.* Ostendit Angelicus, quam sit iuri naturæ consentaneus ordo quem in fraterna peragenda correctione servandum Christus iubet. Nam primum ordo ille salutem æternam, quæ bonum supremum est, spectat: deinde famam peccantis custodit, quæ est bonum ordinis inferioris. Quod si hæc in totum servari nequeat; saltem, quod fieri potest, parce lædatur. Non advocentur tetes, si prolit privata admonitio: si restes adhibendi fuerint, non vocentur duo, si unus sufficiat. En quam bene naturæ ordini evangelicus concinat ordo.

IV. Obicies. Eiusmodi ordo inutilis, ac perniciosus Reipublicæ est, cuius interest nosse malos. Ordo autem iste eo tendit ut peccata occultet. Resp. Si hæc vera forent, nec sub consilio caderet ordo ille, nedum sub præcepto. Non potest reputari Reipublicæ inutilis ordo, si crimina, quæ bono publico noxia sunt, illico plectenda præcipit. Non vult occultari crimina, sed præcipit ut occulte crimina tollantur, ne in publicum virus effundant, & societatem inficiant. Sed quid dutius immoror in repellenda blasphemia?

V. Quæsio II. *Utrum necesse sit semper observari ordinem hunc?* Resp. Præceptum ordinis illius affirmans est, quod, quemadmodum cetera præcepta eiusdem generis, *pro semper* non obligat, sed iuxta circumstantiarum diversitatem obligationem imponit. Spectandum itaque est criminum genus, & peccantium indoles. Si peccatum publicum fuerit, aut damnum tertio inferens, aut communitati noxium, ordine prætermisso, superiori referendum est. Si nulla sit ex occulta admonitione concipienda fructus fiducia propter

pter peccantis contumacem privitatem, pariter ordinis præceptum non urget.

VI. Quæst. III. *Obligat ne ordinis servandi præceptum, cum existimatur securius Prælatum correcturum fore delinquentem?* Resp. Nullum est penes Theologos dissidium, quod ordo servandus sit, & præmittenda occulta correctio, si credatur æque profutura correctio facta per Prælatum ac per privatam personam: quia in hoc casu nulla est perversendi evangelici ordinis necessitas. Peccaret ergo contra caritatem, & iustitiam qui personalis suam correctionem factam aut omnino secreto, aut coram cestibus profuturam, deferret ad superiorem, etiam ut patrem, fratris delictum occultum. Dissident vero, cum creditur melius, & utilius Prælatum correcturum fore delinquentem.

VII. Probabilior mihi sententia est quæ servandum in proposita quæstione ordinem vi præcepti defendit: quoniam, ut ego quidem arbitror, hæc est expressa D. Thomæ doctrina, quam paulo ante exscripsi. Providendum namque est spirituali delinquentis saluti tali cautione, ut minus quam fieri possit, illius fama lædatur. Minus vero læditur, si secreto per privatam fratrem, quam per superiorem, delinquens corrigatur. Quid quod vix in praxi occurrit casus hic excogitatus ad eluendum evangelicum mandatum? Siquidem, cum tu persuasus es, tua secreta correctione corrigendum esse delinquentem (hæc quippe est quæstio) quid tua interest quod Prælatus efficacius sit eum lucraturus? Lucrum fratris Christus præcipit, unaque illius famæ, quoad fieri potest, custodiam. Quamquam ergo efficacius Prælatus corrigeret, tamen si hæc maior efficacitas cum proximi detrimento inde orto comparetur, non melius, sed peius Prælatus corrigit, eo quod tua correctio minorem, correctio autem Prælati maiorem infamiam infert. Accedit quod privatus homo prudens, gravis, & dexter utilior solet esse in correctionis exercitio. Prælaturæ gradus auctoritatem dumtaxat præbet pro correctione indicali; nihil vero confert vel prudentiæ, vel efficaciæ. Et si acciat quod his prærogativis sit reipsa abundantius instructus Prælatus, non propterea, omnibus spectatis, utilior est delinquenti ob maius detrimentum quod ex diffamatione apud suum Prælatum illi obvenit. Quilque enim pluris facit Prælati optimam de se opinionem quam cuiusque privati.

VIII. Tam luculenter hæc omnia Angelicus confirmat *loc. citat. ad* 5. ut nil clarius desiderari valeat. Docet ille minime obediendum esse Prælato iubenti ad se deferri crimen occultum, ordine correctionis neglecto. *Dicendum, quod Prælato non est obediendum contra præceptum Domini, secundum illud Act.* v. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. *Et ideo, quando Prælatus præcipit ut sibi dicatur quod quis sciverit corrigendum, intelligendum est præceptum sane, salvo ordine correctionis fraternæ, sive præceptum fiat communiter ad omnes, sive ad aliquem specialiter. Sed si Prælatus expresse præciperet contra hunc ordinem a Domino institutum, & ipse peccaret præcipiendo, quasi contra præceptum Domini agens. Unde non esset ei obediendum: quia Prælatus non est iudex occultorum, sed solus Deus. Unde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi inquantum per aliqua indicia manifestantur; puta per infamiam, vel per aliquas suspiciones: in quibus casibus potest Prælatus præcipere eodem modo, sicut & iudex secularis, vel ecclesiasticus potest exigere iuramentum de veritate dicenda.*

IX. Ex hac doctrina, & rationibus adductis illud pro praxi colligendum est, videlicet ordinem correctionis fraternæ ab omnibus servandum absolute esse. Quare, ne veritas magni momenti ex aliquo peculiari, & rato casu damnum subeat, concedamus, licite ad Prælatum deferri crimen occultum posse, ordine prætermisso, quando prævidetur per ipsum melius, efficaciusque corrigendum delinquentem fore. Verum, ut iam admonuimus, perraro id accidit. Absolute ergo, & ut plurimum servandus est correctionis ordo ob rationes allatas, iquæ confirmari possunt auctoritate, & praxi sacrorum Ordinum, in quibus ordo fraternæ correctionis servandus præscribitur. Regula Benedictinorum hunc ordinem iuxta Domini mandatum expresse præcipit cap. XXIII. *Si quis frater contumax, aut inobediens ... repertus fuerit; hic secundum Domini præceptum admoneatur semel, & secundo a senioribus suis.* Constitutiones ordinis Prædicatorum *dist.* 1. *cap.* XVII. §. 3. & *cap.* XVIII. §. 9. hoc idem inculcant. *Primo eum inter se cum omni humilitate & caritate de sua correctione admoneant.* Et praxis ista constans est in hac Religione. Et, ne omnium Religionum textus transcribam, idipsum præscribunt cetera. Sententiam hanc defendunt Navarrus in *Sum. cap.* XVII. Saynus in *Clav. Reg. Lib. X. cap.* IV. *num.* 10. Bannez 2. 2. *quæst.* XXXIII. *art.* 8. *dub.* 2. Dominicus Soto *de reg. sec. memb.* 2. *quæst.* IV. *concl.*



*concl.* 3. *dub.* 3. Diana *coord. Tom. VII. tract.* IV. *resol.* 50. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* IV. *punct.* 4. §. 4. *numer.* 75. & alii plures.

X. Contrariam sententiam defendunt Suarez *de carit. dis.* 8. *sec.* 6. *num.* 17. Castropalaus *Tom. I. tract.* VI. *disp.* III. *punct.* 10. *num.* 3. Sanchez *in Decal. Tom. II. Lib. VI. cap.* XVIII. *num.* 46. & communiter Iesuitæ.

XI. Obiicies 1. D. Thomas *quodlib.* XI. *art.* 23. hæc docet: *Si autem videtur quod hoc melius fiat per Prælatum; & Prælatus nihilominus sit pius, & discretus, & spiritualis, non habens rancorem, seu odium adversus illum subditum; tunc licite potest hoc denuntiari sibi, & tunc non dicit Ecclesiæ, quia non dicit ei sicut Prælato, sed sicut personæ proficienti ad correctionem proximi, & emendam.* Resp. Auctoritatem hanc nihil admodum nostræ adversari sententiæ. Quoniam admisso casu in quo credatur Prælatum *melius* correcturum fore subditum, prætermittendum tunc ordinem correctionis & ipli concedimus. Nec enim negamus accidere posse quod tu iciens fratris delictum occultum, minus aptus sis ad correctionem illius, aut quod aliquod dissidium invicem ardeat, aut quod nulla intercedat familiaritas, aut quod minus mollitum sit fratri deliquenti a Prælato suo corrigi quam a tometipio, minusque suam lædi famam ille existimet. In hoc casu *melius* est ordinem prætermittere, seu, verius dixerim, melius tunc ordo servatur. Tunc enim melius servatur ordo, cum melius consulitur & bono spirituali, & famæ delinquentis. Utrumque consilit in casu expolito. Ergo tunc immediate deferri delictum potest. Sed videndum, perpendendumque delatori eiusmodi est, ne secreta aliqua invidia, odium, affectioque in causa sint cur existimet melius Prælatum emendaturum esse delinquentem. Hæc est germana D. Thomæ mens in laudato textu.

XII. Obicies 2. In Religionum Capitulis proclamationes fiunt coram omnibus, atque defectus revelantur, nulla præmissa secreta admonitione. Hac quippe via potior consistit disciplina, vigetque severior. Accedit quod communiter Prælatus efficacius consulere valeat emendationi Fratris, occasionibus, & offendiculis illum subducendo, quod privatus præstare nequit. Resp. Proclamationes quæ in sacrorum Ordinum Capitulis fieri solent, (utinam frequenter fierent) haud sunt de occultis criminibus. Quare præfato argumento sic respondet Angelicus 2. 2. quæst. XXXIII. art. 7. ad 3. *Iniuste ergo proclamationes quæ in Capitulis Religiosorum fiunt, fiunt de aliquibus levibus, quæ fama non derogant; unde fiunt quasi quædam commemorationes potius obliviosum culparum quam accusationes vel denuntiationes. Si essent autem talia, de quibus frater infamaretur, contra præceptum Domini agerent qui per hunc modum peccatum fratris publicaret.* Nec priscinæ disciplinæ rigor melius servatur criminum delatione ad superiorem, omissa secreta admonitione. An non vult Christus exactam evangelicæ disciplinæ observationem? Et tamen secretam præcipit admonitionem. Quod addunt Salmanticenses *loc. cit. numer.* 87. non arridet, videlicet multos reperiri Religiosos occultis criminibus infectos, qui publica fama ornati conciuibus, aitique pius exercitus populum fidelem ædificant; quod si apud Prælatum diffamarentur, ab his operibus abstinerent. Hæc ratio minus conerua videtur. Neque enim ob secretam delationem quam Prælatus ut pater, non ut iudex, recipit, ab officio subditum arcet, si emendationem sperer. Quod si in occulta persisteret prasitate, merito removendus a munere esset. Nec negotium facessere debet profectus quem in populis promovet: quoniam similibus ministris Deus non eget: & ad Prælatum attinet pius subditi salutem, atque tuæ Religionis disciplinam sartam tectam custodire, & postea alionum sanctitatem promovere.

XIII. Quæst. IV. *Quomodo explicanda est illa præcepti evangelici propositio:* Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos &c? Resp. Durandus, & Altisiodorensis, ut refert Dominicus Soto *de ser. teg. memb.* 2. *quæst.* IV. *conclus.* 5. sustinent, adhibendos testes non esse, cum peccatum occultum sit: quam opinionem non contemnendis argumentis evincunt. Siquidem, quando peccatum secretum omnino est, aut vocandi iuquet testes novi ad probandum crimen præteritum; & hoc futile, ac inane esset, quoniam super præterito crimine nullius auctoritatis sunt eiusmodi testes: aut vocandi sunt, ut peccatorem observent, an relapsurus in crimen sit; & hoc iniuriosum est: quia, ut Augustinus dicit, non debemus esse exploratores alienæ vitæ. Nec est quod respondeas, adhibendos testes esse ad probandum quod frater fuerit prius admonitus, si denuntiari oportuerit. Quoniam, dum denuntians testium auctoritate nequit probare crimen, vanum est probare se admonuisse. Secundo loco arguit Durandus: Qui testes adhibet, dum crimen occultum est, periculo talionis sese exponit.

Aliud argumentum adiicit ipse Soto. Nemo iis habet diffamandi proximum, ipso invito, neque ob eius bonum spirituale. Sed qui crimen occultum testibus illud nescientibus revelat, fratrem diffamat. Ergo id minime licet. Prima propositio manifesta est. Nam nullus habet ius nocendi proximo in bonis temporalibus propter illius spirituale bonum. An licet alicui bona aliena rapere, ne alea, vel scortatione, illa dominus dilapidet? Porro fama est pretiosius quam cetera alia temporanea bona. Ergo testes adhibendi non sunt, cum crimen occultum est.

XIV. Contraria sententia communis est, quam docent D. Thomas 2. 2. *quæst.* XXXIII. *art.* 8. *ad* 1. Paludanus *in IV. dist.* XIX. Caietanus, & Soto *loc. cit.* ubi inquit, neminem Theologorum se legisse oppositum sentientem præter Durandum, & Altisiodorensem. Præter hoc tamen Leander *tract.* VI. *disp.* IV. *quæst.* VII. citat Henricum *quodlib.* IX. *quæst.* VIII. Franciscum de Castillo *in III. Sent. Tom. II. disp.* VI. *quæst.* VIII. *num.* 9. Sententia nostra probanda est. Et primo textus evangelicus adeo est perspicuus, ut nulla videatur posse tergiversatione eludi. Planum quippe est ibi sermonem esse de peccato occulto, quod proprie correctioni fraternæ subiacet; quod enim occultum non est, sed publicum, ut saltem scripturæ probationi evinci possit, iam evadit denuntiationi obnoxium. Et verba ipsa evangelica hunc produnt sensum. Postquam enim dixerat: *Si peccaverit in te frater* (ideſt te solo sciente, ut scribit Augustinus) subdit: *Si te non audierit, adhibe unum, aut duos testes.* Quid, quæso, affert verbum illud *adhibe?* Non certe aliud, nisi adiunge novos testes, ut quod tu solus noveras, plures sciant: nec enim adhibendi testes essent in cognitionem rei quam antea noverant. Quod manifestius fit, si ferio reputetur, ordinem evangelicæ correctionis ideo præscriptum esse, ne ab uno ad aliud extremum fiat transitus, via media relicta; sed ut paullatim notitia perveniat ad paucos, deinceps, si opus fuerit, ad plures. Et hic ordo, ut dictum est antea, ab ipso præcipitur iure naturæ, ut scilicet salus proximi curetur minori possibili famæ detrimento: quod non eveniret, nisi prius ad paucos, postea ad plures procederetur. Quæ omnia confirmat Augustinus in Regula: *Si autem post admonitionem, iterum, aut alio quoque die id ipsum eum facere videritis, tam vehiti vulneratum sanandum prodat quicumque hoc potuerit invenire. Prius autem alteri, vel tertio demonstretur, ut duorum, vel trium possit ore convinci.* Et exemplum adiicit de vulnere corporali, quod sicut, ne putrefcat in corpore, manifestandum est, ita, ne vitium putrefcat in anima, revelari debet.

XV. Sed argumentum promanus inde arcessitum unde advertarii maximum præsidium suæ opinionis colligere arbitrantur. Proximi fama bonum est inter bona temporanea supremum. Sed salus proximi spiritualis pretiosius bonum est ipsa fama, quæ est ordinis longe inferioris. Si igitur invicem hæc bona comparentur, quando utrumque servari nequit, illud sane præferendum est quod genere suo est excellentius. Qua sane ratione ægroti membrum reciditur, ut vita consistat. Quid quod in cæteris bonis idem servatur ordo? Si enim quispiam avarus mori malliet quam parvi peculii factarum facere; quisque eiam pecuniam illi surripere posset, qua medicinam vitæ servandæ necessariam emeret. Ergo pectori iure æternæ vita proximi anteferenda est fugaci famæ, quæ, licet terrenis bonis præualeat, momentanea tamen est.

XVI. Ad primum oppositæ sententiæ argumentum respondetur, testes vocari ad probandum peccatum futurum. Cuius rei tres assignat rationes D. Thomas 2. 2. qu. XXXIII. art. 8. ad 3. *Testes possunt induci propter tria. Uno modo ad offendendum, quod hoc sit peccatum de quo aliquis arguitur, ut Hieronymus dicit. Secundo modo ad convincendum de actu, si actus iteratur, ut Augustinus dicit in Regula. Tertio modo ad testificandum quod frater admonitus fecit quod in se fuit, ut Chrysostomus dicit.* Neque denuntiatio illiusce vana est, ut Durandus comminiscitur: quia, licet iudex nequeat vi talis delationis iuridice procedere; increpare tamen reum potest, ut sic poenam saltem metu in ordinem redigat.

XVII. Secundo argumento obvia responsio est. Qui enim fraterne testes adhibet, & denuntiat, probare crimen non tenetur. Accusatori probatio illa incumbit. Ultimo quoque responsio patet. Nemo ius habet nocendi proximo in bonis temporaneis propter bonum spirituale; quando bonorum temporalium surreptio natura sua non est medium ad bonum spirituale. Rapere autem proximi bona non impedit quominus ille fornicetur. Ceterum si bonorum temporalium privatio conduceret ad salutem æternam delinquentis, posset eadem modo in bonis, ac in fama lædi. Erquia criminis revelatio natura sua medium est ad fratris emendationem ordinatum, idcirco licita est. Qua ratione dictum est paullo ante, licitum esse pecuniam proximi avarissimi capere ad emendam medicinam eidem necessariam. Numquam licet in proprium commodum, & utilitatem nec famam, nec bona temporanea proximi lædere; licitum vero, & interdum necessarium est, dum profectus elucet spes, cum aliquo sive famæ, sive bonorum temporalium detrimento necessario illius salutem procurare.



XVIII. Advertit laudatus Soto non continuo adhibendos esse testes duos, sed prius unum, deinde alterum, ut quoad fieri possit, minus fama lædatur, quemadmodum textus innuit evangelicus: quæ omnia semper intelligenda sunt, circumstantiis spectatis. Nam si præuideatur, ex usu testium vel deteriorem fieri delinquentem, aut minus obtineri emendationem, ad Prælatum crimen deferri poterit, testibus omissis.

XIX. Quæst. V. *Licitum ne est renuntiare iuri fraternæ correctionis, & an reipsa aliqui renuntiauerint?* Resp. Disputant in utramque partem Theologi. Negantem opinionem plures defendunt. Lorca 2. 2. *disp.* XLVII. Lopez Texeda *Tom. I. Lib. I. tract. 2. contr. 4.* Hieronymus Rodriquez *resol.* XXXVI. Phillarcus *de offic. Sacerd. Tom. I. Lib. IV. cap.* XIV. ubi impietatis postulat Constitutionem Societatis Iesu, quæ talem renuntiationem præscribit. Eamdem opinionem defendit Clemens Scotus Theologus Societatis Iesu *in opusc. de iure tuam famam*. Pro eadem Leander citat Hadrianum, Paludanum, Gabrielem, Armillam, Sylvestrum, Navarrum, Sotum, & alios. Argumenta quibus hæc nititur sententia, valida sunt. Et primo D. Thomas aperte huic opinioni favere videtur 2. 2. *quæst.* XXXIII. *art.* 7. *ad* 5. ubi ait, *quod Prælato non est obediendum contra præceptum Domini . . . Si Prælatus præciperet expresse contra hunc ordinem a Domino institutum, & ipse peccaret præcipiens, & ei obedient.* Nec est quod respondeas, D. Thomam loqui absolute; Respondeo, posita renuntiatione. Nam sicuti Prælatus nequit præcipere apertam denuntiationem, quia contra præceptum Domini ageret; ita nemo renuntiare licite huic ordini potest ob eamdem rationem non violandi evangelicum mandatum. Secundo præceptum evangelicum generale est, atque Religiosos, ac simplices Christianos comprehendens. Et quamvis omnes idem in propriam famam dominium habeant, nullus tamen eam prodigere licite potest.

XX. Contrariam affirmantem sententiam docent communiter omnes Doctores Societatis Iesu. Suarez *disp.* VIII. *sect.* VI. *num.* 12. Valentia 2. 2. *disp.* III. *qu.* X. *punc.* 5. Thomas Sanchez *in Summ. Lib. VI. cap.* XVIII. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* III. *punct.* 9. Petrus Hurtado 2. 2. *disp.* CXIII. *sect.* 3. Leander *tract.* VI. *disp.* IV. *quæst.* IV. Diana *coord. Tom. VII. tract.* IV. *resol.* 52. & alii plures, quos recensere opus non est. Huius sententiæ argumenta hæc sunt. Quisque cedere iuri suo valet maxime ob finem honestum. Finis autem renuntiandi propriæ famæ est maius bonum spirituale, quod consurgit ex directa, & immediata delatione occulti criminis ad Prælatum. Hæc quippe via secutior habetur emendatio, efficacius bono communi consulitur, & melius relapsus cavetur. Accedit quod si quis ob recensita momenta proprium occultum peccatum manifestaret, opus efficeret laude dignum. Idem ergo dicendum, dum alterius opera id præstat. Scienti enim, & consentienti non fit iniuria. Qua ratione potest Confessarius ex consensu pœnitentis occulta peccata Prælato manifestare. Ergo & ante secretam admonitionem poterit aliquis occulta crimina alterius deferre Prælato, cum in id consenserit delinquens sua renuntiatione. Tandem, sicut ob bonum Religionis quisque corporis detrimentum leiuniis, asperitatibus, solicitudine iubire valet; ita & aliquam famæ iacturam facere poterit ob Religionis bonum.

XXI. Quæ omnia confirmari possunt auctoritate inclytæ Societatis Iesu, quæ constitutione peculiari hanc renuntiationem subditis suis indicit. Quæ Constitutio, sicut & ceteræ, a Gregorio XIII. approbata fuit in Bulla, *Ascendente Domino.*

XXII. Tertia sententia defendit, quod tametsi quisque renuntiare valet ob honestum finem ordini correctionis fraternæ, ab alio tamen talis ordo prætermitti non possit etiam ab hunc finem. Quam sententiam sustinent Aravius 2. 2. *quæst.* XXXIII. *art.* 8. *concl.* 4. Prado *cap.* XIV. *quæst.* II. §. 3. eamque in praxi sequendam docent Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VII. *punct.* IV. §. 5. *num.* 88. Et hoc in sensu explicant Constitutionem Societatis Iesu, eiusdem Societatis Theologi, ut inter ceteros Castropalaus aperte id testatur *disp.* III. punct. 9. num. 6. *Fateor equidem cessionem iuris non dare aliis potestatem manifestandi delicta quæ manifestari non possent, cessione iuris non obstante, nisi in casu dubio de emendatione.* Iuxta ergo attestationem illius Theologi, aliorumque eiusdem Societatis, non renuntiant abiolute Iesuitæ ordini correctionis fraternæ, sed dumtaxat, facta positione in qua dubitetur de fratris emenda-

tione, & prudenter credatur efficacius per Prælatum delinquentem emendandum. Quæ sententia sic circumscripta non video cur oppugnari debeat. In dubio quippe prævalere debet maioris boni, ut est æterna salus, cuſtodia, parvo famæ detrimento, ſi quod eſſet ex delatione occulti criminis ad Prælatum: quod ſine hac cenſione fieri poſſe ſupra indicavimus, dummodo cautum ſuerit quod dumtaxat ſit ſecretæ admonitionis profectus, valde tantem probabilis, ſi paterna ſuperioris correctio intercedat.

XXIII. Hæc tertia ſententia, quam in praxi ſequendam dicunt Salmanticenſes, non mihi videtur conſtare. Nam qua ratione licite quis valet alteri ius ſuum tollere, eadem hic utaliſſime, meo quidem ſententia, valet. Quare, poſitione facta quod Religioſi poſſint abſolute cedere iuri ſecretæ admonitionis, legitime conſequi videtur, poſſe ceteros eiuſdem Religionis fratres, quibus renuntiandi ius eſt, ſecreta correctione neglecta, ad Prælatum ut patrem deferre crimen occultum.

XXIV. Quod in hac controverſia mihi negotium faceſſit, illud eſt quod nulla Religio diſciplinam profiteatur perfectiorem illa quam Chriſtus ipſe in ſuo apoſtolico Collegio inſtituit. Hanc perfectionem omnes ſacri Ordines ſequendam amplectuntur. Porro Chriſtus Dominus ea omnia præſcripſit quæ ad hunc finem obtinendum conducunt. Inter alia autem præcipit, ſecreto corrigendum eſſe delinquentem fratrem. Qui contendunt melius, efficaciuſque incolumem diſciplinam evangelicam conſulere, ſi, neglecto fraternæ correctionis ordine, immediate ad Prælatum denuntiandum delictum afferatur: hi profecto Evangelium corrigere, regulaque perfectioret, ac prudentiores præſcribere velle videntur. Utcumque tamen res hæc ſe habeat, non eſt quod diutius in eadem immorari debeam. Nec enim litem hanc decidere mihi in animo eſt. Quod quique ob honeſtum finem famæ detrimentum libere pati poſſit, extra controverſiam eſt, ut docet Angelicus 2. 2. qu. LXXVIII. art. 4. ad 1. idque præſtiterunt Sancti. Sed aliud eſt quod aliquis nolit ſemper ſuam ſuam vindicare, aliud legem condere vi cuius divinum mandatum ab aliqua arceatur communitate. Hoc mihi difficultatem ingerit: nec ob id tamen improbo, ſi quid ſapientes, ſanctique viri oppoſitum ſtatuerunt; quin illis, utpote divino perfuſis lumine, ſalces ſubmitto, & utroque pollice ſubſcribo. Quare immerito me accuſarunt oppoſitores, quod detraxerim aut Sanctiſſimo Patriarchæ Ignatio, aut Summis Pontificibus, cum Regulæ a S. Ignatio præſcriptæ utroque pollice ſubſcribam. Eam interpretatus eſt P. Caſtropalaus in emendationis dubiæ caſu. Ego propoſita difficultate, quæ imbecillitati meæ negotium faceſſit, continuo laudo, & probo, proprio iudicio contempto, quod viri ſancti, divino perfuſi lumine, ſtatuerunt.

## CAPUT V.

*Quænam ſunt peccata quæ, neglecto fraterno correctionis ordine, ad Prælatum referri nequeunt?*

I. Quæ peccata occulta, quæ cedunt in damnum peccantis, præcepto correctionis ſubiacent; ſecus alia quæ aut ſunt notoria, aut vergunt in damnum tertii, Reipublicæ, communitatis. Peccata *notoria* alia ſunt notoria ſeu publica *notorietate facti*, quia nimirum coram multitudine in platea, in ſoro, in via, ceteriſque publicis locis ita committa ſunt, ut natura ſua ad plurium notitiam pervenire valeant. Alia ſunt nota *notorietate iuris*, quæ iudicis ſententia manifeſtata ſunt. Alia ſunt nota *notorietate famæ*, quando animum publica voce circumferuntur, malorumque civitatis, collegii, communitatisque parti ſunt cognita.

II. Peccata quæ in damnum cedunt ſolius peccantis, ſunt plura peccata carnalia, ebrietates, avaritia, mendacia officioſa, & cetera id genus. Quæ vergunt in damnum tertii, ſunt furta, adulteria, iniuſtitiæ, contumeliæ, calumniæ, ſimilia. Quæ Reipublicæ damnumve temporaneum, ſive ſpirituale inſpiciunt, ſunt monetæ adulteratio, civitatis proditio, homicidia frequentia, litterarum falſificatio, doctrinæ hæreticæ, falſæ, erroneæ, laxæ diſſeminatio, quæ diſciplinam ſive chriſtianam, ſive regularem corrumpat, aut relaxationi viam aperiat; conſpiratio adverſus ſuperiores, tranquillitatis, & pacis perturbatio: omnia denique crimina quæ cum ſectariſmum ſcandalo a Regularibus perpetrantur.

III. Quæſt. I. *Peccatum perpetratum coram duobus, aut tribus, poteſt ne immediate ad ſuperiorem deferri, neglecta ſecreta admonitione?* Reſp. Si peccatum non ſit in damnum tertii, nec communitatis, ſed ſolius peccantis, tametſi notum duobus, aut tribus ſit, non poteſt dici publicum, ſed occultum remanet. Probari utique in iudicio valet; ſed non propterea publicum eſt, antequam ad tribunal deferatur. Præmitti igitur debet correctio ſecreta, ſi ſpes adſit emendationis. Ratio ex iis quæ dicta ſunt, patet. Nam lucrari fratrem debemus cum minori illius detrimento. Et textus evangelicus iubet ut unus, vel duo teſtes adhibeantur, ut reus corripiatur. Igitur delictum notum duobus, aut tribus, adhuc occultum remanet, & correctioni ſecretæ ſubiectum. Si ſpes non adſit emendationis, Prælato ut patri revelari debet peccatum, non ut iudici, tametſi probari poſſit: quia occultum, non publicum eſt. Sententia communis.

IV. Quæſt. II. *Peccata publica ſunt ne deferenda ad ſuperiorem, omiſſa correctione ſecreta?* Affirmat communiſſima ſententia, nixa D. Pauli oraculo I. ad Timoth. v. *Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant.* Ratio obvia eſt. Qui publice peccat, in bonum commune delinquit. Secreta correctio apta non eſt ad removendum damnum quod ex publicis delictis bono communi imminet. Publicum ergo remedium publico morbo applicandum eſt. Accedit quod nulla adſit prudens ſpes quod publicus delinquens ſecreta correctione emendandus ſit. Qui enim, ſpreto publico hominum conſpectu, in omnium oculis flagitia perpetravit, iam effracta frontis argumenta exhibuit. Coercenda ergo eſt illius manifeſta impudentia publico iudicio. Quæ quidem vera abſolute ſunt, niſi argumenta occurrerent firma, ſecretam correctionem profuturam fore. Nec enim repugnat quod quis ex impetu, & vehementi perturbatione percitus publice delinquat, & quod ad priſtinam reverſus tranquillitatem ſuum horreat crimen, profectſunque ex correctione ferat. In qua poſitione ſecreto corrigendus foret. Ut vero præſumatur, aliquem non ex pravo animo, ſed imbecillitate impellente deliquiſſe, criminis genera ſpectanda ſunt. Quædam enim peccata ſua natura animum contumacem produnt. Quædam vero imbecillis naturæ potius quam malitiæ effectus ſunt, ut ſtatim palam fiet.

V. Quæſt. III. *Hæreſis, proditionis, idque genus ſimilia crimina, ſunt ne ſemper illico iudici denuntianda, etiamſi occulta ſint?* Reſp. Ut clara habeantur reſponſio, nonnulla indicanda obiter ſunt, quæ alibi data opera fuſius explicabuntur. Primo itaque in memoriam revocandum diſcrimen eſt quod accuſationem inter & denuntiationem intercedit. Accuſationis onus incumbit probandi delictum, ſecus denuntiatori. Ille petit criminis punitionem in iudicio; hic tantum crimen iudici revelat, ut id agat quod expediens iudicaverit. Secundo bifariam denuntiari ſuperiori poteſt crimen occultum in damnum tertii vergens: vel ut patri, vel ut iudici. Vi denuntiationis iudicialis poteſt ſuperior in denuntiatum inquirere; ſecus vi denuntiationis ſibi ut patri factæ. Sunt qui contendunt, revelanda eſſe crimina quæ probari nequeunt, ſuperiori ut patri, non ut iudici: quod verum habet, ſi ſermo ſit de accuſatione, ſecus de denuntiatione. Quibus poſitis dicendum, delicta hæreſis, proditionis civitatis, & ſimilia ſtatim denuntianda eſſe ſuperiori ut iudici. Hæc ſententia adeo certa eſt, ut vix poſſit oppoſitum defendi poſt damnatam ab Alexandro VII. hanc propoſitionem ordine quintam: *Quamvis tibi conſtet, Petrum eſſe hæreticum, non teneris denuntiare, ſi probare non poſſis.* Itaque quamvis crimen hæreſis occultum ſit, tibique ſolum patet, revelandum iudici eſt, non ut puniat delinquentem, ſed ut malum imminens bono publico caveat. Andiamus D. Thomam 2. 2. quæſt. XXXIII. art. 7. *Quædam enim peccata occulta ſunt quæ ſunt in nocumentum proximorum vel corporale, vel ſpirituale, puta ſi aliquis occulte tradat quo modo civitas tradatur hoſtibus; vel ſi hæreticus privatim homines a fide avertat. Et quia ille qui ſic occulte peccat, non ſolum in ſe peccat, ſed etiam in alios, oportet ſtatim procedere ad ſecundum ſecundum proximorum vel ad denuntiationem, ut huiuſmodi nocumentum impediatur.* Ratione etiam confirmatur. Quoniam crimen hæreſis bonum commune ſua natura inficit, ac deſtruit. Porro bonum communi bono privato præferendum eſt. Ergo, neglecta ſecreta correctione, referendum eſt iudici crimen iſtud. Quippe index hac denuntiatione habita inquirere in delinquentem valet, eiuſque vitam, & mores obſervare. Accedit quod extremis malis extrema remedia ſunt applicanda. Hæreſis autem extremum malorum eſt. Ideo non ſolum cuſtodia communis boni; verum privata etiam eiuſdem delinquentis ſalus remedium iudicialis denuntiationis poſtulat, ceu unice efficax ad tantum morbum curandum. Accedit præceptum Alexandri Papæ VII. qui ſua peculiari Bulla data anno 1660. cuius initium eſt, *Licet alias per Conſtitutionem* &c. iubet hæreſis crimen, tametſi occultum, deferri ſtatim ſanctæ Inquiſitionis tribunali, omiſſa correctione fraterna.

VI. Contrariam ſententiam defenſarunt plures antequam emanaret laudata Alexandri Bulla, his rationibus nixi. Primam D. Thomas 2. 2. *quæſt.* XXXIII. *art.* 7. inquit: *Niſi forte aliquis ſeriuſius exiſtimaret quod ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet huiuſmodi mala*

*mala impedire*. Secundo in *Clement.* Nolentes *de hæret.* hæc habentur. *Si secreto noverint talia commissse; ipsos graviter arguere, & corrigere studeant in secreto*. Igitur præmittenda est correctio secreta judicialis denuntiationi. Denique, cum finis denuntiationis cesset, tunc nulla adest obligatio reum denuntiandi. Cessat autem denuntiationis finis, quando firma concipitur spes quod vi secretæ correctionis hæreticus resipiscet.

VII. Ad primum respondetur, D. Thomam absolute loqui, & spectato dumtaxat evangelicæ caritatis præcepto, nulla habita ratione præcepti ecclesiastici, quod tuo tempore non aderat. Deinde expendenda sunt illius verba, quæ sensum hypotheticum reddunt; videlicet quod, si posset firma spes concipi, hæreticum secreta admonitione corrigendum fore, tunc denuntiationi præferenda occulta correctio esset. At quia diuturna, & manifesta experientia comperimus est, fallaciter vanamque esse ejusmodi spem; idcirco Ecclesia præcipit ut neglecta secreta admonitione, judicialis denuntiatio præcedat. Idque evidentius constabit, si prava hæresis natura spectetur. Hæc enim serpit ut cancer; & quamvis occulta sit, communi Ecclesiæ bono insidias, & ruinam struit. Nec enim modo lethalis est de homine qui aliqua vehementi perturbatione raptus in aliquam hæreticalem blasphemiam erumperet, cujus aliunde certissimis argumentis fides perspecta est (judicium tamen hoc ad Ecclesiam attinet,) sed de hæretico reapse tali, qui deliberato animo falsa dogmata eructet, sciatque se adversus fidem catholicam pugnantia loqui. Porro quæ spes concipi potest secretam hominis adhortationem profuturam illi qui publicam Ecclesiæ vocem contemnit? Scite enim Cano *Lib. XII. cap.* IX. argumentatur his verbis: *Ante hominum hortatus ipses, crede mihi, vera hæreticorum pertinacia reperitur, eorum scilicet qui animitus ignorant opiniones suas contra fidem Ecclesiæ venire. Ipsa vero omnium fidelium vox, idemque communis sensus, non pro una monitione dico, sed pro mille sufficit. Quapropter Ecclesiæ unam vocem qui spernit, hic multo pertinacior est quam si sexcentas aut Theologorum, aut judicum contempsisset*. Ad auctoritatem Clementinæ Constitutionis dicimus, non de hæresi ibi sermonem esse, sed de blasphemia. Ad rationem quæ ultimo loco opponitur, ex iis quæ dicta sunt, responsio patet. Hæc omnia communia sunt.

VIII. Quæ de hæresi dicta sunt, ut plurimum locum habent in crimine proditionis. Verum quidem habet nullum hic positivum adesse præceptum. Quapropter, si prudens, & certa concipi spes posset, proditorem secreta correctione emendandum, servandus esset fraternæ correctionis ordo. Verum vix fieri potest ut prudenter ejusmodi præsumi emendatio valeat. Crimen quippe illud haud est unius diei fœtus, sed inveterati, ac perfidi animi abortus. Ultima machinatur intus proditor, antequam foras emittat conceptæ proditionis signa. Quoties natarat, crimen improperantis, vocem contempsit, dum secreto hæc moliebatur? Porro qui eo iniquitatis devenit, ut naturalis inclinationis, & pietatis efficacissimos hortatus, & admonitiones spernat, sibi ne excipiet hominis privati correctionem, quæ non alium plerumque effectum parit, nisi cautiorem efficere proditorem ad criminis executionem.

IX. Quæst. IV. *Crimina quæ in damnum tertii vergunt, sunt ne statim denuntianda?* Resp. Facilius concipi spes potest profuturam secretam correctionem, cum de peccatis agitur quæ non advertus bonum commune, sed in damnum privatæ personæ cedunt. Idcirco servanda in his est regula correctionis fraternæ. Validiora tamen hic futuræ emendationis argumenta haberi debent, quam cum correctio fieri debet de peccato quod in damnum tantum cedit peccantis. Semper enim innocens reo præferendus est. Si dubium adsit profuturam correctionem, innocens admonendus est, ut sibi caveat. Deprehendis Sempronium paratum esse ad interficiendum Titium, aut ad illius bona surripienda. Ejusmodi flagitia non illico prodeunt; sed animo pravo concepta, & diuturno tempore veluti elaborata sensim sine sensu erumpunt ut plurimum. Idcirco haud est præsumenda facilis emendatio, nisi urgentia, & insolita signa occurrant. Quare primum omnium innocentis bona servanda sunt: deinde rei famæ ita consulendum, ut cum minori, quoad fieri potest, detrimento lædatur. Non raro plus rei, quam innocentis, bono defertur. Calum narrabo quem, dum hæc scribo, contigisse scrum. Vir religiosus vasa sacra surripuit, eaque divendidit; laicat vestes emit, fugaque arripienda accusatur: secreto corripitur, excusare crimina nititur, & in manifestis mendaciis deprehenditur. Nullo tectus correctores adeo boni fuere, ut ne famam eius lacerent, judici deferre reum neglexerint. Interim ille, bona verba dando, suos hortatores fefellit, fugam arripuit, graveque damnum sacro intulit erario. Quod idcirco retuli, ut documento sit, ne facile con-



concipiatur spes emendationis illorum criminum quæ meditato animo concepta sunt, & in tertii damnum cedunt. Prius proximi innocentis, cui malum imminet, deinde prævaricatoris, qui in alios malum molitur, integritati consulendum est. At dictum est astutias, & dicendum est lapsus, nimiam credulitatem, nimium cuhadiendæ reorum famæ zelum, & proximo innocenti, & ipsi reo persæpe nocere. Cum enimvero crimina occurrunt, statim judici deferto. Index vero reum in turo collocet, ne hic ruinam moliri in proximum queat. Verum de his plura suo loco. Si tamen satis sit ad innocentis securitatem eum admonere, ut sibi caveat ab insidiis, quin rei nomen manifestetur, non est manifestandum. Quod si hoc non sufficit, dubiumque sit de profecta secretæ correctionis, judicialis denuntiatio fiat.

X. Quæst. V. *Peccata carnalia, quæ a Religiosis committi queunt, sunt ne ita bono communi infesta, ut relicta secreta correctione debeant Prælato deferri?* Resp. Tres hac de re sententias refert Leander *tract.* VI. *disp.* IV. *quæst.* VI. quas omnes probabiles asserit. Prima adfirmat, secunda negat, tertia distinguit peccata carnalia quæ publica fieri possunt, ab his quæ secreta constituunt: prima denuntianda, secus secunda docet. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VII. *punct.* 4. §. 6. *num.* 101. docent, lapsum carnis exteriorem in Religioso abiolute, & per se non esse bono communi noxium; posse vero tale fieri per accidens. Quod sic explicant. Religiosus qui impotenti abreptus appetitu, & occasione impellente labitur, si alioqui moratus sit, & cautus, illius peccatum non est censendum bono communi adversari; ideoque secreto erit corrigendus. Quoniam probabiliter una spes emendationis concipi potest de eo qui ex infirmitate, occasionisque impulsu peccat. Porro unicum peccatum secretum bono communi non insidiatur. Contra vero, Religiosus parum cautus, moribusque minus compositus, quique peccandi occasiones aut non declinat, aut sponte incurrit, præsumitur huic vitio addictus. De hoc vix concipi certa spes potest quod secreta correctione emendandus sit. Quare deferendus Prælato est, ut & Religionis, & eiusdem Religiosi fama penes publicum custodiatur. Hæc sententia satis probabilis est. Verum, ut quod sentio, dicam, generalis, & certa regula super hac lubrica materia vix designari potest. Lapsus carnis exterior cum tertio inter crimina mihi reponendus semper videtur bono Religionis communi noxia. Verum utique est omnia Religiosorum crimina aliquo modo bonum commune lædere. Cæterum nullum fere crimen est quod tam enormiter splendorem obnubilet Religionis, tantumque infamiæ eidem pariat, quam carnis turpe flagitium. Quare probabilior mihi sententia est quæ docet, quamcumque fornicationem, omnemque carnis lapsum cum tertio deferendum Prælato esse. Ratio quæ me vehementer ad hoc movet, hæc est, Religiosus voto castitatis munitus, si sincere votum suum servat, adeo firmus in hac virtute evadit, ut in exteriora peccata numquam erumpat, nisi prius interius pollutus sit pravis cogitationibus. Nec enim ab uno in alterum declinatur extremum, intacta via media. Externum flagitium multa interiora crimina prodit. Porro qui animum interna libidine infectum gerit, & sacrilegijs faucium, impotenter fertur in fornicationem, aliosque turpiores lapsus. Vix ergo præsumi prudenter potest, fornicationem ex sola naturæ imbecillitate ab eo proficisci qui voto castitatis obstrictus est; sed effectus est, & solidum judicium maculati animi. Ejusmodi autem Religiosi emendandi ex secreta correctione vix concipi probabilis fiducia valet. Denuntiari propterea Prælato debet, ut efficacius corrigatur, & securius maximo detrimento, quod Religioni imminet, provideatur. Vix ergo contingere casus potest in quo secreto admoneri debeat Religiosus qui cum tertio libidinole delinquit. Hanc sententiam defendunt Suarez, Calpensis, Hurtado de Mendoza, Miranda, aliique, quos citant Salmanticenses. Plura de denuntiatione, & de judice, cui facienda denuntiatio est, suo loco fusius dicturi sumus.

# DISSERTATIO VIII.

## DE

## VITIIS CARITATI CONTRARIIS.

DUO vitiorum genera caritati opponuntur: quia ipsa duplex obiectum spectat, Deum nimirum, & proximum. Quare vitiorum alia adversantur caritati, quatenus Deum aspicit, alia quatenus in proximum fertur. Hæc omnia ad decem reducit D. Thomas 2. 2. q. XXXIV. *& seq.* Primum est *odium* Dei, & proximi, quod dilectioni adversatur. Secundum *acedia*, quæ pugnat cum gaudio quod de bono divino percipitur. Tertium est *invidia*, quæ gaudio de proximi bono opponitur. Quartum est *discordia*, quæ cum caritatis affectu pugnat. Quintum *contentio*; sextum *schisma*; septimum *bellum*; octavum *rixa*; nonum *seditio*, quæ exteriorem pacem opere perturbat; decimum *scandalum*, quod caritatis beneficium impedit. Ita communiter cum Angelico Theologi omnes.

### CAPUT I.

*Quid sit odium Dei, & proximi.*

I. ODium Dei duplex, alterum quod in omni mortali peccato includitur, eo quod omnis graviter peccans a Deo deficiscit, & ad creaturam se convertit. Odium illud peculiarem malitiam ab ea distinctam quæ in peccatis residet, non continet. Alterum peculiare, & expressum, seu formale, quod specialem, gravissimamque malitiam præfert, divinæque dilectioni directe opponitur. Describi autem solet, quod sit *aversio a Deo, qua voluntas illum detestatur, prout peccata prohibet, pœnasque infligit.* Voluntas quippe id detestatur quod sibi repugnat; & quia Deus absolute inspectus, vel ut est bonorum causa, voluntati non opponitur, nequit hac ratione illum odio habere; quia vero, ut prohibet vitia, pœnasque infligit, pravæ voluntati infestus apprehenditur, ideo sub hac consideratione odio haberi potest. Hoc odium formale iterum duplex: alterum abominationis, inimicitiæ alterum: illud recta Dei naturam aggreditur, illam destruere cupiens, si posset; hoc malum illi optat.

II. Odium Dei omnium scelerum gravissimum est, cum opponatur præstantissimæ virtuti caritatis secundum illius primarium actum, videlicet dilectionis divinæ. Est proinde suo genere mortale, neque materiæ parvitate fieri veniale potest: quia quodcumque malum quod Deo optare possumus, gravissimum est. Imperfecta dumtaxat deliberatio diminuere crimen valet. Igitur immane flagitium est optare ne Deus sit, ut aliqua perfectione careat, aut de illius offensa gaudere. Ita communiter Theologi.

III. Odium proximi est *expressa malevolentia, qua illi malum optamus.* Peccatum est genere suo mortale. Quippe *omnis qui odit fratrem suum, homicida est.* I. Ioan. cap. III. Fieri veniale potest materiæ parvitate, aut imperfecta deliberatione; ut si levissimum malum proximum exoptes, aut si non deliberato animo malum quodcumque illi cupias. Lætitia de malis proximi nostri ex odio adversus illum proficiscitur.

IV. Quæst. I. *Odia in proximum distinguuntur ne specie ex malorum diversitate?* Resp. Negant Cajetanus, Bannez, Ledesma, Bonacina, Prado, Tapia, Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* I. *num.* 4. Idque evincunt, quod furta, detractiones, aut contumeliæ eiusdem sunt speciei, non alia ratione, nisi quia conveniunt in lædendo proximum. Ergo, cum omnia mala quæ proximo exoptantur, conveniant in eadem ratione formali malevolentiæ, sub eadem specie continentur.

V. Contraria sententia probabilior est, mihique vera. Quoniam actus interiores speciei diversitatem ab obiectis specie diversis accipiunt. Fortunæ bona, vitæ interitus, mors æterna sunt obiecta specie diversa. Actus ergo interiores odiorum quibus scelesti homines proximo exoptant mortem vel temporaneam, vel æternam, aut divitiarum, aut famæ iacturam, specie differre inter se planum est. Hæc omnia conveniunt in ratione formali malevolentiæ, reponunt Salmanticenses. Quod, si de ratione quadam generica termo sit, concedimur; secus, si ratio specifica spectetur. Alioquin dicendum foret, desideria adulterandi, fornicandi, idque genus similia, eiusdem esse speciei. Item homicidia, furta, detractiones, istorumque omnium desideria eiusdem erunt speciei, quod in ratione damni conveniant. Hæc omnia, inquiunt, obiecta inspiciunt specie diversa. Quod contra accidit in odio nude accepto. Hoc enim intra animum sistit, & consummatur; neque foras erumpit, consilia, aut auxilia præbendo ad operis executionem; sed est simplex, atque inefficax desiderium, quod diversum minime evadit ex malis inefficaciter optatis specie distinctis. Hæc Salmanticensium doctrina, mea quidem sententia, falsa est. Hinc enim sequitur omnes actus internos alicuius generis, puta libidinis, eiusdem esse speciei; cum ad opus non prodeunt. Sic delectationes de adulterio, de fornicatione, de sodomia, de mollitie erunt eiusdem speciei, eo quod sint peccata interius consummata. Quid ad specificam distinctionem confert quod odium sistat in deliberata voluntate exoptandi mortem proximo, & quod consilium adhibeat in eumdem finem? Nam & hoc consilium etiam inefficax erit effectu non secuto. Et hac ratione omnes actus interni, qui opere non perficiuntur, unicam constituent speciem.

VI. Quæst. II. *Licitum ne est desiderare interdum alteri malum ob finem boni spiritualis, aut ob bonum commune?* Resp. Paucis quæstionem hanc expediemus, eo quod plura alibi dicta sint. Licitum est gaudere de alicuius infirmitate, aliave temporali ærumna, ut ad meliorem frugem redigatur, & peccare desinat: quia ordo caritatis præfert spirituale bonum temporali. Licitum est optare Turcarum excidium ob bonum Ecclesiæ; malefactori debitam pœnam a iudice infligendam, eo fine ut iniuriæ, offensæ, & alia mala de medio auferantur, reorum vindicta, & punitione. Scite hac de re loquitur Angelicus in III. dist. XXX. art. 1. ad 4. *Quia caritas ordinem habet, & plus debet diligere quisque se quam alium, & propinquos quam extraneos, & amicos quam inimicos, & bonum commune multorum quam bonum privatum unius; potest aliquis salva caritate optare malum temporale alicui, & gaudere, si contingat, non inquantum est malum illius, sed inquantum est impedimentum malorum alterius, quæ plus tenetur diligere, vel communitatis, aut Ecclesiæ. Similiter de malis temporalibus eius, secundum quod per malum pœnæ impeditur frequenter malum culpæ eius* &c. Summa tamen vigilantia in his desideriis, quamvis inefficacibus, opus est, ne sub specie boni communis, aut spiritualis utilitatis proximo optatæ, latitet vindictæ privatæ cupiditas. Præ oculis habendæ sunt tres hac de re propositiones ab Innocentio XI. damnatæ, quæ sunt sequentes.

13. *Si debita cum moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicuius tristari, vel de illius morte naturali gaudere: illam inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.*

14. *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hereditas.*

15. *Licitum est filio gaudere de parricidio a se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex hereditate confecutas.*

Hinc colligo, numquam licere ob commodum, & utilitatem propriam privatam, malum aliquod proximo optare.

VII. Quæst. III. *Est ne peccatum mortale proximo maledicere?* Resp. Qui animo deliberato grave malum proximo imprecatur, dubio procul grave crimen perpetrat; ut cum quis in hæc verba erumpit: *Diabolus te rapiat: mors tibi eveniat* &c. Qui similia fantur, iræ impetum in excusationem adhibent; ideo est, peccatis peccata accumulant. Quod interdum ira prævenire rationem valeat, omnes fatentur: sed æque certum est, quod iræ assentiri animo deliberato peccatum sit. Tunc vero animo deliberato consentientes homines præsumuntur, & sunt; cum non illico iram cohibent, sed repetitis actibus in eadem persistunt, & in imprecationes frequenter labuntur. Neque a gravi crimine semper excusantur, quod non animo dispositi sint, ut malum quod imprecantur, eveniat; ut dicere parentes solent, dum filius maledicunt; sed quod, ut iræ obsequantur, talia verba proferunt. Peccant liquidem eo ipso quod deliberate iræ consentiunt. Dolent utique, defervescente ira, se talia dixisse; & hallucinantur, se non peccasse, propterea quod passione expleta, peccati sentiunt stimulos, & ignominiam. Duo spectanda sunt, ut maledictionis gravitas deprehendatur. Damni magnitudo quod proximo, vel sibi quisque imprecatur; & animi deliberata assensio. Audiendus est D. Thomas 2. 2. quæst. LXXVI. art. 3. *Maledictio de qua nunc loquimur, est per quam pronuntiatur malum contra aliquem, vel imprecando, vel optando. Velle autem, vel imperio movere ad malum alterius, secundum se repugnat caritati, qua diligimus proximum, volentes bonum ipsius: & ita secundum suum*

genus

*quam est peccatum mortale; & tanto gravius, quanto personam cui maledicimus, magis amare, & reverenti tenemur. Unde dicitur Lev. xx.* Qui maledixerit patri suo, & maledixerit matri, morte moriatur. *Contingit tamen verbum maledictionis prolatum esse peccatum veniale, vel propter parvitatem mali quod quis alteri maledicendo imprecatur, vel etiam propter affectum eius qui profert maledictionis verba, dum ex levi motu, vel ex ludo, aut ex subreptione aliqua talia verba profert: quia peccata verborum maxime ex affectu pensantur.* Videndum ergo, qua animi deliberatione, quo scandalo, qua contumelia, quod mali genus proximo optetur. Hæc omnia spectanda sunt, ut maledictorum iniquitas expendatur. Plurimum delinquere homines, possimum artifices, rusticique solent, in maledictis contorquendis vel in ipsas creaturas irrationales. De hoc maledictionis genere hæc scribit Angelicus 2. 2. quæst. xxvi. art. 2. *Maledicere autem rebus irrationalibus, inquantum sunt creatura Dei, est peccatum blasphemiæ: maledicere autem eis secundum se consideratis, est otiosum, & vanum, & per consequens illicitum.*

## CAPUT II.

*De acedia, invidia, discordia, contentione, & schismate.*

I. QUæst. I. *Quid sit acedia.* Resp. Est *tristitia deliberata de bono spirituali quod ad nos attinet.* Dicitur *deliberata*, ut distinguatur a tædio illo quo afficiuntur vel pii homines aut ob naturalem corporis habitudinem, aut ob dæmonis tentationem. Deinque permissionem: cui si resistant, serunt cum tentatione proventum. Addit ur, *quod ad nos attinet*, quia cum tristamur de bonis divinis, prout Dei sunt, puta de illius maiestate, sanctificatione, & immensitate, odio Dei potius, quam acedia peccamus. Si vero quempiam tædet divinorum bonorum, quatenus nobis communia sunt, ut si quis tristitia afficiatur, quod sit filius Dei, illius gloriæ capax, sanctumque conceptus; is proprie acedia delinquit. Si quis vero tristatur de ceteris virtutibus, puta de iejunio, castitate, & pauperta e, idque genus aliis; non peccat acedia prefse accepta, sed generatim sumpta, quæ ad illius peccati speciem revocatur cuius effet omnibo illius boni, seu virtutis quæ sibi displicet. Hæc mortalis erit, aut venialis ex diversitate materiæ quæ tristitiam parit. Acedia specialis suo genere peccatum letale est, si ex deliberato animo diuinet, pugnatque cum præcepto caritatis, de quo D. Paulus ad Philippenses IV. scribit: *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.* Paucis verbis rem totam expedit D. Thomas 2. 2. quæst. xxxv. art. 2. *Tristitia quæ quis tristatur de bono spirituali quod est in actibus singularum virtutum, non pertinet ad aliquod vitium speciale, sed ad omnia vitia. Sed tristari de bono divino, de quo caritas gaudet, pertinet ad speciale vitium, quod acedia vocatur.*

II. Acedia est vitium capitale, prout definit D. Thomas *loc. cit. art.* 4. quia ex parit filias, quæ sunt *desperatio*, qua quis diffidit de materia beatitudine, ut sibi impossibili: *malitia*, qua Dei bona contemnuntur: *rancor*, seu indignatio in eos qui nos ad spiritualia, & divina bona hortantur, & inducere satagunt: *pusillanimitas*, qua quis animum delpondet, refugitque ea exequi quæ ad salutem ducunt: *torpor*, qui languor quidam est adversus præceptorum observationem: *meatus evagatio* ad illicita, quæ nimium se se diffundit. Hæc omnia explicat Angelicus *loc. cit. ad* 2.

III. Quæst. II. *Quid sit invidia?* Resp. Definiri solet, quod sit *tristitia de bono alterius apprehensa ac si esset malum proprium, & propriæ gloriæ, ac excellentiæ infestum.* *Tristitia* dicitur, quia licet circa bonum versetur, illud tamen ut malum ipsius invidentis apprehendit, quod inde suam decrescere excellentiam censeat. Additur *de bono alterius*, quia tristitia de proprio bono ut malo exulimato, non invidia, sed acedia nuncupatur. Denique subditur, *quatenus infestum est propriæ gloriæ*, quia tristitia ob aliam rationem concepta non invidia, sed vel odium, vel indignatio, aut quidpiam aliud vocatur.

IV. Invidia suapte natura peccatum est mortale: veniale effici potest vel indeliberatione contentur, vel materiæ parvitate. Est simul peccatum capitale, ut docet Angelicus 2. 2. *quæst. xxxvi. art.* 4. Quoniam ex illa alia proficiscuntur vitia, nimirum *odium, susurratio, detractio, exultatio in proximi calamitatibus, & affli tio in rebus prosperis.*

V. Duplex invidiæ species. Altera est quæ tristatur de bonis humanis proximi, nimirum de divitiis, dignitatibus, honoribus; quæque invidia humana nuncupatur. Altera est quæ tristatur de bonis gratiæ alterius; vocaturque invidia fraternæ gratiæ. Hæc, inquit Angelicus 2. 2. quæst. xxxvi. art. 4. ad 2. *ponitur peccatum in Spiritum sanctum: quia per hanc invidentiam bono quodammodo invidet Spiritui sancto, qui in suis operibus glorificatur.* Si plura cupis, lege ipsum D. Thomam.



VI. Quæst. III. *Quid sit discordia?* Resp. Est *voluntatum dissensio a bono divino, & proximi, in quo convenire debent.* Opponitur concordiæ, quæ corda, & voluntates simul unit. Est suo genere peccatum mortale. Quare Deus Prov. VI. detestatur *eum qui seminat inter fratres discordias.* Legatur D. Thomas 2. 2. *q.* xxxvii. *artic.* 1.

VII. Quæst. IV. *Quid contentio?* Resp. est *verborum alteratio ad impugnandam veritatem:* seu, ut eam definit ex Ambrosio D. Thomas 2. 2. quæst. xxxviii. art. 1. *contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.* Subdit vero oportune: *Si autem contentio dicatur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ; sic contentio est laudabilis.* Quæ acrimonia numquam in personas, sed in errores tota semper sit, eo dumtaxat fine, ut surdis aures vellicentur pauliulum, & a sopore excitentur; ac potiilimum ut error magis magisque contemnatur. Summa tamen parsimonia, & prudentia opus est in huius remedii usu, ne limites satis angustos transiliamus. Si quandoque expediens visum fuerit quodam acrimoniæ pipere uti, in scribendis potius quam in dicendis sententiis, illius sit usus. Siquidem, cum homines mutuis dilpucant verbis, si immoderato vocum clamore perlrepant, lelsque falsibus invicem perfricent, facile in noxiam, criminolamque contentionem delcifcet dilputatio. Verba ergo mitiilima sint, eorumque prolatio temperata. In scripto autem vellicandæ interdum aures sunt. Eiusmodi ftilo falsibus asperio uli sunt Patres sancti, etiam benigniores, ut Augustinus, & Bernardus. Tædet quippe lectorem frigida lectio; acuit vero eiuldem palatum scriptum sale conditum.

VIII. Quæst. V. *Quid sit schisma?* Resp. Est *ab unitate Ecclesiæ deliberata separatio.* Separatur autem quis ab Ecclesia, dum aut eius membris communicare renuit, aut debitam summo Pontifici obedientiam præstare recusat. Non omnis inobediens est schismaticus; sicuti contra omnis schismaticus est inobediens. Schismaticus præter inobedientiam, contumaciam addit rebellionem, qua ab Ecclesiæ communione recedit. Omnis hæreticus est schismaticus; non tamen omnis schismaticus est eo ipso hæreticus. Consistere enim absolute schisma potest absque hæresi. Schisma purum caritati, & obedientiæ oppolitum esset, si quis crederet unam sanctam catholicam Ecclesiam sub visibili capite Romano Pontifice constituram, omnesque articulos ab eadem propositos, superba tamen, rebellique voluntate noiet Papæ subesse, eiusque obedire mandatis. Si vero primatum, aut potestatem Summi Pontificis etiam negaret, hæreticus simul esset. Schismaticorum loco habent Bellarminus, Valentia, aliique non pauci eos etiam qui dumtaxat a propio Episcopo Papæ subiecto, lineque diœcesis membris desciscunt, tametsi subiectionem Papæ iactarent: quia tum indirecte a Papa quoque recederent. Ne multa: quamquam schisma, & hæresis duo sint crimina distincta, & absolute seiungi queant, vix tamen, ac ne vix quidem verum schisma reipsa sine aliqua hæresi reperitur, ut animadvertit D. Thomas 2. 2. quæst. xxxix. art. 1. ad 3. *Ceterum nullum schisma est quod non sibi aliquam hæresim confingat, ut recte ab Ecclesia retexisse videatur.* Gravissimum scelus est schisma genere suo; cum laudar præstantissimum bonum, videlicet Ecclesiæ unitatem. Legatur D. Thomas tota laudata quæstione.

## CAPUT III.

*De bello, & de illis qui illud indicere iure valent. A quibus peragendum, quibus conditionibus, & quo tempore.*

I. QUæst. I. *Quid sit bellum, & quatuplex?* Resp. Est *conflictus multorum contra multos extraneos, vi, & armis, Principum iussu peractus.* Dicitur conflictus multorum contra multos, ut distinguatur a duello, quod est certamen periculosum unius contra alterum ex condicto initum, loco, & tempore designato; & a rixa, quæ est pugna paucorum contra paucos. Additur contra multos extraneos, ut distinguatur a seditione, quæ sit inter homines eiusdem civitatis, aut regni, invito Principe. Bellum aliud est defensivum, quo iniata iniuria repellitur; aliud offensivum, quo unus Princeps multitudine armata holtem aggreditur iuris vindicandi, aut compensationis obtinendæ gratia.

II. Quæst. II. *Utrum licitum sit bellum tam defensivum, quam offensivum?* Resp. Affirmant omnes Catholici contra Manichæos, & Lutherum, qui bellum adversus Turcas damnavit. Hoc ex divina constat Scriptura. Nam Abraham bellum gessit, & benedictionibus repletus legitur; & Deus ipse pluries Israelitis bellum inire adversus Cha-

manaos, & Amalecitas, Madianitas, aliasque gentes iussit.

III. Quæst. III. *Quæ sint conditiones ad belli iustitiam necessariæ?* Resp. Tres assignantur a D. Thoma 2.2. quæst. xl. artic. 1. *Tria requiruntur. Primo quidem auctoritas Principis, cuius mandato bellum est gerendum... Secundo requiritur causa iusta, ut scilicet illi qui impugnantur, propter aliquam culpam impugnationem mereantur... Tertio requiritur ut intentio bellantium sit recta, qua scilicet intenditur vel ut bonum promoveatur, vel ut malum vitetur.* His tribus conditionibus omnia ea continentur quæ ad belli iustitiam deliderari queunt. Vi ultimæ conditionis interdicta in bello est lævitia, crudelitas, fraus, religionis irreverentia, & alia id genus vitia.

IV. Quæst. IV. *Qui sint Principes qui bellum indicere iure valent?* Resp. Sermo est de bello offensivo. Nam defensivum cuique licet cum moderamine inculpatæ tutelæ pro defensione vitæ, & bonorum, servatis conditionibus alibi explicatis. Bellum autem offensivum soli Principes, suprema, pollentes auctoritate, indicere possunt. Bellum enim est actus supremus iustitiæ vindicatricis. Ergo ad solos Principes supremos attinet. Nulli ergo Principes, vel Reipublicæ suprema potestate carentes, alterique superiori Principi subiectæ indicere bellum valent maxime offensivum, supremo Principe inconsulto. Excipiuntur tamen aliqui eventus, videlicet si difficillime ad Principem accessus, sitque in mora periculum, aut si Princeps esset evidenter negligens in bello indicendo, necessitate premente, gravique damno Reipublicæ, seu Principatui imminente. Ita communiter Theologi.

V. Quæst. V. *Quæ sit iusta bellandi causa?* Resp. Multiplex. Defensio propria, aut innocentis: iniuriæ iniuste acceptæ vindicatio: iusta bonorum, quæ ab alio iniuste possidentur, recuperatio. Hæ causæ certæ sunt omnium consensu. Adiici aliæ solent, non ab omnibus approbatæ, nimirum fœderis initi violatio in re magni momenti: civitatis occupatio: subditorum rebellio: auxilia hosti præstita in damnum grave Principis, & nonnullæ aliæ, quas expendere nostra non interest in præsens.

VI. Quæst. VI. *Utrum Princeps habens opinionem probabilem quod sibi aliquod regnum vel civitas debeatur, possit alteri Principi regnum illud possidenti bellum indicere?* Resp. Acriter in hanc rem disputant Probabilistæ. Affirmantem sententiam defendunt *Diana*, *Filliucius*, *Escobar*, *Azorius*, *Iadines Sanchez*, *Thomas Sanchez*, *Roccafull*, *Franciscus Lugo*, & alii Probabilistæ, nixi illo principio petito eos satis celebri, quod qui probabiliter agit, prudenter agit. Quod si verum esset, vera quoque foret præfata sententia. Alii Probabilistæ recentiores, qui post damnatas a summis Pontificibus sententias in probabilitatis materia scripserunt, oppositam opinionem propugnant: quia nullus iudex potest sententiam capitis ferre, nisi præcedant rationes luce meridiana clariores, ut Iurisperiti omnes docent. At bellum est prolatio sententiæ capitis in hostem quem Princeps aggreditur. Ergo, ut sit iustum, haud sufficit sola probabilitas. Accedit quod in materia iustitiæ melior est conditio possidentis. Probabilitæ prioris opinionis magis sibi constat, & vi iuorum principiorum efficacius argumentantur. Probabilistarum quippe principium aut ubique, aut nullibi evincit quod intendit.

VII. Nos breviter respondemus, solam probabilitatem haud satis esse ad bellum inferendum Principi possidenti. Possessio quippe sola probabilitate auferri nequit: quia adæquat, immo prævalet cuilibet probabilitati. Certitudine opus est ut quis alterum de sua deturbare possessione valeat. *Hæc* est ratio cui illud axioma inititur: *Melior est conditio possidentis.* Utique & ipsa possessio aut dubia, aut probabilis vel ipsi possessori apparere potest. Tunc pro dubii quantitate restituere debet partem rei possessæ alteri Principi. Missis pluribus rationibus, unam obiter indicabo cur nequeant Principes sola probabilitate nixi bellum movere. Vix enim, ac ne vix quidem, Princeps assequi armis valet civitatem, vel regnum, quod sibi deberi probabiliter putat, quin innocentium sanguis fundatur, vastationes, ilrages & sæpius religionis aut everlio, aut damna maxima, virginum conlupirationes, aliaque gravissima mala sequantur. Quæ omnia plurimum prævalent iuri quo se potiri bellator in civitatem, aut provinciam ab altero possessam iudicat. Quis ergo dixerit tantam malorum ilragem licitam esse, ut Princeps civitatem probabili tantum, minime vero certo iure sibi debitam, indipiscatur? Tenentur itaque Principes probabilia iura doctorum hominum sententiis dirimere. Barbarorum est in ferilate, armorumque potentia iura constituere. Ius in armis tunc est, cum gravis necessitas præget redimendi quæ certis rationibus Principibus debentur. Hanc veritatem vel ipsi Pagani agnovere, sæpe scribente Livio: *Pax*



*arma quæ necessaria*. Plura fanderem, si profectum sperarem. Cuique enim dubia iura, ecqua videntur. Vix est qui opinionem propriam minus probabilem, quin vel incertam, putet. Huc spectare videtur quod scribit Chrysostomus: *Timea an aliquis ex rectoribus fatuus sit*. Quod maxime de conflictatis Principibus bellis dixerim verum haberi. Illorum quippe suasionibus Reges bella indicunt, Iudices porro, & consiliarii, quorum est declarare Regum iura in civitates, & regna, sunt cuiusque regni sapientes. Quid autem causse sit cur Principes christiani sæpe nolint dubia civitatum, regnorumque iura, non Rabularum, non Sophistarum, non Politicorum, sed sapientum iudicio dirimere; foli Deo patet. Non latet Principes, huos consiliarios politicos sæpe adversariorum auro, argentoque corruptos, bella aut suadere, aut dissuadere prout illorum propriæ rationes suggerunt: nec propterea expergesiunt. Dum hæc scribo, truculentissimo bello ardet Italia nostra, ardet Europa tota, immensa hominum, & aureorum multitudine effusa. Si quæras, cur aggressores bellum excitarint; quid tibi sint respondeari, ignoro. Nec quæ ipse sentio, scribere expedit. Illud mihi compertum, difficile occurrere bellum, potissimum aggressivum, undique iustum. Verum silentio potius quam sermone hæc definiri valent. Hoc nobis meditandum, scelera nostra in causla esse, cur tot calamitatibus universa pernatur Europa.

VIII. Quæst. VII. *Quæ notitia de belli iustitia necessaria militibus est, ut parere Regi præcipienti bellum valeant?* Resp. Duo militum genera distinguenda sunt: alterum subditorum Regis bellantis; alterum alienigenarum. Milites alienigenæ antequam militia exteri Regis nomen dent, belli iustitiam perspectam habere debent. Illi enim, cum liberi sint, nullo obediendi præsexlu excusari valent: neque executores sententiæ Regis dicendi sunt; sed potius ipli sententiam ferunt; bellumque indicunt, cum partes Regis bellatoris sponte suscipiunt, ac iura favere Regis, sub cuius vexillo arma stringunt, declarant. Rei igitur evadunt omnium malorum quæ bellum consequuntur, nisi de iustitia belli certi fuerit. Quam sententiam docet Cajetanus 2. 2. *qu.* CXIX. *art.* 2. *ad* 2. Sanchez, Ledesma, Molina, Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 2. *n.* 30. Milites autem subditi Regis bellum inferentis ut sint immunes a culpa, satis est, si bellum ipsis probabile appareat. Probabile vero illis est quoties non constat de iniustitia. Præsumere quippe ipsi debent, proprium Regem non nisi iusta bella gerere. Executores hi sunt sententiæ a Rege latæ. Illorum ergo minime interest in examen sententiam revocare: alioquin universa imperandi, regendique fundamenta submoverentur. Hæc est communior, probabiliorque sententia.

IX. Quæst. VIII. *Utrum Rex catholicus in bello iuste contra alios catholicos uscare in auxilium possit gentiles?* Reso. Gravissimam quæstionem discutiendam aggredior: non quod ipsa suapte natura involuta sit; sed quod Pseudopoliticorum, & Casuistarum quorumdam argutiis, & cavillis obtecta, indutriam, studiumque postulat, ut illius veritas salva consistat. Plures Pseudopolitici, & Casuistæ absolute adfirmant. Alii cautius loquuntur. Licitam Catholicorum cum infidelibus confœderationem absolute, & *per se* aiunt; illicitam vero per accidens, quatenus inde religioni catholicæ mala plurima immineant. Pro hac opinione laudantur D. Antoninus, Sylvester, Suarez, Caipensis, Prado, Tapia Palaus Bonacina, alique. Ad D. Antoninum, & Sylvestrum quod attinet, consta eos tantum aliorum opiniones recensere in hac materia. Antoninus *III. Part. tit.* IV. §. 17 & Sylvester *verb.* Bellum 1. *quæst.* VIII. obiter tantum hanc quæstionem tractant. Missis igitur aliorum placitis, vera sententia proponenda, & probanda est.

X. Confœderatio cum infidelibus adversus Catholicos illicita est, & minimum flagitiosa. Principes, Regesque omnes, illorumque consultores gravissime peccant, omnimque malorum religioni obvenientium fontes evadunt, quoties infidelium armis arma iungunt in catholicos Principes. Quæ sententia ut pleno claroque in lumine collocetur, discutienda primo est vana illa distinctio qua confœderatio hæc *per se* spectatur, & *per accidens*. Quamvis distinctioni huic locus interdum sit, dum rerum naturæ ad metaphysicas leges expenduntur; in morum tamen quæstionibus reiiciendis futilis passim est, fusique plena. Quæ enim communiter, circumstantiis spectatis, in praxi occurrunt, *per se* in morum genere locum tenent. Nostra siquidem interest morum quæstiones omnibus circumstantiis septas dilpicere. Et licet circumstantiæ ad rei speciem comparatæ loco accidentium habeantur; relatæ tamen ad operationem exercendam, eamdem *per se* afficiunt, peculiaremque speciem eius constituunt. Quibus positis, evidenter sententia probatur. Hæc confœderatio

ingentium malorum adversus religionem causa est. Nemo nescit, ethnicos potissimum impotenti furore abripi in Catholicorum dogmata, & odio plusquam vatiniano ardere. Nulla autem opportunior occasio exsaturandæ iræ, vindictæque exercendæ, confœderatione illhac. Nemo enim Principum infidelium, fœdera cum catholico Principe init, nisi amplificandi imperii pomeria, propriæque sectæ dilatandæ ipse affectus. An ne arma caperet, ærariа exhauriret, subditorum tanquinem effundendum exponeret, Principes hostes in se concitaret, nisi majora commoda, & meliorem fortunam se affecturum confiderent? Quid vero ethnicis sive ad triumphum splendidius, sive ad Principatus confinia extendenda gloriosius, quam Catholicorum terras invadere, civitates depopulari, profanare templa, altaria diruere, dilacerare imagines, virgines sanctimoniales constuprare, augustissimum Eucharistiæ sacramentum conculcare, omnia denique catholichæ religionis lacratissima mysteria irridere, & irridenda tradere? Horum omnium veritatem testantur probatissimæ historiæ, testantur regna istecra, & nationes quæ ex fœdere cum infidelibus omnia recensita mala expertæ sunt. Nec est quod reponas futili distinctione, hæc *per accidens*, minime *per se* evenire. Nam satis est hæc reipsa contingere ut flagitiosum fœdus efficiant. Quin si infidelitatis natura spectetur, non *per accidens*, sed *per se* præfata omnia proficisci quisque deprehender. Infidelitatis namque ingenium est, & natura, quod ut cancer serpat, quod radices altius figat, quod virus intus evomat in eam religionem quam detestatur. Vellet eam de medio sublatam, ne propriæ oblitionis monumentum extaret. Infideles in fœdus a catholicis Principibus vocantur, illorum extenuatas vires, & imbecillitatem dignoscunt, optimamque se nactos occasionem, inito fœdere, deprimendi Catholicos, suamque sectam amplificandi, non inaniter existimant.

XI. Quis porro dixerit, licere Principibus catholicis fœdus tale sancire, unde tanta malorum illuvies in veram Dei religionem irrumpit? Omnium rationum prima, & potissima, qua bellum iustum evadit, hæc est quod Principes bellum indicentes Dei honorem, & gloriam promoveant, aut saltem sincero animo promovere contendant: in hunc quippe finem collata est illis armorum potestas. *Non enim est potestas nisi a Deo*: Rom. XIII. Hinc sanctissimus Leo Magnus ad Leonem Augustum scribens *epist.* LXXV. inquit: *Debes incunctanter advertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad religionis præsidium esse collatam*. Nullus autem non videt fieri haud posse ut hæc fœdera in Dei gloriam, eiusque Religionis amplificationem Principes dirigant, cum huic intentioni facta, eventusque repugnent. Nec refert Principum, Politicorum vana excusatio, qua dicunt, se hæc quæ recensuimus mala, nullo modo velle. Quoniam licet expresse ea nolint, volunt tamen reipsa, cum flagitiosum fœdus ineunt, unde præfata mala proficiscuntur.

XII. Obiiciunt contrariæ sententiæ patroni. Abraham fœdus iniit cum Abner, & Efcol gentilibus, ut habetur *Gen.* XIV. Item Iudas Machabæus cum Romanis, ut patet ex *Lib. I. Machab. cap.* VIII. & tandem innumeri Principes catholici similes pepigerunt confœderationes.

XIII. Resp. Confœderationes narratæ in Scripturis fuerunt adversus infideles, secus contra fideles. Huiusmodi enim fœdera conceptis verbis in Scripturis vetantur. Prophetа Hanani severe increpavit Asam Regem Iudæ, quod contra Regem Israel in subsidium vocaverit Benadab Assyriæ Principem: ob quod flagitium grave quoque iuturum supplicium ei revelavit. *In tempore illo venit Hanani Propheta ad Asa Regem Iuda, & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evasit Syriæ Regis exercitus de manu tua... Stulte igitur egisti, & propter hoc ex præsenti tempore ad versus te bella consurgent*. Paralip. II. cap. XVI. vers. 7. & 9. Item Exodi XXXIV. vers. 12. *Cave ne umquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam*. D. quoque Paulus II. *ad Corint.* VI. *vers.* 14. hæc pacta, & associationes vetat: *Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?* Clariores sunt eiusmodi textus quam ut valeant Politicorum, & Casuistarum vanis distinctiunculis eludi. Exempla quorumdam catholicorum Principum qui eiusmodi fœdera cum infidelibus adversus principes catholicos inierunt, nihil sententiæ nostræ officiunt, sed tantum dolotis, & scandali materiam exhibent. Hæc est communis Theologorum sententia, cui subscribunt Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 3. §. 2. *n.* 35. citantque *Lorcam, Villalobos, Molinam, Gordonium, Coninchium, Pradum, Dianam, Sela-*



*sanctum*, aliosque. Diana *Tom. XI. coord. tractatu peculiari pag.* XIV. fuse hoc versat argumentum. Recenset Politicorum, & Iuristarum opinionem faventem præfato fœderi. Defendit ipse, *per se*, & ex natura sua licita esse eiusmodi fœdera: quod idem præfert, ac si diceret: Hæc fœdera ad bellum gerendum in Lunæ cornu, aut in campo idearum Platonicarum licita sunt. Si vero de cœlo ad hominum exercitus devocentur, illicita evadunt. Quare vel ipse Diana secundo loco statuit eadem *resol.* XIV. vix umquam in praxi licere Principibus catholicis similia icere fœdera cum Turcis, aliisque infidelibus. Quam resolutionem exemplis etiam firmat. Refert enim ex Schonborner *Lib. IV. cap.* XLIV. suæ Politicæ, Principem quemdam Christianum gravissimas pœnas fuisse passum ob coalitum cum Turcarum Imperatore fœdus adversus Catholicos. Vera ne, an falsa sit narratio hæc, ad quam firmandam circiter quatuordecim Scriptores laudat idem Diana, aliorum relinquo iudicio. Nostræ sententiæ subscribunt Castanus a sancto Elia in sua *Arb. Opin. verb.* Auxiliator §. 1. *num.* 5. Henricus a sancto Ignatio *Lib. IV. cap.* XLIII. aliique communiter. Argumentum, quod a contraria Principum praxi obiici posset, nullius est momenti. Quoniam operationum nostrarum regulæ sunt, non abusus, hominumque placita; sed Dei leges, quæ omnia nobis vetant quæ in Dei honorem, & gloriam referre nequimus. Illud mirandum quod dum Principes catholici infidelium subsidia, copiasque auxiliares poltulant, divinam quoque implorent opem; ac si Deus posset, vellentque in tuæ religionis iacturam, templorum profanationem, rerum sacrarum irrisionem, confœderatis infidelibus cum Catholicis luppetias ferre. Hinc tamen colligas nolim, illicitum Principibus esse subditis infidelibus uti ad iustum bellum. Nullus quippe tunc malorum timor. Subditi enim cum sint, ducibusque catholicis pareant, nihil mali adversus religionem moliri valent. Quare qua ratione in suis eos tolerant ditionibus, eadem illos ad bellandum adhibere poterunt.

XIV. Illud nunc est reliquum ut tres in titulo propositas circumitantias in examen vocemus: nimirum a quibus peragendum sit bellum, quæ in bello servanda, & quo tempore exercendum. Paucis omnia expediam.

XV. Quæst. IX. *Utrum Clericis, & Religiosis liceat in bello iusto propria manu pugnare?* Resp. Sententia negans communis est, & docetur in *cap.* Eos qui XX. *quæst.* XXX. *& cap.* Quicumque ex Clericis XXXIII. *qu.* VIII. Ratio pervia est. Clerici, & Religiosi a mundi rebus segregati divino cultui dicati sunt, ut pro se, & populo vota offerant Deo, animarumque spiritualia negotia pertractent. Huic vero potissimo eorum professionis fini nihil est adeo infestum & repugnans quam militia, & bellica pugna. Iure ergo & merito hæc Clericis, & Religiosis ab Ecclesia prohibentur. Hæc autem ratio favet Sacerdotibus, non tamen Clericis. Clerici enim non sunt in sacris constituti; ideoque ad illos canones laudati non sunt extendendi. Eo ipso enim quod illi militiæ nomen dent, statui renuntiant Clericatus; nec vi minorum ordinum Deo consecrati reputantur. Si tamen Ecclesiis addicti sint, aut beneficium possideant, quamquam non delinquant in canones, peccant tamen contra status honestatem, saltem venialiter. Monachi laici cum ratione status Deo sint consecrati, licet Sacerdotii dignitate careant, peccant bellando, & quidem graviter; quidquid in oppositum dicant Diana, Palaus, Villalobos, & alii. Sacri quippe canones eos omnes a bello arcent qui statum profitentur religiosum. Monachi autem, tametsi laici, vi suæ professionis sæculo renuntiarunt, spiritualique militiæ dederе nomina. Hæc opinio communior est.

XVI. Quæst. X. *Liceat ne Religiosis necessitate urgente bellare?* Resp. Conclusio affirmans communissima, & vera. Urgente quippe necessitate defendendi patriam, Ecclesiæ, religionisque iura, naturali lege, & pietate in patriam, ac religionem astringimur arma capere. Nec Ecclesiæ canones id vetant quod lex præcipit naturalis. Hinc iure præesse Episcopi valent suis Clericis, & Religiosis in bello adversus Turcas, infideles hæreticosque, dum religionem, se, suos, bonumque Ecclesiæ commune defendunt. Idque laudabiliter plures sanctissimos præstitille Episcopos historiæ narrant; nostrisque temporibus in Dalmatia in bello Venetorum contra Turcas sub Crucis vexillo strenuus Episcopus militum classi præfuit. Raro tamen occurrit Religiosis hæc iusta bellandi ratio. Manifesta quippe sit oportet, defendendæ religionis, patriæque necessitas. Absolute enim Christi religio pacem, tolerantiam, patientiam, mansuetudinem præcipit. Quare, antequam Religiosi arma capiant, sanctorum virorum consilio opus est.

XVII. Quæst. XI. *Licitum ne est Christianis captivis pro infidelibus pugnare adversus Christianos, timore mortis perculsi?* Resp.

Si

Si de bello directo & immediato adversus Christianos fermo sit, negat communis sententia, quia id intrinsecus, inaque natura malum est, cum eiusmodi bellum iniustum sit; atque adeo graviter peccant. Hinc nequeunt tormenta bellica explodere, naves gubernare, bombardas emittere; quæ omnia directe in Christianorum cædem recidunt. Hæc communia sunt. Quæ sequuntur, negotium facessunt, nimirum licitum ne sit præfatis Christianis in Turcarum triremibus remigare, scalas apponere, propugnacula deferre, sulphur porrigere ob metum mortis? Affirmant plures Theologi, quos referunt, & sequuntur Salmanticenses *hic, cit. num.* 42. quod actiones istæ suapte natura indifferentes sint, nulloque modo noxiæ absolute spectatæ, sed sola Turcarum malitia in Christianorum damnum dirigantur. Reiicunt tamen hanc doctrinam, si captivi Christiani scirent, magnam Christianorum exercitum assecuturum victoriam, ipsis ab eiusmodi operibus cessantibus. Quia tum bonum commune Ecclesiæ, Christianæque Reipublicæ, bono privato anteferendum esset. Quod si verum est, ut verum esse & ipse sentio; non video cur illi tuta conscientia, recenlita opera, fervente pugna, fieri licite posse defendant. Remigare, scalas muris apponere, sulphur porrigere, propugnacula deferre, actiones sunt indifferentes. Verum habet, dum in Lunæ campo bellum peragitur. Etiam tormenta bellica explodere, bombardas iaculare, aliaque id genus opera sunt absolute indifferentia; eum hæc omnia sæpe peragantur aut in publicæ lætitiæ argumentum, aut ad exercendam militum peritiam. Nova tantum sunt posita circumstantiis. Idem dicendum videtur de secundo actionum genere. Sunt utique indicatæ actiones natura sua indifferentes, at circumstantiis inspectis evadunt, quemadmodum aliæ prioris generis, noxiæ Christianis, eorumque religioni. Et quia in morum signandis regulis opera abstracta, & præcita a circumstantiis, Theologi minime considerant; sed contra potius opera circumstantiis vestita, & affecta; ideo non appareat ratio qua a gravi malitia purgari præfata opera valeant. Sunt enim hic & nunc in damnum Christianorum directa. Alunde bellum iniustum esse constat. De his & similibus termo redibit, dum scandali argumentum tractabimus differtatione sequenti.

XVIII. Quæst. XII. *Quinam modus servandus in bello peragendo?* Resp. Ob iustas dumtaxat causas bellum indicendum esse, iam supra ostensum est; quas si negligant Principes, peccant gravissime, & ad damna reparcienda astringuntur. Expendendæ hic causæ essent quas Principes tamquam iustas indicendi belli reputant; sed opportunum minime censemus: tum quod antea nobis occludendas prævideamus; tum quod longior termo esset dicendus. Obiter dicam, iustam belli causam minime esse timorem illum quem sæpe Principes concipiunt, ne conterminus Princeps potentior evadat, a quo bellum, potentia aucta, movendum vereantur. Pseudopolitica Machiavelli hæc est, contraria Apostolicæ doctrinæ, quæ mala fieri vetat, ut bona eveniant. Si Princeps finitimus industria, recto regimine, iustisque rationibus ærarium augeat, & omnia amplificat; cur bello impetendus, deprimendusque? Cur innocentum sanguis effundendus, depopulandæ provinciæ, ac infinita propemodum mala, quæ bellum necessario consequuntur, patranda? Nisi ergo iniuriam inferat, nisi aliena iura lædat, nisi alnorum terras iniuste occupet; quid causæ est cur extendandæ sint illius vires; eiusque principatus diminuendus? Si solus timor futuri belli inferendi a Principe potentiore iusta esset indicendi belli causa; vix iniustum daretur bellum, sed esset utraque ex parte etiam materialiter iustum. Hinc colligas, quam iniusta, perversa, ac crudelis politica illa esset qua prætextu servandi æquilibrium inter Principes, modo illum proprio principatu expolirent, alterique donarent, modo hunc exaltarent, legitimis possessoribus oppressis: illum coercerent, thronoique detorquerent, illum provinciarum, aut civitatum accessione cumularent, ac si universi terrarum orbis supremo dominio potirentur. Et quamvis hæc omnia mirerio Theologorum consensu manifestam iniant iniustitiam, atque restitutionis, & compensationis onera imponant certissima; nihilolecius sibilo, & cachinnis excipiuntur. Eo fecisset ignorantiæ, & pravitatis devenit pleudopoliticorum sapientia carnalis, & mundana. Sed hæc per transennam dicta sint. Ad propositam quæstionem dilcutiendam accedamus.

XIX. Non solum in bello indicendo servanda iustitia est, verum peragendum etiam bellum est modo prænitis æquitatis regulis consentaneo. Indicto ergo bello, in primis seligere Principes debent belli duces integris moribus instructos, quales sane hæretici esse non solent. Quare iterum repeto, mirum in modum causam suam prodere Principes illos catholicos qui suis exercitibus præficerent duces scelestos, infideles, ac si illis iniusta scientia esset militaris, & bellica; maxime cum belli eventus potissimum a divina pendeat voluntate. Providere etiam magnopere Principes debent ut belli duces sint iustitiæ amantes, ut militibus statis temporibus stipendia solvant; ne cogantur innocentum spolia diripere, neve ad bellandum minus apti fiant.

XX. Quæst. XII. *Quorum sint peccata quæ perpetrari in bello solent?* Resp. Numera cæli stellas, si vales. Aliqua tantum cursim indicabo tum belli ducum, tum militum. Adversus iustitiam peccant, & ad restitutionem tenentur belli duces, si Principum suorum mandata transgrediuntur, damna inferentes quæ ad finem, ideli victoriam, non conducunt; si militibus stipendia solvere suo tempore negligunt; si in militum rapinas, stupra, depræclationes iniustas non animadvertunt, & pro viribus non impediunt, cum ad id ex officio astringantur; si muneribus a civitatibus, pagisque aliquibus acceptis, ne eisdem onera tributorum imponant, neve in eorumdem domibus milites colloceut, alias subinde civitates, & provincias magnis tributis, militumque copia plus iusto onerent; si militum censum exacte non compleant, fictitios milites subsituentes. Maxima hinc proficiscuntur damna in universam Rempublicam, quæ resarcire omnia debent, nedum stipendia iniuste retenta solvere. Omnium vero malorum huiusmodi causa essent Principes, & Reges, si constituta stipendia opportuno tempore belli ducibus subministrare omitterent.

XXI. Peccant porro milites, si castra deserant; si partes proprii officii non impleant; si præter stipendia accepta quidquam surripiant, extrema necessitate sublata; si temere vitam propriam prodigant; si hostibus incommoda ultra conventa pacta inferant, rusticosque vexent, eorum agros & bona depopulando. Nec Præfectorum conniventia, aut expressa permissio illis suffragatur; nisi rustici rei sint, & iusta pœna plecti mereantur.

XXII. Peccant quoque milites illi qui militare parati sunt sub quocumque Principe qui maiora præbeat stipendia, nullo ad iustitiam, vel iniustitiam belli habito respectu. P. Antoninus Diana *coord. Tom. VIII. tract.* VII. obi sulo calamo bellicas vertat quæstiones, omnium Auctorum sententias colligens, & de more omnes passim ut probabiles admittens, proponit hanc quæstionem, liceat ne militibus sine subditis, sive extraneis, dubitantibus de



iustitia belli, militiæ nomen dare? atque tres Auctorum sententias refert: primam affirmantem, secundam negantem, tertiam affirmantem de subditis, negantem de extraneis. Deinde sic concludit resolut. 40. *Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles, & Tannerus asserit Remæ Patrem Suarez primam sententiam docuisse: quia advocatus etiam in dubia causa utrique parti patrocinari potest; & famulus servire potest domino exercenti contractus speculative dubios.* Subdit vero ipse *ref.* XII. milites nullos, sive subditos, sive extraneos, teneri ad belli iustitiam examinandam. Hæc recentiusse satis pro confutatione est: sua quippe sanitate corruunt.

XXIII. Quæst. XIV. *Licitum ne est in bello iusto innocentes fœtibus permixtos occidere?* Resp. Innocentes reputantur agricolæ, rustici, infantes, feminæ, advenæ, peregrini, mercatores non habentes domicilia, legati, & inter Christianos Monachi, Presbyteri, qui arma non stringunt ad bellandum; iecus, si & illi militiam exerceent. Itaque hi omnes absolute innocentum nomine veniunt. Hos occidere nefarium est, & inhumanum. Si tamen nocentes perimi nequeant, salvis innocentibus, & horum peremptio licita erit. Qua de causa fas est tormentum bellicum explodere in hostium turmam, cui permixti sunt Sacerdotes, feminæ, & parvuli. Ea quippe in bello iusto licent quæ intrinsecus natura sua mala non sunt, & ad finem assequendum necessaria reputantur. Quare mendacia neque in bello licent; tametsi licitum sit stratagematum, & insidiarum, quæ mendacio careant, arte uti. Parcendum itaque, quoad fieri potest, innocentibus, eorumque languis numquam effundendus, nisi necessitate manifesta id exigat. Fides data vel ipsis hostibus servanda semper est. Iura gentium, & belli sarta tecta tunt custodienda, ut veneno non inficere puteos, aquas, ceteraque quæ ad victum necessaria sunt; Christianos in lertitem non redigere, cum id penes Christianos consuetudine receptum non sit. Civitas capta in prædam dari nequit, nisi gravissima necessitate urgente, propter scelera, stupra, & ingentium malorum clades, quæ a militibus deprædantibus perpetrari solent. Si necessitas ad id cogat, tenentur duces pro virili parte invigilare, & impedire ne flagitia sequantur.

XXIV. Quæst. XV. *Licite ne sunt repressaliæ?* Resp. Repressaliæ sunt compensationes malorum quæ ab hostibus sunt illata. Ut liceant, plures conditiones requiruntur. 1.

ut publica, & legitima auctoritate Principis læsi fiant. 2. ut injuria, & mala illiata manifesta sint. 3. ut Principes, seu civitates quæ mala intulerunt, debitam, postulataque compensationem dare detrectent. 4. ut non fiant in innocentes, sacratque personas, vel eorum bona. 5. ut non plus damni inferatur quam iusta requirit satisfactio.

XXV. Quæsit. XVI. *Licet ne die festo bellare?* Resp. Respondet D. Thomas 2. 2. quæst. xl. art. 4. *Observatio festorum non impedit ea quæ ordinantur ad hominis salutem etiam corporalem. Unde Dominus arguit Iudæos, dicens Ioan.* VII. Mihi indignamini, quia totum hominem salvum feci in sabbato? *Et inde est quod medici licite possunt medicari homines in die festo. Multo autem magis est conferenda salus Reipublicæ, per quam impediuntur occisiones plurimorum, & innumera mala temporalia, & spiritualia, quam salus corporalis unius hominis. Et ideo pro tutione Reipublicæ fidelium licitum est iusta bella exercere in diebus festis; si tamen hoc necessitas exposcat. Hoc enim esset tentare Deum, si quis imminente tali necessitate vellet a bello abstinere. Sed necessitate cessante non est licitum bellare in diebus festis.* Diana *loc. cit. ref.* 42. citat Suarez, Fagundez, Filliucium, Falaum, eorumque opinionem, negantem licitum bellum in die festo, necessitate iubilata, ut probabilem admittit; quemadmodum ut probabilem recognoscit alteram opinionem Bannez, Valentiæ, & aliorum, dicentium non esse culpam mortalem præbari in die festo extra necessitatem, audita Missa. Ceterum ille de more laxiorem amplectens, nec venialem culpam perpetrari refolvit in prælio peracto festo die, iubilata necessitate, si Missa audiatur. Quæ dicta sint, ut Auctoris genium ubique sibi constare eluceat. Ad praxim vero quod attinet, res est nullius momenti: quoniam nunquam voluntarie prælium committitur, nisi opportuna occasione data: quæ si præterita permittitur in auras avolat victoria. Quapropter prælium in praxi vix accidit nisi cogente necessitate.

## CAPUT IV.

### *De rixa, seditione, & duello.*

I. HÆc tria vitia magnam cum bello vicinitatem habent. Quare D. Thomas 2. 2. *quæst.* XLI. *art.* 1. rixam definiens, eam appellat bellum privatum his verbis: *Rixa videtur esse privatum bellum, quod inter privatas personas agitur, non ex aliqua publica auctoritate, sed magis ex inordinata voluntate: & ideo rixa semper importat peccatum.* Quod peccatum ex genere suo letale est, ac veniale fit materiæ parvitate, relpectu aggressoris. In eo vero qui se defendit, nullum erit, si fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Rixa filia iræ est, ut subdit Angelicus *art.* 2.

II. Seditio est *tumultus ad pugnam unius partis Reipublicæ contra aliam:* si sit contra Principem vocatur rebellio, quæ a pura seditione distinguitur: rebellio quippe subiectionem, & obedientiam Principi debitam excutit omnem; seditio vero, servata Principi obedientia, contra ministros, & principatus partem arma stringit. Est natura sua peccatum mortale, cum unitati opponatur Reipublicæ. Vix tamen in praxi seditio a rebellione distinguitur: respta enim, qui adversus Reipublicæ partem arma capit, Principis auctoritati se subducit. Causæ seditionis variæ. Nimius ministrorum rigor, severior tributorum exactio, victus penuria, in exercitibus stipendiorum defraudatio, & alimentorum caritas. Hæc omnia summa vigilantia præcavere Principes debent.

III. Duellum communiter definiri solet, quod sit *pugna singularis ab utraque parte ex condicto accepta, loco, & tempore designato cum periculo occisionis, aut gravis vulneris.* Ex quo pugna singularis sit, a bello distinguitur, quod est pugna communis. Duellum igitur singulare certamen est inter duos, appellaturque *monomachia*, vel inter quatuor, aut octo in æqualem numerum tributos, hinc, & inde præliantes. Dicitur *ex condicto*, idest mutuo inito pacto ad pugnam tali loco, & tempore ineundam. Non est duellum, si tempus tantum, aut contra locus, non assignato tempore pugnæ, indicatur. Quapropter pugnæ iubita ex ira ortæ, tametsi mutuo pugnantes se se percurrant, vulneraque sibi infligant, non sunt duellum: v. g. si quis ob exortas inimicitias dicat inimico: *In platea te expecto, ut pugnemus*, tempore non definito: aut contra: *Vespere terum prælubor, ubicumque te obviam habuero.* E contrario si diceret: *Sume arma, hic in platea statim pugnemus:* duellum esset tempore præsenti, & loco designatis. Altera definitionis pars est: *Cum periculo occisionis, aut gravis vulneris.* Quoniam, si certamen sit absque ullo periculo vulneris, aut occisionis, sed ad vires exercendas, aut pugnis se se tundendos, duellum non est: quia non est peractum armis, aut instrumentis sua natura aptis ad occisionem. Non esse duellum quoque contendunt plures, si quis alterum provocans, aut provocationem acceptans, loco, & tempore ad pugnam designatis, non animo se lædendi, sed honoris defendendi gratia, cum moderatione certitudine quod nullum inde damnum sit secuturum, eo quod amici se se interposituri sint, pacem conciliandam. Verum non video cur duellum hoc appellari non debeat; cum pugna ex condicto indicta sit, loco, & tempore designatis, ad honorem læsum refarciendum. Mentitur quippe voluntas sibi, si, cum ea omnia ponat quæ ad verum duellum requiruntur, postea se duellum nolle interius comminiscatur. Duellum quod exterius apparet, Ecclesia vetat. Hoc duellum scandalum parit, lege naturali prohibitum. Animus interior ad rationem duelli minime pertinet; nec tollit scandalum quod inde sequitur. Sed adest, inquiunt, moralis certitudo quod nec mors, nec vulnera contingent ob amicorum interpositionem. Figmenta sunt hæc. Cum hoc duellum a duobus peragendum sit, quis sibi de alterius voluntate spondere securitatem valet? Quis de propria securus esse potest? Quid facilius quam ut animus tranquillus, a certamine dum longe abest, ira postea excandescat, inita pugna? Quid si deprehendat socium aut ineptum, aut viribus, & arte valde inferiorem? Honoris defendendi appetitus fervet, fatentibus adversariis. Nihil itaque facilius quam ut præliantium alter opportuna deprehensa occasione, concitata ira, aut ambitione extollendi propriam fortitudinem, sanguinem fundat adversarii. Innumeræ contingere causæ possunt ob quas tranquilla illa, quæ iactatur, intentio recuperandi fictitii duelli propriam famam, in iram, & verum duellum transeat; manibusque consertis alterutrius mors, aut vulneratio sequantur. Quare mihi probabilis nullo modo est opinio quam defendunt Filliucius, & Diana, probabilemque reputant Salmanticenses *Tom. II. tract.* x. *cap.* IV. *punct.* 7. *num.* 74.

IV. Quæst. I. *Utrum duellum sit licitum?* Resp. Duellum iure naturæ, divino, & canonico vetitum est: rationi quippe repugnat aut propriam vitam periculo mortis voluntarie exponere, aut alterius vitæ mortem intentare. Quod iure divino sit vetitum ob legem generalem quæ homicidia vetat, & iniuriarum vindictam, non est ambigendi locus. Ecclesia autem illud sæpius vetavit. Nam Paulus IV. Gregorius XI. Clemens VIII. & tandem Concilium Tridentinum



*sess.* XXV. *cap.* XIX. *de refor.* gravissimis in transgressores pœnis constitutis duellum vetarunt. Idem præsiterunt Principes in variis regnis.

V. Quæst. II. *Occurrere ne causæ possunt quæ duellum aliquando licitum efficiant?* Resp. Variæ sunt causæ propter quas feroces gentes duellum instituerunt. Una est virium ostentatio. Altera voluptas feralis spectatoribus præbenda, apud Romanos alioquin cultissimos familiaris. Duellum einsmodi, crudele esse, rationique repugnans, nemo non videt. Tertia causa est ad litem aliquam, cuius veritas occulta est, dirimendam. Duellum illud vanum est, & superstitiosum, Deumque tentans, & ut tale damnatum *cap. Monomachia* 11. *quæst.* v. Quartam causam Doctores quidam excogitarunt, nimirum vindicationem iniuriæ acceptæ, vel famæ læsæ recuperationem. Quinta causa est nota ignaviæ, & pusillanimitatis, ad quam vitandam licitum esse duellum Casuistæ quidam, tametsi christiani, Evangelique professores, docuerunt. Quam sententiam his verbis conceptam damnavit Alexander VII. in *prop.* 2. quæ est sequens: *Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne simiditatis notam apud alios incurrat.* Has quinque causas communiter Theologi reiiciunt tamquam inepras ad duellum indicendum, suscipiendumve. Quæ sequuntur, negotium facessunt.

VI. Quæst. III. *Licitum ne duellum est ad evitandum periculum vitæ, honoris, aut fortunarum?* Resp. Non modo acceptare licite duellum ad einsmodi declinanda mala, verum indicere etiam te illud posse, docent Salmanticenses *tract.* x. *cap.* IV. *punct.* 3. *num.* 39. Diana *part.* v. *tract.* XIII. *resol.* 27. Lessius *Lib. II. cap.* IX. *dub.* 8. *num.* 49. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* VI. *punct.* 7. *num.* 9. & alii. Addunt Salmanticenses neminem dubitare de illius duelli iustitia. Ex pro hac opinione citant etiam *Sanchez*; sed falso citari contendunt alii, penes quos fides sit.

VII. Verum contra sentio ego de illius duelli iniustitia ambigendum non esse, saltem ad evadendam honoris iacturam quod attinet. Quomodo enim ambigendum, si proscripta einsmodi doctrina videtur ab Innocentio XI. propol. 30. *Fas est viro honorato occidere invasorem qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit?* Ergo proscripta videtur quoque propositio Salmanticensium his verbis concepta loc. cit. *Si sit periculum vitæ, honoris, aut fortuna-*

*vum, nisi acceptes duellum, illud licite acceptare poteris*. Adduntque cum P. Castropalao, non solum acceptari, sed & indici, ob præfata pericula posse duellum: quod evidentius falsum est. Exeundi tamen sunt perdocti Salmanticenses, de re theologica optime meriti, mihique variis titulis magnopere colendi, quod ante damnatam propositionem scripserint, & quod a Sanchez, Palao, Diana, Bonacina, aliisque prius traditam doctrinam acceperint. Quare non animo quidquam docti, prebibique Theologis derogandi, sed solum instruendi lectores, data occasione, similia admonere soleo. Quam protestationem, quamquam alibi fecerim, repetendam tamen mihi hoc ipso esse opportunum existimo.

VIII. Quod ad periculum vitæ attinet, distinguendum etiam est. Si provocatus ad duellum districto gladio impetitur ab adversario, licite hunc repellere valet. Ceterum si provocans tantum mortem minatur; qua ratione acceptari duellum iure valet? Quia mortem minatur hostis; & tu credis te illam non evaturum, inquiunt laudati Theologi. Solæ ergo minæ mortis inferendæ caussa iusta erunt conflictum subeundi mortalem tot scelibus vetitum? Dicendum, in eiusmodi casu biandis verbis, precibus, evangelicisque monitis placandum esse hostem. Si hæc non sufficiant, ad defensionem paratus sit provocatus. Quod vero duellum acceptare debeat, non video qua ratione licite id valeat: quia, dum hostis in solis minis consistit, nec gladium evaginat, nec aliquo modo aggreditur, non potest dici mortem evitari non posse. Evitari enim semper potest causa, vigilique defensione: ipsaque provocatio ad duellum, cautum vigilemque ad se defendendum constituit provocatum.

IX. Quod de bonorum, agrorumque vastatione subdunt citati Theologi, nisi duellum acceptetur, pariter locum non habere videtur. Licita utique est illorum defensio bonorum. At non apparet, cur duellum unica esse debeat ad defensionem via. Qua fortitudine provocatus posset in duello gladium stringere, eadem a bonorum devastatione repellat aggressorem. Non ei licet, antequam malum imminere conspiciat, ob solas futuri damni minas subire certamen, vitamque in discrimen adducere. Dum homines mala minantur, eadem se nolle perpetrare indicant, aliisque viis placari possunt. At non est quod diutius in his immoremur.

X. Non minus falsa mihi est sequens propositio quam docent iidem Salmanticenses loc. cit. num. 40. *Si ex iniuste accusatus, & condemnatus, & credis a iudice condemnandum; & vel ab accusatore, vel iudice offertur duellum, si vis te periculo liberare, licite illud acceptare poteris ad evitandam mortem, infamiam, aut bonorum iacturam, si non datur alia via evadendi*. Pro hac doctrina citant Molinam, & alios, qui, teste ipso Dominico Viva, docuere sequentem propositionem damnatam ab Alexandro VII. *Licet interficere accusatorem, falsos testes, ac etiam iudicem, a quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum vitare*: quæ doctrina finitima est antecedenti propositioni.

XI. Non minus falsa, & erronea est sequens propositio, quam docet P. Paulus Layman *Lib. III. tract. III. par. III. cap. III.*

„ Si Vir equestris in aula regia officio, dignitate, Ducis, aut Principis favore, ob ignaviæ suspicionem excidere debeat, nisi identidem provocanti se sistat; non audeo „ condemnare eum qui meræ defensionis gratia pugnarit.

„ Idemque sentiendum, si ad pugnam lacessens alterum, crebra convicia, & contumelias adiciat: a qua ille molestia, & subeundo dedecore aliter liberare se non „ possit, nisi armis congrediatur. Nam si ob defensionem bonorum hominem mutilare, vel occidere fas est; multo magis, „ si ita necesse sit, ad defendendum honorem, vel avertendam contumeliam; quandoquidem honor pluris valet quam fortunæ bona, & iniuria personæ maior est „ quam fortunarum damnum.“

XII. Excusandi sunt Auctores isti, quod ante propositionem a summis Pontificibus damnatas scripserint, & quod, dum hæc scribebant, mente illis fortasse exciderit evangelica doctrina: *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos*. Quamquam forte reponent se se orare pro illis ipsis quos occidunt. Nimium autem fallax est, & partibus paralogismus, quo ex bonorum defensione laudati Auctores occisionem inferunt licitam calumniatoris. Nam fures reipta divitias auferunt; secus calumniator honorem, qui ex operum honestate affurgit, quique unice curandus est. Honor vero in mundi fallaci opinione situs, spernendus est, ut lex evangelica servetur. Verum de hoc fusius suo loco.

XIII. Caussa iusta acceptandi duellum est defensio Reipublicæ, & boni communis, legitima auctoritate interposita, puta ad finiendum bellum inter hostes. Qua siquidem ratione bellum licitum esse potest inter duos exercitus; eadem ratione, immo potiori, restringi potest ad duos, aut quatuor, ut istorum pugna bellum finem habeat. Sic enim plurima præcaventur mala. Et hæc est communis sententia.

XIV. Quæst. IV. *Quæ pœna constituta sunt in provocantes, & acceptantes duellum?* Resp. Concilium Tridentinum *sess. XXV. cap. XIX.* excommunicationis pœnam inurit Regibus, Imperatoribus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, aliisque dominis, qui locum ad duellum committendum inter Christianos concesserint; illisque privat iurisdictione, & dominio civitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrunt, & ut homicidæ iuxta sacros canones puniri debent; atque, si in ipso conflictu decesserint, perpetuo ecclesiastica careant sepultura. Illi etiam qui consilium in caussa duelli tam in iure, quam in facto dederint, aut alia ratione ad id quemquam suaserint, aut spectatores fuerint, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo subiiciuntur. Pius IV. in *Motu proprio* edito anno 1560. eamdem excommunicationem indixit, eamque extendit ad duellum privatum, sicut & Gregorius XIII. Clemens vero VIII. anno 1592. præfatam excommunicationem Sedi Apostolicæ reservavit, decrevitque incurri a provocantibus, etiam pugna non secuta. Et anno 1602. Regularibus quoque facultatem ademit absolvendi ab hac censura intra Italiam, & extra urbem, licet ab aliis casibus.

XV. Recensitas pœnas, scilicet infamiam, bonorum proscriptionem, loci in quo duellum peragitur, amissionem non incurrunt Principes, Domini, ceterique, nisi post sententiam declaratoriam, ut communiter Theologi docent. Excommunicatio vero Papæ reservata, cum sit latæ sententiæ, ipso facto incurritur ante quamcumque iudicis sententiam.

XVI. Ad sepulturam ecclesiasticam quod attinet, non una est Theologorum sententia. Omnium consensu certum est, duellantes qui in ipso certamine occumbunt, sepultura ecclesiastica privandos esse, tametsi pœnitentiæ dederint signa. Ratio evidens est, quia Tridentina Synodus, & pontificia diplomata absolute constituunt, morientes in duello plectendos esse sepulturæ ecclesiasticæ privatione, nulla adiecta conditione pœnitentiæ, vel impœnitentiæ. Et Romanum Rituale in *Rubric. de exeq.* hæc decernit: *Negatur ecclesiastica sepultura morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint pœnitentiæ signa*.

XVII. Quamquam hæc comperta sint, & luculenta, nihilominus P. Thomas Tamburinus *Lib. VI. cap. I. §. 3. num. 13.* contendit decedentem in loco conflictus, si sacramentaliter confessus fuerit, non esse sacra sepultura privandum: quia, inquit, licet materialiter in loco certaminis moriatur, tamen cum tempus aliquod fluxerit a conflictu ad confessionem, non dicitur in loco conflictus mori. Ad auctoritatem Ritualis Romani iussu Pauli V. editi, respondet, quid amplius esse confessionem sacramentalem quam signa exhibere pœnitentiæ. Constantinus Roncaglia hanc referens opinionem sua probabilitate non carere. docet, atque adeo in praxi tutam. Verum hæc omnia commentitia sunt, nulloque probabilitatis robore fulta. Nam Tridentinum decretum, & pontificiæ constitutiones eo potissimum spectant ut duella de medio tollant pœnarum terrore. Quare ex ipso præcipuo legum fine, & ex verbis absolute prolatis nullaque conditione restrictis, omnibus plane non excutientibus patet, eiusmodi morientibus ecclesiasticam sepulturam denegandam esse. Quid quod laudatum Rituale conceptis verbis a sacra sepultura arcet ipsosmet qui pœnitentiæ argumenta exhibent? Sed inquiunt id intelligendum esse, ut scribit Roncaglia, de signis pœnitentiæ datis in ipso conflictu, vel physice immediate post conflictum. Si vero fluxerint quatuor, aut quinque momenta temporis a pugna, tunc ne signa non dantur in loco conflictus? Hinc colligo, quam efficax sit vel unius probabilitatis vapor ad offundendam caliginem vel acutioribus oculis. Nimium futilia hæc sunt, quæ eo unice spectant, ut sacros eludant Canones, legesque ecclesiasticas.

XVIII. Quæst. V. *Qui valeant ab excommunicatione ob duellum contracta absolvere?* Resp. Si duellum notorium sit, & ad forum contentiosum delatum, solus Pontifex vel per se vel per alium, cui facultatem concesserit, valet ab hac censura absolvere, quia est Sedi Apostolicæ reservata. Si duellum sit occultum, & ad forum contentiosum non deductum, Episcopus iure ordinario absolvere potest. Quoniam hæc facultas revocata minime est a Clemente VIII. cum in eius *Motu proprio* non exprimatur privilegium a Concilio Episcopis concessum. Quæ sententia communior est.

# DISSERTATIO IX.

## DE

## SCANDALO.

SCandalum caritati oppositum amplam præbet disputandi materiam, gravibusque involutam difficultatibus. Quæ maioris momenti sunt, in examen venient. Laxius quam par erat Casuistarum non pauci hoc de argumento scripserunt. Idcirco sub disputationis initium nonnullas illorum propositiones a scandalo, ut ego quidem arbitror, minime vacuas indicabo.

### CAPUT I.

*Recensentur propositiones proscriptæ, & laxæ.*

I. SEntentia damnata ab Innocentio XI. ordine 51. *Famulus qui submissis humeris scienter adiuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, & ministries eidem subservit deferendo scalam, aperiendo ianuam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvus oculis aspiciatur, ne domo expellatur.* Hanc docuere plures Probabilistæ, de quibus suo loco.

II. „ Coninchius nullam credit ob metum licere pingere idolum, vestem sacerdotalem „ facere ad petitionem infidelis... At credo, gravissimo metu excusari posse, si a „ te non expostulentur fieri in contemptum „ religionis; neque scandalum adfit te ista contemnere. Nam fabricatio idoli, & concinnatio picturæ intrinsece mala non est, sed „ sæpe honestari potest. “ Castropalaus *tract. VI. disp. VI. punct. 12. num. 7. pag. 434.*

III. „ De sculptura, aut pictura, idoli est „ dubium: & quidem ea est licita, quando „ nec quæritur, nec timetur idololatria; cum „ autem timetur, dico peccaturum contra „ religionem qui eam præbet absque urgentissimo damno. Probatur tum ex lege caritatis, tum quia omnis virtus obligat ut „ vitentur omnes occasiones eam violandi. „ Si autem non possim ego non præbere „ *idolum* absque gravi damno proportionato, „ non pecco in eo dando. “ Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. LXI. sect. 3. n. 181.* apud Dianam *coord. Tom. VII. tract. v. resol. 64.*

IV. P. Antoninus Diana *Tom. VII. coord. resol. 9. n. 6.* a scandali peccato liberat mulieres superfluum, maximumque adhibentes ornatum. „ Sed ego (inquit) puto non peccare, etiamsi esset superfluus, & maximus „ ornatus, dummodo sit secundum morem „ patriæ. “ Mos ergo patriæ prævalet Evangelio talem superfluitatem prohibenti?

V. P. Lessius tunc solum scandali reas mulieres efficit, cum veste adeo pellucida utuntur, ut podenda appareant. „ Tertio ratione scandali, ut si quis uteretur veste adeo „ tenui, vel ita conformata, ut per eam „ pudenda non satis tegerentur. *Lib. IV. de iust. cap. IV. dub. 14. num. 112.*

VI. Mulieres fucos, vultuum, atque capitum exquisitos ornatus mediam habere naturam tum ab honestate, tum a malitia secretam scribit *loc. cit. num. 3.* „ Denique „ pingere faciem, eique varios colores inducere non est per se malum, sed indifferens. “ Ad divinæ Scripturæ mandata adversus eiusmodi ornamenta, & lenocinia, respondet: „ Scripturæ illæ vel continent exhortationem, cum nullum verbum præceptivum „ habeant... vel certe propter ædificationem „ Ecclesiorum expediebat illo tempore præcipi. “ *loc. cit. n. 114.*

VII. Caramuel in sua Theologia Præterintentionali *Tom. II. precep. VI. quæst. VIII. conf. 2.* sequentes scribit conclusiones. „ *Prima.* Possunt famuli tuta conscientia meretricis, aut pellicis mensæ ministrare cibos, non solum communes, sed & calidos, & provocantes ad venerem condire, & lectum privatum sternere. “ *n. 2994.* Laudat pro ista opinione Azorium, & Dianam, & addit: „ Consulto non solum „ cibos communes dixi, quia scio esse ominino maiorem difficultatem, si essent tales qui excitarent venerem: tunc enim iuxta aliquos Theologos deberent famuli a tali servitio desistere, ne in venerem illicitam cooperarentur indirecte. *At prudentiores credimus, etiam tales cibos posse sine culpa condiri.* “ Licitum ergo venerem incitare? Cibos eam accendentes coquere? Et prudentiam haberi Caramuel vult hæc docendo? Sed audi rationem quam affert. *Tales cibi possunt sine culpa comedi, etiam a prævidente pollutionem futuram; modo confessum non præbere paratus sit: ergo poterunt cibi condiri, & ministrari.* Hæc sufficiat indicasse, ut odio habeantur.

„ *Secunda.* Possunt lectum domino, & „ amasiæ sternere citra culpam venialem, consono Azorio, & Diana allegatis.

„ *Tertia:* Non esset peccatum mortale domino, & pellici, alias rem habituris, aut „ lectum *procurare hospitio*, aut parare meliorem solito, aut floribus sufcire.

„ *Quarta.* Non est peccatum conducere „ pellicem in domum sui domini, tametsi „ eam peccaturam prævideas.

VIII. P. Thomas Tamburinus *Lib. V. in Decal. cap. I. §. 4. n. 20.* „ An si amicus „ meus velit ut ego teram munuscula, & similia, turpis scilicet amoris incitamenta, „ quæ ipse mittit ad suam concubinam, possim ego sine peccato deferre? Responsio fuit absolute negativa: quia ex una parte „ hæc actio, licet alias indifferens, est connexa cum peccato amici, eiusque concubinæ; & ex alia parte non adest causa excusans dictæ ex famulatu (*hæc enim famulitia conceditur*) vel alio detrimento, ut supponimus. *Nec enim, si adest quidam modicus rubor, videtur esse regulariter tanti momenti, ut satis excuset. Fateor tamen, si tibi magni esset eiusmodi amicitia, ut vere timeres eam amittere, excusari te posse: quia tunc notabilis detrimenti iustus metus accidit.*

Idem *n. 30.* „ Qui ex officio lecticas humeris portant, vel rhedas agunt, possunt „ licite pretio conducti puellam ad lascivum „ adolescentem adducere? Resp. Aio non „ posse, Id nec excusat ratio famulatus: hi „ enim famuli, seu subditi non sunt: nec „ amissio lucri, quia hoc est satis exiguum. *Habeo tamen unum apud Navarrum, ex quo aliquid benignius colligi probabiliter potest.* Ex his, inquit ille, videtur colligi ratio defendendi multos a peccato, saltem mortifero; modo, ut in casu proposito, „ non placeat eis peccatum, & faciant obsequia, „ quia prædicta ob aliquem bonum finem, „ puta eo quod exhibeant ea vi officii sui, „ vel ob iustam mercedem. Licet enim hæc „ officia, & obsequia sint valde connexa „ cum peccato; non tamen sunt secundum „ se, & suapte natura peccata: & ideo se-



„ iungi possunt a peccato per finem diversum, & seiunctum. Hæc ille. Nota illud, „ *officia, vel ob iustam mercedem.*

IX. P. Antoninus Diana *Tom. VII. coord. tract. V. resol. 48.* „ An ex aliqua iusta causa „ licitum sit commodare cubiculum alicui petenti ad fornicandum; vel locare domum „ meretrici, etiamsi ob loci circumstantiam „ aliquis peccatum admitteret; vel si meretrix domum illam conducens plurimum feminis honestis vicinis noceret. De hoc casu olim interrogatus fui: nam quidam vir „ nobilissimus instanter ab amico domum eius „ ad meretricandum petebat. At, si hoc illi denegasset, in gravissimum damnum incidebat. Consului, an peccaret hoc faciendo. Et respondi *negative*: quia absque detrimento proprio proportionato hoc denegare minime poterat: & accommodare cubiculum ex obiecto non est intrinsece malum, sed indifferens; & ex sola prava abutentis intentione ad malum ordinatur. Ergo &c. Et ita hanc sententiam docet in „ terminis novissime Marullus.

„ Hinc *a fortiori* infertur contra Navarrum cap. XVII. licitum esse, ex iusta tamen causa, locare domum meretrici; etiamsi ob loci circumstantiam aliquis peccatum admitteret, quod minime perpetraret, eo loco sibi non concesso; ut ratione situs &c. vel si meretrix domum illam conducens, plurimum feminis honestis, vicinis noceret.

Idem Diana *resol. 50.* „ An sit licitum donare iudicis concubinæ, ut intercedat apud illum, quia ipsa pergeret ad colloquendum „ iudicem, & eil mortale ratione scandali, cum exponat se vehementissimo periculo „ peccandi? Negative respondet novissime Sanchez... *Sed ego non minus probabilem affirmativam sententiam esse existimo*, si negotium grave sit, videatque iudicem non „ tibi esse propitium, speres autem intercessione concubinæ gratum fore: neque alia „ via appareat, quod possis illum ad servandum tuum ius inflectere, quia non petis „ aliquid, quod ipsa licite præstare non possit. Nam licet illa intercessione index, vel „ concubina foveant amorem turpem, hoc „ tu non intendis, neque ullius momenti est „ causa. Hæc omnia docet Castropalaus *Tom. I. tract. VI. disp. VI. punct. IV. num. 2.*

Idem *resol. 92.* „ Adduxi Franciscum Meroliam in *disp. Theol. Moral. Tom. I. disp. 11.* ubi sic air. Ex his colligitur, quid dicendum sit de aurigis deferentibus meretri-

„ cem ab uno loco ad aliud, quando sciunt illam illuc petere ad peccandum. Hi enim regulariter excusantur a peccato: *quia ad- est caussa non* amittendi lucrum quod ex eo ministerio comparant. *Ita ille, & ego.*

X. P. Patritius Sporerius *tract.* v. *in* v. *præcept. Decal. cap.* 1. *sect.* III. *n.* 92. „ Peccant „ sine dubio mortaliter regulariter loquendo „ pictores pingentes valde turpia, & obscœ- „ na: & multo magis histriones eiusmodi val- „ de turpia repræsentantes .... Dico autem „ *regulariter loquendo*: nam in casu raro, si „ tanta esset pictoris, vel histrionis necessi- „ tas, ut eo lucro indigeret ad victum, ve- „ stitum, vel *eiusmodi quid neceſſarium*, le- „ cite aut iterum licere, *donec alio victus ra- „ tio occurrat*; permittunt aliqui DD. cum „ Tamburino; dummodo absit periculum „ mortale impuræ delectationis venereæ. " Hæc opinio est plusquam laxa, ut suo loco dicetur. Secundum enim illos Theologos *regulariter loquendo* scandalum *valde turpe*, & *obscœnum* non est licitum. Cæterum, si victus, aut vestitus, vel quid eiusmodi urgeat, tum scandalum valde turpe honestum erit, *donec alia virtute ratio occurrat*.

## CAPUT II.

*Quid, & quotuplex sit scandalum.*

I. SCandalum, seu offendiculum, definit D. Thomas 2. 2. *quæst.* XLIII. *art.* 1. quod sit *dictum, vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ spiritualis*. Quam definitionem amplectuntur universi Theologi. Appellatur *dictum*, vel *factum*; ut indicetur actio externa. Sub nomine dicti, vel facti, omissio quoque venit dicti, factive, quæ sit spiritualis ruinæ occasio. Additur *minus rectum*, ut intelligamus, non modo malum, verum speciem etiam, & apparentiam mali rationem scandali habere posse. *Præbens occasionem ruinæ*. Non requiritur ruina ipsa; sed tot est occasionem præberi ruinæ, sive sequatur, sive non.

II. Dividitur in activum, & passivum. Activum est quod definivimus, quodque tripliciter committi potest. Primum directe, & formaliter, dum quis expresse ruinam spiritualem proximi desiderat, quod dæmonum scandalum appellatur: quia nunquam, aut raro ab hominibus, tametsi projectæ conficiantur, perpetratur. Secundo directe, sed non formaliter, dum quis proximum expresse inducit ad violandum v. g. castitatem, non quod intendat malitiam; sed quia inde aliquod temporale lucrum sperat. Tertio indirecte, quando videlicet prævidetur ex tali actione proximum occasionem accepturum peccandi; quod tamen tu non intendis: sed quia potes, & debes scandalum illud impedire, actionem tuam suspendendo, ideo peccato scandali delinquis. Hic triplex modus scandali voluntatem spectat. Esset nunc inquirendum, utrum etiam nomine dicti, factive intelligatur non solum id quod malum est, aut speciem mali præferat; sed etiam actio indifferens ex solo eventu mala. Verum hoc infra discutietur.

III. Scandalum passivum est ipsa ruina illius qui scandalum patitur, accepta occasione ex dicto, vel facto alterius. Hoc scandalum passivum interdum cum activo conjungitur, quando nimirum alter dat, alter accipit ruinæ occasionem. Quandoque scandalum activum est sine passivo, dum quis peccato suo alterum ad peccandum allicit; sed hic, occasione peccandi contempta, constans in virtute perseverat. Demum scandalum passivum est sine activo, solumque passivum nuncupatur, dum ex nullam peccandi occasionem præbes; alter vero eam sumit vel ex ignorantia, & infirmitate, vel ex passione, & malitia. Si scandalum passivum ex ignorantia, vel fragilitate oritur, *pusillorum* vocatur; si ex passione, & malitia, *Pharisæorum*. Scandalum passivum non constituit speciem peccati distinctam ab illo peccato quod committitur, atque adeo per omnia criminum genera dispargatur. Scandalum passivum pusillorum alio nomine vocatur *datum*, Pharisæorum vero *acceptum*.

IV. Ad scandalum in *dicto* situm revocantur cantilenæ, impudica colloquia, verborum lenociniis, metaphoris, & allegoriis valde significantibus tecta, quæ nullo modo a scandali pravitate sunt vacua, licet sint recreationis præcentu. Verba contumeliosa, irrideutia, seu quocumque modo irritantia. Item libri obscœni, vulgo *Romanzi*, qui hodiedum otiosarum mulierculatum, nedum iuvenum manibus teruntur. Sententiæ denique laxæ futilibus interpretamentis, vanisque distinctiunculis obtectæ, & fucatæ. Ad scandalum quod *facto* committitur, omnes illæ actiones pertinent quæ vel suapte natura, vel agentis expressa, aut interpretativa intentione, proximo ruinæ spiritualis occasionem exhibent, ut sunt nimii multierum ornatus, illecebrosæ earumdem nuditates, & alia innumera facta, de quibus in sequentibus fermo erit.

CA-



## CAPUT III.

*De scandalo activo speciali.*

I. NOn levis controversia est inter Theologos, quandonam perpetretur scandalum activum speciale, distinctum ab aliis peccatis. Plures contendunt, necessariam esse in peccante expressam intentionem ruinæ spiritualis alterius. Nolunt te scandalum committere peculiare, tametsi tuo pravo exemplo fornicationis, aut furti proximum ad fornicandum, vel furandum reipsa inducas; dummodo non intendas expresse hanc ruinæ spiritualis occasionem præbere. Quam opinionem defendunt Azorius *Tom. I. Lib. III. cap.* VII. *quæst.* 1. Bannez in 2. 2. *quæst.* XLIII. *art.* 4. *dub.* 1. Ioannes a S. Thoma 1. 2. *quæst.* XVIII. *disp.* X. *art.* 1. *diff.* 4. Castropalaus *tract.* VI. *punct.* 3. *num.* 8. & Thomas Sanchez *Lib. I. in Decal. cap.* VI. *num.* 3. & alii.

II. Altera sententia negat hanc expressam in peccante intentionem requiri; sed iat est te ponere actionem, aut dictum proferre quod probabiliter existimas futurum esse ruinæ spiritualis occasionem, tametsi hanc directe, & expresse non intendas. Hanc defendunt Navarrus *in Manual. cap.* VI. *num.* XIV. Valentia 2. 2. *disp.* III. *quæst.* XVIII. *punct.* 2. Suarez *de carit. disp.* X. *sect.* 11. Petrus Soto *lect.* IX. Lorca *disp.* LXI. *quæst.* XLIII. Coninchius *disp.* XXXIII. *num.* 45. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 3. Tapia *Lib. III. quæst.* XVI. *art.* 3. Prado *cap.* XV. *quæst.* X. *num.* 26. & alii plures. Hæc est vera sententia, quam conceptis verbis docet D. Thomas 2. 2. *quæst.* XLIII. art. 1. ad 4. *Quando aliquis suo malo facto, vel verbo intendit alium ad peccandum inducere, vel etiam si hoc non intendat, & ipsum factum est tale quod de sui ratione habet quod sit inductivum ad peccatum; puta cum aliquis publice facit peccatum, vel quod habet similitudinem peccati: & huic ille proprie dat occasionem ruinæ, unde vocatur scandalum activum.* Rationes perviæ sunt. Scandalum dicto, vel opere exteriori perpetratur. Supervacanea ergo est interior animi intentio. Qui igitur exterius causam deliberate ponit quam consequi ruinam spiritualem proximi prævidet, aut prævidere tenetur, eo ipso indirecte, & reipsa valt effectum probabiliter causam a se positam consequentem. Quid itaque refert quod eiusmodi ruina sit primario & expresse, vel secundario & indirecte intenta? Tunc quippe specialis malitia committitur contra aliquam virtutem, cum id ponitur quod illam virtutem destruit. Sed cum peccatum exterius perpetras, ex quo proficisci damnum spirituale alterius prævides; reipsa bellum indicis caritati, & correctioni fraternæ, cuius est bonum spirituale proximi promovere. Quæ omnia pluribus exemplis confirmari possunt. Qui cognoscit uxorem proximi, tametsi non intendat ad eam ut coniugatam accedere, adulterium committit: quia circumstantia coniugii violata est in ipso accessu. Qui res sacras furatur, sacrilegio se inficit, licet sacrilegium expresse non intendat.

III. Longius has rationes producerem, aliasque adiicerem, & adversariorum argumenta diluerem; nisi totum dissidium in verbis duntaxat situm esse. Omnes siquidem utriusque sententiæ Theologi conveniunt, duplex tum peccatum committi: puta, si tuo furto alium ad furandum inducis, quamquam id animo directe non intendas, duplicis furti, tui nimirum, & alieni, reus evadis. Et hanc circumstantiam necessario in confessione pandendam, docent omnes prioris sententiæ Auctores. Totum ergo discrimen utriusque opinionis in hoc vertitur, quod prioris sententiæ patroni hoc peccatum, tuo pravo exemplo patratum, scandalum vocant generale; atque adeo non specie, sed solo numero distinctum. Tuo furto alium ad furandum, tua fornicatione ad fornicandum induxisti: duplici furto, duplici fornicatione te polluisti; & ut pœnitentia iustus fias, utrumque crimen confiteri debes. Posteriores sententiæ Theologi hoc peccatum ex tuo scandalo profluens, scandalum vocant speciale, a furto tuo, vel fornicatione specie distinctum. Addunt etiam, incitantem ad furandum, vel fornicandum suo pravo exemplo, ultra peccatum speciale scandali, duo furta, & duas fornicationes numero distinctas perpetrare, alteram propriam, & alteram alienam. Verum, ut dixi, discrimen ad metaphysicam disputationem reducitur; cum omnes fateantur circumstantiam scandali peccatum grave esse in confessione aperiendum. Quod autem sit generale, vel speciale scandalum illud, ad praxim quod attinet, valde parum negotii facessere debet.

IV. Obicies. D. Thomas 2. 2. *quæst.* XLIII. *art.* 3. expresse asserit, scandalum non esse speciale peccatum, nisi cum animo deliberato quis aliorum ruinam intendit. *Scandalum activum*, inquit, *potest fieri dupliciter: per se scilicet, & per accidens. Per accidens quidem, quando est præter intentionem agentis; ut puta, cum aliquis facto suo, vel verbo mor-*

*inordinato non intendit alteri dare occasionem ruinæ, sed solum sua satisfacere voluntati. Et sic scandalum activum non est speciale peccatum: quia quod est per accidens, non constituit speciem. Per se autem est activum scandalum, quando aliquis suo inordinato dicto, vel facto intendit alium trahere ad peccandum. Et sic ex intentione specialis finis sortitur rationem specialis peccati.* Idque confirmat in responsione ad 3. ubi ait: *Scandalum non habet rationem specialis peccati ex prædicta circumstantia* (videlicet quod peccatum factum sit in publico) *sed ex intentione finis.* Resp. Recolenda est doctrina quam ex eodem Angelico *num.* 2. dedimus, intentionem scilicet peccantis duplicem esse, alteram expressam, interpretativam alteram. Item peccatum quod suapte natura inducit alterum ad peccandum, distinguendum est a peccato quod hanc vim non habet. Quando ergo nec intentio expressa agentis, nec peccatum palam perpetratum illius generis est quod alios ad peccandum pertrahat, non committitur scandalum speciale. Ceterum, cum peccatum natura sua alios ad peccandum allicit, & deliberato animo quis illud coram perpetrat, adest intentio, sin expressa, saltem interpretativa; atque adeo scandalum speciale. Melior non occurrit via conciliandi textus D. Thomæ.

V. Convenit tamen pene omnes, cum qui suo pravo exemplo alterum ad furandum, ad fornicandum impellit, ad restitutionem damni quod inde sequitur non astringi. Quippe id solum restitutionis lege devinciuntur qui sunt causa moralis cur alii aut furentur, aut fornicentur, aut damnum quodcumque temporale proximo inferant. Porro qui exemplo duntaxat alios pelliciunt, occasio, non causa moralis sunt damni illati. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 5. §. 1. *num.* 57. contendunt restitutioni obnoxios haud esse vel illos qui expressa intenderent alios inducere ad damnum inferendum. Quod sane mihi non probatur. Qui verbis alteri suadet, illumque re impellit ad furandum, omnium consensu restitutionis oneri subiacet. Porro qui suo exemplo expresse intendunt, & reipsa efficiunt, ut socii furentur, seu ut aliorum fortunas perfundent; non video cur liberi a restitutionis debito sint dicendi. Circumstantiæ tamen spectandæ sunt. Si intentio omnino interna fit, & scandalum patienti prorsus ignota, tum non videtur in alterius furtum influere; atque adeo nec onus inferre restitutionis. Ceterum si intentio suadendi damnum factis, tametsi non verbis, exprimatur, hac casu eum a restitutione non eximerem qui suo exemplo hac intentione alterum ad furandum, seu damnum inferendum impelleret.

## CAPUT IV.

*Unde colligendum est, scandalum esse peccatum mortale, vel veniale? Eiusdem gravitas, & vitandi necessitas.*

I. SCandalum activum peccatum mortale est, cum quis suo pravo exemplo alterum ad peccatum mortale impellit. Sed semper præ oculis habenda est distinctio scandali directi, dum quis directe proximi ruinam spiritualem intendit; & scandali interpretativi, ac indirecti, quod absque expressa agentis intentione alium ad peccandum induxit. Scandalum activum est peccatum mortale, cum quis alium in peccatum mortale impellere intendit actu peccati mortalis, vel etiam actu peccati venialis, si animo impellere alterum intendat in peccatum mortale. Scandalum passivum est veniale, dum quis ex alterius peccato non labitur, sed ad lapsum disponitur; mortale vero est, si in mortale ruat. Hæc omnia docet Angelicus in IV. dist. XXXVIII. quæst. 2. art. 2. quæst. 3. *Ad tertium quæstionem dicendum, quod duplex est scandalum, activum scilicet, & passivum, & utrumque quandoque est mortale peccatum. Passivum quidem peccatum mortale est, quando aliquis ex peccato alterius ruit in mortale peccatum; sive factum agentis sit bonum, sive indifferens, sive malum mortale, aut venialis peccati: sed veniale peccatum est, quando ex facto alterius quantumcumque non ruit, sed disponitur ad ruinam; sicut qui impingit, disponitur ad casum, etiamsi non cadat. Unde de Glossa Rom. XIV. scandalum contristationem nominat. Sed activum scandalum potest accipi dupliciter. Uno modo formaliter, quando scilicet est speciale peccatum, ex hoc quod intendat alium scandalizare; & sic si intendat proximum inducere in peccatum mortale, mortaliter peccat; si autem intendat inducere ad aliquod veniale, peccat venialiter, quantum pertinet ad rationem scandali: quia si intenderet inducere in peccatum veniale per actum peccati mortalis, peccaret mortaliter; sed hoc accideret scandalo. Alio modo materialiter, quando est circumstantia peccati, quia non intenditur proximi nocumentum; & tunc idem iudicium est de scandalo, & de actu quo aliquis scandalizat; qui quandoque est veniale, quandoque mortale peccatum; nisi forte esset indifferens habens similitudinem peccati mortalis:*



*talis: tunc enim scandalum activum esset peccatum mortale, cum ex aliquibus circumstantiis concurrentibus existimari probabiliter posset quod infirmi aspirantes peccarent mortaliter.*

II. Similia habet Angelicus 2. 2. quæst. XLIII. art. 4. *Scandalum activum, si sit per accidens, potest esse quandoque quidem peccatum veniale; puta cum aliquis vel actum peccati venialis, vel actum qui secundum se non est peccatum, sed habet aliquam speciem mali, cum aliqua levi indifferentiæ commixtione. Quandoque vero est peccatum mortale, sive quia committit actum peccati mortalis, sive quia contemnit salutem proximi; ut si pro re quæ conservanda non præmittat aliquid facere quod sibi liburerit. Si vero scandalum activum sit per se, puta cum intendit alium inducere ad peccandum, si quidem intendat inducere ad peccandum mortaliter, est peccatum mortale, & similiter, si intendat inducere proximum ad peccandum venialiter per actum peccati mortalis.*

III. Ut hæc D. Thomæ doctrina intelligatur, illud animadvertendum quod ille ipse docet *art.* 1. quodque diximus supra. Innuere hic Angelicus videtur, scandalum non constituere peccatum specie diversum, cum ex prava peccantis intentione expressa non proficiscitur, quod laudatæ doctrinæ repugnat. Satis quippe est intentio interpretativa, & virtualis, ut in ceteris peccatis palam est. Qui alterius famam denigrat verbis detrahentibus, verus detractor est; qui in loco sacro fornicatur, sacrilegio polluitur; si occiderit hominem, homicida est: tametsi expresse nec de fama, nec de Ecclesia, nec de proximi iactura cogitaverit. In his, & similibus actibus adest voluntas interpretativa, eo quod peccans animum intendere tenetur ad ruinam quæ actionem suam consequitur. Cum itaque Angelicus dicit scandalum *per accidens*, non esse peccatum speciale, verum habet; dum est omnino per accidens, seu nullo modo volitum: quod tunc contingit, dum quis actionem culpabilem coram aliis committit quæ natura sua ad peccandum alios non impellit, & peccans nullo modo aliorum spiritualem ruinam intendit. Ceterum cum peccatum perpetratum natura sua alios inficere aptum est; tunc dici nequit, nullo modo esse volitam proximi iacturam: est enim volita interpretative, & indirecte. Idque patet ex eodem Angelico, qui *cit. art.* 3. hæc subdit: *Unde sicut furtum est speciale peccatum, aut homicidium propter speciale nocumentum proximi, quod intenditur; ita etiam scandalum est speciale peccatum, propter hoc quod intendit speciale proximi nocumentum.* Liquet autem neque in furto, neque in homicidio requiri expressam, sed sufficere interpretativam intentionem. Si expressa intentio necessaria foret ad scandalum speciale, raro scandala occurrerent, contra evangelicum oraculum: *Væ mundo a scandalis: necesse est enim ut veniant scandala.* Matth. XVIII. Verum, quemadmodum indicavi supra, ad proximi quod attinet, omnes fatentur scandalum, etiam absque hac expressa intentione, circumstantiam peculiarem esse necessario in confessione pandendam: idcirco a severiori discussione abstineo.

IV. Quanta sit scandali malitia, colligi potest ex verbis Christi Domini dicentis Matth. XVIII. *Væ mundo a scandalis. Necesse est enim ut veniat scandala; verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit.* Nec minorem incutiunt terrorem quæ præcedunt verba: *Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Illa particula *Væ* enormem scandali malitiam præfert. In mola asinaria collo illius suspendenda qui scandalum præbet, ut in pelagi profundum demergatur, æternum supplicium in uno Tartari loco repræsentatur. In illo propositionis membro, *Væ mundo a scandalis*, Evangelista scandalorum multitudinem indicat. Maxima quippe hominum pars scandalorum causa damnatur. Mutuo se se homines malitia inficiunt, & ad peccandum invicem alliciuntur. Quoquoversum grassatur, & ubique serpit scandalorum contagium. Blasphemiarum, & iuramentorum clamoribus terra resonat, & æther. Impudicitiæ virus verbis, factisque se se effundit in oculos, in aures, intimoque pervadit sensus. Simoniæ, avaritiæ, detractiones limitibus omnibus verecundiæ, honestatis, & pudoris superatis, loca quæque pervadunt. Bonorum oppressiones, & iniuriæ doctrinæ infectatio, opinionum sensibus lenocinantium inventa, & innumera alia vitia scandala sunt gravissima. Horum necessitas indicatur verbis istis: *Necesse est ut veniant scandala.* Huius particulæ significatus is est: malitia hominum posita, consequens sic ut scandala erumpant. Succensæ illæ sceleris faces nequeunt diu in animorum abditis sistere; sed foras incendium evomunt.

V. Declinandi scandali gravissimam necessitatem ostendit Christus Dominus Matth. v. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum,*

*cum, & proiice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Hoc idem repetit & Matth. XVIII. & Marc. IX. *Si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam.* Quibus verbis extremam fugam, summamque a scandalo separationem Christus indicat, ut Patres interpretantur. Audiamus Chrysostomum in hunc locum hom. XVII. in Matth. *Quod si de membris ipsis prædicares, nequaquam vel de una, vel de dextro id audax, sed de utroque promisisse afferret. Qui enim scandalum patitur ab oculo dextro, haud dubie ipsum etiam a sinistro patietur. Quam igitur ob causam dextrum oculum posuit, & manum adiecit? Ut nempe discetes, non de membris verba fieri, sed de iis quos nobiscum familiaritas copulavit. Quamvis igitur tantum aliquem diligas, ut eum tuos ad usus oculi dextri adinstar adhibeas; aut tibi quempiam esse utilem arbitrere, ut enim dextere manus ducas loco; & hi tamen animæ tuæ saluti offendiculum præbeant: etiam istos a te abscinde, & diligentius viam ipsam fermonit expende. Non enim dixit: Ab talium convictu, & societate discede: sed quam maximam separationem significavit.* Erue, inquit, & proiice abs te.

VI. Similia profert Augustinus Lib. I. de serm. Dom. in monte cap. XIII. *Quidquid est quod significat oculus, sine dubio tale est quod vehementer diligitur: solet enim & ab eis qui vehementer volunt exprimere dilectionem suam ita dici: Dilige eum ut oculos meos, aut etiam plusquam oculos meos. Quod autem additum est dexter, fortasse ad augendam dilectionis vim valet. Quamquam enim ad videndum isti oculi corporis communiter intendantur, & si ambo intendantur, æqualiter possint; amplius tamen formidant homines dextrum amittere: ut iste sit sensus: Quidquid illud est quod ita diligis ut pro dextro oculo habeas, si scandalizat te, ideo si tibi impedimento est ad veram beatitudinem, erue illud, & proiice abs te.* Hinc colligas velim, quam sanctorum Patrum, quin & Evangelistarum doctrinæ adversæ sint recentiorum quorumdam opiniones, qui vanis distinctionculis Christianos in proximis peccandi occasionibus degentes fovent, illisque patrocinantur.

## CAPUT V.

*Retinenda ne veritas est vita, doctrina, & iustitia, ut scandalum vitetur?*

I. MAgni momenti quæstionem aggredior. Numquam fuit ab odio, atque invidia veritas seiuncta. Verum, ti hostibus abundavit, defensoribus minime caruit. Tripliciter distinguit Angelicus Doctor veritatem, vitæ, doctrinæ, & iustitiæ, 2. 2. quæst. XLIII. artic. 7. ad 3. *In veritate vitæ, doctrinæ, & iustitiæ, non solum comprehenditur id quod est de necessitate salutis, sed etiam id per quod perfectius perveniur ad salutem.*

II. Veritas vitæ in humanarum actionum ad divinam legem conformitate, in operum pietatis, & virtutis rectitudine splendet. *Doctrinæ* veritas in iis sita est quæ ad intellectum pertinent. Hæc fidei divinæ arcana refert, morum præcepta, & consilia edisserit. Veritas *iustitiæ* proximum spectat: quæ hominum societatem dirigit, & mutua commercia ad æquitatis, iustique leges revocat. Quibus positis, Angelicus docet primum generatim, numquam esse absolute veritatem dimittendam propter vitandum scandalum. *Scandalum activum numquam est sine peccato facientis. Nullus autem de causa debet aliquis inclinari ad peccandum: unde debet potius omnia pertransire quam scandalum activum facere: neque umquam propter scandalum activum vitandum potest dimitti veritas: quia quicumque veritatem sequitur, non scandalizat active (cum scandalum activum sit dictum, vel factum minus rectum.) Unde cum quæritur, utrum veritas sit dimittenda propter scandalum, non intelligitur quæstio de scandalo activo, sed de passivo, quod interdum est sine peccato facientis illud unde occasio scandali sumitur; quamvis numquam sit sine peccato eius qui scandalizatur. Et ideo, cum quæritur, quid sit dimittendum propter scandalum passivum, nihil est aliud quærere, quam quid homo dimittere debeat, ne alius peccet. Cum autem bona ex ordine caritatis se plusquam proximum in spiritualibus diligere teneatur; nullo modo aliquis peccare debet, ut peccatum alterius vitet. Quicumque autem relinquit veritatem, peccat.* In IV. dist. XXXVIII. quæst. 2. art. 4. quæstiunc. 1. Paucis exponitur universa hæc Aquinatis doctrina. Scandalum activum semper est peccatum. Qui veritatem reticet, scandalo activo polluitur. Numquam vero peccare licet, ne alius peccet. Ergo veritas dimittenda non est, ut vitetur scandalum passivum. Verum quia quæque regula



gula suas excipit appendices, idcirco sequentibus quæstiunculis rem totam expediam.

III. Quæst. I. *Veritas vitæ est ne interdum dimittenda propter scandalum passivum vitandum?* Resp. Ad veritatem vitæ pertinere diximus opera divina lege præscripta. Duplex eiusmodi lex: altera negans, affirmans altera. Numquam licet violare aliquod præceptum iuris naturalis negativi propter scandalum vitandum. Quoniam eiusmodi præcepta obligant semper, & pro semper, in omni loco, tempore, & circumstantia, nulla personarum conditione excepta. Quapropter numquam mentiri, fornicari, innocentem persequi, vel interficere, ceteraque id genus perpetrare licet ob quodcumque scandalum vitandum. Præcepta iuris affirmantis, seu positivi, cum pro semper, & in omnibus, seu positivi, cum pro semper, & in omni circumstantia minime obligent, sunt quandoque ob vitandum scandalum dimittenda. Hæc ratione præceptum correctionis fraternæ implere non teneor, cum prudenter prævideo peiorem ex correctione evasurum fratrem, quia tunc hoc præceptum non urget. Opponit sibi Angelicus peccatum saltem veniale committendum esse, ne proximus offendiculum grave patiatur. Cui obiectioni sic respondet. *Dicendum, quod bonum peccatum veniale committere, ne alius peccet mortaliter, non tenetur, nec bene facit committendo: quia ad vitandum aliquod peccatum non inclinamur principaliter ex damno proprio (quia hoc esset desistere a peccato timore pœnæ) sed inclinamur, ne Deum offendamus, cuius offensa est etiam veniale peccatum, quamvis non ita magna sicut mortale. Nullus autem debet Deum offendere parum, ne alius offendat multum. Quia homo debet in infinitum plus diligere Deum quam proximum. Et ideo nullus debet facere peccatum veniale ad vitandum scandalum; dummodo actus eius ex tali causa factus, peccatum veniale manet. Est enim oppositio in adiecto, si dicatur quod aliquis debet peccare, qui bene facit peccando. Contingit tamen aliquem actum ex tali causa factum non esse peccatum veniale, quod alias veniale esset, sicut dicere verbum otiosum: iam enim non esset otiosum, cum non careret causa pia utilitatis.* In IV. dist. XXXVIII. quæst. XL. artic. 4. quæst. III. ad 2.

IV. Quæst. II. *Opera spiritualia quæ ad salutem non sunt necessaria, omitti ne licite possunt ad scandalum vitandum?* Resp. Duplex scandalum, ut dictum est supra, Pharisaorum, & pusillorum. Illud ex malitia, hoc ex infirmitate proficiscitur. Quemadmodum opera necessaria ad salutem numquam sunt propter quodcumque scandalum dimittenda; ita illa sine quibus salutem assequi possumus, occultanda, vel differenda interdum sunt, ut infirmorum scandalum declinetur, donec pusilli doceantur. Quod si post redditam rationem illius quod iuste peragitur, in ignoratione perstitere velint, refugiantque rationibus acquiescere: iam ignorantia innoxia non est, eorumque scandalum pharisaicum evadit, quod est contemnendum. Spectanda tamen est hominum conditio, antequam decidatur, ignorantiam noxiam esse, scandalumque pharisaicum. Quippe alii præ aliis hebetiores sunt, qui tenacius præiudicatæ opinioni adhærent; & usum, consuetudinem, aliasque præceptiones, quibus diu præoccupati sunt, rationibus anteponunt. Quare caritate opus est, & patientia, quamdiu exilimari prudenter potest eorum ignorantiam ex infirmitate proficisci. Quæ si diuturna nimium fuerit, vix iudicati a malitia poterit immunis. Hæc omnia docet Angelicus 2. 2. quæst. XLIII. art. 7. *Quæ sunt de necessitate salutis, præmitti non debent propter scandalum vitandum. In his autem spiritualibus bonis quæ non sunt de necessitate salutis, videtur distinguendum. Quia scandalum quod ex eis oritur, quandoque ex malitia procedit, cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona, scandalum excitando; & hoc est scandalum Pharisæorum, qui de doctrina Dominis scandalizantur; quod esse contemnendum Dominus docet,* Matth. XV. *Quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate, vel ignorantia: & huiusmodi scandalum est pusillorum: propter quod sunt spiritualia bona vel occultanda, vel etiam interdum differenda, ubi periculum non imminet, quousque reddita ratione, huiusmodi scandalum cesset. Si autem post redditam rationem huiusmodi scandalum duret, iam videtur ex malitia esse. Et sic propter ipsum non sunt huiusmodi spiritualia opera dimittenda.* Similia habet Angelicus in IV. dist. XXXVIII. *quæst.* II. *art.* 4. *quæst.* 2. ubi rationem reddit cur scandalum Pharisæorum contemnendum sit: quia videlicet si propter hoc scandalum vitandum consilia, & opera spiritualia dimittenda forent, locus aperiretur impiis omnia interturbandi, & eum vellent, perfectionis facinora impediendi. *Sic ergo, inquit, distinguendum est in scandalo passivo: quia quandoque oritur ex malitia audientium veritatem, qui turbantur, & alios turbant propter opera lucis, quasi filii tenebrarum*

tum; & hoc est scandalum Pharisæorum, ut Bernardus dicit: & propter hoc scandalum passivum nullo modo consilia sunt dimittenda: quia sic iniquis daretur locus impedendi opera perfectionis, cum vellent. Unde Dominus dixit de Pharisæis, qui ex malitia scandalizabantur ex factis, & dictis eius: Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Quandoque autem oritur ex ignorantia, vel infirmitate; & hoc dicitur, secundum Bernardum, scandalum pusillorum, qui non cognoscunt veritatem, & propter hoc de operibus veritatis turbantur. Et hoc scandalum cavit Dominus, Matth. XVII. ubi dicit Petro: Ut autem non scandalizemus eos &c. & cavere docuit, Matth. XVIII. Unde propter tale scandalum passivum consilia sunt ad tempus intermittenda, vel occulte agenda, non autem omnino dimittenda: quia homo prius sibi quam proximi in spiritualibus providere debet: & ignorantia, si diu duret, in malitiam per obstinationem commutatur. Tamen attendenda est quantitas scandali, & boni quod contingit ex consilio servato: & secundum hoc aliquando consilia sunt prætermittenda propter scandalum pusillorum, vel scandalum contemnendum propter consilia.

V. Quæst. III. *Est ne veritas doctrinæ reticenda, ne scandalum oriatur?* Resp. Distinguit Angelicus actum docentis a re quæ explicatur. Actus docentis pertinent ad veritatem vitæ: res quæ manifestatur, ad veritatem doctrinæ. Doctrina est eleemosyna spiritualis; actus vero quibus illa traditur, ad misericordiam, & caritatem pertinent. Et sicut eleemosyna corporalis, ita & spiritualis quandoque propter scandalum differenda est. Veritas doctrinæ tunc prætermittitur illicite, dum ex silentio damnum patitur. Hæc omnia explicat Angelicus in IV. dist. XXXVIII. quæst. II. art. 4. quæst. 1. *Duo sunt consideranda, actus scilicet docentis, & res quæ docetur. Actus autem docentis pertinet ad veritatem vitæ, sicut & alius actus misericordiæ: quia doctrina est eleemosyna spiritualis, ut supra dist. XV. dictum est: unde de eo idem est iudicium ac de aliis actibus misericordiæ, de quibus post dicetur, quod aliquando propter scandalum differri possunt. Sed res ipsa quæ docetur, est quæ pertinet ad veritatem doctrinæ: nec veritas doctrinæ prætermittitur, quando aliqua res vera tacetur; sed quando illius veritati præiudicium generatur sive ex contraria doctrina, sive ex taciturnitate aliquorum: & sic propter nullum scandalum est veritas doctrinæ relinquenda.* Eamdem doctrinam docet D. Gregorius hom. VII. in Ezechielem. *Ecce Magistra Veritas, ne in quorundam cordibus gigneretur scandalum, quod non debuit, tributum dedit. Et rursum, quia generari scandalum in quorundam cordibus contra veritatem vidit, in suo eos scandalo remanere permisit. Ex qua re nobis considerandum est, quia in quantum sine peccato possumus, vitare proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum sumitur, utilius nasci permittitur scandalum, quam quod veritas relinquatur.*

VI. Propositæ igitur quæstionis decisio hæc est. Doctrinæ veritas prædicanda est quoties ex opinionum laxitate, morum, atque abusuum pravitate detrimentum subit. Præceptum continendæ veritatis tunc urget, & spiritualis eleemosynæ. Peccant divites, si pauperibus gravi necessitate pressis non succurrunt. Gravius delinquunt potissimum Concionatores, Confessarii, Theologi, qui vel vano timore correpti, vel captandæ popularis auræ ipse allecti, vel ob procerum favorem indipiscendum, veritatem aut in corde occultant, aut pigmentis, & lenociniis temperi, & genio eamdem accommodant. Quæ pro Concionatoribus hoc de argumento D. Carolus Borromæus docet, ipsius tranferibam. „ Publicorum peccatorum illecebras, „ quas homines depravatæ consuetudinis error decepti pro nihilo putant, Concionator perpetuo reprehendat, atque in summum odium adducere contendat. Spectacula, ludos, ludricasque res id generis, „ quæ ab Ethnicorum moribus originem ducunt, diligentissimeque christianæ adversantur, perpetuo detestabitur, execrabitur: „ choreas, saltationes ac tripudia, quibus „ mortiferæ cupiditates excitantur, de iuge„ stu sæpe graviter reprehendet, atque insectabitur: scenicas, personatasque actiones, „ omnem in muliebri vestitu luxum, cau„ datas vestes, supervum ornatum, deformem illam ornandi capitis speciem, mu„ liebres fucos, ac pigmenta, ceteraque adeo „ ad libidinis incitamentum fœde excogitata, omni persuasionum vi, & argumentorum quasi telis oppugnabit. Effusam „ etiam virorum impensam, & omnem intemperantiam omni studio coarguet. Servorum quorum opera nulla est neque domi, neque foris, multitudinem inutilem „ ac desidem, supervacaneam dissuadebit. „ Epulas illas sumptuosas, & comessationes immoderatas a frugalitate christiana „ alienas, omnis intemperantiæ, impudicitiæ, libidinis, aliorumque vitiorum illecebras arguet, increpabit, atque plane dissuadebit. Omnem aleam, omnemque eius generis ludum, unde iurgiis, furto, maledictis, ac aliis malis, maleficiisque quasi fores aperiuntur, graviter obiurgabit, atque exagitabit. Eorum peccatum exagitabit, insectabitur qui ædes suas, quasi ludum aleatorum, exponunt. Multorum otiosam vitam, ac voluptariam ita facile peccatis expositam reprehendet quam terribilissime. " *In Act. Conc. III. Mod. tit.* Offic. Conc.

VII. Nec negamus prudentia, & dexteritate opus esse, atque interdum prætermittenda quædam aut nimis levera, aut ab hominum captu valde remota, aut ob alias circumstantias loci, & temporis. Cuius rei exemplum Christus præbuit Ioan. XVI. *Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modo.* Verum vix homines hoc egent consilio, cum suapte natura propensi sint ad ea occultanda quæ populi odium, invidiamque adversus se concitare valent; quin in aliud potius extremum, ad aurem scilicet loquendi, mundoque indulgendi, communiter offendunt. Quapropter tam Prophetæ, quam Patres vix umquam adversus Sacerdotes invehuntur, quod sint nimium aperti, ac inconsulti in veritate promenda; sed illos continenter arguunt, quod carnalis prudentiæ caligine obducti, & mundanæ gloriæ comparandæ cupiditate succensi divina præcepta occultent, adulterent, decipiantque populum Dei. Hæ sunt crebræ, ac fere continuæ Patrum declamationes in Concionatores, Confessarios, Theologosque. Plurimis omissis, unius S. Gregorii Magni verba transcribo. „ Sæpe namque Rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes loqui „ libere pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiæ, pastorum studio, sed mercenariorum vice, „ deserunt: quia veniente lupo fugiunt, „ dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per Prophetam Dominus increpat, „ dicens: *Canes muti non valentes latrare...* „ Hinc rursus delinquenti populo dicitur: *Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta; nec aperuerunt iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent.* Prophetæ quippes in sacro eloquio nonnumquam Doctores vocantur qui dum fugitiva esse præsentia indicant, quæ sunt ventura manifestant. „ Quos divinus sermo falsa videre coarguit: „ quia dum corripere culpas metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate „ blandiuntur; qui iniquitatem peccantium „ nequaquam aperiunt, quia ab increpationis „ voce conticescunt. Clavis quippe aperitionis est sermo correptionis; quia increpatio „ culpam detegit, quam sæpe nescit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait: *Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.* Hinc per „ Malachiam dicitur: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Hinc per Isaiam Dominus admonet „ dicens: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta „ vocem tuam.* Præconis quippe officium suscipit quisquis ad Sacerdotium accedit; ut „ ante adventum iudicis qui terribiliter sequitur, ipse fiducialiter clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædicationis est nescius; „ quam clamoris vocem daturus est præconiatus? Hinc est enim quod super Pastores primos in linguarum specie Spiritus sanctus „ insedit, quia nimirum quos repleverit de se, protinus loquentes facit. Hinc Moysi „ præcipitur ut tabernaculum Sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur, ut videlicet „ voces prædicationis habeat, ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat: scriptum quippe est: *Ut audiatur sonitus, quando ingreditur, vel egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.* Sacerdos nempe ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur: quia iram contra se occulti iudicis exigit, si line „ prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta enim Sacerdotis, quid „ aliud quam recta opera debemus accipere? Propheta attestante, qui ait: *Sacerdotes tui induantur iustitiam.* Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent, ut vitæ viam „ cum linguæ sonitu ipsa quoque Sacerdotis „ opera clament.

VIII. Quæst. IV. *Dimittenda ne est iustitiæ veritas propter scandalum vitandum?* Resp. Veritas iustitiæ eas humanas actiones dirigit, quæ proximum nostrum spectant, quæ iura cuique sua reddunt. Huic quæstioni respondet Angelicus in IV. dist. XXXVIII. quæst. II. art. 4. quæst. 1. ad 1. *Iustitia actus est reddere unicuique quod suum est. Dupliciter autem redditur unicuique quod suum est. Uno modo, quando datur ei illud quod sibi directe utile est, ut pecunia, vel argentum, vel aliquid huiusmodi, quod sibi sine peccato denegari non potest. Unde, quantumcumque scanda-*

*dalum debeat sequi, index debet facere quod ius suum isti reddatur. Alio modo, quando opus iniustitiæ, quod ad petitionem alicuius redditur, non directe cedit in bonum petentis, sed magis in bonum Reipublicæ; sicut patet in illatione pœnarum, quibus pax in Republica conservatur, malefactoribus repressis. Unde si iudex qui curam Reipublicæ gerit, videt ex inflictione pœnæ maius incommodum Reipublicæ prouenire, potest pœnam vel prætermittere, vel mitigare: nec aliquis in hoc facit iniuriam, quia ipse Reipublicæ personam gerit. Et hoc etiam facere debet, quia ex officio tenetur utilitati publicæ providere. Hoc autem contingit præcipue, quando Principes, vel aliqua multitudo est in culpa, aut aliquis de cuius pœna timetur ne scissma sequatur: & ideo dicit Augustinus, quod cum multitudine peccantium agendum est magis monendo quam minando: severitas exercenda est in peccata punienda. Sed hoc intelligendum est, quando ex dissimulatione peccati Principis, vel etiam multitudinis vanus periculum non timetur, quam ex pœna. Unde si ex impunitate Principis, aut multitudinis, fides, & doctrinæ veritas, & boni mores corrumpantur, non peccabunt ei Principi, nec multitudini: quod præcipue contingit, quando peccatur peccatum suum auctoritate, aut potestate defendere molientur. Unde Isidorus dicit: Hi qui neque a vitiis coercendis emendantur, atque hoc ipsum delictum quod committunt, vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum senioris, nec gratiam recipiant communionis.* Non raro delinquentes alicuius gradus, & dignitatis a Prælatis, a superioribus non corriguntur, ob scandali timorem. Sed frequenter eiusmodi scandalum commentitium est, potissimum in Religionibus. Peccata quæ privata sunt, solaque efficiunt peccantium personas, possunt ob scandalum evitandum dissimulari. Verum, cum aberrationes, & peccata in damnum commune cedunt, dum aliorum seductio timetur, scandalum, si quod futurum prævidetur, spernendum est: puniendi, & in ordinem redigendi sunt delinquentes. Nec eorum dignitas, & gradus remorari, sed sollicitare potius punitionem debent. Quia quo sunt in maiori gradu, & dignitate, aut existimatione constituti, eo maiorem vitiis auctoritatem adiiciunt, viam latiorem aperiunt, & delinquentibus animos faciunt, fin voce, operibus saltem, factisque. Tunc, inquit Angelicus, scandalo contempto, pœnarum severitate plectendi sunt legum publici prævaricatores.

IX. Quæst. V. *Sunt ne temporalia propter scandalum dimittenda?* Resp. Fuse disputat super hac quæstione Angelicus, eamque distinguit in partes duas. Altera est de bonis alienis nostræ custodiæ commissis; de bonis propriis altera. Resolvit bona aliena quorum nos custodes, vel administratores sumus, propter scandalum non esse dimittenda, 2. 2. qu. XLIII. art. 8. *Temporalia bona aut sunt nostra, aut sunt nobis ad conservandum pro aliis commissa; sicut bona Ecclesiæ committuntur Prælatis: & bona communia quibuscumque Reipublicæ Rectoribus: & talium conservatio, sicut & depositorum, imminet his quibus sunt commissa, ex necessitate: & ideo non sunt propter scandalum dimittenda, sicut nec alia quæ sunt de necessitate salutis.* Fusius hanc difficultatem verlat in IV. dist. XXXVIII. q. II. art. 4. ubi inter plura hæc habet: *Aliquando sequitur scandalum passivum ex hoc quod aliquis rem temporalem non donat. Et in hoc distinguendum est: quia quandoque non potest dare sine peccato: vel quia scit illum cui dat, aliorum in data in malorum fine: vel quia non potest dare rem temporalem sui sine præiudicio alterius; sicut si illi qui gerunt alicuius communitatis curam, dent aliqua ex quorum subtractione fiat peior conditio illius communitatis. Et tunc non debet dare temporalem rem propter scandalum vitandum: quia hoc esset facere contra veritatem iustitiæ, aut vitæ.* Si plura aves, consule nunc locum.

V. Bona temporalia quorum domini sumus interdum propter vitandum scandalum pusillorum negligenda sunt, aut alia via scandalum auferendum. En secundæ partis decisionem, quam exhibet Angelicus 2. 2. quæst. XLIII. art. 8. *Temporalia vero bona quorum nos sumus domini, dimittere ea tribuendo, si penes nos ea habeamus, vel non repetendo, si apud alios sunt, propter scandalum, quandoque quidem debemus, quandoque autem non. Si enim scandalum ex hoc oriatur propter ignorantiam, vel infirmitatem aliorum, quod supra diximus esse scandalum pusillorum; tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia, vel aliter scandalum est sedandum, scilicet per aliquam admonitionem. Unde Augustinus dicit in Lib. de ser. Domini in monte:* Dandum est quod nec tibi, nec alteri noceat, quantum ab homine credi potest. Et cui negaveris quod petit, indigenda est ei iustitia; & melius ei aliquid dabis, cum petentem iniuste correxeris. *Aliquando vero scandalum nascitur ex malitia, quod est scandalum Pharisæorum, & propter eos qui sic scandala concitant, non sunt temporalia dimittenda: quia hoc & noceret bono communi (daretur enim malis rapiendi occasio) & noceret ipsis rapientibus bona qui retinendo aliena in peccato remanerent.*



## CAPUT VI.

*Opera spiritualia, vel temporalia differenda, aut occultanda interdum sunt, ut pusillorum, seu Pharisæorum, scandalum evitetur.*

I. EX iis quæ delibavimus, liquet, opera quæ necessaria omnino sunt ad salutem, numquam esse propter scandalum dimittenda. Omissio quippe operum illorum culpabilis est. Nemo autem, ne alius peccet, peccare debet. Ordine enim caritatis servato quique seipsum pluquam proximum diligere debet. Distinctio vero in memoriam revocanda est legis divinæ præcipientis, & vetantis. Quæ a Deo vetantur, genere suo mala sunt, quæ peragi propter nullum vitandum scandalum licite possunt. Quæ iubentur, non in omni urgent circumstantia: ideireo sine culpa quandoque negligantur. Verum de his dictum est supra.

II. Opera spiritualia quæ sub consilio cadunt, ut scandalum vitetur infirmorum, & ignorantium, qui pusillorum nomine veniunt, aut occultanda, aut differenda sunt, donec reddita ratione scandalum cesset. Quin præcepta ipsa ecclesiastica omittenda interdum sunt. Hinc mulier non modo feriatis diebus, verum etiam festis abstinere a Missæ sacrificio audiendo debet, si prævideat ob hunc egressum e domo futuras rixas, & homicidia; aut le ab homine impudice amandam. Idque ordo posthac caritatis ut negligatur, minus ad declinandum malus malum. Minus autem malum est illorum operum dilatio, vel occultatio, quam pusillorum scandalum. Secus tamen dicendum, si operum spiritualium occultationem maiora mala consequerentur. Qua ratione, dum evangelicæ doctrinæ manifestatio multorum saluti necessaria est, dissimulari minime debet; etiamsi hinc quorumdam pusillorum scandalum sequeretur: quia multorum salus paucorum saluti præferenda est. Cum ergo dicitur differenda, aut occultanda esse spiritualia opera ob pusillorum scandalum, id intelligitur, dummodo alia maiora non immineant mala.

III. Scandalum pharisaicum, utpote ex malitia ortum, contemnendum est. Si illius haberetur ratio, omnia perturbarentur. Iniquorum multitudo bona opera edit: omnia negligenda forent ad illorum declinanda offendicula. Nec virtutis omisso bonum, sed malum pareret effectum. Foveret quippe pharisaicam pravitatem, animosque peccantibus adiiceret adversus pietatis, iustitiæ, & honestatis lacinuta. Si ad Pharisæorum malitiam respectum Christum habuisset, abstinendum illi fuisset ab divinæ legis promulgatione, a miraculis patrandis, ab humilitatis, paupertatis, aliarumque virtutum exemplis. Idcirco contemnenda eiusmodi offendicula docet. Lubet iterum sub oculos reducere Angelici doctrinam ex 2. 2. quæst. XLIII. art. 7. *In his autem spiritualibus bonis quæ non sunt de necessitate salutis, videtur distinguendum. Quia scandalum quod ex eis oritur, quandoque ex malitia procedit, cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona, scandala concitando; & hoc est scandalum Pharisæorum, qui de doctrina Domini scandalizabantur; quod contemnendum Dominus dicit Matth. XV. Quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate, vel ignorantia; & huiusmodi est scandalum pusillorum, propter quod sunt spiritualia bona vel occultanda, vel etiam interdum differenda, ubi periculum non imminet, quæsque reddita ratione huiusmodi scandalum cessat.*

IV. In articulo octavo eiusdem quæstionis de temporalibus non dimittendis propter scandalum Pharisæorum sermonem habet. At de his dictum est supra: solum in memoriam revocare rationem expedit cur propter iniquorum scandala non sint nec temporalia dimittenda. *Aliquando scandalum nascitur ex malitia, quod est Pharisæorum, & propter eos qui sic scandala concitant, non sunt temporalia dimittenda: quia hoc & noceret bono communi (daretur enim malis rapiendi occasio) & noceret rapientibus, qui retinendo aliena in peccato remanerent.* Hæc Aquinatis doctrina fusius in sequentibus patebit.

## CAPUT VII.

*Plures de scandalo quæstiunculæ. Naamani Syri idolatria discutitur.*

I. HActenus de scandalo generatim disputatum. Adeo amplum argumentum est, & undique adeo implicatum, ut certis, immobilisque præceptis regulæ vix queant. Actiones quippe quæ nunc offendiculi expertes sunt, circumstantiarum accessione noxiæ fiunt. Quæstiones igitur peculiares quæ negotium facellere minime parvum solent, resolvendæ.

II. Quæst. I. *Quandonam actiones quæ adiaphoræ, seu indifferentes dicuntur, prætermittendæ sunt, ut scandalum declinetur?* Resp. Quando scandalum oritur ex infirmitate, vel ignorantia, prætermittendæ sunt actiones indifferentes; dummodo maius malum ex omissione non impendeat. Si enim occultanda, aut potrahenda sunt vel ipsa opera spiritualia, etiam vi præcepti imposita, oppido magis omittenda sunt opera indifferentia. Si scandalum sit pharisaicum, omittenda pariter sunt, si absque incommodo fieri possit; secus, si incommodum grave sequatur. Advertendum, quod actiones aliquæ possunt esse absolute indifferentes, quæ spectatis possea circumstantiis malæ sunt, ut infra patebit. Dum absolute indifferentes sunt, remote duntaxat influunt in peccata; proxime vero, si ob circumstantias malæ evadunt. Accedit etiam quod quo maius est scandalum quod ex actione indifferenti conlecturum timetur, eo maior requiritur causa, & necessitas exercendi præfatam actionem, ut hæc a scandali reatu immunis sit. Ad quam ergo lancem redigenda sunt tunc incommoda, & damna quæ ex omissione actus indifferentis tibi impendunt; tum scandali gravitas, certitudo, & probabilitas, utrum accidere nec ne debeat. Quibus libratis prudentia christiana expendendum est quid Christi caritas suadeat. Nimis abstracta hæc, & indefinita, sed fient in sequentibus patentiora.

III. Quæst. II. *Abstinendum ne est ab iis quæ specie mali præferunt? Utrum Naaman Syrus idolatriæ maculam contraxerit in obsequio præstito Regi Syriæ?* Resp. Plenam aleæ, & periculi quæstionem aggredimur. A mali specie abstinendum esse, si nulla urgeat necessitas, convenit inter omnes, docente Paulo Apostolo I. ad Thessal. v. *Ab omni specie mala abstinete vos.* Speciem mali illas præbere actiones dicimus quæ suapte natura malæ non sunt; sed circumstantiis spectatis, mali quidpiam præferunt. In hoc porro difficultatis cardo volvitur, quandonam ratione circumstantiarum operationes, seu cooperationes malitiam contrahant. Obvia responsio est. Si proxime influant, malæ evadunt; secus, si remote. Si iterum perconteris, unde colligendum sit influxum hunc remotum esse, vel proximum; aqua hæret. Plura inter exempla quæ huic decidendæ quæstioni difficultatem ingerunt, celebre est illud Naamani in obsequio præstito Regi Syriæ idolum Remmon adoranti. Factum Scriptura narrat *IX. Regum* v. Naaman militiæ Regis Syriæ imperator, loto ex Elisei præscripto in Iordanis amne corpore, lepraque immunis Prophetam convenit, sicque eum alloquitur: *Non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est de quo deprecaris Dominum pro servo tuo, quando ingrediturus dominus meus templum Remmon, ut adoret, & ille innitente super manum meam, ut adorarem in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace.* Scripturæ interpretes, Theologique hoc Naamanis obsequium in examen vocant, discutiunque, sit ne idololatriæ labe aspersum. A crimine tus Synedes ab Ecclesia proscripti probati erant, tod communiter Theologi catholici. Natalis ab Alexandro in *hist. vet. Test. Tom. II. dissert.* VII. nullam illhic deprehendit religionis simulationem, nullam exhibitam idolo adorationem. Concedit Naamanum post restitutam sibi sanitatem Regem suum ad templum Remmon comitatum esse, eique coram idolo procumbenti auxiliares deisse manus, quemadmodum alibi suttentare eum solitus erat. Fungebatur enim officio suo eque in templo, ac in aula, & in quocumque alio loco. Regem incedentem lequebatur; cum stante stabat, cum incurvante incurvabatur. Hæc tamen corporis positura, videlicet incurvationis, & genuflexionis, adorationis non propriæ, sed latius acceptæ, nomine significatur. Civile ergo, nulleque modo religiosum, fuisse Naaman Syri servitium præstitum Regi in templo Remmon, contendunt communiter Theologi catholici. Hac via pergant tum Naamanum, tum Eliseum a quacumque idololatriæ, simulationisque labe. In illius doctrinæ confirmationem adducunt Tertulliani auctoritatem, asserentis: *Licebit adesse in quibusdam quæ non homini, non idolo, efficiosa valent.*

IV. Hugo de S. Charo non minus sapientia quam purpura clarus, & Scripturarum Interpres celeberrimus, oppositam sustinet opinionem. Criminis reos arguit Naamanum, & Eliseum. Hunc, quod nimium fuerit indulgens; illum, quod falsum cultum simulaverit. Huic sententiæ subscribit Gregorius de Valentia 2. 2. *de fide disp.* 1. *q.* VII. *punct.* 2. Si peccavit Eli, inquit Cardinalis Hugo, quod filios non correxerit; quid ni deliquerit Eliseus, qui proselytum in religionis negotio imbuere neglexit?

V. Augustinus Calmet in *dissert.* 1. *ad Lib.*



*Lib. IV. Reg.* sententiam adoptat Samuelis Bocharti, qui peculiari super hoc argumento dissertatione singularem excogitavit sententiam. Contendit ille Naamanum rogasse Eliseum ut veniam sibi a Domino deprecaretur, non pro cultu falso numini in posterum impendendo, sed pro eo quem iam exhibuerat. Quam opinionem ex Hebraico textu eruere le posse existimat. Hic enim est textus originalis. *Ut ignoscat mihi Dominus pro hac re, quando ingrediebatur dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente super manum meam, & adorarem in templo Remmon.* Idque confirmari ex eo potest quod venia de perpetrato peccato, iecus de committendo, a Deo ellagitatur. Quid magis ablonum rationi quam preces Deo fundere, ut nobis ignoscat crimen quod perpetrandum decrevimus?

VI. Illarum opinionum quælibet gravissimis difficultatibus obnoxia est. Prima, inter Catholicos valde communis, tantum mihi negotii facessit, ut quo me expediam modo, penitus ignorem. Idololatriæ reum omnes fatentur Regem, se idolo Remmon prosternentem. Rei itaque illicitæ, noxiæque operam dabat Naamanus, procumbenti Regi manum porrigens, ieque cum illo prosternendo. Ecclesiæ sententia peccat famulus qui humeros submittit domino, ut ad conscendrandam virginem ascendat. Qua ergo ratione a crimine solvendas Naaman, dum procumbentem Regem idololatram ut idolum adoret, sustinet? Comparemus invicem & utriusque domini exteriores operationes, & utriusque famuli cooperationes. Accessus ad stuprandam virginem noxius reipla est. Ex erior Regis cultus natura sua superstitiosus est. Nulla super his actionibus disputatio: Servorum cooperationes libranda. Naaman humeros, vel manum supponit Regi adoranti idolum, unaque cum eo seie prosternit. Famulus humeris sustinet dominum ascendentem in cubiculum mulieris ad fornicandum. Quænam hic discriminis ratio? Si civile duntaxat est obsequium Naamani; cur civile similiter non erit famuli servitium? Criminolum illud esse Ecclesia definivit: ergo noxium & illud dicamus necessum est. Quin validius, penitiusque in crimen idololatriæ infinit Naamani cum rege adoratore procumbentis obsequium, quam famuli auxilium in stuprum a domino, quem adiuvat ut feneitram ingrediatur, perpetrandum. Siquidem famulus hic nec dominum ingredientem cubiculum comitatur, nec proxime ad actionem ipsius stupri exequendam, sed remotius ad ascensum in cubiculum supperias præbet. Ultra progreditur Naaman. Ipsam Regis personam externam superstitionem agentem sustinet. Rege simulacrum adorante le se prosternit. Loci, temporis, ceremoniæ, ceteræ omnes circumstantiæ cultus superstitionem produnt. Quid quod ipse Naaman idololatriæ, vel simulationis labe aliquem sltud agnoscit obsequium? Nonne Eliseum rogat ut veniam illius criminis sibi a vero Deo impetret? Numquid, si adoratio hæc civilis illi fuisset, & innocens, illius veniam a Deo concedendam imploraviset? Tertulliani auctoritas non favet modo, verum etiam aperte contradicit laudatæ sententiæ. Quod ut compertum sit, integram transcribo ex *Lib. idololat. cap.* XVI. & XVII. „ Sim vocatus, nec in sacrificiis sit „ titulus officii, & operæ meæ expunctio. „ Quid tum? Si libet. Utinam quidem nec „ videre possemus quæ facere nobis nefas est. „ Sed quoniam ita malis circumdedit seculum idololatria, licebit adesse in quibuldam „ quæ nos homini, non idolo, officiosos habent. Plane ad lacerdotium, & sacrificium „ vocatus non ibo ( proprium enim idoli officium est ) *sed neque consilio, neque sumptu, aliave opera eiusmodi fungar.* Si „ propter sacrificium vocatus assistam, ero particeps idololatriæ: si me alia causa contingit sacrificanti, ero tantum spectator sacrificii. “

*Cap.* XVII. quæstionem nostram proponit. „ *Ceterum quid facient servi, vel liberti fideles, item officiales sacrificantibus dominis, vel patronis, vel præsidibus fuit adhærentes? Sed si merum quis sacrificanti tradiderit, immo si verbo quoque aliquo sacrificio necessario adiuverit, minister habebitur idolatriæ.* Huius regulæ memores etiam magistratibus, & potestatibus officium possumus reddere secundum Patriarchas, & ceteros maiores, qui Regibus „ idolatris usque ad finem idololatriæ apparuerunt. Hinc prosinæ disputatio oborta est, an servus Dei alicuius dignitatis, aut potestatis administrationem capiat, si ab omni specie idololatriæ intactum se aut gratia aliqua, aut astutia eriam præstare possit: secundum quod & Ioseph, & Daniel mundi ab idololatria & dignitatem, & potestatem administraverunt in ornamento, & purpura totius Ægypti, sive Babyloniæ. Credamus itaque luccedere alicui posse ut in quoquo honore, in *solo honoris nomine incedat neque sacrificet, neque sa-*

„ *crificiis auctoritatem suam accommodet, non*
„ *hostias hœc, non curat templorum delegos,*
„ *non vestigalia eorum procurat*, non spectata
„ cuia edat de suo aut de publico, aut e-
„ dendis prœsit. *Nil solemne pronuntiet*, vel
„ ediscat, nec iuret quidem. Iam vero quæ
„ sunt potestatis &c. " Duo docet Tertullianus latis comparta. Alterum quod liceat paganis quamvis inservire *usque ad finem idolatriæ*, non in omnibus iis quæ ad religionem minime pertinent: quod possimus illorum intrare templa, ut hominibus, non idolis officiosi simus. Hinc servis fidelibus comitari dominos suos ad templa, ad sacrificia pertinentes licitum est, illic stantes spectatores, non participes erunt idolatriæ. Alterum, quod si servi enumeratis *consiliis, stuporis, aliarum operis*, fungantur in sacrificiis, idolatriæ participes sunt. In *solo*, etiam conclusit Tertullianus, *honoris nomine sacrificet, neque sacrificet; neque sacrificii auctoritatem suam accommodet, non hostias hœc* &c. Quis porro dixerit, Naamanum nulla functum in sacrificio opera, si prostrenebat se in templo coram idolo, Regique prostrementi brachia submittebat? Si thus adolevisset idolo, esset ne ab idololatria impollutus, quacumque animi interiori habitudine iactata? Porro atque cultum produnt exteriores corporis inclinationes ante idolum, ac flammis adolere panites. Non est ergo unde adorationem Naamani, quam superstitiosiam tot circumstantiæ produnt, loci, templi nimirum, temporis sacrificii, aliæque, excusemus a crimine. Quid quod innumeri Martyres, ne familia agerent, mortem atrocem subiere? Interioranimi habitudo in verum Deum, cum actio externa falso numini cultus exhibet significationem, non tollit superstitionem; sed hypocrisi fidem, & simulatione eam obtegit. Hæc sunt quæ opinionem hanc difficillimam nobis efficiunt.

VII. Altera Bocharti, Calmet, aliorumque eruditorum non minori caret difficultate. Et, ut ceteras versiones mittam, quæ omnes futurum tempus exprimunt, Vulgata nostra, quæ sola nobis authentica est, vel ipsi textui Hebraico præferri debet. Illius textus nobis explicandus est. Quid quod sine maxima vi illata universæ narrationi nec iusta Hebraicum textum futurum tempus intelligi potest? Victimas, & hostias similacro Remmon obtulerat Naamanus suæ religionis olim præservidus cultor. Id sane adstimare liceret, nullo etiam habito documento. Quoniam vix est reperire hominem adeo proprii numinis contemptorem, ut præcipua suæ religionis munia negligat. Quare nihil rationi congruentius quam id quod Vulgata nostra narrat, holocausta fecisset antehac diis alienis a Naamano oblata. *Non enim*, inquit Naamanus, *faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimas diis alienis, nisi Domino*. Hæc adeo rationi congruunt, ut a nemine negari iure valeant. Quo posito, si præteritorum criminum veniam Naamanus effagitasset; numquid, missis manifestis idololatriæ gravissimis flagitiis, pro levioribus deprecatus fuisset? Nonne scelestius est holocaustum, & victimas offerre, quam cum Rege procumbere ante idolum, quam eidem prostrementi obsequi, auxiliumque præbere? Nec est quod obiicias pœnitudinem præteriti, non futura, spectare crimina. Quoniam, etsi verum id habeat, si de eadem pressius accepta sermo sit; secus tamen est de dolore periculi, in quod nos incautiores prævidemus. Tentationis gravitatem præsentimus, infirmitatem nostram eidem succubituram veremur; ideo in antecessum veniam deprecamur, si casus evenerit. *Hoc modo* deprecatum fuisse Naamanum, iamiam indicabimus.

VIII. Tertia opinio Hugonis Cardinalis, & Gregorii de Valentia, tua non caret difficultate. Ex una parte textui sancto, & doctrinæ Ecclesiæ, damnantis cultus Sinenses, & famuli cooperationem prasinam dominо alcendenti ad stuprandam virginem, congruens est. Ex alia parte non parvis videtur incommodis subiectam. Nam quod S. Elisæus nimia quadam dissimulatione, & indulgentia erga neophytum deliquerit, incredibile apparet; cum illico miraculum ad puniendum peccatum Giezi patraverit. Si Elisæus peccallet, potuisset Giezi illum redarguere hoc facto: Tu me increpare audes, quod talentum argenti acceperim; cum tu in idololatriam perperandam consenseris?

IX. Si pati dossimos viros, meam promere sententiam fas esset, dicerem, neque Elisæum, neque Naamanum peccasse. Quoniam nec Elisæus approbavit obsequium exhibendum Remmon, hve Regi adoranti Remmon; nec Naaman post sanitatem obtentam inservit Regi adoranti Remmon. Ut enim mea præfert opinio, hæc ratione textus sacer exponi potest. Naamanus, antequam Elisæum adiret, & veri Dei lumine perfunderetur, cum Rege suo ante idolum procumbebat. Pulsa cum lepra idololatriæ caligine, divina fide illustratus ipopondit, minime se oblaturum in posterum holocausta, vel victimas





mas diis alienis: *Non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimas diis alienis, nisi Domino*. Verum, quia adhuc erat regiæ addictus servituti, verebatur ne, sicut antea, deberet Regem templum petentem comitari, illique ante idolum procumbenti manum porrigere, atque cum illo procumbere, quemadmodum antea peragere solebat. Nec tamen id certo futurum esse sciebat Naamanus; sed tantummodo verebatur ne accideret. Hac facta hypothesi, Elisæum urgebat, ut si casu id contingeret, sibi veniam a Deo peteret. Non ergo Naaman enuntiat adorationem absolute futuram; sed posita conditione quod acciderit, veniam deprecatur, auspice Elisæo. Quod hæc adoratio fuerit conditione adiecta a Naamano proposita, patet ex sacro textu. *Si adoravero* (non inquit, Cum adoravero, sed *Si adoravero*) *in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ingressus* &c. Cum Elisæus spectaret suum proselytum scrupulis anxium, atque angoribus agitatum, solatus eum est hoc responso, *Vade in pace*; quasi diceret: Macte animo: nil tale eveniet. Noli his suspicionibus animum dispergere. Deus, in cuius potestate sunt Regum corda, non permittet ut impostorum Regi in templo procumbenti inservias. Pulsis ergo his perplexitatibus, confide in Domino: *Vade in pace*. Quid prohibet hoc sensu responsum Elisæi, aliquin ambiguum, exponere? Ex Scriptura non eruitur Naamanum post suum ex Samaria in aulam Syriæ reditum reapse cum Rege adoratile Remmon, seu Regi adoranti interviste. Ex alia parte adoratio, pro qua veniam deprecatur, futura conditione suspensa hæret. In sacro textu non apparet hanc conditionem impletam fuisse. Quid itaque causse est ne dicamus, reipsa non fuisse executioni mandatam? Quid huic officiat interpretationi, non video. Eam verba sacra patiuntur, quin aliquod profiscatur incommodum. An similia non respondent Confessarii pœnitentibus, qui passim relabendi in peccata eadem timore anguntur? Sæpe enim Confessarium aliquuntur: Quid, domine, si in posterum eadem perpetravero crimina? Sentio infirmitatem meam. Ora, quæso, Deum ut mihi ignoscat. Reponit Dei minister: Tranquillo animo esto: Deus te a relapsu servabit: *Vade in pace*. Oppones, debuisse Elisæum hoc præbere responsum: Cave Naaman ne quid simile egeris; atque respondere debuisse Naaman: Non agam plane; verum hoc solum effagito ut, si id etiam infirmitate urgente, veniam a Deo mihi impetres. Eia Naaman. Apage lemures, & timores istos: noli esse æquo meticulosior; spiritum indue fortitudinis: *Vade in pace*. Si hæc tibi non probantur, a te meliora expecto. Quæ ego dixi, sapientum iudicio subiicio.

## CAPUT VIII.

### *Alia de scandalo quæstiuncula.*

I. Quæst. I. *Licitum ne est idola, & thus, Ethnicis vendere, fana, & synagogas construere, & cetera eiusmodi, quorum malum prævides usum?* Resp. Mira sunt quæ Probabilistæ hnic quæstioni respondent. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* VII. *punct.* XII. *num.* 7. cuius verba dedimus supra *cap.* I. docet, artificem, gravissimo metu perculsum, licite posse infideli petenti idolum construere: quia, inquit ille, constructio idoli mala natura sua non est, & sæpe honestari potest. Eamdem opinionem docet P. Hurtado Mendoza in 2. 2. *disp.* LXVI. *sec.* 6. §. 181. Antoninus Diana *tract.* V. *Tom.* VII. *resol.* 67. refert hanc opinionem *Castropalai*, & *Mendozæ*, & de more eamdem non refutat; fametsi dicat sibi contrariam magis probari. Sententia Palai, & Mendozæ, non modo falsa, sed erronea quoque est, communi Theologorum sensui, & lumini naturæ adversa. Omnes quippe idoli effectionem opus esse genere suo malum affirmant cum S. Thoma, qui 2. 2. *q.* CLXIX. *art.* 2. inquit: *Si qua ars est ad faciendum aliqua opera quibus homines uti non possunt absque peccato, per consequens artifices talia faciendo peccarent, utpote prabentes directe aliis occasionem peccandi: puta, si quis fabricaret idola, vel aliqua ad cultum idololatriæ pertinentia* &c. Itaque ædificatio synagogæ, constructio idoli, aut fani, cum nullum alium usum habeant præter cultum superstitione pollutum, opera sunt, potissimum circumstantiis spectatis, natura sua mala. Idcirco nullo metu, aut vitæ ipsius amittendæ periculo purgari a crimine valent. Quapropter inepta est responsio Mendozæ, & aliorum asserentium, D. Thomam loqui de eo qui idola construit nulla cogente necessitate. Quæ enim suapte natura mala sunt, nulla valent necessitate excusari. P. Thomas Tamburinus *Lib. V. in Decal. cap.* I. §. 4. *num.* 38. scribit, urgentissima existente causa (ut esset semel aut iterum, iuxta dicta *num.* 38. magna paupertas artificis) peccatum vitari: quia quidquid alii dicant, inquit ille, non sunt

„ *crificiis auctoritatem suam accommodet, non*
„ *hostias hœc, non curat templorum delegos,*
„ *non vestigalia eorum procurat*, non spectata
„ cuia edat de suo aut de publico, aut e-
„ dendis prœsit. *Nil solemne pronuntiet*, vel
„ ediscat, nec iuret quidem. Iam vero quæ
„ sunt potestatis &c. " Duo docet Tertullianus latis comparta. Alterum quod liceat paganis quamvis inservire *usque ad finem idolatriæ*, non in omnibus iis quæ ad religionem minime pertinent: quod possimus illorum intrare templa, ut hominibus, non idolis officiosi simus. Hinc servis fidelibus comitari dominos suos ad templa, ad sacrificia pertinentes licitum est, illic stantes spectatores, non participes erunt idolatriæ. Alterum, quod si servi enumeratis *consiliis, stuporis, aliarum operis*, fungantur in sacrificiis, idolatriæ participes sunt. In *solo*, etiam conclusit Tertullianus, *honoris nomine sacrificet, neque sacrificet; neque sacrificii auctoritatem suam accommodet, non hostias hœc* &c. Quis porro dixerit, Naamanum nulla functum in sacrificio opera, si prostrenebat se in templo coram idolo, Regique prostrementi brachia submittebat? Si thus adolevisset idolo, esset ne ab idololatria impollutus, quacumque animi interiori habitudine iactata? Porro atque cultum produnt exteriores corporis inclinationes ante idolum, ac flammis adolere panites. Non est ergo unde adorationem Naamani, quam superstitiosiam tot circumstantiæ produnt, loci, templi nimirum, temporis sacrificii, aliæque, excusemus a crimine. Quid quod innumeri Martyres, ne familia agerent, mortem atrocem subiere? Interioranimi habitudo in verum Deum, cum actio externa falso numini cultus exhibet significationem, non tollit superstitionem; sed hypocrisi fidem, & simulatione eam obtegit. Hæc sunt quæ opinionem hanc difficillimam nobis efficiunt.

VII. Altera Bocharti, Calmet, aliorumque eruditorum non minori caret difficultate. Et, ut ceteras versiones mittam, quæ omnes futurum tempus exprimunt, Vulgata nostra, quæ sola nobis authentica est, vel ipsi textui Hebraico præferri debet. Illius textus nobis explicandus est. Quid quod sine maxima vi illata universæ narrationi nec iusta Hebraicum textum futurum tempus intelligi potest? Victimas, & hostias similacro Remmon obtulerat Naamanus suæ religionis olim præservidus cultor. Id sane adstimare liceret, nullo etiam habito documento. Quoniam vix est reperire hominem adeo proprii numinis contemptorem, ut præcipua suæ religionis munia negligat. Quare nihil rationi congruentius quam id quod Vulgata nostra narrat, holocausta fecisset antehac diis alienis a Naamano oblata. *Non enim*, inquit Naamanus, *faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimas diis alienis, nisi Domino*. Hæc adeo rationi congruunt, ut a nemine negari iure valeant. Quo posito, si præteritorum criminum veniam Naamanus effagitasset; numquid, missis manifestis idololatriæ gravissimis flagitiis, pro levioribus deprecatus fuisset? Nonne scelestius est holocaustum, & victimas offerre, quam cum Rege procumbere ante idolum, quam eidem prostrementi obsequi, auxiliumque præbere? Nec est quod obiicias pœnitudinem præteriti, non futura, spectare crimina. Quoniam, etsi verum id habeat, si de eadem pressius accepta sermo sit; secus tamen est de dolore periculi, in quod nos incautiores prævidemus. Tentationis gravitatem præsentimus, infirmitatem nostram eidem succubituram veremur; ideo in antecessum veniam deprecamur, si casus evenerit. *Hoc modo* deprecatum fuisse Naamanum, iamiam indicabimus.

VIII. Tertia opinio Hugonis Cardinalis, & Gregorii de Valentia, tua non caret difficultate. Ex una parte textui sancto, & doctrinæ Ecclesiæ, damnantis cultus Sinenses, & famuli cooperationem prasinam dominо alcendenti ad stuprandam virginem, congruens est. Ex alia parte non parvis videtur incommodis subiectam. Nam quod S. Elisæus nimia quadam dissimulatione, & indulgentia erga neophytum deliquerit, incredibile apparet; cum illico miraculum ad puniendum peccatum Giezi patraverit. Si Elisæus peccallet, potuisset Giezi illum redarguere hoc facto: Tu me increpare audes, quod talentum argenti acceperim; cum tu in idololatriam perperandam consenseris?

IX. Si pati dossimos viros, meam promere sententiam fas esset, dicerem, neque Elisæum, neque Naamanum peccasse. Quoniam nec Elisæus approbavit obsequium exhibendum Remmon, hve Regi adoranti Remmon; nec Naaman post sanitatem obtentam inservit Regi adoranti Remmon. Ut enim mea præfert opinio, hæc ratione textus sacer exponi potest. Naamanus, antequam Elisæum adiret, & veri Dei lumine perfunderetur, cum Rege suo ante idolum procumbebat. Pulsa cum lepra idololatriæ caligine, divina fide illustratus ipopondit, minime se oblaturum in posterum holocausta, vel victimas





mas diis alienis: *Non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimas diis alienis, nisi Domino*. Verum, quia adhuc erat regiæ addictus servituti, verebatur ne, sicut antea, deberet Regem templum petentem comitari, illique ante idolum procumbenti manum porrigere, atque cum illo procumbere, quemadmodum antea peragere solebat. Nec tamen id certo futurum esse sciebat Naamanus; sed tantummodo verebatur ne accideret. Hac facta hypothesi, Elisæum urgebat, ut si casu id contingeret, sibi veniam a Deo peteret. Non ergo Naaman enuntiat adorationem absolute futuram; sed posita conditione quod acciderit, veniam deprecatur, auspice Elisæo. Quod hæc adoratio fuerit conditione adiecta a Naamano proposita, patet ex sacro textu. *Si adoravero* (non inquit, Cum adoravero, sed *Si adoravero*) *in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ingressus* &c. Cum Elisæus spectaret suum proselytum scrupulis anxium, atque angoribus agitatum, solatus eum est hoc responso, *Vade in pace*; quasi diceret: Macte animo: nil tale eveniet. Noli his suspicionibus animum dispergere. Deus, in cuius potestate sunt Regum corda, non permittet ut impostorum Regi in templo procumbenti inservias. Pulsis ergo his perplexitatibus, confide in Domino: *Vade in pace*. Quid prohibet hoc sensu responsum Elisæi, aliquin ambiguum, exponere? Ex Scriptura non eruitur Naamanum post suum ex Samaria in aulam Syriæ reditum reapse cum Rege adoratile Remmon, seu Regi adoranti interviste. Ex alia parte adoratio, pro qua veniam deprecatur, futura conditione suspensa hæret. In sacro textu non apparet hanc conditionem impletam fuisse. Quid itaque causse est ne dicamus, reipsa non fuisse executioni mandatam? Quid huic officiat interpretationi, non video. Eam verba sacra patiuntur, quin aliquod profiscatur incommodum. An similia non respondent Confessarii pœnitentibus, qui passim relabendi in peccata eadem timore anguntur? Sæpe enim Confessarium aliquuntur: Quid, domine, si in posterum eadem perpetravero crimina? Sentio infirmitatem meam. Ora, quæso, Deum ut mihi ignoscat. Reponit Dei minister: Tranquillo animo esto: Deus te a relapsu servabit: *Vade in pace*. Oppones, debuisse Elisæum hoc præbere responsum: Cave Naaman ne quid simile egeris; atque respondere debuisse Naaman: Non agam plane; verum hoc solum effagito ut, si id etiam infirmitate urgente, veniam a Deo mihi impetres. Eia Naaman. Apage lemures, & timores istos: noli esse æquo meticulosior; spiritum indue fortitudinis: *Vade in pace*. Si hæc tibi non probantur, a te meliora expecto. Quæ ego dixi, sapientum iudicio subiicio.

## CAPUT VIII.

### *Alia de scandalo quæstiuncula.*

I. Quæst. I. *Licitum ne est idola, & thus, Ethnicis vendere, fana, & synagogas construere, & cetera eiusmodi, quorum malum prævides usum?* Resp. Mira sunt quæ Probabilistæ hnic quæstioni respondent. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* VII. *punct.* XII. *num.* 7. cuius verba dedimus supra *cap.* I. docet, artificem, gravissimo metu perculsum, licite posse infideli petenti idolum construere: quia, inquit ille, constructio idoli mala natura sua non est, & sæpe honestari potest. Eamdem opinionem docet P. Hurtado Mendoza in 2. 2. *disp.* LXVI. *sec.* 6. §. 181. Antoninus Diana *tract.* V. *Tom.* VII. *resol.* 67. refert hanc opinionem *Castropalai*, & *Mendozæ*, & de more eamdem non refutat; fametsi dicat sibi contrariam magis probari. Sententia Palai, & Mendozæ, non modo falsa, sed erronea quoque est, communi Theologorum sensui, & lumini naturæ adversa. Omnes quippe idoli effectionem opus esse genere suo malum affirmant cum S. Thoma, qui 2. 2. *q.* CLXIX. *art.* 2. inquit: *Si qua ars est ad faciendum aliqua opera quibus homines uti non possunt absque peccato, per consequens artifices talia faciendo peccarent, utpote prabentes directe aliis occasionem peccandi: puta, si quis fabricaret idola, vel aliqua ad cultum idololatriæ pertinentia* &c. Itaque ædificatio synagogæ, constructio idoli, aut fani, cum nullum alium usum habeant præter cultum superstitione pollutum, opera sunt, potissimum circumstantiis spectatis, natura sua mala. Idcirco nullo metu, aut vitæ ipsius amittendæ periculo purgari a crimine valent. Quapropter inepta est responsio Mendozæ, & aliorum asserentium, D. Thomam loqui de eo qui idola construit nulla cogente necessitate. Quæ enim suapte natura mala sunt, nulla valent necessitate excusari. P. Thomas Tamburinus *Lib. V. in Decal. cap.* I. §. 4. *num.* 38. scribit, urgentissima existente causa (ut esset semel aut iterum, iuxta dicta *num.* 38. magna paupertas artificis) peccatum vitari: quia quidquid alii dicant, inquit ille, non sunt

actiones intrinsece malæ, sed ex se indifferentes, cum idolum possit apparí ad honestos fines, nempe ad ornandam domum, vel ad memoriam antiquitatis conservandam. Hactenus Tamburinus, qui sic proponit quæstionem. *Idoli, eiusque templi fabricatio, cum sint ordinata ad idololatriam, non possunt ex se licite præstari in gratiam eius qui ad hunc finem iectur ea velle.* Sermo ergo est de vendendo idolo ei qui idololatriæ causa illud emit. Verum quia ab aliquo emi potest ad domus ornatum, ideo Tamburinus contendit, vendi illud posse etiam idololatræ. Cur? Quia in abstractione metaphysica venditio est indifferens. Huic falsissimo principio innixus recentior iste plurima docet *loc. cit.* quæ in propositionibus ab Ecclesia damnatis continentur, de quibus infra.

II. Quæ negotium facessunt, opera sunt media, seu indifferentia, ex solo utentium usu mala, cuiusmodi sunt venditiones thuris Ethnico, agni Iudæo, dum probabiliter, aut certo prævidetur eiusmodi merces in profanum cultum adhibendas fore. Quæ docent recentiores, adversantur antiquorum Patrum doctrinæ. S. Vigilius Tridentinus epistola ad D. Ioannem Chrysostomum narrat, S. Silinium cum pluribus sociis crudele subiisse martyrium, quod fideles suos a venditione animalium, quæ ab Ethnicis emi sciebat in idolorum sacrificia, retraheret. Theodoretus *Lib. V. Hist. cap.* III. refert Marcum Arethusium extremis passum fuisse mala, quod noluerit vel obolum unum præbere in ædificationem cuiusdam fani quod prius ipse dirui curaverat. Innumera alia suppetunt exempla, quæ missa facio.

III. Tertullianus *Lib. de idololat.* ample disputat hoc de argumento. In rem meam fore arbitror aliqua ipsius transcribere. Primum fallax deceptionem illorum repellit qui putant tunc solum idololatriæ crimen perpetrari, cum directe, & expresse homines aut victimas immolant, aut thus adolent. Hæc quippe scribit *cap.* 2. „ Plerique idololatriam „ simpliciter existimant his solis modis inter„ pretandam: si quis aut incendant, aut im„ molet, aut polluceat, aut sacris aliquibus, „ aut sacerdotiis obligetur: quemadmodum „ si quis existimat adulterium in osculis, & „ amplexibus, & in ipsa camis congressio„ ne censendum; aut homicidium in sola „ sanguinis profusione, & in animæ ereptio„ ne reputandum. At enim Dominus quam „ extensius ista disponat, certi sumus, cum „ adulterium etiam in concupiscentia desi„ gnat, si oculum quis impegerit libidinose, „ & animam commoverit impudice; cum „ homicidium etiam in verbo maledicti, vel „ convicii indicat. “

VI. Subdit *cap.* III. æque idololatriæ reum esse & qui materiam præbet, & qui idolum effingit, fanumque ædificat. „ Neque enim in„ tereit an plastes effingat, an cælator ex„ culpat, an phrygio detexat: quia nec de„ materia refert an gypso, an coloribus, an „ lapide, an ære, an argento, an filo for„ metur idolum... Inde idololatria omnis „ circa omne idolum famulatus, & servitus; „ inde & omnis idoli artifex eiusdem & u„ nius est criminis.

V. Deinde *cap.* V. sibi obiicit solitam illorum excusationem qui dum artem, aut servitutem deserunt, non habent unde vivant. „ Plane impensius respondebimus ad excu„ sationem huiusmodi artificum, quos num„ quam in domo Dei admitti oportet, si „ quis eam disciplinam norit. Iam illa ob„ tici solita vox, *Non habeo aliud quo vi„ vam*, districtius repercuti potest. Vivere „ ergo habes? Quid tibi cum Deo est? “ Multa in hanc excusationem congerit, quæ missa nunc facio; potissimum quod iterum eamdem sibi obiicit excusationem, validiusque confutat.

VI. *Cap.* XI. in eos sermonem convertit qui thus, aliaque merces quæ in cultum idolorum adhibentur, divendunt, reosque postulat idololatriæ. “ De negotiationibus ce„ tera delictorum recognitemus, in primis cu„ piditatem radicem omnium malorum... „ Viderint, si exædem merces, thura dico, „ & cetera peregrinitatis ad sacrificium ido„ lorum, etiam hominibus ad pigmenta me„ dicinalia, nobis quoque insuper ad solatia „ sepulturæ usui sunt. Certe cum pompæ, „ cum sacerdotia, cum sacrificia idolorum „ de periculis, de damnis, de incommodis, „ de cogitationibus, de discursibus, negotia„ tionibusque instruuntur, *quid aliud quam „ procurator idolorum demonstraris? Nemo „ contendant posse hoc modo omnibus nego„ tationibus controversiam fieri. Graviora „ delicta quæque pro magnitudine periculi di„ligentiam extendunt observationis, ut non „ ab his tantum abscedamus, sed & ab iis „ per quæ fiunt. Licet enim ab aliis fiat, „ non interest si per me. In nullo necessarius „ esse debeo alii, cum facit quod mihi non „ licet. Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo, curandum mihi esse ne fiat per me.* „ Denique in alia causa non levioris reatus „ præ-



„ præiudicium illud observo. Nam quod mi„ hi de stupro interdictum sit, aliis ad eam „ rem nihil aut operæ, aut conscientiæ ex„ hibeo. Nam quod ipsam carnem meam a „ lupanaribus segregavi, agnosco me neque „ lenocinium, neque id genus lucrum, al„ terius causa exercere posse... Ecce magis „ proximum præiudicium. Si publicarum vi„ ctimarum redemptor ad fidem accedat, „ permittes ei in eo negotio permanere? „ Aut si iam fidelis id agere susceperit, re„ tinendum in Ecclesia putabis? Non opi„ nor, nisi si quis & de thurario dissimula„ bit... Nulla igitur ars, nulla professio, nul„ la negotiatio, quæ quid aut instruendis, „ aut formandis idolis administrat, carere po„ terit titulo idololatriæ.

VII. Postremo *cap.* XII. sibi denuo obiicit mercatorum, artificum, famulorum supra indicatam excusationem, inquiens: Ma„ le nobis de necessitatibus humanæ exhi„ bitionis supplaudimus, si post fidem obti„ gnatam dicimus: *Non habeo quo vivam.* „ Iam hic enim plenius illi abruptæ propo„ sitioni respondebo. *Seco dicitur.* Ante e„ nim fuit deliberandum ex similitudine pru„ dentissimi ædificis illius qui prius sumptus „ operis cum viribus suis supputat, ne, ubi „ cœperit defectus, postea erubescat. Sed & „ nunc habes dicta Domini exempla, adi„ mentia tibi omnem cautationem. Quid „ enim dicis? *Egebo.* Sed felices egenos „ Dominus appellat. *Victum non habeo.* „ Sed, *nolite*, inquit, *cogitare de victu*: „ & *vestitus* habemus exemplum lilia. *Sub„ stantia mihi opus erat.* At quin *omnia „ vendenda sunt, & egentibus dividenda. „ Sed filiis, & posteritati providendum. Ne„ mo arator manum imponens, & retro spe„ctans aptus est operi. Sed conditionalis „ (ideſt servus) *eram. Nemo duobus domi„ nis servire potest. Si vis Domini discipulus „ esse, crucem tuam tolias, & Dominum se„ quaris necesse est.* De artibus, & negotiationibus, & de professionibus etiam liberorum, & parentum causa dubitas? Iam tunc demonstratum est, & nobis, & pi„ gneta, & artificia, & negotia, propter „ Dominum derelinquenda; cum Iacobus, „ & Ioannes vocati a Domino, & patrem, „ navemque derelinquunt; cum Matthæus „ de telonio suscitatur, cum etiam sepelire „ patrem tardum fuit fidei. Nemo eorum „ quos Dominus elegit, *Non habeo*, dixit, „ *quo vivam.* Fides famem non timet. Scit „ etiam famem non minus sibi contemnen„ dam propter Deum quam omne mortis ge„ nus. Dicit non respicere vitam; quanto „ magis victum?

VIII. Hæc fusius ex Tertulliano exscripsi, ut compertum fiat, quam abludant a vero recentiores illi Probabilistæ qui evulgare non erubescunt, antiquos Patres morum quæstiones non explicasse. Docent illi morum regulas, & Christianorum prætextus expendunt, Idque solum verum habet, Patres eas non agere quæstiones quas recentiores Casuistæ excogitarunt, ut Christianorum excusationibus, quas Patres improbarunt, legem inflectant, & aptent.

IX. Unum tamen contra ea quæ ex Tertulliano adduximus, opponi potest ex Augustino argumentum. Epistola quippe 50. *num.* 78. licere asserit S. Doctor exhibere dirori idoli pretium Ethnicis, qui ob demolitionem idoli Christianorum sanguinem effundebant: *Si vestrum Herculem diximus, porro reddemus..... collatis singulis nummis ab artifice vestro vobis eminus Deum. Reddite igitur animas, quas manus vestra contorsit: & sicut a nobis vester Hercules redhibetur; sic etiam a vobis tantorum animæ redduntur.* Hoc responso non aliud Augustinus intendit, nisi redargutionem Ethnicorum, quos provocabat ad animarum restitutionem, quas restituere minime poterant; quemadmodum Christiani refingere possent idola, si vellent, aut illis pretia pro eorumdem instauratione afferre. Ceterum haudquaquam licitam absolute asserit idolorum instaurationem. Accedit quod, cum sermo est non de doctrina, & iure absolute spectato, sed de aliquo facto, quod antiqui Patres narrant; summa cautione opus sit. Plures enim circumstantiæ occurrere tunc potuerunt, vi quarum licitum fuerit opus, quod iis mutatis, illicitum fiat. In re cuius usus prævidetur malus, duo sunt præ oculis habenda. Alterum, spectanda res est quæ venditur. Si enim rei traditio natura sua bona sit, & ex sola malitia abutentis mala fieri possit, si iusta tradendi causa urget, non est cur ab illius venditione abstinere debeamus. Alterum spectandum est, num ex rei negatione maius malum secuturum sit: quia ex duobus malis necessariis minus eligendum est. Verum, ut supra dictum est, nequit in hac materia, tot circumstantiis subiecta, generalis regula constitui. Ideo peculiares quæstiunculæ sunt resolvendæ, ut ex earum decisione, quid cavendum sit, clarius, quoad fieri potest, colligatur.

X. Quæst. II. *Graviter ne peccant captivi Christiani, qui in Turcarum triremibus remigant adversus Christianos?* Resp. Perdifficilem quæstionem dispiciendam propono. Negantem opinionem defendunt potissimum recentiores Probabilistæ. Sanchez *Lib. I. in Decal. cap.* VII. *n.* 18. Molina *Tom. de just. disp.* CXV. *concl.* 1. Azorius *Tom. I. Lib. II. cap.* XVII. *quæst.* VI. Emanuel Sa *in Sum. verb.* Peccato *num.* 9. Lopez *I. part. cap.* VI. Tannerus *in* 2. 2. *D. Thom. disp.* I. *quæst.* IX. *dub.* 3. *num.* 144. Villalobos *in Sum. Tom. I. tract. v. difficult. x. n.* 2. Layman *Lib. II. tract.* III. *cap.* XIII. *numer.* 5. Naldus *in Sum. verb.* Christianus 2. *num.* 6. Reginaldus *Tom. II. Lib. XXI. num.* 119. Filliucius *Tom. II. tract.* XII. *cap.* V. *n.* 147. Valquez *opus. de scandalo art.* 8. *dub.* 7. Diana *coord. Tom. VII. tract.* V. *resol.* 73. & alii plures, quos ipse laudat. Hæc istorum ratio est, quod cooperatio captivorum remigantium non tam propinqua sit, ut sine illa damnum nihilominus non inferretur: quia alii non deessent qui talem obirent laborem. Accedit quod remigatio quid indifferens sit. Limitant tamen opinionem hanc, cum eo loco constituta res esset, ut, captivis non remigantibus, Christiani victores evaderent: quia tunc bonum Reipublicæ christianæ antetonendum erit propriæ vitæ. Illicitum quoque iudicant tormenta bellica in Christianos expiodere, ignem accendere, & id genus similia agere; quod tunc directè damnum Christianis inferatur.

XI. Affirmantem sententiam defendunt Paulus Comitolus *Lib. V. Resp. Mor. quæst.* VIII. Suarez *Tom. V. in* III. *part. disp.* XXI *sec.* 2. *num.* 60. & 61. Graffius *Part. I. Lib. V. cap.* XVIII. *numer.* 6. Sayrus de *Censur. Lib.* III. *cap.* VII. *num.* 8. Navarrus *in Manual. cap.* XXVII. *num.* 63. Toletus *Lib. I. cap.* XXIV. Fernandez *Part. V. cap.* V. § 4. *numer.* 6. Ugolinus *Part. II. cap.* III. § 2. *de Cens. Papæ refero.* Henricus a S. Ignatio *Lib. V. cap.* I. *num.* 500. Sententia hæc probabilior mihi videtur vero in sensu exposita. Distinguenda sunt diversa remigandi tempora. Primum remigii iussi, Deoque accepti, quod tunc contingit, cum exploratum captivis remigibus est, in pugna committenda Christianos fore victores adversus Turcas. Secundum tempus est belli iniusti, ex quo Christianis vitæ, bonorum, ac libertatis iactura imminet. Tertium tempus remigii est, cum Christianis, in quos curtus navigii dirigitur, nihil aliud imminet præter bonorum externorum iacturam, remigibus vero vitæ amissio, aut membrorum mutilatio impendent, nisi in Christianos triremes impellant. De hoc tertio remigandi tempore nullum dissidium est. Quippe, si, ut vitam Petri a nece servem, iure possum ad illius externa bona prædanda latrones inducere, paratos alioquin eumdem de medio tollere: impendio magis licitum mihi erit ad vitam tuendam meam proximi bona negligere. Non est ergo vetita remigatio quæ mihi mortem, alteri tantum bonorum iacturam minatur. Secundi generis remigium in disputationem a Theologis adducitur. Illorumque sententia mihi, ut dixi, probatur qui illam gravis culpæ damnant. Quoniam nullo iure permissum est alteri suppetias ferre adversus eos quos lædere crimen est. Porro nefas est in bello iniusto a Turcis Christianos impeti. Quis inficias iverit, peccare Turcas bello iniusto Christianos opprimentes? Peccant ergo captivi remiges, dum & Turcis peccantibus auxilium præbent, & Christianis insontibus sua remigatione iniuriam inferunt. Accedit quod post proscriptas ab Innocentio XI. propositiones, vix sustineri contraria sententia possit. Si enim nequeunt famuli heros tuos cymba pergentes ad conspiprandas virgines remigando adiuvare, aut ascendentes per fenestram ad fornicandum scalam tenere, vel humeris eos sustinere; qua ratione poterunt Christiani captivi tua remigatione Turcarum classem impellere ad Christianorum perniciem? Quenam dispar ratio famulos inter adiuvantes heros ad stupranda virgines, & remiges dirigentes navigium in Christianorum necem?

XII. Oppones. Navigia remis impelliere nec vituperationem prodit, nec laudem; sed naturam mediam ab utroque extremo secretam. Licita ergo erit eiusmodi remigatio, ut vitæ propriæ consulatur. Resp. Verum habet, si remigatio per se, & universe spectetur; falsum e contrario, si ut plurimum circumstantiis, expenditur. Innumera suppetunt eiusmodi exempla. Pugnare in bello, re alterius uti, mulierem agnoscere absolute licitum est. At sicut pugnare in bello iniusto, alienam mulierem tangere, rem alterius accipere, iuste repugnante domino, peccatum est; sic navem dirigere adversus innocentes Christianos, eorumque vitam, libertatem, adeo est flagitiosum, ut numquam fieri recte valeat.

XIII. Obiices. Christiani captivi non eo consilio remigant, ut Christianis exitio sint; sed ne Turcarum tela in alios commota in tua ipsorum iugula revocent. Respondeo, hinc consequi captivos remiges non appetere per se Christianorum necem; at non propterea immunes a culpa evadere. Ut noxam contrahant, sat est ut reapse sua remigatione exitium Christianis inferant. Siquidem numquam licitum est, nec ad vitam propriam tuendam, innocenti vim inferre. Porro mancipia christiana, dum remis navigia agitant adversus Christianos, illorum mortem, aut perniciem, damnaque eligunt, ut medium quo Turcarum furorem, & supplicia devitent. Nec est quod reponas, te eligere duntaxat remigandi laborem, minime vero Christianorum necem. Quoniam labor ille per se hoc tempore, & cum hoc genere hostium, caussa reapta est iacturæ Christianorum; tametsi interior voluntas repugnet. Non secus ac si tyranni perterrefactus pavore, pugione iugulum meum peteres, quo me interimeres, ut vitæ tuæ consuleres. Tunc enim ad summum elicereitur, te directe & per se nolle mortem meam; secundario tamen, & indirecte mortem meam eligeres, ut vivere ipse quires.

XIV. Nonnullæ adducuntur leges quæ his favere remigibus videntur. Prima est lex *Ut nunc.* ff. de iust. & iur. *Nam iure hoc evenit ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur.* Verum ex hac lege solum infertur, illatam vim propulsari licite posse. Insontes autem Christiani nullam vim ingerunt remigibus. Altera lex est, *ff. de reg. iur.* l. Is damnum. *Etsi vero,* inquit lex, *nulla culpa est cui parere necesse est.* Sed neque lex illhæc remigibus favet. Sermonem quippe lex habet de culpa civili, secus de theologica. Fusius has leges interpretatur Navarrus *in com. in cap.* Quorumdam *de Iudeis not ab.* II. quem consulere poteris.

XV. Quæst. III. *Potest ne quispiam absque flagitio ad foeneratorem accedere, ut pecuniam ab eodem mutuo accipiat quam certe sciat sine fenore non crediturum?* Resp. D. Thomas fusius versat hanc quæstionem 2. 2. *quæst.* LXXVIII. *art.* 4. cuius doctrinæ subscribunt Theologi communiter. Hæc sunt illius verba. *Inducere homines ad peccandum nullo modo licet; nisi tamen peccato alterius ad bonum, licitum est: quia & Deus utitur omnibus peccatis ad aliquod bonum, ut dicitur in Enchiridio cap.* XI. *Et ideo August. Publicola quærenti, utrum liceret uti iuramento eius qui per falsos deos iurat, in quo manifeste peccat, eis divinam reverentiam adhibens, respondet, quod qui utitur fide illius qui per falsos deos iurat, non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociat, quo per damnata iuravit, sed pacto eius bono, quo fidem servavit. Si tamen eum induceret ad iurandum per falsos deos, peccaret. Ita etiam in proposito dicendum est, quod nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandum sub usuris; licet tamen ab eo qui hoc paratus est facere, & usuras exercet, mutuum accipere sub usuris, propter aliquod bonum quod est subventio sua necessitatis, vel alterius.*

XVI. Adversus hanc doctrinam opponi solet, spiritualia bona temporariis præferenda esse. Qui ergo fieri potest ut ob temporale commodum liceat passivo usurarii scandalo animam præbere? Salus animæ altioris ordinis est, quæ ob quamcumque corporalem necessitatem negligi iure nequit. Resp. Spiritualia temporaneis præferenda esse absolute fatentur omnes. Occurrere tamen circumstantiæ possunt ut ordo contrarius servandus sit. Si bona spiritualia communia cum bonis corporeis communibus conferantur, illa his semper antecellunt. Si bonum spirituale privatum cum bono communi temporali comparetur, hoc illi interdum præfertur. Nimium propterea urgent aliqui regulam illam qua asseritur spiritualia temporalibus præferenda: quæ vera utique est absolute, si comparatio recte instituatur; falsa, si comparationis ordo invertatur. Invertitur autem, quoties ex una parte statuitur bonum privatum, ex altera bonum publicum. Bonum quippe commune, etiam temporaneum, privato spirituali bono interdum anteferendum est. Neque id adversatur, sed congruit ordini caritatis, & iustitiæ; cum scilicet talia bona spiritualis ex malitia, seu Phariseorum scandalo, ortum ducit. Hac ratione licite iudex iusiurandum ab Ethnico per falsos deos iurante admittit, ut in adducta doctrina D. Thomas asserit, idemque adfirmat D. Bonaventura in *III. dist.* XXXIX. *quæst.* III. *ad* 3. ubi oppositionem solvit his verbis. *Ad illud quod obicitur, quod magis debemus amare animam proximi quam utilitatem temporalem, dicendum quidem, verum est de utilitate privata, sed non oportet intelligi de utilitate communi.* Nec verum habet quod opponi soles, videlicet, bonum commune ex privatis bonis coalescere. Quoniam bonum commune haud est quoddam totum integrale ex partibus concretum; sed est rectitudo quædam, & universæ rei iusta administratio, qua unicuique ius suum tribuitur. Quare bo-

bonum commune inrationis, distributionisque ordine situm est. Eo quippe maior est cuiusque Reipublicæ communis felicitas, quo exactior est regiminis ordo. Itaque bonum hoc commune altioris ordinis est quam bonum privatum, præferendumque quandoque etiam bono spirituali proximi. *Negue enim* (inquit Paulus Comitolus Resp. Mor. Lib. V. quæst. IX.) *plus amanda est anima unius quam bonum commune, atque iustitiæ publicæ, quam anima sibi etiam ipsi debet anteferre.*

XVII. Quæ hactenus dicta sunt, minime satisfaciunt oppositioni factæ. Siquidem Petrus ob privatam utilitatem, commodumque peculiare a fenératore pecuniam cum usura restituendam expoſcit. Certe quippe agnoſcit fenératorem non crediturum pecuniam sine fenore. Hic ergo utilitatem privatam anteſert spirituali proximi saluti. Adeo magnum quibuldam negotium faceſſit difficultas illhæc, ut solutiones plus æquo subtiles excogitarint. Eruditus quidam recentior contendit, ideo licitum esse mutuas pecunias a fenératore petere, urgente neceſſitate, quod periculum indigentem maneat prolabendi in peccatum, niſi hac via suæ conſulere neceſſitati valeat. Siquidem, cum neceſſitas aut communis, aut privata urget, tanta est hominum infirmitas, ut niſi in talibus conſtitutis angustiis iis illis eſſet ſibi proſpiciendi, periculum imminneret peccandi. Quod peccatum ex infirmitate proficiſcens, latius eſt impedire quam peccatum fenératoris ex malitia profluens. Quot puellæ innuptæ, & impudicitiis pollutæ manerent, ſi noxia eſſet mutui fenore gravati petitio, neceſſitate premente? Hæc ſpiritualis iactura in aliis quoque ſimilibus actionibus occurrere poteſt.

XVIII. Gratis hæc dicta, & ab universa Theologorum doctrina aliena videntur. Et primum, ſi petitio mutui a fenératore natura ſua mala ſit, nequit permitti neque ad evitandum peccatum hominum infirmorum. Deinde bonitas, vel pravitas actionis haud ex hominum infirmitate colligenda. Petitio mutui ideo licita est, quod alioquin homines delinquerent, niſi hac via ſibi proſpicere poſſent egeſtate preſſi? Solutio ergo hæc ſuſpicatur præfatam mutuationem genere ſuo criminoſam eſſe, & de malitia idcirco purgari, ut hominum infirmitati proſpiciatur: quod conſiſtere ſane nequit. Secernenda prius a pravitate est actio quæque, & poſtea infirmo proximo permittenda.

XIX. Obvia ergo ſolutio difficultatis est, quod nos abſolute ſpiritualia temporaneis præferre debeamus. Sed quid hinc? Numquid cum iactura vitæ noſtræ curare debemus ut alii quoque hunc ordinem ſervent? Numquid fame pereundum, ut obſtinati fenératoris peccatum impediatur? Eoſque ne urget Chriſti caritas? Minime gentium. Natura ergo iſtius petitionis primum omnium expendenda. Sive petitio, ſive collatio mutui ſuapte natura bona est. Rem ergo bonam a fenératore ego poſtulo. Quod ipſe nolit eam exequi abſque uſura, peccatum illius est, & in ipſo ita ſubſiſtit, ut nequeat actionem exteriorem inquinare. Tunc enim actiones externæ inficiuntur, cum obiectum exterius quod inſpiciunt, pravum est. Hac ratione remigatio a captivis Chriſtianis peracta adverſus Chriſtianos noxia est, quod illius exterius obiectum ſit iniuntium Chriſtianorum ſtrages. Aſcenſus per ſenestram ad ſtupranda virginem malus est ob obiectum exterius pravum. Et ſic de his ſimilibus. Pecuniæ autem mutuatio obiectum exterius ſpectat quod bonum est, indigentis videlicet proximi levamen. Quibus conſtitutis, quid *eſt* quod me prohibeat a fenératore pecuniam petere, qua meæ conſulam indigentiæ? Caritas, inquis, qua teneor ſpiritualem fenératoris ſalutem temporaneæ meæ egeſtati anteferre. Sed hoc est quod negatur. Caritas Chriſti præcipit ut proximo neceſſitatem patienti ſuccurramus. Quamobrem, ut puſillorum ſcandalum, quod illi ex infirmitate, vel ex ignorantia patiuntur, vitemus, temporalia poſtponenda, & contemnenda ſunt. Qui vero ex malitia peccant, nulla premuntur neceſſitate. Iſtorum ſcandalum phariſaicum eſt, quod contemnendum Chriſtus iubet. Nec eſt quod reponas, hinc ſequi, tunc ſolum nos teneri ex caritate ſuccurrere fratribus, cum ex fragilitate, ſecus, cum ex malitia peccant. Quo poſito, non erit impediendum homicidium, aliudve grave damnum, quod quis non ex iræ impetu, ſed ex deliberata malitia perpetrare paratus eſt; nec corrigendus proximus ex malitia delinquens. Non eſt, inquam, quod hæc, & ſimilia opponantur: quoniam caritate devincimur tum infirmis, tum iniquis fratribus, quod licet, conſulere. Id tantum negatur, nos obſtringi propriæ vitæ, aliove gravi detrimento phariſaicum ſcandalum evitare. Peccare dicimus eum qui, nulla cogente neceſſitate, a fenératore mutuum poſcit: quia caritas iubet peccatum proximi impedire, niſi impedimentum illud grave nobis pariat damnum. Caritas, inquis, iubet ſpiritualia temporalibus præferri. Iubet ergo, reponam, patrimonium noſtrum totum erogare, ut impudicitiis & ſcortationi effrontes puellas ſubtrahamus? Iubet vitam noſtram gladiis exponere, ſanguinemque effundere, ut duella, & homicidia impediamus? Si crimina quæ ex iniquorum hominum pravitate proficiſcuntur, cum rerum temporalium, & propriæ vitæ diſpendio impedienda ſorent; actum eſſet de humano genere. At iterum obiicis, aliud eſſe quod non teneamur hominum ſcelera impedire; aliud oppido diverſum quod anſam peccandi præbeamus. Qui mutuari ſibi a fenératore poſtulat, occaſionem peccandi præbet. Sed hoc quoque falſum eſt. Siquidem mutuum petens occaſionem porrigit actum virtutis exercendi. Ex ſola ſua pravitate fenerator hunc actum vitiat, & inquinat. Tota hæc doctrina ex Angelico deſumpta est. *Ille qui accipit* (inquit loc. cit. ad 2.) *pecuniam mutuo ſub uſuris, non dat occaſionem uſurario uſuras accipiendi, ſed mutuandi. Ipſe autem uſurarius ſumit occaſionem peccandi ex malitia cordis ſui. Unde ſcandalum paſſivum ex parte ſua eſt, non autem activum ex parte petentis mutuum. Nec tamen propter huiuſmodi ſcandalum paſſivum debet alius a mutuo petendo deſiſtere, ſi indigeat: quia huiuſmodi paſſivum ſcandalum non provenit ex infirmitate, vel ex ignorantia, ſed ex malitia.* Haud ergo neceſſe est confugere ad cauſſam aliquam ſpiritualem, quæ neque in mutui petitione, neque in aliis ſimilibus elucet, ut Phariſæorum ſcandalum contemnatur. Et quamvis Chriſtus occaſione prædicandi Evangelii contemnendum improborum ſcandalum docuerit; id tamen minime limitavit pro ſolis ſpiritualibus bonis; ſed abſolute negligendam Phariſæorum improbitatem aſſeruit, dummodo iuſta cauſſa adſit. Iuſtam porro cauſſam afferimus neceſſitatem ſuccurrendi propriæ egeſtati, gravibuſque incommodis. Ordo quippe rerum turbaretur, ſi ob iniquorum hominum malitiam civile commercium, mutuationes, & id genus ſimilia officia omittenda eſſent. Sed nimium fortaſſis diſputatum eſt.

XX. Quæſt. IV. *Peccat ne mortaliter qui aut nulla cogente neceſſitate, aut ab homine non parato ad fenus, mutuas pecunias petit cum uſura reſtituendas?* Reſp. Hadrianus *quodlib.* III. *art.* 2. nullam perpetrari culpam exiſtimat ab eo qui abſque neceſſitate a fenératore mutuum poſcit. Levem tantum culpam hunc contrahere docent Soto *de iuſt. & iur. Lib. VI. quæſt.* I. *art.* 5. Toletus



*Lib. V. cap.* XXVII. Armilla verb. *Uſura* §. 38. & Angelus verb. *Uſura*. Addit Angelus ſine ſcelere induci ad credendam pecuniam eum poſſe qui ſine fenore recuſat dare, ut vitæ proſpiciatur alterius. Oppoſitum docent Cajetanus 2. 2. *quæſt.* LXXVII. *art.* 4. Gabriel *in IV. diſt.* XV. *art.* 3. *dub.* 14. Quæ mihi probabiliora ſunt, paucis expediam. Primum, mutuum petere ab ulurario, ut noſtræ, vel alienæ neceſſitati proſpiciamus, cum non inveniatur qui pecuniam ſuam gratis credere velit, licitum eſſe teſtantur Theologi omnes. Secundo, gravi cogente neceſſitate licet ab eo petere mutuum qui neque artem fenoris exercet, nec paratus est ad fenus exercendum, ſi credere pecuniam nolit ſine fenore; gravi quippe urgente neceſſitate licitum est a quocumque rem honeſtam poſcere. Mutuatio autem ad ſublevandam proximi neceſſitatem honeſta est. Quod vero fenerator nolit eam interiori animo ut honeſtam exercere, in illius caput tota recidit iniquitas. Hæc opinio communior, & probabilior videtur; tametſi eidem contradicat D. Bernardinus Senenſis. Tertio, ſublata gravi neceſſitate, fenebitem pecuniam accipere, etiam ab uſurario parato, peccatum grave eſt, ut plures, graviorelque Theologi docent.

XXI. Quæſt. V. *Licitum ne eſt ſuadere illi qui peccaturus eſt, ut omiſſo graviore flagitio, perpetret minus?* Reſp. Quæ penes omnes certa ſunt, conſtitui primo loco debent. Et primum certum eſt, te non poſſe ſuadere minus malum, ſi alia via malum impedire vales. Secundo non potes ſuadere illi qui paratus eſt occidere Petrum, ut occidat Paulum; vel illi qui vult furari Paulo centum, ut furetur Petro quinquaginta; quidquid in oppoſitum Vaſquez ſcribat *opuſcul. de ſcand. dub.* 2. *num.* 14. Nec obſtat factum Loth, qui nefarias Pentapolitanis filias ſtuprandas obtulit, ut eoſdem a nefanda libidine abduceret; quemadmodum habetur *Gen. cap.* XIX. S. Ambroſius Lothi conſilium excuſat *Lib. I. de Abraham cap.* VI. D. Auguſtinus e contrario illud damnat, & hæc Auguſtini opinio probabilior eſt gravioribus Theologis. Nec aliqua ratio ſuppetit qua excuſari poſſit, cum multa, & gravia occurrant condemnationis argumenta. Et primum qua ratione potuit inadere malum inferendum innocentibus puellis, quod illæ ſubire minime tenebantur? Deinde pluris illi facienda erat minor turpitudo in filiarum ſuarum corporibus quam major in alienis. Accedit malus periculum conſenſus præſlandi a filiabus,

bus, utpote imbecillioris sexus, in stuprum, quam a viris in crimen pessimum. Tandem minus caute se gessisse Lothum, ac cæco quodam impetu raptum fuisse, ex illius colligitur verbis, quibus nec nefandam libidinis luem excepit, dum filias infrunitis monstris obtulit. *Abutimini* (inquit) *eis quemodo vobis placuerit*. Ex eo tantum excusari Loth quoquo modo potest, quod crediderit hac filiarum oblatione delinquendo fore spurcissimos illos cinædos, ac impotentis luxuriæ illorum ardorem extinguendum: atque adeo tum ab hospitum, tum a filiarum corporibus illos sibi temperaturos. Sunt etiam qui Loth excusant, quod non consuluerit filiarum stuprum; sed materiam tantum explendæ libidinis proposuerit. Licitum autem est materiam minoris mali proponere, ut maius declinetur; quando tamen ad illud minus malum patrandum peccator est deliberatione firma paratus.

XXII. Sensus ergo propositæ quæstionis est, utrum ei qui firmo animo deliberatoque constituit duo perpetrare crimina disparis malitiæ, licitum sit consulere minus, ut vitetur maius. Si enim ad unum tantum determinatus sit, planum est illi non posse suaderi aliud, tametsi levius, in quod peccator proclivis minime est. Duæ super hac quæstione sententiæ. Negantem id licere, defendit Cajetanus 2. 2. *q.* LXVIII. *art.* 4. *notab.* 3. Covarruvias *IV. Decret. I. Part. cap.* IV. *n. ult.* Sylvester *verb.* Matrimonium VII. *q.* V. *dicto 9.* Emmanuel Sa *verb.* Peccatum *n.* 8. Valentia 2. 2. *disp.* V. *q.* XXI. *part.* IV. Conradus *de contract. q.* XXXVI. *corol.* 1. & novissime Antoine *tract. de virtut. theolog. cap.* VI. §. 4. *q.* V. Hic tamen improbat consilium quo inducitur ad committendum illud minus crimen ad quod peccator minime paratus erat. Et in hoc sensu fortasse ceteri laudati Theologi suam defendunt opinionem, quam sic intellectam, veram censemus.

XXIII. Sententiam adfirmantem propugnat Tutrecremata in *can.* Duo mala *dist.* XIII. qui citat Augustinum, & Gregorium, Hadrianus *quodlib.* 1. *art.* 3. Sotus *de iust. & iur. Lib. VI. quæst.* 1. *art.* 5. Toletus *Lib. V. cap.* XXVI. Navarrus *in Summ. cap.* XVII. *num.* 263. Sylvester *in verb.* Usura VII. *qu.* 1. Angelus *in verb.* Usura 2. §. 2. Innocentius, Ioannes Andreas Ostiensis, Panormitanus, Cajetanus *in Sum. verb.* Tyrannus, tametsi oppositum docuerit in 2. 2. *q.* LXXVIII. *art.* 4. Lessius *Lib. II. cap.* XIII. *dub.* 3. *n.* 19. Molina *Tom. II. dis.* CCCXXV. *n.* 3. Vasquez *opus. de scand. dub.* 1. Bonacina *disp.* 1. *de rest. q.* 11. *punct.* 7. *nu.* 8. Castropalaus *tract.* VI. *disp.* VI. *punct.* 6. *n.* 6. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 5. §. 1. *n.* 58. & alii plures. Probatur. Nam licet nequeat peccans minus committere, ut gravius flagitium vitet, quia utrumque libere vitare potest; non ita tamen respectu consilientis res se habet: quoniam hic haud valet utrumque impedire; cum ab aliena voluntate id pendeat. Posito ergo quod iniquus homo constanti certaque deliberatione constituerit duo flagitia perpetrare, saluberrimum consilium erit eidem suadere ut, omisso graviore scelere, minori contentus sit. Nec tunc consulens malum, ut malum suader, sed ut bonum: ablatio quippe maioris mali speciem boni præfert. Consulit ergo illud minus malum, ut est medium *ad* evitandum maius crimen. Nec obiectum, seu finis illius consilii est malum; sed bonum in privatione maiori mali situm. Res exemplo clarior fiet. Deliberavit grassator Antonium interimere, ut eum pecunia spoliet: consulis ut pecunias accipiat, & ab occisione abstineat. Paratus est occidere: rogas ut tantum percutiat. Cui tum damnum infers? Non grassatori, quem a graviori scelere servas: non Antonio, cuius negotium utiliter agis: non denique Deo, cuius maiorem offensam impedis, impediturus etiam minoretsi posses. Axioma illud, *De duobus malis minus est eligendum*, etiam in malis culpæ locum habet, cum ambo mala sint necessaria, ut sunt respectu consulentis; secus vero respectu committentis, qui utrumque malum vitare potest.

XXIV. Obiicies. Non sunt facienda mala, ut veniant bona, ait Paulus *ad Roman.* III. Accedit quod si licite minus malum posses consulere, ipse peragere idem malum posses: quod enim licet consulere, licitum quoque est executioni mandare. Resp. Verissimum est Pauli effatum, mala non esse facienda, ut bona inde succedant. At negatur, consulentem minus malum, malum patrare: quia, ut dictum est, non consulit malum, ut malum, sed ut instrumentum est minoris mali, quod speciem boni prodit. Nec sequitur, licere tibi agere minus malum quod consulis. Quia patratio mali actio tibi libera est, a qua abstinere vales; quemadmodum abstinere potest ille cui consilium datur, atque adeo peccat. Dum alteri consilium præbes de minori malo, ad quod paratus est, factum respicis necessarium tibi, tametsi alteri liberum: ideirco ille peccat, secus tu.

XXV. Hæc sunt utriusque sententiæ argumenta, & rationes. Ut verum fatear, tametsi hæc secunda communior sit, attamen non leve mihi facellit negotium. Nam minus malum etiam comparate ad maius malum, rationem mali retinet. Porro quod ius natura malum est, sub quocumque respectu, & ratione malum extat. Quod autem ius natura malum est, nullo modo consulendum videtur. Cur omnes fatentur numquam licitum esse vel leve mendacium, ut universum hominum genus salvum fiat? nisi quod mendacium genere ipso pravum est. Accedit quod maius malum aut solus precibus impediri potest, quin consilium adhibeatur; vel, si preces non sunt satis, profecto neque consilium. Quare, si videremus invasorem occisurum Antonium ad furandas pecunias, precarer ut abstineret ab homicidio, furtum filendo, illudque permittendo. Quod si preces non prodessent, nequaquam furtum consulerem. Nec video quod in praxi ullius consilii necessitate opus sit. Nam aggressor precibus placatus ab homicidio abstinens haud ignorat furtum. Quid ergo novi consilium tuum in mentem ingerit invasoris, quo ab homicidio distrahas? Quare consilium illud, ad praxim quod attinet, & superfluum video, & periculi plenum. Si vero ad Metaphysicæ leges illud revocetur, qua ratione purgari a crimine valeat, non ita facile mihi apparet ob rationem dictam, quod malum natura sua, malum semper, & in quocumque statu malum est. Videnturque verbis lædere qui dicunt malum illud non eligi sub ratione mali. Quoniam mentis cogitationes haud valent rerum immutare naturas. Si casus ergo accideret, ora ut peccator abstineat ab atrociori scelere, consilio de minori malo neglecto. Certus est te non posse consulere minus malum ei qui paratus non erat ad illud patrandum: pura, non licet consulere fornicationem ei qui paratus est committere adulterium, vel sodomiam: quia tunc illius minoris mali causa esses.

XXVI. Ultimo loco adiicere lubet rationem ex divino regimine arcessitam. Deus, in cuius potestate sunt hominum voluntates, ordini a se præstituto nec latum unguem derogare vult, ut impiorum scelera impediat. Lumina illis infundit, quibus mala agnoscant, gratiam donat, qua eadem vitent. Ceterum in manu consilii sui unumquemque relinquit. An Deus consulit minus malum, ut maius declinetur? Quidni fatis nobis erit divinam hanc agendi rationem imitari? Flagitiorum malitiam, & horrorem scelestis hominibus pandamus. Precibus, consiliis, suasionibus, ut a criminibus desistant, curemus. Ceterum quid ultra pergemus? Ut quid consilia dabimus minorum criminum? Ubinam Deus id præcipit? Cur certas agendi vias, ac ordinem constitutum vitandi quodcumque malum, quantumlibet leve, prætergredimur? Dum furtum consilis, ut homicidium omittat grassator, amittit ne furtum illud iniustitiæ malitiam? Immunis ne a peccato grassator evadit? Declinat ne inferni tupplicia? Minime, inquis. Sub tui ergo consilii regimine grassator peccat. Neque ob hoc quod minus peccat, efficitur ut non peccet. Quid ergo obtrudis, te non consulere malum qua malum, sed ut bonum; si id quod consulis, reapte malum est? Malum est, inquis, peccanti, quod libere ab eo abstinere valeat. At mihi necessarium est, eo quod impedire nequeam. Fallacia est hæc manifesta. Consilium tuum tibi liberum est, non secus ac illi sua ipsius actio. Ergo sinoxia est illius actio, quia libera; criminosum erit pariter consilium tuum super eadem prava actione, quia libere illud præstas. Quod ex Augustino, & Chrysostomo opponi solet, nullius momenti est. Cum enim dicit Augustinus relatus in cap. *Si vovero* XXXIII. qu. III. *Si facturus es quod non licet, facias adulterium, & non facias homicidium*, nullo modo consilit, sed tantum permittit, seu asserit minus malum perpetrare illum qui facit adulterium, quam qui hominem occidit. Eumdem sensum habent quæ docet Chrysostomus *hom.* II. *ad popul. Antioch.* ubi asserit levius peccatum esse iurare, interpolita tantum propria persona, quam divino ulurpato nomine.

XXVII. Quæri. VI. *Licitum ne sit suadere ei qui paratus est surripere gaudia a pauper, ut surripiat a divite, vel detrahendo divitis personam?* Resp. adfirmant Thomas Sanchez *Lib. VII. de matrim. disp.* XI. *n.* 24. Molina *tract. de iust. disp.* CCCXXXV. Si fermo sit de consilio, & suasione, opinio hæc falsa est. Quoniam, dum consilis furandum potius a divite, quam a pauperc, consilium tuum eo spectat ut pravam furis voluntatem ex graviori iniquitate pertrahat in minorem. Obiectum illius consilii non est bonum, sed pravum, furtum scilicet divitis. Tunc ergo consilio non aliud effica, nisi mutare furis voluntatem, non in bonum, sed ex una maiori iniquitate in aliam minorem.

Et

Et si fur vi tui consilii a divite surriperet pecunias, restitutioni ipse obnoxius esses. Nec efficit quod personam non designaveris. Satis fuit consulere ab aliquo divite surripiendas pecunias. Res ex se patet, quin necesse sit argumenta adducere.

XXVIII. Quæst. VII. *Licitum ne sit mercatori a feneratore pecunias petere ad mercaturam exercendam?* Resp. Dominicus Soto narrat *Lib. VI. de iust. & iur. q. 1. art. 5.* hanc quæstionem a mercatore Florentino D. Thomæ propositam fuisse: cui respondisse ferunt D. Thomam, peccatum esse, ut testatur idem Sotus: qui tamen addit non esse ex genere suo mortale, immo quandoque nullum.

XXIX. Ego cum Paulo Comitolo distinguerem. Aut mercator necessitate pressus a feneratore pecunias petit, quibus negotiationem exercere valeat ad se suamque familiam alendam: aut nulla egestate coactus, sed sola cupiditate divitias accumulandi. Si primum, nullo modo peccat omnibus fatentibus Theologis. Si secundo modo pecunias sub fenore petit, juxta multorum gravem sententiam mortaliter delinquit. Non desunt alii qui non nisi levem agnoscant culpam; quæ opinio humanior est, dummodo tamen pecuniæ ab eo petantur qui fenus exercet, & illi semper animo, & voluntate inhæbat. Quoniam, si ab eo posceretur pecunia qui a fenore exercendo alienus esset, culpæ expers haud esset petens; dans vero, qui absque fenore pecuniam credere nollet, proculdubio flagitium grave perpetraret. Hoc siquidem patet ex iis quæ diximus supra. Illud addendum, quod fusius alibi explicabitur, quodque animadverterunt prius Dominicus Soto, & Paulus Comitolus, fenus videlicet, quod divites nobiles cum mercatoribus exercent, universæ Reipublicæ pernicies invehere. Ingens hominum turba occurrit quæ nihil in bonis cum habeat, ut mechanicarum artium labori se subtrahat, a feneratoribus sub usuris pecuniam mutuatur: quam negotiationi exponit, & de repente campiones, mercatoresque prodeuntes, lautiorem vitam instituunt, luxui, pompisque indulgent, ut divitum hominum sibi famam comparent. At inopinato nativum prodentes inopiam, fractaque creditoribus fide reclamant, se non esse solvendo, seque decoctos manifestant. Hi profecto tamquam publica pestis, inquit Sotus, essent arcendi, & veluti publici latrones coercendi. At subdo ego, non minori supplicio plectendos illos qui fenebrem artem profitentur. Illorum namque crudeli fenore quot familiæ trucidatæ, defetaque non videmus? inquit Comitolus. Quot commercia civitatibus permecessaria partim concidunt, partim non imminuuntur, illorum usuris? Translato quippe isto quæstu a mercatoribus, & opificibus ad usurarios istos, frangitur artificum studia, & industriæ, artesque ipsæ, ex quibus publicum patrimonium hauritur, languescunt, & deficiunt; atque miseri opifices, qui laboribus, ac manupretiis vitam sustinere deberent, molliuntur otio, atque desidia intabescunt inertissima. Verum de hoc fusius suo loco.

XXX. Quæst. VIII. *Quæ caussa requiratur, ut quis deponere licite possit apud feneratorem pecunias, dum prævidetur, eas abillo materiam fenebri distrahendas? & vinum apud tabernarium, qui creditur venditurus illud fore mixtum aqua?* Resp. Thomas Sanchez *Lib. I. in Decal. cap. VII. n. 36.* refert non paucos Theologos docentes nullam requiri caussam in deponente pecunias apud feneratorem eitdem ad usuras faciendas abutirum, eo quod eiusmodi pecuniarum depositio non sit usurarum caussa, nisi valde remota. Verum probabilior est contraria opinio, quam defendunt laudatus Sanchez *loc. cit.* Navarrus *in man. cap. XIV. n. 40.* Molina *Tom. II. de iust. disp. CCCXXXI.* Valentia *in 2. 2. disp. V. quæst. XXI.* Rebellus *Part. II. Lib. VIII. q. XVI.* Castropalaus *tract. VI. disp. VI. punct. 13.* Rationem assignavimus supra. Quando enim prævidetur malus usus alicuius mercis, peccat venditor, si nulla cogente caussa illam vendit. Porro deponens pecunias apud usurarium, dum prævidet eas fenerandas, duo crimina perpetrat: alterum, quo occasionem præbet feneratori usuras exercendi; alterum, quo in damnum mutuatarii influit. Quapropter non desunt Theologi qui hunc depositorem ad restitutionem obligent. Et quamvis opinio huiusmodi dura repiretur a Castropalao; ratio tamen non apparet ita evidens, ut absolute improbari debeat. Si enim qui ensem præbet volenti occidere inimicum, restitutioni damnorum obnoxius est; non apparet cur prærbens materiam exercendi iniustitiam in tertium, eximi a restitutione debeat. Et cum Castropalao adfirmet, deponentem eiusmodi pecunias apud feneratorem absque gravi caussa graviter peccare; concedat oportet, nedum contra caritatem, sed etiam contra iustitiam ipsum delinquere: materiam quippe iniustitiæ exercendæ præbet, atque adeo iustitiam lædit. Qui porro iustitiam lædit, damna quæ inde pro-



proficiscuntur, resarcire astringitur. At cum in praxi vix ad accidere possit, non est cur hac in re diutius sit immorandum. Quis enim est qui, nulla urgente gravi caussa, feneratori proprias pecunias servandas præbeat? Caussa depositionis apud nummularium vix alia esse potest, nisi pecuniæ securitas. Si enim nullum alium invenias cui confervandam secure pecuniam consignare possis; tum absque peccato feneratori præbere tibi licitum est; dummodo, quoad te spectat, usuram prohibeas, solamque pecuniæ securitatem animo intendas.

XXXI. Si vinum quod a te servandum tabernarius accepit, mixtum aqua vendat, si illius venditionis conscius sis, eamque pro virili haud impedias, peccas utique, & ad restitutionem damni teneris: quia tu illius ministerio vendis. Quod si vinum tuum vendis eiusmodi tabernariis, cum prævidentia quod mixtum aqua ab illis vendendum iterum sit, peccas pariter: quia, quoad vales, impedire teneris peccata proximi; & potissimum quæ in damnum tertii vergunt, quæque debitum restitutionis inferunt. Si vinum aliter vendere nequeas, cum hoc sit tibi non leve incommodum, te posse peccatum tabernarii permittere, vinumque illi vendere, docent Sanchez, & Castropalaus. At ego non adeo facile similes permitterem venditiones: quia non video cur venditor impedire nequeat hanc tabernariorum iniquitatem. Potest enim vel illos iudici deferre, vel illis etiam minori pretio vendere quorum sinceritatem minime suspectam habet. Quare vix contigere potest casus in quo nequeas eiusmodi fraudulentos tabernarios vitare, aliisque vendere vinum tuum. At quid, si casus reipsa occurrat? Dico, quod si ubique gravissimo incommodo nequeas differre venditionem, sed necessitate urgente premaris; tunc quemadmodum ab usurario pecunias petere, ita & iniquo tabernario vinum vendere vales. Sed, ut dixi, vix in praxi necessitas similis venditionis occurrere potest. Evenit enim quod ipe maioris pretii, vel alterius lucri, aut commodi similibus cauponibus vinum vendas: & tanti vendere aliis tabernariis cum nequeas, invenditum vinum effingis. Inferiori ergo pretio illis qui meram vinum potandum exhibent, vendito; & cum hi minus lucsentur, minori quoque emunt pretio.

XXXII. Quæst. IX. *Utrum liceat invitare ad ecenam eum qui solvere iejunium paratus est?* Resp. Negat communis sententia: quia invitatur ad actionem quæ, attenta lege prohibente, & specialis circumstantiis, nequit a malitia separari. Peccatum autem est quempiam invitare ad actionem quæ omnibus inspectis obiective noxia est. Quare nec famuli dominis, nec cauponæ hospitibus carnes minisfrare licite possunt ieiunii tempore: quia operam darent actionibus ex præcepto prohibente malis. Verum tamen est, posse, immo debere famulos, & cauponæ præsumere dominos, vel hospites aliqua iusta caussa a legis onere exemptos, nisi contraria indicia occurrant.

XXXIII. Quæri hic etiam solet, licitum ne sit petere iuramentum ab eo qui paratus est falsum iurare; vel licitum sit inducere ad iuramentum verum, quod iurans verum esse ignorat, & alia id genus? Sed omnia discussa reperies in *dissert. de iuramento.*

## CAPUT IX.

*De peccatis scandali quæ adversus castitatem tum a mulieribus, quam a viris perpetrantur.*

I. IMpeditam, ac perdifficilem materiam enucleandam suscipimus. Scandalum bellum suum in castitatis campo potissimum peragit. Hic suas exerit vires, copias omnes illuc advocat, pugnas committit, atque aniusiarum stragem inducit. In his castris sortes Israel pronunt, abiiciuntur clypei Saul, omnis armatura fortium succumbit. Isthic insidias suas veterator ille humani generis hostis innocentiæ parat, stratagemata instruit, præstigia innumera, larvasque adhibet, quibus exitium quod intentat, oculis abscondat. Ut igitur, quoad fieri potest, illius artificia, fraudes, doloique omnes retegam, in varios paragraphos caput istud tribuam. Quæ sit divini verbi, SS. Patrum, Theologorum, atque Casuistarum mens hoc de argumento, explicabo. Prolixus fortasse sermo erit; at recogites velim, libidinem peccatum esse ob quod maxima hominum pars periclitatur. Quid itaque utilius, quam ea omnia manifestare quæ ad hoc perpetrandum flagitium inducunt? Mulierum præstigia, quibus homines ad libidinem provocantur, captum superant humanum. Artes quas homines adhibent, ut mulieres seducant, non minoris sunt efficacitatis: quoniam vanitatem, ambitionem, avaritiam, superbiam, cæteraque impotentiores appetitiones irritant, permoventque.

§. I.

Et si fur vi tui consilii a divite surriperet pecunias, restitutioni ipse obnoxius esses. Nec efficit quod personam non designaveris. Satis fuit consulere ab aliquo divite surripiendas pecunias. Res ex se patet, quin necesse sit argumenta adducere.

XXVIII. Quæst. VII. *Licitum ne sit mercatori a feneratore pecunias petere ad mercaturam exercendam?* Resp. Dominicus Soto narrat *Lib. VI. de iust. & iur. q. 1. art. 5.* hanc quæstionem a mercatore Florentino D. Thomæ propositam fuisse: cui respondisse ferunt D. Thomam, peccatum esse, ut testatur idem Sotus: qui tamen addit non esse ex genere suo mortale, immo quandoque nullum.

XXIX. Ego cum Paulo Comitolo distinguerem. Aut mercator necessitate pressus a feneratore pecunias petit, quibus negotiationem exercere valeat ad se suamque familiam alendam: aut nulla egestate coactus, sed sola cupiditate divitias accumulandi. Si primum, nullo modo peccat omnibus fatentibus Theologis. Si secundo modo pecunias sub fenore petit, juxta multorum gravem sententiam mortaliter delinquit. Non desunt alii qui non nisi levem agnoscant culpam; quæ opinio humanior est, dummodo tamen pecuniæ ab eo petantur qui fenus exercet, & illi semper animo, & voluntate inhæbat. Quoniam, si ab eo posceretur pecunia qui a fenore exercendo alienus esset, culpæ expers haud esset petens; dans vero, qui absque fenore pecuniam credere nollet, proculdubio flagitium grave perpetraret. Hoc siquidem patet ex iis quæ diximus supra. Illud addendum, quod fusius alibi explicabitur, quodque animadverterunt prius Dominicus Soto, & Paulus Comitolus, fenus videlicet, quod divites nobiles cum mercatoribus exercent, universæ Reipublicæ pernicies invehere. Ingens hominum turba occurrit quæ nihil in bonis cum habeat, ut mechanicarum artium labori se subtrahat, a feneratoribus sub usuris pecuniam mutuatur: quam negotiationi exponit, & de repente campiones, mercatoresque prodeuntes, lautiorem vitam instituunt, luxui, pompisque indulgent, ut divitum hominum sibi famam comparent. At inopinato nativum prodentes inopiam, fractaque creditoribus fide reclamant, se non esse solvendo, seque decoctos manifestant. Hi profecto tamquam publica pestis, inquit Sotus, essent arcendi, & veluti publici latrones coercendi. At subdo ego, non minori supplicio plectendos illos qui fenebrem artem profitentur. Illorum namque crudeli fenore quot familiæ trucidatæ, defetaque non videmus? inquit Comitolus. Quot commercia civitatibus permecessaria partim concidunt, partim non imminuuntur, illorum usuris? Translato quippe isto quæstu a mercatoribus, & opificibus ad usurarios istos, frangitur artificum studia, & industriæ, artesque ipsæ, ex quibus publicum patrimonium hauritur, languescunt, & deficiunt; atque miseri opifices, qui laboribus, ac manupretiis vitam sustinere deberent, molliuntur otio, atque desidia intabescunt inertissima. Verum de hoc fusius suo loco.

XXX. Quæst. VIII. *Quæ caussa requiratur, ut quis deponere licite possit apud feneratorem pecunias, dum prævidetur, eas abillo materiam fenebri distrahendas? & vinum apud tabernarium, qui creditur venditurus illud fore mixtum aqua?* Resp. Thomas Sanchez *Lib. I. in Decal. cap. VII. n. 36.* refert non paucos Theologos docentes nullam requiri caussam in deponente pecunias apud feneratorem eitdem ad usuras faciendas abutirum, eo quod eiusmodi pecuniarum depositio non sit usurarum caussa, nisi valde remota. Verum probabilior est contraria opinio, quam defendunt laudatus Sanchez *loc. cit.* Navarrus *in man. cap. XIV. n. 40.* Molina *Tom. II. de iust. disp. CCCXXXI.* Valentia *in 2. 2. disp. V. quæst. XXI.* Rebellus *Part. II. Lib. VIII. q. XVI.* Castropalaus *tract. VI. disp. VI. punct. 13.* Rationem assignavimus supra. Quando enim prævidetur malus usus alicuius mercis, peccat venditor, si nulla cogente caussa illam vendit. Porro deponens pecunias apud usurarium, dum prævidet eas fenerandas, duo crimina perpetrat: alterum, quo occasionem præbet feneratori usuras exercendi; alterum, quo in damnum mutuatarii influit. Quapropter non desunt Theologi qui hunc depositorem ad restitutionem obligent. Et quamvis opinio huiusmodi dura repiretur a Castropalao; ratio tamen non apparet ita evidens, ut absolute improbari debeat. Si enim qui ensem præbet volenti occidere inimicum, restitutioni damnorum obnoxius est; non apparet cur prærbens materiam exercendi iniustitiam in tertium, eximi a restitutione debeat. Et cum Castropalao adfirmet, deponentem eiusmodi pecunias apud feneratorem absque gravi caussa graviter peccare; concedat oportet, nedum contra caritatem, sed etiam contra iustitiam ipsum delinquere: materiam quippe iniustitiæ exercendæ præbet, atque adeo iustitiam lædit. Qui porro iustitiam lædit, damna quæ inde pro-



proficiscuntur, resarcire astringitur. At cum in praxi vix ad accidere possit, non est cur hac in re diutius sit immorandum. Quis enim est qui, nulla urgente gravi caussa, feneratori proprias pecunias servandas præbeat? Caussa depositionis apud nummularium vix alia esse potest, nisi pecuniæ securitas. Si enim nullum alium invenias cui confervandam secure pecuniam consignare possis; tum absque peccato feneratori præbere tibi licitum est; dummodo, quoad te spectat, usuram prohibeas, solamque pecuniæ securitatem animo intendas.

XXXI. Si vinum quod a te servandum tabernarius accepit, mixtum aqua vendat, si illius venditionis conscius sis, eamque pro virili haud impedias, peccas utique, & ad restitutionem damni teneris: quia tu illius ministerio vendis. Quod si vinum tuum vendis eiusmodi tabernariis, cum prævidentia quod mixtum aqua ab illis vendendum iterum sit, peccas pariter: quia, quoad vales, impedire teneris peccata proximi; & potissimum quæ in damnum tertii vergunt, quæque debitum restitutionis inferunt. Si vinum aliter vendere nequeas, cum hoc sit tibi non leve incommodum, te posse peccatum tabernarii permittere, vinumque illi vendere, docent Sanchez, & Castropalaus. At ego non adeo facile similes permitterem venditiones: quia non video cur venditor impedire nequeat hanc tabernariorum iniquitatem. Potest enim vel illos iudici deferre, vel illis etiam minori pretio vendere quorum sinceritatem minime suspectam habet. Quare vix contigere potest casus in quo nequeas eiusmodi fraudulentos tabernarios vitare, aliisque vendere vinum tuum. At quid, si casus reipsa occurrat? Dico, quod si ubique gravissimo incommodo nequeas differre venditionem, sed necessitate urgente premaris; tunc quemadmodum ab usurario pecunias petere, ita & iniquo tabernario vinum vendere vales. Sed, ut dixi, vix in praxi necessitas similis venditionis occurrere potest. Evenit enim quod ipe maioris pretii, vel alterius lucri, aut commodi similibus cauponibus vinum vendas: & tanti vendere aliis tabernariis cum nequeas, invenditum vinum effingis. Inferiori ergo pretio illis qui meram vinum potandum exhibent, vendito; & cum hi minus lucsentur, minori quoque emunt pretio.

XXXII. Quæst. IX. *Utrum liceat invitare ad ecenam eum qui solvere iejunium paratus est?* Resp. Negat communis sententia: quia invitatur ad actionem quæ, attenta lege prohibente, & specialis circumstantiis, nequit a malitia separari. Peccatum autem est quempiam invitare ad actionem quæ omnibus inspectis obiective noxia est. Quare nec famuli dominis, nec cauponæ hospitibus carnes minisfrare licite possunt ieiunii tempore: quia operam darent actionibus ex præcepto prohibente malis. Verum tamen est, posse, immo debere famulos, & cauponæ præsumere dominos, vel hospites aliqua iusta caussa a legis onere exemptos, nisi contraria indicia occurrant.

XXXIII. Quæri hic etiam solet, licitum ne sit petere iuramentum ab eo qui paratus est falsum iurare; vel licitum sit inducere ad iuramentum verum, quod iurans verum esse ignorat, & alia id genus? Sed omnia discussa reperies in *dissert. de iuramento.*

## CAPUT IX.

*De peccatis scandali quæ adversus castitatem tum a mulieribus, quam a viris perpetrantur.*

I. IMpeditam, ac perdifficilem materiam enucleandam suscipimus. Scandalum bellum suum in castitatis campo potissimum peragit. Hic suas exerit vires, copias omnes illuc advocat, pugnas committit, atque aniusiarum stragem inducit. In his castris sortes Israel pronunt, abiiciuntur clypei Saul, omnis armatura fortium succumbit. Isthic insidias suas veterator ille humani generis hostis innocentiæ parat, stratagemata instruit, præstigia innumera, larvasque adhibet, quibus exitium quod intentat, oculis abscondat. Ut igitur, quoad fieri potest, illius artificia, fraudes, doloique omnes retegam, in varios paragraphos caput istud tribuam. Quæ sit divini verbi, SS. Patrum, Theologorum, atque Casuistarum mens hoc de argumento, explicabo. Prolixus fortasse sermo erit; at recogites velim, libidinem peccatum esse ob quod maxima hominum pars periclitatur. Quid itaque utilius, quam ea omnia manifestare quæ ad hoc perpetrandum flagitium inducunt? Mulierum præstigia, quibus homines ad libidinem provocantur, captum superant humanum. Artes quas homines adhibent, ut mulieres seducant, non minoris sunt efficacitatis: quoniam vanitatem, ambitionem, avaritiam, superbiam, cæteraque impotentiores appetitiones irritant, permoventque.

§. I.

## §. I.

*De licito mulierum ornatu.*

I. UT extrema quæque vitentur, primum omnium constituo, ornatum moderatum licitum feminis esse. Ornatus, seu ornamentum describi potest, quod sit concinna vestium dispositio, & partium corporis cultus extrinsecus adiectus ad humanæ pulchritudinem gratiam augendam, aut ad deformitatem nimiorum, vel occultandam. *Ornatus vero* (inquit Angelicus in I. ad Tim. II. lec. 2.) *constituit mulierem ordinatam, & dispositione.* Moderatum ornamentum mulieribus Scriptura sancta olim concedit. Nam servus Abrahæ Isaacum impendit inaures ad ornandam faciem Rebeccæ, & armillas posuit in manibus illius, vestes splendidas, vasaque aurea, & argentea eidem donavit: *Gen.* XXV. In ornamentum tabernaculi mulieres obtulerunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum, anulos, & dextralia, ut habetur *Exodi* XXXV. Noemi sancta mulier, imperante Ruth, lavit se, unxitque, seque cultioribus vestimentis induit: *Ruth.* III. Celebris illa Iudith, viduarum optima, *lavit corpus suum, & unxit se myro optimo, & discriminavit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis incunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & anulos, & omnibus ornamentis suis ornavit se.* Iudith X. Denique Apostolus Paulus moderatum ornatum mulieribus concedit. *Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira, & disceptatione: similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se:* I. Timoth. II. Accedit omnium Patrum, & Theologorum auctoritas. D. Thomas 2. 2. *quæst.* CLXIX. *art.* 2. *ad* 4. perspicue hanc rem edisserit. *Mulieres licite se possunt ornare, vel ut conservent decentiam sui status, vel aliquid superaddere, ut placeant viris.* Rationum quoque momentis ex eodem Angelico petitis idem evincitur. Corporum ornamenta instituta sunt non modo ad naturam fovendam, protegendamque a frigore, æstuque, & ad verenda tegenda; verum etiam ad statum, aetatumque distinctionem prodendam. Porro, sicut in physico corpore membrorum distinctio est, & dispositio cuique parti congrua; ita quoque corpus politicum sua habeat membra propriis distincta signis, & ornatibus opus est, ut ex partium varietate, & optima dispositione universæ communitatis pulchritudo splendeat. Membra quæ actibus eminent, præstantioque tum in physico, tum in politico corpore, ornatiora sunt, & splendidiora ceteris inferioribus. Qua ratione viri nobiles, & magistratus cultioribus præ aliis utuntur vestibus, ut sui status, vel officii dignitatem manifestent, ut inquit Angelicus 2. 2. *quæst.* CLXIX. *art.* 1. *ad* 2. *Illi qui in dignitatibus constituuntur, vel etiam ministri altaris, pretiosioribus vestibus quam ceteri induuntur, non propter suæ gloriam, sed ad significandam excellentiam sui ministerii, vel eius divini.* Pretiosas vestes concedit Angelicus Sacerdotibus, dum altari inserviunt, ut dignitatis splendor quodammodo effulgeat. Ceterum cum non hostias, & sacrificia Deo immolant; sed Doctorum, Apostolorumque personam gerunt, ut populum verbo, & exemplo ad virtutem, ad pœnitentiam hortentur, humillimoribus vestibus indui eos convenit, ut ipsemet Angelicus ibidem subdit. *Præcipue autem competit vilibus vestimentis uti qui alios verbo, & exemplo ad pœnitentiam hortantur; sicut fecerunt Prophetæ, de quibus Apostolus ibi loquitur.* Unde quidam Glossa dicit Matth. III. *Qui pœnitentiam prædicat, habitum pœnitentiæ prætendit.* Illinc spectare debent Ecclesiastici illi qui vano sacræ dignitatis offendendæ prætextu vestes nimium splendidas induunt, cincinnati incedunt, cultumque muliebrem potius quam virilem, tedium ecclesiasticum, ostentant.

II. Porro mulieres, præter recensitos tutius corpora tegendi, natus, nobilitatisque distinguendæ intuitu, viris æque, ac feminis communes, possunt cultiorem adhibere ornatum, vel ut viris suis, quibus matrimonio iunctæ sunt, placeant; vel ut facilius ad nuptias contrahendas viros alliciant. Pulchritudo quippe mulierum prima dos est, & prærogativa qua alios allurunt; quemadmodum viri robore, fortitudine, & gravitate refulgent. Propagatio humani generis finis est ob quem mulier effecta est: non litteris, non armorum peritia, non ingenii sublimitate, sed sola venustate se se distinguit, qua hominibus placere studeat, illisque amorem excitare ad officium matrimoniale peragendum. Quæ doctrina est Apostoli Pauli I. ad Corinth. VII. *Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.* Sola autem pulchritudine, nitido ornatu, atque suavi conversatione viros sibi devincire, illorumque in se corda inflammare





mare possunt. Eiusmodi autem ornamenta etiam iis feminis permitti valent quæ matrimonia inire student; secus eis quæ neque nuptæ sunt, neque ad nuptias aspirant. Hæc omnia communia sunt: nec ullum est apud Theologos dissidium, dum sermo est de congruo mulierum ornatu.

## §. II.

*Immoderatum mulierum ornamentum Scriptura sacra improbat, prohibetque.*

I. VEhementes, & acerrimæ sunt Prophetarum declamationes in superfluum mulierum ornatum. Supplicia gravia minatur Ilaias feminis superfluo ornatu compeis, atque illius ornamenti vanitatem latius describit, & gravissimis flagitiis accenset, ob quæ affligendam Iudæorum nationem vaticinatur cap. III. *Et dixit Dominus: Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & compositio gradu incedebant: decalvabit Dominus vertices filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillos, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & crusines, & anulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suavi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine calvitium, & pro fascia pectorali cilicium.* Nec verbum hic habetur de interiori cupiditate animas ad venerem provocandi. Exterioris ornatus immodicani, criminolamque superfluitatem potissimum describit, improbatque, tamquam internæ libidinis inculcentissimum argumentum. A compta muliere averrendos oculos admonet Ecclesiasticus cap. IX. *Averte faciem tuam a muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit... Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis exardescit.* Similia inculcat cap. XLII. *In medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. Melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens: & mulier confundens in opprobrium.* Salomon superfluum mulierum ornamentum meretricium appellat. Prov. VII. *Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas, garrula & vaga.* Item *Lib. IV. Reg. cap.* IX. divinus Auctor hæc scribit. *Porro Iezabel, introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornavit capiti suum, & respexit per fenestram.* David quoque nimium feminarum ornatum carpit Psalm. CXLIV. *Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi.* Paucis iltis verbis comparat regias Psaltes immodicum mulierum ornamentum templi Deo dicati splendori, ac si diceret: Quemadmodum splendido apparatu instruitur templum Domini, ut fideles alliciantur in Dei cultum; sic mulieres ut templum Veneris appareant, atque in sui amorem accendant amallos suos, anulis, monilibus, ac pretiosis vestibus se se induunt. Quæ sane exquisita ornamenta superbiæ, impudicitiæque argumenta sunt, ut Regina Esther Deum alloquens testatur his verbis cap. XIV. *Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quod sit super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentii mei.* Solum exteriorem ornatum nullo pravo interioris animi desiderio pollutum abominatur Esther tamquam superbiæ signum. Quod confirmat Ezechiel Prophæta cap. VII. *Ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt.* Idemque repetit cap. XXIII. *Circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.* Tandem S. Petrus superfluum muliebrem ornatum his verbis perstringit Epist. I. cap. III. *Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus.* Similia docet Doctor Gentium Paulus I. ad Timoth. II. *Volo similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se; non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa; sed quod decet mulieres promittentes pietatem.* Plura habet Angelicus in interpretatione illius textus D. Pauli dict. II. „ Duo sunt considerandi in ornatu mulierum, „ scilicet simplex ornatus, & fucatus. Sim„ plex ornatus, puta in veste, & auro, „ & huiusmodi; quod potest fieri cum pec„ cato tribus modis, scilicet prava intentio„ ne, ut si intendant commotionem concu„ piscentiæ, ostentationem, vel inanem glo„ riam. Prov. VII. *Præparata ad capiendas* „ *animas.* Secundo, si fiat præter consue„ tudinem patriæ, quod fit diversimode: „ quod enim excedit modum consuetum pa„ triæ, hoc ex levitate animi est. Tertio, si con-

„ si conditionem sui status excedit. Sed ser-
„ vata recta intentione, coniugendae patriæ,
„ & conditione status, non est peccatum.
„ De incato autem semper est peccatum.
„ Mulieribus enim non permittatur ornari nisi
„ propter viros, & viri nolunt decipi, ut fu-
„ catæ eis appareant. Sit ergo non talis or-
„ natus, sed qualis decet mulieres promitten-
„ tes pietatem. Exteriora enim opera homi-
„ nis sunt quasi quædam professio interioris
„ hominis, sicut Religiosi ad hoc habent ha-
„ bitum; & Clerici similiter ... Vel dico,
„ quod debent se ornare non exterius, sed
„ secundum quod decet eas *promittentes*, id-
„ est quæ promittere debent, *pietatem per*
„ *opera bona*."

II. Hoc de argumento iterum sermo redibit infra *cap.* x. ubi maiori in lumine collocabo divinarum Scripturarum germana sensa. Nunc Patrum doctrina transcribenda est.

## §. III.

*Sancti Patres communi assensu execrantur superfluum feminarum ornatum.*

I. INtegros libros ediderunt Patres adversus nimium feminarum cultum, & ornamentum. Ut prolixitatem declinem, pauca tantum delibabo. Tertullianus *Lib. de cultu fœminarum cap.* II. hæc scribit. *Perfecta autem, ideoque christianæ pudicitiæ, appetitionem sui non tantum appetendam, sed etiam exercendam vobis scitis. Primo quod non de integra conscientia venit studium placendi per decorem, quum naturaliter invitatorem libidinis fœminæ. Quid igitur excitas in te malum istud? Quid invitas cuius te profiteris extraneam? Tum quod tentationibus viam aperire non debemus, quæ nonnunquam (quod Deus a suis abigat) instando perficiunt, certe vel spiritum scandalo promovent. Debemus quidem ita sancte, & tota fidei substantia incedere, ut confusæ, & securæ simus de conscientia nostra, optantes perseverare id in nobis, non tanten præsumentes. Nam qui præsumit, minus iam veretur; qui minus veretur, minus præcavet; qui minus præcavet, plus periclitatur. Timor fundamentum salutis est; præsumptio impedimentum timoris .... Quid autem alteri periculo sumus? Quid alteri concupiscentiam importamus? Quam si Deus non auspicando legem, a facto stupri non discernat in pœna, nosco an impune habeat quæ alienæ fuerit causa perditionis. Perit enim ille simul ut tuam formam concupierit, & facta es tu gladius illi: ut esti a culpa vaces, ab invidia non liberevis. Ut cum in alicuius agro latrocinium gestum est, crimen quidem dominum non contingat; dum res tamen ignominia notatur, ipsa quoque in familia aspergitur.... Cum igitur, & nostra, & alterum causa versetur in studia periculosissimi decoris, tam in tantum conflicte, & elaborate pulchritudini suggestum recusandum a vobis sciatis, sed etiam naturalis speciositatis obliterandum dissimulatione, & incuria, ut perinde oculorum incursibus molestum. Nam etsi accusandus decor non est, ut felicitas corporis, ut divinæ plastices accessio, ut animæ aliqua vestis bona; timendus tamen est propter iniurium & violentiam spectatorum, quam etiam pater fidei Abraham in veteris sui specie pertimuit, & sororem mentitus Saram, salutem contumeliæ redemit.* Ipsa naturalis pulchritudo, inquit Tertullianus, igniculos accendit libidinis: quam proinde flammam non excitabit, si exterius ornamentum adiiciatur? Ipse nativus decor negligendus, & dissimulandus propter iniuriam, & violentiam spectatorum: quanto magis itaque contemnendus est ornamentorum superfluus apparatus, & conquisitus pretiosarum vestium splendor? *Hæ pompæ* (subdit Tertullianus, cap. IX.) *quam e proximo exercet luxuria negotium, dignoscere in facili est, quod gratiam decoris cultus societate prostituant. Adeo si desint, teritam, & ingratam reddunt, velut exarmatam, & naufragam. Contra si forma defecit, administrabilum nitoris quasi de suo gratium supplet. Ætates denique requietas iam, & in portum modestiæ subductas splendor, & dignitas cultus avocant, & severitatem appetitionibus inquietant, compensantibus scilicet habitus irritamentum pro frigore ætatis.*

II. Similia scribit Cyprianus *Lib. de disciplina, & habitu Virginum*, ubi lato calamo ostendit, exquisiti ornatus lenocinia, conquisitaque vestium sericarum formas, & colorum diversitatem impudicis, ac effrontibus, secus christianis castisque feminis, congruere. *Cetenum, si tu te sumptuosius ornas, & prepublicum notabiliter incedas, oculos in te iuventutis illicias, suspiria adolescentium post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, suspirandi fomenta suscendas, ut, etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te, & venenum videntibus præbeas; excusari non potes, quasi mente casta sis, & pudica.* Conceptis verbis Cyprianus illorum hic reiicit responsum, quo explicant S. Patrem improbare immodicos mulierum pompas ad lasciviam concitandam, secus ad mulie-



liebrem ornatum adhibitas. Quoniam absolute negat admittendam esse excusationem mulieris, quæ mentem pudicam, castamque ostentat, cum exterius nimium comptam, ornatamque publico aspectui se præbeat.

III. S. Augustinus Lib. III. de Doct. christ. cap. XII. *Sicut*, inquit, *talares, & manicatas tunicas habere apud Romanos veteres flagitium erat.... sic animadvertendum est, in cetero quoque usu rerum abesse oportere quod vitet, vel offendat infirmum, ne ei sit non solum ipsa eorum inter libidinem. Quæ non solum ipsa eorum inter quos vivit, consuetudine negniter abutitur, sed etiam sæpe fines eius egressa, fœditatem suam, quæ inter clausiras morum solemnium latitabant, flagitiosissima eruptione manifestat.* Clarius suam mentem declarat S. Doctor. epist. LXXIII. nunc CCXLV. *Nolo tamen de ornamentis auri, vel vestis præpropera habeas in prohibendo sententiam, nisi in eor qui negue contagiati, neque contagiari cupientes cogitare contagiati, quomodo placeant Deo. Illi autem cogitant quæ sunt mundi, quomodo placeant vel viri uxoribus, vel mulieres maritis, nisi quod capillos nudare feminas (quæ etiam velare caput Apostolus iubet) nec maritatas decet. Fucari autem pigmentis, quo vel rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam maritos se nolle decipi, quibus fallis permittenda sunt fœmine sparsi, secundum veniam, non secundum imperium.* D. Joannes Chrysostomus *hom.* XVIII. *in Matth.* post relatum Isaiæ Prophetæ textum adversus nimium mulierum ornatum subdit: *Audi cum eo etiam beatum Paulum multa illis præcepta ponentem, tum de auri, aut vestis ornatu, tum de intortis arte crinibus, tum de ipsis quoque delitiis, altiusque huiusmodi eas vehementius increpantem.*

IV. Sanctus Gregorius Magnus *hom.* XL. in Evangelia præ ceteris clarius perstringit vanas mulierum pompas. *Sunt nonnulli qui cultum subtilium, pretiosarumque vestium non putant esse peccatum. Quod si culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod divites qui torquebatur apud inferos, bysso, & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta pretiosa, nisi ad inanem gloriam quærit, videlicet ut honorabilior ceteris videatur. Nam quia pro sola inani gloria vestimentum pretiosus quæritur, res ipsa testatur quod nemo vult tur pretiosis vestibus induti, ubi ab aliis non possit videri.*

V. Validius ostendit Tertullianus muliebris ornatus finem esse aut vanam iactantiam, aut fomentum libidinis, aut superbientis animi fastum, Lib. de cult. fem. cap. XI. *Propter ipsum enim conventum, & mutuum videre, ac videri omnes pompæ in publicum proferuntur, ut aut luxuria negotietur, aut gloria insolescat. Vobis autem nulla procedendi causa non tertica. Aut imbecillis aliquis ex fratribus visitandus, aut sacrificium offertur, aut Dei verbum administratur. Quodvis horum gravitatis, & sanctitatis negotium est, cui opus non sit habitu extraordinario, & compositio, & soluto. At si necessitas annititerum, officiorumque gentilium vos vocat; car non vestris armis indutæ proceditis, tanto magis, quanto ad extraneas fidei? ut sis inter ancillas diaboli, & Dei diserimen, ut exemplo sitis illis, ut ædificentur in vobis, ut (quomodo ait Apostolus) magnificetur Deus in corpore vestro. Magnificatur autem per pudicitiam, utique & per habitum pudicitiæ competentem. Sed enim dicitur a quibusdam: Ne blasphemetur nomen in nobis, si quid de pristino habitu, & cultu deseramus. Non auferamus ergo nubis & vitia pristina, simus & moribus iisdem, si & superpelle eadem: & tunc vere non blasphemabunt nationes, Grandis blasphemia, si qua dicatur: Ex quo facta est Christiana, pauperius incedit. Timebit pauperior videri, ex quo locupletior facta est; & sordidior, ex quo mundior? Secundum Gentilium, an secundum Dei placitum incedere Christianos oportet?*

## §. IV.

*Percant mulieres quæ faciei vultum adulterant, ut pulchritudinem, qua fuit destituæ, emendantur, aut ut habitum augeant.*

I. HActenus immodicum, superfluumque ornatum muliebrem ex Scripturis, & Patribus damnatum ostendimus. Altiam in præsentiarum ornamenti, decorisque feminei rationem sub examen vocamus, voltuum nempe fucos, & pigmenta. Quod inventum a dæmonibus ortum ducere, aperte docet Tertullianus *Lib. de cult. fœmin. cap.* V. ubi primum mulieres admonet, se laudquaquam suadere illis aut squalorem, aut lordidam vestiendi rationem, sed lobrium, moderatumque nitorem. *Hæc utique* (quæ nempe supra reculi) *non ad crudam in totum, & ferinam habitudinem insinuandam vobis suggerantur, nec de homo squaloris, & pudoris suadendus; sed de modo, & carne, & instituto corporis excolendi.* Deinceps hæc adiicit quæ sequuntur.

II. *Non supergrediendum ultra quam sua*

plices, & sufficientes munditias concupiscunt, ultra quam Deo placet. In illum etiam delinquunt quæ cutem medicaminibus unguntur, genas robore maculant, oculos fuligine collinunt. Displicet illis nimirum plastica Dei: in ipsis velleruntur, & reprehendunt artificem omnium: reprehendunt enim, cum emendant, cum adimunt, utique ab adversario artifice fumentes additamenta ista, ideoque diabolo. Nam quis corpus monstraret mutare, nisi qui & hominis spiritum malitia transfiguravit? Ille inhabitate huiusmodi ingenia concinnavit, ut in nobis quodammodo manus Deo inferret. Quod nascitur, opus Dei est. Ergo quod fingitur, diabuli negotium est. Divino operi Satanæ negotia superducere, quam sacrilegium est! Servit nostri ab inimicis nostris nihil mutuantur: militet ab hoste Imperatoris sui nihil concupiscunt. De adversario enim esse in cuius manu sis, aliquid ausi postulare, transgressio est. Christianus a malo illo adiuvabitur? Nescio an hoc ei nomen perveneret. Erit enim eius de cuius doctrinis ruinas concupiscit. Quantum autem a nostris disciplinis, & professionibus aliena sunt, quam indigna nomine christiano faciem fictam gestare, quibus simplicitas omnis iudicatur? Effigie mentiri, quibus lingua non licet? Appetere quod datum non sit, quibus alieni affluentia traditur? Adulterium in specie exercere, quibus studium pudicitiæ sit? Edicite beneficia: quomodo præcepta Dei custodietis, lineamenta non custodientes?

*Video quasdam & capillum croco vertere. Pudet eas etiam nationis suæ, quod non Germanæ, aut Gallæ sint procreatæ: ita patriam capillo transferunt .... Crocum capite suo mulier christiana ingerit, ut in aram. Quodcunque enim immundo Spiritui extremari solet, id, nisi probis, & necessariis, & salubribus usibus adhibeatur, ad quod creatura Dei est prospecta, sacrificium videri potest. Sed enim Dominus ait:* Quis vestrum potest capillum atrum ex albo facere, aut album ex atro? *Hæ quæ revincunt Deum, Ecce, inquiunt, pro albo, vel atro flavum facimus gratia facilliorem; quantus & atrum ex albo facere conentur, quos pœnituit ad senectam usque vixisse. Prohtemeritatem! Erubescit ætas exoptata votis, fortuna confitetur, adolescentia, in qua deliquimus, suspiratur, occasio gravitatis iure polatur. Absit a sapientiæ filiabus stultitia tanta. Sanctius, cum plus ecclesiari student, plus detegetur. Hæc est æternitas nostra de capitis inventate .... Quid enim tanta ornandi capitis ouerositas ad salutem subministrat? Quid criniibus vestris quiescere non licet, modo subtrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis? Alia gestium in cincinnis coercere, alia ut vagi, & volucres elabantur non bona simplicitate. Affigitis præterea nescio quas enormitates fabitura, atque texitium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. Mirum, quod contra Domini præcepta contenditur. Ad mensuram nemium sibi adiicere posse pronuntiatum est. Vos plane adiicitis ad pondus colliculas quasdam, sentorum imbilices cervicibus adstruendo. Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti; ne exuvias alieni capitis, forsitan immundi, forsitan nocentis, & gehennæ destinati, sancto, & christiano capiti supparetis. Immo hanc ornatus servientem a libero capite propellite. Frustra laboratis ornata videri; frustra peritissimos quosque structores capillaturæ adhibetis. Deus vos velari iubet: credo, ne quarundam capita videantur. Atque utinam misereremus eæ, in ille die christiana exultationis, vel inter calcanea vestra caput elevem, videre, an cum cerussa, & purpurissa, & cruce, & in illo ambitu capitis vefurgatis. An taliter expitlam Angeli in nebula sublevabunt obviam Christo? Si nunc bona, & Dei sunt, tunc quoque occurrent refurgentibus corporibus, & sua loca agnoscent &c.*

III. Non dissimilia docet S. Cyprianus *Lib. de habitu virginum*, ubi mulieres ornatæ nuptas, & innuptas arguit, quod suis vanitatibus, & pigmentis imaginem illam a Deo sibi impressam adulterare studeant. *Dicit Deus:* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. *Et audet quisquam mutare, & convertere quod Deus fecit? Manus Deo inferunt, quando id quod ille formavit, reformare, & transfigurare contendunt, nescientes quod opus Dei est omne quod nascitur; diaboli, quodcunque mutatur. Si quis pingendi artifex vultum alicuius, & speciem, & corporis qualitatem, emulo colore signasset, & signato iam, consummatoque simulacro, manus alius inferret, ut iam formata, iam picta, quasi peritior reformaret: gravis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impune laturam tam imperitæ temeritatis audaciam, Dei artificis offensam? Ut enim impedita exta hominis, & inscite factis lenociniabus non sis, corruptis, violatisque quæ Dei sunt, prius adultera detineris. Quod ornari te putas, quod putas emi, immundatio est ista divini operis, prævaricatio est veritatis. Mone-*





*ris Apostoli vox est:* Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Nam & pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque festa celebremus, non in fermento vetere, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. *Num sinceritas perseverat, & veritas, quando quæ sincera sunt, polluuntur colorum adulteriis, & adulterinis medicaminum fucis in mendacium vera mutantur? Dominus tuus dicit:* Non potes facere capillum unum album, aut nigrum. *Et tu ad vincendum Domini tui vocem vis te esse potiorem! Audaci conatu, & sacrilego contempta crines tuos inficis, malo præsagio futurorum capillos iam tibi flammeos auspicaris, & peccas, proh nefas! capite, ideoque corporis parte meliore. Et cum scriptum sit de Domino:* Caput autem eius, & capilli erant albi velut lana, aut nix: *tu execraris canitiem, detestaris allorem, qui sit ad Dominici capiti similis? Non metuis, oro, quæ talis es, ne cum resurrectionis dies advenerit, artifex tuus te non recognoscat, ad sua præmia, & promissa venientem removeat, & exuat, increpans rigore censoris, & iudicis eiudat; increpans rigore censoris, & iudicis diceat: Opus hoc meum non est, nec imago dicat: Opus hoc meum non est, nec imago mea est? Cutem felso medicamine pollueris, nostra est? Cutem felso medicamine pollueris, errorem adulteri colore mutasti: expugnata est errorem adulteri colore mutasti: expugnata est mendacio facies, figura corrupta est; vultus mendacio facies, figura corrupta est; vultus alienus est. Deum videre non poteris, quando alienus est. Deum videre non poteris, quando oculi tui non sint quos Deus fecit, sed oculi tui non sint quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit. Illum tu fictata es, quos diabolus infecit. Illum tu fictata es, mutilus, atque depictos oculos serpentis imitata mutilus, atque depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter es, de inimico tuo compta, cum illo pariter & ardura.* Tandem S. Martyr solitam procacium mulierum excusationem placendi maritis repellit. *Videriut quid sibi nupta per placendi studium de coniugum solatio blandiantur, quos, dum in excusationem suam proferunt, ad societatem criminosæ consensionis adiiciunt.*

IV. Verum D. Ambrosius *Lib. I. de virg. cap. VI.* magna eloquentiæ ubertate, & vi argumentationis etiamnoli futilem uxorum pretextum exiuffiat, eumque in mulieres aplas retorquet. *Hinc illa nascuntur incentiva vitiorum, ut quæsitis coloribus ora depingent, dum viris displicere formidant, & de adulterio cultus medianatur adulterium exsitiatur. Quanta hic amentia, effigiem mutare naturæ, picturam quærere, & dum veruntur maritale iudicium, prudere suum! Prior enim de se pronuntiat, quod cupit mutare quod nata est. Item dum aliis studet placere, prius sibi ipsa displicet. Quem iudicem, mulier, ve-*



*rionem requirimus deformitatis tuæ quam te ipsam, quæ videri times? Si pulchra es, quid abscunderis? Si deformis, cur seroro-jam te esse mentiris, nec tuæ conscientiæ, nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim alteram diligit; tu alteri vis placere? Et iacceris, si amet alienam, qui adulterare in te docetur? Mala magistra es iniuriæ tuæ. Lenocinari enim vitugis etiam quæ passa lenocinem est; ac licet vilis mulier, non alteri tamen, sed sibi peccat: tolerabiliorque propemodum in altero crimina sunt: ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur.*

V. Hanc eamdem doctrinam confirmat D. Hieronymus epist. XXIII. ad Marcellam. *Illa christianos oculos scandalizent potius quæ purpurisso, & quibusdam fucis, ora, oculosque depingunt, quarum facies γύψεα, & nimio candore deformes, idola mentiuntur; quibus si forte imprimitis lacrymarum stylla ceruperit, sulco defluit: quas nec numerus annorum potest docere, quod vetulæ sint, quæ capillis alienis verticem struunt; & præteritam iuventutem in rugis antibus polimit: quæ denique ante nepotum gregem tremantes virgunculæ componuntur. Erubescas mulier christiana, si naturæ cogit decoreu, si earnis curam facit ad concupiscentiam, in qua qui sunt, secundum Apostolum, Christo placere non possunt.*

VI. Omittis plurimis aliis sanctorum Patrum textibus, iubet adiicere dumtaxat paucos sancti Paulini versus, ex epithalamio in Iulianum, eiusque uxorem.

*Absit ut idolici videatur filia templi,*
*Gentis apostolicæ filia facta domo.*
*Non fucis maleficta cutem, neque luminа nigro*
*Pulvere, nec flavo tincta colore comam.*
*Purum naturæ decus asperuata superbo*
*Crimine, divinum in se sibi damnat opus.*
*Frustra hæc se mulier iactaverit esse pudicam,*
*Quæ se tam variis ornat adulteriis.*
*Vos autem, iuvenes Christi, fugite omnia quorum*
*In damno pretium est, usus in interitu.*
*Credite divinis verbis, de cultibus istis*
*Pœnalem cupidis fungere meretricem.*

VII. D. Thomas 2. 2. *quæst.* CLXIX. *art.* 2. *ad* 2. docet, mulieres le fucantes semper peccare, non tamen mortaliter. *Mulierum fucatio ... non potest esse sine peccato .... Non semper tamen talis fucatio est cum peccato mortali; sed solum quando fit propter lasciviam, vel in Dei contemptum.* D. Bernardinus Senensis cum Alexandro Alensi Tom. I. *ser.* XIVII. *art.* 1. docet, *quod mulieres se*

*minus linientes, aut adulterinos crines portantes propter tria mortaliter peccant... Quærit enim Alexander de Ales in IV. diff. de Euchar. Sacram. utrum fucatæ, aut adulterinos crines, seu virorum, seu mortuorum, tui ornatum sibi usurpantes, debeant accedere ad sacram communionem? Et respondet, quod talis mortaliter peccant, & indignas se efficiunt sacra communione. Et hoc esse dicit maxime propter tria, quæ inde sequuntur. Primo offendit Deum: secundo offendit proximum: tertio offendit se.* Hæc pauca delibasse ex Patribus sufficiat. Nonnulla alia infra dabimus, tum exceptiones quas opponere recentiores solent, retundemus.

## §. V.

*Iuniorum Casuistarum placita hoc de argumento.*

I. NIhil frequentius in ore habent non pauci docti iuniores conscientiarum arbitri, quam enixissime Theologiæ scientiam indidam a Patribus, a semetipsis inventam, quæ temporum genio deservisset, inclamare. Contendunt isti morum regulas a Patribus minime pro dimidiate, & necessitate traditas, quod hæc, si superis placet, sint temporum vicissitudini obnoxiæ. Perculebre effatum Reginaldi *in præf.* Cellotii *Lib. VIII. de liter. cap.* XVI. referibendum est. *Quarum casus temporum Doctores temporum. Bellarmini illo Criteum, si ex S. Augustini doctrina dissolvere possit emergentes nodos circa sanctum, irregularitates, interdicta; omnesque extractus ex Gregorii Hyssenii, & Navarrani placitis componere. Quæ circa finem emergunt difficultates, a veteribus haurienda; doctrina vero morum a recentioribus sumenda.* Verum sane adfirmant recentiores isti, si de eis laxitatibus lerno sit quas ipsi inveverunt; falsum autem, si de regulis loquantur quæ ad compendendos mores iuxta evangelicas leges, & ipsius naturæ præcepta necessariæ sunt. Hoc comperum est ex iis quæ antiqui Patres tradiderunt, quæque supra transcripsimus de mulierum ornatu, quem moderatum permittunt, superfluum damnant, Scripturarum momentis, rationibusque adductis. Et ne gratis hæc afferere videamur, quæ dolent hoc de argumento recentes Doctores, in medium adducenda sunt. Hinc enim palam fiet, & veteres sanctos Patres morum difficultates satis superque explicasse, & recentiores Patribus, & divinis Scripturis adversantia excogitasse.

II. P. Antoninus Diana *Tom. VII. Teol. exord. resolut. 9. num. 16.* relata doctrina P. Francisci Suarez damnantis immoderatum feminarum ornatum, hæc scribit: *Sed ego puto non peccare, etiamsi esset superfluus, & maximus; dummodo sit secundum morem patriæ.* Quam sit hæc opinio omnium Patrum doctrinæ repugnans, nemo non videt. Hæc profecto sunt casuum resolutiones quas Patres ignorarunt. Si ornatus *superfluus, maximus* licitus est; nullum ergo ornatum detestantur Scripturæ, & Patres. Non sobrium, & moderatum: non superfluum, & maximum, iuxta Dianam. Ergo nullum. *Dummodo sit secundum morem patriæ.* Patriæ ergo consuetudo superfluitatem muliebris ornatus licitam efficere valet? Sed a superfluis cuiusque generis natura ipsa abhorret. An ne Patres in solum ornatum recenter invectum zelum exaltarunt? Omnibus compertum est, sanctos vitos ea mulierum ornamenta damnasse quæ erant diuturna consuetudine, seu verius dicam, inveterato abusu firmata. Quin hanc pravam consuetudinem, qua se se tegere contendebant mulieres, ut nunc etiam contendunt, diris devoverunt.

III. P. Leonardus Lessius rem hanc latius expendit. Patrum, & Scripturarum momenta adversus feminarum ornamenta sibi opponit, hisque commentariis ea exponit. Apostolorum Petri, & Pauli, & Prophetarum mandata asserit vel non esse præcepta, aut fuisse præcepta illius temporis mulieribus accommodata, ut Ethnicos ædificarent. Sic enim scribit Lib. IV. cap. 13. dub. 14. num. 114. *Scripturæ illæ vel continent exhortationem, cum nullum verbum præceptivum habeant, vel si continent præceptum, agitur de illis quæ se ornabant, ut aliis placerent, ut notat D. Thom. ex Gloss. vel vetat propter ædificationem Ethnicorum expediebat illo tempore præcipi.* Adeo a veritate abhinc huiusmodi commentarius, ut e contrario mulieres nunc temporis nimium sinum ornatum excularent, ne ansam Ethnicis blasphemandi nomen Dei præberent, similima comptæ inederent. Audi illarum excusationem, quam refert Tertullianus Lib. de cult. fem. cap. XI. *Si necessitas amicitiarum, officiumque gentilium vos vocat; cur non vestem animis iratis proceditis, tanto magis, quanto ad extraneos fides? .... Sed dicitur a quibusdam: Ne blasphemetur nomen Dei in nobis, si quid de pristino habitu, & cultu detrahamus.* Quid respondet præbet Tertullianus? *Non auferamus ergo vobis & vitia pristina: simus*



*& moribus ipsis eadem, si & superficie eadem. Tunc vere non blasphemabunt nationes.* Non ergo ædificationem, sed scandalum potius concipiebant Ethnici ex humili christianarum mulierum ornatu. Nec propterea splendidiorem cultum feminis Tertullianus concedit; sed illas hoc effato ad incitas redigit: *Secundum Gentilium, an secundum Dei placitum incedere Christianas oportet?* Viden quomodo quarum casus temporum Doctores temporum? Ceterum nec ego ita rigide interpretanda esse laudata Scripturæ verba contendo, ut quemlibet ornatum sub mortali prohibeant. Alioquin, ut optime advertit S. Antoninus *II. Part. tit. IV. cap. V. §. 7.* letaliter peccaret Regina, si vestem auro intextam, si gemmas, & monilia deferret; quod est absurdum. Verba ergo Apostoli, & aliarum Scripturarum sub culpa gravi, & severo mandato vetant ornatum superfluum, lascivum, notabiliter ad venereum allicientem. Consilii, & exhortationis titulo quamlibet pretiosam vestem dimittendam suadet. Extrema ergo vitanda, ut sunt hæc: *Nullum ornatum, tamsi superfluum, & ad libidinem incitantem, Apostolus vetat. Omnem ornatum vanum, & superfluum sub mortali Scripturæ sanctæ vetant.* Hæc duo extrema cavenda sunt, illudque ut certum tenendum, sub mortali prohiberi impudicam indumenti formam, ornatumque iuxta prudentium æstimationem ad luxuriam graviter concitantem. E contrario pro vero habendum est, ornatum mulebrem, leviter superfluum, & vanum, culpam venialem non excedere. Quando postea leviter, vel graviter ad libidinem provocet, vix definiri, ut alias diximus, potest. Infra tamen regulas dabimus. Consule D. Antoninum *loc. cit.* ubi in utramque partem disputat, & vix definire audet, sicut nec ego generalem regulam designare intendo.

IV. Non minus animadversione digna sunt quæ docet P. Lessius figillatim de immodesto mulierum ornamento. Contendit ille tunc solummodo (quantum quidem ex exemplo quod affert, colligi potest) feminas grave scandali peccatum perpetrare, cum vestes adeo lubiles, & pellucentes gestant, ut pudenda mynime occultent. *Tertio ratione scandali, ut si quis utcretur veste adeo tenui, vel ita conformata, ut per eam pudenda non satis tegerentur.* loc. cit. num. 111. Quenam vel ex prostitutis mulierculis tam proiectæ pudicitiæ, ut pudenda non occulter? Quinnam Patrum sanctorum in suis adversus mulebrem cultum declamationibus tantæ impudentiæ meminit, vel feminis improperavit? Capitis nuditatem, crinium artificiosam dispositionem, vestium, margaritarum, anulorumque pretiosum apparatum in illis redarguunt. Pudendorum manifestationem nemo unus redarguit, quod ipsa horrorem ingerat. Vultus quoque fucos acerrime detestantur Patres; sed Auctor ille nil mali in fucatis mulieribus agnoscit loc. cit. n. 3. *Denique pingere faciem, eique varios colores inducere, non est per se malum, sed indifferens: similiter per hoc intendere pulchritudinem, artificio invare, ac exornare opus naturæ. Ergo nihil hic mali, nisi ratione excessus in affectu, & usu rei indifferentis.* Confer hanc cum Patrum, quam supra dedimus, doctrina, ut colligas, quam sint antiquis Doctoribus recentiorum temporum Theologi repugnantes. Mulieres vultum pingentes Dei imaginem adulterare, fallam pulchritudinem ementiri, divino artifici manum inferre, aliaque flagitia perpetrare, Patres docent. Probabilismus e contrario enimodi lenocinia, & fucatum prætigia nil mali continere, atque inter adiaphora reponenda, universo reclamante Patrum choro, defendunt.

## §. VI.

*Quandonam mulierum ornatus superfluus censendus mortalis sit, aut venialis.*

I. HActenus ex Scriptura divina, & Patribus ostensum est, feminis licitum esse ornatum moderatum, illicitumque superfluum. In præsentia videndum, in quo hæc superfluitas sita sit; & quandonam venialis tantum sit excessus, quando vero graviter culpabilis. Extrema declinanda sunt rum leventatis, rum laxitatis. Quæ certa sunt, servari omnino debent; quæ benignam patiuntur interpretationem, suaviis exponenda. Superfluum, immoderatumque ornatum malum esse certum est. Evidens ergo, aberrare a vero recentiores Casuistas non paucos, qui hæc superflua ornamenta, ut malitiæ expertia propugnant. Hæc adeo sunt comperta & explorata, ut disputationi locus non sit. Id quod maximum facessit negotium, est indicare, in quo ornamenti excessus situs sit, & quando venialis, quando vero mortalis reputari debeat. Regulæ generales certæ designari vix, ac ne vix quidem possunt, ob circumstantiarum diversitatem.

II. Ut autem in materia adeo involuta,

& perdifficili extrema devitemus, illud semper memoria repetendum est, ornatum fciificet muliebrem licitum esse, fuaque natura indifferentem. Quod autem absolute malum non est, illius excessus, vel defectus numquam est mortalis, utiquedum intra sui generis limites consistit; sed venialis tantum, ut optime Caietanus 2. 2. *quæst.* CLXIX. *art.* 2. ostendit. Idque pater in quolibet rei indifferentis usu, ut in appetitu honorum, divitiarum, cibi, & potus. In his enim excessus, omni circumstantia extranea præcisa, non est mortalis, sed venialis, eo quod superfluus alias sit rei quæ natura sua mala non est; sicuti non esse curam propriæ corporis, pulchritudinem, muliebremque ornatum, ostensum est. Quare mulieres quæ, ut viris suis placeant, in pretiosioribus vestibus, anulis, monilibusque excedunt, non nisi venialiter delinquunt, re absolute spectata intra genus ornamenti. Idem dicendum de puellis nuptias anhelantibus; immo de muheribus generatim quæ ob inanem quamdam iactantiam, vel ut inter ceteras pulchræ appareant, nonnisi venialiter illas delinquere dicendum videtur, docentque communiter Theologi.

III. Verum hic animam errandi non pauci Theologi recentiores arripiunt. Vix enim gravis culpæ damnant in praxi muliebris ornamenti excessum, eo quod absolute, & in ima metaphysica notione spectatum mortalem malitiam non involvere dictum est. Ne hac illusione decipiamur, animadvertendum, quod plurimæ, & frequentissimæ occurrunt circumstantiæ, vi quarum excessus illius ornamenti graviter criminosus evadit. Prima est pravus finis provocandi ad venerem. Secunda effectus qui inde passim sequuntur, inanitiæ nimirum, furta, solutionis debitorum omissio, mercedis retentio, eleemosynarum neglectus, patrimonii cum filiorum damno dilapidatio. Tertia affectus impotens, atque ita paratus, ut nihil curet vel ipsum peccatum, dummodo suam expleat, satietque cupiditatem. Postrema, & omnium frequentissima, est scandalum proximi, qui ob inverecundum, fulgidumque ornatum ad libidinem illicitur. Hæ circumstantiæ aut separatim, aut coniunctim passim occurrunt. Idcirco mulieres, quæ nulla cohibitæ modestiæ, verecundiæ, ac temperantiæ lege, hodiernæ consuetudini, quæ vulgo *Moda* nuncupatur, sese dedunt, quæque nullum non movent lapidem, ut suo vano genio satisfaciant, vix culpam gravem evadunt, ut infra dicemus.

IV. Ut tamen pressius, quoad fieri, potest, difficultatem dispiciamus, distinguenda sunt superfluitatis genera. Nam superfluitas in uno genere erit venialis, in alio mortalis. Si excessus sit in vestibus, in anulis, in gemmis, monilibusque nimium pretiosis, præcisa circumstantia expensarum, quæ proprium statum, & conditionem excedant; culpa non erit nisi venialis. Si vero superfluitas sit in ornatu inverecundo, & exquisito, nimiumque ad venerem incitante; culpa poterit esse mortalis. Vestis pretiosior ex holoserico, auroque intexta, sed gravioris formæ, coloriscque subobscuri, minus ad malum provocat, quam vestis lanea, sed colore vividiore, rubro nempe tincta, & alia candida, & subalba distincta, & cincinniore forma dispositа. Facilior est in secundo quam in primo genere excessus gravem inferens culpam. Sed neutrius generis letalis malitiæ certa sigi regula potest. Ut capite ultimo dicturi sumus, ex feminarum statu, conscientia, morum vel integritate, vel pravitate, aliisque circumstantiis culpa gravis, vel levis colligi potest. Interim quæ hac de re docet divus Antoninus Archiepiscopus Florentinus, transcribam. „ Quantum ad ipsum ornatum in se duo possunt ibi vitia inveniri; scilicet superfluitas expensæ, quæ pertinet ad prodigalitatem; & incentivum, seu excitativum libidinis, ad quod illud inducit. Et quantum ad superfluitatem, quum non omnis prodigalitas sit mortale, sed aliquando, & frequentius veniale; ideo isto respectu non poterit illud iudicari mortale, nisi fuerit valde evidens, & enormis excessus .... Quantum autem sit ille excessus quoad superfluitatem, seu prodigalitatem, ornatus, quod faciat mortale, fateor me nescire dare regulam generalem, nec de facili posse dari, nec reperio aliquem dedisse. Unde prudentiæ, & arbitrio boni viri relinquendum est. Inquantum vero iple ornatus mulieris est provocativus ad lasciviam, videtur ibi distinguendum de occasione data sufficienter, vel accepta ... Poterit autem esse tantus excessus, quod erit ibi occasio etiam data ex parte mulieris se ornantis. Qualis autem sit ille excessus, ut mortale valeat iudicari, ad arbitrium boni viri videtur dimittendum. Boni viri dico, non solum in conscientia, sed in sufficienti peritia circa huiusmodi. Sed ex his quæ notat Alexander de Ales in suo II. non de facili debent huiusmodi mulieres de mortali condemnari. "

§. VII.



## §. VII.

*Mulieres superfluo ornatu cultu iudicia produnt impudicitiæ.*

I. Regulæ quam ex D. Antonino modo retuli, omnino subscribo, non esse videlicet mulieres ob ornamenti excessum illico, præcipitique iudicio gravis noxæ damnandas. Sed neque nimia facilitate asserendum est, illas vanis onustas pompis evangelicam cæli viam premere. Tametsi ornatus iste, etiam superfluus, non sit genere suo mortalis culpæ, ut iam dictum est; ob ea nihilominus quæ frequentissime infert damna, gravem sæpe contrahit malitiam, ut sequenti paragrapho ostendam. Nunc communi Patrum confessione palam faciam, mulieres immodico superfluoque ornatu comptas, quæque, nulla habita modestiæ evangelicæ ratione, impotenti sollicitudine recentes exterioris vestitus formas, & consuetudines affectant, validissima præsterre impudicitiæ argumenta.

II. Patriarcha Chrysostomus sua solita eloquentia assertionem nostram confirmat hom. VIII. in I. ad Timoth. II. *Per exteriorem cultum, & habitum plures post se trahunt amatorum greges; atque ita plurimos pessimæ suspitionis non curent; utique proinde suis modi lucrantur ornatu, immo & plurimis ex ea opinione nocuerunt. Nam quemadmodum impudica, etiamsi pudica videatur, nihil ex huiusmodi opinione lucratur, quam iudex ille noster occulta omnia tunc in medium prolaturus sit; ita & pudica quidem, si per habitum studeat adhiberi opinione notari, quicquam ex pudicitiæ opinione locrata est. Plurimos enim & ipsa ex hac opinione iuvavit. Verum quid agam, inquies, si alius de me pessime suspicetur? Tu unice suspicari per habitum, per incessum, atque aspectum, & omnem corporis motum somnata manifestat.* Similia scribit D. Gregorius Nazianzenus in tra I. adversi. mulier. te ornantes. *Hæc artificia non pudicitiæ sunt, sed lasciviæ, ac libidinis ... Ferunt insolentem pavonem, cum curvato collo, pennisque gemmantibus circumlum efficit, feminas clangore suo ad venerem incitare. Eodem modo adinodum mirabor, si tu etiam ob caudam formam pingas quam ut nitidorum, & fallacium virorum oculos ad te convertas.*

III. Tertullianus Lib. de cult. femin. cap. IX. *Hæ pompæ quam de proximo curent luxuriæ negotium, & obstrepant pudicitiæ disciplinis, dignoscere in facili est, quod gratiam decoris cultus societate prostituant.* Subdit iustus cap. XII. *Leuconia femina numquam non prostituto corpori connincta, & debita etiam Scripturæ suggerunt. Illa civitas valida quæ super septem montes, & plurimas aquas præsidet, quum prostitutæ a Domino appellationem meruisset, quasi habitu appellationi suæ comparata est? Sedet certe in purpura cum cocco, & auro, & lapide pretioso: quæ maledicta sunt, sine quibus non potuit maledicta, & prostituta deserbi. Thamar illa, quia se expinxerat, & ornaverat, idcirco iuda suspicione visa est quæstui sedere; adeo, quia sub velamento latebat, habitus qualitate quæstuariam mentiente, fecit ut quæstuariam, & voluit, & compellavit, & pactus est. Unde addiscamus adversus congressus esse, & suspiciones impudicas provocandum omni modo esse. Quid enim castæ mentis integritas in alterius suspicione maculatur? Quid speratur in me quod averser? Cur non mores meos habitus pronuntiat?*

IV. Tandem *cap.* XIII. excutationem illarum reiicit mulierum quæ interiorem iactant castitatem inter pomparum illecebras intaminatam, *Aliqua forsan dicet: Non est mihi necessarium hominibus probari: nec enim humanum testimonium requiro. Deus conspector cordis est. Scimus omnes, quam tamen quid idem per Apostolum dixerit, recordemur.* Probum veltrum coram hominibus appareat. *Ad quid, nisi ut malitia ad vos accessum omnino non habeat, & ut malis & exemplo, & testimonio sitis? Aut quid est* Luceant opera veltra? *Aut quid nos Dominus lumen terræ vocavit; quid civitati supra montem constitutæ comparavit; si non relucemus inter tenebras, & exstamus inter demersos? ... Pudicitiæ christiana satis non est esse, verum & videri. Tanta enim debet esse plenitudo eius, ut emanet ab animo in habitum, & eruditet a conscientia in superficiem, ut & foris inspiciat, quasi supellectilem suam, ut conveniat fidei continendæ in perpetuum. Discutiendæ enim sunt delicie, quarum mollitie, & fluxu fides virtus effeminari potest. Ceterum nescio an manus spathalio circumdari solita, in duritia catenæ stupescere sustineat. Nescio an cervix de periscelio in nervum se patiatur arctari. Timeo cervicem, ne margaritarum, & smaragdorum laqueis occupata locum spathæ non det. Quare, benedicte, meditemur duriora, & non sentemus .... Ne diluxeritis aurum, in quo prima delicia populi Israelitis denotantur. Odisse deberis quod Iudæos perdidit,*

didit, quod, derelinquentes Deum, adoraverunt. Iam tunc aurum ignis est esca. Cetera tempora Christianorum semper, & nunc vel maxime, non auro, sed ferro transfiguntur: stola martyrium præparatur .... Proinde vos tam medicamentis extructa Apostolorum, fumentes de simplicitate canderem, de pudicitia ruborem, depicta oculos verecundia, & os tacitumitate, inferentes in aures fermonem Dei, annectentes cervicibus iugum Christi. Caput maritis subiicite, & satis ornatæ eritis. Manus lanis scropate, pedes domi figite, & plus quam in auro placebunt. Tegite te vos ferim probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiæ. Taliter pigmentate Deum habebitis amatorem.

V. Clemens Alexandrinus *Lib.* III. *pædag. cap.* III. inquit: *Sicut nota inusta fugitivum, ita etiam fictitios colores adulteram indicant.* D. Cyprianus Lib. de habit. virg. *Excusari non potes, quasi casta sis, & pudica. Redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus.* Audiamus & Hieronymum epist. ad Demetriadem: *Crines a fronte dimittunt, eatem poliunt, utuntur pigmentis, adstrictas habent manicas, vestimenta sive rugat, sive quæ crispantur, ut sub nomine virginitatis vendibilius pereant.* S. Bernardinus Senensis *Tom. I. serm.* XLIV. *art.* I. *cap.* II. post allatum hinc evangelium textum, *Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala*, Matth. XII. sic perseguitur. *Secundum enim quod vanum, & carnale est cor, extra in corporis amictu profert thesauros vanitatis. Nam plerunque homines affectant de signis signata, de circulo tabernam, & de signo furis æstimant furem. Meretricius habitus signum est meretricii actus; sicut habitus monialis monialem ostendit; & sic de aliis. Contemplare hominem, sive mulierem ab extra; & satis clare intelliges quid commuuiter sit ab intra, teste Ecclesiastico, qui* XIX. *cap. ait: Amictus corporis, & risus dentium, & incessus hominis indicant de illo.*

VI. Adductis Patribus, ceteris plurimis omissis, addo celeberrimum Iurisconsultum Andream Tiraquellum, qui *part.* III. *n.* 26. *in tertiam legem connubialem* hæc scribit. *Nec mulieres tantum impudicæ, sed pudicissimæ quoque eo effectu maxime prosunt, ita ut ob id nonnunquam in suspicionem impudicitiæ veniant. Legimus enim Claudiam Vestalem, quum semper habita esset impudica ob nimios corporis cultus, quum ex libris Sibyllinis Idæa Mater esset accita, & in vado Tiberini fluminis navis, in qua vehebatur, hæsisset, nec ullo modo, aut ulla vi commoveretur, Deam submisse genuflus orasse, ut si se castam indicasset, suum cingulum sequeretur: ita navium quæ ab omni incentate non valuit commoveri, ab una illa muliere fuisse commotam; quod a Lactantio scriptum est Lib. II. qui est de origine erroris, & nonnihil etiam tradit Livius Lib.* IX. *belli Punici secundi, & Plinius Lib.* VII. *cap.* XXXV. *& alter Plinius iunior in Lib. virorum illustrium, ex quo & illud est Ovidii Lib.* IV. *Fastorum de eadem. Casta quidem; sed non & credita. Rumor iniquus*

*Laserat, & falsi criminis acta rea est.*

*Cultus, & ornatus varie prodisse capillis*
*Obfuit, a rigidos promptaque lingua sonos.*
*Livius Lib. ab Urbe condita* IV. *meretrix prodidit, Posthumiam, & ipsam virginem, de incesto cum suis dixisse, crimini obnoxiam ob suspicionem ob cultum amatorem, tandem absolutam: sed eam tamen Pontifex maximus sancte potius quam scite Deam colere iussit.* Vel ipsis ergo Ethnicis argumentum vitium est impudicitiæ quæsitus mulierum ornatus, nimiusque cultus. Videant recentiores Catullæ, utrum etiam Paganis impingere valeant Rigoristarum notam, quod damnent ceu lividinis signa eas vanitates quas ipsi ut innocuas defendunt.

VII. Tandem D. Bernardinus Senensis excusationem sibi obiicit satis familiarem, qua mulieres vanitatibus suis prælidium quærunt. Reponunt enim, se D. Pauli monitis parere, cum non ob aliam se finem ornent, nisi ut viris suis placeant. Utique Apostolus docet, mulieres nuptas eo studia sua collineare, ut placeant viris suis. Sed numquid laudet ut virorum amorem, & affectum sibi concilient vultuum pigmentis, ornatu superfluo, gemmarum, monilium, margaritarum pretiositate; si hæc omnia immo ille prohibet? Sed audiamus Senensem Seraphicum loc. cit. serm. XLIV. art. 2. cap. 1. *Sunt & aliæ plures, quæ ad excusandas excusationes in præceptis dicunt se hoc agere, ut placeant viris suis, ne in alia detestabilia ruant, ut quasi quodam rete, vanitate utuntur ad proprios retinendos viros, ne ab aliis cupiditatibus capiantur. Sed, quæso, responde mihi, o mulier, habitaculum vanitatis: quare hoc rete tibi expandis, ubi non est vir tuus? Cur potius te exornas, cum in publicum prodis, quam cum a viro tuo in secreto thalamo de propinquo videris? Ibi quasi quædam Regina compares; hic vero quasi quoddam carnis monstrum apparet. Ibi nequaquam licet velle alteri viro placere; hic vero licitum est cum moderamine honestatis ob legitimum cuiusdam mariti gratium quærere. Sed similis es quibusdam quæ dum se fingunt silvestres columbas, & aves capere velle, domesticis, ut eas capiant, insidias ponunt... Sunt etiam aliæ plures, quæ dicunt: Sic vult, sic præcipit coniux meus: parere necesse est. Quibus rationibus respondetur, quod si hoc placet, o mulier, viro tuo; non placet tamen hoc Domino tuo. Audi beatum Petrum, qui Act. V. dicit:* Oportet magis placere Deo quam hominibus. *Sed audi & tu, vir vanus, & excors: si vis uxorem tuam non esse meretricem, cur vis illam meretricem videri? Si forte autem illam amittere cupis, placeat Deo tuo quod tam illam non amiseris; cum certum sit quod ex hoc illius, & tuam, & aliarum multarum animas perdis, sicut Ezech. cap.* XIII. *scriptum est:* Vident vana, & deviant, *scilicet a tramite honestatis.*

VIII. Hunc eumdem prætextum prius evulserat Tertullianus Lib. de cult. fem. cap. IV. *Quasi gentilibus dicam gentilis, & communi præcepto alloquens vos: solis maritis vestris placere debetis. Intantum autem placebitis eis, inquantum alteri placere non curaveritis. Secunæ estote, bonadeæ. Uxor nulla deformis est marito suo. Satis placuit, cum electa est, seu moribus, seu forma commendata. Ne quæ vestrum putent, si temperaverint a compositione sui, odium & aversionem maritorum profecturas. Omnis maritus castitatis exactor est. Eommam vero fidelis non expectat: quia non ildem bonis quæ gentiles putant, capiuntur. Infidelis contra, etiam suspectam habet, vel propter illam sceleratam in mas opinionem gentilium. Cui ergo pulchritudinem tuam nutris? Si fideli, non exigit; si gentili, simplicem non credit. Quid gestis aut suspecto, aut non desideranti placere?*

## §. VIII.

*Immodicus mulierum ornatus sæpe letalis est ob superfluam, prodigamque dotium abs sumptionem. Hinc non familiæ modo, verum etiam civitates, & regna ad egestatem rediguntur.*

I. FAmiliarum patrimonia aut imminui, aut penitus in fumum abire ob muliebres pompas, lamentantur omnes. Statuum gradus confundi, rerum, & personarum ordinem pervertí, iacere artes, languere mercaturam, nobilium dignitatem ad extremam sæpe redigi egestatem propter immodicas in adornandæ feminis impensas, experientia testatur, voxque communis inclamat. Quod porro altius animum exulcerat, lacrymasque exprimit, est vix reperiri qui reipsa, dum iudicium peculiare super vano muliebri ornatu ferendum est, letalis culpæ mulieres damnet. Omnes vel benigniores Probabilistæ graviter peccare mulieres docent, cum impendio magis excedunt in ornatu quam ferat familiæ status. Hic autem excessus gravis, nedum levis, in omnium oculos se se ingerit. Nihilo vero secius quot sunt vel Confessariorum, vel Confessariorum, qui aut mortalis noxæ damnent, aut divinæ reconciliationis indignam aliquam vel vanissimam mulierem iudicent, propter manifestam, evidentemque ornamentorum superfluitatem? Quare verendum summopere est ne simul cum nimium cultis feminis æternas daturi sint pœnas Theologorum, & Confessariorum non pauci, ut capite ultimo cum D. Bernardino Senensi ostendemus. Ne tamen gratis hæc a me dici quispiam suspicetur, nonnulla ex præfato Seraphico Bernardino istuc transferre libet.

II. Innumera sunt mala, non modo spiritualia de quibus infra, sed temporalia etiam, quæ superfluus consequi pompas docet S. Bernardinus. Ex pluribus pauca seligam: *Tom. I. serm.* XLVI. *art.* 2. *cap.* IV. inquit: *Quarto nocent pauperibus devoratis, quibus illa quæ expenduntur in pompis, & vestibus, atque vanitatibus suis, restitui deberent. Devoravit enim illos pater suus, sive maritus per usuras, rapinas, furta, simonias, aut per quascumque concussiones. Pereunt illi fame, frigore, & nuditate; nobilesque puellæ expoliatorum claustra & nuptæ retinentur in domo, laceratis vestibus, vix carnes operientes, verecunda & timidæ vix coram aliquo comparentes. Parvuli panem petunt, nec est qui tribuat illis. Infirmi iacent in lecto parentes eorum, aut in carcere cruciantur, nec de propria substantia sua subvenitur illis. Et tu vanitatis vasatiabilis lupa sanguinem pauperum cum causa per terram trahis, fastuosas pompas iactanter ostentas, aliasque magnas, & sanguine plenas fastidiosas vanitates dilatas, ostendens quanta velocitate ad infernum volas.*

III. Præter furta, rapinas, usuras, simonias, pauperumque defraudationes quæ a parentibus, maritisve vanarum mulierum perpetrari non raro solent, recenset deinceps Senensis Seraphicus *ibidem art.* 3. *cap.* III. vel ipsas a maioribus pactas, vel iure acquirendas divitias, quæ in femineum luxum prodiguntur. *Tertio ex vanitatibus veniunt mala tem-*

*temporalia. Nam qui diligenter advertit, ex multitudine expensarum quæ in vanitatibus fiunt, primo cessant iusta lucra; secundo crescunt temporalia damna; tertio cogunt ad hæc prædicta continuanda. Primo quidem cessant iusta lucra. Nam pecunia quæ expenditur in superfluis indumentis, in monilibus, in anulis, in coronis, in lapidibus pretiosis, atque in superfluis aliis ornamentis, inertus præservat, quæ quidem potest esse lucrosa in mercaturis, in possessionibus, in animalibus, in artibus, & in aliis quibuscumque lucrosis; & sic per consequens ad temporalem utilitatem civitatis, & totius patriæ redundaret. Secundo crescunt temporalia damna. Nam gratiam quod in talibus vanitatibus possidetur, communiter semper diminuitur.*

IV. Alia non minora mala, quæ ex mulierum fastu proficiscentia D. Bernardinus exaggerat, sunt domesticæ tranquillitatis perturbatio, perpetua familiarum iurgia, uxorum dissidium, atque ardens inter easdem mulieres æmulatio, & simultas. *Quælibet enim mulier* (inquit ibidem art. 2. cap. III.) *ad vanitatem est naturaliter prona, similisque sui: quia, si se præcipitat una, etiam in idem vitare necesse est. Hæc invidia mota, licet generis sit minoris, huic se in ornatu comparare contendit. Quæ æqualis est divitiis, aut genere, si non superat illam in vanitatibus, nunquam mente quiescit; nec unquam in pace maritum permittit. Alia autem mobilioribus orta natalibus, sublimis divitiis, mente inflata, corpore elata, si vanitas non superat in immensum, magnam virtutem se æstimat facere Creatori, inventiones, & vanitates reperit novas. Maritus quandoque plusquam manis, & vacuus, illi in omnibus furit: deprædari, si opus est, desiderat cunctos, ut satisfaciat ei. Si actu maritus talibus vanitatibus vel propter indigentiam, seu propter avaritiam, aut propter conscientiam non assentit, non satisfacit, omnino non facet: a intolerabile bellum! o diuturna, nocturnaque insuperabilis pugna! o lacrymæ omni tristitia satiatæ! Lugens itaque lamentationibus plena est. Heu me infelicem! Nuptui tradita sum: maledicta hora. Illa ornatior procedit in publico; talis de ignobili genere honoratur ab omnibus. Ego misella, heu, heu, despicior in consortio feminarum. Denique tot molestiis maritus devictus, & tædio, si debet illi satisfacere, non tantum ex suis, sed etiam ex visceribus Iesu Christi est necesse illis condescendere postulatis: metuo accipere, sub usuris debita subire gravia. Si domum mulier his molestiis obtinere non potest, cuncta bona mariti dilacerat, de omnibus quæ sunt in domo, furatur, cumulatque ilinarios, ut satisfaciat vano desiderio suo, mendacioque parentum, & suo operit furtum. Sed, quod dolorosius est, quandoque obtinent ab amasiis quod infeliciter a maritis. Ecce quæ malorum inter coniuges talis immoderata vanitas occasio est. Tanta igitur ad vanitates in mulieribus pronitas est, & ad hoc etiam diabolus operatur, ut, si una sola in quadam magna civitate sit vana, omnes per illam trahantur ad immoderantiam vanitatum.*

V. Non modo familiarum, verum etiam civitatum, & regnorum clades, profligationes, extremamque ruinam ex immoderato pomparum, luxus, muliebrisque ornamenti abusu proficisci ostendit Seraphicus Senensis. Adeo quippe effrenis, & impotens est ambitionis æstus, & exquisiti ornatus appetitus, ut quemadmodum ex lignorum combustione fortior erumpit flamma, sic ex pretioso ornatu exquisitioris luxus fames acuitur. Hæc est cuiusque humanæ appetitionis natura, numquam expleri, sed auferi potius actibus suis. Experientiam quotidianam testor omnibus compertam. In dies vestium formæ mutantur, recentes appetuntur, indutæ fastidio sunt, & ad alterius figuræ inventionem studia conferuntur artificum. Ut quanta sit cæcitas Italorum in vestium luxu, pompisque ostentandis, perspectum habeas, illhuc animum intende. Singulis fere mensibus ex Transalpinis, potissimum ex Gallia, muliebre idolum recenti vestium forma intructum in præcipuas Italiæ civitates advenit. Ad hoc exemplar continuo artifices vestium formas, ac universi ornamenti rationem exigunt. Quin non modo peregrinum vestiendi morem, & figuram Itali æmulantur; verum ad ultimum propriorum artificum, mercatorumque, atque adeo civitatum exterminium, aliarum quoque regionum manuptetia, pannos, serica, telas, textilia, pinnata, pileos, calceos, verbo dicam, cuiusque rei vestiariæ merces cariore pretio comparant. Propriarum civitatum opificia vilia, obscura, impolita, incompta; peregrina vero exquisita omnia, elegantia, & splendida. Hæc luxus, pomparumque transalpina idola Italorum avara exhauriunt, aurum, argentumque nostrum, atque divitias omnes vorant, & deglutiunt. Utinam saltem pompatica hæc pestis divitum, nobiliumque scrinia evacuaret, ut propriæ nationis artifices, mercatoresque ditaret! Ad bonum quod attinet publicum, perinde res se



se haberet. Quod enim hæc, vel illa familia divitias possideat; nihil deperit, vel accrescit principatui. Privatorum tantummodo fortunas labefactaret ornamentorum abusus; si quæque natio, quemadmodum suæ terræ fructibus alitur, sic propriorum artificum opificiis indueretur; excessus indumentorum ex una in alteram familiam pecunias transferret. Verum ad extremam patriæ nostræ eladem Angli, Batavi, Gallique superstitiosi vestitus exemplaria ad nos transmittunt, & ab eisdem pretio summo selectiora ornamenta comparantur. Qui hæc agunt, naturæ, patriæ, principatui, sibiquemetipsis bellum infernt. Suæ nationis homines ceu hebetes, stupidoque traducunt, ac si ignorarent hi elegantem vestitus formam delineare. Naturæ ordinem pervertunt, cum exteros patriis artificibus præferunt; istosque in extremam coniicunt miseriam, ut illos ditent. Principatui sunt infensi, quod publicum patrimonium minuant, dum subditorum inopiam inducunt. Sibi ipsis tandem ruinam parant nimio luxui indulgentes, peregrinaique pompas captantes. Quæ ergo gravissima crimina non perpetrant illi qui in causa sunt ne Principum leges quæ has peregrinas merces prohibent, executioni demandentur, qui remoram imiciunt, aut negligunt earumdem promovere observantiam, vel transfretesores impunitos dimittunt? Isti sunt patriæ proditores, pauperum artificum, mercatorumque immanes, truculentique oppressores, ac inferno in antecessum mancipati, eo quod fieri nequeat ut hi infinita, quæ aut culpabili dissimulatione, aut cooperatione invehunt, damna refarciant, compensentque. Civitates ob vanitatis abusum exterminandas fore vaticinatur ipsemet Propheta Regius: *Accipient in vanitate civitates tuas:* Psalm. CXXXVIII.

VI. Hæc, & alia longe plura proficisci mala ex nimio luxu, fastuque docet S. Bernardinus loc. cit. serm. XLIV. art. 2. cap. II. *Ex talium vanitatum igitur usu mentes civium inanes, & vanæ, virtutibus vacuæ, replentur vitiis, & superbiis, partialitatibus, ambitionibus, ac multiplicibus sceleribus imbuuntur. Cumque Dominus ad tempus tales vanas civitates, & patrias sustulerit patienter, & per prædicatores suos correxerit clementer, & sapienter, in exterminium pestium, & bellorum, & diversarum afflictionum in potestate dæmonum tradet illas, iuxta Psalmographi Psal.* CXXXVIII. Accipient in vanitate civitates suas, *non meas. Meas quidem per dæmonum multiplicationem; sed suas demum per ingratitudinem, & vanitatum abusionem.*

## §. IX.

*Immodicus mulierum ornatus notabiliter ad venerem illiciens, crimen letale est.*

I. PAragrapho superiori ostensum est, muliebrem ornatum frequenter esse gravе flagitium, quod propriæ fortunæ gradum excedat, & ob gravia quæ inde sequuntur incommoda. In præsentia, missa considerazione gravis, vel levis valoris, hoc in disputationem vocamus, sitne mortalis excessus feminei ornamenti, si notabiliter ad libidinem incitet. Hanc quæstionem sulo calamo verlat P. Albertus de Albertis *de orn. mul. disp.* I. *cap.* VII. sententiamque propositam efficaciter propugnat.

II. Caietanus præ omnibus recentioribus subtilius rem hanc discutit 2. 2. *q.* CLXIX. *art.* 2. *ad quintum dubium*. Sed quia morum regulas interdum a praxi, & circumstantiis plus iusto seiungit, & ad sola Metaphysicæ principia revocat, quemadmodum hic præstitit; occasionem præbet laxius quam par sit illius doctrinam interpretandi. Et quia ipse solus omnes quæ favere mulieribus possunt rationes, in medium affert; eadem transcribere iuvat, ne quidquam dissimulare eorum videamur quæ patrocinari feminis valent.

III. Hæc porro sunt rationum momenta quæ Caietanus promit 2. 2. *q.* CLXIX. *art.* 2.

„ Quoniam ars imitatur naturam, & mulier „ pulchra suapte natura est provocativa ad „ lui concupiscentiam, sea lasciviam, pro „ quanto scilicet facit ad mulieris pulchri„ tudinem apparentem. Verum quia natura „ superat artem, & multo magis mulieris „ pulchritudo naturalis quam artificialis pro„ vocativa est ad concupiscentiam mulieris; „ ideo sicut inculpabilis est omnis pulchri„ tudo naturalis mulieris; ita inculpabilis „ *secundum se* est omnis pulchritudo artifi„ cialis; ita quod neutri *secundum se* impu„ tandum est ad culpam, quod provocativa „ est ad concupiscentiam mulieris. Et pro„ pterea in littera utrumque explicatur, & „ quod ornatus muliebris est provocativus vi„ rorum ad lasciviam, & quod esse provo„ cativum non importatur ornatui ad culpam, „ nisi ex alia culpa, puta ex intentione pro„ vocandi.

„ Ad primum igitur dubium dicitur, quod

„ esse

„ esse provocativum ad concupiscentiam quandoque est nomen vitii, quandoque est nomen conditionis naturalis. Mulier namque pulchra, est naturaliter provocativa ad concupiscentiam sui, & impudica, est vitiose provocativa ad concupiscentiam sui. Et quia ornatus muliebris *secundum se* non est provocativus ad lasciviam, nisi sicut pulchritudo, ideo non est in specie vitii provocativi ad concupiscentiam *secundum se*, sicut nec pulchritudo naturalis; sed ex intentione utentis ornatu, seu pulchritudine, ad provocandum. Et propterea nullus ornatus muliebris ex hac ratione, quia provocativus est ad lasciviam, est secundum se peccatum mortale.

„ Ad objectionem autem in oppositum, quod huiusmodi excessus, cum novitate præsertim, est contra dilectionem proximi, quia coguntur alii ad huiusmodi sumptus: respondetur, quod quum quilibet sequens malum exemplum novitatis, seu excessus, voluntarie inferat sibi ipsi hoc damnum novi sumptus, & hoc sit præter intentionem primi ornantis se novo excessu ut sic; nulla iniustitia committitur contra proximum, nullus actus fit contra caritatem proximi per se loquendo. Graviter tamen peccant primi utentes novitatibus occasionaliter damnosis proximo, præferentes suæ vanitatis affectum proximorum necessitati. Quia tamen excusare se possunt dicendo: Non imitetur nos qui non potest, qui non vult: faciat unusquisque sumptus iuxta suas facultates, & non sit iniustus: ideo nec contra caritatem, nec contra iustitiam actus iste est; valde tamen reprehensibilis propter multas deformitates, & graves quas habet, dum & consuetudo violatur, & occasio damni datur, & inanis gloria, ac iniustitia non sine scandalo committitur.

„ Ad quintum dubium de imputatione ad culpam dicitur, quod quum unumquodque secundum propriam causam iudicandum sit, & non secundum occasionem; propria autem causa sit voluntas concupiscentis viri; mulier autem ornans se vane, nec per se, nec per accidens volens se concupisci, non causa, sed occasio tantum sit ruinæ alterius: non est mulieri imputandus casus viri concupiscentis. Et quamvis det mulier operam rei illicitæ, ex eius tamen opere non causatur ruina alterius, sed ex mala voluntate virorum: & præterea eventus iste remotus, & non intentus, non est ei imputandus; sicut nec „ pulchertimæ mulieri vane egredienti domo „ imputandum est peccatum concupiscentium „ eam, quam non concupiscerent, si domi „ fuisset. *Et ficias, quod hæc omnia supra dicta, ut tetius expressum est, intelliguntur „ de ornatu secundum se.*“

IV. Universa ergo Caietani doctrina hæc est. Pulchritudo feminea naturalis, tametsi ad venerem incitans, non est culpabilis: ergo idem de ornatu dicendum est. Procuratio ad venerem quandoque vitii, quandoque personæ nomen est. Porro quia ornatus muliebris eodem provocat modo ad libidinem quo pulchritudo, idcirco hæc provocatio non est in specie vitii reponenda. Insuper eiusmodi ornamentorum excessus neque est contra caritatem, neque contra iustitiam. Denique, cum causa ruinæ concupiscentis feminam sit amatoris viri voluntas, non ornatus mulieris; ideo ornatus iste, tametsi superbus, non causa, sed occasio dumtaxat est spiritualis lapsus. Quæ omnia intelligenda sunt, inquit Caietanus, secundum se, nimirum præciso pravo fine iactantiæ, superbiæ, libiditis, seu alterius vitii. Rationes Caietani adoptarunt Auctores citandi.

V. Sententiam itaque Caietani amplectuntur Lessius *Lib. IV. cap.* IV. *dub.* 12. Layman *Theol. Moral. Lib. II. tract.* III. *cap.* XIII. Navarrus *in Sum. cap.* XXII. *n.* 29. Castropalaus *tract.* VI. *dis.* VI. *punct.* 7. Sanchez *Lib. I. in Decal. cap.* VI. *num.* 17. Diana *tract.* V. *resol.* 9. aliique recentes Probabilistæ. Laudatus P. Albertus de Albertis *de orn. mul. dis.* 1. *cap.* VII. §. 3. contendit neminem Theologorum nostræ adversari sententiæ, eo quod, inquit, *de ornatu leviter tantum ad venerem incitante loquuntur*. Utinam hoc verum haberet! Ceterum Caietanus non modo de levi, sed de notabili quoque excessu ad libidinem provocante loquitur. Quod ipse afferat muliebrem ornatum provocare ad lasciviam, ex textibus proxime adductis compertum est. Quod autem comprehendat excessum etiam notabilem, ex sequentibus eiusdem verbis palam fiet. Hæc enim habet *loc. cit. ad quartum dubium*.

„ Et licet superfluitas ornatus in pretiosis respectu personæ sit vitiosa, si desit tamen „ contemptus, & malus moraliter finis, & „ lex, hoc est loquendo de ipsa superfluitate secundum se, non est peccatum mortale, *etiamsi notabilis sit excessus*; quamvis ignoranter quidam aliter crediderint, minus penetrantes naturam peccati mortalis. Nam ad peccatum mortale exigitur „ quod



„ quod sit contra caritatem; & non sufficit „ quod sit contra aliquam virtutem. Maximus namque excessus contra liberalitatem non est peccatum mortale .... Notabilis quoque excessus in mentiendo non est peccatum mortale, nisi ad perniciem, quæ contra Deum, aut proximum est, ducat. Et iam dictum est ab Auctore, quod fucatio quantacumque non est peccatum mortale, nisi *per contemptum, vel lasciviam*: & non est dictum de fucatione parva, sed absolute. Constat autem quod inter ornatus mulierum fucatio pessimum videtur habere locum: & si ipsa absolute, ac per hoc quantacumque sit, non est secundum se peccatum mortale, *sed solum propter lasciviam, vel contemptum*; consequens est ut male intellexerint dicentes, quod secundum Doctores communiter superfluus *notabiliter* ornatus est peccatum mortale. Oppositum siquidem hinc habes. Et ratione probatur: quia non est actus iste contra Deum, ut patet; nec contra proximum, cum non sit ad damnum alterius, sed ad propriam vanitatem; nec contra seipsum, quoniam in nullo lædit seipsum.

VI. Caietanus ergo duo defendit, & quod ornatus muliebris ad lasciviam incitet, & quod excessus etiam notabilis istius ornamenti sit culpæ letalis expers. Neque sermonem habet de solo excessu gravi, qui ex nimio pretii valore confurgit; sed superfluum ornatum defendit, qui suapte natura, quemadmodum pulchritudo naturalis feminea, ad venerem calcaria adiicit. Hac itaque via nequit in nostram sententiam Caietanus pertrahi. Hanc solam illius doctrina excipere interpretationem valet, quod ille spectat ornatum *secundum se* ab omni circumstantia secretum, a prava nimium intentione, a salutis proximi contemptu, & ab animarum inde profluente iactura. Quam explicationem, & limitationem utique ille ipse inculcat, & repetit. Hæc est unica via, ut ego quidem autumo, qua bono in sensu intelligi Caietani doctrina potest. Lessius, qui totam Caietani doctrinam adoptarunt, laxius illam amplificavere. Quare, ut mea præfert opinio, operam ludere videtur P. Albertus de Albertis, dum præfatos Auctores in suam concedere opinionem evincere studet. Verum de his plusquam satis.

## §. X.

*Patrum, & Theologorum auctoritate ornatus muliebris nimium superfluus letali culpa minime caret.*

I. UT clarius sententia nostra innotescat, iterum in memoriam revocanda est superflui muliebris ornamenti notio, quam ex D. Ioanne Chrysostomo in dialogo ad Basilium tradit Dionysius Carthusianus in Directorio vitæ nobilium art. 17. *Ornatus superfluus consistit in exquisitione vestimentorum, in compositione capillorum, in depictione, coloratione que vultus, & colli, & in appositione gemmarum, vel aurorum, argenteorumque, aut consimilium ornamentorum*. Ut alias dictum, & dicendum sæpius est, certa, & generalis regula illius superfluitatis figi minime potest. Siquidem quandoque, & non raro, vultus pictura, vel gemmarum splendor immodicus, & notabiliter ad venerem provocans ornatus, eiusmodi est. Quare præcisa notio non nisi prudentum iudicio, & ex pluribus circumstantiis colligi valet.

II. Patrum auctoritates supra dedimus. Lubet tamen nonnullas alias adiicere. Tertullianus omnium primus rationem a naturali pulchritudine arcessitam, quam Caietanus in patrocinium muliebris ornatus affert, sub examen inducit, illamque reiicit *Lib. de cult. femin. cap.* II. Hic enim non modo ex incuipata pulchritudine vultus non infert expertem criminis alcititium ornatum: verum e contrario, neglectu ornatus dissimulandam nativam venustatem docet. *Cum igitur & nostra, & aliorum causa versetur in studio periculosissimi deceris, iam non tantum confictæ, & elaboratæ pulchritudinis suggestum recusandum a vobis fetatis, sed etiam naturalis speciositatis obliterandum dissimulatione, & incuria, ut proinde oculorum incursibus molestum. Nam, etsi accusandus decor non est ut felicitas corporis, ut divinæ plastices accessio, ut animæ aliqua vestis urbana; timendus tamen est vel propter iniurias, & violentiam spectatorum, quam etiam pater fidei Abrahamin uxoris suæ specie pertimuit, & sororem magistratus Savam, salutem contumelia redemit*. His paucis verbis Tertullianus omnia quæ recentiores ex Caietano (forsitan haud intellecto) obtrudunt in defensionem muliebris ornamenti, porstringit. Primo ornatum femineum ex veste pretiosa, turgenti pectore, cincinnato capite, gemmis ac monilibus quæsitum,

„ esse provocativum ad concupiscentiam quandoque est nomen vitii, quandoque est nomen conditionis naturalis. Mulier namque pulchra, est naturaliter provocativa ad concupiscentiam sui, & impudica, est vitiose provocativa ad concupiscentiam sui. Et quia ornatus muliebris *secundum se* non est provocativus ad lasciviam, nisi sicut pulchritudo, ideo non est in specie vitii provocativi ad concupiscentiam *secundum se*, sicut nec pulchritudo naturalis; sed ex intentione utentis ornatu, seu pulchritudine, ad provocandum. Et propterea nullus ornatus muliebris ex hac ratione, quia provocativus est ad lasciviam, est secundum se peccatum mortale.

„ Ad objectionem autem in oppositum, quod huiusmodi excessus, cum novitate præsertim, est contra dilectionem proximi, quia coguntur alii ad huiusmodi sumptus: respondetur, quod quum quilibet sequens malum exemplum novitatis, seu excessus, voluntarie inferat sibi ipsi hoc damnum novi sumptus, & hoc sit præter intentionem primi ornantis se novo excessu ut sic; nulla iniustitia committitur contra proximum, nullus actus fit contra caritatem proximi per se loquendo. Graviter tamen peccant primi utentes novitatibus occasionaliter damnosis proximo, præferentes suæ vanitatis affectum proximorum necessitati. Quia tamen excusare se possunt dicendo: Non imitetur nos qui non potest, qui non vult: faciat unusquisque sumptus iuxta suas facultates, & non sit iniustus: ideo nec contra caritatem, nec contra iustitiam actus iste est; valde tamen reprehensibilis propter multas deformitates, & graves quas habet, dum & consuetudo violatur, & occasio damni datur, & inanis gloria, ac iniustitia non sine scandalo committitur.

„ Ad quintum dubium de imputatione ad culpam dicitur, quod quum unumquodque secundum propriam causam iudicandum sit, & non secundum occasionem; propria autem causa sit voluntas concupiscentis viri; mulier autem ornans se vane, nec per se, nec per accidens volens se concupisci, non causa, sed occasio tantum sit ruinæ alterius: non est mulieri imputandus casus viri concupiscentis. Et quamvis det mulier operam rei illicitæ, ex eius tamen opere non causatur ruina alterius, sed ex mala voluntate virorum: & præterea eventus iste remotus, & non intentus, non est ei imputandus; sicut nec „ pulchertimæ mulieri vane egredienti domo „ imputandum est peccatum concupiscentium „ eam, quam non concupiscerent, si domi „ fuisset. *Et ficias, quod hæc omnia supra dicta, ut tetius expressum est, intelliguntur „ de ornatu secundum se.*“

IV. Universa ergo Caietani doctrina hæc est. Pulchritudo feminea naturalis, tametsi ad venerem incitans, non est culpabilis: ergo idem de ornatu dicendum est. Procuratio ad venerem quandoque vitii, quandoque personæ nomen est. Porro quia ornatus muliebris eodem provocat modo ad libidinem quo pulchritudo, idcirco hæc provocatio non est in specie vitii reponenda. Insuper eiusmodi ornamentorum excessus neque est contra caritatem, neque contra iustitiam. Denique, cum causa ruinæ concupiscentis feminam sit amatoris viri voluntas, non ornatus mulieris; ideo ornatus iste, tametsi superbus, non causa, sed occasio dumtaxat est spiritualis lapsus. Quæ omnia intelligenda sunt, inquit Caietanus, secundum se, nimirum præciso pravo fine iactantiæ, superbiæ, libiditis, seu alterius vitii. Rationes Caietani adoptarunt Auctores citandi.

V. Sententiam itaque Caietani amplectuntur Lessius *Lib. IV. cap.* IV. *dub.* 12. Layman *Theol. Moral. Lib. II. tract.* III. *cap.* XIII. Navarrus *in Sum. cap.* XXII. *n.* 29. Castropalaus *tract.* VI. *dis.* VI. *punct.* 7. Sanchez *Lib. I. in Decal. cap.* VI. *num.* 17. Diana *tract.* V. *resol.* 9. aliique recentes Probabilistæ. Laudatus P. Albertus de Albertis *de orn. mul. dis.* 1. *cap.* VII. §. 3. contendit neminem Theologorum nostræ adversari sententiæ, eo quod, inquit, *de ornatu leviter tantum ad venerem incitante loquuntur*. Utinam hoc verum haberet! Ceterum Caietanus non modo de levi, sed de notabili quoque excessu ad libidinem provocante loquitur. Quod ipse afferat muliebrem ornatum provocare ad lasciviam, ex textibus proxime adductis compertum est. Quod autem comprehendat excessum etiam notabilem, ex sequentibus eiusdem verbis palam fiet. Hæc enim habet *loc. cit. ad quartum dubium*.

„ Et licet superfluitas ornatus in pretiosis respectu personæ sit vitiosa, si desit tamen „ contemptus, & malus moraliter finis, & „ lex, hoc est loquendo de ipsa superfluitate secundum se, non est peccatum mortale, *etiamsi notabilis sit excessus*; quamvis ignoranter quidam aliter crediderint, minus penetrantes naturam peccati mortalis. Nam ad peccatum mortale exigitur „ quod



„ quod sit contra caritatem; & non sufficit „ quod sit contra aliquam virtutem. Maximus namque excessus contra liberalitatem non est peccatum mortale .... Notabilis quoque excessus in mentiendo non est peccatum mortale, nisi ad perniciem, quæ contra Deum, aut proximum est, ducat. Et iam dictum est ab Auctore, quod fucatio quantacumque non est peccatum mortale, nisi *per contemptum, vel lasciviam*: & non est dictum de fucatione parva, sed absolute. Constat autem quod inter ornatus mulierum fucatio pessimum videtur habere locum: & si ipsa absolute, ac per hoc quantacumque sit, non est secundum se peccatum mortale, *sed solum propter lasciviam, vel contemptum*; consequens est ut male intellexerint dicentes, quod secundum Doctores communiter superfluus *notabiliter* ornatus est peccatum mortale. Oppositum siquidem hinc habes. Et ratione probatur: quia non est actus iste contra Deum, ut patet; nec contra proximum, cum non sit ad damnum alterius, sed ad propriam vanitatem; nec contra seipsum, quoniam in nullo lædit seipsum.

VI. Caietanus ergo duo defendit, & quod ornatus muliebris ad lasciviam incitet, & quod excessus etiam notabilis istius ornamenti sit culpæ letalis expers. Neque sermonem habet de solo excessu gravi, qui ex nimio pretii valore confurgit; sed superfluum ornatum defendit, qui suapte natura, quemadmodum pulchritudo naturalis feminea, ad venerem calcaria adiicit. Hac itaque via nequit in nostram sententiam Caietanus pertrahi. Hanc solam illius doctrina excipere interpretationem valet, quod ille spectat ornatum *secundum se* ab omni circumstantia secretum, a prava nimium intentione, a salutis proximi contemptu, & ab animarum inde profluente iactura. Quam explicationem, & limitationem utique ille ipse inculcat, & repetit. Hæc est unica via, ut ego quidem autumo, qua bono in sensu intelligi Caietani doctrina potest. Lessius, qui totam Caietani doctrinam adoptarunt, laxius illam amplificavere. Quare, ut mea præfert opinio, operam ludere videtur P. Albertus de Albertis, dum præfatos Auctores in suam concedere opinionem evincere studet. Verum de his plusquam satis.

## §. X.

*Patrum, & Theologorum auctoritate ornatus muliebris nimium superfluus letali culpa minime caret.*

I. UT clarius sententia nostra innotescat, iterum in memoriam revocanda est superflui muliebris ornamenti notio, quam ex D. Ioanne Chrysostomo in dialogo ad Basilium tradit Dionysius Carthusianus in Directorio vitæ nobilium art. 17. *Ornatus superfluus consistit in exquisitione vestimentorum, in compositione capillorum, in depictione, coloratione que vultus, & colli, & in appositione gemmarum, vel aurorum, argenteorumque, aut consimilium ornamentorum*. Ut alias dictum, & dicendum sæpius est, certa, & generalis regula illius superfluitatis figi minime potest. Siquidem quandoque, & non raro, vultus pictura, vel gemmarum splendor immodicus, & notabiliter ad venerem provocans ornatus, eiusmodi est. Quare præcisa notio non nisi prudentum iudicio, & ex pluribus circumstantiis colligi valet.

II. Patrum auctoritates supra dedimus. Lubet tamen nonnullas alias adiicere. Tertullianus omnium primus rationem a naturali pulchritudine arcessitam, quam Caietanus in patrocinium muliebris ornatus affert, sub examen inducit, illamque reiicit *Lib. de cult. femin. cap.* II. Hic enim non modo ex incuipata pulchritudine vultus non infert expertem criminis alcititium ornatum: verum e contrario, neglectu ornatus dissimulandam nativam venustatem docet. *Cum igitur & nostra, & aliorum causa versetur in studio periculosissimi deceris, iam non tantum confictæ, & elaboratæ pulchritudinis suggestum recusandum a vobis fetatis, sed etiam naturalis speciositatis obliterandum dissimulatione, & incuria, ut proinde oculorum incursibus molestum. Nam, etsi accusandus decor non est ut felicitas corporis, ut divinæ plastices accessio, ut animæ aliqua vestis urbana; timendus tamen est vel propter iniurias, & violentiam spectatorum, quam etiam pater fidei Abrahamin uxoris suæ specie pertimuit, & sororem magistratus Savam, salutem contumelia redemit*. His paucis verbis Tertullianus omnia quæ recentiores ex Caietano (forsitan haud intellecto) obtrudunt in defensionem muliebris ornamenti, porstringit. Primo ornatum femineum ex veste pretiosa, turgenti pectore, cincinnato capite, gemmis ac monilibus quæsitum,

situm, suggestum, seu thronum elaboratæ libidinis appellat. Deinceps addit, quod licet acculandus decor naturalis non sit, neque corporis feliciras, neque plasticæ divinæ accessio culpanda; attamen quodam incuriæ, & dissimulationis studio, sin tegenda, dissimulanda, negligendaque est, & speciositatis splendor modesto, verecundoque ornatu temperandus, ne spectatorum conciter animos, oculorumque aciem acuat. Et quantum rationinium Tertulliani, rationi, & Scripturis omnino consonum, distet a recentiorum metaphysica argumentatione, naturæ, & Evangelio, ut mea præfert opinio, reputante. Pergit porro Tertullianus suam confirmare rationem, simulque ea confutare quæ recentiores opponunt. Ostendit ideo mulieres se se ornare, ut placeant, ut appetantur; quamquam voce negent quod facto mentiuntur. Tentationes quas excitant, scandala quæ ingerunt, describit, atque altissimum caritatis mandatum eaidem transgredi evincit cap. I. & II. *Quota denique est quæ nec placere quidem extraneis concupiscat, quæ non velit idcirco se expingere, ut neget appetitum? Quamquam & hoc gentili pudicitiæ familiare sit non delinquere, attamen velle; vel etiam nolle, attamen non denegare . . . . . Non de integra conscientia venit studium placendi per decorem, quem naturaliter invitatorem libidinis scimus. Quid igitur tu te excitas malum istud? Quid invitas cultus te propterea extraneam? Tam quod tentationibus viam a perire non debemus, quæ nonnumquam (quod Deus a suis abigat) instando perficiunt, certe vel spiritum scandalo pervertent . . . Perit enim ille simul in tua forma, si concupierit, & admisit iam in animo quod concupivit, & facta tu es gladius illi . . . Expingamus nos, ut alteri pereant: ubi est ergo* Diliges proximum tuum sicut te ipsum? *Nolite vestra tantum curare, sed & alterius.*

III. Ex alio triplici principio, videlicet ambitionis, prostitutionis, & prodigalitatis, Tertullianus execratur muliebrem ornatum, quem a cultu distinguit Lib. de habitu muliebri cap. IV. *Habitus femineæ duplicem speciem circumfert, cultum, & ornatum. Cultum dicimus quem mundum muliebrem vocant; ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus deputatur; iste in cura capilli, cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis.* Subdit cap. IX. *Brevissimis loculis patrimonium grande profertur. Uno lino decies sestertium inseritur. Saltus, & insulas tenera cervix fert. Gratiles auriun tutes kalendarium expandunt, & finistra per singulos digitos de sacris singulis ludit. Hæ sunt vires ambitionis, tantarum usurarum substantiam uno muliebri corpusculo baiulare.*

IV. Tandem Tertullianus quasi divinator eorum quæ in mulierum favorem excogitarunt Probabilistæ aliqui, ea omnia sibi obiicit, illoique ceu periculosæ doctrinæ magistros deridendos propinat. Prætextum illum placendi maritis suis, iterum ut futile commentum repellit, ac si quæsitis extrinsecus artificiis indigerent vel mulieres, ut alliceret, cum nativa venustate angelos, seu filios hominum deceperint; vel viri, ut alliceretur, cum naturali impetu in mulieres rapiantur. Inquit enim Lib. cit. cap. II. *Hæc qualia sint, interim iam ex doctorum suorum qualitate, & conditione pronuntiari potest, quod nihil ad integritatem peccatores, nihil ad castitatem adamatores, nihil ad timorem Dei delatores spiritus aut monstrare potuerint, aut præstare. Si doctrina dicenda sunt; mali magistri male docuerint necesse est. Si mercedes pro libidine; nullius rei turpis merces dicenda est. Quid autem tanti fuit ista monstrare, sive conferre? Utrum ne mulierem sine materiæ splendoris, & sine ingeniis decoris placere non possent hominibus; quæ adhuc incultæ, & incompositæ, & (ut ita dixerim) crudæ, ac rudes angelos moverant? An ne sordidi, & per gratuitum usum contumeliosi amatores viderentur, si nihil seminis in connubium allectis contulissent?* Sed, missis rationum momentis, acutisque Tertulliani rationiniis, lubet rem hanc præclaro illo epiphonemate concludere, quo ille suum laudatum Librum auspicatur. *Si tanta in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur inæstimabilis, nulla omnino vestrum, sorores dilectissimæ, ex quo Deum virum cognovisset, & de sua, idest femina conditione, didicisset, latiorem habitum, ne dicam gloriosiorem, appetisset, ut non magis in sordibus ageret, & squalorem potius affectaret, ipsam se circumferens Evam lugentem, & pœnitentem; quo plenius id quod de Eva trahit (ignominiam dico primi delicti, & invidiam perditionis humanæ) omnis satisfactionis habitu expiaret.* In doloribus & anxietatibus paries mulier .... *Et Evam te esse nescis? Vivit sententia Dei super sexum istum in hoc sæculo: vivat & reatus necesse est. Tu es diaboli ianua, illius resignatrix, tu es divinæ legis prima desertrix, tu es quæ eum suasisti quem diabolus aggressi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem, tam facile elisisti. Propter tuum meritum, idest mortem, etiam Filius Dei mori habuit: & adornari tibi in mente est super pellicias tuas tunicas?*



V. Pauca ex aliis Patribus adiicere præstat. Sanctissimus Martyr Cyprianus Lib. de discipl. & habit. virg. *Si tu te sumptuosius comas, & per publicum ambuliter incedas, oculos in te inventuris illicias, & suspitia adolescentium post te trahas, concupiscendi libidinosentium post te trahas, concupiscendi libidinosentium post te trahas, concupiscendi libidinos

*bibgret*. Plurima quæ ex Nazianzeno, Basilio, Athanasio, Clemente, aliisque Patribus afferre possem, missa facio.

IX. Theologorum qui notiæ suffragantur sententiæ, agmen ducit Divus Thomas 2. 2. quæst. CLXIX. art. 2. *Si hæ intentione se ornent, ut alios provocent ad concupiscentiam, mortaliter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter tactantiam quandoque, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale*. Non semper est mortalis, inquit, eiusmodi superfluus ornatus, ut omnes fatentur; sed *quandoque veniale*; quod confirmatur ex doctrina quam de scandalo tradit idem Angelicus 2. 2. quæst. XLIII. art. 4. *Scandalum autem activum, si sit per accidens, potest esse quandoque quidem peccatum veniale, puta quum aliquis vel actum venialis peccati, vel actum qui non est secundum se peccatum, sed habet aliquam speciem mali, cum aliqua levi inadvertentia committit. Quandoque vero est peccatum mortale, sive quando committit actum peccati mortalis, sive quando contemnit salutem proximi, ut si pro ea conservanda non pertimuerit aliquis facere quod sibi libuerit*. Porro mulieres lenocinante ornatu comptas proximi salutem contemnere planum est. Hunc liquidem ornatum libidinem accendere compertum est vel ipsis mulieribus. Hoc autem spirituale proximi malum flocci faciunt ut suæ indulgeant vanitati.

X. Quare Sylvester hanc propugnat sententiam ut germanam D. Thomæ doctrinam, in verb. *Ornatus* quæst. III. *Quando in ornatu superfluo est peccatum mortale, vel veniale? Dico de mente S. Thomæ, quantum ex doctrina eius colligitur. Quod si consideretur in se quantum ad factum ipsum, est mortale duplicitur, scilicet si consideratæ circumstantia personæ, officii, loci, temporis, & hujusmodi, sit excessus, vel defectus notabilis, qui certa regula determinari non potest; vel si ex hoc detur proximum scandalum, vel occasio peccati mentalis, quod est, quando excessus notabilis est arbitrio boni viri, & non generali regula determinabilis. Si vero excessus non sit multus, erit ornatus accepta, & peccatum veniale*.

XI. Perdoctus P. Albertus de Albertis *loc. cit.* plurium Theologorum, & Summistarum textus transcribit in confirmationem nostræ sententiæ. Brevitatis gratia nomina tantum, & loca hic ego recenlebo. Alexander Alensis *II. Par. quæst.* CLI. *memb.* 2. *& part.* IV. *de mandat. Euchar. q.* XI. *art.* 2. §. 4. *q. ultim.* Nicolaus de Ausimo *in supplem. summæ Pisanellæ verb.* Ornatus *vers.* 5. D. Bernardinus Senensis *Tom. I. sum.* XLIV. *& seq.* D. Antoninus *II. Par. tit.* IV. *cap.* V. §. 7. & citat Petrum de Tarantasia, Baptistam de Salis *in summa verb.* Ornatus *conclus.* 3. Baptista Trovamala *in summa Rosella verb.* Ornatus *conclus.* 3. *num.* 3. Angelus *in summa verb.* Ornatus *num.* 10. Iacobus Ungarellus *in commentariis super eadem summa num.* 1. *verbo Et uxor vero*. Ioannes Tabiena *in summa verb.* Ornatus *num.* 3. Ioannes Maior *in IV. dist.* XV. *quæst.* XV. Alexander Anglus *in summa par.* VI. *cap.* II. *num.* 13. Nicolaus Antiffcus *in summa tit.* III. *cap.* XIV. *art.* II. Magister Ioannes Herolt cognomento Discipulus *ser.* CXII. *de septem peccatis mortal.* Ioannes Azorius *part.* III. *Inst. Lib.* III. *cap.* XXX. Franciscus Suarez *disput.* X. *de caritt. sect.* III. *num.* 10. Iacobus Gordonius *Tom. I. Theol. Mor. Lib. VI. q.* V. *cap.* V. §. 2. *quæst.* III. Iacobus Granado *in* 2. 2. *D. Thom. contr.* III. *tract.* XIII. *disp.* V. *sect.* 5. Augustinus Martinus *in tract. de superbia ornatu luxurie. cap.* VI. Bernardinus Bustus *part.* II. *Rosar. ser.* XXVIII. *par.* III. Andreas Gelosimus *in Thesauro cælesti devotionis B. Virg. cap.* XII. Plurimos alios laudat P. Albertus de Albertis, nempe Arretanum, Ioannem de Friburgo, Ulrium, Lessium, Filliucium, Viguerium, Graffium, Baldellum, Laymanum, Hieronymum Sopranis, quos omnes lavere suæ sententiæ asserit; cuius rei veritas penes ipsum sit. Quia enim ad hos fontes digitum non intendi, ideo factum illud in medio relinquo.

XII. Tres demtaxat celeberrimos, sanctosque Theologos adiicere omnibus laudatis mihi liceat, Dionysium Carthusianum, D. Carolum Borromæum, B. Henricum Susonem, quorum verba etiam transcribam. Dionysius Carthusianus *in Tom. oper. in directorio vitæ nobilium* quatuor integris articulis nempe 13. 14. 15. 16. omni argumentorum genere nostram confirmat sententiam. Pauca transcribam ex *art.* 14. cuius hic est titulus: *Quod in præfato ornatu superfluo, & vestitu pompatico scandalizatur consistat mortale peccatum*. Hoc porro pacto suam sententiam evincit, *Sancti Patres, & gloriosi, Illuminatissimique Doctores contra ornatum superfluum, & exquisitum, curiosum, superfluumque vestitum tam vigorose non scriberent, nisi in eis mortalem culpam existere indicassent. Venialia quippe peccata talem vituperationem, & condemnationem non pro-*



*mererentur. Hinc quidam Nobilis scribit in suo tractatu: Mulieres inaniter ornantes plus sibi nocent quam aliis, quia mortaliter peccant, etiamsi non alliciant alios ... Præterea, si mulier nec appetat virum, nec appeti cupiat, indifferet tamen, & inordinate ornatum suum, pulchritudinemque ostendat; laqueum aliis inijciendo, mortaliter peccat; quemadmodum in Ecclesiastico scriptum est*: Qui laqueum alteri ponit, peribit in illo: & qui fodit foveam, incidet in eam ... *Denique Apostolus inbet*: Mulier deber habere velamen super caput suum propter Angelos, *idest Sacerdotes, & Clericos, spiritalesque viros, ne cadant per eam. Præcedenti quoque articulo ex verbis sanctorum Cyprianii, Hieronymi, Chrysostomi, atque Ambrosii est probatum, quod nudiores, & virgines se ita ornantes, & ostendentes præbent vires, & inimicis peccandi fomenta, incitamenta libidinis, & veluti gladium, ac venenum inimicitiales se exponunt. Insuper Hieronymus ait: Niter, cruatus, & species multebris tanti est inventum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicium. Quomodo petet sua peccata dessere qua eatam nudas, & salsus in faciem ducit? Ornatus iste non decor Dei, sed velamen est Antichristi. Qua fiducia vultus ad cælum erigit, qua Conditor non erubescit?*

XIII. D. Carolus Borromæus in Monitis ad Confessarios hæc fribit italico sermone. „ Pecca anco mortalmente la persona nel „ modo dell' ornarsi, quantunque la spesa „ non passi lo stato, e facoltà sua; come le „ l'ornato è indutivo da le a lascivia, o veramente per comune interpretazione degli „ uomini, ovvero, le quantunque non sia „ induttivo da le, nondimeno s'accorge, o „ dubita probabilmente che per occasione di „ tal modo d'ornamento non stato comunemente dalle persone probate del suo stato, „ qualche persona particolare si muova ad „ amarla incontinentemente, o si pottrika in questo peccato, e tuttavia sa mina, o pocca „ stima della salute spirituale del suo prossimo, quale vede rovinare in quello suo „ straordinario ornato, e perlevera pure in „ ello. “

Duo hic docet Sanctus Carolus. Primum quod ornatus superfluus, qui natura sua, aut communi hominum iudicio ad lasiviam provocat, letali noxa pollutus sit. Alterum, quod licet ex se ornatus ille immodicus ad venerem non extimulet, si tamen mulier probabiliter prævideat, aut dubitet ex eodem aliquem determinatum virum turpi amore affici, & nihilominus illum gestare pergit, eam mortaliter delinquere, docet S. Archipresul.

XIV. B. Henricus Suso Montensis, evangelicæ pœnitentiæ prodigium, ac divinæ sapientiæ splendore mirandum in modum illustratus, uberrimaque cælestium charismatum copia instructus, in suo tractatu, quem peculiari Dei revelatione compoluit, quemque inscripsit *Colloquia spiritualia IESUM inter & F. HENRICUM SUSONEM, cap.* X. hæc scribit lingua vernacula. „ Delle donne „ perse, ed impudiche, della loro dannazio„ ne cap. X. *CHRISTUS*. “ Inducit Christum sic loquentem. „ Ma vedi in oltre dove so„ no cadute le donne, e quanto dal sesso „ femminile rimanga in questi tempi disprez„ zato, e calpestato l'onore, ed il timore di „ Dio: perchè si trovano nel mondo tante „ femmine le quali hanno perduta ogni „ vergogna, e sono più impudiche, e sfac„ ciate degli uomini. Io non parlo delle don„ ne oneste, pie, e religiose, ma di quelle „ che sono donate al mondo, e con le pa„ role, e con i fatti, e con le veili, e con „ i costumi consumano il tempo, il cuore, „ ed i sensi negli amori delle creature, e vo„ gliono piacere più agli uomini che a Dio. „ Queste sono spelonche di ladroni, e voragini „ d'inferno. Dio dissimula i lor peccati, e „ le sostiene con gran pazienza; ma ad ogni „ modo non giova: e pure vogliono essere „ tenute matrone oneste, e da bene, e „ puzzano più a Dio che le meretrici pub„ bliche: poichè queste almeno tremano, e „ vivono con timore, e gran sospetto della „ loro salute; ma quelle camminano sicure „ con temerità senza faccia, e senza fronte, „ perdute per la loro sfrenata, e tacita di„ sonestà in una obblivione miserabile di Dio „ e dell' anime loro. Onde sono più care a' „ diavoli che le meretrici: perchè comparen„ do nelle veili superbe, nel passo, ne gesti, „ nelle parole, negli occhi sempre impudi„ che, e disoneste, incitano, e muovono più „ gli uomini alla libidine, che non fanno le „ donne publiche; e così i diavoli guada„ gnano più da loro che dalle altre. Cre„ dimi che nell' animo ogni giorno com„ mettono cento peccati mortali, e non ne „ conoscono pure un solo; ma si tengono o„ norate, e da bene. E pure quanti giovani, „ e quanti secolari vedendole comparire tanto „ belle, e tanto libere, e disoneste, le deside„ rano con animo deliberato: il che spesso in„ terviene, ancorchè non le possano ottenere. „ Ma di tutti i lor consensi, e peccati inter-

„ ni, e mortali sono ree, e partecipi queste
„ donne: perchè con l'abito lascivo, e con
„ l'andare disonesto, e con l'occhio impudi-
„ co danno cagione a chi le vede di bramar-
„ le e di peccare: anzi se l'uomo con l'occa-
„ sione di vederle nelle strade, nelle piazze,
„ e nelle Chiese si sente infiammato, e tal-
„ mente provocato a libidine, che per sfo-
„ garsi vada alle meretrici, di tutti i suoi
„ peccati sono ree queste misere; sebbene non
„ lo credono, e non lo vogliono intendere.
„ Ma sappi, che nella morte i diavoli
„ pongono loro avanti agli occhi le super-
„ bie loro, le compiacenze, le vanità in-
„ degne, e tutti quelli peccati, che non
„ hanno mai inteso; e così sicuramente le
„ conducono a disperazione, ed alla morte
„ eterna. Nè vagliono a loro salute i sagra-
„ menti delle Pasque, nè i viatici santi;
„ perchè in vita prendono il sacramento con
„ animo di comparire come prima nelle ve-
„ sti, e ne' costumi; e nella morte non si
„ ricordano de' loro peccati, nè meno gli san-
„ no: onde mi ricevono in un cuore sordi-
„ do e puzzolente: e meglio sarebbe per lo-
„ ro ricevere nel petto cento mila diavoli che
„ Dio vivo, e tremendo in peccato morta-
„ le. Ma guai a' Confessori, che non illu-
„ minano queste donne misere, e infelicis-
„ sime. "

XV. Lubet integrum textum latine reddere ad omnium intellectum. Sic ergo Christus ipse suis servis ore loquitur. „ Sed insuper recogita, quo sint prolapsæ mulieres, & quam a femineo sexu his temporibus timor, ac honor Dei contemnatur, atque pessumdetur. Quippe tot in mundo reperiuntur mulieres, quæ pudore omni exutæ, præ viris ipsis impudicæ sunt, & effrontes. Mulieres honestas, pias, ac religiosas non alloquor; sed illas quæ mundo deditæ, verbis, factis, vestibus, moribusque tempus terunt, corde, & ingenio hominum amoribus immolant, plusque viris quam Deo placere student. Hæ sunt latronum spelunceæ, voraginesque infernales. Illarum flagitia Deus diutius dissimulat, magnaque illas patientia sustinet absque ullo profectu. Ipsæ interim honestæ, moratæque matronæ haberi volunt; & tamen fœtidius Deo olent quam publicæ scorta. Quoniam hæc sæpius sæpius tremunt, atque in timore, & tremore vitam agunt, luæque salutis angore percelluntur. Verum illæ fronte fractæ, magnaque temeritate peditionis viam securæ obambulant, atque impotenti, & tacita inhonestate captæ, in tremenda Dei, suarumque animarum excitate ducunt dies suos. Quare cariores dæmonibus sunt quam meretrices. Quippe superbis indutæ vestibus prodeuntes, gestu, incessu, verbis, oculis semper impudicæ, & inhonestæ plus incitant, & movent homines ad venerem quam feminæ prostitutæ. Qua ratione plures illarum quam illarum lenocinio animas lucrantur diaboli. Credas mihi velim, centum letalia crimina animo in dies singulos ab his perpetrari. Nec propterea vel unum dignoscunt, sed pudicas, beneque moratas se se reputant. Et tamen quot iuvenes, quot viri illarum pulchritudine, ac tam liberæ impudicitiæ prospectu obcæcati deliberato animo eadem concupiscunt? quod sæpius accidit, etiamsi assequi illas nequeant. Quapropter omnium illarum confessionum, ac letalium criminum reæ sunt, & participes feminæ illæ. Quoniam lasciva veste, incessu impudenti, oculisque impudicis peccandi occasionem videntibus præbent, & animam eadem percipiendi. Quin si homo has mulieres vanas in plateis, & in templis spectans, ita ad libidinem accendatur, ut ignem extincturus protibula petat, omnibus his flagitiis obnoxiæ sunt miselle istæ: quamvis credere hoc, neque intelligere velint. Scito, morte instante, dæmonem in illarum mentis oculos superbiarum, delectationum, indignarumque vanitatum, & aliorum scelerum, quæ numquam agnoverunt, spectra ingerere, ut securius in desperationem, & æternæ mortis abyssum illas detrudat. Nec earum saluti prosunt pascha sacramenta, nec sacra viatica, eo quod in vita sacramenta suscipiunt animo perseverandi in luxus, pomparum, pravarumque consuetudinum abusu. Nec in mortis extremo peccatorum, quæ propria malitia ignorant, recordantur. Idcirco me in corde sordido, pustidoque recipiunt; melinsque illis foret centum millia dæmoniorum quam Deum vivum tremendumque in pectus mortali crimine pollutum admittere. *SED VÆ CONFESSARIIS, qui has miseras, infelicissimasque mulieres illuminare negligunt.* "

XVI. En doctrina, quam viri Dei cælesti sapientia illustrati, seu quam Christus ipse sanctorum ore nobis revelat. Facessant ergo metaphysicarum speculationum nugæ, ac inanes distinctiunculæ quorumdam Casuistarum procul abeant, ut sanctarum Scripturarum præ-



præceptiones, atque Ecclesiæ Doctorum, quos Deus constituit regere populum suum, sententiæ sint regulæ conscientiarum nostrarum. Verum, ne solis auctoritatum momentis causam nostram defendere videamur, ad rationes quibus innititur, explicandas accedamus.

## §. XI.

*Eadem sententia rationibus evincitur.*

I. EX his quæ hactenus ex Scripturis, & Patribus adducta sunt, rationum momenta luculentissima in assertionis nostræ confirmationem elicere & explicare lubet. Quorum primum sit. Superfluum muliebrem ornatum naturali, divinoque præcepto vetitum esse, certum, atque compertum est. Quæ propositio ex documentis, quæ ex eisdem Scripturis, & Patribus adduximus, patet, potissimum ex illis Apostoli verbis, *sit*, & *velo*; quæ verba sane præcipientia sunt. Porro quælibet præcepta, quæ rem gradus excipientem vetant, in materia levi leviter, in gravi graviter obligant. Mortalis itaque erit ornatus notabiliter superfluus. Leonardi Lessii responsa, quæ a Caietano excripsit, iam supra relecta sunt, ceu Patribus omnibus, ipsique communi sensui adversa. Nec P. Lessius, sive recentiorum quisquam quid rationis efferunt, cur exhortationis loco haberi Apostoli verba debeant: vel quod propter Ethnicorum ædificationem immoderatus ornatus vetitus sit. Confirmatur luculentius producta ratio. Quæritum, ac oppido ad venerem allicientem ornatum severe prohiberi, bono communi, ac optimo Reipublicæ regimini congruit. Quippe hæc prohibitio ex una parte multa de medio incommoda, & gravissima damna tollit; ex altera nihil damni infert. Ergo ita gravis hæc prohibitio est, ut illius transgressio mortalis sit. Negent, si valent, recentiores Casuistæ, muliebris ornamenti patronæ, malorum stragem quam hæc immodica ornamenta inducunt. Negabunt ne qualque fere Respublicas eiusmodi immodicas pompas, tamquam divitiarum, & pudicitiæ pestem vetasse? Qua itaque ratione inficias ibunt, superfluum notabiliter illarum pomparum abulum esse letale peccatum?

II. Accedit quod quæstus ornamentorum lenociniis mulieres provocant spectatores ad libidinem, ut sapientes omnes Ethnici, nedum Christiani, docent. Cum enim ipsa muliebris pulchritudo, licet neglecta, & incompta, turpiculas flammas excitet: quas faces, quæ incendia non accendet, si concinno ornatu adiecto, & pigmentis delibuta infirmorum hominum oculis se se conspiciendam, spectandamque offerat? Quare Patres omnes clamant muliebria ornamenta esse iuvenum laqueos, animarum pericium, castitatis scopulos. Porro qui præbet alicui occasionem peccandi mortaliter, ipse prius letale flagitium perpetrare non dubitatur. Sic igitur mulieres speciosa pulchritudinis forma, & exterioris cultus illecebris reapse virorum corda emolliunt, & ad libidinem concitant; consequitur ornatum hunc graviter criminosum esse. Prima propositio pluribus iam momentis manifesta est. Secunda primam consequitur. Distinctiunculæ, & metaphysicæ subtilitates quæ opponi solent, quæque in morum regulis designandis ineptæ sunt, & futiles, iam supra ex ipso Tertulliano reiectæ fuerunt. Addo postremo loco Christianorum quemlibet castitatis lege debere se se ab ipsis operibus indifferentibus, & etiam ex consilio bonis, abstinere, quoties absque suo incommodo id præstare valeat, ut proximi spirituale damnum declinet. Porro mulieres absque ullo incommodo, immo cum maximo emolumento superfluum ornatum dimittere possunt. Ergo gravi inficiuntur flagitio, si ab hoc immodico corporis cultu sibi temperare nolint.

III. Nec est quod reponas, latere mulierem, aliquem determinatum Christianum offendiculum passurum ex suo nimio cultu, suique vultus candida forma. Quoniam, ut criminis particeps fiat, satis est illius ornatum, quem nulla urgente causa ostentat in publicum, iuapte natura ad luxuriam pellicere aliquem indeterminatum virum. Quoties exquisitus cultus naturali pulchritudini adiectus notabiliter ad venerem instigat, nihil refert quod in hoc, aut illo viro flammam excitet: nihil refert quod mulier ignoret aliquem determinatum hominem luxuriæ igne perorendum fore in illius contemplatione. Nec altera excusatio prodest, nempe ex malitia viri, non ex cultu feminæ, venerem incitari. Quoniam, dum ornatus immodicus est, graviterque provocans ad libidinem, tunc in utroque ex malitia peccatum reputatur: in viro, quod oculos defigat in talem mulierem; in muliere, quod tales ad capiendas hominum animas paret insidias. Miror Casuistas nonnullos obtrudentes, onus valde grave feminis esse hanc

superfluo cultus moderationem: quippe mille scrupulis torquerentur, inquiunt illi, si ad regulam aliquam in suo ornatu servandam astringerentur. At, repono ego, numquam feminas ex observantia divini, naturalisque mandati, quo astringuntur modestæ, & iuxta pudoris, ac verecundiæ regulas se se induere, tot scrupulis angi, quot sollicitudinibus, anxietatibus, & molestiis vexantur, ut nimio se se vestitu ornent. Quæ cura, quæso, in flectendis crinibus, in cincinnis vertendis, torquendisque? Quæ servitus in vestium dispositione, in laterum compressione? Quis labor in vultus expolitione, in universo capite examinando, formandoque? Quæ demique molestia, quam longa, quam assidua, quam repetita in auribus, brachiis, manibusque onerandis gemmarum, monilium, aurorumque pondere? Qui sumptus? quæ industria? quot artes, ut conquirantur pecuniæ? Quæ iurgia, quæ dissidia diurna, nocturnaque cum genitoribus, cum maritis, cum domesticis omnibus? Quot furta, quot adulteria, quot fraudes, quot rapinæ, quot gemitus, quot singultus, quot fremitus? Quæ æmulationes inter ipsas mulieres, quarum quælibet vexillum vanæ stultitiæ explicat, quælibet ambitionis palmam alteri præripere studet? Hi sunt conflictus, hæc crudelia bella, quæ vanarum muliercularum corda, animosque discerpunt. In his præliis, futilibusque occupationibus tempus terunt, patrimonia prodigunt, atque semetiplas excruciant. Hæc vero omnia levia sunt, si cum iis conferantur malis quæ hoc ipso effuso luxu sibi mulieres comparant. Medicamina quæ ad crines dealbandos, rufandos, adulterandosque adhibent, frequenter illos evellunt, remanentque illorum capita ut pepones decalvata, quemadmodum minatur Isaias Propheta. Quin vel ipse Ovidius *Lib. I. am. eleg. 14.* in puellam quæ nimio studio comam venustabat, his carminibus ludit.

*Dicebam: Desiste tuos medicare capillos:*
*Tingere quam possis, tam tibi nulla coma est.*

Sed quid, inquit P. Albertus de Albertis *disp. 1. cap. VIII. §. 12.* capillorum iacturam dumtaxat commemoro? Ipsam vitam, qua nil carius, nihil pretiosius in hac mortalitate habetur, hæc fucata ornamenta aut decurtant, aut tollunt: sanitatem vero frequentissime inficiunt, nativamque pulchritudinem deturpant. Galeni auctoritatem in hanc rem affert laudatus P. Albertus. Ille enim *Lib. I. de medicam. compos. cap. XIX.* & Aetius *Lib. II. Tetrabibl. ser. II. cap. LVIII.* testantur se plures agnovisse mulieres, ob cosmetica unguenta ad venustandam comam adhibita, obque alia pharmaca, quæ extremo frigore capiti insidiantur, morte immaturæ sublatas. Sed missa antiquorum auctoritate, nonne ipsi conspicimus harum feminarum plurimas ob adhibitos fucos, stibia, idque genus similia, variis sæpe conflictari morbis? Rugata illarum frons, crispatæ genæ, atri dentes, nigra labia, halitus gravis, ac fœtidus, pelles laxæ, vultus antea tam exquisite lævigatus, pudore obsitus, rugisque fuscatus, ceteraque huiusmodi nonne omnium oculis patent? Supputent nunc recentiores Casuistæ immodici feminei cultus incommoda quæ recensuimus. Dicant, levia ne sint hæc. Negent, si valent, centuplo graviora hæc esse præ illis quæ secum defert cultus modestus, ac sobrius. Quid scrupulis affligantur mulieres, si intra confinia temperati ornamenti se continere iubentur? Ne ergo scrupulis agitentur, laxandæ illis erunt in aliis quoque rebus sobrietatis regulæ? Non amplius cibi, potus, somnique limites præscribendi erunt, ne scrupulis crucientur animæ libræ? Quid rationi infestius?

IV. Reponent forsitan, superfluum ornatum non vacare veniali culpa; sed letalis illum damnare criminis maximo esse feminis incommodo. Verum, si mulieres nequirent absque gravi incommodo ab ornatu superfluo se se cohibere; nullum, nec veniale, crimen perpetrarent, illum usurpantes: quippe nemo tenetur cum maximo sui detrimento, nec sub veniali noxa, proximo subtrahere omnem peccandi occasionem. Qua ratione ut quis gravissimo se se subducat incommodo, potest ab usurario pecunias mutuo accipere sub usura. Pari igitur iure mulieres poterunt effuso luxu comptæ incedere, etiamsi prævideant prolapsuros homines in flagitia, propterea quod nequeant sub eiusmodi ornatu ad venerem incitante, absque gravi incommodo se se abstinere? Hoc certe nemo dixerit. Nec est quod opponas, venialem culpam superflui cultus feminei, non ex provocatione ad venerem proficisci, sed ex nimio sumptu, ex prodigalitate, ex vanitate, & ex aliis circumstantiis intemperantiæ, & excessus in illo genere. Non est, inquam, quod hoc opponas: quoniam immodica comestura, vel nimius potus, ex quo prævideatur pollutio oritura, non modo contrahit malitiam oppositam sobrietati servandæ in cibo, potuque, verum etiam malitiam mollitiei. Ergo etiam ornatus muliebris, suapte natura ad venerem provocans, non malitia tantum prodigalitatis, superbiæ, & vanitatis inficitur, sed scandali quoque culpa polluitur. Porro hoc incommodum, si adesset, etiam in sententia adversariorum, non eximeret saltem a culpa veniali nimii sumptus, vanitatis, & superbiæ. Ceterum quam commentitius sit prætextus istius gravis incommodi quod mulieres subirent, si a superfluo ornatu abstinerent, evidentius ostendo. Iure naturali, divinoque vetitus est superfluus, & immodicus ornatus: ergo nullum ius ad eumdem mulieres habent, ut late ostendit præfatus P. Albertus de Albertis. Si nullo potiuntur iure ad eumdem immodicum ornatum, nullum subeunt in eiusdem privatione incommodum, vi cuius excusare quoquo modo præfati ornatus usum valeant. Hac de causa, quia mendacium natura sua vetitum est, nemo ad illud adhibendum ius habet; neque perpetua illius abstinentia incommodum tale adfert, quod illius usum licitum constituat.

V. Accedit, si Respublicæ, si Episcopi sub pœna gravioris culpæ immodicum ornatum prohibeant, peccarent sane mulieres omnium Theologorum consensu, si, spretis legibus, superfluo cultu uterentur. Et tamen si gravi incommodo abstinentia a tali ornatu eisdem esset, legum observationi minime essent obnoxiæ. Quid quod non modo incommodo non est effusi luxus privatio, sed maxima affert commoda, ut supra indicavimus? Experimento compertum est, mulieres honesto, verecundo, gravique ornatu comptas pluris ab omnibus fieri, universamque existimationem, & obsequium illis deferri. Contra vero mulieres fucatæ, luxui, pompisque vanis deditæ, mentis vacuæ, familiarum pestis, cassitatis syrtes, animarum laquei reputantur.

VI. Obicies 1. Pulchritudo naturalis mulierum efficacius permovet ad libidinem quam ornatus adiectus. Illam publico aspectui exhibere culpa caret. Idem ergo de ornatu dicendum. Resp. Nimium fallax est consequentia hæc. Necessaria est nativa venustas, quam præpotens naturæ effector indidit ob iustos, sanctosque fines. Quapropter peccata quæ inde derivantur, nequeunt in mulierem regeri. Accedit quod pulchritudo res indifferens est, nulla lege prohibita. Et tamen, ut ex Tertulliano vidimus supra, dissimulatione quadam tegenda interdum est. At immodicus ornatus voluntarius est, lege divina, & naturali prohibitus. Nulla ergo potest ratione de crimine purgari, & quidem mortali, quando superfluus luxus graviter ad libidinem provocat.

VII. Obicies 2. Ruina proximi veneri consentientis ex aspectu mulieris comptæ, ex viri malitia, non ex ornatu mulieris oritur. Viri quippe lapsus præter intentionem mulieris se se ornantis est; atque adeo illius ornatus, non causa, sed occasio tantum est alterius ruinæ. Quare vis efficax periculi tota nascitur ex temeritate eorum qui experti periculum in aspectu mulieris nimium cuitæ, in eamdem nihilominus defigere oculos volunt. Sublata itaque prava intentione mulieris, illius ornatus quamlibet superfluus non erit letalis. Resp. Hæc sunt potissima adversariorum principia, quæ huic argumento aptata improbabilia prorsus sunt, & falsa. Et primum ad pravam intentionem mulieris quod attinet, perperam opponitur. Hæc prava, & directa intentio mulieris provocandi spectatores ad libidinem, nullum habet in istorum animos influxum, nec ad illorum corda pertingit. Intra mulieris animum sistit gradum, nec ultra pergit; nec ornatum efficacius incitantem ad luxuriam constituit. Nulla inter Theologos quæstio umquam fuit; sed convenit penes omnes, mulierem quæ expresso animo alios ad venerem incitandi se se ornat, mortaliter delinquere. Verum iterum repeto, hanc directam pravamque intentionem extraneam omnino esse disputationi nostræ. Duplex supra distinximus scandalum. Directum alterum, quod pravo, & expresso seducendi proximum animo perficitur; indirectum alterum, quod in ipso exteriori actu, seu ornamento situm est. Si hoc sua natura ad libidinem provocat, futilis est directa mulieris intentio. Hæc mulierem solam lædit, & inquinat. Exterior vero cultus, & venustas spectatorum oculos inficit, pollutique animos. Iam ex D. Thoma, communique Theologorum consensu probavimus, scandali activi indirecti reum esse quemcumque qui suo dicto, vel facto alios ad peccandum inducit; quamvis hoc præter illius intentionem contingat. Ut quid ergo opponitur lapsus spectatorum præter mulieris vanæ intentionem accidere; si eius superfluus cultus, & immodicum ornamentum reapse ad luxuriam incitat? In quolibet scandalo indirecto peccati causa voluntas est ipsius peccantis. Propterea ne scandalum præbens immunis a culpa est? Sed, inquiunt, mulier superfluo ornatu in-

cedens neque per se, neque per accidens caussa est alienæ culpæ; sed occasio dumtaxat. Verum habet. Quin etiam vel ipsa mulier directa intentione se ornans, ut alios seducat, occasio, non caussa est alterius ruinæ; si presse loqui velimus: quippe ex hac expressa intentione interna dictum, vel factum nihil maioris efficaciæ in aliorum animos habet, ut dictum est alias. Falsum itaque est quod cum aliis Caietanus asserit, nempe mulierem ornatu notabiliter superfluo comptam neque *per se*, neque per *accidens* velle ab illis concupisci, vel alios ad libidinem concitare; sed tantum velle illum ornatum, ut suæ satisfaciat voluntati. Siquidem qua voluntate mulier superfluum ornatum, sua natura ad libidinem provocantem, ostentat, eadem pariter spectatorum ruinam spiritualem velle convincitur. Quod porro muliebris ornatus notabiliter superfluus incitet ad libidinem, iam supra ex Scripturis, & Patribus ostensum est. Immo potissima ratio, cur Scripturæ, & Patres tam vehementer invehantur in mulierem cultum, non est vel vanitas, vel ambitio, vel nimius sumptus; sed est spiritualis hominum ruina, lapsus spectatorum, ex illius ornamenti aspectu proficiscens. Quippe vix fieri potest quin homines seculi oculos conficiant in mulieres nimium compta. Ex tali vero aspectu grave omni periculum, nemo qui Scripturis sanctis, rationi, & experimento renuntiare nolit, negare audet. Neque reponi potest, remotum hocce periculum esse, minime proximum. Quoniam periculis remotis plenus est orbis; nec peculiari aliquo mandato eiusmodi pericula remota vetantur. Nimius vero feminarum cultus severe in Scripturis prohibetur. Quare, nisi experientia comperta esset tanti periculi efficacia, sola divina prohibitio eiusdem periculi vim palam faceret. Plura habet Caietanus *cit.* 2. 2. *quæst.* clxix. *art.* 2. Primum per ipsum leviter delinquunt primi qui immodicum cultum, vanamque vestium consuetudinem invehant. *Graviter tamen peccant primi* (inquit) *utentes novitatibus occasionaliter inanosis proximo, præferentes sua vanitatis affectum proximorum necessitati. Quia tamen excusare se possunt, dicendo: Non imitetur nos qui non potest, qui non vult: faciat unusquisque sumptus iuxta suas facultates, & non sit stultus: ideo nec contra caritatem, nec contra iustitiam actus iste est; valde tamen reprehensibilis propter multas deformitates, & graves quas habet, dum & consuetudo violatur, & occasio damni datur, & inanis gloria, ac stultitia non sine scandalo committitur.* Ex his clare habetur, aquam hæsisse tanto viro hæc pertractanti. Fatetur graviter peccare illos qui primum immodici ornamenti morem invehunt: e vestigio addit eosdem nec caritatem, nec iustitiam lædere, quia excusare se possunt dicentes: *Non imitetur nos qui non potest* &c. Si hæc ratio consisteret, omnes a reatu scandali indirecti se liberare quirent. Quapropter iterum hæc retractat, subdens: *Valde tamen reprehensibilis est* &c. Pugnantia loquitur, quia nemo quidquam potest adversus veritatem.

VIII. Obiicies 3. Muliebris cultus, quamvis immodicus & superfluus, vim obtinet consuetudinis; a qua si recederent feminæ, deriderentur. Consueta autem minus movent. Resp. Adversus præceptum naturale, divinumque, cuiusmodi est hoc quod mulieribus superfluam cultus formam prohibet, nulla prævalet consuetudo. Consueta minus movent. Verum habet. Ergo non movent? Si familiaris consuetudo admereret effusio mulierum luxui, vanisque illarum illecebris vim permovendi ad venerem, superflua fuissent divina mandata. Quamvis assuetudo quidquam efficacitatis ad excitandam iniuriam detrahat muliebri ornamento, minime tamen tollit quin adhuc notabiliter permoveat concupiscentiam. Assueti homines etant in aspectu eiusmodi ornatus tempore Apostolorum Petri, & Pauli. Propterea ne a prohibitione præfati ornatus Apostoli abstinuere? Numquid Patres non reputere hanc assuetudinis excusationem? Concupiscentia adeo fera est, indomitaque, ut nulla assuetudine manuescat, sed infirmitior, effreniorque ex mulierum comptarum aspectu evadat. Hinc vires recipit, & latentem ignem foras emittit. Nuper sunt, & palmati experientiæ adversi pretextus isti, videlicet quod homines soliti videre mulieres comptas, minus libidinis igne urantur. Quid ergo consuetudinem obtrudis? Quædam sunt quæ familiaritate, & usu non modo vires amittunt, sed roborantur; minusque freno cohiberi valent. Accedit quod muliebris ornatus numquam in eodem statu permaneat. Ne enim virorum taedio, & latietati sit continuata eiusdem feminei ornamenti visio, quotannis mulieres novam excogitant indumenti rationem. Ex Anglia, Galliaque recenti forma induta idola, seu exemplaria vanitatis, ambitionis, & impudicitiæ per universam fere divagantur Europam. Italia nostra præ ceteris hoc stultitiæ fermento laborat, iugoque vestiendi ad arbitrium, geniumque transalpinorum se subdit; ac si adeo hebetes Itali essent, ut nescirent concinnam vestitus formam delineare. Et sic famam, gloriam, pecuniamque una prodigunt. Ad alium autem cavillum, quo se excusare contendunt mulieres; aientes, se deridendas exponere, nisi ornatum suum ad moris obtinentis exemplar conformet, obvia responsio est. A quibus, quæso, irridebuntur? A probis, moratibus, quæso, irridebuntur? A probis ergo. Quid que? Non sane. Ab improbis ergo. Quid te hoc in eventu Evangelium docet? Quid Paulus? *Si hominibus placerem, Servus Christi non essem. Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam & ego eum coram Patre meo.* Sed audi Dionysium Carthusianum in Direct. nobil. art. 13. *Si autem aliqua nobilis femina, aut illustris virgo ab aliis dissuatur, tridetur, adversaque patitur, quia non vult se illis conformare in vanitatibus, atque superbitis; debet hoc propter Deum libenter, & cum gaudio sustinere, & recordari quod ait Salvator: beati qui persecutionem &c.*

IX. Obiicies 4. Mulieres venialem ad summum contrahunt culpam superflue se ornantes. Porro ornatus, veniali tantum malitia pollutus, non potest fieri mortalis; cum peccatum veniale nequeat fieri mortale. Tenebiturne mulier sub letali culpa omittere ornatum suum, veniaiiter duntaxat regulas sobrietatis prætergredientem? Iugum durum nimis esset, alperrimumque. Resp. Sophismata hæc sunt, generique nullius sane momenti. Veniale dum placet, dum ruinam proximi infert, dum declinari absque ullo incommodo, immo cum magno emolumento potest, fieri mortale fatentur omnes, & habetur in cap. *Unum orarium* dist. xxv. §. *Criminis. Nullum esse peccatum veniale*, ibi dicitur, *quin fiat criminale, dum placet.* Consule D. Antoninum *II. Part. tit.* iv. *cap.* v. §. 17. ceteroique Theologos. Quare, licet excelsi ornamenti absolute spectatus venialis tantummodo esset, attentis tamen circumstantiis omnibus, & maxime scandali inde proficiscentis, mortalis est. Alias exsultationes placendi maritis, illoique ab adulterio abducendi, sponsalia, & connubia ineundi, ceteraque id genus effugia, & his quæ hactenus diximus, labefactata omnia remanent.



## §. XII.

*Peccant ne letaliter mulieres quæ nudato pectore incedunt?*

I. Conveuit inter Theologos omnes nuditatem mamillarum, si sit præter consuetudinem patriæ, esse letalem. Omnes damnant mortalis flagitii mulieres illas quæ in aliquam civitatem abusum hunc invehere nt. Dissident vero consuetudine invecta. Recentiores non pauci innoxiam a gravi culpa defendunt hanc pectoris nuditatem, si sit secundum morem patriæ, nimirum si abusus per civitatem serpit. Hanc opinionem defendunt Caietanus 2. 2. *quæst.* clxix. *art.* 2, *& in sum. verb. Ornatus.* Sanchez *Tom. III. de matrim. Lib. IX. disp.* xlvi. *num.* 26. Azorius *par.* II. *Lib. XII. cap.* xviii. *quæst.* xiii. Layman *Tom. III. Lib. II. cap.* iii. *num.* 11. *quæst.* xiii. Trullench. *Lib. I. cap.* vi. *dub.* 5. *n.* 21. Bonacina *de matrim. quæst.* iv. *punct.* 9. Diana *coord. Tom. VII. tract.* v. *ref.* 11. Salmanticenses *tract.* xxi. *cap.* viii. *punct.* 5. §. 2. *num.* 61. Tamburinus *in Decal. Lib. VII. cap.* viii. §. 8. Sporer *in Decal. tract.* v. *cap.* i. *sect.* ii. *num.* 30. Martinus Wigandt *tract.* v. *exam.* i. *num.* 17. Laudati Salmanticenses hæc scribunt. „ At vero si „ hic ornatus non sit iuxta morem patriæ, „ absque dubio erit letale eo uti: unde si „ aliquæ feminæ nunc in Hispania, ubi ex„emplo nostræ catholicissimæ Reginæ fe„liciter regnantis penitus hic *postiferus or*„*natus* eradicatus est, iterum eo uterentur; „ proculdubio gravitet peccarent: quia inlo„lita magis movent, & excitant. Quare „ diligenter a Confessariis, Prædicatoribus, „ animarumque Pastoribus opera danda est „ ut huiusmodi scoliatura nullatenus intro„ducatur: & si ad hoc opus fuerit, sub mor„tali tenentur absolutionem sacramentalem „ negare, & a sacra synaxi eas repellere.“ Hactenus illi. Si pestifera abusio esset consuetudo illiusce, qui fieri valet ut licita quandoque evadat?

II. Relata sententia omni careat, ut ego quidem arbitror, probabilitate, utpote ratione, & auctoritate destituta. Si enim a præfatis Theologis perconteris, qua Scripturarum, qua Patrum, qua antiquiorum Theologorum, qua Synodorum auctoritate talem consuetudinem permittant feminis; silent omnino, & obmutescunt. Ratiunculas vero adeo

adeo exiles, futilesque obtruduntur, ut nulla adiecta oppugnatione evanescant. Quare contrariæ sententia mihi certa, nedum probabilior est. Eam propugnant Scripturæ, Patres, Theologi, Concilia. Præter Theologos supra laudatos, qui superfluum cultum muliebrem improbant, sequentes damnant feminei pectoris nuditatem. Angelus de Clavasio *sum. Ang. verb.* Ornatus *num.* 3. Pisela *verb.* Ornat. *num.* 3. Rotella *verb.* Ornat. *n.* 13. Andreas Duvalius in 2. 2. *tract. de carit. quæst.* XIX. *art.* 1. Bernardinus de Busto *part.* II. *Rosarii sem.* XXVIII. *part.* III. Augustinus Mazzinus *Lib. de Ornat. superst. cap.* XLIII. Hieronymus Sopranis *Comm. in David digress.* I. *disp.* III. *cap.* §. I. Albertus de Albertis *in Paradox. disp.* II. *cap.* I. Constantinus Roncaglia *tract.* VI. *cap.* VI. *quæst.* V. *resp.* 2. Henricus a S. Ignatio *Lib. VI. cap.* XLVII. Natalis ab Alexandro *Lib. IV. artic.* V. *regul.* VIII.

III. Antequam illius sententiæ rationes promo, nonnulla ex Patribus delibare lubet, præter ea quæ latius supra adducta sunt. Tertullianus *Lib. de virgin. velan. cap.* XVI. non modo diris devovet hanc muliebrem nuditatem; sed motem, consuetudinemque, quam in eiusdem patrocinium iactant recentiores, omni argumentorum genere convellit, explodiqne his verbis. *Constituit defensio nostræ opinionis, secundum Scripturam, secundum naturam, secundum disciplinam. Scriptura legem condit, natura contestatur, disciplina exigit. Cui ex his consuetudo opinionis prodest, vel qui diversæ sententiæ color est? Dei est Scriptura, Dei est natura, Dei est disciplina: quidquid contrarium est istis, Dei non est. Si Scriptura incerta est, natura manifesta est, & de eius testimonio Scriptura incerta non potest esse. Si de natura dubitatur, disciplina, quid magis Deo ratum sit, ostendit. Nihil est illi cautæ humilitate, nihil acceptius modestia, nihil pretiosius gloria, & studio hominibus placendi . . . Ora te sive mater, sive soror, sive filia virgo . . . . vela caput: si mater, propter filios: si soror, propter fratres: si filia propter patres. Omnes in te ætates periclitantur: indue armaturam pudoris, circumdare vallum verecundiæ, morum sexui tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos . . . . Sed & vos admonemus adhuc puditiæ mulieres quæ in nuptias incidistis, ne sic a disciplina velaminis exolescatis: ne quidem in momento horæ, ut quia reiicere illam non potestis, alio modo destruatis, neque tectæ, neque nudæ incedentes. Mitris enim, & lamis quadam non velant caput, sed coniugant, a fronte quidem protecta, qua propria caput est, revelata. Alias modice linteatis, credo, ne caput premant, nec ad aures usque demissis cerebro tenus operiuntur . . . Sciant quia totum caput mulier est. Limites, & fines eius eo usque porriguntur unde incipit vestis. Quantum reflolati crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, ut cervicem quoque ambiantur. Ipsæ enim sunt quas tectas esse oportet, propter quat potestas supra caput haberi debet: velamen iugum illarum est. Indicabunt vos Arabiæ feminæ ethnicæ, quæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato contenta sint dimidia frui luce, quam totam faciem prostituere. Mavult femina videre quam videri. Quas propterea infelicissimas ait Romana quædam Regina, quod adamare magis quam adamari possint; cum sint vel ex alterius infelicitate, & quidam frequentioris, immunitate felices: quia facilius adamari, quam adamare feminæ possunt.*

IV. Clemens Alexandrinus Lib. II. *pædag.* cap. 11. *Nullo modo permittendum est mulieribus ut nudam aliquam corporis partem ostendant viris, ut ambo profabantur. Illi quidem, ne qui ad videndum incitentur; illæ vero, ut quæ in se virorum intuitum attrahant.* Similia scribit D. Hieronymus epist. ad Demetriad. *Illa* (mulier) *tibi sit pulchra, illa amabilis, illa habenda inter sacras, quæ nescit esse pulchra, quæ negligit formæ bonum, & procedens ad publicum non pectus, & colla denudat, nec pallio revoluto cervicem aperit.*

V. Scripturæ, Patresque omnes ipsum caput, & fere cuiuslibet feminei corporis partem operiendam inclamant, omnemque improbant nuditatem. Vix in expolita ubera invehunt, quod tum temporis adeo effrontes, impudentesque mulieres non essent. Quare si nativam faciei venustatem negligi, si caput, crinesque velari iubent, si fibia, vultumque fucatum damnant; quæ iacula in exerta, ac turgentia ubera non iaculquebunt? Quod illius impudentiæ vix Patres meminerint, cum leviora tam acriter infectati sint, argumento est, abusum hunc illorum tempore minime serpsisse.

VI. Ceterum, ut a confutatione eorum quæ pro diversa opinione obtruduntur, initium sumam, feminei pectoris nuditas non ad honestam pudicæ mulieris venustatem pertinet, ut Caietano duce, recentiores contendunt; sed ad libidinis illicium, & præstigia meretricia. Effrontium quippe scortorum mos semper fuit turgentes mamillas exerere, & spectatoribus tamquam accendendæ luxuriæ pelicam obiicere. Contra vero virginum, pudicarumque matronarum confuetudo est, pectus totum obtegere, mamillasque procaci obturui subducere. Olim sub tunica, & pectorali fascia, quam strophium vocabant, pectus & mamillas coercebant, ut inquit Iapis laudatus P. Albertus de Alberris, qui has refert Auctoritates. *Strophium*, ait Nonnius, *fascia brevis est, qua virginalem tumorem cohibet papillarum.* Idque indicat Isaias cap. III. *Erit pro crispanti cinere calvitium, & pro fascia pectorali cilicium.* Item Ieremias: *Numquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fascia pectoralis suæ?* Illius fasciæ usus erat, subdit digress. I. disp. III. cap. I. §. I. *ut nuda pectoris verecunde tegerentur, & etiam ne papillæ nimis turgerent: illis ob id impudicæ non usæ, quibus nulla cura pudoris.* Hinc *fine fascia, aut zona mulier pro impudica, vel certe non virgine habetur, quod nullum certius argumentum impudicitiæ sit in femina quam impudentia. Impudentia autem nulla maior in illa quam mamillas exertas ostendere, nec inde pudore suffundi in quotidiano cultu.*

VII. Si mamillarum ostensio ornatus esset nativæ venustatis, numquid Scripturæ, Pontifices, & Respublicæ ipsæ, gravissimis constitutis pœnis, accessum nudato pectore ad sacra mysteria mulieribus inhiberent, quemadmodum reapse inhibent, ut infra videbimus? Nec minus festivum est quod adiicitur; feminas pectus retegere, ut maritis placeant. Habitu ne meretricio uxores incedere debent, ut maritum amorem foveant? An ne Christiani mariti id exigere iure valent? An ne reipsa id exigunt? Quid quod numquam maiori artificio inverecundæ hæ mulieres ubera efferunt, floribus circumdant, ornantque, quam dum maritorum aspectui subducitæ in publicum prodeunt, aliorumque virorum oculos subeunt? Quod vero opponit Caietanus 2. 2. *quæst.* CLXIX. *art.* 2. uxores hac pectorali nuditate viros suos *divertere a maioribus criminibus*, plane commentitium est, & a S. Ioanne Chrysostomo sic exploditur hom. XXVIII. in epist. ad Hebræos. *Crede mihi mulier, etiam si multum sit vir ille inferiora sapiens, hoc illum magis illiciunt, hoc est manifuetudo, pudicitia, habitus sine typho, sine multis expensis, vilis, & humilis. Impudicum quippe virum, etiamsi multa exogines ornamenta, non oblectabunt. Et hæc norunt, quotquot hujusmodi viros habuere. Quantumlibet enim tu studeas adornari, ille, si incontinens est, ad alteram pergit.* Nec quod adiicit Caietanus, & post eum recentiores, quidquam faceslit negotii, videlicet tactum magis quam visum movere; & tamen promiscua oscula viros inter & mulieres alicubi vi consuetudinis esse permissa. Primum falsa est propositio absolute posita. Nam per ipsum Caietanum omnesque recentiores, voluntaria visio pudendorum, illorumque ostensio absolute letalis est; magisque permovet quam tactus manus, qui absolute innocens est. Comparatio ergo respectu eiusdem partis corporis fieri oportet. Tactus uberum iuxta omnes letalis est: ergo & nuditas. Tactus frontis, vultus, manuum absolute non reputatur mortalis; ideo nec nuditas, nec visio. Verum, quidquid de hoc sit, nego ex more illo promiscui osculi elici posse honestatem retecti feminei pectoris. In iis quippe regnis transalpinis, ubi promiscua oscula vigere ferunt, impudentius quoque bacchari libidinem, & grassari cuiusque luxuriæ monstra testantur. Castiores ne Galli, apud quos osculorum usum obtinere aiunt, præ aliis nationibus, a quibus mos ille exulat? Abusus hic tolerantia permissus, etiam in præfatis regionibus a Concionatoribus, virisque apostolicis improbatur. Permitteres ne venustam mulierem quælibet ornatu comptam, nudo pectore, ceteriique prætigiis obarmatam, mutuis osculis virum complecti? Si omnia exteriora ornamenta, gestus, incessus, castitatem redolerent; oscula reciproca possent christianæ pacis, & dilectionis argumenta reputari. Ceterum, cum eiusmodi amplexus inter ipsos & ipsas peragantur qui quoquoversum luxuriæ scintillas iaculantur, illorum impudicitiam evincunt vestes, cincinni, fuci, fibia, nuda ubera, & in viris ipsis effeminatissimis cultus plusquam muliebris. Ex abusu ergo osculorum, alicubi permisso, pessime inferre audent alium abusum, nimirum pectoris nuditatem. Quid quod Caietanus ipse (ut erat vir, mea quidem sententia, summe doctus, unaque pius; tametsi interdum metaphysicis notionibus in morum regulis fingendis plus iusto addictus) e vestigio subdit: *Ubi tamen consuetudo non est, inhibendum esset, & cito extirpanda, ne creseret: quoniam conditio ista, quæ est esse provocativum ad lasciviam, regulanda sic est, ne animi incautum molliescant.* Fatetur Caietanus illecebrosam hanc feminei pe-

pectoris nuditatem irritare venerem, concupiscentiam provocare, remollescere ex hoc aspectu iuveniles animos: ac propterea ne introducatur consuetudo, curandum esse; invectam vero consestim evellendam asserit, ne latius emittat radices. Nemo non videt hæc minime cohærere posse cum primis. Si exposita ubera partem efficerent nativæ pulchritudinis, quemadmodum illius ostensio consuetudinem reprobandam haudquaquam inducit, ita nec illorum nuditas. Sed hæc, Caietano iudice, abolsum extirpandum invehit: ergo male arguit ille ex licita ostensione naturalis pulchritudinis licitam mammillarum nuditatem.

VIII. Paucis omnia perstringo in maiorem nostræ sententiæ confirmationem. Ille muliebris ornatus iure naturali, ac divino vetitus asseritur qui luxuriæ illicium est. At nuda ubera, ornamentorum præstigiis micantia, limites moderati ornatus transiliunt; procacem evincunt impudentiam, atque adeo impudicitiam feminarum quæ eadem exerta propalam deferunt; venerem provocant virorum, qui in eadem oculos vel nolentes conficiunt. Ergo flagitiosa est nuditas illhæc. Nec reponas, invecta consuetudine, vim alliciendi viros amittere, quia usitata minus, & insolita fortius permovent. Apage nugas illas. Si usus tollit vim movendi, aufert quoque pulchritudinis lepotem, & elegantiam: quia nova, & insolita magis placent. Cur ergo alteris nuda hæc ubera ventullatem augere? Cur subdis maritos magis allicere, si ob oculos continenter eadem habent? Accedit quod iuvenes, florente ætate, & dum ferventius ardet libidinis flamma, huic aspectui non sint assueti. Nova illis est nuditas hæc, atque in eamdem defigunt oculos, & impotenti concupiscentia rapiuntur. Ad summum senes facti, ex continenti eiusmodi aspectu dici possent assueti, minusque moveri; secus, utique dum florent ætate. Criminosa ergo, scelerumque plena est consuetudo hæc. Quod urgentius evincitur. Consuetudo quæque rationi conformis sit oportet, bonoque communi consentanea. Quæ enim vel rationi, vel bono communi repugnant, omnium Theologorum consensu exitialis est, & reprobanda. Sed consuetudo nudandi ubera muliebria malorum occasio est plurimorum, bonoque communi repugnat. Nullum e contrario bonum adfert, nec spirituale, cum iuvenes maxime ad venerem provocet; nec temporaneum, ob sumptus maximos in ornatu, vestibus vanis, ceterisque pompis quæ propudiosam nuditatem consitari debent. Ipsis denique feminis hæc nuditas incommoda est. Hiemali tempore iubiectas vestibus prunas continenter mulieres habent: vix quadrantem abeste valent ab igne: & delicatissimam pectoris partem rigidissimo frigori nudam exponunt in publicum prodeuntes. Verum, si in flagitiorum pernitiem imponas eisdem, ut templum nudis pedibus adeant, crudelis servitiæ tedaminant. Ut vanitati, & ambitioni, ne dicam dæmoni, factricia litent, omnia valent: frigoris rigorem floccifaciunt, delicatum corporis membra vexant, latera vi maxima comprimunt, & stringunt, ut ubera magis turgeant, ac totius corporis structura elegantior, venustiorque appareat. Contra vero delicatulæ sunt, & perinfirmæ, quoties iejunia, disciplina, ciliciis, aliisque christianæ permitentiæ operibus eluenda sunt flagitia, vel gravissima. Consuetudo ergo nudandi mamillas perniciosa est, rationi, verbo divino, Patribus, gravioribusque Theologis contraria. Non itaque consuetudo, sed abusus, & corruptela enormis dicenda est. Ubi serpit, & bacchatur, illinc pro viribus extirpanda est: ubi non viget, summo studio curandum, ne illuc introducatur. Momenta quibus adversa sententia nititur, commentitia omnino sunt, vana, & falsa. Placet exscribere quæ de fautoribus illius opinionis exarata reliquit P. Albertus de Albertis *disp. 11. cap. 1. §. 3. n. 43.* „ Auctores quippe „ primæ opinionis animadvertentes feminei „ pectoris nuditatem per varios populos in„ veterata consuetudine sparsam, ut hos a „ damnationis periculo, in quo, ea opi„ nione tamquam improbabili reiecta, o„ mnino iacebant; revocarent, non dederunt „ sane operam ut talem corruptelam ex sa„ cræ Scripturæ, veterum Patrum, & ra„ tionum præscripto, ut par erat, redar„ guerent, simulque evellere conarentur; „ sed e contrario prorsus, ut huiusmodi cor„ ruptelam honestarent, pia affectione, & „ intentione ducti, divinam Scripturam, „ antiquos Patres, gravelque rationes per„ blande mitigare, ac in eiusdem consuetu„ dinis patrocinium traducere non segniter „ studuerunt. Quod quam aperte, & fo„ machabunde a D. Hieronymo, a D. Au„ gustino improbetur, iam supra in ipso„ met præludio obtervavi. Nihilominus il„ lem Doctores, emicantibus veritatis ra„ diis perculsi, conscientiaque icti, & vi„ cti,



„ cti, manus ei tandem herbamque porre„ xerunt, & sine fuco, & fallacia consessi „ sunt, eamdem ipsam nuditatis seminæ „ pectoralis consuetudinem, quam tueban„ tur, tamquam libidinis illicium, hoc est „ velut manifestam corruptelam, esse extir„ pandam: hac confessione dilucide testa„ ti, talem consuetudinem esse flagitiosam, „ ac turpem, neque feminis pectus nudan„ tibus ullum excusationis scitum præbere; „ sed, ut compertam impudicitiæ tesseram, „ ipsam habent, quemadmodum Doctores „ secundæ sententiæ illam nuncupant, ita „ etiam certum damnationis præludium ili„ dem conflare, ut ex dictis abunde satis „ iam liquet.

IX. Plura alia præsto forent argumenta; sed vel advertariorum confessione introductio illius consuetudinis, seu corruptelæ, grave crimen est, invecta vero extirpanda. Secum ipsi pugnant, dum morem hunc evellendum statuunt, unaque innoxium docent. Scripturæ, Patres, Theologi declamarunt contra nimium cultum, ac nuditatem feminarum quæ inveteratæ consuetudinis tecto se se tegebant, ut potissimum ex Tertulliano habetur. Hæc quippe scribit de vel. virg. cap. III. *Exurge igitur veritas, & quasi de patientia erumpe: nullam volo consuetudinem defendas: nam iam & illa consuetudo sub qua te fucabaris, expugnatur. Te esse demonstra quæ virgines regit. Ipsa Scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non novit: si enim nosset, nunquam esset.* Non tempus expedit ergo ultra terere in re abunde comperta.

## CAPUT X.

*De feminis quæ se conspiciendas offerunt viris a quibus turpiter adamari præsident. Nonnulla præmittuntur de scandalo Pharisæorum, & pusillorum.*

I. HActenus disputatum est de honesto, & superfluo feminarum ornatu, quatenus decens, & honestus, aut superfluus, & inhonestus est. Honesto decentique ornatu comptas mulieres publicum subire conspectum licite posse, Scripturarum testimonia ostendunt. Iudith vidua callidissima induit se ornamentis lætitiæ, mitram capiti imposuit. Esther mulier sancta splendido comitatu, fulgidoque vestitu ante Assueri thronum constitit. Ioseph quoque vestem induit polymitam. Hæc, & alia exempla ex Scriptura suppetunt, quæ tamen erronea interpretatione a quibuldam detorquentur ad recentes vanissimas mulierum pompas honestandas: quod quantum a veritate, & Scripturarum scopo abludat, ex iis quæ diximus, patet. In veteri testamento lanctissimas feminas comptas, pretiosisque vestibus indutas fcimus. Quomodo ergo Apostolus vetat ne pretiosa veste mulieres utantur? Dicendum ne erit cum Lessio, Caietano, & aliis, verba Apostoli pro illis diuturnitate temporibus intelligenda esse? Minime gentium, ut supra obtervatum est: sed sano in sensu verba Apostoli interpretanda sunt. Ut ea quæ supra dicta sunt, inculentius explicentur, duplex distinguendus muliebris ornatus est: alter pretiosus, & splendidus, qui spectatorum obsequium, & existimationem sibi conciliat; alter qui immodestiam, impudentiam, & lasciviæ indicia præfert. Secundus, non primus, ab Apostolo prohibetur. Fatemur itaque in muliebri, ac virili vestitu quædam vi præcepti prohiberi: quædam ad maiorem modestiam, pudoremque conferi. Exhortandæ mulieres sunt, ne auro, argentoque intextas vestes deferant; ut gemmas, & anulos, maritali excepto, dimittant. Verum hanc vestitus modestiam formani nec nos præcipimus, nec Apostolus præcipit. Consulere, & exhortari possumus, & pro tempore debemus: secus imperare, & iubere: quia nec id Apostolus iubet. Alioqui principes feminæ, Regimeque, quæ aurata indumenta gerunt, legaliter delinquerent: quod ablonum est. Apostolus sub præcepto vetat ornatum inverecundum, immoderatum, superfluum, quod ex pluribus conlurgit: videlicet ex capitis nuditate, vultus fuco, vestitu aut status conditionem excedente, aut forma minus pudica, denique ex pluribus circumstantiis quæ iuxta prudentum existimationem dedecent christianam modestiam, verecundiam, & gravitatem. Opportuna est D. Antonini doctrina II. Part. titul. IV. cap. V. §. 8. *Ad secundum, scilicet de doctrina Apostolorum, ad hoc respondetur, quod non omne quod est contra doctrinam Apostolorum, est mortale, aut indispensabile; sed solum quantum ad ea quæ pertinent ad fidem, vel bonos mores necessarios ad salutem. Nam sicut in lege antiqua circa moralia, & evangelica, & canonica lege quædam ponuntur præcepta, quorum transgressio est mortale, quædam mandatorie inducentia transgressorem ad veniale, quædam consultorie ad nullum omitten-*

pectoris nuditatem irritare venerem, concupiscentiam provocare, remollescere ex hoc aspectu iuveniles animos: ac propterea ne introducatur consuetudo, curandum esse; invectam vero consestim evellendam asserit, ne latius emittat radices. Nemo non videt hæc minime cohærere posse cum primis. Si exposita ubera partem efficerent nativæ pulchritudinis, quemadmodum illius ostensio consuetudinem reprobandam haudquaquam inducit, ita nec illorum nuditas. Sed hæc, Caietano iudice, abolsum extirpandum invehit: ergo male arguit ille ex licita ostensione naturalis pulchritudinis licitam mammillarum nuditatem.

VIII. Paucis omnia perstringo in maiorem nostræ sententiæ confirmationem. Ille muliebris ornatus iure naturali, ac divino vetitus asseritur qui luxuriæ illicium est. At nuda ubera, ornamentorum præstigiis micantia, limites moderati ornatus transiliunt; procacem evincunt impudentiam, atque adeo impudicitiam feminarum quæ eadem exerta propalam deferunt; venerem provocant virorum, qui in eadem oculos vel nolentes conficiunt. Ergo flagitiosa est nuditas illhæc. Nec reponas, invecta consuetudine, vim alliciendi viros amittere, quia usitata minus, & insolita fortius permovent. Apage nugas illas. Si usus tollit vim movendi, aufert quoque pulchritudinis lepotem, & elegantiam: quia nova, & insolita magis placent. Cur ergo alteris nuda hæc ubera ventullatem augere? Cur subdis maritos magis allicere, si ob oculos continenter eadem habent? Accedit quod iuvenes, florente ætate, & dum ferventius ardet libidinis flamma, huic aspectui non sint assueti. Nova illis est nuditas hæc, atque in eamdem defigunt oculos, & impotenti concupiscentia rapiuntur. Ad summum senes facti, ex continenti eiusmodi aspectu dici possent assueti, minusque moveri; secus, utique dum florent ætate. Criminosa ergo, scelerumque plena est consuetudo hæc. Quod urgentius evincitur. Consuetudo quæque rationi conformis sit oportet, bonoque communi consentanea. Quæ enim vel rationi, vel bono communi repugnant, omnium Theologorum consensu exitialis est, & reprobanda. Sed consuetudo nudandi ubera muliebria malorum occasio est plurimorum, bonoque communi repugnat. Nullum e contrario bonum adfert, nec spirituale, cum iuvenes maxime ad venerem provocet; nec temporaneum, ob sumptus maximos in ornatu, vestibus vanis, ceterisque pompis quæ propudiosam nuditatem consitari debent. Ipsis denique feminis hæc nuditas incommoda est. Hiemali tempore iubiectas vestibus prunas continenter mulieres habent: vix quadrantem abeste valent ab igne: & delicatissimam pectoris partem rigidissimo frigori nudam exponunt in publicum prodeuntes. Verum, si in flagitiorum pernitiem imponas eisdem, ut templum nudis pedibus adeant, crudelis servitiæ tedaminant. Ut vanitati, & ambitioni, ne dicam dæmoni, factricia litent, omnia valent: frigoris rigorem floccifaciunt, delicatum corporis membra vexant, latera vi maxima comprimunt, & stringunt, ut ubera magis turgeant, ac totius corporis structura elegantior, venustiorque appareat. Contra vero delicatulæ sunt, & perinfirmæ, quoties iejunia, disciplina, ciliciis, aliisque christianæ permitentiæ operibus eluenda sunt flagitia, vel gravissima. Consuetudo ergo nudandi mamillas perniciosa est, rationi, verbo divino, Patribus, gravioribusque Theologis contraria. Non itaque consuetudo, sed abusus, & corruptela enormis dicenda est. Ubi serpit, & bacchatur, illinc pro viribus extirpanda est: ubi non viget, summo studio curandum, ne illuc introducatur. Momenta quibus adversa sententia nititur, commentitia omnino sunt, vana, & falsa. Placet exscribere quæ de fautoribus illius opinionis exarata reliquit P. Albertus de Albertis *disp. 11. cap. 1. §. 3. n. 43.* „ Auctores quippe „ primæ opinionis animadvertentes feminei „ pectoris nuditatem per varios populos in„ veterata consuetudine sparsam, ut hos a „ damnationis periculo, in quo, ea opi„ nione tamquam improbabili reiecta, o„ mnino iacebant; revocarent, non dederunt „ sane operam ut talem corruptelam ex sa„ cræ Scripturæ, veterum Patrum, & ra„ tionum præscripto, ut par erat, redar„ guerent, simulque evellere conarentur; „ sed e contrario prorsus, ut huiusmodi cor„ ruptelam honestarent, pia affectione, & „ intentione ducti, divinam Scripturam, „ antiquos Patres, gravelque rationes per„ blande mitigare, ac in eiusdem consuetu„ dinis patrocinium traducere non segniter „ studuerunt. Quod quam aperte, & fo„ machabunde a D. Hieronymo, a D. Au„ gustino improbetur, iam supra in ipso„ met præludio obtervavi. Nihilominus il„ lem Doctores, emicantibus veritatis ra„ diis perculsi, conscientiaque icti, & vi„ cti,



„ cti, manus ei tandem herbamque porre„ xerunt, & sine fuco, & fallacia consessi „ sunt, eamdem ipsam nuditatis seminæ „ pectoralis consuetudinem, quam tueban„ tur, tamquam libidinis illicium, hoc est „ velut manifestam corruptelam, esse extir„ pandam: hac confessione dilucide testa„ ti, talem consuetudinem esse flagitiosam, „ ac turpem, neque feminis pectus nudan„ tibus ullum excusationis scitum præbere; „ sed, ut compertam impudicitiæ tesseram, „ ipsam habent, quemadmodum Doctores „ secundæ sententiæ illam nuncupant, ita „ etiam certum damnationis præludium ili„ dem conflare, ut ex dictis abunde satis „ iam liquet.

IX. Plura alia præsto forent argumenta; sed vel advertariorum confessione introductio illius consuetudinis, seu corruptelæ, grave crimen est, invecta vero extirpanda. Secum ipsi pugnant, dum morem hunc evellendum statuunt, unaque innoxium docent. Scripturæ, Patres, Theologi declamarunt contra nimium cultum, ac nuditatem feminarum quæ inveteratæ consuetudinis tecto se se tegebant, ut potissimum ex Tertulliano habetur. Hæc quippe scribit de vel. virg. cap. III. *Exurge igitur veritas, & quasi de patientia erumpe: nullam volo consuetudinem defendas: nam iam & illa consuetudo sub qua te fucabaris, expugnatur. Te esse demonstra quæ virgines regit. Ipsa Scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non novit: si enim nosset, nunquam esset.* Non tempus expedit ergo ultra terere in re abunde comperta.

## CAPUT X.

*De feminis quæ se conspiciendas offerunt viris a quibus turpiter adamari præsident. Nonnulla præmittuntur de scandalo Pharisæorum, & pusillorum.*

I. HActenus disputatum est de honesto, & superfluo feminarum ornatu, quatenus decens, & honestus, aut superfluus, & inhonestus est. Honesto decentique ornatu comptas mulieres publicum subire conspectum licite posse, Scripturarum testimonia ostendunt. Iudith vidua callidissima induit se ornamentis lætitiæ, mitram capiti imposuit. Esther mulier sancta splendido comitatu, fulgidoque vestitu ante Assueri thronum constitit. Ioseph quoque vestem induit polymitam. Hæc, & alia exempla ex Scriptura suppetunt, quæ tamen erronea interpretatione a quibuldam detorquentur ad recentes vanissimas mulierum pompas honestandas: quod quantum a veritate, & Scripturarum scopo abludat, ex iis quæ diximus, patet. In veteri testamento lanctissimas feminas comptas, pretiosisque vestibus indutas fcimus. Quomodo ergo Apostolus vetat ne pretiosa veste mulieres utantur? Dicendum ne erit cum Lessio, Caietano, & aliis, verba Apostoli pro illis diuturnitate temporibus intelligenda esse? Minime gentium, ut supra obtervatum est: sed sano in sensu verba Apostoli interpretanda sunt. Ut ea quæ supra dicta sunt, inculentius explicentur, duplex distinguendus muliebris ornatus est: alter pretiosus, & splendidus, qui spectatorum obsequium, & existimationem sibi conciliat; alter qui immodestiam, impudentiam, & lasciviæ indicia præfert. Secundus, non primus, ab Apostolo prohibetur. Fatemur itaque in muliebri, ac virili vestitu quædam vi præcepti prohiberi: quædam ad maiorem modestiam, pudoremque conferi. Exhortandæ mulieres sunt, ne auro, argentoque intextas vestes deferant; ut gemmas, & anulos, maritali excepto, dimittant. Verum hanc vestitus modestiam formani nec nos præcipimus, nec Apostolus præcipit. Consulere, & exhortari possumus, & pro tempore debemus: secus imperare, & iubere: quia nec id Apostolus iubet. Alioqui principes feminæ, Regimeque, quæ aurata indumenta gerunt, legaliter delinquerent: quod ablonum est. Apostolus sub præcepto vetat ornatum inverecundum, immoderatum, superfluum, quod ex pluribus conlurgit: videlicet ex capitis nuditate, vultus fuco, vestitu aut status conditionem excedente, aut forma minus pudica, denique ex pluribus circumstantiis quæ iuxta prudentum existimationem dedecent christianam modestiam, verecundiam, & gravitatem. Opportuna est D. Antonini doctrina II. Part. titul. IV. cap. V. §. 8. *Ad secundum, scilicet de doctrina Apostolorum, ad hoc respondetur, quod non omne quod est contra doctrinam Apostolorum, est mortale, aut indispensabile; sed solum quantum ad ea quæ pertinent ad fidem, vel bonos mores necessarios ad salutem. Nam sicut in lege antiqua circa moralia, & evangelica, & canonica lege quædam ponuntur præcepta, quorum transgressio est mortale, quædam mandatorie inducentia transgressorem ad veniale, quædam consultorie ad nullum omitten-*

*tentem talia ligantia peccatum, sed ad maius promerentia bonum; ita & in doctrina apostolica. Quando autem intelligatur in talibus Scripturis esse præceptum, & mandatum ex modo loquendi, & de veritate sermonis ipsarum Scripturarum, non potest clare regula haberi, sed secundum materiam subiectam, & declarationes sanctorum. De huiusmodi dictum est supra in capitulo de inobedientia. Talis autem omnitus ab Apostolis non prohibeturi præceptorie, nisi in eo casu quum fieret ad lasciviam, & lasciviam, ut dicit Thomas; sed mandatorie, vel exhortatorie: quod patet ex evidenti ratione: quia si præceptorie diceretur, & universaliter, sequeretur hoc inconveniens, quod quamcunque portaret vestem aurea intexiam, aut argento, etiamsi Regina, mortaliter peccaret: quod est absurdum dicere.*

II. Ex his ergo colligas velim summa prudentia opus esse in figenda regula honesti, vel inhonesti muliebris ornamenti, lætalis, aut venialis culpæ. Ex modo loquendi Scripturarum, & ex subiecta materia, sanctorumque declarationibus definiendum id est. Statuendum est adversus Lettium, aliosque, Apostolum vi præcepti vetare ornamentum immoderatum, superfluum, ac ad lasciviam notabiliter incitantem. Id & subiecta materies, & declarationes sanctorum, ut cum D. Antonino loquar, perspicue ostendunt. Ceterum verissimum quoque est, ornatum & quantum ad formam modestiorem plus solito, & quantum ad colorem minus vividum, accommodantem, & quantum ad valorem viliorem, ad consilium, exhortationemque revocari. In ipsa quoque vestium, & ornamentorum superfluitate levis culpa reperiri valet ob parvitatem materiæ, rectamque intentionem. Hæc dicta sint ad maiorem eorum quæ supra diximus, claritatem. Nunc ad ea quæ instant, accedendum.

III. Scandalum Pharisæorum ex malitia, pusillorum ex ignorantia, & infirmitate, ut alias diximus, proficiscitur. Sed explicandum incumbit primum, quid exprimat ex malitia delinquere. Hoc luculenter de more explicat D. Thomas 1. 2. quæst. LXXVIII. art. 2. ad 3. *Dicendum, quod malitia, ex qua aliquis dicitur peccare, potest intelligi malitia habitualis, secundum quod habitus malus a Philosopho Lib. V. Ethic. cap. 1. nominatur malitia; sicut habitus bonus vocatur virtus: & secundum hoc aliquis dicitur ex malitia peccare, quia peccat ex inclinatione habitus. Potest etiam intelligi malitia actualis; sive ipsa mali electio malitia nominetur, & sic dicitur aliquis ex malitia peccare, inquantum ex mali electione peccat; sive etiam malitia dicatur aliqua precedens culpa, ex qua oritur subsequens culpa; sicut cum aliquis impugnat fraternam gratiam ex invidia, & tunc idem non est causa sui ipsius; sed actus interior est causa actus exterioris.* Multifariam peccatum ex malitia contingit. Primum ex pravo habitu. Secundo ex electione mali, seu, ex certa scientia absque passione, & absque exteriori obiecto alliciente. Deinde cum flagitium ex alio oritur flagitio. Quot modis ex malitia delinquitur, totidem scandalum ex malitia perpetratur. Si presse igitur loqui velimus, scandalum ex malitia illud est quod neque ab ignorantia, neque ab infirmitate, neque ab ulla occasione, vel passione, sed ab interiori perversitate, certaque sententia gignitur, vocaturque scandalum pharisaicum, seu scandalum acceptum, tametsi non datum. Nolim tamen eiusmodi sic intelligas, quasi qui peccat ex passione, non peccet simul ex malitia; sed hoc in sensu, quod scandalum pharisaicum ex certa malitia est, eo quod animus ex prava dispositione paratus sit ad peccatum. E contrario qui ex impetu passionis labitur, peccat quidem & hic ex malitia, quia cohibere appetitiones suas deberet: attamen, nisi exteriore obiecto passio alliceretur, minime homo peccaret; & ideo ex passione peccate dicitur. Quibus prælibatis, id quod proposuimus, explicandum est.

IV. Quæst. I. *Peccat ne mulier quæ, si in publicum exeat, a determinato viro, puta Paulo, prævidet se turpiter amandam?* Resp. Si mulier, nulla iusta vel necessitatis, vel utilitatis causa, domo egrediatur, prætideatque se turpiter amandam, iuxta communem Doctorum sententiam mortaliter peccat. Neque inter iustas exeundi causas reputari valet propriæ libertatis usus. Nimis quippe laxa est quorumdam opinio asserentium causam iustam exeundi esse ut mulier suæ satisfaciat voluntati: voluntas quippe nostra legibus caritatis subiecta est. Caritas nostra iubet vitare spiritualem proximi ruinam, cum absque detrimento notabili id præstari potest. Nec loco detrimenti notabilis haberi potest propriæ libertatis impedimentum. Quare alia causa præter exercitium libertatis assignanda est. Causa autem legitima esse potest vel necessitas eundi ad Ecclesiam, invitandi amicas urbanitatis gratia, vel utilitas peragendi negotia propria. Quare nimis laxa mihi videtur doctrina quam ex Diana aliisque recentioribus referunt Sanmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 5. *num.* 60. ubi hæc scribunt: „ Ut licite mutuum, 60. ubi hæc scribunt: „ Ut licite mutuum, „ lier possit se hominum conspectui offerre, „ necesse est aliquam intervenire utilitatem, „ *saltem* non se privandi propria libertate, „ & iure exeundi domo, vel standi ad fe„ nestram. Ceterum, quia istæ causæ, & „ utilitates semper verificantur; semper erlam ei erit licitum offerre se decenter „ ornatam hominum conspectui. Immo ad„ dunt citati Auctores, quod si ornatus esset „ superfluus, non peccaret mortaliter, sed „ venialiter: quia tot sunt mulieres superfluæ se, ornantes, ut vix de ulla possit affir„ mari occasionem peccandi hominibus tri„ buere. Videatur etiam Diana. " Duo ex hac doctrina colligimus. Alterum est, quod ad libitum mulier se se offerre licite possit hominum obtutui, ut suæ libertatis iura sarta tecta custodiat. Alterum vero, quod etiam superfluo ornatu compta, fucuque picta valeat in publicum prodire, quin lætaliter delinquat, sed venialiter tantum. Cur? quia tot sunt fœminæ superfluæ se se ornantes, ut vix de aliqua admirare possimus, occasionem peccandi hominibus tribuere. Si hæc tibi non arridet ratio, consule Dianam, inquiunt. Nonne egregia ratio, & momentosa auctoritas? Quia plurimæ sunt mulieres ornamentorum illecebris, & lenociniis obarmatæ ad expugnandam hominum castitatem, nulla earum delinquendi præbet occasionem? Ex peccantium ergo multitudine innocentiam arguis? D. Antoninus oppositum docet II. Part. tit. VII. cap. IV. *Mortale autem* (scandali peccatum est) *quum committit actum peccati mortalis manifestum, sive etiam quia contemnit salutem proximi, ut & pro ea conservanda non præermittat aliquis facere quod sibi libuerit, quantumcumque quis scandalizetur; & tunc etiam committenda quod esset de se veniale, vel haberet speciem mali, æstimando quod aliquis ex tali actu eius rueret in aliquod mortale, & sive sit periculo, vel detrimento posset illud dimittere, & non faceret, quia non curat de salute proximi, dummodo suæ voluntati satisfaciat; esset ei mortale, quia contra caritatem, qua quis tenetur providere saluti proximi: sicut si mulier perpendens, vel æstimans ex signis aliquem trahi ad concupiscentiam sui extra matrimonium, offerat se indifferenter aspectui illius, non intendens ex hoc illum inducere ad concupiscentiam suam, sed nec etiam de hoc curans, sed volens satisfacere voluntati suæ, seu levitati in discurrendo per loca, vel morando ad ostium domus, vel fenestras ex quadam curiositate, vel vanitate, ut laudetur de pulchritudine; mortale esset. Secus autem, si hoc non æstimaret, vel non bene posset illa dimittere, ut quia oportet ire ad Ecclesiam, vel ad alia loca, & aliquando cum vicinis morari in via, ne reddat se aliis morosam, & de eo displicentiam habeant.*

V. Quæst. II. *Mulier peccatrix ad Ecclesiam, vel ad aliud peragendum negotium, prævidet se libidinose amandam, tenetur ne omittere Missam, & negotium, ut scandalum vitet?* Resp. Distinguendum est scandalum pusillorum a scandalo Pharisæorum. Item animadvertendum, num mulier prævideat se concupiscendam ab aliquo determinato amatio, vel aliquibus indeterminate. Convenit penes omnes, mulierem teneri pro aliqua vice vel omittere, vel differre iter ad Ecclesiam, aut aliud adire, si potest, templum, summque differre, si absque notabili detrimento valet, negotium, ut pusillorum scandalum vitet. Quia præceptum vitandi scandali prævalet, ut alias dictum est, præcepto audiendi Missam. Ceterum raro hoc in praxi contingit: quia raro contingit quod scandalum virorum adamantium libidinosæ mulieres sit scandalum pusillorum, ex infirmitate nempe vel ignorantia proficiscens. Quandoquidem, si mulier hunc venerem amorem prævidet, indicia istius amoris præcesserunt, ex quibus illa infert, se iterum concupiscendam fore. Paratus itaque animo est vir ille ad mulierem concupiscendam, atque adeo non ob ignorantiam, vel fragilitatem, sed ob suam habitualem malitiam in eamdem rapitur; quod ad scandalum pharisaicum spectat.

VI. Porro communissima Theologorum sententia est, non adringi mulierem ob tale scandalum negligere sua negotia, sive temporalia invisendi amicas urbanitatis gratia, vel res alias tractandi, sive spiritualia, audiendi Missam, visitandi Ecclesiam, aliaque id genus pia opera. Hæ quippe actiones aut honestæ sunt, aut indifferentes, quæ iusta urgente causa prætermitti ob scandalum pharisaicum minime debent. Gradus vero necessitatis, & utilitatis necessariæ, ut iusta sit causa contemnendi scandalum pharisaicum, ignotus nobis est. Ex pluribus circumstantiis colligi id potest. Criminis malitia cum necessitatis, vel utilitatis causa comparari debet.

bet. Pravitas quoque, & dispositio peccantis præ oculis habeatur oportet. Nam licet scandalum quoque pusillorum ex malitia sit, ut alias diximus (ablata enim malitia non esset peccatum) tamen talis malitia est quod vir non peccaret, nisi occasio occurreret talem aspiciendi feminam; quod proprie scandalum pusillorum constituit. E contrario qui more Pharisæorum peccant, paratum habent animum prave affectum erga quamcumque mulierem; ideo ex certa malitia peccant.

VII. Dico igitur, non teneri mulierem omittere Missam, Ecclesiæ visitationem, neque sua temporalia negotia, ut scandalum pharisaicum declinet. Ex hac est communis sententia. Et quod ad spiritualia opera attinet, nemo est qui dissentiat. De temporalium omissione nonnulla difficultas urget. Opponi solet caritatis ordo, quo spiritualis proximi salus præferenda est temporaneo bono. Qua ergo ratione asseritur, mulierem exire licite domo posse ad invitandas amicas, ad sua negotia peragenda, dum ex tali egressu salus proximi periclitatur? Pervertitur nimirum caritatis ordo, cum temporalia spiritualibus præferantur.

VIII. Eruditus Petrus Ballerinus *Præler. v. ad Tom. II. D. Antonini*, ut ab hoc nodo se expediat, concedit ob solum temporale bonum contemnendum non esse pharisaicum scandalum. Sed addit spirituale bonum & in hoc, & in similibus casibus occurrere. Si enim licitum non esset, urgente necessitate, ab usurario parato mutuum petere, neque licitum foret mulieri in publicum ob scandalum pharisaicum prodire: tanta est hominum infirmitas ut ipsi peccaremus, si libertas consulendi necessitatibus, commodisque propriis adempta nobis esset. Porro hoc malum spirituale ex infirmitate nobis impendens satius est impedire quam flagitium illorum qui ex malitia peccaturi prævidentur.

IX. Hæc doctrina aut communi Theologorum sententiæ accedit, aut, si quid aliud ingerit, difficultate non caret. Nam scandalum pharisaicum contemnendum dicimus, ut publicus rerum ordo servetur. Hac hominem veneris ardore perustum quotidie expectare mulierem domo egredientem, ut in illius obtutu se complaceat. Si hæc misella clausa domi veluti in perpetuo carcere morari deberet, ut hoc pharisaicum scandalum declinaret; iam perturbatus esset publici commercii ordo, adempta libertas cuique a natura concessa. Hic libidine æstuans sua continuata malitia non modo adversus castitatem delinqueret, verum etiam communia invaderet libertatis iura, atque bono communi, & civili societati infestus foret. Qua de causa mulier domi se contineat, ut illius libidinis lapsum vitaret, eiusdem malitiam adversus communem libertatem foveret, & sic delinqueret, sive staret, sive prodiret. Ideirco permittendum est prius malum, nempe scandalum, ut auferatur secundum, scilicet libertatis privatio, ut sic mulieres sua frui libertate valeant, causa honesta impellente. Si eiusmodi spiritualia incommoda in his contemnendis Pharisæorum scandalis occurrant, nulla urget difficultas. At non apparet quod quæpiam semper impendeant. Nam plures sunt homines qui etiamsi mutuum ab usurario non acciperent, non propterea peccarent: quod idem de mulieribus domi degentibus dicendum est. Quod si latam esse legem quis contendat, qua ob vitanda peccata quæ hominum infirmi committerent, nisi licitum illis esset & domo exire, & mutuum petere, premente necessitate, permissum sit reipsa & domo egredi, & mutuum accipere; nemo est qui talem legem repudiet.

X. Ex his colligitur, convenire inter Theologos, curandum non esse scandalum *pharisaicum* iusta, ac rationabili causa urgente. Quod autem id liceat vel ob solum temporalem utilitatem, communeque bonum temporale, vel quod, si hoc bonum temporale negligatur, impendeat spirituale damnum; ad praxim quod spectat, parum refert. Nobis standum esse videtur communi doctrinæ, omnium fere Theologorum auctoritate firmatæ, nimirum urgente iusta temporali causa, curandum non esse pharisaicum scandalum. Ordo quippe caritatis iubet ut auxilium feramus proximo, dum indiget, & dum id præstare valemus absque nostro notabili detrimento. Quod detrimentum, ut dictum est, ex comparatione cum criminis qualitate, aliisque circumstantiis pensandum est. Porro, cum ex una parte nobis damnum temporale impendet, & cum ex altera proximus necessitatem non patitur (quippe sua prava voluntate perstitit in malitia sua) non est negligendum bonum nostrum, tametsi temporale, ut illius scandalum evitemus. In actionibus itaque quæ mediam naturam habent, spectanda est causa honesta ob quam fiunt, ut sciamus, omittendæ ne sint, an secus, ob scandalum pharisaicum. Caritatis ordo absolute spiritualia temporalibus præfert, secus in omni circumstantia; potissimum cum proximus fracta fronte & contumaci libertate temporali bono insidias struit. Aliquin nec defendenda essent adversus invasores communia bona, nec Principes regna, & provincias custodire possent, ut homicidia, aliaque mala vitarent. Mitto recentere innumeras rerum perversiones quæ prosluerent, si in omni eventu necesse esset spiritualia temporaneis anteponere. Standum ergo communi doctrinæ est.



XI. Quæst. III. *Peccat ne mulier in publicum sine ulla rationabili causa prodiens, si prævideat se impudice amandam ab aliquibus indefinite, & vage acceptis, dummodo ipsa nullum pravum intentionem habeat?* Resp. Dum mulier prævidet a determinata persona, pura a Francisco, se concupiscendam, graviter eam delinquere, si illius aspectui se se offerat absque rationabili causa, probatum est supra. Quæstio præsens est, utrum quoque peccet, si præsciat se ab aliquibus indefinite tantum concupiscendam? Quod duplici modo accidere valet, ut optime advertit P. Albertus de Albertis in suis *paradox. dif. 1. cap. v. §. 4. num. 36. & seq.* Primum puella formosa prudenter existimare potest, humana infirmitate spectata, se ab aliquibus male concupiscendam absque ulla determinatione personæ, loci, vel temporis. Certum est ad hoc vitandum periculum eam non astringi. Secundo hæc eadem puella prævidet se fœde concupiscendam hodie in tali convivio, in tali conversatione ab aliquo adultantium; quamvis ignoret quis illorum determinate impudicus amator futurus sit. Hoc solum ex circumstantiis compertum illi est, puta quia sunt iuvenes veneri dediti, homines quique erga mulieres petuli. Rursus a commeque erga mulieres petulci. Rursus a convivio, & congressu mulier formosa absque ulla inurbanitatis nota, & absque omni incommodo abesse potest. Quæritur, utrum sub gravi culpa abstinere debeat? Præfatus P. Albertus de Albertis *loc. cit.* docet affirmativam partem sic circumscriptam a nemine negari rationabiliter posse. Quod & ipse verum reputo, hisque rationibus evinco. Quilibet declinare astringitur proximum periculum peccati letalis, non modo determinati, sed etiam generatim accepti. Omnes quippe fatentur mulierem peccare letaliter, si absque rationabili causa se offerat aspiciendam viro determinato, puta Titio, gnara turpiter ab eodem amandam. Quid ni ergo peccabit, si pluribus se se præbeat, quos novit in eamdem culpam lapturos, tamen neminem designare sciat? Nonne mortaliter delinquit ille qui ad bibendum plures invitat, dum præscit aliquos indefinite fore inebriandos, ut communiter fatentur vel ipsi benigniores Probabilistæ? Qui publice coram aliis moraliter peccat, conscio dictum, factumve suum quibusdam occasioni futurum delinquendi, quamvis ignoret quinam determinate offendiculum passurus sit; scandali, necessario in confessione exprimendi, reus habetur, ut communis opinio docet. Ergo etiam gravem scandali noxam illa mulier contrahet quæ absque ulla honesta causa suo indifferenti facto occasionem delinquendi hominibus indefinite, ac generatim præbet. Quod enim in convivio, aut conversatione formosa mulier prævideat, obscœno amore sui flagraturum Petrum determinate, vel plures viros indefinite, ad scandalum quod attinet, perinde est. Fatentur omnes in primo casu mulierem peccare, si absque convenienti causa se Petri aspectui offerat: ergo idem dicant pariter in secundo necesse est. Siquidem idem influxus omnino in proximi infirmitatem, atque adeo in eiusdem peccatum est, sive cognitio mulieris sit de homine libidinoso determinato, sive de quibusdam indefinite. Dictum namque, & factum, seu interventus mulieris in convivium, aut congressum, in quo obscœne se diligendam probabiliter, certoque credit, est id quod proximo ruinæ occasionem præbet. Cognitio mulieris interior est, quæ foras non erumpit, nec ad peccandum impellit. Exterior apparitio, & deliberata sui oblatio publico obtutui causa viris est venereo flagrandi amore. Optime hac de re Lactantius Lib. III. divinar. Institut. cap. 5. *Nihil interest quo animo facias, quod facisse vitiosum est: quia facta cernuntur, animus non videtur.* Ornata pulchritudo, non animus movet. Pro hac sententia P. de Albertis laudat *S. Thomam, Ioannem de Friburgo, Ulricum, Alexium, S. Antoninum, S. Carolum Borromæum, Dionysium Carthusianum, Sylvestrum, Astesanum, S. Bernardinum, Trovamala, Tabienam, Alexandrum Anglum, Ioannem Herolt* cognomento Discipulum, *Silvest., Nicolaum Auriscum, Baptistam de Salis, Iacobum Ungarellum, Filliucium, Baldellum, Tiraquellum, Cardinalem de Lugo*, aliosque, quorum verba refert, additque triginta insuper Doctores a Ioanne Sanchez pro hac sententia laudari.

XII. Nihil aliud adversus præfatam opinionem opponi solet præter ius propriæ libertatis, quæ læderetur, si abstinere mulieres deberent a conviviis, a spectaculis, publicisque congressibus, in quibus prævident ab

aliquibus se fore amandas. Verum iuxta principia Probabilistarum hæc objectio urget. Fatentur enim vel ipsi Probabilistæ, quod sicuti, quando lex certa non est quæ libertatem restringat, possessio stat pro libertate; ita quando lex clara, & perspicua est, possessio stat pro lege adversus libertatem, quæ legis observationi subiici debet. At lex naturalis, & divina caritatis de vitando scandalo, etiam indirecto, de peccato ex infirmitate proficiscente cavendo occasionis subtractione, comperta, & explorata est, & legitima possessione gaudet. Nemo igitur solius libertatis prætextu huic legi se subducere iure valet; sed necessaria est gravis causa, seu incommodum distinctum a detrimento solius libertatis. Idque confirmat P. Albertus de Albertis *loc. cit. num.* 113. quod secundum Probabilistas in dubio proprio, hoc est negativo, melior est conditio possidentis in omni prorsus materia. Sed præceptum caritatis de vitando scandalo passivo ex infirmitate, vel ignorantia proficiente, dum commode potest, est in legitima possessione obligandi libertatem. Ergo ius tuendæ libertatis perperam opponitur, ut hinc inferatur liberam esse feminis publicos adire congressus, in quibus se conspiciendas præbeant iis a quibus indefinite se fore amandas prævident. Et sane, si ius tuendæ libertatis satis esset ad abolendam legem de vitando pusillorum scandalo indirecto, actum, conclamatumque esset de omni præcepto. Nullum enim reperitur præceptum quod libertati contrarium non sit, & onerosum; eamque non limitet, & coerceat. Hoc nemo afferere audet. Ergo prætextus tuendæ propriæ libertatis ineptus est ad inferendam immunem a scandali reatu mulierem quæ nulla dicta rationabili causa se spectandam præbet illis quos veneris igne arsuros ex sui conspectu probabiliter cognoscit. At quid requiritur, inquies, ut mulier probabiliter iudicet se impudice amandam fore? Nam homines communiter mulieres depereunt. Semper ne iudicare mulieres debent se impudice amandas fore? Ex circumstantiis hoc eruere valent. Si congressus, & convivia sint iuvenum, hominumque impudicitiis deditorum, idque ipsis constet; tum, causa congrua sublata, abstinere ab eiusmodi conviviis, atque hominum frequentia debent.

XIII. Quæst. IV. *Peccant ne mulieres quæ pullitulos suos sibi inservire permittunt, & illorum familiari colloquio fruuntur, dum ex pluribus indiciis probabiliter colligunt teneros amore ergo se deflagrare?* Resp. Letaliter delinquere mulieres illas, tametsi earum mens & animus a libidine alienus sit, nemo est qui vel in dubium revocare valeat, ut exiis quæ dicta sunt, compertum est. Quare mulieres quæ hodiernum vivendi morem perseguentes, suos venustulos servulos (verius dixerim vilia mancipia) habent, eorumque fruuntur servitute in incessu, in ascensu, & descensu, & fere semper ad latera assidentes habent, ablutionis sacramentalis indigæ omnino sunt eo quod obfirmato animo persistant in habitudine peccandi. Putant se a scandalo immunes, quod ipsæ nulla se sentiant venerea intentione pollutas. Quæ excusatio, ut alias diximus, futilis est. Continenter peccant, quod eiusmodi bellulos amasios excipiant absque ulla rationabili causa in propriam domum, & eorumdem perosficiola obsequia illecebris, & lenociniis pensant, & continuam libidinis negotiationem peragunt.

## CAPUT XI.

*Utrum expediat permittere meretrices, licitumque sit domus eisdem locare.*

Quæst. I. *Licita ne est scortorum publica permissio?* Resp. Communior est Theologorum, & Canonistarum sententia, quæ licite permitti scorta defendit. Hoc permisso, maiora impediri mala ipsi contendunt. Sed nemo adhuc, mea quidem sententia, quidquam solidi adduxit, ut assertionem evinceret; quin potius pro certo habent quod probandum incumbit. Rationes quæ contrariam opinionem suadent, validæ mihi sunt, & efficaces. Eaidem in medium afferre volo: quod tamen dum præsto, Principum permissionem damnare nequaquam mihi animus est; sed duntaxat prudentum iudicio submittere quæ veritati magis ego arbitror consentanea. Certum enim est numquam Principes, quorum est bonum publicum curare, permissuros meretrices fore, si crederent maiora hinc consequi mala. Nostra ergo interest palam facere scortorum permissione non minui, sed augeri mala nostra.

II. Primum, Deus qui sua infinita sapientia omnia comprehendit, Iudæis lupanaria omnia in civitatibus eorum vetuit. *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. Non offeres mercedem prostibuli.* Deut. XXIII. vers. 27. Quare Origenes *Lib. IV. contra Celsum* scribit, *nullas fuisse meretrices inventutis pestes in eorum Republica.* Bonfrerius huoque apud P. de Albertis animadvertit, non quomodocumque scorta vetita esse; sed *ita duntaxat, ut quasi auctoritate publica constituerentur, velcerte permitterentur.* Cornelius a Lapide interpretatur, Deum prohibuisse ne lege Magistratuum publica lupanaria permitterentur. Denique Philo Iudæus *Libro de speciali lege* testatur, capitale fuisse crimen apud Hebræos corpore quæstum facere. Hæc tamen intelligenda videntur de meretricibus Israeliticis, & publica auctoritate permissis. Ceterum ex textu inferre minime possumus, nulla apud Iudæos extitisse lupanaria, aut meretrices alienigenas lege Moysis fuisse interdictas. Quin oppositum ex Scriptura colligitur. Duæ enim meretrices ante Salomonis tribunal litem intendisse in *III. Regum* III. clare asseritur. Lex ergo Moysis verat ne publica sanctione lupanaria permittantur. Scorta quæ apud Iudæos extitisse legimus, non publica auctoritate, sed contra legis præceptum invecta fuere.

III. Ex præfata lege sic liceat arguere. Nisi ex meretricum prostibulis plus mali quam boni emergeret, numquam Deus Iudæis inhibuisset illas permittere. Quod sic evincitur. Id quod plus mali quam boni parit, rationi repugnat, quæque natura malum est. E contrario autem permisso minoris mali ad maius vitandum bona est, & naturæ congruit, saltem quantum ad effectum, seu, ut dicitur, consequenter, seu in sensu formali, & expresso. Ergo, si permissio scortorum maiora mala vitaret, iniuste, & contra bonum commune talem permissionem Deus Iudæis interdixisset. At Deus hanc permissionem Hebræis reipsa interdixit. Ergo maiora mala non impedit, sed inducit.

IV. Rationum momenta quæ promit Navarrus, valde inculenta videntur. Libido, sicut quodlibet aliud vitium, ufu non minuitur, sed revivisci, & roboratur. Flamma veneris adiecta flammæ augetur, & sola contraria acqua defervet. Quis dixerit, ignem extingui sulphure, & bitumine appolito? Iuvenes pudore a natura insito impetus concupiscentiæ cohibent, & verecundia suffusi vix audent cæstas puellas aggredi. Ubi patent lupanaria, vel inviti, & obsistente nativa pudicitia, pelliciuntur, & instigantur. Vetulæ meretrices ad quæstum ineptæ lenæ fiunt, & proxenetæ, invenesque seducunt, efficiuntque lupanariorum amatores. Isti semel fredato castitatis lilio, fractaque fronte, locos perversunt, dirumque libidinis virus ceu cancer & pestis serpit, procedit, grassatur, & brevi universam inficit urbem. Ipiemet, inquit Navarrus, novi pueros castissimos venientes ad Academias ex terris ubi eiusmodi lupanaria non sunt, ob eam quæ illis se offerebat peccandi occasionem, animas, studia, & corpora ipsa contagio infecta perdidisse. Hæc omnia experimento continuo explorata sunt. In terris a quibus exulant scorta, frigescit venus; & si intus ardet in paucis, foras tamen non adeo frequenter erumpit ad ceteros inquinandos. Extinguitur flamma, materia subducta. Stupra, incestus, fornicationes, adulteria non deerunt, usquedum non deerit natura, culpa originali corrupta. Id solum in quæstionem vertitur, num latius serpat libido ablatis scortis, an permissis. Immanius patere libidinis flagitia iis in locis ubi lupanaria aperta quam ubi penitus clausa sunt, ostenium est. Unicum quippe libidinis remedium, non usus illius, sed virtus adversa. Castitatis studium, carnis maceratio, pœnitentia, fuga mulierum sunt advertus libidinem efficacissimæ medicinæ.

V. Minora quæ ex scortorum permissione depinguntur mala, nempe pauciora adulteria, rariora stupra, & incestus, commentitia sunt, & prorsus falsa; non secus ac si diceres, defervere flammam oleo adiecto, & sulphure. Quin iuvenes, adiecta verecundia, audaciores fiunt, & ex scortorum usu, atque familiaritate in veneris palæstra doctiores evadunt; artificia addiscunt quibus latisfacere facilius suæ concupiscentiæ valeant, ut Ecclesiasticus docet: *Et qui se iungit fornicariis, erit nequam. Fornicarii*, nimirum meretricibus: erit *nequam*, ideft *audacior*, ut interpretatur Clemens Alexandrinus *II. Pædag. c. x.* Tantum abest ut æstus libidinis ex frequenti meretricio defervescat, quin hinc vires recipit, & robur. Id soluni consequitur ut in dies ebullientæ venere novæ cogitentur ut in dies eisdem fiat latis. Quemadmodum halliones quotidianas, & assuetas epulas fastidiunt, nauseantque, & assuetres, peregrinasque appetunt; sic libidinosi ex frequenti veneris crapula latures, meretrices nauseæ habent, & fastidio; ideoque exquisitiores epulas, elegantiora fercula exquirunt, formosiores videlicet puellas adoriuntur, præstigiis, & lenociniis ex lupanario perceptis illas seducunt, thalamis infidias struunt, nihilque intaminatum, quantum per eos licet, relinquunt. Paucis omnia perstringo. Peccatum æstuat, omnium Theologorum consensu, non minuit, sed auget, amplifi-

catque vires concupiscentiæ originalis. Et sicut baptisma non delet concupiscentiam originis; ita nec pœnitentia exstinguit fomitem concupiscentiæ invectæ, & roboratæ usu peccati personalis. Evidens ergo est usu meretricio effrenioremevadere libidinem, flammamque veneris latius grassari, thalamos, & sacratiora loca subire. Ne multa. Libidinis flamma in lupanari obvio accenditur, primamque tuam exturat famem. Extra illud, in viridariis filiorum, in vineis alienis convivia ordiare instruit, fusique fruitur deliciis, & oblectamentis. Quid divitiarum iacturam, quid iuvenum tabida corpora, quid familiarum extinctionem, quid discidia, quid homicidia, quæ ex meretricio proficiscuntur, loquar? Quis inficias iverit is in regionibus quæ vino carent, rariores esse ebrios? Qua ratione negaveris, sublatis scortis fornicationes, in cellas, adulteria, & nefanda crimina longius abesse? Concludamus ergo, solo castitatis studio venerem cohiberi, & diminui; numquam vero usu, & exercitio.

VI. In maiorem eorum quæ dicta sunt, confirmationem, unius, & alterius Scriptoris verba trancribam. D. Chrysostomus *orat.* XVII. hæc scribit. „ Omnino ita existimandum est, „ quod ista in medio posita, & manifesta, „ nonnullosque adulteria, nimisque impu„ denter, & perfracta fronte perpetrata, in„ certorum, & occultorum tam in mulieres „ honorandas, quam pueros, stuprorum haud „ minimam præbeant causam: eo quod tam „ facile talia quilque audet, & turpitudo „ in publico contemnitur. Et non, quem„ admodum quidam putant, quod eius„ modi flagitia securitatis, & abstinentiæ „ causa reperta sint. Forsan igitur quispiam „ rusticior ita quodammodo dicere queat: „ O sapientes Legislatores, & Principes, qui „ ista suscepistis initio, quasi quoddam ad„ mirabile civitatibus pharmacum modestiæ „ repetentis, ne vobis manifesta hæc, & „ aperta domicilia claudas domos, & interio„ res thalamos referent, quippe foris, & a„ perte libidinantur modicis impendiis, ne se „ ad liberas, & honestas vertant mulieres „ cum multis pecuniis, muneribusque: vide„ te ne illi re vili, quæque sit in potestate, „ non contenti, amplius id quod prohibitum „ est, cum timore, multisque impendiis per„ sequantur. "

VIII. Locutentius, maiorique efficacitate sententiam hanc confirmant Adamus Contzen *Lib. II. Polit. cap.* XII. §. 14. „ Im„ probissima est eorum ratio qui publicis „ illis voluptatibus deteriora caveri arbitran„ tur. Ubi invaluerunt, flagitiosissima quæ„ que perpetrantur. Fuga optime castitati con„ sulit: quæ esse non potest, si publica stu„ pra incitamenta libidinum; si cæcum esse opor„ teat, ne malum videas; si in porticibus, „ in foro, in viis omnia turpibus abundant; „ *si in pocalis*, ut inquit Plinius Lib. XXXI. „ cap. I. *libidines celare invent*; si imagines „ illecebrosæ in conspectu inventutis impune „ collocantur, venenum publice venditur, „ animarum toxica in nundinis Christianorum, non vetante magistratu, venduntur. „ Dabit magistratus ille pœnas qui nefande „ dissimulat. Si filiam turpitudines illas occu„ lorum hoc cogitationi instillandas emisse „ cognosceres, merita indignatione excande„ sceres. Si quis ea coram liberis tuis enar„ raret, diem illi, ut corruptori iuventutis, „ diceres. An plus est verbis indicasse, an „ oculis fidelibus subiicere, ut tenacius he„ reant? Vident hoc omnes, vident tui, vi„ dent tuis narraturi.

VIII. Tandem Cornelius a Lapide relata auctoritate Navarri, & Ioannis Mariannæ sic concludit in *Eccli. cap.* XIX. *vers.* 3. §. 6. „ Videmus occasione lupanarium puerosve „ sua sponte, vel aliorum invitatu ad ea oc„ currere, noxiaque libidine enervare vires, „ ac inflammata cupiditate in omne dedecus „ ruere. Omnino ubi lupanaria non sunt, „ multo continentiores iuvenes, pauciora adul„ teria existunt, castior est civitas: quia sicut „ nullum vitium ita accenditur occasione da„ ta, ac libido; sic pariter nullum ita repri„ mitur occasionum fuga, ac libido. *Fugite* „ *fornicationem*, ait Paulus. Ratio est clara: „ quia sicut flamma non extinguitur, sed ac„ cenditur flamma; ita libido accenditur li„ bidine, perinde ut rixa accenditur rixa. "

Hactenus Cornelius, qui auctoritates, & exempla in huius sententiæ confirmationem affert.

IX. S. Ludovicus Galliarum Rex ex universo regno meretrices publicas in exilium egit, & lupanaria omnia destruxit, ut testantur Gallorum Annales, Gaguinus, & Æmilius *Lib. VII.* Philippus IV. Hispaniarum Rex ab universa Hispania easdem eiecit. Memoria dignum est Sancti Pii V. Pontificis Maximi facinus, quo non modo Roma, sed universo fere Italiæ statu ecclesiastico meretrices propulsavit, paucis dumtaxat permissis atque separato loco reclusis iuxta Mausoleum, sanxitque ne per urbem sive nocte, sive die discurrerent. Sacellum eisdem destinavit, in



in quo conciones audirent, pœnis constitutis, si quid contra auderent. Populi Romani Conservator pontificio decreto intercessit, opponens id in civitatis damnum cessurum: pulsis quippe meretricibus, minuitur populus, foris quippe abeunt. Respondit Pontifex, se dignoscere mala gravissima quæ Clero, & populo universo ex lupanaribus impendent, scandala quæ inde proficiscuntur, & invidiam summam quæ ob hanc permissionem Sedi Apostolicæ, summoque Pontifici conflatur apud exteros; probra, & calumnias quas hinc obiiciendi heterodoxi antiam arripiunt. Hæc, & plurima alia esse momenta ob quæ se conscientia adstrictum iudicat ad hoc exterminandum scandalum. Instante Conservatore, exilium illud fore urbis ruinam, subdidit Pontifex: *Si hæc sanctioni Romæ ruina futurus sum, ex excedam, & Sedem Apostolicam mecum ex alio transferam; Romanisque suas lupas ex aliquam.* Cessit Conservator, & Pontifex lupanaribus Romam liberavit. Hæc Pontificis acta testantur. Hæc Sanctorum facta innumeris prævalent rationculis.

X. Accedit quod lupanaria gentilissimi reliquiæ sunt, non secus ac bacchanalia: ideoque sua origine, nedum effectibus, prava sunt. Lupanar ad quod S. Agnes ducta fuit, angelico tamen servata prodigio, Romæ in Ecclesiam illius nomini nuncupatam hodie conversum intuemur. Id in omnium votis est; sed num permittenda sint vitandi maioris mali causa, disputatur. Verum habet, probatumque est supra maiora esse quæ ex lupanaribus scatent, quam quæ impediuntur, damna.

XI. Denique una voce fatentur omnes mulierum fuga castitatem sartam tectam custoditi. Hoc clamant Scripturæ, hoc Patres, hoc ipsa ratio. Paradoxon ergo videtur, effrontes mulieres permittendas esse, ut adolescentibus, virtique omnibus obviæ sint, sitque omnibus libertas illas invitandi, & amplexandi.

XII. Obiicies 1. D. Augustinus Lib. II. de ordine cap. IV. *Quid sordidius, quid insanius, dedecoris, & turpitudinis plenius meretricibus, lenonibus, ceteriisque hoc genus pestibus dici potest? Auferte meretrices de rebus humanis, turbaverit omnia libidinibus.* Respondet Cornelius a Lapide Augustinum invenem hæc scripsisse; ætate vero provectum, sapientioremque factum, hanc retractasse sententiam. Et sane *Lib. II. de civit. Dei cap.* XX. impios ethnicos talia fantes introducit. *Abundent publica scorta vel propter omnes quibus frui placuerit, vel propter eos maxime qui habere privata non possunt . . . . Saltationes undique concrepent, theatra, tubonesiæ lætitiæ, vocibus atque omni genere sive crudelissimæ, sive turpissimæ voluptatis exæstuent. Et ille sit publicus inimicus cui hæc felicitas displicet.* Tamquam Epicureorum voces improbat Augustinus eas quibus expedire publica scorta in civitatibus clamant carnales homines, ad maiora mala vitanda. Nonnulla alia scribit sanctus Augustinus *Lib. XIV. de Civ. Dei cap.* XVIII. quæ adversari lupanariorum permissioni videntur. Inquit enim: *In usu scortorum, quam terrena civitas licitam turpitudinem fecit, quamvis id agatur quod eius civitatis nulla lex vindicat, devitat tamen publicum etiam permissa, atque impunita libido conspectum; & verecundia naturali habent provisum lupanaria ipsa secretum.* Ex quibus eruitur terrenam civitatem, nimirum Romanorum gentilium iura, scorta permittere; secus iura Ecclesiæ. Clarius Hieronymus *epist. ad Oceanum* scribit, *Cæsarem, non Christum, Papinianum, non Paulum viris impudicitiæ frana laxare, & lupanaria permittere.* Lactantius subdit dæmonis arte invecta lupanaria. *Ne quis esset qui pœnarum metu abstineret alieno, lupanaria quoque constituit, & puderem infelicium mulierum publicavit, ut lucibrio haberet tam eos qui faciunt, quam quas pati necesse est.*

XIII. Obiicies 2. D. Thomas 2. 2. *qu.* X. *art.* 11. refert auctoritatem Augustini quam supra transcripsimus ex *Libro de ordine.* Accedit quod licet in civitatulis scorta prohiberi expediat; minime tamen id congruit grandioribus urbibus, ubi multitudo gentis abundat. Bonum enim in paucioribus, & communiter hominum ad mala proni sunt. In peramplis civitatibus mores solutiores sunt, vitia ex nationum diversitate diriius grassantur: si lupanaria exularent, non esset salva omnis caro. Tandem non videtur verum coitu libidinem immanius fevire: quoniam cur ad sedandam concupiscentiam permissa dicuntur matrimonia, si tutus matrimonii libidinem acueret?

XIV. Ad D. Thomam quod attinet, dicimus verum esse allegare Augustini auctoritatem; sed obiter, & veluti per transennam, nullo adiecto examine: remque in medio reliquisse videtur. Ad id quod additur, dicimus, rationes a nobis inductas evincere ubique lupanaria maiora invehere quam impedire mala. Utique in amplioribus urbibus

bus mores laxiores sunt. Sed ideo tales esse dicimus, quia ibi frequentiora esse lupanaria solent, majoremque scortorum multitudinem. In remedium etiam concupiscentiæ matrimonia concessa asserimus: ergo & fornicationes? Nemo id asserere ausit. Matrimonia sacramenta sunt in humani generis propagationem instituta. Gratiæ sacramentalis concupiscentiæ ardorem, sin extinguit, temperat. Conjugati qui fornicariorum, ideo brutorum, more suam cognoscunt uxorem, ea minime contenti sunt; sed veluti equi hinnientes alienos thalamos, & mulieres quasque aggredi pertentant. Cur? Quia libido libidine non minuitur, sed augetur; flamma flammam non extinguit, ut probatum est. Quæ nobis veniora apparent expolimus; sapientum tamen iudicio subiicimus.

XV. Publica lupanaria tollenda de civitatibus rationes, ut mihi quidem videtur, evincunt. Utinam rationibus executio responderet! Utinam Pius V. Ludovico, & Philippo similes multi hac quoque tempestate inveniantur, qui tantum christianæ Reipublicæ bonum præstent! Id saltem curandum ut in civitatis angulos, veluti in navis sentinam, detrudantur; ibique claustæ maneant effrontes hinc feminæ. Certe Principes, & magistratus negligere sine peccato nequeunt publicum meretricum egressum. Discurrunt hodiedum effrontes istæ meretriculæ per civitatem, publica, & magis frequentata loca subeunt: sese iuventibus ad lasciviam comptæ offerunt, prætigiis muliebribus, illecebris, lenociniis seducere iuvenes studeant, torque infidis homines circumveniunt, ut vel castiores labantur. Numquid Augustinus, vel Thomas, vel alius gravis Theologus permitti hanc vagandi, & ad libitum in qualibet civitatis parte degendi libertatem meretricibus dicite posse docet? Quis vel laxiorum Casuistarum dixerit, reos non esse omnium illorum scelerum magistratus, & Principes qui tanta mala pro viribus impedire non satagunt? Peccant sane in publicum bonum, peccant in patriam, in filios, in subditos. Quid de Theologis, quid de Confessariis dicendum, qui istorum superiorum confessiones excipientes, nullum istidem scrupulum ingerunt, sed absolutionem impertiuntur?

XVI. In peramplis ergo civitatibus, ubi meretrices abundare solent, e locis frequentioribus removeantur, ne laqueos iniiciant transeuntibus, ipsisque probatos, sed infirmos viros, pervertant, & in insidias pertrahant. E civitatibus vero non adeo amplis, & populosis, penitus expellantur: quod sine gravi perturbatione fieri potest, cum Dei, & animarum zelus ardet. Ubi vero non sunt, nunquam illuc introducantur. Verum hæc omnia, tametsi veritima sint, superstua & vana erunt, nisi mores corrigantur. Quid? Meretrices expellent qui matronas, puellas, uxores habitu meretricio compta, pectore, humeriisque nudatis, & illecebris obarmatas incedere, publicoque virorum congressui adire permittunt? Qui uxorum suarum lecbis alienos adludere maritos, & iuvenes non curant? Qui secreta colloquia, & occultam, diuturnamque familiaritatem mutuam diffidant? Homines hac vivendi consuetudine adeo effeminantur, eorumque animi adeo molliscunt, ut sine feminæ vix respirare valeant. Mos iste vivendi libidinis pestem quoquoversum diffundit, ipsisque castissimos viros inquinat, inficit, & ad exitium detrudit. Usquedum depravata hæc consuetudo antinet, quis sperare ausit scortorum exitium, aut intra designatos ambitus inclusionem? En causam cur necessaria asseritur meretricum permissio: qua sane hypothesi data, nemo negare potest consequi, non modo meretricum necessariam permissionem, sed adulterorum quoque, quæ fallo tolli lupanarium introductione creditur. Qui formosis matronis, familisque ac venustis feminis maritis inserviunt, minime dignantur, exquisitis, elegantibusque epulis relictis, ad vilissima, putidaque scorta accedere. Panis ille filigeneus plebeiorum fami explendæ reservatur. Quæro nunc. Licite ne Principes, & Magistratus permittunt præfatum vivendi morem, quo divitiæ prodiguntur, thalami inquinantur, successiones confunduntur, viri effeminantur, mulieres regimen usurpant, & iudeque omnia miscentur? Peccant ergo, & quod non auferant causam invehendi lupanaria: peccant lupanaria ob talem causam non ablata permittendo. Sed de his satis.

XVII. Quæst. II. *Licitum ne est domos, & vestes locare meretricibus, & usurariis?* Resp. Affirmant communiter recentiores, Sanchez *Lib. I. in Decal. cap.* VII. *n.* 1. Azorius *Lib. XII. cap.* XVIII. *q.* III. Vasquez *opusc. de Scand. qu.* XLII. *art.* 8. *dub.* 5. *num.* 48. Ledesma *Tom. II. tract.* VIII. *cap.* XXXII. *concl.* 14. *quæst.* 1. Trullenchus *Lib. I. cap.* VI. *dub.* 3. *num.* 16. Diana *Tom. VII. coord. tract.* V. *ref.* 40. Lessius *Lib. II. cap.* XIV. *dub.* 7. Salonius *in* 2. 2. *quæst.* LXXII. *art.* 4. *contr.* 6. Castropalaus *disp.* VI. *punct.* 12. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 5. *num.* 65. Sporerius *tract.* V. *cap.* I. *sect.* 3. *num.* 90. Tamburinus *Lib. V. in Decal.* §. 4. *num.* 34. *Etiam nulla* (inquit) *excusante causa.* Excipiunt tamen communiter, nisi domus magis apta esset ob situs conditionem ad peccandum, & ad homines alliciendos, & vicinitas meretricis multum noceret honestis feminis in vicinia commorantibus. *Nam tunc requiritur causa, qualis certo sufficiens esset, non posse alias honestioribus locare:* concludit Tamburinus *loc. cit.* Audistin'? Etiamsi domus hæc aptior sit ad exercendum meretricium, etiamsi locatio domus, & meretricis inhabitatio *multum noceret honestis feminis in vicinia commorantibus*, licitum est talem domum in his circumstantiis meretricibus locare. Hoc eodem modo loquitur Diana *loc. cit.* cum Sanchez, aliisque laudatis iuniioribus.

XVIII. Hæc recentiorum opinio, tametsi Auctorum multitudine vallata, mihi hucusquaquam probatur: quia ratio quam ipsi afferunt, falsa videtur. Eiusmodi locatio domus, inquiunt, remote ad peccatum meretricii concurrit; idcirco licitam asserunt, eriam nulla occurrente causa. Contrariam ego propugno opinionem tamquam unice probabilem, nedum ceu probabiliorem. Pauci sunt Auctores qui adhæreant; sed ratio validissima sustinetur. Et primum Authentica de lenonibus *t. princip.* vetant locare domum publico uiurario, & lenonibus, quorum cura est puellas seducere. Eadem de meretricibus ratio est. Sed ratio potissima quæ hanc mihi suadet opinionem, ex doctrina ab Ecclesia proposita eruitur. Famulus qui suis humeris dominum adiuvat ad ingrediendam fenestram meretricis, peccat ex Ecclesiæ definitione. Et qui universam domum ad peccandum aperit, concedit, locat, a peccato immunis erit? Quænam, amabo te, discriminis ratio? Nulla sane, nisi quod proximius, & efficacius in meretricium influit qui domum totam concedit, & locat, quam qui humeris suis ad ingressum eiusdem domus scortatorem adiuvat. Sed famulus, respondebunt iuniores, proxime ad peccatum concurrit; secus locator. Proximius, & efficacius, reponò ego, locator domus locatione cooperatur peccato quam præfatus famulus. Auctores adversam propugnantes sententiam communiter defendebant licitam cooperationem famuli suis humeris adiuvantis dominum, ut videbimus infra. Ecclesia damnando unam, consequenter, ut ego quidem arbitror, damnavit & alteram. Casuistæ qui post Innocentium XI. scripserunt, quique extenuare vim, damnatarum propositionum tentarunt, lecuti sunt Magistros Dianam, Tamburinum, Trullenchum, Castropalaum, & alios, & omnia expresse non damnata, tametsi cum aliis damnatis propositionibus connexa, non raro amplexati sunt. Sic evenisse in hoc casu ratio explicata evincit: quam sub alio aspectu proponere iuvat. Locatio domus, inquiunt, natura sua indifferens est; neque domus locatur ad meretricium, sed ad inhabitationem. Eadem ratione dicere famulus potest, se herum suum adiuvare ad ingrediendam fenestram, secus ad fornicandum; atque adeo actionem suam esse indifferentem. Hoc falsum est ex definitione Ecclesiæ: ergo & illud. Recentiores non pauci frequenti laborant paralogismo, dum in morum regulis designandis actiones a circumstantiis seiungunt. In præsentia non disputamus, licita ne sit domus locatio ad inhabitationem; sed quæritur, utrum locari possit meretrici, quæ in tali domo lupanar aperire, suoque corpore quæstum facere designavit. Ideo enim mulier hanc domum, has vestes conducit, ut meretricium profiteri valeat. Inanis ergo est præcitio, quæ seiungit inhabitationem a meretricio, quoties locanda domus est meretrici, quæ in eadem infamem artem exercere debet. Quemadmodum licitum, immo non raro, urgente præcepto caritatis, debitum est meretricem iuuare, eique vestes ad corpus tegendum donare; propterea ne sic licitum erit eidem pulchras vestes, & cubiculi ornamenta locare, ut suam infamem artem profiteri valeat? At in hunc finem te non locare dicis. Verum quæ locas, huic fini deserviunt. Ideo inique locas; quidquid in contrarium scribant iuniores nimium ab evangelica Ethica recedentes.

XIX. Obiicies. Principes ob maiora vitanda mala meretrices permittunt: ergo tu non teneris illarum peccata impedire, domum inhabitandam denegando. Resp. Permittunt Principes meretrices. Quid inde? Licitum ne propterea tibi erit cum meretricibus commiscri? Principum est bonum commune promovere, Deumque imitari, qui minora tolerat mala ut graviora impediat. Sed quid hoc confert ad privatum regimen propriæ animæ? Tua non interest expendere, num Principes licite meretrices permittant; neque iterum tale permissum bono communi expediat; sed quid te deceat, expendere debes, nimirum, ut ne opus quod exequi contendis,

licitum, an illicitum. Si opus illicitum est, ob Principum permissionem de crimine non purgatur. Ostentum est quod locare domum lupæ, quæ in eadem meretricium exercere debet, sit actio & circumstantia mala: quia commodum, & auxilium præbet locator iste tali feminæ ut le prostituere valeat. Nec refert quod te non locante alius sit locaturus. Quoniam aliorum peccata tua non excusant. Si, missis distinctiunculis Casuistarum, eorumque metaphysicis præcisionibus, quibus locatio domus seiungitur a suis circumstantiis, quæ in morum regulis potissimum spectari debent: si his, inquam, missis rem serio perpendas, te reipla domum tuam diabolo locare ad illius opera exercenda colliges. Perpendito pecuniam quam ex tali locatione reportas, pretium esse iniquitatis, lucrum humani corporis prostitutione, divinæ maiestatis contemptione, innumerisque flagitiis nefandissimis partum. Et non tremit christiana manus, dum tam turpes tangit reditus? Non horret animus, non detestatur emolumentum adeo sceleratum? Dum illhinc animum intendis, non ne ipse tentis quam vana, quam furtiva sit huic argumento accommodata distinctio illa, cooperationis proximæ, & remotæ, locationis ablolutæ, & abstractæ? Quæ reipla continguntur, spectanda sunt, & meditanda. Hæc omnia quæ eo indicavi, & his peiora re eveniunt. Quid refert quod tu hæc non intendas? Intentio prava te sola peccarum esset. De practico facto locationis sermo nunc est. Hoc ego suis circumstantiis septum flagitiosum iudico.

XX. Ex his colliges primum, peccare eos iuxta nostram sententiam qui domos locant meretricibus indiscriminatim civitatem inhabitantibus. Grave enim scandalum est quod in medio domorum, & familiarum honestæ vitæ sæx illa, & humanæ naturæ pudita tabes locum habere debeat. Quid iuvenes, quid puellæ, quid matronæ ex tali conturbernio, & vicinitate non patiuntur detrimenti? Quare gravissime illi peccant qui in qualibet civitatis parte domos meretricibus inhabitandas concedunt. Si meretrices in aliquo civitatis angulo iussu Principum includæ essent: tunc Sylvius 2. 2. *quæst.* LXVII. concedit licitum fore eisdem domos locare in tali determinato loco sitas. Nec id ego concederem ob rationes adductas. Auctores qui ante propositiones ab Ecclesia damnatas scripsere, caute, licet alioquin docti, legendi sunt in hoc, & similibus argumentis, quæ cum damnatis sententiis connexa sunt. Sententiam nostram docet Navarrus in *Manual. cap.* XVII. *num.* 195. Henricus a S. Ignatio *Lib. IV. cap.* I. *num.* 493. Sylvius *loc. cit*, excepta circumstantia adducta, Genet *Tom. I. tract. V. cap.* IV. Quod dictum est de meretricibus, multo magis de feneratoribus publicis, de lenonibus dicendum, ac de illis qui vestes, lecticternia, & totius cubiculi ornamenta meretricibus locant, ut optimis vestibus indutæ, & ornato cubiculo excipere scortatores valeant. Eiusmodi vestium, & ornamentorum locationes, non modo turpem meretricii notam, sed avaritiæ, & usuræ crimen sæpe contrahunt. Similes locatores, & locatrices altari, & sacro tribunali arcendæ sunt, sacramentisque privandæ, nisi ab infami, & usurario quæstu abstineant. Quid, inquies, si meretrix lectulo eget, aut veste? Vetitum ne erit hæc illi vendere? De veste ad corpus tegendum, de lecto pro necessario capiendo somno, usque communi, nulla urget difficultas. Ceterum, si quæreret lectum ad meretricandum, aut vestem splendidam, ut lenocinatoribus formosior appareret, idque certo constaret venditori; dico illicitam tunc venditionem esse.

## CAPUT XII.

*De aliis actionibus, quæ, licet a circumstantiis præcise, indifferentes, & honestæ sæpe sint; spectatis tamen circumstantiis, aliorum peccatis cooperantur.*

I. UT quæstiunculæ infra resolvendæ clarius, & facilius percipiantur, præmittenda primum omnium est propositio ab Innocentio XI. damnata, quæ est sequentis tenoris, & ordine 51. *Famulus qui submissis humeris scienter adiuvat herum suum ascendere per fenestram ad stuprandum virginem, & quidquid eidem subserit, deferendo scalam, aperiendo ianuam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.* Hanc propositionem docuit Castropalaus *tract.* VI. *disp.* VI. *punct.* II. *n.* 5. his verbis. „ Si indifferentia proximiora peccato subministres, & aliam caulam gravioremhonestandi administrationem expostulo, qualis esset, si pater torvis oculis re aspiceret, & timeres male tractari; vel si dominus a domo sua te expelleret, & expulsus cogeretis „ mendicare, vel penuriam pati, præcipue „ cum non ita facile alium dominum invenias qui similia, & peiora ministeria non petat; *vel, si in eius domo te sustinet, id fit te obiurgando, & increpando, vel debita merccde defraudando.* Si enim *aliquota ex his damnis* tibi provenit, eo quod non „ ministres actiones indifferentes de se, & pravo usui ex malitia domini deservientes, poteris illa ministrare: quia tunc non eris peccato illius cooperari, sed potius permittere. Unde licet tibi, tali urgente occasione presto, concubinam portare, signare locum domino ubi sit. Item dicere concubinæ: Dominus meus dicit ut illum hac nocte expectes, vel eum videas. Item domino ascendere volenti per fenestram ad rem habendam cum femina, poteris pedem sustinere, scalam apponere: quia sunt actiones de se indifferentes, & ita tradit Navarrus. „ Hactenus P. Castropalaus, qui pro sua sententia laudat præter Navarrum, negantem licitum esse locare domum meretricibus, ut vidimus, Sanchez, Azorium, & alios. Verba Palai transcribere volui, ut hinc colligatur P. Dominicum Viva in expositione præfatæ thesis minus attente legisse Palaum, dum *num.* 3. scribit, talem opinionem a Palao non doceri, eo quod Palaus addat, quod famulus *excussus cogeretur mendicare, aut penuriam pati*; quod in hac thesi non proscribitur explicite, concludit P. Viva. Verum P. Castropalaus præter mendicitatem addit increpationem, & obiurgationem solam causam esse sufficientem adiuvandi herum ad virginem stuprandum: *vel, si in eius domo te sustinet, id fit te obiurgando, & increpando.* Addit aliam causam, nempe, *vel debita mercede infraudando.* Hæc sunt duo momenta, præter mendicitatem, aut penuriam, quæ Palaus affingat. Ideirco autem ostendo P. Castropalaum thesim proscriptam docuisse, ut cautius lectores eumdem legant, subique 2 damnata doctrina caveant. Doctrinam Castropalai exscribit P. Antoninus Diana, & de more adopiat *Tom. VII. coord. tract. V. ref. 46.*

II. P. Salmanticenses hanc referunt thesim, quam impugnatam a Diana falso asserunt, eamque explicant *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 5. *num.* 74. ubi in examen inducant illam particulam *aperiendo ianuam*, illamque sic interpretantur. Si famulus fores infringat, aut aliqua clavi ianuam aperiat, peccat, quia hoc in sensu illa clausula proscripta est. Si vero aperiat ianuam, ut concubina in domum heri ingrediatur, immunem ab omni culpa famulum aiunt. Hæc interpretatio commentitia videtur, & omni destituta ratione. Et primo, cum clausula absoluta sit de apertione ianuæ, quo fundamento asseritur intelligeudam esse de apertione vi, vel clavi aliqua peracta? Ubi sunt coniecturæ illius interpretationis? Ex contextu propositionis oppositum colligitur. *Aperiendo ianuam, aut quid simile cooperando. Tò quid simile* &c. amplificat clausulam illam, non restringit ad apertionem violentam; sed potius ad quamcumque apertionem, vel ad quid simile extendit. Sive ergo aperiat ianuam vi, aut communi via, sive quid simile præstet, puta si eam comitetur in domum heri, dubio procul peccat.

III. Quid signifiicet altera clausula, *metu notabilis detrimenti*, explicandum remanet. Occurrit etiam difficultas, sintne recensitæ famuli actiones licitæ, maximi damni, mutilationis, aut mortis metu. Thomas Sanchez, quidquid in oppositum iudicare videatur P. Viva, defendit, famulum posse recensitas omnes actiones præstare ob metum alicuius magni damni. *Cum hæc omnia ministeria* (inquit Sanchez Lib. I. in Decal. cap. VII. num. 3p.) *peccato valde connexa sint, ea non excusat ratio famulatus.* Deinde post pauca subdit: *Tandem omnia hucusque ministeria dicta multo facilius excusantur in servis, utpote qui maiori necessitate domino inservicndi astricti sunt, nec illum deserere possunt.* Quare & Auctor iste propositionem damnatam reipla docet. P. Dominicus Viva nec unum designat Auctorem illius thesis; sed tantum dicit num. 3. *Quibus verbis* (damnatæ thesis) *videntur locuti nonnulli apud Dianam.* Videntur locuti nonnulli? Neminem ergo legis qui aperte eam doceat? Lectoribus suis haud valet consulere a quibus libris cavere debeant? At consulam ipse, non ut Auctoribus illis aliquam notam impingam, quod abiit (bona enim fide, & intentione, quæ sibi probabilia apparebant, scriptis prodiderunt) sed ut periculo errandi lectores subduciam. Præter ergo Castropalaum, Dianam, Sanchez, tametsi iste paulo cautius loquatur, P. Thomas Tamburinus damnatam thesim docet *Lib. V. in Decal. cap.* 1. §. 4. *num.* 18. & 19. cuius hæc sunt verba. „ Subditus non ex sola famulatus „ ratione sed metu notabilis detrimenti, „ quale esset, si quis timeret ne dominum „ hunc deterens, cogatur alium cum sua „ molestia, & damno quærere, *ne a domi-*

licitum, an illicitum. Si opus illicitum est, ob Principum permissionem de crimine non purgatur. Ostentum est quod locare domum lupæ, quæ in eadem meretricium exercere debet, sit actio & circumstantia mala: quia commodum, & auxilium præbet locator iste tali feminæ ut le prostituere valeat. Nec refert quod te non locante alius sit locaturus. Quoniam aliorum peccata tua non excusant. Si, missis distinctiunculis Casuistarum, eorumque metaphysicis præcisionibus, quibus locatio domus seiungitur a suis circumstantiis, quæ in morum regulis potissimum spectari debent: si his, inquam, missis rem serio perpendas, te reipla domum tuam diabolo locare ad illius opera exercenda colliges. Perpendito pecuniam quam ex tali locatione reportas, pretium esse iniquitatis, lucrum humani corporis prostitutione, divinæ maiestatis contemptione, innumerisque flagitiis nefandissimis partum. Et non tremit christiana manus, dum tam turpes tangit reditus? Non horret animus, non detestatur emolumentum adeo sceleratum? Dum illhinc animum intendis, non ne ipse tentis quam vana, quam furtiva sit huic argumento accommodata distinctio illa, cooperationis proximæ, & remotæ, locationis ablolutæ, & abstractæ? Quæ reipla continguntur, spectanda sunt, & meditanda. Hæc omnia quæ eo indicavi, & his peiora re eveniunt. Quid refert quod tu hæc non intendas? Intentio prava te sola peccarum esset. De practico facto locationis sermo nunc est. Hoc ego suis circumstantiis septum flagitiosum iudico.

XX. Ex his colliges primum, peccare eos iuxta nostram sententiam qui domos locant meretricibus indiscriminatim civitatem inhabitantibus. Grave enim scandalum est quod in medio domorum, & familiarum honestæ vitæ sæx illa, & humanæ naturæ pudita tabes locum habere debeat. Quid iuvenes, quid puellæ, quid matronæ ex tali conturbernio, & vicinitate non patiuntur detrimenti? Quare gravissime illi peccant qui in qualibet civitatis parte domos meretricibus inhabitandas concedunt. Si meretrices in aliquo civitatis angulo iussu Principum includæ essent: tunc Sylvius 2. 2. *quæst.* LXVII. concedit licitum fore eisdem domos locare in tali determinato loco sitas. Nec id ego concederem ob rationes adductas. Auctores qui ante propositiones ab Ecclesia damnatas scripsere, caute, licet alioquin docti, legendi sunt in hoc, & similibus argumentis, quæ cum damnatis sententiis connexa sunt. Sententiam nostram docet Navarrus in *Manual. cap.* XVII. *num.* 195. Henricus a S. Ignatio *Lib. IV. cap.* I. *num.* 493. Sylvius *loc. cit*, excepta circumstantia adducta, Genet *Tom. I. tract. V. cap.* IV. Quod dictum est de meretricibus, multo magis de feneratoribus publicis, de lenonibus dicendum, ac de illis qui vestes, lecticternia, & totius cubiculi ornamenta meretricibus locant, ut optimis vestibus indutæ, & ornato cubiculo excipere scortatores valeant. Eiusmodi vestium, & ornamentorum locationes, non modo turpem meretricii notam, sed avaritiæ, & usuræ crimen sæpe contrahunt. Similes locatores, & locatrices altari, & sacro tribunali arcendæ sunt, sacramentisque privandæ, nisi ab infami, & usurario quæstu abstineant. Quid, inquies, si meretrix lectulo eget, aut veste? Vetitum ne erit hæc illi vendere? De veste ad corpus tegendum, de lecto pro necessario capiendo somno, usque communi, nulla urget difficultas. Ceterum, si quæreret lectum ad meretricandum, aut vestem splendidam, ut lenocinatoribus formosior appareret, idque certo constaret venditori; dico illicitam tunc venditionem esse.

## CAPUT XII.

*De aliis actionibus, quæ, licet a circumstantiis præcise, indifferentes, & honestæ sæpe sint; spectatis tamen circumstantiis, aliorum peccatis cooperantur.*

I. UT quæstiunculæ infra resolvendæ clarius, & facilius percipiantur, præmittenda primum omnium est propositio ab Innocentio XI. damnata, quæ est sequentis tenoris, & ordine 51. *Famulus qui submissis humeris scienter adiuvat herum suum ascendere per fenestram ad stuprandum virginem, & quidquid eidem subserit, deferendo scalam, aperiendo ianuam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.* Hanc propositionem docuit Castropalaus *tract.* VI. *disp.* VI. *punct.* II. *n.* 5. his verbis. „ Si indifferentia proximiora peccato subministres, & aliam caulam gravioremhonestandi administrationem expostulo, qualis esset, si pater torvis oculis re aspiceret, & timeres male tractari; vel si dominus a domo sua te expelleret, & expulsus cogeretis „ mendicare, vel penuriam pati, præcipue „ cum non ita facile alium dominum invenias qui similia, & peiora ministeria non petat; *vel, si in eius domo te sustinet, id fit te obiurgando, & increpando, vel debita merccde defraudando.* Si enim *aliquota ex his damnis* tibi provenit, eo quod non „ ministres actiones indifferentes de se, & pravo usui ex malitia domini deservientes, poteris illa ministrare: quia tunc non eris peccato illius cooperari, sed potius permittere. Unde licet tibi, tali urgente occasione presto, concubinam portare, signare locum domino ubi sit. Item dicere concubinæ: Dominus meus dicit ut illum hac nocte expectes, vel eum videas. Item domino ascendere volenti per fenestram ad rem habendam cum femina, poteris pedem sustinere, scalam apponere: quia sunt actiones de se indifferentes, & ita tradit Navarrus. „ Hactenus P. Castropalaus, qui pro sua sententia laudat præter Navarrum, negantem licitum esse locare domum meretricibus, ut vidimus, Sanchez, Azorium, & alios. Verba Palai transcribere volui, ut hinc colligatur P. Dominicum Viva in expositione præfatæ thesis minus attente legisse Palaum, dum *num.* 3. scribit, talem opinionem a Palao non doceri, eo quod Palaus addat, quod famulus *excussus cogeretur mendicare, aut penuriam pati*; quod in hac thesi non proscribitur explicite, concludit P. Viva. Verum P. Castropalaus præter mendicitatem addit increpationem, & obiurgationem solam causam esse sufficientem adiuvandi herum ad virginem stuprandum: *vel, si in eius domo te sustinet, id fit te obiurgando, & increpando.* Addit aliam causam, nempe, *vel debita mercede infraudando.* Hæc sunt duo momenta, præter mendicitatem, aut penuriam, quæ Palaus affingat. Ideirco autem ostendo P. Castropalaum thesim proscriptam docuisse, ut cautius lectores eumdem legant, subique 2 damnata doctrina caveant. Doctrinam Castropalai exscribit P. Antoninus Diana, & de more adopiat *Tom. VII. coord. tract. V. ref. 46.*

II. P. Salmanticenses hanc referunt thesim, quam impugnatam a Diana falso asserunt, eamque explicant *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 5. *num.* 74. ubi in examen inducant illam particulam *aperiendo ianuam*, illamque sic interpretantur. Si famulus fores infringat, aut aliqua clavi ianuam aperiat, peccat, quia hoc in sensu illa clausula proscripta est. Si vero aperiat ianuam, ut concubina in domum heri ingrediatur, immunem ab omni culpa famulum aiunt. Hæc interpretatio commentitia videtur, & omni destituta ratione. Et primo, cum clausula absoluta sit de apertione ianuæ, quo fundamento asseritur intelligeudam esse de apertione vi, vel clavi aliqua peracta? Ubi sunt coniecturæ illius interpretationis? Ex contextu propositionis oppositum colligitur. *Aperiendo ianuam, aut quid simile cooperando. Tò quid simile* &c. amplificat clausulam illam, non restringit ad apertionem violentam; sed potius ad quamcumque apertionem, vel ad quid simile extendit. Sive ergo aperiat ianuam vi, aut communi via, sive quid simile præstet, puta si eam comitetur in domum heri, dubio procul peccat.

III. Quid signifiicet altera clausula, *metu notabilis detrimenti*, explicandum remanet. Occurrit etiam difficultas, sintne recensitæ famuli actiones licitæ, maximi damni, mutilationis, aut mortis metu. Thomas Sanchez, quidquid in oppositum iudicare videatur P. Viva, defendit, famulum posse recensitas omnes actiones præstare ob metum alicuius magni damni. *Cum hæc omnia ministeria* (inquit Sanchez Lib. I. in Decal. cap. VII. num. 3p.) *peccato valde connexa sint, ea non excusat ratio famulatus.* Deinde post pauca subdit: *Tandem omnia hucusque ministeria dicta multo facilius excusantur in servis, utpote qui maiori necessitate domino inservicndi astricti sunt, nec illum deserere possunt.* Quare & Auctor iste propositionem damnatam reipla docet. P. Dominicus Viva nec unum designat Auctorem illius thesis; sed tantum dicit num. 3. *Quibus verbis* (damnatæ thesis) *videntur locuti nonnulli apud Dianam.* Videntur locuti nonnulli? Neminem ergo legis qui aperte eam doceat? Lectoribus suis haud valet consulere a quibus libris cavere debeant? At consulam ipse, non ut Auctoribus illis aliquam notam impingam, quod abiit (bona enim fide, & intentione, quæ sibi probabilia apparebant, scriptis prodiderunt) sed ut periculo errandi lectores subduciam. Præter ergo Castropalaum, Dianam, Sanchez, tametsi iste paulo cautius loquatur, P. Thomas Tamburinus damnatam thesim docet *Lib. V. in Decal. cap.* 1. §. 4. *num.* 18. & 19. cuius hæc sunt verba. „ Subditus non ex sola famulatus „ ratione sed metu notabilis detrimenti, „ quale esset, si quis timeret ne dominum „ hunc deterens, cogatur alium cum sua „ molestia, & damno quærere, *ne a domi-*

„ *non male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne e domo cum suo detrimento expellatur*, excusabitur, si referat adulterè, vel „ inimico, ut tali hora ad domum heri, vel „ ad conductum locum accedat; si iussu heri „ insequatur puellam, virum, vel requisitus ubi ea habitet, & nihil aliud; si iussu „ eiusdem non *modo ianuam, sed deseret ubi habet sit*; si dominum adiuvet ad „ ascendendum per fenestram, quo ingrediatur in locum ubi peccaturus sit. " Tamburinus non modo aperire ianuam concedit, ut in proscripta thesi habetur, sed petenti quoque ibidem a Tamburino indicantur, ut infra videbimus.

IV. Nomine ergo detrimenti, vi cuius praefata ministeria, & oblequia praestari a famulo licite posse arbitrabantur iuniores, intelligunt torvum domini aspectum, increpationem, expulsionem e domo, molestiam reperiendi alium dominum. Post animatam thesim in examen vocant, num saltem metus mutilationis, aut mortis satis sit famulo ut ministerium praestet adiuvandi dominum ad ingrediendam meretrices, vel virginis stuprandæ fenestrum. Si iuniorum principia spectemus, res plana est. Contendunt enim illi eiusmodi actiones indifferentes minoere etiam in actuali exercitio, atque adeo gravem metum, & potissimum mortis, sufficere ut quis eas licite exequi valeat. Salmanticenses *loc. cit. num.* 75. & P. Dominicus Viva fatentur eiusmodi actiones esse intrinsecus malas; quamvis Cardenas in commentariis praefatæ propositionis dubitet: quapropter considendum esse Apostolicam Sedem suggerit, interim tamen securiorem partem eligendam docet. Opinio indicata communis est, nimirum recensitas actiones omnibus circumstantiis obstas natura sua malas esse. Utique si physice, vel metaphysice spectentur, indifferentes sunt. Sed Theologus eas considerat ut practicas, & ut reipsa omnibus circumstantiis subiacent. Porro moralis natura, ut sic loquar, illarum actionum mala est, & vitiosa. Quo posito, omnes fatentur neque mortis, aut cuiusque tormenti metu posse ad executionem redigi. Quod enim natura sua, & intrinsecus malum est, nulla valet ratione honestari, ut cum D. Thoma 2. 2. *quæst. ex. art.* 3. Theologi omnes docent. Nullo ergo metu sive mutilationis, sive mortis, scalam tenere, vel simili modo adiuvare herum famulus valet, ut ascendat ad peccandum.

V. Obiicies. Potest quis metu mortis comitari latronem, eumque adiuvare ad furandum absque culpa; & tamen furtum est intrinsecus malum. Quidni ergo & famulus adiuvare herum potest ad fornicandum? Respond. Pater Magister Milante *exerc.* 28. hoc facto huic argumento respondet. *Ut quid altera rapere, aut debitum non restituere nefas est, & quidem ab intrinseco, & contra legem naturæ? Procul dubio ex eo solum quia dominus, vel creditor invitus patitur malum, hinc eiusdem ius lœditur. At in casu præfato dominus, & creditor invitus non ferent &c. ... cui proinde nulla irrogaretur iniuria ab eo qui ex præfato gravi metu cooperaretur furto ... Quapropter, ut Theologi de scelesta loquuntur, sic cooperans non concurreret ad damnum formale proximi, neque formaliter illum lœderet, sed tantummodo materialiter.* Ex hac doctrina infertur, furtum ex præsumpto invantis dominum furantem, opus indifferens evadere. Et hac ratione posset famulus tanuas infringere, scrinia referare, ut auxilium præberet furi ad pecunias furripiendas: quod forte nec Pater Milante conciliurus est.

VI. Salmanticenses *Tom. III. tract.* XIII. *n.* 127. docuerunt recensitas actiones esse indifferentes; at *tract.* XXI. *cap.* VIII. *punct.* 5. §. 2. *n.* 7. hæc scribunt. „ Sed nunc ex „ professo rem examinantes, asserimus hæc „ omnia illicita esse, etiam urgente periculo „ mutilationis, aut mortis. Et ratio est, „ quia quod est intrinsece malum, nullo modo ... honestari potest, etiamsi adsit periculum mortis. Sed adiuvare dominum „ humeros supponendo, vel deferendo scalam ad virginem stuprandam &c. hic & „ nunc est intrinsece malum, & nullo modo indifferens, sicut comitari latronem, „ ut eum defendat, vel ut ad furandum alis „ quis adiuvet, esse intrinsece malum docuimus &c. Ergo non licet etiam metu mortis huiusmodi actiones exercere. " Eadem ergo ratione peccat qui auxilium præbet & fornicatori, & furi; cum tam furtum quam fornicatio sint opera natura sua mala. Momentosam rationem assignant perdocti Salmanticenses illi qui post damnatas theses Cardum theologicum continuarunt, quique sin pluribus quæ antece cites scripsere iuxta temporum conditionem, ad optimum sensum revocarunt opportunitate data. Doctrina porro quam ipsi ceu regulam in hac materia servandam proponunt, solida est, atque a D. Thoma, ceterisque gravioribus Theologis approbata. Tunc cooperatio ad aliquod opus non est intrinsecus mala, quando principalis causa bene, aut male exequi opus illud valet; ita ut malus usus ex sola agentis malitia oriatur. Quia de causa petere mutuum ab usurario, iuramentum ab Ethnico, sacramenta a ministro indigno possumus, quin eorum malitiæ cooperemur, quod eiusmodi actiones sanctæ præstari queant, solaque iniquitate ministrorum malitiam contrahant. Secus in fornicatione accidit, & in furto: quia nec fur furari, nec impudicus fornicari licite unquam potest. Idcirco qui ad eiusmodi opera auxilium præbent, cooperantur actionibus intrinsece malis; atque adeo nullus metus de malitia purgare cooperationem in eadem valet.



VII. Quæst. I. *Licitum ne est nautis, & aurigis deferre herum in domum concubinæ, aut contra concubinam in domum heri?* Resp. Pater Antonius Djana *Tom. VII. coord. tract. v. resol.* 42. Hic casus, inquit, frequenter accidit: & eum Merola affirmantem opinionem defendit. Cur? Quia adest causa non amittendi lucrum, quod eo ministerio comparant lenitores. Nec egregiam rationem! Hæc opinio continetur in thesi proscripta. Quod ut clarius pateat, explicanda est altera damnatæ thesis particula, *Aut quod simile cooperando*. In hac particula claudantur omnes actiones, inquit etiam P. Cardenas *dissert.* XXXI. *n.* 10. quæ reapte adiuvant ad exequendam luxuriam, quamvis abstractæ ab illis circumstantiis sint indifferentes. Tales sunt deferre scienter concubinam ad domum heri, vel contra, ad effectum luxuriæ; sive famuli deferant currus, cymbas, sellas gestatorias, aut etiam commitando: item deferre litteras amatorias, vocare concubinam in domum heri, & id genus similes cooperationes: quia hæ actiones reipsa adiuvant herum ad luxuriæ executionem. Patritius Sporerius *tract. v. in 5. præcep. Decal. cap.* 1. *sect.* 3. *n.* 99. has, & similes actiones ut licitas concedit; quia eius Doctores, Tamburinus, Diana, Castropalaus, aliique eas permittunt. Ideo caute legendus est Auctor ille.

VIII. Quæst. II. *An, si amicus meus velit ut ego feram munuscula, & similia, tuspis scil. cet amoris incitamenta, quæ ipse mittit ad iuvenem concubinam, possim ego hæc pretio deferre?* Resp. Totidem verbis hanc quæstiunculam proponit P. Thomas Tamburinus *Lib. V. in Decal. cap.* 1. §. 4. *n.* 20. Audi eiusdem responsum. „ Responsio „ fuit absolute negativa: quia ex una parte „ hæc actio, licet alias indifferens, est connexa cum peccato amici, cuique concubinæ; & ex alia parte non adest causa „ excusans, ducta ex famulato, vel alio „ detrimento, ut supponimus. *Nec enim, si „ adest quidam modicus rubor, videtur esse regulariter tanti momenti, ut satis excuset.* "

Video quam peracute iuniores nostri humanæ amicitiæ fœdera scrutati sunt? Modicus genarum rubor ob denegatum amico obsequium *regulariter* satis non est ut munuscula ad incitandam veneream deferre concubinæ valeas. Sed quid, si rubor non esset *modicus?* Quid si amittendæ amicitiæ periculum immineret? *Fateor tamen* (subdit Tamburinus) *si tibi magni esset huiusmodi amicitia, ac vere timeres eam amittere, excusare te posse: quia tunc notabilis iustus nocumenti metus accedit.* Callebat Tamburinus quanti sit facienda amicorum benevolentia: idcirco subdit maiora etiam pro amico simili incommoda subire te licite posse, ut in re obscœna peragenda suppetias feras. Sic enim scribere pergit. *Simile quid erit, si a te amicus petat ut cubiculum ei accommodes, in quo scis eum fornicaturum: nisi enim notabilis necessitas te excuset, peccabis, si illi morem geras: ita Sanchez: & notabiliorem quidem posco, si in tuo cubiculo securius, & confidentius sit amicus peccaturus, ob rationem modo dictam in assertione, atque eodem modo philosophare* (philosophare utique, non evangelizare) *in ceteris similibus, ubi ratio famulatus, & obsequii non invenitur.* Ratio famularis hæc omnia excusat, ut antea scripserat ibidem *num.* 18. Si famulus non sis, sed amicus, requiritur rubor non modicus, aut periculum dissolvendæ amicitiæ. Si tamen tuum proprium cubiculum accommodare amico debes, ut in eodem *securius & confidentius*, fornicetur, *notabiliorem* poscit causam, ut esset, si ex amico inimicus fieret. Compara hæc cum Christi Evangelio dicente: *Qui me erubuerit coram hominibus, & ego erubescam* &c. Deinde de doctrina illius Theologi, mea sententia, proscripta, iudicium ferto.

IX. Quæst. III. *Qui ex officio lectices humeris portant, vel rhedas agunt, possunt ne licite pretio conducti puellam ad lasciviam adolescentem adducere?* Resp. Quæstio exposita est P. Tamburini *loc. cit. num.* 30. cui sic respondet. *Ait non posse: quia id nec ex-*

*cusat*

*cessat ratio famulatus : hi enim famuli, seu fabuli non sunt ; nec amissio lucri, quia hoc est satis exiguum*. His tamen nihil obstantibus, post acre iuniorum studium, quid tandem benignioris probabilitatis expiscatus est, ut his quoque bainlis potestatem faciat deferendi præfatam puellam ad suum amasium. Audi ipsum Tamburinum statim hæc subdentem, „ *Habeo tamen unum apud Navarrum, ex quo aliquid benignius colligi* „ *probabiliter potest*. Ex his ( *inquit ille unus* ) videtur colligi ratio defendendi multos a peccato saltem mortifero, modo, ut „ in casu proposito, non placeat eis peccatum, & faciant obsequia prædicta ob aliquem bonum finem, puta eo quod exhibeant ea officii sui causa, vel ob iustam „ mercedem. Licet enim hæc officia, & obsequia sint valde connuncta cum peccato, non tamen iunt secundum se, & suapte natura peccata: & ideo seiungi possunt „ a peccato per finem diversum, & seiunctum. Hæc ille. *Nota illud* ( concludit „ Tamburinus ) *officii, vel ob iustam mercedem*. " Hæc duo sunt momenta tantæ sententiæ, quam, præter illum unum, sequitur etiam, eodem Tamburino teste, Merola, & Diana. Tandem monet Tamburinus eiusmodi bainlos, & vectores, ne fiat adeo *religiosi*, idest *scrupulosi* in similibus casibus : alioquin valde in lucro ladentur. *Si hi vectores, seu bainli, adeo sint religiosi, ut nolint se, suaque opercas locare in eiusmodi vectationibus, facile in suo lucro notabiliter ladentur*. Vin' quid benignius? Longius tamen a Christiano abeat eiusmodi *Benignissimus*.

X. Quæst. IV. *Peccat ne qui alteri occasionem peccandi præbet, puta uxori, ut in adulterio perpetrato deprehendi possit?* Resp. Negat Layman *Lib. II. tract.* III. *cap.* XIII. *num.* 5. Petrus Navarra *de restitut. cap. ult. num.* 104. Diana *loc. cit. resol.* 41. & Tamburinus *Lib. V. cap.* I. §. 4. Hæc opinio minus probabilis est ; immo contraria sustineri omnino debet. Ratio clara. Quia mala facienda non sunt, ut bona inde proveniant. Qui præbet adulterandi occasionem, inducit in adulterium ; nec finis deprehendendæ adulteræ in actuali delicto satis est ad purgandam actionem intrinsecus malam. Licita tamen e contrario est sola permissio: puta maritus nullo modo impedire valet uxoris adulterium, tunc videtur se permissive habere posse, ut deprehenia in actuali delicto resipiscat. Quamvis enim non sint facienda mala, ut eveniat bona ; permitti tamen in hunc finem mala possunt. Et hac ratione pater permittere potest furtum filii, ut deprehensus emendetur.

XI. Quæst. V. *Licitum ne est deferre literas amatorias, turpia continentes, concubinæ; vel eas scribere, aut librum provocativum ad duellum?* Resp. P. Ferdinandus Castropalaus huic quæstioni hoc præbet responsum. „ Hæc scribere, vel deferre non videntur intrinsece mala, si abit a te malus finis. Turpia enim verba scribi possunt, sicut scribunt Doctores ad ponderandam malitiam illorum qui ea ex malo fine proferunt : possuntque scribi, & dici non tamquam ex proprio marte, sed ex alieno: item non serio, sed irrisorie. Ergo scribere hæc verba turpia de se non est intrinsece malum : quia solum sunt turpia, & mala, quatenus a pravo animo procedunt, & in pravum finem dirigantur. Ergo lecluto hoc animo, & hoc pravo fine, mala esse non videntur: *& a fortiori nequit erit intrinsece malum scripta illa deferre ad concubinam : potes enim illa deferre, non ut moveatur ad coitum, sed ut illa rideat, & comburat*. Ergo illa actio deferendi, quatenus a te procedit, bono uni deservire potest : & idem esse videtur de scriptis ad duellum provocantibus. Et ideo Emmanuel Sa verb. *Peccatum* num. 9. excusat famulos has litteras amatorias deferentes... Hæc sub dubitatione dicta sint. " *Tract. VI. disp.* VI. *punct.* II. *num.* 7. Diana *loc. cit. resol.* 45. refert Merolam absolute hanc sententiam docuisse, in aliquo extremæ necessitatis casu licitum esse famulis deferre ad concubinam has litteras amatorias turpia continentes. Immo addit Diana hanc opinionem probabilem, quantum ad delationem litterarum, reputari ab Hurtado de Mendoza, qui contendit eidem opinioni favere quoque [illegible] Thomam Sanchez, immo & ipsum Azorium, Diana teste, qui illorum Auctorum de more verba transcribit in confirmationem præfatæ opinionis, quam minime ille improbat. Hæc opinio adeo laxa est ut confutatione non egeat.

XII. Quæst. VI. *Licitum ne est meretricibus inservire, eas comitari ad domum amasii, aut tantum amasio adeunti sportum aperire, lectum sternere, idque genus obsequia præstare?* Resp. Recentiores nec in disputationem vocant, num famuli, vel ancillæ inservire meretricibus licite valeant. Obsequia dumtaxat quæ præstare licite possunt, sub examen



examen inducunt. Priusquam meam sententiam promo, quæ docent iuniores, paucis perstringam. Layman *Lib. II. tract.* III. *cap.* XIII. *num.* 5. concessit fas esse famulo concubinam intromittere per ianuam heri, cum quo peccatura est, facem præferre, lectum sternere ; negat tamen licitum esse meretricem, tametsi paratam, e propria illius domo educere, & ad domum heri per plateas comitari. Merola *disp.* II. *cap.* IV. Sanchez *Lib. I. in Decal. cap.* VII. *num.* 25. hæc omnia licita asserunt. Illam tamen curru, aut sella deferre non permittunt ob solam rationem famulatus, nisi aliud detrimentum impendeat. Alii super hoc dubitanter loqui videntur. *Verum ego* ( inquit Diana loc. cit. resolut. 47. ) *sententiam Sanchez, & Merolæ probabilem esse puto, & invento Castropalaum Tom. I. tract.* VI. *disp.* VI. *punct.* II. *num.* 5. *sine ulla limitazione, sed absolute docere, famulum licite posse, imminente gravi, & proportionato damno, concubinam portare in domum heri*.

XIII. P. Thomas Tamburinus *Lib. V. in Decal. cap.* I. §. 4. *num.* 18. *verb. Cooperatio famuli* non solum recensita obsequia, sed plura alia addit quæ a famulis, & ancillis aut ob solam famulatus rationem, aut ob notabile aliquod detrimentum præstari licite defendit.

XIV. Patritius Sporer *tract.* V. *in Decal. cap.* I. *sect.* 3. *num.* 99. *verb. Famuli, & ancillæ* recenset fere omnia obsequia quorum meminerunt Castropalaus, Tamburinus, Diana, Sanchez, aliique, quos *suos* vocat, & cum eisdem licita esse propugnat. Refert propositionem damnatam, cui subscribit, sed lectores suos iterum remittit ad Dianam, & Sanchez. *Vide de his plura, & curiosa apud Dianam, & Sanchez*. Legelis eos qui propositionem proscriptam, vel similes, quin & peiores docuerunt opiniones? Hæc ideo animadverto, ut lectores minus cautos periculo errandi subducam.

XV. Caramuel in sua *Theolog. præterintentionali Tom. II. præcept.* VI. *quæst.* VIII. *cas.* 2. plura scribit quæ a solo Caramuele, eiusque affectis evulgari possunt. Nonnulla delibabo. Cur? Ut in lectoribus meis duo excitem animi sensa ( quod ad ravim usque repetere iuvat. ) Alterum commiserationis erga finales Auctores, quorum intentionem piam fuecurrendi humanæ infirmitati fuisse re debemus: alterum horroris, & detestationis in eorumdem laxitates. Audi ergo Caramuelem sic fantem. *Rem ego conclusionibus aliquot explanabo*.

„ *Prima*. Possunt famuli tuta conscientia, „ meretricis aut pellicis mensæ ministrare, „ cibos non solum communes, sed & calidos, & provocantes ad venerem condire, „ & lectum privatum sternere. " *Num.* 2972. laudat pro hac sua opinione Azorium, & Dianam. Hæc deinceps addit. „ Consulto „ non solum cibos communes dixi, quia scio „ esse omnino maiorem difficultatem, si essent tales qui excitarent venerem ; tunc enim iuxta aliquos Theologos deberent famuli a tali servitio desistere, ne in venerem illicitam cooperarentur indirecte. At „ prudentiores credimus etiam tales cibos posse fine culpa condiri. " Prudentia hæc carnalis est, & animalis.

„ *Secunda*. Possunt lectum domino, & amasiæ communem sternere citra culpam „ venialem, consono Azorio & Diana allegatis.

„ *Tertia*. Non esset peccatum mortale, „ domino, & pellici, alias rem habituris, „ aut lectum procurare hospitio, *aut paratum melioremsolito, aut floribus fulcire*. „ Ratio est, quia aliud est fornicari ; aliud „ maiorem in ipsa fornicatione habere delectationem in genere luxuriæ ; aliud, & „ omnino diversum, habere maiorem requiem „ in genere commoditatis. Sane hanc ultimam domino, etiam fornicaturo, procurare, malum non est. " En quo le extendunt eiusmodi casuisticæ, vanæque argutiæ, atque propudiosæ distinctiones. Valeat ret oratio, si in eis repellendis vel verbulum inlumerem.

„ *Quarta*. Non est peccatum conducere „ pellicem in domum sui domini, tametsi „ eam peccaturam prævideas. "

XVI. Plurima alia prætereo, ne oculos, aureique lectorum offendam. Ex his colligo, minime fidem esse quibuldam Casuistis adhibendam, neque illis qui post damnatas propositiones scripserunt, quoties doctrinam illorum amplectuntur qui principia damnatarum thesium docuere, teque ad hos Auctores remittunt, ut non raro facit Patritius Sporer, discipulus Dianæ, Tamburini, Sanchez, Castropalai, aliorumque, quos suos appellat magistros. His prælibatis, propositæ quæstioni respondeo.

XVII. Famuli, & ancillæ non solum nequeunt licite ianuam aperire amasio ingredienti ad fornicandum cum sua pellice, quæ actio vetita in damnata propositione est ; sed neque adducere eam in heri domum, facem præferre, illamque comitari, lectum sternere.

te. Non solum rejicio omnia præfata obsequia; sed dico nullo modo licitum esse famulari, aut inservire meretrici. Dico in statu esse peccati, & absolutione indignas feminas, sive puellas illas quæ meretricibus inserviunt. Dico recedendum illis esse a tali servitio. Hoc nos docent Scripturæ sanctæ adeo expresse, ut nihil luculentius desiderari possit. *Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.* Num. xvi. Item Ioiæ cap. xxii. *Per hæc sceleratorum avertant filii vestri filios nostros a timore Domini.* Iterum Ecclii. viii. *Discede ab iniquo, & deficient mala ab eo te.* Clamat Isaias Propheta cap. lii. *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius.* Vocem exaltat Ieremias cap. xlviii. *Fugite, & salvate animas vestras.* Item cap. li. *Fugite de medio Babylonis.* Tandem Evangelista Matthæus cap. v. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te ... & si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te.* Idem docent alii Evangelistæ, & in Apocal. cap. xviii. Scribit Ioannes: *Exite de illa populus meus, ut ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.* Ex quibus hanc conficio argumentationem. Malorum consortium declinandum Deus iubet. Dicant nobis Casuistæ recentiores, qui exhibitum meretricibus servitium licitum docent, utrum aliquis sit locus lupanari peior; num societas sceleftior, & turpior sit meretricum societate? A tabernaculis impiorum recedendum præcipit Deus: & licitum erit scortorum tabernaculis inhabitare? licitum erit eisdem inservire, famulari? Cui nam Christianorum, quibus lumen splendet Evangelii, in mentem veniisset, licitum esse eiusmodi famulatum, nisi Probabilitarum filiemata distinctionculis, & præcisionibus metaphisicis honestatis colorem eidem adspersissent? Aut negent oportet præfatos textus, aut edendant nobis aliam societatem, commercium, inhabitationem, tabernacula, contubernia, quæ vitanda textus sancti verbis adeo concessis imperant. Si oculum eruendum, & præcidendam manum dexteram, quæ nobis offeudiculo sit, Deus edicit; an ne in domibus meretricum permanendum nobis indulget? Quid reponis? Aucillas famulari meretricibus, non qua meretricibus, sed qua mulieribus? Eisdem inservire, non in meretricio, sed in rebus physicis, & indifferentibus, ut est cibos coquere, domum verere, lectum parare, in egresso comitari, ceteraque id genus? Sic ita. At dum hæc præstant ancillæ, numquid non habitant in medio Babylonis, in tabernaculis impiorum, in domibus scortorum? Ne multa. Adeo mihi verum est, nullo modo licitum esse feminis quibuscumque meretricibus inservire, & eorum domibus inhabitare, ut contrariam Probabilitarum opinionem, tamquam improbabilem penitus, rejiciam. Sed quem Theologum in huius tæ ignitenitæ munimen allegas? Quem? Deum ipsum, qui clara illorum Prophetarum, Evangelistarumque voce hanc nos docet veritatem, quæ etiam ipso naturæ lumine comperta est. Natura, inquam, ipsa nos docet declinare a malo, & mali periculo. Quod vero gravius periculum impendere eiusmodi scortorum ancillis potest? Si enim iuvenes sunt, cafitatem ne in lupanari custodient? Si vetulæ, lenæ, & proxenetæ evadunt.

XVIII. Quæst. VII. *Quid de famulis concubinariorum dicendum?* Resp. Si concubinarii in domo propria pellicem detineant, eadem de illorum famulis, ac de scortorum ancillis, est ratio. Si fornicatores extra domum propriam concubinam alant, nullumque in illorum familia sit continuum scandalum, possunt famuli illis inservire in iis omnibus quæ ad rem meretricium minime pertinent, sed quæ communia, & indifferentia obsequia, dominis cetera præstari solita, spectant. Nequeunt tamen famuli illi herum ad domum meretricis vehere, aut meretricem in eiusdem domum ducere; nihil denique conferre in id quod proxime instat in concubinarum. Ratio discriminis famulorum huiusmodi ab ancillis meretricum est, quod professio meretricum turpissima est, & infamis: neque enim alia negotiatio ibi fit præter proprii corporis quæstum, & ad flagitia perpetranda semper fama patet, animusque prædo adest. Contra, licet aliquis concubinam extra domum habeat, sitque in statu peccati, familia tamen eius honesta esse potest, scandalis vacua, honestaque professionem exercere valet. Quare famuli in his quæ ad familiæ ministeria, & civilis professionis exercitia spectant, servitium præstare licite possunt. Quamquam tamen hæc vera absolute esse existimem; in praxi tamen consulendi sunt eiusmodi famuli, ut alium dominum quærant; immo cogendi sunt, si ex circumstantiis colligitur eos dominorum moribus assquinari. Oppido difficile est ut boni sint famuli, si heri scelesti fuerint: id nihilominus quandoque accidit. Ideo circumstantiæ spectandæ sunt; sed communiter loquendo nolo commorari in medio malorum, immo illorum contubernium pro viribus fuge.



XIX. Quæst. VIII. *Licitum ne est commodare alicui cubiculum ad fornicandum?* Resp. Huic quæstioni respondet P. D. Antonius Diana *resol.* 48. affirmative. Illius verba dedimus *cap.* 1. nunc illius opinionem rejicimus tamquam nimium laxam. Si enim non licet ex definitione Ecclesiæ adiuvare alterum ingredientem per fenestram cubiculi, in quo est concubina, neque *aperire ianuam*, ut cum eadem fornicetur; qua ratione licitum erit commodare cubiculum in quo flagitium fornicationis sit perpetrandum? Quid quod iuxta communem prudentium existimationem infamiæ labem non evaderet ille qui in propria honesta domo cubiculum concederet ad fornicandum, & in sua domo lupanar erigeret? Et tamen audi Dianam. *Vir nobilissimus instanter ab amico dominum eius ad meretricandum potebat; &, si hoc illi denegasset, in gravissimum dammum incidebat. Consuluit, an peccaret hoc faciendo? Et respondi negative. Quia ..... commodare cubiculum ex obiecto non est intrinsece malum.* Saltem illius amici famæ, fin illius animæ, consulendum fuit. En Probabilissimum non solum æternæ saluti, sed civili quoque honori, & famæ infestum. Opinio hæc præter falsitatem, horrorem quoque incutit: unde execrationem integram promeretur.

XX. Quæst. IX. *Licitum ne est donare iudici concubinæ, ut intercedat apud illum?* R. Affirmat P. Antonius Diana *resol.* 50. ubi citat P. Castropalaum. Sed falsa est, & omnino improbabilis sententia illhæc. Peccaret quippe donator iste, quia concubinam exponeret gravissimo periculo peccandi, dum pergeret ad colloquendum iudicem, qui similiter eidem periculo obnoxius foret. Huic sententiæ accedit etiam Sanchez *Lib. I. cap.* VII. *num.* 38.

XXI. Quæst. X. *Utrum pingens concubinam amatio, vel obscœnas imagines, grave perpetret peccatum scandali?* Resp. Convenit penes omnes illicitum hoc esse, absolute loquendo. Dissident vero, num in aliquo casu id liceat. Patritius Sporer *tract.* v. *in* v. *præcep. Decal. rep.* 1. *fec.* 3. *num.* 93. refert Iuum Tamburinum. Dianam, aliosque iuniores docentes posse pictorem concubinæ imaginem amatio pingere, gravissimæ necessitatis causa, puta metu mortis, mutilationis, & alterius similis mali. Quam opinionem defendunt quoque Salmanticenses *tract.* xxi. *cap.* viii. *punct.* 5. *num.* 63. ubi laudant Azorium, Sanchez, Castropalaum, Bonacinam, & alios. Loquuntur autem in eo sensu in quo pictor fciat se pingere concubinæ imaginem illius amatio, quem probabiliter prævidet adspecturum eadem fore ad venerem sibi incitandam. Illorum ratio est quod pingere imaginem feminæ est res absolute indifferens, cuius bonus, vel malus usus ex probitate, vel malitia utentis pendet. Quæ doctrina, si semper in omnibus circumstantiis vera esset, nullum fere esset scandalum indirectum. Utique indifferens est pingere feminæ imaginem, quemadmodum indifferens est adiuvare hominem ad ingrediendam fenestram. Sed quid hinc est, utrum liceat pingere imaginem concubinæ suo amatio, quem scis eadem abusurum ad fovendam libidinem. Porro hoc non est minus in his circumstantiis intrinsecum malum quam sit adiuvare herum ingredientem fenestram ad fornicandum. Hoc secundum nullo in casu licitum est, etiam ad evitandam mortem: ergo neque primum. Hæc opinio nobis probabilior est.

XXII. Secunda pars vix vocatur in controversiam. Picturæ obscenæ ex communiter dicuntur quæ ad turpia excitant, cuiusmodi sunt feminæ nudæ, Adonides pudendis retectis, vel turpes actus, & congressus referentes. P. Patritius Sporerus *loc. cit. num.* 92. refert Iunm Tamburinum cum aliis iuniioribus docentem, posse licite pictorem pingere *valde turpia, & obscœna semel, aut iterum*, si tanta esset pictoris necessitas, ut eo lucro indigeret ad victum, vestitum, vel eiusmodi quid necessarium, donec alia victus ratio occurrat; dummodo abfit periculum mortale impuræ delectationis. Hæc opinio est pluriquam laxa & scandali plena. Secundum omnes veros Theologos pingere turpia, vel obscœna repræsentare est peccatum mortale. Licitum ergo erit secundum hos iuniores peccare *semel, aut iterum*, ad victum, vel vestitum comparandum? Illhuc sane recidit illorum doctrina, videlicet quod necessarius victus, vel vestitus comparandi licitum constituat id quod natura sua scandalo plenum est, & criminosum: quod quam sit erroneum, nemo non videt. En quomodo isti Auctores licitas efficiant comœdias obscenas, & lascivas picturas. Nam unica hi strionum, & pictorum excusatio est necessitas victus, & vestitus acquirendi. Qua ratione admissa, licitum erit eis similia pictrare scandala. Nec refert, si aliquo velo ita tenui, & diaphano operiantur, ut alia qua

qua occultiori vi permoveant. Possint enim esse tecta pudenda, & nihilosecius non abesse scandalum: puta, si amasius, & amasia simul pingerentur tali positura, ut turpem mutuum amorem, & complexus exprimerent, inter obscœnas profecto, & offendiculum obicientes imagines reponenda hæc esset. Affirmant ergo communiter Theologi peccare mortaliter pictores qui hæc veneris, immo diaboli simulacra depingunt; eosque item qui palam publicoque conspectui illa exponunt. Animadvertendum tamen, quod non quælibet corporis nuditas scandalum pariat. *Affirmant tamen* (inquiunt Salmanticenses loc. cit. num. 64.) *quod si non sint totaliter nuda, & alias pudenda occultentur, non erit lethale ad artis ostentationem eas pingere, aut sculpere, & ad ostentationem, & venustum conservare.* Pro hac opinione laudant Dianam, Turrianum, & alios.

XXIII. Hæc doctrina mihi non probatur. Ostenium supra est, peccare mulieres nudis uberibus & humeris incedentes. Utique plus movet exemplar vivum quam mortuum. Hinc tamen minime conlequitur, imagines mortuas, & insensibiles non movere ad venerem; tametsi minori efficacitate quam corpora ipsa viva. Porro imago puellæ venustæ vultu, mamillis, totoque modo corporeæ vividis coloribus expresso suapte natura ad venerem incitat. Sed pudenda obtecta sunt. Quid inde? Non raro plus movet imago hæc tectis quam retectis pudendis. Nuditas illa stomachum commovere etiam solet, & indignationem, utpote pudori naturali adversa. Sed esto imaginem nuditis pudendis maiori quadam vi venerem accendere; inde tamen non infertur hæc sola nuditate ablata, immunem a scandalo imaginem esse. Dum cetera corporis membra nuda sunt, & exquisito artificio expressa, undique spectatores alliciuntur, oculorum aciem attente defigunt, per universum corpus discurrunt, nique dum ad pudenda pervenerint: tunc enim in tegumento illo oculorum curium sistunt, &, quod arcanum est, mente scrutantur. Et quia occulta magis appetuntur, magis quoque movere solent, si cetera adsint. Occultatio illa pudendorum ex adiecta universi corporis nuditate, cum horrorem non præferat, & verecundiam non adeo lædat, efficacius titillare solet quam ipsa nuda pudenda, quæ, ut dixi, nauseam aliquando ingerere solent, & dedignationem. Quare probabile nullo modo censeo, licitum esse veneres illas vel pingere, vel palam expositas tenere, tametsi pudenda occultata sint.

XXIV. Nulla ergo nuditas in simulacris, in imaginibus licita erit? Hic aqua hæret. Quod mihi verosimilius videtur, dicam. Quæ nuditas licita est feminis, hominibusque, dum vivunt, eadem præter propter licita est eorundem imaginibus. Regula præcisa statui nequit, sed christiana prudentia opus est.

XXV. Quæst. II. *Qui agendum illis qui imagines obscœnas palam in domibus expositas habent?* Resp. Difficillima mihi est quæstio illhæc. Vereor ne ad extrema impingam. Omnes affirmant operiendas esse. Neminem tamen legi qui præcise rem discutiat. P. Antoninus Diana *Tract. v. Tom. VII. coord. resol. 63.* hæc scribit. *Retinentes autem dictas imagines palam, & in publico, puta etiam peccare mortaliter, nisi illas retinerent ornatus caussa, cum aliquo velo coopertas, ita ut facile non possit amoveri.* Similia docent alii Probabilistæ, quæ minime satisfaciunt. Siquidem omnes fatentur, venerem nudam pingere peccatum esse mortale, ipsamque imaginem scandali plenam afferunt. Quo posito, licitum ne erit scandalum servare velo tectum? Pestem retinere in cubiculo clausam? Scandalum ipsum tollendum, simulacrum frangendum, omni nuendumque est. Mea ergo sententia satis haud est obscœnas, turpesque imagines velis operire, vel intra cubiculum clausas retinere. Quia hoc nil aliud est quam idola veneris sub velis adorare, altoque habere in pretio. Tectæ imagines, inquis, nemini obsunt. Quid ergo illa servas? Ornatus caussa, respondet Diana cum suis iunioribus. At si tectæ sunt, non maiorem præferunt ornamenti formam quam paries, seu velum quod illas operit. Non licet res le habet, inquiunt; nam licet, usquedum tectæ remanent, non ornent, ornamenti tamen valorem habent, quod ad libitum amoveri velum possit, & artis illius periti contemplari queant picturarum elegantiam, & excellentiam. Sed quo spectat hæc pictorum contemplatio? Ut eiusmodi archetypis pingere similia exemplaria valeant? Absit. Ut quid ergo contemplari eas debent? Ut curiositatem pascant, oculosque delectent? Pessus. Nullus ergo finis honestus adest illas servandi.

XXVI. Quid itaque agendum? Nec alienare, nec vendere eas licet. Quemadmodum enim omni iure vetitum est vel hem pestem infectam proximo donare, aut vendere; ita severiore lege prohibitum est animarum lu-



em, ac pestem propagare. Quid ergo est reliquum? Nullum aliud effugium patet, nisi vel comburere, vel penicillo occultare totum quod turpitudinem, & obscœnitatem præfert. Dæmonum sunt hæc simulacra & veneris idola. Qui illa sub velis sarta tecta cultodiunt, eadem minime detestantur. Valorem, inquis, & pretiositatem amittunt, si penicillo reformentur. Venereum utique pretiositatem, pretiumque turpe prorsus deperdunt; sed acquirunt valorem honestum, modestiamque christiano homine dignam. Accedit quod si paterfamilias hæc diabolica idola servet, tecta licet & clausa, occasionem parat filiis, & nepotibus minus moratis eadem retegendi, & omnium oculis exponendi, ut inde innumera conlequantur flagitia.

XXVII. Opponis. Si hæc doctrina vera est, non pauci divites, nobilesque continenter peccant, & sacramentis indigni sunt. Hoc autem non videtur dicendum, cum eiusmodi Christiani & sacramenta frequentent, & religioni haud sibi ducant præfatas imagines tectas, & clausas retinere. Respondeo, doctrinam, quam exposui, mihi veram esse. Verum ergo quod inde proficiscitur. Plura Christiani peccata perpetrant, quæ peccata non esse fallo existimant. Nec propterea malitiam exuunt.

XXVIII. Addo satis minime esse Christianis illis iisdem imaginum scandala de medio tollere, sed eorundem inluper esse, præterita scandala compensare, innocentiam spectatorum inquinatam pro viribus restituere, dignam denique pœnitentiam pro tanta flagitiorum illuvie, quæ ex obscœnis, turpibusque picturis profluxerunt, Deo offerre. Quod non video qua alia præstari via melior possit, quam si loco obscœnarum imaginum continuo imagines sacræ, religionis nostræ mysteria, sanctorumque gesta referentes, publico aspectui exponantur. Sic enim illarum aspectus fidem, pietatem, devotionemque excitabunt; quemadmodum olim obscœnæ, veneris flammam accendebant. Quæ compensatio iustitiæ præcepto, nedum caritatis mandato, necessaria est. Rigida hæc sunt, inquies. Perlibenter blandiora a te audiam, sed vera simul, & pietati, atque virtuti, non hominum genio, vitiisque faventia.

XXIX. Quæst. XII. *Licite ne possunt tabernarii vinum vendere iis quos inebriandos prævident?* Resp. Docent omnes id illicitum absolute esse; licitum vero, gravissima urgente caussa. Caussa gravissima esset timor mortis, aut mutilationis. Nullum super hoc dissidium penes Theologos. Quoniam tam venditio, quam potus vini sunt actiones indifferentes, & ex sola malitia bibentis intemperanter ebrietas accidit. Dictum autem est, quod, quando caussa principalis licite opus exequi valet, tunc cooperatio materialis evadit, gravi caussa impellente. Ideo caupo in hoc casu mortis sibi imminentis, nisi vinum exhibeat, vendere illud potest, etiam cum previsione futuræ ebrietatis; quemadmodum licet ab usurario in gravi necessitate mutuum sub usura petere. Castropalaus, quem sequuntur recentiores, Catalanus, Sporerius, La-Croix *Lib. II. n. 261.* docet causam sufficientem vendendi vinum se inebriaturis, esse si caupo prævideat ex vini denegatione valde diminuendam esse emptorum affluentiam. Quam ego caussam haud reputo sufficientem, ut caupo possit tuta conscientia vinum vendere in hoc casu. Caritas quippe urget proximi peccatum vitare, prohiberque etiam cum nostro incommodo eidem cooperari. P. La-Croix perperam pro hac opinione laudat Augustinum *serm.* ccxxxi. ubi hæc scribit. *Ad extremum tu eum noli adiuvare, noli cogere; sed in potestate illius dimitte, ut quantum sibi placuerit, bibat; & si se inebriare voluerit, vel solus pereat, & non ambo peccatis.* Quem textum mutilum transcripsit P. La-Croix, & minus apte cauponibus favere contendit. Siquidem Augustinus ibi alloquitur illos qui ad convivia amicos invitant, silentque eos incitare, & quasi cogere ad bibendum ultra temperantiæ limites. Illos propterea admonet ut ab eiusmodi incitamentis abstineant, relinquantque invitatis ad nuptias liberam potestatem bibendi, ne cum ipsis pereant, sed soli illi pereant qui se libere inebriare voluerint. Quin in eodem sermone post allatum textum iubdit S. Doctor, multos adversus dissuadentes ebrietatem irasci, & contumelias vomere, nec propterea desistendum incepto, sed increpandos clamat. *Sed quando ista suggerimus, forte irascuntur contra nos, & murmurant ebriosi. Quamvis non desint qui irascuntur, Deo tamen propitio multi exstant qui libenter salubre consilium audientes, de isto tam gravi peccato per Dei misericordiam liberabuntur. Ipsi tamen qui contra inclamant, & amicam suam ebrietatem loquentibus irascuntur, libera a nobis voce audiant: quia quicumque ebriosus pœnitentiam de ipsa non egerit, sed usque ad mortem suam in ipsa ebrietate permanserit, in æternum præcipitio peribit.* Quamquam nostram quæstionem

hic non versetur Augustinus, ex eiusdem tamen doctrina id colligitur quod faveat potius quam quod repugnet nostræ sententiæ. Neque ergo timor amittendi lucri, ut vel ipsi adversarii fatentur, nec diminuendæ hospitum affluentiæ periculum satis est ad vinum licite vendendum inebriandis. Laxius est quod docet P. Gobat penes eumdem La-Croix, videlicet tabernarium, dum dubitat hospites inebriandos fore, posse illis vinum vendere; etiamsi abest talis causa, nempe ob rationem ex probabilistico sillemate eductam, quod videlicet tabernarius est in possessione. Quam opinionem reprobat etiam ipse La-Croix, etsi inter Probabilistas satis benignus.

XXX. Quæst. XIII. *Utrum licitum sit petere solutionem maleficii a maleficio, vel fagu?* Resp. P. Patricius Sporerius cum suis Sanchez, Filliucio, Dicastillo, aliisque junioribus, affirmat, dummodo absque alio maleficio auferri possit; etiamsi prævideas maleficum ope dæmonis probabiliter usurum. Contraria sententia, quam defendunt Cajetanus, Sylvius, Delrio, & alii plures, probabilior est, te nimirum non posse petere præfatam solutionem, dum probabiliter prævides alio maleficio ablatum iri maleficium. Quandoquidem, cum maleficus potest licita via maleficium tollere, & tu prævides illum dæmonis arte usurum, si omittis eidem protestari, te nolle, nisi arte licita maleficium auferri, sed absolute solutionem petis; iam assentiri præsumeris illius iniquitati. Potes enim petitionem tuam modo licito illigare. Si ergo indefinita petitione ad modum licitum, vel illicitum, maleficii pollulas solutionem, animam præfumendi præbes te nihil curare, utrum arte dæmonis, an secus, maleficium tolli debeat. Quare licitum erit petere maleficii solutionem cum expressa protestatione, quod fiat absque dæmonis arte. Si vero dubitas sine dæmonis arte auferri maleficium non posse, tunc fecurior pars amplectenda est. Quare examinandus serio magus est, qua arte, quibusve mediis auferre velit maleficium. Nec reponas, in dubio præsumendum esse in proximi favorem. Hoc etenim verum habet; nisi circumstantiæ obsint. Homines arti magicæ addicti frequenter eadem utuntur. Quare prudentia dictat id præsumendum esse quod frequentius accidit. Bene præsumere de proximo debemus, quoties ille in bonæ famæ possessione reperitur. Malefici autem infamia laborant: idcirco prudenter præsumimus, illos maleficio novo maleficium ablaturos. Idem dicendum, si dubitas, possit ne medio licito maleficium auferri. Debes enim aut dubium deponere, aut abstinere a petitione. Facta autem protestatione, te nolle nisi modo licito maleficium tolli, licite petis: quia animum tuum declarasti adversus dæmonis artem. De comœdiis hic agendum esset; sed integram de his dissertationem edidi.

## CAPUT XIII.

*Quædam regulæ pro praxi a Confessariis servandæ. Nonnulla de moderna mulierum, virorumque familiari conversatione.*

I. SCandali materies adeo late patet, ut vix sermone comprehendi queat. Adeo facile est ad extrema impingere, ut media incedere via vix liceat. Summa ergo vigilantia opus Confessariis est, ne aut nimium Christianorum conscientias gravent, aut quæ iusto laxent. Ex his quæ de feminis dicta sunt, rigidiora me docuisse suspicabitur fortasse aliquis. Quam suspicionem ut amoliar, iterum repetere iuvat, me nihil magis detestari quam iniustam severitatem. Malo siquidem de nimia misericordia quam de superfluo rigore rationem reddere. Porro, ut Confessarii, Lectoresque omnes clarius teneant doctrinam quam ego de mulierum ornatu censeo veroslimilem, adiiciam nonnulla, ex quibus colligere quisque valeat quando superfluus, & noxius sit, & quando secus, mulierum ornatus. Patrum documentis, rationibusque demonstratum est, superfluum, muliebrem cultum, ad venerem potissimum incitantem, culpæ expertem haudquaquam esse. Porro, ne præceps sis in mulieribus damnandis, aut absolvendis, sequentes adiiciam regulas.

II. *Regula prima.* Feminis potissimum coniugatis ornatum nitidum, elegantem, auro licet, argento, ac serico intextum, dummodo limites proprii status non excedat, licitum asserimus. Lubet sub oculos D. Thomæ reducere doctrinam, qua nihil cautius, nihil solidius præscribi valet. Primum in commentariis ad *I. Timoth. cap.* II. *vers.* 9. D. Pauli verba interpretans hæc scribit: *Duo sunt consideranda in ornatu mulierum, scilicet simplex ornatus, puta in veste, & auro, & huiusmodi. Quod potest fieri cum peccato tribus modis, scilicet ex prava intentione, ut si intendat commotionem concupiscentiæ, ostentationem, vel inanem gloriam. Prov.* VII. Præparata ad capiendas animas. *Secundo, si fiat præter consuetudinem patriæ, quod sit diversimode: quod enim excedit modum consuetum patriæ, hoc ex levitate animi est. Tertio, si conditionem sui status excedit. Sed servata recta intentione, consuetudine patriæ, & conditione status, non est peccatum. De fucato autem semper est peccatum.* Expendendum est primum triplicis distinctionis membrum, nimirum mulieres non peccare, si rectam servent intentionem: quæ intentio vel eo spectat, ut *concupiscentiam* commoveat; vel ut promoveat *ostentationem*, aut *inanem gloriam*. Distinguenda pariter duplex intentio; una directa, indirecta altera. Nihil fere de prima, quia manifesta; at de secunda valde timendum. Illa sua evidenti, & diabolica malitia se prodit, potissimum dum se venerem accendere velle clare protestatur: sed hæc rara est. Secunda occulte serpit, & facillime se se immiscet, vitium alit, non redolet turpitudinem, sed potius splendorem, ut est ostentatio, & inanis gloria. Tunc porro serpit hæc indirecta intentio, cum ornatus exterior reapse vanus est, & quæsitus, immodiculsque. Neque enim recta, & pia esse intentio potest, si ornatus exterior vanus, & superfluus est. Hæc omnia docet ibidem Angelicus. *Exteriora enim opera hominis sunt quasi quædam professio interioris hominis, sicut Religiosi ad hoc habent habitum, & Clerici similiter. Unde, si non concordet interior cum exteriori, est fictio. Ita etiam de aliis operibus interioribus. Interius enim debemus colere pietatem, idest cultum Dei habere; exterius vero promittere, & protestari per bona opera, quæ concordant pietati, & similiter habere interius, sicut ostendimus exterius. Vel dico, quod debent se ornare non exterius, sed secundum quod decet eas promittentes, idest quæ promittere debent*, pietatem per opera bona. *Eccles.* XIX. *Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis annuncian de illo.* Ut pauci hanc doctrinam expediam; dum exterior cultus, licet non excedat statum civilem, qui forte dives est, & nobilis, valde quæsitus est, vanus, ac superfluus, vanam prodit intentionem aut ostentationis, aut mundanæ gloriæ. Et dum mulier valde compta, & ornata nullam se habere iactat pravam intentionem, mendax est, nullique ei fides adhibenda. Illius quippe mendacium exterior cultus testatur, eiusdemque pravam *indirectam* intentionem manifestat.

II. *Secunda regula.* Rogabis, sitne culpa gravis, aut levis eiusmodi nimium elegans, & exquisitus muliebris cultus, qui feminarum



levitatem, iactantiam, vanitatem, ostentationemque prodit. Angelicus *loc. cit.* obiter, ut interpretem decet, rem hanc versat. Eam vero ex instituto dilucidit 2. 2. *q.* CLXIX. *art.* 1. & 2. qui legendus omnino est. Tuæ autem factæ interrogationi respondet, præfatum ornatum vanum, & superfluum, atque iactantiam, & ostentationem præseferentem, non semper esse mortalem, sed quandoque venialem. Paucis verbis omnia complectitur Angelicus, videlicet & intentionem provocandi ad concupiscentiam, & levitatem, vanamque ostentationem. Primum semper est mortale; alterum interdum veniale. *Et si quidem hoc intentione* (inquit) *se ornent, ut alios provocent ad concupiscentiam, mortaliter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter iactantiam quandam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale.* Artic. 2. corp. Non semper, inquit D. Thomas, vanus, & superfluus cultus femineus lethalis est, sed *quandoque venialis*; frequenter ergo mortalis erit, si quandoque tantum venialis est. Porro ut felicius mentem, doctrinamque angelicam hoc de argumento teneas, animadvertas velim, D. Thomam in primo laudatæ quæstionis articulo agere de ornatu exteriori absolute considerato. In commentariis autem Paulinis rem per transennam agit, hic vero ex professo. Articulo namque primo omni argumentorum genere ostendit, superfluum ornatum culpa non carere, & inter alia auctoritatem allegat Gregorii dicentis: *Sunt nonnulli qui cultum subtilium, pretiosarumque vestium non putant esse peccatum: quod videlicet si culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod dives qui torquebatur apud inferos, bysso, & purpura indutus fuisset.* Plures ibi rationes affert, quæ evincunt superfluum ornatus maliriam: nimirum, si ornatus iste excedat proprium statum; si homo hoc quæsito ornamento delicias quærat, & fomentum corporis; & tandem dum nimia intervenit solicitudo. *Etiamsi* (inquit) *non sit aliqua inordinatio ex parte finis.* Porro, postquam exposuit superfluæ ornamenti naturam absolute accepti, nulloque ad mulieres habito respectu, articulo secundo, quid sit de femineo cultu dicendum resolvit. Sub corporis articuli initium animadvertit, quod præter communem malitiam quæ in omni superfluo ornatu residet, peculiarem habet malitiam muliebris cultus, quod nempe ad lasciviam sua natura provocet. En illius verba summa con-

sideratione perpendenda. *Circa ornamenta mulierum sunt eadem attendenda quæ supra communiter dicta sunt* ( nempe articulo præcedenti ) *circa exteriorem cultum: & insuper* ( nota ) *quoddam aliud speciale, quod scilicet multebris cultus vivos ad lasciviam provocat.* Ne multa. Æque in viris, ac in fœminis cultus exterior potest esse noxius, & culpabilis vel propter pravam intentionem, vel propter excessum proprii status, vel propter ostentationem, & vanitatem. Cultus autem muliebris præter hæc omnia illud habet peculiare quod *provocet ad lasciviam*. Et hæc dicta sint in maiorem angelicæ doctrinæ, a quibusdam haud satis perceptæ, explicationem.

IV. *Tertia regula*. Sæpius in hac dissertatione dictum est, hoc in capite dandam esse exactam superfini ornamenti fœminei notitiam. Ut igitur quisque securius in ferenda super muliebri cultu sententia incedat, sciat fas est, hanc ornamenti superfluitatem non ex uno, aut altero capite colligendam esse; sed ex omnium circumstantiarum complexione. Duo hic summopere consideranda. Primum quod in fœmineo cultu perpendere debemus, non est tantum vestium, gemmarum, monilium pretiositas: sed potissimum vestium forma, politura, dispositio, nuditas. Alterum est mulieris comptæ conscientia, mores, conversatio. Ambo expono. Superfluum ornatum exponere lubet Divi Hieronymi elegantissima oratione, qua comptæ mulieris picturam vividis refert coloribus sua epistola *de suspecta contubernio*. Aliqua perstringam inverso ordine. Vestis ipsa vilis, & pulla, animi tacantis indicium est, si rugam non habeat, si per terram, ut altior videaris, non trahatur, si de industria sit tumida, ut aliquid intus appareat, operiatque quod fœdum est, & aperiat quod formosum. Calliæ quoque ambulantis nigella, ac nitens strideret ad se iuvenes vocat. Papillæ fasciolis comprimuntur, & crispanti cingulo augustius pectus arctatur. Capilli vel in frontem, vel in aures defluunt. Palliolum interdum cadit, ut candidos nudet humeros, &, quasi videri noluerit, celat festina quod videri detexerat. Et quando in publico quasi per verecundiam operit faciem, lupanarium arte id solum ostendit quod offensum magis placere potest. Non tam vestium valorem, pretium, & monilium raritatem, quam formam improbat vestitus: artem tegendi quæ displicent, & quæ placent nudandi, carpit: nihil hic de fucis, de fibio, de aliis innumeris lenociniis, & illecebris habet. Alterum, conversationem nempe mulierum cum viris, non minus argute describit, & insectatur. Puellas, & mulieres prodeuntes in publicum pingit inter servos adolescentes ad convivia assidentes; atque nutibus, oculis, & fulgiritis cum amasiis mutuos exprimentes affectus repræsentat. Sic enim affatur harum unam mulierum. Dabit tibi barbatulus quilibet manum, sustentabit lassam, & pressis digitis aut tentabitur, aut tentabit. Erit tibi inter vitros matronasque convivium: spectabis aliena oscula, prægustatos cibos; & non absque scandalo tuo in aliis sericas vestes, auraturaque miraberis. Quid enim validius fovet mulierem luxum, quam vel unius vanæ mulierculæ exemplum? Perlonabit interim aliquis cantor ad mentam. Hoc dulci modulamine permulcentur aures, iuvenes te adorientur, loquentes nutibus, & quidquid meminit dicere, significabunt affectibus. Inter has tantas illecebras computatum, etiam ferreas mentes libido domat, quæ maiorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putat omne quod nescit. Difficile inter epulas servatur pudicitia. Nitens cutis fordidum offendit animum. Legimus aliquem, vix herentem ossibus, illicitis arsisse amoribus, & ante caruisse vita quam pestle. Quid tu facies, puella tani corporis, delicata, pinguis, rubens, artuans iuxta adolescentulos; quæ edi rogata non seceris, tamen formæ putes testimonium, si rogeris? Libidinosa mens ardentius honesta perlequitur, & quod non licet, dulcius reputatur. Familiaria colloquia succedunt, in quibus perditiitis vestra vocabula, & mutuo ex vobis cognomina iuscepistis. Tu illius diceris, & ille tuus. Obsequia, famulatus, servitia quis valet referre? Illum iactant assidere lectulo, obstetrices adhibere manus languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare fasciolas. Sed audiamus paulisper & Marcum Tullium, qui *paradox.* v. mulieram servitutem venustulorum, vulgo *cicisbei*, & barbatulorum his verbis describit. *Igitur omnes improbi, servi. Nec hoc tam re est, quam dicta imaginatum, atque mirabile. Non enim ita dicunt eos esse servos, ut mancipia, quæ sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure civili. Sed si servitus sit, sicut est, obsequentis fragili animi, & abiecti, & arbitrio carentis sui, quis neget omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos? An ille mihi liber videatur cui mulier imperat; cui leges imponit, præscribit, iubet, vetat quod videtur? Qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet? Potest? dandum est. Vocat? veniendum. Eiicit? abeundum. Minatur? extimescendum. Ego vero ipsum non modo servum, sed nequissimum servum, etiamsi in amplissima familia natus sit, appellandum puto.*

V. *Quarta regula*. Omnia quæ dicta sunt, Confessarii perpendere magnopere debent. Mulieris conscientiam, eiusdemque mores, vivendi consuetudinem, virorum amicitiam præ oculis habeant. Si mulierem agnoverint bene moratam, ab hominum familiaritate seiunctam, propriæ domus curæ, & regimini addictam, mariti sui amantem, tunc eiusdem ornatum, tametsi comptum, & forte plus iusto splendidum, non facile gravis peccati damnabunt; eidem tamen modestiam, verecundiam, vanitatisque contemptionem suadebunt. Ex illius vivendi consuetudine quam facillime arguent, marito ne, an aliis viris placendi gratia adeo culta incedat. Pectoris nuditatem, & vestium formam, valde a modestia, quæ mulieres maxime decet, distantem, nunquam permittant Confessarii.

VI. *Quinta regula*. Reciprocam virorum, ac mulierum conversationem frequentem, assiduamque, eam potissimum in qua illa habet sinum, & ille suam, penitus infringat Confessarius. Si recutet mulier scindere hæc amicitiæ fœdera, a sacramentis arceatur. Quod antequam præstet, oret, suadeat, increpet. Non severitate, aut rustica, & inurbana orationc, sed suavi, efficacique adhortatione studeat mentem illuminare, animumque emollire, ac Deo precibus suis pœnitentem commendare non desistat. Blanda benignitas, quam tam alte deprædicant recentiores Probabilistæ, non eo pertinet ut legem laxet, eamque humanis apperitionibus accommodet; sed eo ut summa patientia, & caritate ad divinæ legis amussim, quoad fieri potest, humanos mores reformes. Has omnes circumstantias spectare debes, ut extrema aut severioris austeritatis, aut nimiæ benignitatis devites.

VII. *Sexta regula*. Facilius Confessarii ad extremum laxitatis, quam severitatis impingunt. Rigor, & severitas cuique contraria est, propriis rationibus, & molitionibus adversatur. Contra vero benignitas, & indulgentia naturæ conlentanea est. Omnes respectus, humanæque consideraliones, famæ & gloriolæ aviditas, item timor contemptionis, & propriæ famæ iactura benignitatem suadent. Hinc est quod Prophetæ omnes, & Patres in laxiores Theologos, & Confessa-





rios invehuntur. Transcribam quæ docet D. Bernardinus Senensis adversus Confessarios qui negligunt mulierum luxum, & pompas corripere. „ O infelix stultitia mundanorum! O „ cæca amentia vanitatum! O inconsiderata „ dementia propter hoc perenntium animarum! Inter quas utinam, utinam, & iterum utinam plerique non sint participes „ Confessores, & alii ignoranter, vel carnaliter consulentes, & prædicantes, non intelligentes, nec aliqui eorum intelligere volentes, quæ intelligunt Doctores de mulierum ornatu, iocalibus, atque vestitu, „ cum dicunt, quod licet mulieri se ornare, „ ut placeat viro suo; & tamquam imprudentes non consideranl, nec recte ponderant prædicta tria. De talibus Dominus „ Matth. xv. ait: *Cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.* Hæc tria specula considerans illuminatus Apostolus I. Timoth. „ II. ait: *Volo mulieres ornare se in habitu honesto, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, „ aut margaritis, aut veste pretiosa; sed quod decet mulieres promittentes pietatem per bona opera.* Considera diligenter quid secundum specula tria prædicta prohibeat, & quid concedat. Et Petrus in I. Canon. „ III. hoc eodem lumine illustratus ait: *Mulieres subdita sint viris suis:* & sequitur: *Quare non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti, vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus.* Super quem locum Cyprianus in Glosla ait: Feminæ serico, & purpura indutæ non possunt Christum induere. Auro, aut margaritis, aut monilibus exornatæ ornamenta cordis, & corporis perdiderunt. Quorum omnia dicta sunt ad tria prædicta specula referenda, & cum magna animadversione pensanda, & spiritualiter ruminanda, ne *sub pallio consuetudinis corruptela sumatur, & abusio obtineat principatum.*“ Tom. I. lerm. iv. art. 1. cap. 1.

VIII. *Regula septima*. In hac materia sæpe plus minusve reperitur. Quemadmodum non est quælibet vanitas gravis culpæ damnanda, sic non est superfluitas quæque excusanda. Lubet nonnulla alia ex eodem D. Bernardino exscribere contra nimiam superfluitatem, quam stilo licet simplici, significante tamen repræsentat. „ Tertio odit „ Dominus superfluitates propter multitudi-

„ nem, seu multiplicationem. Circumspice thalamos prædictorum: contemplare ibi superfluitates vestium virorum, & mulierum. Ibi pro feriatis diebus, ibi pro mediocribus festis, ibi pro maioribus solemnitatibus, & ibi pro celeberrimis cunctis. Quarum pretiosiores in manticis consumuntur, & quandoque a mulieribus insensatis pro filiabus, & filiis inanitor, immo criminaliter, reservantur. Ibi reperies vestimenta serica, quædam aurea, quædam viridia, quædam rubea, quædam leucophœa, quædam rigata, quædam depicta, quædam cælestina, quædam rosata, quædam æstiva, sicut theristra subtilia, atque stricta, quædam hiemalia, quædam ruralia, quædam civilia, quædam pluvialia, quædam nivalia, quædam diurna, quædam nocturna, quædam retorta, quædam distorta, quædam stricta, quædam lata, quædam curta, sive brevia, quædam longa, quædam cum alis magnis, quædam cum manicis strictis, quædam sine manicis ullis: quædam claudentur ante, quædam retro, quædam a latere, quædam, sicut in juvenum phantasiis patet, tanta abominabili brevitate corantur, ut supra nates, & supra umbilicum ascendant: dumque æstivo tempore superiora indumenta deponunt in propria domo, vel alibi, anteriora, & posteriora iuvenculis, atque aliis more canum ostendunt. Quot mutatoria reperies ibi, quot camisias sericas, vel byssinas, vel tanto sumptu, & arte consutas, quod tales facere, vel tenere ampliusque illas gestare, *Doctores determinant esse mortale*. Quot alia linea, & superflua paramenta, quæ raro, vel numquam ducuntur in usum? Quot vasa argentea, & deaurata, & arte mirabili fabrefacta ad gloriam, & ad pompam servata? Hæc, & consimilia considera in deauratis, & pretiosis manticis reservata. Circumspice cubiculi parietes carnalitatis multiplici actu sæpe depictos, ut verificetur in omnibus talibus, quod Ecclesiastes 1. cap. ait: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*. Et quia omnia talia multitudine, atque confusione in Confessoribus, Prædicatoribus, & Consiliariis minus doctis, minusque rectis, ac minus considerantibus tria specula antedicta, discre-

„ tum iudicium liciti, & illiciti obnubunt, & confundunt; plerique peccatum mortale in talibus esse non putant; sed quodlibet horum cuicumque libet, illi omnino licet; illique non licet qui ad hoc mansionium plenum undecumque non habet, cum talibus sit lex pro ratione voluntas. Propterea sequitur quod *Matth.* XV. Dominus ait: *Cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus „ si cæco ducatum præstet, ambo in foveam „ cadunt.*" Serm. XLIV. art. III. cap. III. Tom. I.

IX. *Regula octava*. Si ad hæc omnia animum intenderit Confessarius, si in suo ministerio solam animarum salutem, Deique gloriam, omni mundano respectu neglecto, spectabit, haud difficile illi erit media incedere via. Sed meminerit oportet hanc viam mediam arctam, angustam, rigidamque esse, ut Evangelium refertur. Rigor tamen *ille* evangelicus cum sit, caritate, & benignitate lenitur, non legem laxando, sed summa tolerantia, & ferventi zelo mores corrigendo. Spretis ergo quorumdam recentiorum placitis, evangelica momenta in memoriam revoca. Ablcindendam manum, eruendum oculum Christus asserit, quoties nobis delinquendi occasio occurrit: ut hinc colligamus, quam gravis, quamque severa sit devitandi scandali obligatio. Væ mundo a scandalis. Quia nolunt homines fyrtes, & scopulos debita vigilantia cavere; idcirco adeo frequenter in naufragia impingunt. Dicturi sunt aliqui, nos Concionatoris, aut Declamatoris, non Theologi personam agere. Verum illi, quæ nam sit christianæ Theologiæ tradendæ ratio, penitus ignorant. Nos Evangelii, non Calusiarum Theologiam docere studemus. Methodum quam Evangelistæ, quam Paulus, quam Patres omnes adhibuere, consulant censores isti, & propriæ critices illos pudebit. Id mihi dolet, quod eloquentia, quod sermonis efficacitate caream illa sine qua christiana Theologia languet, hominum infirmitate spectata. Utique divina doctrina nostræ vanæ eloquentiæ lenociniis non eget. At hominum mentes mundi præstigiis occupatæ, quibus suadenda est sacra doctrina, vehementi ratione, verborumque aculeis sæpe vellicandæ sunt, ut aptæ reddantur ad veritatem suscipiendam.

LI-



# LIBER SECUNDUS
## IN DECALOGUM.
### *DISSERTATIO PRIMA*
### DE RELIGIONE.
### *PRÆLOQUIUM.*

HActenus præludia in Decalogum præmisimus; nunc mandata ipsa discurienda sunt. Virtutes theologicæ, fides, spes, caritas, Deum ipsum sub peculiaribus suis rationibus spectant: & homines suis interioribus actibus credunt, sperant, diligunt. Ibi tamen haud sistunt, sed foras debent erumpere, ut cultum externum præscriptum a religione Deo exhibeant. Dei quippe fidem, & dilectionem necessario consequitur cultus exterior eidem prædlandus. Si enim dominus quisque colendus est, quanto magis Deus, qui solus Dominus, solus omnipotens, solusque est universi illius præpotens effector? Plura nobis hac de re suppeditat Lactantius *Lib. IV. cap.* XXVIII. „ Hæc (inquit) conditionis gignimur, ut generanti nos Deo iuita, & debita obsequia præbeamus: hunc solum noverimus, hunc sequamur. Hoc vinculo pietatis obstricti, & Deo religati sumus, unde ipsa religio nomen accepit." Sub duplici aspectu Lactantius hominem considerat, ut filium, & ut servum. Quatenus filius, Deum Patrem amare; quatenus servus, Dominum revereri, eique inservire debet. Hinc infert sapientiæ, & religionis societatem: illam ad filios, hanc ad servos spectare docet. „ Apparet (inquit ibi cap. IV.) quam „ inter se coniunctæ sint sapientia, & religio: sapientia spectat ad filios, quæ exigit amorem; religio ad servos, quæ exigit timorem. Nam sicut illi patrem diligere debent, „ & honorare; sic hi dominum colere, ac vereri. Deus autem, qui unus est, quoniam utramque personam sustinet, & Patris, & Domini, & amare eum debemus, „ quia filii sumus, & timere, quia servi. Non potest igitur nec religio a sapientia separari, nec sapientia a religione secerni: quia idem Deus est, qui & intelligi debet, „ quod est sapientiæ, & honorari, quod est religionis. Sed sapientia præcedit, religio sequitur: quia prius est Deum scire, consequens colere. Ita in duobus nominibus una vis „ est, quamvis diveria esse videatur. Alterum enim positum est in sensu, alterum in „ actu. Sed tamen similia sunt duobus rivis ex uno fonte manantibus. Fons autem sapientiæ, & religionis Deus est, a quo hi duo rivi si aberraverint, arcicant necesse est: „ quem qui nescinnt, nec sapientes esse possunt, nec religiosi." Hanc religionis necessitatem sulius explicat *Lib. VI. cap.* III. & *cap.* IX. & *Lib. VII. cap.* V. Libro autem de ira Dei *cap.* VII. invehitur in impios, qui Deum negantes, omnem deridenr religionem: quos sic adoritur. „ Nonne ipsius corporis status, & oris figura declarat non esse nos cum „ mutis pecudibus æquales? Illarum natura in humum, pabulumque prostrata est, nec „ habet quidquam commune cum cælo, quod non intuetur. Homo autem recto statu, „ ore sublimi, ad contemplationem mundi excitatus conferr cum Deo vultum, & rationem ratio cognoscit. Propterea *nullum est animal*, ut ait Cicero, præter hominem, „ quod habeat aliquam notitiam Dei. Solus enim sapientia instructus est, ut religionem „ solus intelligat: & hæc est hominis, atque mutorum vel præcipua, vel sola distantia." Plura alia possem ex Lactantio exscribere, quibus ostendit brutis accensendos esse homines qui Deum ignorant, aut religione non colunt. Quid quod vel ipsi impii, tametsi insitam cordibus Dei notitiam excutere frustra adlaborent; attamen extrinsecus colendum, timendumque Deum asserunt? Religionem hanc, ceu primum firmumque cuiusque societatis, Reipublicæ, & Principatus fundamentum constituunt. Scelestus ipse Machiavellus Principibus suadet externam religionis professionem, quam corde contemnunt, ut populos sibi subiectos facilius regant, ac indivisam Rempublicam servent. Opus est, inquit, ut quæcumque ad religionem fovendam, amplificandamque congrua sunt, *etiamsi Principes aliter*

„ nem, seu multiplicationem. Circumspice thalamos prædictorum: contemplare ibi superfluitates vestium virorum, & mulierum. Ibi pro feriatis diebus, ibi pro mediocribus festis, ibi pro maioribus solemnitatibus, & ibi pro celeberrimis cunctis. Quarum pretiosiores in manticis consumuntur, & quandoque a mulieribus insensatis pro filiabus, & filiis inanitor, immo criminaliter, reservantur. Ibi reperies vestimenta serica, quædam aurea, quædam viridia, quædam rubea, quædam leucophœa, quædam rigata, quædam depicta, quædam cælestina, quædam rosata, quædam æstiva, sicut theristra subtilia, atque stricta, quædam hiemalia, quædam ruralia, quædam civilia, quædam pluvialia, quædam nivalia, quædam diurna, quædam nocturna, quædam retorta, quædam distorta, quædam stricta, quædam lata, quædam curta, sive brevia, quædam longa, quædam cum alis magnis, quædam cum manicis strictis, quædam sine manicis ullis: quædam claudentur ante, quædam retro, quædam a latere, quædam, sicut in juvenum phantasiis patet, tanta abominabili brevitate corantur, ut supra nates, & supra umbilicum ascendant: dumque æstivo tempore superiora indumenta deponunt in propria domo, vel alibi, anteriora, & posteriora iuvenculis, atque aliis more canum ostendunt. Quot mutatoria reperies ibi, quot camisias sericas, vel byssinas, vel tanto sumptu, & arte consutas, quod tales facere, vel tenere ampliusque illas gestare, *Doctores determinant esse mortale*. Quot alia linea, & superflua paramenta, quæ raro, vel numquam ducuntur in usum? Quot vasa argentea, & deaurata, & arte mirabili fabrefacta ad gloriam, & ad pompam servata? Hæc, & consimilia considera in deauratis, & pretiosis manticis reservata. Circumspice cubiculi parietes carnalitatis multiplici actu sæpe depictos, ut verificetur in omnibus talibus, quod Ecclesiastes 1. cap. ait: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*. Et quia omnia talia multitudine, atque confusione in Confessoribus, Prædicatoribus, & Consiliariis minus doctis, minusque rectis, ac minus considerantibus tria specula antedicta, discre-

„ tum iudicium liciti, & illiciti obnubunt, & confundunt; plerique peccatum mortale in talibus esse non putant; sed quodlibet horum cuicumque libet, illi omnino licet; illique non licet qui ad hoc mansionium plenum undecumque non habet, cum talibus sit lex pro ratione voluntas. Propterea sequitur quod *Matth.* XV. Dominus ait: *Cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus „ si cæco ducatum præstet, ambo in foveam „ cadunt.*" Serm. XLIV. art. III. cap. III. Tom. I.

IX. *Regula octava*. Si ad hæc omnia animum intenderit Confessarius, si in suo ministerio solam animarum salutem, Deique gloriam, omni mundano respectu neglecto, spectabit, haud difficile illi erit media incedere via. Sed meminerit oportet hanc viam mediam arctam, angustam, rigidamque esse, ut Evangelium refertur. Rigor tamen *ille* evangelicus cum sit, caritate, & benignitate lenitur, non legem laxando, sed summa tolerantia, & ferventi zelo mores corrigendo. Spretis ergo quorumdam recentiorum placitis, evangelica momenta in memoriam revoca. Ablcindendam manum, eruendum oculum Christus asserit, quoties nobis delinquendi occasio occurrit: ut hinc colligamus, quam gravis, quamque severa sit devitandi scandali obligatio. Væ mundo a scandalis. Quia nolunt homines fyrtes, & scopulos debita vigilantia cavere; idcirco adeo frequenter in naufragia impingunt. Dicturi sunt aliqui, nos Concionatoris, aut Declamatoris, non Theologi personam agere. Verum illi, quæ nam sit christianæ Theologiæ tradendæ ratio, penitus ignorant. Nos Evangelii, non Calusiarum Theologiam docere studemus. Methodum quam Evangelistæ, quam Paulus, quam Patres omnes adhibuere, consulant censores isti, & propriæ critices illos pudebit. Id mihi dolet, quod eloquentia, quod sermonis efficacitate caream illa sine qua christiana Theologia languet, hominum infirmitate spectata. Utique divina doctrina nostræ vanæ eloquentiæ lenociniis non eget. At hominum mentes mundi præstigiis occupatæ, quibus suadenda est sacra doctrina, vehementi ratione, verborumque aculeis sæpe vellicandæ sunt, ut aptæ reddantur ad veritatem suscipiendam.

LI-



# LIBER SECUNDUS
## IN DECALOGUM.
### *DISSERTATIO PRIMA*
### DE RELIGIONE.
### *PRÆLOQUIUM.*

HActenus præludia in Decalogum præmisimus; nunc mandata ipsa discurienda sunt. Virtutes theologicæ, fides, spes, caritas, Deum ipsum sub peculiaribus suis rationibus spectant: & homines suis interioribus actibus credunt, sperant, diligunt. Ibi tamen haud sistunt, sed foras debent erumpere, ut cultum externum præscriptum a religione Deo exhibeant. Dei quippe fidem, & dilectionem necessario consequitur cultus exterior eidem prædlandus. Si enim dominus quisque colendus est, quanto magis Deus, qui solus Dominus, solus omnipotens, solusque est universi illius præpotens effector? Plura nobis hac de re suppeditat Lactantius *Lib. IV. cap.* XXVIII. „ Hæc (inquit) conditionis gignimur, ut generanti nos Deo iuita, & debita obsequia præbeamus: hunc solum noverimus, hunc sequamur. Hoc vinculo pietatis obstricti, & Deo religati sumus, unde ipsa religio nomen accepit." Sub duplici aspectu Lactantius hominem considerat, ut filium, & ut servum. Quatenus filius, Deum Patrem amare; quatenus servus, Dominum revereri, eique inservire debet. Hinc infert sapientiæ, & religionis societatem: illam ad filios, hanc ad servos spectare docet. „ Apparet (inquit ibi cap. IV.) quam „ inter se coniunctæ sint sapientia, & religio: sapientia spectat ad filios, quæ exigit amorem; religio ad servos, quæ exigit timorem. Nam sicut illi patrem diligere debent, „ & honorare; sic hi dominum colere, ac vereri. Deus autem, qui unus est, quoniam utramque personam sustinet, & Patris, & Domini, & amare eum debemus, „ quia filii sumus, & timere, quia servi. Non potest igitur nec religio a sapientia separari, nec sapientia a religione secerni: quia idem Deus est, qui & intelligi debet, „ quod est sapientiæ, & honorari, quod est religionis. Sed sapientia præcedit, religio sequitur: quia prius est Deum scire, consequens colere. Ita in duobus nominibus una vis „ est, quamvis diveria esse videatur. Alterum enim positum est in sensu, alterum in „ actu. Sed tamen similia sunt duobus rivis ex uno fonte manantibus. Fons autem sapientiæ, & religionis Deus est, a quo hi duo rivi si aberraverint, arcicant necesse est: „ quem qui nescinnt, nec sapientes esse possunt, nec religiosi." Hanc religionis necessitatem sulius explicat *Lib. VI. cap.* III. & *cap.* IX. & *Lib. VII. cap.* V. Libro autem de ira Dei *cap.* VII. invehitur in impios, qui Deum negantes, omnem deridenr religionem: quos sic adoritur. „ Nonne ipsius corporis status, & oris figura declarat non esse nos cum „ mutis pecudibus æquales? Illarum natura in humum, pabulumque prostrata est, nec „ habet quidquam commune cum cælo, quod non intuetur. Homo autem recto statu, „ ore sublimi, ad contemplationem mundi excitatus conferr cum Deo vultum, & rationem ratio cognoscit. Propterea *nullum est animal*, ut ait Cicero, præter hominem, „ quod habeat aliquam notitiam Dei. Solus enim sapientia instructus est, ut religionem „ solus intelligat: & hæc est hominis, atque mutorum vel præcipua, vel sola distantia." Plura alia possem ex Lactantio exscribere, quibus ostendit brutis accensendos esse homines qui Deum ignorant, aut religione non colunt. Quid quod vel ipsi impii, tametsi insitam cordibus Dei notitiam excutere frustra adlaborent; attamen extrinsecus colendum, timendumque Deum asserunt? Religionem hanc, ceu primum firmumque cuiusque societatis, Reipublicæ, & Principatus fundamentum constituunt. Scelestus ipse Machiavellus Principibus suadet externam religionis professionem, quam corde contemnunt, ut populos sibi subiectos facilius regant, ac indivisam Rempublicam servent. Opus est, inquit, ut quæcumque ad religionem fovendam, amplificandamque congrua sunt, *etiamsi Principes aliter*

*sentiant*, amplectantur, augeantque. Quod illis tanto diligentius faciendum est, quanto maiori prudentia, rerumque naturalium cognitione præcellunt. Hæc impiorum effata satis sunt ut intelligamus, quam densæ sint illorum impietatis tenebræ, quam spissa caligo. Omnium Rerumpublicarum, ac Principatuum firmum asserunt fundamentum religionem. Religionis erga supremum Numen ideam hominum mentibus tam alte inscriptam fatentur, ut absque religionis freno in ordinem redigi, & in obedientia contineri minime posse agnoscant. Et eo ipso tempore in dubium revocant, debeant ne Principes intus credere quæ exterius se creditueros simulant. Verum ad implendam ignominia eiusmodi impiorum faciem, ut Deum tandem confiteantur, quemadmodum Regius Propheta scribit, satis nunc est quædam Paganorum scita tranſcribere ex Petro Gregorio *Lib. VIII. de Republ. cap.* 11. *n.* 5. „ Hoc innatum (inquit) & insculptum naturali, & rationali lege videtur, ut religioni multum homines tribuant, & auctoritati divinæ, & quæ arbitrantur ei continucta eo vinculo, ea maiori in veneratione habeant. *Omnes* (inquit Cicero v. in Verrem) *religione moventur, & deos patrios a maioribus acceptos diligenter sibi colendos, & retinendos arbitrantur.* Et Quintus Curtius Lib. IV. *Nulla res*, inquit, *efficacius multitudinem regit quam superstitio*. Neque Ethnici hoc lumine naturali caruerunt, utpote homines habentes impreſſam in anima quoque Dei imaginem. Quamquam enim aberraverint in pluralitate deorum falsorum, tamen remansit de divino Numine reverentia eius, & metus. Et proinde legislatores illustriores, qui regio hoc munere in ferendis legibus usi sunt, inventionem legum in Deum, sed per diversa nomina, & media retulerunt. Zoroastres Bactrianis, Perſisque leges tradens, in Horomasim; Trismegistus Ægyptis, in Mercurium; Moyses Iudæis, rectius in patrem totius naturæ verum Deum; Minos Cretensibus, in Iovem; Charondas Charthaginensibus, in Saturnum; Lycurgus Lacedæmonis, in Apollinem; Draco & Solon Athenienſibus, in Minervam; Numa Pompilius Romanis, in Ægeriam nympham: Mahometes Arabibus, in Gabrielem; Zamolxis Scytis, in Vestam; Plato Magnesiis, & Siculis in Iovem. Denique Mæcenas prolixa oratione, quam refert Dio Cassius *Lib. LII. hiſt.* modum rationemque regendi imperium Augusto Cæsari promens, hæc inter alia eidem suadet. „ Deos semper, & ubique ita cole, ut moribus patriæ receptum est. Ad eumdem quoque cultum alios compelle. Peregrinarum vero religionum auctores odio, & supliciis prosequere, non deorum modo gratia, quos qui contemnit, haud dubie nihil quoque aliud magni facit; sed propterea etiam quod qui nova numina introducunt, multos ad peregrinarum legum usum pelliciunt: unde coniurationes, coitiones, & conciliabula existunt, res minime commoda principatui unius. Itaque neque deorum contemptorem, neque præsligiatorem illum tolerabis. “ Ipsorum ergo Ethnicorum testimonio, religio vinculum est humanæ societatis, quo fracto, concidat necesse est principatus omnis, mutuumque commercium. Quemadmodum navis gubernatore inter procellas destituta, continuo periclitatur; ita homines a primo, unicoque rectore Deo seiuncti, & per abrupta abeuntes, nullam coire societatem valent. Quare religio a religando nuncupatur, quod homines invicem, ac Deo omnium provisori, & moderatori iungit. De hac autem religione in præsentiarum sermo nobis erit, eiusdemque officia, & obsequia in supremum Numen manifestabimus.

## CAPUT I.

*Errores, propositiones damnatæ, & laxa in religionis materia recensentur.*

I. DEliria impiorum, qui religionem omnem de medio sustulerunt, recensuimus in Prolegomenis ad Decalogum. In præsenti hæreles, propositiones damnatæ, & laxæ eorum qui religionem profitentur, breviter perstringuntur. Primus error adversus orationem, quæ inter præcipuos religionis actus computatur, fuit *Messalianorum*, ut animadvertit Castro verbo *Oratio*. Hi enim contendebant, solam orationem, excluso baptismate, ceteriique operibus ad salutem sufficere. Nullam agnoscebant in baptismate utilitatem. Dæmonem expelli sola oratione, corpusque passionibus liberari; animam non solum mala liberari voluntate, sed etiam futura prævidere, effutiebant. Illius hæresis Auctor dicitur Adelphius. Secundus error *Messalianorum*, seu Phallianorum, qui græce appellantur *Euchitæ*, ideli orantes, eo ſpectabat, ut nunquam ab oratione esset cessandum; quemadmodum refert D. Augustinus *Lib. de hæres. cap.* lvii. sed continenter eidem insistendum. Tertia hæresis, directe his duobus erroribus contraria, orationem ut prorsus inutilem reiiciebat. Præcipuus istius hæresis fautor fuit Pelagius, qui teste Augustino *Lib. de hæres.* dixit, orationes quas facit Ecclesia pro infidelibus, & aliis peccatoribus, ut convertantur, sive pro fidelibus, ut perseverent, frustra fieri, quod ad hæc omnia satis sit liberi arbitrii potestas. Hinc inferebat inutile, ac superstuum esse a Deo petere quod propriis viribus præstare valemus. Quem errorem quotidiana hominum infirmitas, & rebellium appetituum intestina iacta explodit. Quarta hæresis fuit Wiclephi docentis, haud esse pro singulari persona orandum; quod non plus iuxta ipsum oratio pro uno oblata illi prosit quam aliis quibuslibet. Quem errorem damnant laxcenta Scripturarum oracula, quæ referunt orationes Deo fulas ab Ecclesia pro Petro, & a D. Paulo pro Thessalonicensibus. Denique hic error proscriptus fuit in Concilio Constantiensi *sess.* VIII.

II. Propositiones damnatæ ab Innocentio XI. anno 1687. in Constitutione cuius initium est *Celestis Pastor*, sunt sequentes, quas Quietistæ excogitarunt

1. „ Oportet hominem suas potentias annihilare. Et hæc est via interna. “

2. „ Velle operari active est Deum offendere, qui vult esse ipse solus agens: & ideo opus est seipsum in Deum totum, & totaliter derelinquere, & passiva permanere velut corpus exanime. “

3. „ Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva. “

4. „ Activitas naturalis est gratiæ inimica, impeditque Dei operationes, & veram perfectionem: quia Deus operari vult in nobis. “

5. „ Nihil operando anima se annihilat, & ad suum principium redit, & ad suam originem, quæ est essentia Dei, in quam transformata remanet, ac divinizata; & Deus tunc in ipsa remanet: quia tunc non sunt amplius duæ res unitæ, sed una tantum. Et hac ratione Deus vivit, regnat in nobis, & anima seipsam annihilat in esse operativo. “

7. „ Non debet anima cogitare nec de præmio, nec de punitione, nec de paradiso, nec de inferno, nec de morte, nec de æternitate. “

12. „ Qui suum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de inferno, nec de paradiso: nec debet desiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutum, nec propriæ sanctitatis, nec propriæ salutis, cuius ipsem purgare debet. “

14. „ Qui divinæ voluntatire signatus est, non convenit ut a Deo rem aliquam petat: quia petere est imperfectio, cum sit actus propriæ voluntatis, & electionis; & velle quod divina voluntas nostræ conformetur, & non quod nostra divinæ. Et illud Evangelii, *Petite & accipietis*, non est dictum a Christo pro animabus internis, quæ nolunt habere voluntatem; immo huiusmodi animæ eo perveniunt, ut non possint a Deo rem aliquam petere. “

15. „ Sicut non debent a Deo rem aliquam petere; ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent, quia utrumque est actus propriæ voluntatis. “

18. „ Qui in oratione utitur imaginibus, figuris, speciebus, & propriis conceptibus, non adorat Deum in spiritu, & veritate.

20. „ Asserere, quod in oratione opus est sibi per discursum auxilium ferre, & per cogitationes, quando Deus animam non alloquitur, ignorantia est. Deus numquam loquitur. Eius locutio est operatio, & semper in anima operatur, quando hæc suis discursibus, cogitationibus, & operationibus eum non impedit. “

21. „ In oratione opus est manere in fide obscura, & universali, cum quiete, & oblivione cuiuscumque cogitationis particularis, ac distincta attributorum Dei, ac Trinitatis, & sic in Dei præsentia manere ad illum adorandum, & amandum, eique inserviendum; sed absque productione actuum, quia Deus in his sibi non complacet. “

Plures alias hoc de argumento damnatas in præfata Constitutione propositiones referre possem, quas missas facio, alibi relaturus. Adiiciam dumtaxat unam propositionem, quæ mea quidem sententia, laxa videtur.

III. P. Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap.* IV. §. 2. *nu.* 4. „ Ego hic sentio, quod supra cap. I. §. I. num 8. dixi de præcepto fidei, spei, & caritatis, non dari scilicet certum tempus determinatum in quo directe obligat; sed esse illud in quo obligat indirecte, quando scilicet urget necessitas alicuius boni acquirendi, vel mali, vel tentationis avertendæ, quæ acquirere, vel avertire sine Dei auxilio non posse tunc animadvertimus. “



CA-

## CAPUT II.

*Natura, & actus religionis, quam præscribit primum Decalogi mandatum.*

I. PLura dicta sunt in secundo prolegomeno de primo Decalogi mandato, quod in adfirmans, & negans distinximus. Adfirmans est, quod cultum unius Dei præcipit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*: Matth. IV. Illius servitutis, & obsequii momenta explicat ipsemet Deus Moysis ore. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis*: Exod. XX. Hic Deus Hebræos alloquitur, quorum se Dominum appellat. *Notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen eius*: Psal. LXXV. Non quod omnium nationum, & creaturarum Deus non sit; sed quia gratiarum, donorumque affluentia sibi populum illum devinxerat. Idcirco populum suum appellabat, seque eiusdem Deum, & Dominum. *Non enim fecit taliter omni nationi*: Psalm. CXLVII. His ergo verbis, *Deus tuus*, beneficia, & rationes Deum colendi, adorandique exprimuntur. Hinc infertur, ut ii qui peculiares gratias, & largitiones a Deo acceperunt, strictiori religionis vinculo teneantur, & grati animi obsequia abundantiora rependere ipsi debeant. Si hac ratione Iudæi præ ceteris populis Deum colere, & adorare astringebantur; quam servitutem, quæ obsequia præstare Christiani Deo debebunt? Deus Iudæos populum vocabat suum: semetipsum Abraham, Isaac aliisque Patriarchis manifestavit: infinita edidit prodigia, quibus a suorum inimicorum tyrannide eriperet populum suum: terram fluentem lacte, & melle eisdem impertiit. Verum enim vero quid hæc sunt comparatione illorum quæ in Christianorum gratiam operatus est Deus? Nos non modo populum suum, sed gentem sanctam, regale sacerdotium, gentis electum, populum acquisitionis vocat. Quanto ergo maius est debitum nostrum colendi, & adorandi Deum! Non modo beneficia, quibus cultum, & obsequia excitet nostra, in memoriam nobis Deus revocat; sed pœnas quoque, & supplicia minatur ingratis: subdit enim: *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.*

II. Negans mandatum est, quod diis alienis cultum exhiberi vetat. *Non habebit deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile. Non adorabis ea, neque coles.* Duplicem hic cultum diris devovet, & illorum qui nullis externis signis deos colebant, ut in more apud Romanos erat sub initium regni, testis Varrone; & aliorum, qui deos in simulacris, & imaginibus colebant. De his latius in prolegomenis disputatum. Ad religionis ergo, quam primum hoc Decalogi mandatum præscribit, naturam enucleandam pertamus.

III. Et ut ab eiusdem etymologia initium ducamus; *Religio*, inquit D. Thomas 2. 2. q. LXXXI. art. 1. *videtur dicta a relegendo ea quæ sunt divini cultus: quia huiusmodi sunt frequenter in corde revolvenda, secundum illud Prov.* III. In omnibus viis tuis cogita illum. *Quamvis etiam possit intelligi religio ex hoc dicta, quod Deum religere debemus, quem amiseramus negligendo &c. Vel potest intelligi religio a religando dicta: unde Augustinus dicit in Lib. de vier. Relig. cap.* IV. Religet nos religio uni omnipotenti Deo. *Sive autem religio dicatur a frequenti relectione, sive ex iterata electione eius quod negligenter amissum est, sive dicatur a religatione; religio proprie importat ordinem ad Deum. Ipse est enim cui principaliter alligari debemus, tamquam indeficienti principio; ad quem etiam nostra electio assidue dirigi debet, sicut in ultimum finem; quem etiam negligenter peccando amittimus, & credendo, & fidem protestando recuperare debemus.*

IV. Communis religionis finitio hæc est. *Religio virtus est quæ debitum cultum Deo exhibet tamquam primo omnium principio.* Dicitur cultus debitus Deo, non quod quilibet cultus peculiaris, quem non ex mera libera devotione Deo offerimus, non sit religiosus, sed quia cultus absolute ei debetur; ita ut qui nullum ei cultum exhiberet, peccaret contra primum præceptum. Ceterum quia mandatum istud, ut cultum iubens, adfirmans est; ideo non continenter, omnique tempore debitum imponit colendi Deum, quemadmodum de actibus fidei, spei, & caritatis diximus; sed tantum pluries in anno. Multos actus edimus religionis, qui consilii sunt, non præcepti, ut patet in votis. Solitamen Deo actus isti debentur propter infinitam eiusdem excellentiam; quemadmodum pietate colimus homines propter illorum virtutes. Religio virtus est non theologica, quia Deum proxime non spectat, sed moralis, cuius obiectum cultus est Deo exhibendus. Ita docet Angelicus 2. 2. qu. LXXXI. art. 5. *Duo ergo in religione considerantur. Unum quidem quod religio Deo affert, scilicet cultus: & hoc se habet per modum materiæ, & obiecti ad religionem. Aliud autem est id cui affertur, scilicet Deus, cui cultus exhibetur; non quod actus quibus Deus colitur, ipsum Deum attingunt, sicut cum credimus Deo, credendo Deum attingimus .... Affertur autem Deo debitus cultus, inquantum actus quidam, quibus Deus colitur, in Dei reverentiam fiunt; puta sacrificiorum oblationes, & alia huiusmodi. Unde manifestum est quod Deus non comparatur ad virtutem religionis sicut materia, vel obiectum, sed sicut finis. Et ideo religio non est virtus theologica, cuius obiectum est ultimus finis, sed est virtus moralis, cuius est esse circa ea quæ sunt ad finem.*

V. Deus dicitur finis, & obiectum remotum, non proximum, religionis, seu finis cui cultus exhibetur propter infinitam illius excellentiam. Neque hæc divina excellentia est ratio formalis ipsius virtutis religionis, sed tantum cultus, qui propter talem excellentiam Deo offertur. Consule super hac re Sylvium in commentariis D. Thomæ ad hunc locum. Divina bonitas ratio formalis caritatis est: unde caritas est virtus theologica, quia in Deum immediate fertur. Divina autem excellentia non ita ratio formalis religionis est, ut eam in Deum directe elevet; sed tantum eam dirigit in cultu Deo offerendo. Quapropter dicitur, quod cultus iste Deo offertur propter immensam illius dignitatem, & supremum principatum in omnes creaturas. Quamvis ergo religio virtus theologica non sit, inter morales tamen princeps est propter maiorem cum Deo propinquitatem, ut docet Angelicus *loc. cit. art.* 6. Religio autem multo propinquius accedit ad Deum quam aliæ virtutes morales, inquantum operatur ea quæ directe, & immediate ordinantur in honorem divinum: & ideo religio præeminet inter alias morales virtutes.

VI. Duo sunt actuum religionis genera. Alterum interiorum, ut sunt *devotio*, & *oratio*: alterum exteriorum, qui pariter in tres classes tribui possunt. Quippe alii corpus ipsum Deo subiiciunt, ut *adoratio*; alii vero actibus homo res exteriores, ut sunt sacrificia, oblationes, decimæ, primitiæ, ceteraque id genus, Deo immolat: quæ omnia uno nomine *oblationis* comprehendi solent. Postremi denique sunt ii quibus aliquid in divini honoris protestationem adhibetur, ut sunt iuramenta, in quibus nomen Dei invocatur; vota, quibus aliquid Deo promittitur. De his omnibus suo loco disputandum erit.



## CAPUT III.

*De devotione, eiusque effectibus, & causis.*

I. PRimus interior religionis actus devotio est, cuius hanc tradit finitionem Angelicus 2. 2. quæst. LXXXI. art. 1. *Voluntas quædam prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. Unde Exod. XXXV. dicitur, quod multitudo filiorum Israel obtulit mente promptissima, atque devota primitias Domino.* Voluntas, quæ in finitione ponitur, non potestatem, seu potentiam exprimit, sed actum, & exercitium eiusdem facultatis. In definitionibus liquidem virtutum sæpe loco actuum potentiæ ponuntur. Ceteræ particulæ, nempe *prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum*, peculiarem devotionis naturam produnt. Hæc quippe promptitudo, quæ animum constituit expeditum, celerem, atque præfervidum in divino servitio, & in illorum executione quæ in Dei honorem cedunt, est singularis prærogativa, & tessera, quæ devotionem distinguit a ceteris virtutibus. Hæc animi promptitudo, & expedita voluntas, non est in quadam cordis teneritudine, aut in sensibili affectu, seu lacrymulis sita; sed in exacta observantia eorum quæ Deo reddenda sunt.

II. Effectus igitur devotionis esse solent cordis lætitia, interior animi suavitas, gustus, & delectatio. Non est tamen necesse ut eiusmodi fructus devotio pariat; cum plures pii, sanctique fideles his omnibus priventur; nec propterea minus fervidi, & expediti sint ad religionis negotia. Eiusmodi effectus alimenta infantium, & pabula tyronum dici solent. Maturior ergo devotionis fructus est exacta mandatorum Dei observantia, quæ sæpius recentilos edit effectus; licet non raro quoque eorumdem sterilis sit, ut ex Sanctorum actis colligitur: liquidem hi frequenter ariditates, tristitiam, animique dejectionem patiebantur. Quare concludit Angelicus loc. cit. art. 4. *Devotio per se quidem principaliter spiritualem mentis lætitiam causat; ex consequenti autem, & per accidens causat tristitiam.*

III. Du-

II. Dupliceem devotionis causſam aſſignat D. Thomas *loc. art. arc.* 3. Altera eſt, & potiſſima, Deus ipſe, qui ubi vult ſpirat, uberioremque effundit gratiarum, donorumque copiam, quando, & ubi, & quibus expedire ſua infinita ſapientia cognoſcit. *Cauſſa devotionis extrinſeca, & principalis* (inquit) *Deus eſt: de qua dicit Ambroſius ſuper Luc. cap. IX. quod Deus quos dignatur, vocat, & quem vult, religioſum facit; & ſi voluiſſet, Samaritanos ex indevotis devotos feciſſet.* Altera cauſſa interior eſt meditatio, videlicet tum divinæ bonitatis, clementiæ, aliorumque attributorum divinæ naturæ; tum noſtræ egeſtatis, & infirmitatis. Priorem meditationem lætitia, & hilaritas conſequitur; poſteriorem humilitas, animi demiſſio, ſuperbiæ, & vanitatis contemptio. *Cauſſa autem intrinſeca ex parte noſtra* (pergit Angelicus) *oportet quod ſit meditatio, ſeu contemplatio. Dictum eſt enim, quod devotio eſt quidam voluntatis actus ad hoc quod homo prompte ſe tradat ad divinum obſequium. Omnis autem actus voluntatis ex aliqua conſideratione procedit, eo quod bonum intellectum eſt obiectum voluntatis. Unde & Auguſtinus dicit in Lib. de Trinit. quod voluntas oritur ex intelligentia. Et ideo neceſſe eſt quod meditatio ſit devotionis cauſſa, inquantum ſcilicet homo per meditationem concipit quod ſe tradit divino obſequio. Ad quod quidem inducit duplex conſideratio. Una quidem quæ eſt parte divinæ bonitatis, & beneficiorum ipſius, ſecundum illud Pſal.* LXXIII. Mihi adhærere Deo bonum eſt, & ponere in Domino Deo ſpem meam: *& hæc conſideratio excitat dilectionem, quæ eſt proxima devotionis cauſſa. Alia vero eſt ex parte hominis conſiderantis ſuos defectus, ex quibus indiget ut Deo inniti atur, ſecundum illud Pſal.* CXX. Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi; Auxilium meum a Domino, qui fecit cælum, & terram. *Et hæc conſideratio excludit præſumptionem, per quam aliquis impeditur, ne Deo ſe ſubiiciat, dum ſuæ virtuti inniti tur.*

IV. De tempore quo urgeat devotionis actus, diſputare Theologi ſolent. Salmanticenſes *tract.* XXI. *cap.* IX. *punct.* 2. *n.* 2. cum Trullencho decernunt, difficile aſſignari poſſe tempus quo eiuſmodi devotionis actus obliget, ſi ſermo ſit de obligatione *per ſe*: cum nullum ſit eiuſdem obligationi deſignatum. Hac ratione uſi ſunt Probabiliſtæ recentiores, maxime Tamburinus, ad tollendum de medio præceptum caritatis, fidei, & ſpei, quorum nullum *per ſe* obligare vel intra quinquennium, vel in vitæ decurſu docuerunt. Quare ex temporis indeterminatione difficile inferunt definiri poſſe momenta quibus tales actus urgeant. Hinc tamen minime inferri poteſt, numquam *per ſe* urgere illius virtutis obligationem. Immo adeo homini cuique meditatio neceſſaria eſt, ſicuti ſuſius infra dicturi ſumus, ut ſine ea vix fieri poſſit ut ſalvus quiſpiam evadat. De tempore autem quo urgeat, idem dicendum ac de oratione, aliiſque adfirmantibus mandatis. De obligatione *per accidens* planum eſt urgere, cum inſtet contrarii vitii periculum, nempe accedæ de rebus ſpiritualibus. Obligat quoque, dum actus religionis, aliarumque virtutum, ad quos edendos devotio requiritur, elici debent. Audiamus pium Caietanum *hic* in commentariis. „ Ex hu„ iuſmodi namque meditationibus, quæ quo„ tidianæ eſſe debent in religioſis, & ſpi„ tualibus perſonis, omiſſio vocalium oratio„ num multiloquio voluntario, devotio, aliæ„ que conſequenter gignuntur virtutes: nec „ religioſi, aut religioſæ, ſeu ſpiritualis etiam nomine vocari poteſt qui ſaltem ſemel in die ad huiuſmodi ſe non tranſtert. „ Quomodo namque effectus abſque cauſſa, „ finis abſque medio, initialis portus abſque „ navigatione haberi nequit; ſic nec religio„ in actu abſque frequentatis actibus ſuarum „ cauſſarum, mediorum, ac vehiculorum. „

## CAPUT IV.

*De oratione, eiuſque natura, & diviſione.*

I. ALter religionis actus oratio eſt, quam ſic definit D. Thomas 2. 2. *quæſt.* LXXXIII. *art.* 1. ex Damaſceno. *Oratio eſt petitio decentium a Deo.* Singulæ particulæ definitionis patent. *Petitio* generis locum obtinet. Per hanc enim oratio convenit cum alia petitione, quæ oratio non eſt. *Decentium*, quod vices gerit differentiæ. Per hanc quippe particulam indicatur, decentia eſſe debere quæ oratione poſtulantur. *A Deo.* Hæc eſt ultima particula, quæ orationem actum religionis oſtendit. A Deo enim ſolo petendo dona omnia tum naturalia, tum ſupernaturalia, confitemur illum omnium rerum principium, illius excellentiam reveremur, eidem ſubiicimur, & noſtræ egeſtatis præſidia ab illo ſolo petimus. Ex hac definitione hanc infert conſequentiam Angelicus. *Ergo patet quod oratio, de qua nunc loquimur, eſt rationis actus.* Cuius illationis hanc præmittit rationem. Res in ordinem dirigere ac in finem dirigere, actus eſt intellectus. Porro oratio, cum ſit petitio auxilium, quibus hominis infirmitas ſublevatur, reipſa diſponit, & dirigit; quæ munia ad intellectum pertinent: Igitur oratio actus eſt intellectus practici. Opponunt hic quidam Scholaſtici, quod religio eſt in voluntate, atque in eadem quoque conſtitui debet oratio; cum eiuſdem religionis actus dicatur. At D. Thomæ aſſeclæ reſpondent nihil obſtare quod virtus religionis reſidens in voluntate, poſſit media alia potentia, non media alia virtute, actus orationis elicere. Et quia hæc præter inſtitutum noſtrum ſunt, ſatis eſt eadem innuiſſe.

II. Oratio multiplex. Primum tribuitur in interiorem, ſeu mentalem, & in exteriorem, ſeu vocalem. Utramque nobis Scriptura ſancta deſcribit, commendat, iubet. De priori *Pſalm.* XXVI. dicitur: *Tibi dixit cor meum, exquiſivit te facies mea:* & Pſalm. XXXVIII. *In meditatione mea exardeſcet ignis.* Hæc oratio haudquaquam ſita eſt in quadam mentali inertia, & otio, ſeu in ſola ſuſpenſione intellectus, & in paſſiva quadam receptione, ut Quietiſtæ contendebant; ſed in actibus intellectus, & voluntatis, quibus divina attributa, bonitatem, clementiam, & beneficia infinita quæ nobis conſert Deus, ferventi ſtudio recolimus, quibus noſtram egeſtatatem, atque infirmitatem perpendimus; in actibus amoris, deſiderii, fiduciæ, aliiſque piis affectibus, quibus cæleſtia concupiſcimus, tota reſplendet. Iſtius internæ orationis gradus ſupremus contemplatio nuncupatur, qua mens Deum ipſum, eiuſdemque immenſas perfectiones, veluti e ſublimi ſpecula, ſupra nubes, & inferiorum ſenſuum, ac humanarum affectionum, perturbationumque viciſſitudines elata, ſumma tranquillitate contemplatur; eidemque cæleſti quodam dulcedinis gluttino, & ferventis amoris, caſtiſſimæque dilectionis vinculo iungitur. Verum de his conſule myſticæ Theologiæ Doctores. Illud dumtaxat admonuerim, contemplationem hanc ſteriliem, ſi vera ſit, minime eſſe „ ſed chriſtianarum virtutum fecundam. Quo ergo anima ſublimioris contemplationis dono illuſtrata eſt, eo efficacius, & frequentius in chriſtianarum virtutum exercitia erumpere debet. Quietiſtæ ex hac contemplatione ſtatum otii, quietis, ſeu ſuſpenſionis ab operationum exercitio inferebant. Quapropter merito damnatæ fuerunt ab Innocentio XI. anno 1687. propoſitiones, quarum cenſum dedimus capite primo huius Libri.

III. Altera oratio vocalis eſt, quæ mente, & verbis perficitur. De hac loquitur Apoſtolus ad Hebr. XIII. *Per ipſum offeramus hoſtiam laudis Deo, ideſt fructum labiorum confitentium nomini eius.* Tametſi verba neceſſaria abſolute non ſint ut Deo egeſtatem noſtram, & infirmitatem manifeſtemus, cum illum nihil lateat; nihilominus neceſſaria ſunt hæc exteriora ſigna: tum quia homo mente, & corpore conſtat, & ſecundum utramque partem Deo ſe ſubiicere debet, illique inſervire: tum etiam quia non ſola anima, ſed & corpus divinis indiget auxiliis: tum denique quia hæc exteriora verba excitant interiores affectus, pioſque animi motus facilius accendunt, & fovent; ac neceſſaria ſunt ad manifeſtandam interiorem orationem, & ad excitandam proximi devotionem, quemadmodum loquitur Auguſt. epiſt. CXXI. cap. XI. *Inipſa ergo fide, & ſpe, & caritate continuato deſiderio ſemper oramus. Sed ideo per certa intervalla horarum, & temporum etiam verbis rogamus Deum, ut illis rerum ſignis nos ipſos admoneamus, quantumque in hoc deſiderio profecerimus, nobis ipſis innoteſcamus, & ad hoc augendum nos ipſos acrius excitemus. Dignior enim ſequitur effectus, quam ferventior præcedit affectus. Ac per hoc & quod ait Apoſtolus*, Sine intermiſſione orate, *quid eſt aliud quam beatam vitam, quæ nulla, niſi æterna eſt, ab eo qui eam ſolus dare poteſt, ſine intermiſſione deſiderare?* Tandem dividitur oratio reſpectu hominis qui orat, in privatam, & publicam. Hæc a publico miniſtro Eccleſiæ nomine in populi ſalutem peragitur; illa a perſona privata ad ſui libitum, & ſola mente, vel mente & verbis ſimul fit. Publica vero ſemper debet eſſe vocalis, ut D. Thomas docet 2. 2. quæſt. LXXXIII. art. 12. *Duplex eſt oratio: communis, & ſingularis. Communis quidem oratio eſt quæ per miniſtros Eccleſiæ in perſona totius fidelis populi Deo offertur: & ideo oportet quod talis oratio innoteſcat toti populo, pro quo profertur: quod non poſſet fieri, niſi eſſet vocalis. Et ideo rationabiliter inſtitutum eſt ut miniſtri Eccleſiæ huiuſmodi orationes etiam alta voce pronuntient, ut ad notitiam omnium poſſint pervenire. Oratio vero ſingularis eſt quæ effertur a ſingulari perſona cuiuſcumque ſive pro ſe, ſive pro aliis orantis: & de huiuſmodi orationis neceſſitate non eſt quod ſit vocalis.*

CA-

## CAPUT V.

*De orationis necessitate.*

I. TRiplex fuit error circa orationis necessitatem, ut D. Thomas 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 2. testatur. Alter illorum qui divinæ providentiæ regimini res humanas subtrahebant, ex quo vanam esse, & inutilem orationem effutiebant. De his dicitur Malach. III. *Dixistis: Vanus est qui servit Deo.* Secundus illorum qui constituebant omnia ex necessitate evenire, sive ex immutabilitate divinæ providentiæ, sive ex necessitate stellarum, sive ex connexione causarum: quam positionem consequitur orationis superfluitas, & vanitas. Postremus illorum qui asserebant divinæ providentiæ ordinem mutationi, & varietati obnoxium esse, eumque precibus nostris mutari. Hæc autem omnia explodit Angelicus *I. Part. quæst.* XXII. *art.* 2. & 4. & alibi. Hic vero concludit, quod *ex divina providentia non solum dispositur qui effectus fiant, sed etiam ex quibus causis, & quo ordine proveniant.*

II. Disputant Theologi sit ne oratio necessaria necessitate quam vocant medii; ita ut nemo sine ea salvus fiat, vel fieri possit. Affirmant D. Thomas *loc. cit.* & in *IV. dist.* XV. *quæst.* XIV. *art.* 1. Durandus in *IV. dist.* XV. *quæst.* XII. *num.* 3. Ioannes a S. Thoma 2. 2. *quæst.* XXXVIII. *disp.* XXXVI. *art.* 3. Lessius *Lib. II. de institt. cap.* XXXVII. *dub.* 3. Bonacina *disp.* 1. *de Hor. canonicis quæst.* 11. *punct.* 1. *num.* 11. Layman *Lib. IV. tract.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. Azorius *Lib. IX. cap.* XXXIV. Fillucius *tract.* XXIII. *cap.* 11. *quæst.* III. Patritius Sporet *tract.* II. *in præcep. Decal. cap.* VII. *sect.* 4. *num.* 21. Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap.* 10. §. 2. *num.* 2. Constantinus Roncaglia *tract.* VII. *quæst.* 1. *num.* 3. Castropalaus *tract.* VII. *disp.* 1. *punct.* 9. Sylvius *in* 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 2.

III. Sunt aliqui, ut Ledesma, Aragon, Villalobos, qui contendunt orationem esse necessariam dumtaxat necessitate præcepti. Salmanticenses *tract.* XXI. *cap.* IX. *punct.* 3. §. 1. *num.* 13. mediam se insistere viam aiunt, asserentes cum Auctoribus primæ sententiæ, orationem esse necessariam necessitate medii, si spectentur decreta divinæ providentiæ, statuentis auxilia divinæ gratiæ petentibus solum conferre. Ceterum, si absolute res consideretur, hanc necessitatem non agnoscunt. Hinc inferunt, non repugnare in aliquo raro casu Deum non petentibus auxilia præbere. Verum hoc est, mea quidem sententia, divinare: & sine ullo fundamento Scripturarum, vel Patrum definire, quid Deus, præter leges constitutas a sua providentia, facturus sit; quod humanæ mentis profecto iudicium fugit. Theologi omnes necessitatem orationis defendentes loquuntur attento ordine præsentis providentiæ, & humanæ naturæ infirmitate considerata. Quod Deus aliqua auxilia ad ostensionem suæ liberalitatis valeat concedere non petentibus, nemo id negat, cum reapse primam gratiam prævenientem, primaque illustrationes non petentibus elargiatur; immo aliquando hominum mentes prævenit, ut altiora petant.

IV. Millis itaque eventibus qui in alterius providentiæ dispositione accidere possint, aut in aliquo peccato casu, quo Deus vellet auxilium quodpiam etiam non petenti conferre, dico orationem esse necessariam ad perseverantiam, atque adeo ad salutem æternam, necessitate tum medii, tum præcepti. Quam sententiam non Theologi modo *n.* 2. relati, sed omnes communiter defendant; nec video quod ab aliquo negari iure possit. Idque evincitur auctoritate Concilii Tridentini sess. VI. cap. XI. *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuvat, ut possis.* Hanc doctrinam pluribus in locis Augustinus docet. Serm. 1. de S. Stephano. *Si Stephanus se non oraret, Ecclesia Paulum non haberet.* Item de dono perseverantiæ cap. XVI. *Sunt etiam qui propterea vel non orant, vel frigide orant, quoniam Domino dicente didicerunt, scire Deum quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo. Num propter tales totius sententiæ veritas deserenda, aut ex Evangelio delenda putabitur? Immo, cum constet Deum alia etiam non orantibus, sicut infirmum fidei, alia nonnisi orantibus præparasse, sicut usque in finem perseverantiam; profecto qui ex se ipso hanc se habere putat, non orat ut habeat. Cavendum est igitur ne dum non timemus, tepescat fortasse, extinguatur oratio, accendatur elatio.* Gennadius etiam Lib. de eccles. dogmat. cap. LVI. hæc habet. *Nullum credimus ad salutem, nisi Deo invitante, venire: nullum invitatum salutem suam, nisi Deo auxiliante, operari: nullum nisi orantem, auxilium promereri.* S. Prosper *Lib. II. de vocatione gentium* necessitatem orationis cum divinæ providentiæ immutabilitate pulcherrime componit exemplo Tobiæ, qui, quamquam Deus ab æterno decrevisset liberatem



tatem eius uxori conferre, iussus tamen est pro eadem orare. *Orationum sollicitudinem divinæ electionis propositio non resolvit, imo testimonio evidentes probabo, ut cetera studio brevitatis omittam. In libro igitur Tobiæ ad filium eius Tobiam Raphael Angelus dicit cap.* VI. *secundum* LXX. Memor esto mandatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere debere uxorem de genere patris tui. Et nunc audi me: noli computare dæmonium illud, sed postula eam..... Surgite primum ambo: & deprecamini Dominum cæli, ut detur vobis misericordia, & sanitas: & nolite timere, tibi enim destinata est ante sæcula..... *Quamvis ergo quod statuit Deus, nulla possit ratione non fieri, studia tamen non tolluntur orandi..... cum implenda voluntatis Dei ita sit præordinatus effectus, ut per laborem operum, per instantiam supplicationum, per exercitia virtutum fiant incrementa meritorum.* Ratione quoque ab humanæ naturæ fragilitate petita orationis necessitas evincitur. Tanta siquidem est humanorum appetituum adversus rationem, & mentem rebellio, & tanta colluctatio, ut sine gratia vix pugnare, nedum vincere possimus. Porro hic est a divina providentia institutus ordo, ut gratia hæc non impertiatur, nisi præviis precibus flagitetur. Quod Deus posse non petentibus dare, nemo in dubium vocaverit; sed in præsens nobis sermo est de orationis necessitate, posito divinæ providentiæ ordine. Nonne ipsius naturæ instinctus mendicum impellit ad eleemosynæ petitionem, & infirmum ad medicinam implorandam a medico? Coniunctio quoque Deum inter & hominem, mutuumque commercium eiusmodi orationis necessitatem ostendit. Si enim mutis, ignavis, otioque diffluentibus dona sua Deus effunderet, cum aliunde in terrena propensi sint, vix divini beneficatoris, effectorisque recordarentur. Hæc ultronea, & liberalis donatio eorumdem ignaviam, otium, Deique oblivionem foveret. Quare magnopere elucet Dei misericordia in hoc ipso imposito onere petendi sua dona, cum eo pertineat pondus istud, ut homines Deo strictiori, perpetuoque ligamine iungat, utque mutuum coniunctionem ferver, foveatque.

V. Nihil adversus hæc rationum momenta adversarii, quod obiiciant, habent. Dicunt, Paulum non orantem, sed perlequentem Christum, a Deo præventum, atque in sinum Ecclesiæ invectum. Cur, inquiunt, ex natura rei pugnat quod aliquis sine precibus gratiam obtineat? Hæc sunt argumenta quæ referunt Salmanticenses, qui ob eadem fuam mediam excogitaverunt viam. Verum laborant Auctores isti evidenti æquivoco. Nec enim quæstio est, impertiat ne Deus quampiam gratiam alicui non petenti; quin, ut iam dictum est, primas illustrationes, gratiamque prævenientem, & excitantem absque precibus elargitur. Concedimus Paulum Christum perlequentem, sicus orantem, a Deo vocatum. Quid inde? An non oravit Paulus, antequam reciperet a Deo lumen, quo mentis caligines excuteret? Sed fac numquam preces suas Deo obtulisse. Hinc ne infortur, ipsum sine precibus in gratia perseveraffe, sine precibus æternam affecutum fuisse gloriam? Porro necessitatem orationis defendunt Theologi ad consequendam secundam gratiam, ad perseverandum in gratia, ad gloriam obtinendam: & hanc veritatem propugnant, spectato præsentis providentiæ, ordine, & attenta humanæ naturæ infirmitate, & egestate. Quare aberrant toto cælo qui causfam istam ad id revocant quod absolute, & ex natura rei non repugnat.

VI. Divinum orandi præceptum omnes ad unum Theologi asfirmant: illud perspicue produnt divina testimonia. Evangelista Lucas cap. XVIII. *Oportet semper orare, & non deficere.* Matthæus cap. XXVII. *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem:* & cap. VII. *Petite, & accipietis.* Paulus ad Thessal. V. *Sine intermissione orate:* & ad Timoth. I. cap. II. *Volo viros orare in omni loco...., similiter & mulieres.* Hoc peculiare mandatum his verbis demonstrat D. Thomas 2. 2. quæst. LXXXIII. art. 3. ad 2. *Non solum petere ea quæ desiderantur, sed etiam recte aliquid desiderare sub præcepto cadit: sed desiderare quidem cadit sub præcepto caritatis; petere autem sub præcepto religionis: quod quidem ponitur Matth.* VII. *Petite, & accipietis.* Ratio ex iis quæ dicta sunt, patet. Oratio necessaria est necessitate medii, attento præsentis providentiæ ordine, ut communiter fatentur Theologi; sed quæ necessaria sunt necessitate medii, necessaria etiam sunt necessitate præcepti. Verum divina oracula, egestas humanæ naturæ, necessitas coniunctionis hominum cum Deo, non secus ac rivulorum cum perenni fonte, adeo manifesta sunt, ut superfluat omnis ratiocinatio.

VII. Difficilium non parvum est inter Theologos super tempore definito quo mandatum illud *per se* obligat. Penes omnes certum est obligare indirecte, &, ut aiunt, *per accidens*, tempore gravis tentationis, vel necessitatis

tatis acquirendi aliquod bonum, aut evitandi aliquod malum, cum opus aliquod ardeum est aggrediendum; cum te vel contritione, vel sacramento ad gratiam disponere vis, & in primo instanti usus rationis; quidquid in contrarium scribat Castropalaus *tract.* VII. *disp.* 1. *punct.* 7. *num.* 4. ubi asserit sententiam de conversione hominis in Deum non esse *adæquate* firmam. Ne illa est firma quam ipse docet, vix integro biennii spatio urgere præceptum amandi Deum? Sed hoc alibi. Lis ergo tota sita est in obligatione *per se*. P. Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap.* 4. §. 2. *num.* 4. hæc scribit. *Ego hic sentio quod sup. cap.* 1. §. 1. *num.* 8. *dixi de præcepto fidei, Spei, & caritatis: nempe obligare scilicet certum tempus, & determinatum, in quo directe obligat; sed esse illud in quo obligat indirecte, quando scilicet urget necessitas alicujus boni acquirendi, vel mali, vel tentationis avertendæ, quæ acquiratur, vel avertere sine Dei auxilio non posse tunc animadvertimus.* Multis opus non est, ut hanc opinionem retellamus. Siquidem doctrina quam de fidei, Spei, & caritatis mandato Auctor ille tradidit, & ad quam hanc suam de orationis præcepto opinionem revocat, proscripta est tum ab Alexandro VII. in propositione 1. *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, Spei, & caritatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium:* (illæ particulæ *ex vi præceptorum* idem præseferunt ac *directe*, & *per se*:) tum ab Innocentio XI. propositione VI. *Probabile ipse neminem obligari ad actum fidei explicitum, spei, & caritatis per se saltem semel intra decalogum.* Quidquid *ipse* sequitur *quidem rigorose quinquennio per se obligare præceptum caritatis erga Deum.* Tamburinus ibi constat in sua doctrina, qua, excluso obligatione directa caritatis, necessario reiicere quoque debet directam obligationem orationis. Porro hanc doctrinam directe contineri in recensitis propositionibus proscriptis, mihi certum videtur. Res sua natura patet: & utriusque præcepti eamdem esse obligationem, Tamburinus ipse fatetur. Illud solum admonere iuvat, ex Tamburini doctrina consequi, homines exemptos *per se* esse a religionis colendi Dei iugo. Si enim absolute, & vi præcepti non tenerentur colere Deum, illum invocando, eique gratias pro acceptis beneficiis agendo; competum est religionem nullam amplius futuram; deficiente siquidem eius actu præcipuo, qualis oratio est, ipsa quoque cessaret. Quod quam sit ipsi communi sensui, nedum christianæ professioni, adversum, nemo non videt.

VIII. Missa ergo Tamburini nimis laxa, ne plus dicam, opinione, communis Theologorum sententia est, præceptum orationis *per se* aliquando obligare. Non convenit tamen penes omnes, quodnam sit tempus illud in quo obligat. Quod non obligat singulis temporis momentis præceptum illud, ut nonnulli hæretici contendebant, teste D. Augustino *hæref.* LVII. cum id fieri nequeat, fatentur Catholici omnes. Suarez *Lib. I. de orat. cap. ult. num.* 16. Lessius *Lib. II. de iustit. cap.* XXXVII. *dub.* 3. *num.* 12. Castropalaus *tract.* VII. *disp.* 1. *punct.* 7. *num.* 12. Ioannes a S. Thomæ 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 5. Prado *Tom. II. cap.* XXX. *quæst.* 19. *num.* 32. censent dilationem unius mensis gravi culpa non carere. PP. Salmanticenses minus aspera, & severa videtur sententia hæc. Quare *tract.* XXI. *cap.* IX. *punct.* 3. §. 2. *num.* 17. definiunt semel tantum in anno urgere mandatum hoc, hac ratione, quod docuerint, semel quoque in anno obiectum præceptum caritatis. Nos vero e contrario censemus, quod licuti nostra sententia plures in anno instant mandata fidei, Spei, & caritatis, pluries quoque in anno urgeat religionis, seu orationis, mandatum. Quod autem laudata sententia, quæ singulis mensibus Deum precandi mandato astringi fideles docet, nec dura sit, nec severa nimis, evincitur facile: quia nemo sanæ mentis profecto gravis culpæ insontem aliereret Christianum illum qui integro mense in Deum nec semel mentem erigeret, nec quidquam ab eo peteret, nullumque cum illo orationis, ut ita dicam, commercium haberet. Nonne vel ipsius naturæ ratio, sensusque ipse communis tantum socordiæ, oblivionis, acediæque in religionis negotio gravis flagitii damnaret? Nonne quisque moratus Christianus sibi vitio verteret, & ignaviæ non levi, si vel integro die nil de Deo cogitaret, nullam illi offerret precem, eumque nec semel invocaret, nec eidem ullas referret grates? Quid quod divina oracula sine intermissione nos orare docent, monentque numquam ab oratione desistendum? Congruo igitur sensu, & humanæ imbecillitati accommodato explicanda hæc Evangelii oracula sunt. Cauillabuntur ne severitatis, aut rigoris nimii præfata oracula divina, quæ, nemine dissentiente, præceptum continent? Non hæc in sensu, quod continuatio orationis cadat sub præcepto; sed præceptum orandi exprimitur verbis quæ frequentes actus imponunt. Illa ergo particulæ *semper*, *sine intermissione* non imponunt continuationem orationis sub præcepto;



cepto; sed indicant crebrius frequentandam esse orationem, atque orationi intistendum, ut D. Paulus monet. Clarius iam iam rem explicabo. Respondeas nunc velim. Dicendus ne est sine intermissione orare ille qui semel duntaxat in anno orat? Quis defenderit, semper orare illum, & numquam desicere qui ultimo tantum anni die mentem in Deum erigeret? Hæc potius paradoxa, & divinis oraculis, & rationi ipsi adversa sunt.

IX. Dicimus ergo servandum esse, quoad fieri potest, cælestium oraculorum tenorem, nimirum orationem nostram continuam esse debere, non physice, sed moraliter. Ad hanc vero moralem continuationem non est necesse quod continenter oremus; sed satis est ut frequenter plus minusve preces nostras repetamus, Quanta porro sit oporteat hæc frequentia, ut mortaliter sine intermissione orare dicamur, fateor me non posse ad apicem definire. Ad minus semel in mense dicunt Theologi supra laudati. Adderem ego semel in hebdomada. Hui, tantum rigoris, & austeritatis? Ausleritas hæc ex Evangelio, quod sine intermissione orandum docet, proficiscitur. Nec video quod congruentiori modo consistere hæc non intercisa continuitas valeat, quam si dicamus semel saltem in hebdomada orandum. Repeto quod supra indicavi, has particulas *semper*, *sine intermissione* non esse in mandatis, sed sub consilio. Verum exprimunt nobis vim præcepti imponentis frequenter orandum. Quare frequentia hæc moralem continuitatem præfert. Transcribam doctrinam D. Thomæ 2. 2. quæst. XXXVIII. art. 16. in corp. *De oratione dupliciter loqui possumus: uno modo secundum ipsam, alio modo secundum causam suam. Causa autem orationis est dilectionem caritatis, ex qua procedere debet oratio: quod quidem in nobis debet esse continuum vel actu, vel virtute . . . . . Et secundum hoc oratio debet esse continua . . . . Sed ipsa oratio secundum se consideratæ non potest esse assidua: quia oportet aliis operibus occupari.* Clarius ad 4. ibi. *Aliquis continue orat vel propter continuitatem desiderii, ut dictum est, vel quia non intermittit quin temporibus statutis oret, vel propter affectum, sive in ipso oratæ, qui etiam post orationem remanet magis devotus, sive etiam in alio.* Non me latet hanc doctrinam non arridere P. Suarez *Lib. I. de orat. cap.* XXX. *num.* 4. Verum quod opponit tanti haud est, ut tempus teramus in longiore sermone; potissimum quod laudatus Auctor præter propter eodem capite *num.* 15. & 16. in D. Thomæ sententiam tandem concedit, ubi hæc scribit. *Credo tamen tam necessariam esse orationem ad rectitudinem vitæ, ut non sit permittenda dilatio unius anni, nec fortasse unius mensis; quod usus fidelium satis confirmat. Vix enim inveniatur aliquis tam negligens in divino cultu, & circa salutem suam procurandam, qui non aliqua privata oratione frequentius utatur. Quapropter in praxi non existimo esse necessarium, nos esse nimium sollicitos de tempore præciso huius obligationis, quia regulariter omnes præveniunt.* Sed placet clarius adhuc rem hanc dilucidare. Dico igitur præceptum orationis non modo singulis mensibus, aut singulis hebdomadibus, verum etiam singulis festis diebus ab Ecclesia præscriptis, urgere. Qua siquidem lege Ecclesia præceptum colendi Deum illigavit definitis diebus festis, eadem quoque determinavit præceptum orandi. Nonne fideles omnes festorum observatione astringuntur? Quomodo autem festa hæc servari, Deumque colere valent, oratione sublata? Eo ne festorum institutio pertinet, ut otio diffluant Christiani? Sola ne a corporeis laboribus abstinentia Deus colitur? Si præcipuus religionis actus oratio est, perspicue constat illos fideles diebus festis Deum non colere qui nullas Deo preces fundunt. Duplici itaque præcepto colendi, & orandi Deum fideles devincti sunt; altero naturali, divinoque, quod indefinitum est, plusque aut minus obligat iuxta circumstantiarum diversitatem; altero ecclesiastico, & determinato, vi cuius festis diebus, cum Missæ sacrificio interesse debent, Sacerdotum precibus suas adiicere debent, atque cum eisdem Deo sacrificium offerre, ceu membra, quæ unicum corpus efficiunt, cuius caput Christus est, cuius vices in oblatione sacrificii Sacerdotes gerunt. Hæc omnia tradit Angelicus in IV. Sent. dist. XV. qu. IV. art. 1. quæstiunc. 3. *Oratio cadit sub præcepto & determinato, & indeterminate. Determinate quidem ad aliquas orationes ex præcepto tenentur illi qui ex officio sunt medii inter Deum & populum constituti, sicut ministri Ecclesiæ: unde ex officio eis incumbit preces ad Deum in persona Ecclesiæ fundere: & ideo ex statuto Ecclesiæ tenentur ad horas canonicas dicendas. Sed indeterminate ad orationem quilibet tenetur ex hoc ipso quod tenetur ad bona spiritualia sibi procuranda, quæ nonnisi divinitus dantur: unde alio modo procurari non possunt, nisi ut ab ipso petantur; & etiam ex hoc ipso quod cattitatis præcepto*

*tenetur proximum sicut seipsum diligere, tenetur et in necessitate beneficus esse, non solum per corporales eleemosynas, sed etiam per spirituales; quarum una est oratio, ut prius dictum est. Sed omnibus etiam qui Ecclesiæ ministerio non funguntur, videtur ab Ecclesia determinatum tempus orandi statutum esse, cum ex canonico statuto teneantur diebus festis divinis officiis interesse, ut ministris pro populo orantibus sua intentione conforment.*

Hæc adeo perspicua sunt, ut interpretatione nulla egeant. Id solum est reliquum ut nimij rigoris specimen, quod hodiedum acriter obsideri solet, exsufflemus. Quid namque oneris Christianis imponimus, quod reipsa Christiani bene morati non exequantur? Quis Christianorum solo fere naturæ lumine perfusus vitio sibi non duceret, si vel integrum transigeret diem sine ulla Dei recordatione? Quinam vel ipsorum qui ex infirmitate peccant, a culpa immunes se reputarent, si per integram hebdomadam nullam recitarent orationem, numquam in Deum mentem erigerent, nec ad petenda auxilia, nec ad rependendas pro acceptis beneficiis grates preces funderent? Quid quod ipsimet peccatores in sacramentali confessione, ut frequentissime ipse audivi, se de omissis consuetis in diem precibus accusant, culpæque reos iure ac merito sese existimant? Prudens Confessarius nullam reipsa experietur in praxi difficultatem. Nam Christiani optimis instructi moribus singulis diebus, nedum hebdomadibus, Deo preces offerunt. Si qui vero sint qui nec semel in hebdomada orent, dubio procul in peccatum corruent. Peccatores vero qui Dei numquam recordantur, orandi præceptum frequenter violant: tum quod tentationum fluctibus pene submersi a Deo auxilia, quibus evadant, petere negligunt; tum quod a terrenis animum pauliper seiungere, ac in cælestium vestitum meditationem erigere contemnunt. Christiani isti, mendici, superbi, ægroti, ac stupidi sunt, atque adeo Deo perosi extrema premuntur egestate, & gravissimis laborant morbis. Si igitur aperire labia nolint, quibus propriæ infirmitati a divino medico pharmaca postulent necessaria, propriæque paupertati congrua subsidia; quis illos non arguet superbiæ, stultitiæ, atque impietatis in semetipsos, & in ipsum Deum, quem ut supremum Dominum recognoscere, & adorare contemnunt?

X. Hinc colligas velim, nil severitatis doctrinam hanc continere, nullumque, præter evangelicum, animabus iugum imponere. Continenter, & sine intermissione nos orationi insistere Deus iubet. Congruentius mandatum hoc explicare haud possumus, quam si ita illud interpretemur, ut sensus eiusdem servetur, & executio accommodata humanæ sit infirmitati. Dum autem statuimus continuationem hanc moralem esse debere, quæ non exigit ut homo semper reapte oret, sed solum congruo tempore, & modo hominum conditioni apto; iam & legitimus divini præcepti sensus conflitur, & homines minime duriore lege premuntur. Hæc quippe doctrina orationis exercitium fovet, Scripturas in obvio sensu interpretatur, unaque scrupulos abigit vel nimiæ sollicitudinis, vel extremæ ignaviæ. Siquidem mandata adimantia, quæ indefinitam, ad tempus quod attinet, obligationem imponunt, latitudinem excipiunt, parvitatem materiæ admittunt, postissimum in designando tempore quo tributum offerri debet. Quare nullis torqueri scrupulis debent Christiani, letaliter ne deliqueriat ob quamcumque in orando negligentiam. Neque Confessarius debet, si quos tepidos, negligentesque invenerit, continuo, & sine prudenti iudicio gravis culpæ damnare. Cum enim difficile sit designare momentum illud in quo aut gravis urgeat obligatio, aut negligentia ad gradum mortalis culpæ pervenerit, prudentia summa opus est, antequam sententia proferatur.

XI. In dirimendis similibus controversiis pro fidelium directione hanc regulam servato. Certum est illos quoquo modo peccare venialiter qui orare, prout illorum fert conditio, negligunt. Satis hoc est ut hos increpes, corrigaique. Si confessiones excipis Christianorum quibus cor lapit, quique sint suæ salutis memores, ex centenis vix unum offendes qui pluries in diem non oret, Dei auxilium petendo, aut sanctum eius invocando nomen, aut grates illi referendo. Si perditæ, prosectoque conscientiæ fuerint, qui bellinarum more, in continua Dei oblivione vitam degant, nulla in ferenda super illorum statu sententia aqua hæret: compertum namque est istos peccare. Non pauci Catholicæ plus solliciti fuere de distinguendis peccatis letalibus a venialibus, quam de diluendo malitiæ. Hanc porro malitiæ mensuram pro arbitrio non raro definiunt. Nam ex una parte clare nobis innotescit præceptum divinum orandi sine intermissione; alunde vero nos fugit, quanta requiratur temporis mora. Illud tamen nobis constat, Christianum quemque qui vel unicum diem transigat, omni neglecta prece, levem aliquam perpetrare culpam. Hinc nos colligere deberemus, suadendum esse frequens orationis exercitium, & increpandos negligentes. Sed, his fere consilis, acriter dissuatur, quodnam sit spatium illud in quo quis mortaliter peccet, nisi oret. Et quia determinatum a lege tempus illud non est, statim natum a lege tempus illud non est, statim conclamatur, scrupulis torquendas non esse fidelium conscientias. Quapropter in longum tempus trahendam esse inferunt non pauci divini mandati obligationem. Putant enim a scrupulis animas eximi, si a legis vinculo solvant, aut eiusdem legis obligationem laxent. Facillime tota exhauritur difficultas. Experimento conscientiarum colligitur, quis fervet, aut violet orandi præceptum. Diu fervet, aut violet orandi præceptum. Diu fervet, aut violet orandi præceptum. Diu

minum illa in quibus tentationes imminent gravissimæ aut desperandi, aut Deum odio habendi, vel deficiendi a fide, vel castitatem violandi. His in eventibus obligare præceptum dicunt, non *per se*, sed *per accidens*. Cur dicitur *per accidens*? Namquid ad tollendam obligationem eiusdem? Immo contra ad affirmandum. Quare TO *per accidens* non aliud indicat, nisi quod præceptum non obligaret, nisi tentatio urgeret, perfunctumque adesset peccandi. Obligat ergo præceptum orationis tempore. Ergo omisso illud servando criminosa est. Cur peccat Christianus, si nec somet intra animum orat? Quia lenis in anno præceptum obligat. Ergo pluries peccat, si pluries obligat. Atqui iuxta adversarios ipsos pluries obligat, si pluries tentationes patient. Ergo peccant qui his tentationum intervallis non orant. Aut ergo negare adversarii oportet, præceptum orandi esse peculiare, & distinctum; aut concedant necessum est, toties eum peccare, quoties non impleat præceptum, dum obligat. Sub alio aspectu adversæ sententiæ hallucinationem exentiam. Præceptum orandi tentationis tempore non eo solummodo spectat, ut tentatio vincatur, verum etiam ut cultus Deo offeratur. Ideo enim talis a divina providentia instituta ordo videtur, ut tribulationum fluctus, & tentationum tempestates nos quodammodo confugere ad Deum cogant. Idcirco enim Deus frequenter nos tentari, & tribulari permittit, ut frequentius illum colamus per orationem. Et quamvis aliis actibus possimus Dei cultum testificari, inter præceptos tamen religionis actus est oratio: quare peculiari mandato illam præcipit Christus Dominus: *Petite, & accipietis*. Accedit quod cum actus natura sua honestatem præferat ad salutem necessariam; propria virtus, ad quam talis pertinet honestas, obligat ad hunc actum. Neque doctrinam hanc negant adversæ sententiæ patroni, qui concedunt, præceptum orationi peculiare esse, & *per se* absolute obligare. Quo posito, ut sibi constent, nequeunt negare eiusdem violationem, quocumque tempore accidat, peculiarem contrahere malitiam.

## CAPUT IV.

*De conditionibus quæ comitari orationem debent.*

I. PLures sunt conditiones orationis. *Prima*, quod a voluntate deliberata procedat, sicut quodlibet opus bonum. Hæc tamen orandi voluntas necesse haud est ut explicita sit, & formalis; sed sat est virtualis. Si Psalterium, aut Breviarium animo studendi legeres, profecto non orares. Verum si Breviarium acciperes, ut debitum pensum Deo solveres, numerique tot satisfaceres; quamquam expressa, & formali intentione careat, virtualis tamen adest. *Altera* conditio est attentio, quæ pariter aut expressa seu formalis, aut virtualis sit oportet. Siquidem oratio est ascensio mentis in Deum, ut Augustinus, & Damascenus docent; aut petitio auxiliorum a Deo, ut ex D. Thoma docuimus; est denique latriæ cultus. Hæc autem fieri nequeunt absque attentione. Triplicem distinguunt Theologi attentionem, primam ad verba, secundam ad sensum, tertiam ad Deum. Harum quælibet sufficit. *Tertia* conditio est pietas, quæ eo spectat, ut pia, honesta, & decenta, atque semper honestum finem a Deo petantur. *Quarta* est humilitas, qua oratus demisso animo se divinæ subiit maiestati, suamque extremam, paupertatem, atque egestatem manifestat. Sic enim David sanctus orabat Psal. lxxix. *Ego vero egenus, & pauper sum: Deus adiuva me*. Dicitur enim Eccli. xxxv. *Oratio humiliantis se nubes penetrat. Quinta* est fervor, quo preces Deo fundimus. Quæ enim vehementur deideramus, præverde quoque petimus. Tepida, vel frigida oratio nulla est. Nos ipsi languidas dedignamur preces, tamquam argumenta animi qui parvi, aut nihili pendit quæ adeo languide expetit. *Sexta* conditio est fides, qua firmiter credimus nos affecturos quæ petimus. *Quidquid orantes petitis, credite quia accipietis*. Item spes, seu fiducia, quæ fidem comitatur, animum erigit, atque sustinet. Spes timorem locum habet. Cuiusque dubitationis expers fides est. Idcirco, ut plus animi nobis Deus adiceret obtinendi quod petimus, non modo sperare, sed credere quoque vult nos affecturos quod postulamus. *Septima* conditio est perseverantia. Hanc perseverantiam pluribus in locis nobis altius inculcat Salvator noster, potissimum *Luc.* xi. exemplo, seu parabola amici qui media nocte ab amico tres panes petit; quippe, sin amicitiæ titulo, saltem propter importunitatem illos obtinuit. Huc pertinent oracula illa divina: *Oportet semper orare, & nunquam deficere: sine intermissione orate*: & alia eiusmodi, quæ non tam continuationem, quam perseverantiam, & assiduitatem orationis nobis commendant.

II. Quatuor alias conditiones assignat Angelicus 2. 2. *quæst.* lxxxiii. *art.* 15. ut oratio obtineat id quod petit. Triplex assignari solet orationis effectus, nimirum meritum, satisfactio, & impetratio. Meritum ei debetur, quatenus ex caritate, media religione, proficiscitur, ut inquit Angelicus. *Oratio autem, sicut & quilibet alius actus virtutis, habet efficaciam merendi, inquantum procedit ex radice caritatis, cuius proprium obiectum est bonum æternum cuius fruitionem meremur. Procedit tamen oratio a caritate, mediante religione, cuius est actus oratio.* Satisfactio quoque cuique meritorio actui convenit. Impetratio rei quam petimus, prius est orationis fructus. Hæc quoque oratio, ut impetrans, suam efficaciam habet a gratia: quapropter subdit Angelicus ibidem: *Efficaciam autem impetrandi habet ex gratia Dei, quem oramus, qui etiam nos ad orandum inducit.* In responsione pro ad secundum argumentum quatuor conditiones describit, quibus secure impetremus quod postulamus. *Ponuntur quatuor conditiones, quibus concurrentibus semper aliquis impetrat, quod petit: ut scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, pie, & perseveranter.* Prima ergo conditio pro secura, & certa impetratione est quod quis pro se petat. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo* (inquit Christus) *dabit vobis*. Ioan. xiv. Non dixit absolute, *Dabit*; sed *dabit vobis*. Ubi D. Augustinus *tract.* cii. in Ioannem hæc scribit. *Dabit vobis, quia sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur, vel amicis, vel inimicis suis*. Altera conditio, quod necessaria ad salutem petantur, est etiam certa. Satis autem est quod sint omnino necessaria, aut quæ saltem ad salutem viam parent. Id patet ex divino oraculo. *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo*. Ea autem Christi nomine postulantur quæ ad salutem ducunt. Tertia est quod *pie* petantur, videlicet pio animo, seu fide, spe, & caritate. De fide, & spe testatur Matth. xxi. *Si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, non solum de ficulnea facietis; sed & si monti huic dixeritis: Tolle, & tollet te in mare, fiet: & omnia, quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis*. De caritate hæc scribit Ioannes cap. xv. *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quæcumque volueritis, petetis, & fiet vobis*: quæ omnia intelliguntur in sensu conditionato: nempe si oratio habuerit conditiones necessarias, tunc simiter credimus, certoque speramus nos affecturos quæ petimus. Ultima conditio est perseverantia, quam frequentissime nobis Scriptura inculcat, de qua etiam supra dictum est.

III. D. Thomas *art.* 16. inquirit, utrum peccatorum orationes impetrent quidquam a Deo: cui quæstioni sic respondet. *In peccatore duo sunt consideranda, scilicet natura, quam diligit Deus, & culpa, quam odit. Si ergo peccator orando aliquid petit, inquantum peccator, ideo secundum desiderium peccati, in hoc a Deo non auditur ex misericordia; sed quandoque auditur ad vindictam, dum Deus permittit peccatorem adhuc amplius ruere in peccata. Deus enim quædam negat propitius quæ concedit iratus, ut Augustinus dicit. Orationem vero peccatoris ex bono natura desiderio procedentem Deus audit, non quasi ex iustitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pura misericordia; observatis tamen quatuor prædictis conditionibus, ut scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, pie, & perseveranter.*

## CAPUT VII.

*Utrum solus Deus orandus sit.*

I. HActenus de honestate, & necessitate orationis, atque de conditionibus quæ eamdem comitari debent, disputatum est. In præsens, cuinam sint preces nostræ fundendæ, explicare convenit. D. Thomas 2. 2. *quæst.* lxxxiii. *art.* 4. quærit, sit ne solus Deus orandus. Decernit autem uno in sentu solum Deum orandum. Oratio enim actus potissimus est religionis, quæ Deum solum spectat ceu finem, cui cultum suum offert. Accedit quod oratio sub aliqua ratione ad cultum latriæ pertinet. Cultus autem eiusmodi soli Deo debetur. Ratio autem peculiaris, vi cuius solus Deus orandus sit, hæc est. Solus Deus est primus, & unicus auctor omnium bonorum quæ nobis conferuntur. *Oratio porrigitur alicui*, inquit Angelicus, *dupliciter. Uno modo quasi per seipsum impleturus: alio modo sicut per ipsum impetranda. Primo quidem modo soli Deo orationem porrigimus: quia omnes orationes nostræ ordinari debent ad gratiam, & gloriam consequendam; quæ solus Deus dat, secundum illud Ps.* lxxxiii. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*.

II. Hæc D. Thomæ ratio negotium aliquod facessit P. Francisco Suarez, qui *Lib. I. de orat. cap.* ix. fuse eam explicat. Vi-





 detur

detur quippe præfata ratio diminuta esse. Siquidem non modo Deus solus orandus est, quia solus ille est auctor gratiæ, sed etiam quia ipse solus potest eam dare propria virtute. Accedit quod non solum Deus auctor est gratiæ, & gloriæ; verum etiam bonorum omnium quæ nec gratia, nec gloria sunt. Ergo non solum gratia, & gloria, verum etiam alia bona a Deo solo, ut prima & principali causa, petenda sunt.

III. Cajetanus in commentariis ad hunc articulum multa adducit in explanationem angelicæ doctrinæ, quæ omnia eo pertinent, ut oratio, quæ non est ordinata ad allecutionem gratiæ, & gloriæ, non sit vera oratio, & actus religionis, quæ Deum spectat tamquam finem, cui suum exhibet cultum. Doctrina Cajetani Suarezio non arridet. Verum post longam impugnationem aurbo tandem conveniunt: quorum omnium hæc est summa. Primum, quod nomine gratiæ non solum dona supernaturalia, sed quæcumque beneficia homini indebita, & a Deo solo peculiari providentia danda, intelligere possumus. Alterum, & hoc est potissimum, quod D. Thomas de ea oratione sermonem habet quæ promissionibus Dei innititur, seu de oratione christiana. Hæc autem non est de bonis inferioris ordinis, nisi prout viam sternunt ad bona divina, nempe gratiam, & gloriam. Omnia enim in hunc finem dirigere Christianus debet. Hic est genuinus doctrinæ angelicæ sensus, qui, ipso Suarez interprete, optimus est, veramque orandi rationem, quæ Christianum decet, ob oculos ponit.

IV. Aliam proponit laudatus Suarez difficultatem adversus rationem D. Thomæ, quod nimirum ex ea sequatur, nos non posse ab una divina persona quidpiam postulare, quin ab omnibus tribus petamus. Quippe *opera Trinitatis ad extra sunt indivisa*. Praxis autem Ecclesiæ contraria est. Siquidem in litaniis singillatim singulæ personæ invocantur. *Pater de cælis Deus, miserere nobis. Fili Redemptor* &c. Frequentior quoque usus est dirigendi orationem ad *Patrem*, ut patet ex collectis quæ in Ecclesiæ precibus adhibentur quæque sic desinunt: *Per Dominum nostrum Jesum Christum, qui tecum* &c.

V. Hanc difficultatem resolvit idem Suarez, qui perpetue docet, numquam invocandam esse unam personam cum reliquarum exclusione: quia una sine altera donare quæ petimus, non valet ob rationem indicatam, quod opera Trinitatis ad extra sint communia, & indivisa; illatitiamque redoleret timilis petitio. Hinc tamen haud impeditur quominus valeamus dirigere locutionem notram ad unam personam, aliis duabus omissis, non tamen exclusis. Si quidem personæ illæ reapse distinctæ sunt, & possumus cogitare de una, inquit laudatus Suarez, quin cogitemus de alia; & unaquæque vere Deus est: atque adeo a qualibet illarum petere licite possumus auxilia necessaria. Quod confirmat consuetudo Ecclesiæ, quæ & figillatim, & omnes simul invocat. Nam post singularum invocationem omnes simul adorat dicens: *Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis*. Qui orandi usus eo spectare videtur, ut fidem de personarum distinctione, & de unitate naturæ, qua omnes tres unus Deus sunt, foveat. Quando ergo Ecclesia in suis collectis orationem dirigit ad Patrem, cetetas personas non excludit, sed potius includit. Ecclesia dirigere ad Patrem solet preces suas, tamquam ad primum principium, & fontem Divinitatis, ut docet D. Thomas in IV. *dist. xv. quæst.* IV. *artic.* 5. Insuper Pater propie misit Filium suum in hunc mundum; quamquam reapse omnes tres personæ operatæ sint incarnationem. Et hac ratione nonnullæ preces ad solum Filium diriguntur, quia ille solus incarnatus est. In collectis suis Ecclesia non dirigit preces ad Spiritum sanctum: quia, inquit D. Thomas *loc. cit. quæst.* III. *ad* 2. Spiritus sanctus procedit ut donum, cuius magis proprium est dari quam dare; & ideo Ecclesia petere magis solet ut sibi a Patre, & Filio donetur Spiritus sanctus, quam ab ipso Spiritu sanctovaliquid postulare. Accedit quod Spiritus sanctus nec est principium Deitatis, sicut Pater, nec factus est homo, sicut Filius. Quamvis autem in collectis Ecclesia ad Spiritum sanctum personam preces non dirigat, in hymnis tamen, in litaniis eumdem Spiritum singillatim invocat: *Nunc sancta nobis Spiritus. Veni Creator Spiritus* &c. Orari etiam Deus potest, quin ad aliquam personarum expressius respectus habeatur. Eo ipso enim quod expresse non excludantur, re includuntur: Immo in nonnullis Ecclesiæ precibus oratur ipsa Deitas in abstracto: *Te summa Deitas* &c. Si plura aves, legesis D. Thomam, & P. Suarez *loc. cit.* qui fusius hæc omnia explicant.

CA-



## CAPUT VIII.

*De Sanctorum invocatione.*

*Utrum vi præcepti teneamur invocare Sanctos.*

I. DEum solum invocandum, orandumque, prout est solus auctor gratiæ, & gloriæ, ac omnium rerum prepotens effector, & conservator, hactenus ostensum fuit. Quapropter Sancti orandi minime sunt ut auctores divinorum beneficiorum, aut gratiæ, vel gloriæ. Nihil sub hac ratione ab eis petendum: quod non voce modo, ut Calvinithæ calumniantur, verum etiam ipso usu, & praxi docent omnes Catholici. Legantur omnes libri, precesque quæ Sanctis in eorum celebritatibus Ecclesia fundit. Non aliud in his occurret, nisi Sanctorum invocationes, ut pro nobis apud Deum orent, & intercedant. Ite omnium Catholicorum sensus est, qui non tam ex verborum cortice, quam ex intimi cordis dictatis colligendus est. Quare, dum aliquando in similia verba erumpimus, *S. Petre, salves nos: S. Antoni, da mihi corporis sanitatem* &c. non aliud intelligimus quam ut sua intercessione a Deo hæc nobis obtineant. Dum Virginem sanctissimam alloquimur in hymno: *MARIA mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe*: eodem in sensu, ut meram deprecatricem invocamus. Quid quod hac eadem via exponere debemus verba D. Pauli ad Rom. XI. *Ut salvos faciam aliquem ex illis*: & ad Cor. I. cap. IX. *Ut omnes salvos faciam?* Numquid Calviniani Paulum inculabunt, quod se redemptorem, non intercessorem, non adiutorem, iactaverit?

II. Accedit quod in hoc intercessorum genere Sancti non proximi, & immediati intercessores sint. Christus quippe est noster primus advocatus, & intercessor, qui solus Deo mundum reconciliavit, solusque dignam, & superabundantem oblationem pro peccatis nostris Deo obtulit. Dum ergo Sanctos invocamus, petimus ut per IESU CHRISTI merita apud Deum pro nobis intercedant; petimus ut id ipsi orent quod & nos ipsi oramus. Sed quia propinquiores, magisque grati sunt Deo ob sanctitatem qua ornantur; idcirco ad eorum patrocinium, & intercessionem confugimus, ut apud Deum per Christi merita nostri mediatores existant.

II. Porro haud sunt inutiles preces nostræ Sanctis fusæ: quippe reipsa pro nobis orant, & intercedunt tum in genere, tum in particulari: quod pluribus Scripturarum testimoniis evinci posset; sed hæc testimonia legi possunt apud Gravinam, Bellarminum, Gotti, Natalem Alexandrum, aliosque pene innumeros catholicos Doctores, qui adversus Calvinum, & Lutheranos hanc catholicam veritatem propugnarunt. Ratio quoque ex ipsius fidei articulis eruta id evincit. Una quippe est Ecclesia militans, & triumphans sub duplici statu distincta. Tam Sancti in patria, quam Sancti in via unum efficiunt corpus mysticum, cuius caput Christus est; & Sancti omnes, sive ambulantes in terris, sive quiescentes in patria, sunt membra de membro. Porro cuiusque membri proprium est aliis membris inservire, & opem eisdem ferre.

IV. Quemadmodum autem solus Deus orandus est ut supremus, & primus, ac unicus auctor gratiæ, & gloriæ; ita quoque soli Deo cultus *latriæ* debetur propter infinitam eius excellentiam; Sanctis vero cultus inferior, qui *dulia* vocatur. Iulianus Apostata primus omnium Sanctorum cultui bellum indixit, quem secuti sunt Eustathius Sebastensis Episcopus, Vigilantius, Viclephus, Lutherani, Calviniani, ceterique recentiores Acatholici. Ecclesia catholica definivit honorandos, colendosque Sanctos esse: idque evincunt Doctores catholici omnes innumeris Scripturarum testimoniis, atque perenni Patrum traditione. Si enim personæ cultus civilis debetur propter naturalem dignitatem, potiori iure cultus religiosus exhibendus est Sanctis propter excellentiam ordinis superioris, & supernaturalis. Sancti amici sunt Dei. Porro Scriptura dignos honore Dei amicos prædicat: *Nimis honorati sunt amici tui, Deus*: Psal. CXXXVIII. Verum, ne actum agam, qui cupit rationum momenta quæ evincunt Sanctos colendos esse, consulat Bellarminum, Gravinam, Natalem Alexandrum, Liberium, Gotti, & sexcentos alios Theologos, qui veritatem hanc strenue propugnarunt. His tamquam certissimis constitutis, ad id quod propositi, accedendum.

V. Duo de Sanctorum invocatione explicanda sunt: alterum penes omnes Catholicos certum; alterum quod disputationi obnoxium est. *Primum certum de fide est, videlicet pie, atque utiliter Sanctos, sive Angelos, sive homines, invocari.* Veritas hæc definita est in Concilio Tridentino adversus

detur quippe præfata ratio diminuta esse. Siquidem non modo Deus solus orandus est, quia solus ille est auctor gratiæ, sed etiam quia ipse solus potest eam dare propria virtute. Accedit quod non solum Deus auctor est gratiæ, & gloriæ; verum etiam bonorum omnium quæ nec gratia, nec gloria sunt. Ergo non solum gratia, & gloria, verum etiam alia bona a Deo solo, ut prima & principali causa, petenda sunt.

III. Cajetanus in commentariis ad hunc articulum multa adducit in explanationem angelicæ doctrinæ, quæ omnia eo pertinent, ut oratio, quæ non est ordinata ad allecutionem gratiæ, & gloriæ, non sit vera oratio, & actus religionis, quæ Deum spectat tamquam finem, cui suum exhibet cultum. Doctrina Cajetani Suarezio non arridet. Verum post longam impugnationem aurbo tandem conveniunt: quorum omnium hæc est summa. Primum, quod nomine gratiæ non solum dona supernaturalia, sed quæcumque beneficia homini indebita, & a Deo solo peculiari providentia danda, intelligere possumus. Alterum, & hoc est potissimum, quod D. Thomas de ea oratione sermonem habet quæ promissionibus Dei innititur, seu de oratione christiana. Hæc autem non est de bonis inferioris ordinis, nisi prout viam sternunt ad bona divina, nempe gratiam, & gloriam. Omnia enim in hunc finem dirigere Christianus debet. Hic est genuinus doctrinæ angelicæ sensus, qui, ipso Suarez interprete, optimus est, veramque orandi rationem, quæ Christianum decet, ob oculos ponit.

IV. Aliam proponit laudatus Suarez difficultatem adversus rationem D. Thomæ, quod nimirum ex ea sequatur, nos non posse ab una divina persona quidpiam postulare, quin ab omnibus tribus petamus. Quippe *opera Trinitatis ad extra sunt indivisa*. Praxis autem Ecclesiæ contraria est. Siquidem in litaniis singillatim singulæ personæ invocantur. *Pater de cælis Deus, miserere nobis. Fili Redemptor* &c. Frequentior quoque usus est dirigendi orationem ad *Patrem*, ut patet ex collectis quæ in Ecclesiæ precibus adhibentur quæque sic desinunt: *Per Dominum nostrum Jesum Christum, qui tecum* &c.

V. Hanc difficultatem resolvit idem Suarez, qui perpetue docet, numquam invocandam esse unam personam cum reliquarum exclusione: quia una sine altera donare quæ petimus, non valet ob rationem indicatam, quod opera Trinitatis ad extra sint communia, & indivisa; illatitiamque redoleret timilis petitio. Hinc tamen haud impeditur quominus valeamus dirigere locutionem notram ad unam personam, aliis duabus omissis, non tamen exclusis. Si quidem personæ illæ reapse distinctæ sunt, & possumus cogitare de una, inquit laudatus Suarez, quin cogitemus de alia; & unaquæque vere Deus est: atque adeo a qualibet illarum petere licite possumus auxilia necessaria. Quod confirmat consuetudo Ecclesiæ, quæ & figillatim, & omnes simul invocat. Nam post singularum invocationem omnes simul adorat dicens: *Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis*. Qui orandi usus eo spectare videtur, ut fidem de personarum distinctione, & de unitate naturæ, qua omnes tres unus Deus sunt, foveat. Quando ergo Ecclesia in suis collectis orationem dirigit ad Patrem, cetetas personas non excludit, sed potius includit. Ecclesia dirigere ad Patrem solet preces suas, tamquam ad primum principium, & fontem Divinitatis, ut docet D. Thomas in IV. *dist. xv. quæst.* IV. *artic.* 5. Insuper Pater propie misit Filium suum in hunc mundum; quamquam reapse omnes tres personæ operatæ sint incarnationem. Et hac ratione nonnullæ preces ad solum Filium diriguntur, quia ille solus incarnatus est. In collectis suis Ecclesia non dirigit preces ad Spiritum sanctum: quia, inquit D. Thomas *loc. cit. quæst.* III. *ad* 2. Spiritus sanctus procedit ut donum, cuius magis proprium est dari quam dare; & ideo Ecclesia petere magis solet ut sibi a Patre, & Filio donetur Spiritus sanctus, quam ab ipso Spiritu sanctovaliquid postulare. Accedit quod Spiritus sanctus nec est principium Deitatis, sicut Pater, nec factus est homo, sicut Filius. Quamvis autem in collectis Ecclesia ad Spiritum sanctum personam preces non dirigat, in hymnis tamen, in litaniis eumdem Spiritum singillatim invocat: *Nunc sancta nobis Spiritus. Veni Creator Spiritus* &c. Orari etiam Deus potest, quin ad aliquam personarum expressius respectus habeatur. Eo ipso enim quod expresse non excludantur, re includuntur: Immo in nonnullis Ecclesiæ precibus oratur ipsa Deitas in abstracto: *Te summa Deitas* &c. Si plura aves, legesis D. Thomam, & P. Suarez *loc. cit.* qui fusius hæc omnia explicant.

CA-



## CAPUT VIII.

*De Sanctorum invocatione.*

*Utrum vi præcepti teneamur invocare Sanctos.*

I. DEum solum invocandum, orandumque, prout est solus auctor gratiæ, & gloriæ, ac omnium rerum prepotens effector, & conservator, hactenus ostensum fuit. Quapropter Sancti orandi minime sunt ut auctores divinorum beneficiorum, aut gratiæ, vel gloriæ. Nihil sub hac ratione ab eis petendum: quod non voce modo, ut Calvinithæ calumniantur, verum etiam ipso usu, & praxi docent omnes Catholici. Legantur omnes libri, precesque quæ Sanctis in eorum celebritatibus Ecclesia fundit. Non aliud in his occurret, nisi Sanctorum invocationes, ut pro nobis apud Deum orent, & intercedant. Ite omnium Catholicorum sensus est, qui non tam ex verborum cortice, quam ex intimi cordis dictatis colligendus est. Quare, dum aliquando in similia verba erumpimus, *S. Petre, salves nos: S. Antoni, da mihi corporis sanitatem* &c. non aliud intelligimus quam ut sua intercessione a Deo hæc nobis obtineant. Dum Virginem sanctissimam alloquimur in hymno: *MARIA mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe*: eodem in sensu, ut meram deprecatricem invocamus. Quid quod hac eadem via exponere debemus verba D. Pauli ad Rom. XI. *Ut salvos faciam aliquem ex illis*: & ad Cor. I. cap. IX. *Ut omnes salvos faciam?* Numquid Calviniani Paulum inculabunt, quod se redemptorem, non intercessorem, non adiutorem, iactaverit?

II. Accedit quod in hoc intercessorum genere Sancti non proximi, & immediati intercessores sint. Christus quippe est noster primus advocatus, & intercessor, qui solus Deo mundum reconciliavit, solusque dignam, & superabundantem oblationem pro peccatis nostris Deo obtulit. Dum ergo Sanctos invocamus, petimus ut per IESU CHRISTI merita apud Deum pro nobis intercedant; petimus ut id ipsi orent quod & nos ipsi oramus. Sed quia propinquiores, magisque grati sunt Deo ob sanctitatem qua ornantur; idcirco ad eorum patrocinium, & intercessionem confugimus, ut apud Deum per Christi merita nostri mediatores existant.

II. Porro haud sunt inutiles preces nostræ Sanctis fusæ: quippe reipsa pro nobis orant, & intercedunt tum in genere, tum in particulari: quod pluribus Scripturarum testimoniis evinci posset; sed hæc testimonia legi possunt apud Gravinam, Bellarminum, Gotti, Natalem Alexandrum, aliosque pene innumeros catholicos Doctores, qui adversus Calvinum, & Lutheranos hanc catholicam veritatem propugnarunt. Ratio quoque ex ipsius fidei articulis eruta id evincit. Una quippe est Ecclesia militans, & triumphans sub duplici statu distincta. Tam Sancti in patria, quam Sancti in via unum efficiunt corpus mysticum, cuius caput Christus est; & Sancti omnes, sive ambulantes in terris, sive quiescentes in patria, sunt membra de membro. Porro cuiusque membri proprium est aliis membris inservire, & opem eisdem ferre.

IV. Quemadmodum autem solus Deus orandus est ut supremus, & primus, ac unicus auctor gratiæ, & gloriæ; ita quoque soli Deo cultus *latriæ* debetur propter infinitam eius excellentiam; Sanctis vero cultus inferior, qui *dulia* vocatur. Iulianus Apostata primus omnium Sanctorum cultui bellum indixit, quem secuti sunt Eustathius Sebastensis Episcopus, Vigilantius, Viclephus, Lutherani, Calviniani, ceterique recentiores Acatholici. Ecclesia catholica definivit honorandos, colendosque Sanctos esse: idque evincunt Doctores catholici omnes innumeris Scripturarum testimoniis, atque perenni Patrum traditione. Si enim personæ cultus civilis debetur propter naturalem dignitatem, potiori iure cultus religiosus exhibendus est Sanctis propter excellentiam ordinis superioris, & supernaturalis. Sancti amici sunt Dei. Porro Scriptura dignos honore Dei amicos prædicat: *Nimis honorati sunt amici tui, Deus*: Psal. CXXXVIII. Verum, ne actum agam, qui cupit rationum momenta quæ evincunt Sanctos colendos esse, consulat Bellarminum, Gravinam, Natalem Alexandrum, Liberium, Gotti, & sexcentos alios Theologos, qui veritatem hanc strenue propugnarunt. His tamquam certissimis constitutis, ad id quod propositi, accedendum.

V. Duo de Sanctorum invocatione explicanda sunt: alterum penes omnes Catholicos certum; alterum quod disputationi obnoxium est. *Primum certum de fide est, videlicet pie, atque utiliter Sanctos, sive Angelos, sive homines, invocari.* Veritas hæc definita est in Concilio Tridentino adversus

Lutheranos, & Calvinistas his verbis sess. XXV. *Mandat S. Synodus omnibus Episcopis &c. ut iuxta catholicæ, & apostolicæ Ecclesiæ usum, à primæuis christianæ religionis temporibus receptum, Sanctorumque Patrum consensionem, & sacrorum Conciliorum decreta, in primis de Sanctorum intercessione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre: bonum, atque utile esse suppliciter eos invocare: & ob beneficia impetranda a Deo per Filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor, & Salvator est, ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere.* Extra disputationem igitur est, bonam, utilemque esse Sanctorum invocationem. Hanc veritatem firmis momentis muniunt laudati Theologi adversus Protestantes.

VI. Alterum quod in disputationem venit, est, *sit ne eiusmodi Sanctorum invocatio Catholicis vi alicuius præcepti imposita; ita ut Catholici lege graviter obligante Sanctorum opem invocare adstringantur.* Vix est inter Theologos Polemicos qui hanc verset quæstionem. Hi quippe contenti fuere ea solum propugnare, atque explicare quæ Catholicos inter & hæreticos in discrimen adducta sunt. Porro certum est nullum extare mandatum expressum sive divinum, sive ecclesiasticum quod Sanctorum iubeat invocationem: quoniam neque ex Scripturis, neque ex Conciliorum aliquo id erui potest. Quare Tridentinum, quod præsius rem discussit, *benam* duntaxat, ac *utilem* definivit Sanctorum invocationem. Hoc tamen nihil impedit quominus Theologi disputare ea libertate quæ Scholis conceditur, valeant, sit ne invocatio illhæc vi alicuius præcepti debita. Plures quippe in Ecclesia sacræ obtinent consuetudines, moresque, quorum clara præcepta nondum rogata fuere. Et nihilo iecius disputant Theologi, sint ne eiusmodi in mandatis.

VII. Primus quem ego legerim istius expressi præcepti assertor est Franciscus Sylvius, qui 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 4. *concl.* 2. hæc scribit. „ Si quæratur, sit ne præceptum „ quo teneamur interpellare Sanctos ad oran„ dum pro nobis; *respondendum est affirma„ tive*: quia lege naturali tenemur eum or„ dinem observare quem Deus instituit. Or„ dinavit autem Deus ut inferiores ad sa„ lutem perveniant subsidio superiorum im„ plorato. Ergo debemus Sanctorem, quia „ nobis superiores sunt, implorare subsidia. „ Accedit quod nostra indigentia tanta est, „ ut lege naturali merito exigat quod hoc „ medio utatur. “

VIII. P. Liberius a Iesu Carmelita in suis Controversiis Dogmaticis *Tom. I. part.* II. *controvers.* XI. *coroll. nonll.* narrat, circa initium huius sæculi, quo scribebat, in urbe lites inter catholicos Doctores excitatas super hac quæstione de præcepto invocationis Sanctorum. Anno vero elapso 1740. Salisburgi occasione eiusmodi quæstionis tumultus, clades, furgia, seditionesque ebullisse ferunt. P. Placidus Bockhen Ordinis S. Benedicti orationem e suggestu ad Academicos auditores habuit, in qua præceptum vigere invocandi Sanctos demonstrare aggressus est, acciis undequaque tum e Scripturis, tum ex Patribus, cuiusque sæculi documentis. Orationem notis adiectis germanice, & latine typis evulgavit. Quo animi sensu exceperit fuerit ab Eruditis Iuvaviensibus proceribus opusculum, si quis assequi cupit, legat librum inscriptum, *Vindiciæ adversus Sycophantes Iuvavienses*. Nec enim mea interest his rumoribus immiscri.

IX. Omnium Theologorum quos mihi legere contigit, solus laudatus P. Liberius Carmelita controversiam hanc ex instituto discussit. Defendit ille non modo adversus heterodoxos honestam, utilemque Sanctorum invocationem; verum etiam lege, præceptoque devinctos fideles ad opem Sanctorum implorandam. Præceptum illud cum ceteris Theologis ultro fatetur nec divinum, nec ecclesiasticum esse, sed naturale. Animadvertendum tamen, quod in præsenti statu, cum natura humana ad ordinem supernaturalem evecta sit, quando Theologi dicunt nos vi legis naturalis ad aliquid agendum astringi, haudquaquam excludunt principia, & leges supernaturales, immo eisdem inclusunt. Eo ergo in sensu præceptum colendi, invocandique Sanctos naturale asseritur, quia positis principiis generalibus religionis catholicæ, mens humana iisdem illustrata vi naturalis ratiocinii infert cultum, invocationemque Sanctorum.

X. Antequam rationes perstringo quæ pro istius invocationis præcepto afferri solent, illud præmittere operæ pretium existimo, licite quemque Catholicorum posse in utramque partem disputare. Quippe conveniunt penes omnes, Ecclesiam nondum non definisse, omnes, & singulos fideles aut ligari, aut exemptos esse a lege invocandi Sanctos, sed dumtaxat bonam, utilemque esse eorumdem invocationem. Ob hoc tamen quod Ecclesia perspicue non declaraverit, hoc extare præceptum, continuo inferri non potest, vecitum Theologis esse disputationem intra iustos limites coercitam instituere. Plurima quippe sunt a quibus definiendis ob causas æquissimas abstinuit Ecclesia, quæque liberæ Theologorum permisit disceptationi. Illud quoque extra disputationem constitutum est, præceptum colendi, invocandique Sanctos in Ecclesia catholica obtinuisse semper respectu communitatis fidelium: quod significanter exprimunt Theologi Scholastici dicentes *pro generibus singulorum, non pro singulis generum*. Sacerdotes enim vi præcepti tum in Missa, tum in divinis laudibus Sanctos colunt, & invocant. Ex his duobus fonte fluit tertium, nemini licitum esse in alterutram partem censuram quampiam intorquere, propterea quod aut reiciat, aut propugnet eiusmodi invocationis præceptum, non tamquam quid definitum ab Ecclesia, sed tamquam probabilibus documentis innixum. Utrum postea expediat contentionis finem texere super hac quæstione, infra quid ipse sentiam manifestabo. His delibatis, rationum momenta quæ præfatus P. Liberius fuso calamo expendit, paucis perstringam.

XI. Et primum *Iob cap. ult. vers.* 8. dicitur: *Ite ad servum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis. Iob autem servus meus orabit pro vobis.* Hinc Catholici omnes colligunt, absolute & universim, tamesti oraculum peculiare sit, utilem esse, bonamque invocationem Sanctorum. Porro, cum hæc verba vim præcipiendi clare prodant, quidni legitime inferri valeat præceptum universale pro omnibus fidelibus, quemadmodum Doctores inferunt omnibus utilem esse invocationem itiam? Et reaple in laudato textu præceptum contineri conceptis verbis adfirmat sapiens, ac pius Bellarminus *Lib. I. de Sanctor. B. cap.* 11. *ad textum argumentum*, quod his verbis sibi obiicit. *Nullum extat Scripturæ mandatum, vel promissio de invocatione Sanctorum: non igitur Sancti invocandi sunt.* Cui argumento hoc præbet responsum. *Quod ad mandatum attinet, nullum certe mandatum requiritur, quando ipsa necessitas nos impellit. Exempla plurima sunt in utroque testamento, ut supra demonstravimus. Promissio denique minime desideratur, cum innumerabilia signa & prodigia ad invocationem Sanctorum facta, satis testentur, Deum audire eos qui Sanctorum patrocinia ad impetrandum aliquid a Deo adhibent. Quamquam in Lib. Iob cap. ult. particulare mandatum, exemplum, & promissionem habemus: ex quibus de toto genere invocationis iudicari potest.* Ite ad servum meum Iob: *en mandatum*. Et orabit pro vobis: *en exemplum*. Et ego suscipiam faciem eius, ut non vobis imputetur stultitia: *en promissio*. Mandatum itaque hic agnoscit Bellarminus. Nec refert quod peculiare sit. Nam etiam adolescenti petenti, quid sibi faciendum sit pro æternæ vitæ consectione, respondit Dominus Matth. XIX. *Si vis ad vitam ingredi serva mandata*. Quis hinc inferre ausit, illi tantum adolescenti, & non omnibus iis qui æternam beatitatem assequi volunt, impositam esse mandatorum observationem?

XII. Altera ratio nititur præcepto quo fideles obstringuntur, ut vicissim pro se ipsis, dum vitam degunt, orent. Quod mandatum a nemine iure negari potest, cum perspicue habeatur in verbo scripto: *Orate pro invicem, ut salvemini*. Iacob v. Hanc rationem peroptime confirmat Angelicus in IV. dist. XIV. quæst. III. art. 2. ad 2. *Sancti qui sunt in patria, magis sunt accepti Deo quam in statu viæ. Sed Sanctos qui sunt in via, constituere debemus interpellatores pro nobis ad Deum, exemplo Apostoli, qui dicebat Rom.* XV. 30. Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per caritatem Spiritus sancti, ut adiuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. *Ergo nos multo fortius petere debemus a Sanctis ut nos iuvent orationibus ad Deum*. Quod iterum repetit, & confirmat 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 7. ad 1. ubi explicans dominicam orationem advertit petitiones pro pluribus esse. *Dicendum, quod, sicut Cyprianus dicit in Lib. de orat. dom. ideo non dicitur* Pater meus, *sed* noster, *nec* da mihi, *sed* da nobis, *quia unitatis magister voluit privatam precem fieri, ut scilicet quis pro se tantum precetur? nemo enim orare pro omnibus voluit, quoniam in una omnes ipse portavit*.

XIII. Ex quibus hæc conficitur argumentatio. Nemo in controversiam vocat præceptum mutuæ orationis inter vivos. Porro qua ratione hoc admittitur præceptum, eadem admitti debet & aliud colendi, invocandique Sanctos, quippe communio Sanctorum, qua omnes tamquam membra unicum constituimus corpus, non solum eos

qui

qui vitam mortalem degunt in terris, verum etiam eos qui vitam beatam vivunt in cœlis, comprehendit. Hæc autem communio sua natura exigit mutua membrorum officia. Aut ergo negent oportet unicam esse Ecclesiam Sanctorum sub diverso statu militantis, & triumphantis; aut concedant necessum est hanc mutuam omnium communicationem, reciprocamque invocationem. Quæ sane ratio potiori jure evincit præceptum invocandi Sanctos in cœlis existentes, quam vivos in terris peregrinantes a Domino. Siquidem talis est a divina providentia instituta ordo, ut infima per media ad Deum assurgant. Inter Deum autem & nos medii sunt Sancti, qui, utpote Deo propinquiores & proximiores, atque excellentiori sanctitate fulgentes, & efficacius intercedunt, & secutius a Deo, qui constituit per eosdem in nos sua auxilia derivare, exaudiuntur. Quam rationem sic exponit D. Thomas in IV. dist. xlv. quæst. v. art. 2. *Ipse ordo est institutus in rebus secundum D. Dionysium, ut per media ultima reducantur in Deum: unde cum Sancti qui sunt in patria, sint Deo propinquissimi, hoc divinæ legis ordo requirit, ut nos, qui manentes in corpore peregrinamur a Domino, in Deum per Sanctos medios reducamur: quod quidem contingit, dum per eos divina bonitas suum effectum diffundit. Et quia rectitus noster in Deum respondere debet processui bonitatum ipsius ad nos: sicut mediantibus Sanctorum suffragiis Dei beneficia in nos deveniunt; ita oportet nos in Deum reduci, ut iterato beneficia eius sumamus, mediantibus Sanctis: & inde est quod eos intercessores pro nobis ad Deum constituimus, & quasi mediatores, dum ab eis petimus quod pro nobis orent.* Hæc omnia magis elucent in Angelorum invocatione, de quibus scribit D. Paulus ad Hebr. cap. 1. *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capient salutis?* Deus ergo constituit Angelos nostros advocatos, & custodes, ut nobis assistant, & nos dirigant. Negabis ne hunc a Deo constitutum ordinem, quo nos omnes Angelorum ministerio regamur? Si igitur nostri sunt patroni, & custodes a Deo nobis dati; nostrum non erit, urgente necessitate, eorumdem opem implorare? Quis ita deliriat, inquit peroptime Cajetanus *Tom. III. opusc. tract.* xii. *cap.* iv. ut asserat non posse, immo non debere pupillum, aut peregrinum illius advocati præsidium petere quem sibi a Principe destinatum scit ad suam in Curia peragendam litem? Ageris. Quia Deus constituit JESUM CHRISTUM Filium suum nostrum primum apud se advocatum, ut interpellet pro nobis, nonne præcepto decernitur ad eiusdem invocationem? Si ergo Deus pariter constituit Angelos, tamquam inferiores, & secundarios patronos, & advocatos, custodesque nostros; qua ratione ab eorumdem invocationis debito liberi erimus? Utique solus Christus est noster primus, immo unicus mediator, unicus & solus qui proprio, & non alienis meritis apud Patrem meretur salutem nostram, & pro eadem orat, & intercedit. Idcirco ad Christum primum omnium confugere, & recipere nos debemus, & omnia eiusdem meritorum intuitu petere. Hoc est primum nostrum debitum, hoc potissimum est mandatum. Ergo, cum Deus Angelos destinaverit, ut æternæ salutis nostræ negotio invigilent, tamquam ministri inferiores, & medii inter Christum & nos, ut nomine, & meritis eiusdem Christi Domini pro nobis intercedant, impetrent, postulentque suppetias; quis inficias ire audet, nostri muneris esse eosdem suppliciter invocare? Iterum igitur urgeo. Aut neget ministerium, & custodiam quam in homines Angeli, Dei dispositione, & mandato, exercent; aut concedant oportet nos lege teneri ad eosdem invocandos. Nimis enim a ratione, & a recto ordine abludit quod Deus voluerit eos nobis patronos destinare, & quod ab eorumdem implorando subsidio, egestate premente, nos exemerit. Porro quod diximus de Angelis, idem de Sanctis asserendum. Omnes quippe Catholici fatentur Ecclesiam regno, exercitui, & familiæ comparari. Illius principatus, exercitus, & familiæ non modo Angeli, verum etiam sancti Apostoli, ceteriique a Deo instituti sunt præsides, & rectores proximi, & inferiores. De his enim dicitur: *Constitues eos Principes super omnem terram. Nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum.* Nos ergo, veluti pupilli sub tutoribus Angelis, & Sanctis peregrinamur a Domino, ut inquit D. Paulus ad Gal. iv. *Quamdiu tempore hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus, & actoribus est usque ad præfinitum tempus a Patre.* Præsides, tutores, & custodes vi officii proprii invigilare pupillis, & familiis sibi commissis debent. Porro qua ipsi lege astringuntur munere proprio fungi, eadem pupilli teneantur tutoribus suis, ac patronis aperire proprias egestates, infirmitates, atque suppetiarum necessitatem. Hæc ratio, ut ego quidem arbitror, non decentiam modo, sed necessitatem quoque infert.



XIV. Hæc omnia, inquis, per Christum, qui est mediator Dei, hominumque, petenda sunt. Verum præter ea quæ dicta sunt adversus responsum istud, iterum illud repellere lubet Div. Thomæ verbis ex II. Sent. dist. xxvii. art. 6. ad 2. *Meritum Christi est sicut radix omnium meritorum, a quo omnium merita efficaciam trahunt: unde est quodammodo sicut causa universalis, quam oportet ad effectus determinatos applicari per causas particulares, sicut sunt sacramenta, & orationes Ecclesiæ: & inde est quod non tantum Christum oramus, sed etiam Sanctos eius, quorum meritis, & precibus eius auxilium percipimus.* Quamquam Christus Dominus sit noster primus, & principalis, solus mediator, atque suo infinito meritorum valore nos redemerit, nobilque ianuas cæli aperuerit, vult tamen ut sua merita mediis sacramentis a se instituris nobis applicentur: quia, cum ipse causa sit universalis salutis nostræ, ministerium inferiorum causarum in suæ Ecclesiæ regimine adhibere voluit. Igitur sicuti hanc præfinitum ordinem servare tenemur in sacramentorum perceptione, ita eumdem servare debemus in Sanctorum invocatione. Porro quod hæc invocatio, seu Sanctorum ministerium, & officium immenso Christi merito non modo nullum irroget præiudicium, sed eiusdem augeat splendorem, & maiestatem, hinc sane patet quod ille ipse hunc ordinem constituerit. Et quis umquam dixerit, Regis maiestatem vilescere, quod immensam habeat Principum, & ministrorum multitudinem, quorum intercessione beneficia sua distribuere velit; iubeatque subditos ab his sequestribus gratias postulare? Quis negaverit in maiorem Regis splendorem immo hæc omnia cedere? Sed audiamus Angelicum Doctorem in IV. dist. xlv. quæst. iii. art. 2. *Sicut non est propter defectum divinæ potentiæ quod mediantibus secundis causis agentibus operetur; sed est ad complementum ordinis universi, & ut eius bonitas multipliciter diffundatur in res, dum res ab ea non solum suscipiunt bonitates proprias, sed insuper quod aliis causis bonitatis existunt; ita etiam non est propter defectum misericordiæ ipsius quod oporteat eius clementiam per orationes Sanctorum pulsare: sed est ad hoc ut ordo præditus conservetur in rebus.* Dicet fortasse quispiam, D. Thomam ex Pseudo-Dionysio doctrinam quam hactenus adduximus, quemadmodum & plurima alia, mutuatum fuisse. Porro Pseudo-Dionysius platonicis commentis refertus est, ut inquit pereruditus Anonymus, qui non ita pridem hoc de argumento dissertationem eleganti stilo exaratam publici iuris fecit. Silentio nunc preterire iuvat, constitutum adhuc non esse extra cuiusque disputationis aleam, supposititia esse opera Dionysio adiudicata. Sed hac etiam facta positione, quid hinc? Commentum ne platonicum est ordo iste quo ad Deum Sanctorum ministerio ascendimus? Scilicet, inquiunt. Nemo quippe, nisi hospes prorsus in Philosophia sit, ignorat a Platonicis varios dæmonum, geniorumque gradus confictos, quorum ope homines ad Deum ascendunt. At numquid eadem est Catholicorum doctrina, qua Angelos, Sanctosque Deum inter & mortales homines medios asserimus, cum Platonicorum de dæmonum, geniorumque præstigiis? Pseudo-Dionysius platonicis commentis refertus est, potissimum quod Angelorum, Sanctorumque ministerio Deum uti in universi regimine asserat; quod homines eorumdem intercessione ad Deum ascendere doceat? Qui hæc obtrudaret, non modo philosophica, sed & christiana dogmata ignoraret. Perperam ergo, ut platonicum commentum, reiicitur doctrina quæ habetur in Libro sub nomine Dionysii vulgato. Quis eruditorum ex Catholicis saltem Dionysio opus de cælestibus hierarchiis adiudicavit, quod præstigia, & deliria Platonicorum ibidem doceat, aut tueatur? Id solum quidam obiiciunt, quod Dionysii tempore tam comperta non erat de Angelorum ordinibus doctrina, quemadmodum ipse enuncleate explicat. Nemo vero illius doctrinam Platonicorum lue inquinatam criminatus est. Lubet verba transcribere P. D. Nicolai Le Nourry ex *Apparatu ad Biblioth. Max. Vet. Patr. dissert. x. cap.* xviii. ubi post relata utriusque partis argumenta super hac controversia, hæc scribit. „ Quædam alia argumenta ab Antiaropagiticis adferuntur, quæ quia vel leviſſima „ sunt, vel veritatis, certæque orthodoxorum „ doctrinæ, & traditioni palam refragantur, iis excutiendis, & recenlendis lubentes iu„ perfedemus. Quid enim, ut cetera taceamus, levius eo momento quod plenis „ buccis concrepant, doctrinam de Angelorum hierarchiis, & ordinibus, quæ tam e„ nucleate ab Auctore nostro explicatur,

„ Dio-

„ Dionysii sæculo fuisse incompertam? Nihil quippe de his ille docuit quod ex Scripturis sacris, ac maxime Pauli epistolis primitus non acceperit. Non itus quidem inficias, illum pro ingenii sui viribus, ea quæ ex sacris fontibus haulorat, fulsus enodasse, atque etiam amplificasse. Sed nulli mirum videri debet, hominem doctum, & ingeniosum, multaque platonicæ Philosophiæ eruditione præditum, de cœlestibus subitantiis plura post divinas Scripturas retractasse, isique nonnulla addidisse, quæ ex lanioris Philosophiæ placitis desumpta, sacris christianæ fidei accommodaverit dogmatibus. " Qui scire avet, quantum doctrina catholica de Sanctorum intercessione diffet ab interpretamentis Platonicorum, legat integrum librum decimum D. Augustini de Civitate Dei. Nec enim huius loci est longiorem hac de re habere sermonem. Si enim doctrina Pseudo-Dionysii de Angelorum, Sanctorumque intercessione eadem esset ac illa Platonicorum de dæmonum, geniorumque gradibus; non modo necessaria, sed neque bona, aut honesta esset Sanctorum invocatio: quod nemo dixerit ex Catholicis.

XV. Quid quod D. Thomæ doctrina plurimis Scripturarum exemplis firmari potest? Unum & alterum indicabo. Azarias in medio fornacis babylonicæ Deum orat sanctorum Patriarcharum intercessione media. *Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum: neque auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac servum tuum, & Israel sanctum tuum.* Dan. III. Eamdem orandi formam adhibuit Moyses, dum pro populi flagitiis preces Deo fundebat: *Quiescat ira tua, & esto placabilis super malitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel servorum tuorum.* Exod. XXXII. Patriarcha Iacob morti proximus filiis suis benedicit dicens: *Deus in cuius conspectu ambulaverunt patres mei Abraham, & Isaac; Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in præsentem diem; Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis: & invocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Isaac, & crescant in multitudine super terram.* Gen. XLVIII. Alphonsus a Castro *Lib. de hæres. verb. Sancti*, hæc scribit: *In quibus verbis illud est advertendum, quod Iacob PRÆCEPIT invocari super filios Iacob nomina patrum tum defunctorum.* Ex his ergo documentis non modo honestatem, sed necessitatem quoque invocationis Sanctorum iure inferimus. Quæ necessitas utique absoluta non est; sed quæ, posita providentia qua Deus constituit secundarum ministerio causarum gratias suas nobis donare, necessario infertur. Illorum quippe mediorum usus necessarius est quem nobis a Dei lege præscribi scimus. Et tametsi expressa, & peculiaris lex de Sanctorum invocatione in Scriptura non extet; ex principiis tamen generalibus, atque ex exemplis ibidem narratis, præceptum illud Sanctos invocandi eruitur.

XVI. Tertium quod allegari argumentum solet ad evincendam invocationis Sanctorum necessitatem, ex *litaniis* Sanctorum arcessitur, Consuetudo universalis utriusque Ecclesiæ, tum Græcæ, tum Latinæ, semper obtinuit invocandi Sanctos in præfatis *litaniis* recensitos: quæ litaniæ *rogationes* quoque dicitæ sunt, quod ad Deum rogandum, eademque misericordiam implorandam sunt instituitæ. Appellatæ etiam sunt *processiones*, quia ex uno Martyrum loco ad alium, seu ab una ad aliam Ecclesiam discurrendo recitabantur: qui mos hac etiam ætate nostra itatis temporibus usurpatur. Mos pariter fuit, eisque has litanias recitandi, imminente aliqua calamitate. Theodosius iunior, teste Hieronymo *epist. ad Eustochium*, aetis inclementia vexante, has litanias indixit, in quibus ipse veste humili indutus, populo sequente, incessit: & optata serenitas apparuit. Gregorius Magnus eaidem feria quarta, & sexta recitandas præscripsit ad Siciliam sævæ tyrannidi subducendam, ut colligitur ex *Lib. IX. epist.* XLV. Ut urbem quoque a pestis flagello eximeret, litanias præcepit, ut patet ex Lib. XI. epist. 11. *Litania Clericorum exeat ab Ecclesia S. Ioannis Baptistæ. Litania virorum ab Ecclesia B. Martyris Marcelli. Litania Monachorum ab Ecclesia Martyrum Ioannis, & Pauli. Litania antillarum Dei ab Ecclesia beatorum Martyrum Cosmæ, & Damiani. Litania fœminarum coniugatarum ab Ecclesia beati primi Martyris Stephani. Litania viduarum ab Ecclesia beati Martyris Vitalis. Litania pauperum, & infantium ab Ecclesia beatæ Martyris Cæciliæ.* Duplex nunc in Ecclesia litaniarum genus: alterum minorum, minorum alterum. Majores recitantur in Ecclesia triduo ante Ascensionem Domini, tametsi in quibuldam Ecclesiis alio tempore mos obtinuerit ealdem canendi. Consuetudo illas recitandi ante Ascensionem pervetusta est. De illis quippe mentionem faci; Con-



Concilium Aurelianense primum c. XXIX. Epaunense *cap.* XXVII. Gerundense *cap.* III. De litaniis, seu rogationibus loquitur Augustinus *serm. de temp.* inter veteri; quia editio vetus in manibus est, 172. & 173. seu feria 2. & feria 3. rogationum, & in vigilia Ascensionis. Has rogationes recitandas esse iubet S. Gregorius magnus sub initium Libri Regisiri. *Solemnitas autem devotionis vos, fratres dilectissimi, admonet, ut litaniam quæ maior ab omnibus appellatur, sollicitis, ac devotis debeamus, auxiliante Deo, mentibus celebrare.* Hanc piam consuetudinem annullabantur Ariani Vsiemni pompa, ut narrat Socrates *Lib. VI. hist. cap.* VIII. & Sozomenus *Lib. VIII. cap.* VIII. quam celebrationem illis prohibuit Arcadius Imperator, ut constat ex *Lib. XXX. de hær. cod. Theod.*

XVII. Neque dicere fas est, recensita documenta præceptum iniungere Ecclesiasticis dumtaxat has litanias recitandi, secus fidelibus omnibus; atque adeo præceptum utique exstare in Ecclesia invocandi Sanctos pro generibus singulorum, ut dicitur, minime vero pro singulis generum, quod scilicet singulos fideles obliget. Siquidem præfati Concilia, & Patres absolute loquuntur, absque ulla limitatione, ut patet ex hisce verbis Concilii Aurelianensis. *Rogationes, sive litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari: ita ut præmissam triduanam ieiunium in Ascensionis Domini solemnitate servatur. Per quod triduum servi, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat. Quo triduo omnes abstinaam, & quadragesimalibus cibis utantur.* Eidem fere verbis plura alia Concilia hoc idem præcipiunt. Sed numquid, inquies, singuli Christiani ea præcepti urgentur ad rogationes celebrandas? Ex citatis Conciliis plurimisque aliis, quæ adduci possent, olim fastem devinctos fuisse fideles, & pluribus fastem in locis, nemini dubitare licet. Et quamquam nolim ego ex rogationum consuetudine inferre præceptum universale quo omnes, singulique fideles teneantur Sanctorum invocare intercessionem; licet tamen efficere, Ecclesiam hanc intercessionem præcipere reipsa primum Clero, deinde etiam laicis, sive privatis omnibus, populo fastem, & communitati.

XVIII. Argumentum, quo efficacius, ut mea præfert opinio, evincitur præceptum, omnes singulosque fideles astringens ad Sanctos invocandos, illud est quod ex celebratione festorum petitur. Vi quippe præcepti devinciuntur fideles singuli celebrare dies festos Sanctis dicatos. Quo porro intentio Ecclesiæ ipsefat in hac festorum institutione? Eo tane ut laudet Deum, adoretque in Sanctis finis, ut eidem gratias agat, ut Sanctorum acta mediteatur, atque ipsorum exemplis ad virtutum officia excitentur fideles: demde ut omnes eosdem Sanctos colant, adorentque, tanquam viros excellentes, Dei amicos, omnimoque virtutum ornatu instructos: ut denique eorumdem opem, & patrocinium apud Deum implorent. Expendamus singulas propositiones. De præcepto universali, quo omnes singulique fideles teneantur servare dies festos Sanctis dicatos, nullus est ambigendi locus. Quod hæc festa sint in Sanctorum cultum, & adorationem instituta, res quoque certa est. De invocatione ambigendi locus remanet. Porro, ut scrupulum hunc amoliar, quæro, tenentur ne fideles vi præcepti sacrificio adfistere in Sanctorum festis? Utique. Tum: astringuntur ne se te ad intentionem Ecclesiæ fideles conformare, dum sacrosanctum Missæ sacrificium audiunt? Quis inficias ire ausit? Planum ergo, compertumque est, Ecclesiam in Missæ sacrificio præcipere Sanctorum invocationem. Id patet ex omnibus fere collectis quæ in Missa recitantur, in quibus Sancti invocantur, communque subsidium impleratur. Sacerdotes, inquis, astringuntur vi præcepti Sanctorum intercessionem invocare; secus fideles. Secus fideles? Non ergo fideles, dum Missam audiunt, ad Sacerdotis celebrantis intentionem se te conformare, eiusque precibus iungi animo, & mente tenentur? Sacerdoti sacrificium celebranti, de sancto Petro sacra, & hanc recitanti collectam: *Concede, ut intercessoris eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur:* astringuntur ne fideles Missam vi præcepti audientes sua vota addere? Licite ne valent ab eodem Sacerdote sic orante, ac divi Petri opem, & intercessionem invocante, dissentire? Olim, antequam latinæ linguæ usus aboleseeret, fideles una cum Sacerdote celebrante Missam canebant. Quod tunc labiis, nunc corde præstant. Si olim renuissent collectas, quibus Sanctorum intercessio invocatur, canere, nonne scandalum grave patrassent? Quid itaque, si animo nunc ab eodem Sacerdote sic orante dissentirent? At, inquit eruditus Anonymus, vetustissimæ collectæ, quæ in honorem Sanctorum olim recitabantur, nullam continebant Sanctorum invocationem; sed Deus tantum orabatur. Oppositum docet Dionysius Petavius antiquitatis, si quis alius, callentissimus Lib.

XIV.

XIV. cap. XI. num. 13. *Huc adiungi possunt liturgiæ omnes antiquæ græcæ, latinæque, in quibus B. Mariæ, ac SS. omnium precibus, ac meritis veniam peccatorum, ac beneficia cetera impetrare studet Ecclesia.* Sed fac rem ita se habuisse. Nunc vi præcepti Sacerdotes has collectas cum eiusmodi invocatione recitant, Populus una cum Sacerdote votis suis sacrificium Deo offert; unum corpus cum ipso constituit. Omnia igitur membra in eumdem finem consentire debent. Ex quibus omnibus sic colligo. Fideles vi præcepti tenentur Sanctos colere diebus iisdem Sanctis dicatis. Qua iquidem ratione tenentur cessare ab operibus, & Missæ interesse; eadem astringuntur Sanctos colere, & venerari. Porro tametsi adoratio actus distinctus, ac diversus sit ab invocatione, & quisque possit eos colere, quin illos invocet; tamen, cum vi præcepti colere eos debeat Missam audiendo in qua Sancti invocantur, pedum adorandi; consequi necessario videtur huic quoque invocationi obnoxios fideles esse. Dicamus ergo oportet, aut fideles licite a Sacerdote celebrante in Sanctorum festis dissentire posse, quod absonum videtur; aut fateamur necesse est eosdem ligari ad illorum invocationem. Sacerdos Deo offert sacrificium ut persona non privata, sed publica, universum populum repræsentans, & populi nomine, atque consensu offerens. Ille est minister Christi, eidemque populus iungitur, atque cum eodem Deo offert. Quapropter non solius Sacerdotis, sed populi quoque sacrificium nuncupatur. Idcirco Sacerdos peracto offertorio, ad populum converus, inquit: *Orate, ut meum, ac vestrum pariter in conspectu Domini sit acceptum sacrificium.* Quomodo autem hæc effari Sacerdos posset, si illo invocante in hoc sacrificio Sanctorum auxilium, & intercessionem, populus adstans contrariam haberet intentionem, nolletque cum eodem in hac invocatione partem habere ullam, eo quod ab eiusmodi invocationis lege liber sit? Sed Ecclesia, inquis, hanc invocationem minime iubet; atque adeo multiplicanda mandata non sunt. Scilicet. Multiplicari præcepta non debent. Idcirco Ecclesia distinctam, & expressam legem de Sanctorum invocatione non rogavit (si tamen non rogavit) quia præcipiens celebranda Sanctorum festa, Missamque his diebus audiendam, reipsa præcipit cultum, invocationemque Sanctorum.

XIX. Auctoritate Concilii Tridentini necessitas invocationis Sanctorum evincitur. Integrum Tridentini decretum, quod ad rem nostram pertinet, lectorum oculis subiiciendum est. „ Mandat S. Synodus Episcopis, „ & ceteris docendi munus, curamque sus„ tinentibus, ut iuxta catholicæ, & apostoli„ cæ Ecclesiæ usum a primævis christianæ „ religionis temporibus receptum, Sanctorumque Patrum consensionem, & sacrorum „ Conciliorum decreta, in primis de Sancto„ rum intercessione, invocatione, reliquia„ rum honore, & legitimo imaginum usu, „ fideles diligenter instruant, docentes eos, „ Sanctos una cum Christo regnantes, ora„ tiones suas pro hominibus Deo offerre; *bonum, atque utile esse suppliciter eos invocare*; & ob beneficia impetranda a Deo per Filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor, „ & Salvator est, ad eorum orationes, opem, „ auxiliumque confugere. *Illos vero qui negant, Sanctos æterna felicitate in cælo fruentes INVOCANDOS ESSE &c. damnat Ecclesia.*"

XX. Hoc decretum continet partes duas. In prima Concilium definit *bonum, atque utile esse suppliciter eos* (Sanctos) *invocare*. Honestatem, & utilitatem actionis Concilium principio statuit. Quo posito, ultra pergit, alteramque decreti partem addit, in qua Sanctos invocandos esse præscribit, eosque damnat qui invocari debere Sanctos negant. *Illos vero qui negant Sanctos æterna felicitate in cælo fruentes invocandos esse &c. damnat.* *Ut invocandos esse* idem præstet ac *invocari debere*. Duo ergo statuit Concilium. Alterum honestatem, alterum necessitatem spectat invocationis. Si Tridentinum solam declarare voluisset bonitatem, atque utilitatem invocationis, ut reipsa in prima parte declaravit, in altera decreti parte adversus heterodoxos, negantes præfatam honestatem, & utilitatem repetivisset præfatam dicendi formam hac pactus: *Illos vero qui negant bonum, ac utile esse suppliciter eos invocare, damnat Ecclesia.* Verum quia ultra bonitatem, & utilitatem, exercitium quoque invocationis præscripsit; idcirco aliam phrasim adhibuit significantem quod Sancti *debeant invocari. Illos vero qui negant Sanctos æterna felicitate in cælo fruentes invocandos esse &c. damnat Ecclesia.* Damnandi ergo videntur iuxta Tridentinum qui negant Sanctos invocandos esse. Dico: Qui negant Sanctos evocandos, negant bonitatem, & utilitatem invocationis. Consequentia hæc falsa est, ne ab adversariis opponi iure valet. Nam ipsi clamant, aliud esse debitum invocandi; aliud utilem esse invocationem. Dicimus, inquiunt, utilem esse invocationem; negamus vero quod debeamus illos invocare. Atqui Tridentinum docet, quod *debeant* invocari, dum statuit *invocandos esse*. Ergo secundum Tridentinum tenemur Sanctos invocare.

XXI. Tandem ubi est expressum mandatum quod Sanctos colere, & venerari debeamus? Et tamen ultro fatentur contrariæ opinionis patroni, vi præcepti colendos esse Sanctos. Porro illidem verbis Tridentinum loquitur, & de cultu, & de invocatione. Si ergo necessarius est cultus, necessaria quoque est invocatio. Si dicunt, ex præcepto observandi festa Sanctis dicata colligi mandatum eosdem colendi; ex eodem pariter præcepto infertur mandatum alterum illos invocandi. Immo in Missa, quæ est potissima actio a præcepto imposita, æque expressa est invocatio, ac cultus: atque adeo duo hæc eadem lege præscribuntur.

XXII. Hactenus disputatum de Sanctorum invocatione; nunc de Beatissima Virgine omnium Sanctorum, & Angelorum Regina aliqua dicenda forent. Non est loci huius eiusdem immensa celebrare præconia, & dignitatem. Illam eminere supra omnes spiritus cælestes, atque innumeris decoratam prærogativis norunt omnes. Inter permultos Scriptores qui eiusdem encomia pangunt, & quasi infinitam dignitatem exaltant, B. Albertus Magnus mirandum in modum excellit. Inter Theologos recentiores Dionysius Petavius singulari eruditione omnium antiquorum elogia in Beatissimæ Virginis commendationem colligit. Quæ omnia eo tandem recidunt ut sit Christi Mater. Hinc enim misericordiæ mater appellatur: peperit enim nobis infinitam misericordiam, Christum pariendo. Miserorum spes, afflictorum solatium dicitur. *Mediatricis* etiam officium tum antiqui, tum recentiores Theologi eidem tribuunt. Nec officium est unius sit *mediator* hominum Christus. Quoniam Christus Dominus unicus, & solus, utique Paulo Apostolo teste, mediator hominum est apud Deum tamquam principalis causa, & propria, non alienis meritis, pro nobis apud Patrem interpellans. At hoc non excludit alios mediatores secundarios, ac ministros, qui ipsius meritis simul pro nobis intercedant. Porro cum Beatissima Virgo mater sit nostri primi mediatoris Christi, post hunc ipsa est præcipua mediatrix, & patrona nostra. Post hanc Angeli & Sancti. Tam Virgo, quam Angeli, & Sancti



virtute meritorum Christi nobis impetrant divina beneficia: quia omnia illorum merita valorem a Christi meritis accipiunt. Officium autem *mediatoris* est inter dissidentes sequestrem, mediumque se constituere, & eos ad concordiam revocare; preces, & supplicationes Deo offerre pro clientibus, quorum tutelam suscepit. Hæc omnia incredibili efficacitate Sanctissimam Matrem pro nobis apud Deum præstare, una voce testantur omnes tum Patres, tum Theologi. Legelis quæ laudatus Petavius scribit *Lib. XIV. de Incarnatione*, præcipue *cap. IX. & seq.* P. Franciscus Suarez *T. II. in 3. p. disp. 11 sallor. VII. sec. 3.* hanc statuit conclusionem. *Dicendum est, Beatam Virginem invocandam esse, & honorandam ab hominibus. Conclusio est de fide ex communi usu, & consensu totius Ecclesiæ, ac perpetua traditione Sanctorum, quæ colligitur ex omnibus supra additis. Ubicumque enim dicunt Beatam Virginem orare pro nobis, & ipsam orant, & a nobis orandam esse docent. Præterea in Canone Missæ, & in Liturgiis Iacobi, Basilii, & Chrysostomi sæpe fit invocatio, & oratio ad Sanctissimam Virginem: ex qua evidenter colligitur hanc esse apostolicam traditionem.* Si celeberrimus iste Doctor defendit orandam a nobis esse Virginem Sanctissimam vi apostolicæ traditionis; si de fide est, per ipsum, invocandam esse: quis dixerit, Suarez docere nulla nos lege adstringi ad eius invocationem? Vide quæ tradit Suarez in *Defens. Lib. II. cap. IX. num. 14. fol. 97. de invocatione SS.* Quis dixerit, Christi fideles æque salvos fieri posse, sive invocent, sive non invocent B. Virginem? Quippe, etiamsi invocationis præceptum non urgeret, cum summe tamen utilitatis sit eiusmodi invocatio; qui tanta patrona, & mediatrice utitur, facilius, securiusque beatitudinis portum attinget.

## §. UNICUS.

*Nonnulle animadversiones in hanc quæstionem.*

XXIII. RAtiones in medium attuli quæ præceptum invocandi Sanctos evincere possunt. Ceterum non is ego sum, ut præcepta multiplicare velim absque gravi ratione. Porro, utrum exposita rationum momenta eius sint ponderis, & efficacitatis, ut reapse hanc præcepti necessitatem evincant, iapientum esto iudicium. Tanta apud me vi pollent, ut si evidentem persuasionem non

non ingerant, valde tamen probabilem mihi efficiant sententiam, quæ hoc nos astringi mandato defendit. Quapropter, ut mea minima profert opinio, neutra sententia aliqua censura plectenda est; sed libere in utramque partem disputare Theologi valent, donec, expensis utriusque sententiæ momentis, quid sit probabilius, appareat. Ut observat laudatus P. Libertus, nemo unus ante ipsum ex instituto hanc quæstionem discussit; quæ tamen digna illustratione est.

XXIV. Potissimum adversæ sententiæ argumentum est, quod neque in Scripturis, neque in aliquo canone hoc habeatur præceptum; & propterea Theologi communiter conceptis verbis ab hoc præcepto fideles jubeant. At respondent præcepti defensores, utique non reperiri expressim mandatum in Scripturis, neque Ecclesiam peculiare edidisse præceptum, verum plurima esse quæ licet præcepto peculiari & expresso non jubeantur, tamen jubentur vi præcepti universalis, in quo tamquam in principio, & radice particularia continentur. Quot præcepta non habentur in illo principio universali: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris?* Mandatum universale est naturæ lege impositum, quod quisque sibi providere debeat, fuisque necessitatibus, mediis congruis ad hunc finem. Porro juxta varia egestatum genera diversa præcepta occurrunt. Mandatum universale est honorandi parentes, quod est quartum Decalogi. Parentum autem nomine superiores omnes, præpositos, virosque excellentes omnes venire, communis sententia est. Porro, cum Sancti in cælo regnantes summa sint excellentia cælesti, atque supernaturali pollentes, digni sunt cultu religioso, & ordinis superioris. Quemadmodum enim si dignitas naturalis, & civilis sit, civilis honos, & cultus ei debatur; si divina, debetur divinus cultus; ita si inferior sit divina, & superior humana, cultus medius debet ipsi deferri, ceu maxime ipsi conveniens. In hoc igitur præcepto honorandi parentes, præceptum colendi Sanctos, & in mandato sibi consulendi mediis omnibus congruis, necessitate urgente, mandatum eosdem invocandi continetur. Accedit quod præceptum illud colendi, invocandique Sanctos non obscure ex secunda Tridentini decreti parte, & ex præcepto sanctificandi festa eisdem dicta colligitur. Ad Theologorum auctoritatem quod spectat, verum habet plures negare præceptum illud expressim, &, ut ipsi dicunt, directum. Ita omnes fatentur. Sed advertendum, Theologos illos, negantes præceptum hoc, communiter adversus heterodoxos disputasse: & quia, ut illorum reprimerent audaciam, satis ipsis erat evincere, bonam nullemque esse invocationem Sanctorum, idcirco ab asserendo præcepto illo abstinuisse, quod ex mandato celebrandi festa, aliisque universalibus præceptis eliciatur: reliquæ hanc indictam reliquere aliisque examine ullo. Quod itaque negent reperiri divinum, aut ecclesiasticum mandatum expressum directum, & peculiare; non propterea negant mandatum quod tacitus explicatum est. Illorum igitur auctoritas nullum infert præjudicium sententiæ adstruenti tale præceptum. Quid quod laudati Theologi non pauci negant quoque præceptum colendi Sanctos ob rationem indicatam, quod illud in Scripturis non extat? P. Vitus Pichler in sua Theologia Polemica *pag. 1056. num. 7.* hæc scribit. *Secundum 6. Catholicus non asserere quod detur præceptum positivum, vel directe obligans ad colendos, & invocandos Sanctos; sed solum quod bonum colere, & invocare.* Nihil ultius auctoris sententiam interpretemur, quod his verbis *positive*, & *directe* excludere tantum velit mandatum divinum, & ecclesiasticum expressum, directum, & peculiare, seu distinctum; difficile erit a mimia laxitate immunem eum defendere. Siquidem præceptum colendi Sanctos in festis eorum nomini dicatis nemo jure negare valet. Verum Theologus ille in laxiora plerumque propendet. Vide quæ adversus eumdem Scripti in tractatu de usura contractus trini.

XXV. Illud autem magnopere animadvertendum in hac quæstione est ad plenam, exactamque sanctorum Patrum, & Theologorum intelligentiam assequendam, quod nec Beatissima Virgo ita est *mediatrix*, nec Sancti ita *mediatores* sunt Deum inter & homines constituti, ut veritum nobis sit recta, illis omissis, ad Deum accedere. Patet nobis ad Deum nostrum, & Filium eius IESUM CHRISTUM accessus. Ipsum orare, invocare, adorare altissimo mandato admonemur. Illi, utpote statum nostrum plenius intelligenti, egestates, infirmitatesque nostras aperire potissimum debemus. Et, cum Filius eius Christus Dominus principalis *mediator*, & in sensu Apostoli explicato unicus, & solus sit, ad illum cum primis accedendum est, ut pro nobis interpellet apud Patrem. Cum enim Patres docent mediis Angelis, Sanctis, & Deipara ascendendum ad Deum, non constituunt ordinem necessarium, qualis est in naturalibus, & physicis causlis; sed ordinem moralem, qui pro temporum, atque circumstantiarum diversitate variandus est. Sic e contrario, dum Patres aliqui, & Theologi necessitatem invocandi Sanctos reiiciunt, hoc in sensu explicandi sunt, quod etiam sine Sanctorum intercessione valeamus vota nostra prosequi, nullo interpolito medio, Deo offerre, eumque, ceu clementissimum, primumque parentem nostrum, adire. Nec propterea excludunt ut superfluum, atque ut suo statu tempore necessariam, adorationem, invocationemque Beatissimæ Virginis, & Sanctorum. Iuvat transcribere verba sapientis Petavii *de Incarn. Lib. XV. cap.* XVIII. *n.* 7. ubi explicat textum D. Ioannis Chrysostomi, quem adversus Sanctorum cultum opposuerat Molinæus. „ De locis illis Chrysostomi quæ ad impugnandam Sanctorum invocationem Molinæus plurima congessit, illud primo loco respondemus: cuiusque modi ea sint, neque illis esse disertiora, validioraque ad extorquendam Catholicis implorationem Sanctorum, nec explicatu difficiliora quam quæ lugerioribus capitibus ad illam propugnandam adduximus, cum ex aliis Græcis, ac Latinis Patribus, tum ex eodem ipso Chrysostomo: deinde nihil aliud testimonia illis significare Chrysostomum, nisi hoc *non absolute ac præcise necessarium esse, Sanctos apud Deum intercessores adiungere: sed posse quemlibet sine sequestre, & interuntio Deum adire, ab eoque postulare quæ velit*: Non, ut gentiles putabant, necesse hominibus esse qui ad supremum Deum adpirare velint, per interiectos minores Deos, hoc est dæmones, ad illum contendere ... Hoc sentit Chrysostomus negat Angelos, aut Sanctos, velut mediatores, necessario interponendos esse. “

XXVI. Hunc Petavii textum contra præceptum invocandi Sanctos allegatum vidi. Verum quisque animadvertere potest, non aliud colligi hinc posse præter confirmationem doctrinæ quæ data est supra, nimirum *non absolute, & præcise necessarium esse, Sanctos apud Deum intercessores adiungere; sed posse quemlibet sine sequestre, & interuntio Deum adire.* Ceterum quod debeant Sancti etiam coli, & invocari, nedum quod bonum, utileque sit eosdem invocare, docet ipse Petavius eodem loco cap. XVIII. num. 4. *Illud breve, & efficax præscribimus: Sanctos & orare pro nobis, & a nobis INVOCANDOS esse, ex antiquorum, hoc est Ecclesiæ per totum orbem, paræque omnia tem-*





*pora diffusa, auctoritate confitare.* Porro si universa Ecclesia perpetuis temporibus constanter docuit *invocandos esse Sanctos*, non videtur hanc perennem traditionem, quam apostolicam Suarez appellat, consilii tantum esse, non autem præcepti.

XXVII. Ut multa pancis contraham, virtus religionis Deum primo spectat, cui debitum cultum exhibet. Præceptum orandi, quod est religionis primarius tractus, Deum quoque respicit. Ipsum orare, ipsum invocare, eum adire, IESU Christo mediatore, atque interpellatore, debemus, nullo etiam interpolito alio inferiore internuntio. Increpandus profecto fidelis ille esset qui numquam, sepulto sequestre, vellet nudata facie se se immediate ante Iesu Christi Redemptoris sui thronum sistere; eique sua vulnera, ut sanentur, suaque scelera, ut infinita illius clementia deleantur, humili demissione exponere. At quicquid præceptum illud orandi, invocandique immediate Deum, excludit aliud honorandi, colendi, invocandique Sanctos, præceptum? Anne mandatum honorandi primum parentes, reiicit mandatum aliud honorandi ceteros dignitate illustres? Præceptum colendi, invocandique Sanctos sua habet statu tempora, cum nempe recurrunt festa in illorum dicata honorem: quo tempore præcepto astringimur illos colere, & adorare. Porro actus potissimus adorationis est oratio, & invocatio, qua illorum merita, virtutesque veneramur, nostramque infirmitatem, & subiectionem magnopere protestamur, & recognoscimus, obsequium nostrum, & religionis officia illis impendimus. Vix enim explicari valet præceptum eos adorandi absque mandato eosdem invocandi: cum invocatio sit præcipuus adorationis actus, ut de adoratione Dei dictum est. Porro, dum eos adoramus, eorum merita, peculiarem illorum cum Deo amicitiam, intercedendi, impetrandique ab eodem beneficia maximam eorum efficaciam confitemur. Sordet fidelis gravissimis scelcribus, incredibili perfidia Dei clementia abusus est, contrariis discerpitur affectionibus, seque ad omnia flagitia impotenter pertrahi experitur: preces suas Deo obtulit, ut emendationis gratiam obtineret: sed in peiora semper relapsus sua iniquitate est: conscientiæ suæ monstrum spectrum contemplans tremit: non audet præ confusione in cælum oculos attollere, Deo le invisum, eiusdemque præsentia indignum recognoscit: suarum precum vim elevare sentit flagitia sua: hoc eodem tem-

pore Beatissimam Virginem, Angelum suum custodem, Sanctosque in cœlo regnantes commeditatur: perpendit summa illos apud Deum pollere virtute, efficacem esse eorum intercessionem, facilitique illos quam semetipsum a Deo exaudiri. Quæro, si ille his in circumstantiis Beatissimæ Virginis, Sanctorumque intercessionem; sed ad id non astringatur vi præcepti, eo quod absolute a Deo impetrare gratiam valeat emendationis suæ. Ut latebram hanc, qua utique excludamus, iterum quæramus, si homo in gravissima spiritualis necessitate, atque in tam arcanæ salutis discrimine constitutus, teneatur efficaciori modo quo valet, sibi providere. Se indignum, ut exaudiatur a Deo, agnoscit ex una parte, ex altera Sanctissimæ Deiparæ validissimum patrocinium, potentem Sanctorum intercessionem perpetuam habet. Si utrumque pretendat, quis adimere audet, sincero suæ salutis amore idum flagrare? Si hæc argumentatio, reponis, consisteret, hic ad eremum, ad ecclesiam, ad aliquem rigidiorem ordinem confugere deberet, ut efficacius sibi prospiceret. Apage nugas. Quisque intra sui status & conditionis limites ea excipere adminicula, idque uti medio teneatur quæ facultas ipsum ad finem conducunt, minime vero talentum mutare. Eo autem gravior culpa est his in circumstantiis negligere Deiparæ, Sanctorumque intercessionem, quo & facilius est ad eos confugere, & graviori urget eorumdem protectionis necessitas. Si quis regiæ majestatis lætæ rem indignum se obtinendi a Rege veniam patrati facinoris reputaret; haberet vero amicum Regi aliidenem, gratiæque voluntatis arbitrum; evaderet ne hic sublatæ notam, si amici sui summa apud Regem facultate pollentis intercessionem relpueret? Utique Deus non est sicut homo, qui peccatores, suique offensores dedignetur. Sed verum quoque habet, Deum facilius illorum quam peccatorum preces exaudire; atque illorum qui sibi arctioris amoris vinculo adhærent, ut est Sanctissima Virgo, Sanctique omnes in cœlo regnantes, intercessionibus annuere. Hæc omnia evincunt, vi præcepti naturalis consequendum interdum ad Sanctorum patrocinium. Dum vero recurrunt illorum festa, præceptum urget ecclesiasticum inclusum in mandato eadem festa servandi.

XXVIII. Objicies. Si urgeret præceptum invocandi Sanctos, Confessarii interrogarent fideles, utrum opere impleverint enunciati mandatum. Hoc autem nunquam præstant, nec fideles admonent, vel hortantur ad illum præcepti observationem. Huic objectioni hoc præbet responsum laudatus P. Liberius, quod suis verbis expressum transferibere juvat. „ Contingit hæc objectio miserabilem illam „ doctrinam qua utentes nonnulli Casuistæ „ abtulerunt de medio plurimorum præce„ptorum usum, & induxerunt plures lasci„tates in via Domini, quibus debuit op„poni anathematismus. Plurima non obli„garent, sincere obligantia apud omnes, si „ consuetudo, & *praxis universalior*. Confessariorum esset regula exulans. Plurima militarent in illo foro debita vere „ præceptibus. Quis interrogat circa observantiam præcepti fidei, Spei, caritatis, „ orationis, & similium? Ergo non dantur „ hæc præcepta? Quis dicet? Regula in„ris est, quod *res ita agitur, non facies, sunt „ judicanda*. " Viden qui omnes viri docti, plusque nonnullorum Casuistarum animam luquant laxitatem? Ecclesia vero urget illius præcepti observationem, dum servanda Sanctorum festa jubet.

XXIX. Objicies iterum. Invocatio Sanctorum in propriam cedit utilitatem: quisque autem commodo proprio renunciare jure valet. Præterea præceptum illud observari nequit; siquidem invocandi calent omnes Sancti, quorum immensa est multitudo. Resp. Invocatio Sanctorum cultum eisdem tribuit, simulque invocanti auxilia impetrat. Neutrum negligere fideles valent. Non cultum, quem ipsis deberi ultro fateantur omnes. Non auxilia ad salutem consequendam, quia iis quæ ad salutem æternam viam sternunt, nemo remuntiare licite potest. Nec se haud est omnes Sanctos, sed satis est aliquos invocare; dummodo nemo excludatur a cultu. Quid quod Ecclesia omnium Sanctorum festum instituit prævio jejunio, ut omnium simul memoria recolatur?

XXX. Postremo objiciunt. Si quæ hactenus dicta sunt, quidquam concerent, consequerentur Sanctos duntaxat celebrari invocandos fore, utpote maiori efficacitate ad id quod petimus, impetrandum. Tandem Sancti nobis non occurrunt, nisi in imaginibus. Has venerari non astringimur, neque retinere. Ergo nec Sanctos eisdem præ-



fentatos adorare. Resp. Div. Thomas in 3^a. *dist.* xlv. *quæst.* iii. *art.* 2. ad 2. plures rationes affert, quibus evincat inferiores quoque Sanctos invocandos esse. Omnes quippe sunt amici Dei, consummata caritate eidem conjuncti. Deus suæ Ecclesiæ falli neficiæ organo omnes Sanctos in electorum albo prescriptos adorandos exponit, atque in illidem gradum sibi amplificare dignatur. Quo hoc pertinet? Eo sane ut nos excitet illorum exemplis ad certamina huius vitæ fortiter subeunda; atque ut efficacius ad id nos, qui utique bonum propriam appetimus, indiucat illorum intercessione, atque mediatione plurima nobis impertire dona decrevit; quemadmodum, ut nos ad sui amorem, cultumque pertraheret, infinitam beatitatem, utque ipsius possessionem nobis adpromisit. Innumera illa prodigia Sanctorum ministerio patrata, favores, & cumque generis gratiæ perpetuis temporibus fidelibus concessæ eorumdem opera, luce meridiana clarius evincunt, quam sit Deo invocatio Sanctorum accepta. Cum autem omnes Sanctos amicitiæ ligamine Deo fœderatos esse Ecclesia declaret, quisque eorum invocari possit: quia modo hujus, modo illius intercessione Deus, prout suæ divinæ providentiæ magis expediens judicat, dona sua nobis concedere dignatur. Ad imagines Sanctorum quod attinet, negatur illorum imaginibus nostram illigatam invocationem esse. Quamquam enim imagines deessent, Sancti nihilominus invocandi forent. Utrum postea imagines retinere, nedum venerari occitreates, vi præcepti teneamur, infra dictum fuerit. Sane, si olim Catholicorum data opera imaginum usum negligeret, hoc prætextu quod earum usus non sit in mandatis, de fide suspectus haberetur, nec, accusatus, liber a tribunali sanctæ Inquisitionis abiret. Anne Ecclesia tot in Conciliis sacrarum imaginum usum adversos omnium temporum hæreticos purpugnaret, tantaque solicitudine alteribus, temporibusque asligi curaret, si indifferens omnino foret consuetudo eadem retinendi? Verum plura de hoc suo loco.

XXXI. Hæc sunt quæ cursim, & tumultuarie judicio sapientum subjicio. Si majus occurrerit otium, fortasse accuratius quæstionem hanc sub examen inducam. Plurima eorum quæ dicta sunt, ex laudato P. Liberio desumavi: quod ideo dico, ne alterum plumis exornare me velle quilquam suspicetur. Antequam prolixæ disputationi finem imponoo, ultimo loco animadvertendum exlibro, quod ego, tametsi a multiplicandis sine urgenti ratione præceptis aliena sim, ne jugum Christi plus justo exasperare videar, & fideles legum multiplicitate obruere gravare, in opinionem tamen adstruentem præceptum invocationis Sanctorum propendeo: tum quod adductæ rationes id suadere mihi videntur, tum quod nullum novum onus Catholicis imponitur: reipsa enim eorum, & invocationem præfatam opere implent, ac si leviissimo mandato injuncta eis esset; quin non raro & Sanctorum festa exactius servant quam dies dominicos, & frequentius ad Sanctos quam ad Deum interdum confugere solent: quamquam Sanctorum protectionem implorantes, eosque colentes, Deum in Sanctis colant, & invocent. Quare non tam calcaribus, ut Sanctos colant, & invocent, quam instructione egent, ut modum, rationemque in eorumdem cultu, & invocatione servent. Admonendi itaque sunt, Christum Dominum viam esse per quam ad Deum pergendum est. Hic solus est, & unicus qui propriis meritis cælorum januas, peccatis nostris occlusas, aperuit. Hoc in sensu solus, & unicus mediator est. Ceteri omnes Sancti, nec Beatissima Virgine excepta, eumdem meritis & sibi impetrarunt, & nobis cælestia impetrant dona. Nec tamen hinc inferendum, ut quidam perperam argutantur, quod Sancti nequeant dici mediatores secundarii. Nam si illi, virtute meritorum Christi, tamquam eisdem fideles ministri, & constantes, in certaminibus, calamitatibus, & adversis quibusque, ac in prosperitatibus amici, advocati, & mediatores inferiores communi Ecclesiæ voce nuncupantur; inferiore quidem ratione, & modo, sed tamen ut secundarii mediatores a nobis colendi, & invocandi sunt. Inter hos omnes post Christum eminet Beatissima Virgo Maria, quæ est nostra secunda salutis ancora, refugium, & solatium nostrum, cujus invocationem, non modo utilem, sed necessariam asserit P. Franciscus Suarez laudata *disp.* xxxii. *sec.* 3. sub finem his verbis: *Sentit ergo Ecclesia Virginis intercessionem, & orationem pro omnibus aliis sibi esse utilem, ut necessariam. Est ergo B. Virgo a nobis pro omnibus oranda.* Hinc etiam ob singularem suam eminentem dignitatem cultum peculiarem & proprium hyperduliæ sibi vendicat. Secundum Christum, & B. Virginem invocandi sunt etiam Sancti, ut in pluribus divina splendeat majestas, & ab omnibus laudetur. Amen.

## CAPUT IX.

*Pro omnibus viatoribus orandum, etiam pro animabus in purgatorio detentis, quibus prodesse vivorum suffragia ostenditur.*

I. A Deo compertum est pro omnibus qui in terris degant, sive fideles sint, sive infideles, sive amici, sive inimici, sive iusti, sive peccatores, orandum esse, ut nec haeretici ipsi in diserimen vocare audeant. Textus quippe Scripturae divinae manifesti sunt. *Orate pro invicem, ut salvemini*: inquit Iacobus cap. v. *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus*: subdit D. Paulus I. *ad Timoth.* II. Denique D. Matthaeus Evangelista expresse praecipit pro inimicis orandum, ac si pro iis qui inimici non sunt, mandato non egeremus. *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos*. Rationem tradit Angelicus Doctor 2. 2. *quaest.* LXXXIII. *art.* 7. Omnes siquidem mortales tenentur amore caritatis diligere. Quemadmodum Christus pro omnibus mortuus est, ita pro omnibus est orandum. *Pro peccatoribus* (inquit Angelicus) *orandum, ad convertantur; & pro iustis, ut perseverent, & proficiant.*

II. A precibus nostris excluduntur beati, quia sunt in termino, in quo omni felicitate illis debita gaudent. Ob hanc contrariam rationem non licet pro damnatis preces fundere, quia & hi sunt in termino propriae damnationis, ubi nulla spes salutis adest: unde frustraneae essent orationes nostrae pro illis, & ex errore proficiscerentur, quasi illorum damnatio non esset aeterna. Pro omnibus tamen defunctis fidelibus orandum quos certo nobis non constat in peccato mortali decessisse. Haec omnia communia sunt.

III. De animabus in purgatorio detentis controversia est Catholicos inter & haereticos. Lutherani, & Calviniani negant suffragia nostra defunctis prodesse. Praecursores huius erroris habuere Arianos, aliosque, quos refert Epiphanius *haeres.* LXXV. Quoniam vero Doctores catholici absque numero lato calamo suffragia vivorum defunctis prodesse strenue demonstrarunt; idcirco paucis rem hanc perstringam. Et primum suffragia nostra defunctis prodesse clare habetur in *Lib. II. Machabaeorum cap.* XII. ubi de Iuda Machabaeo sic legitur: *Duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene, & religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret; superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.* Ut ab hoc textu adeo explorato te expediant Lutherani, negant librum hunc libris divinis authenticis accensendum esse. Quoties documenta quae ad illorum refutandos errores adducimus, adeo pervia sunt, & comperta, ut nulla cavillatione eludi queant, ficta fronte sacros libros tamquam supposititicios & apocryphos calumniantur. Verum Ecclesia catholica Dei spiritu directa declaravit, perenni Patrum traditione librum hunc divinum esse.

IV. Evincitur ratione sententia catholica. Ecclesia sive militans, sive triumphans unum corpus constituit, ut dictum est supra, cuius caput est Christus. Ergo omnia membra & invicem, & cum capite communicare debent, ut ait Apostolus *I. Cor. cap.* XII. Invicem sollicita sunt membra; & si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Si itaque animae purgatorii sunt Ecclesiae membra, suntque nobiscum, & cum Deo fide, spe, & caritate coniunctae; consequitur ut viventes debeant eiusmodi defunctas animas iuvare; quemadmodum unius corporis membrum adiuvat alia membra. Hunc influxum unius membri in alia eiusdem corporis membra supra latius explicuimus. Accedit universalis praxis Ecclesiae, cuius nomine Sacerdotes omnes in Missae Canone orant pro defunctis. Solent quoque afferri innumerae earumdem animarum apparitiones, & revelationes, quibus palam factum est vivorum suffragiis liberatas has animas fuisse. Omnes quae narrantur, non esse authenticas vel ipse concedo rim. At omnes ut apocryphas reiicere iustitia non caret.

V. Opponunt haeretici illud Apocalypsis v. *Beati mortui qui in Domino moriuntur: opera enim illorum sequuntur illos*: & illud ad Galatas VI. *Quae enim homo seminaverit, haec metet*: tandem illud II. ad Cor. v. *Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit*. In his locis iterum monem haberi de vita aeterna, docet D. Thomas in *IV. dist.* XLV. *quaest.* II. *art.* I. *ad* 1. Sed aliud est, quemquam suis meritis consequi debere aeternum praemium; aliud longe diversum, poenarum debitum aliorum solutione remitti posse. Quae doctrina aliis conceptis divinae Scripturae testimoniis confirmari potest. Nam D. Paulus I. ad Cor. XV. *Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt?* Duplici interpretatione hunc textum exponit Angelicus hic loch. 4. *Si oratio unius prodest alteri, quare non etiam baptismus? Ad hoc est duplex responsio. Una est, quod opera quae faciunt vivi, prosunt mortuis propter unionem caritatis, & fidei: & ideo non prosunt nisi illis qui decedunt cum caritate, & fide: unde infidelibus nec oratio, nec baptismus vivorum prosunt; tamen oratio prodest illis qui sunt in purgatorio. Alia responsio, & melior: quia bona opera valent mortuis, non solum ex vi caritatis, sed etiam ex intentione facientis. Sicut, si ego dicerem psalterium pro aliquo qui est in purgatorio, qui tenebatur dicere, ut satisfaciam pro eo; valet quidem quantum ad satisfactionem solum illi pro quo dico.* Si plura cupis, consule Angelicum ipsum *loc. cit.* Neque opponant haeretici nullius ponderis esse D. Thomae auctoritatem, cum sit Auctor recentior. Quoniam eodem sensu loquuntur antiquiores Patres. Nam Cyrillus Ierosolymitanus *catechesi* v. inquit: *Oramus pro omnibus qui inter nos vita functi sunt, credentes magnum esse animarum iuvamen*. D. Dionysius Areopagita *Lib. de caelesti Hierar. part.* III. *cap.* VII. scribit: *Preces fundere pro mortuis, a magistris nostris a Deo accepimus*. Sint suppositicia, ut plures contendunt (quod tamen adhuc demonstratum non est) opera sub nomine Dionysii vulgata; Auctor tamen, quicumque fit, vetustus est. Sed quid ultra pergo? cum & Doctores catholici pleno in lumine rem hanc constituerint, & Concilium Tridentinum *sess.* XXV. *decret.* I. definierit, *animas in purgatorio detentas fidelium suffragiis, potissime vero acceptabili altaris sacrificio, iuvari.*

VI. Opponunt iterum. Sanctos in caelis existentes non orare pro animabus purgatorii: alioquin, cum preces illorum efficaces sint, purgatorium illico evacuaretur. Ergo nec nos orare debemus. Praeterea nulla est vivorum cum mortuis communicatio, ut Philosophus docet. Ergo orationes nostrae defunctis in purgatorio existentibus non prosunt. Resp. Sancti in caelo regnantes non sunt in statu merendi, aut satisfaciendi sive pro se, sive pro aliis; orant tamen tum pro vivis, tum pro defunctis, impetrando aut poenarum remissionem, aut peccatorum veniam. Impetratio sola nititur liberalitate concedentis. Et quia Deus, ut sua iustitia locum habeat, non semper exaudit beatorum preces pro defunctis sibi oblatas; idcirco Sancti conditione appolita, nimirum si divinae iustitiae congruat, pro defunctis orant; & sic purgatorium non evacuatur. Brevius: simplex mulierecula non ita pridem saperdae cuidam simile argumentum obiicienti respondit: Purgatorium numquam evacuatur: quia quotidie animarum plures illinc exeunt, & quotidie plures illuc ingrediuntur. Hoc naturali simplicique responso os rursus obstruxit. Nullum vivorum cum mortuis civile commercium; at mutua inter illos communicatio fidei, spei, & caritatis. His sacris iunguntur vincula, quibus unum corpus, & unam Ecclesiam, vario statu diffinctam, efficiunt: atque adeo viventes, cum sint in statu merendi, satisfaciendi, & impetrandi, defunctis extrema calamitate afflictis succurrere valent.



XII. Ut clarius quae dicta sunt percipiantur, doctrinam D. Thomae huc transcribere iuvat. Inquit ille in IV. dist. XLV. quaest. II. art. 1. quaestiunc. 1. *Meritum Deum obligat ad sui remunerationem ex iustitia stricta, si est meritum condignum; vel potentiali, sicut est amicitia, si sit meritum congrui, quo Deus obligatus ex gratitudine praemiat. Impetratio autem non obligat Deum ex iustitia; sed petitum obtinet ex sola liberalitate largientis.* Oratio, & quodlibet aliud opus bonum triplicem habere effectum potest, meritum, satisfactionem, & impetrationem. Duplex autem distinguunt Theologi meritum, de *condigno*, & de *congruo*. Hoc meritum fundatur in caritate. Qui orat, bonumque operatur, si gratia divina ornatus est, atque adeo caritate ardet, orans sibi de condigno praemium vitae aeternae meretur. Hoc tamen praemium, cum sit infiniti valoris, nequit influs aliis de condigno mereri. De congruo tamen hoc praemium, nempe gratiam, & beatitatem, aliis obtinere valet. Quoniam meritum illud in liberalitate concedentis, & in amicitia cum orante fundatur. Hinc patet clarior explicatio illius textus: *Opera enim illorum sequuntur illos*: quia quisque sibi tantum de condigno, seu ex iustitia, mereri potest aeternam mercedem; aliis vero solummodo de congruo, ut dictum est.

est. Porro hoc est meritum inter, & orationem discrimen, quod meritum in justitia ad præmium situm est, & quidem perfecta, si meritum sit de condigno; imperfecta vero, si meritum sit de congruo: oratio autem pro suo fundamento solam habet liberalitatem illius qui oratur. Quapropter & beati, & peccatores, quamquam mereri nequeant, impetrare valent. Distinguitur quoque meritum ab impetratione: quod meritum, sive de congruo, sive de condigno, in eo solum reperitur qui gratia sanctificante ornatus est; impetrare vero peccatores etiam possunt, ut docet Augustinus tract. xiv. in Joannem. *Si peccatores non exaudiret Deus, frustra Publicanus dixisset: Domine, propitius esto mihi peccatori.* Ex quibus colligitur orationem sive vocalem, sive mentalem, cum opus laboriosum sit, satisfaciendi vim habere, si ab homine justo proficiscatur, quemadmodum & merendi. Hi tamen duo effectus cuilibet operi bono quod justus elicit, convenire possunt, & reapse conveniunt, si ceteræ conditiones adsint ad meritum necessariæ. Proprius autem effectus orationis est impetratio. In Scriptura dicitur, bonam esse orationem quam jejunium, & eleemosyna comitantur. Quoniam jejunium, & eleemosyna sunt dispositiones ad facilius obtinendum id quod petitur oratione. Ex quibus infertur, orationem, & quodlibet aliud opus bonum applicari posse in suffragium defunctorum, pro ut habet rationem satisfactionis, & impetrationis; quamquam non possit sub ratione meriti.

VIII. Quæst. I. *Prosunt ne infallibiliter eiusmodi suffragia quæ animabus purgatoris applicantur?* Resp. Affirmant Suarez *de pœnit. disp.* xxvi. *sect. 3. num.* 3. Lugo *disput.* xxvi. *de pœnit. sect. num.* 5. quin necessaria sit nova Dei acceptatio. Negant autem Medina *tract.* iii. *de satisfactione quæst.* ii. & iii. Corduba *de indulgentiis quæst.* v. *ad* 8. Salmanticenses denique *tract.* xxi. *cap.* ix. *punct.* 5. §. 2. *num.* 86. media via incedunt, docentque suffragia fidelium oblata pro defunctis infallibiliter habere ex Dei lege quod minuant pœnas eorum; minime vero quod eos absolvant a tota pœna, etiamsi condigna sint, & redundantia. Res tanti non est ut longiorem requirat discussionem. Quemadmodum ex divina lege habetur quod hæc suffragia defunctis prosint, ita ex divina voluntate pendet eorumdem efficacitas. Quoniam Deus eadem applicat, prout magis vel minus capax est animæ illi pro qua satisfactio offertur, sicut observat D. Thomas in IV. dist. xlv. quæst. ii. artic. 1. quæstiunc. 3. ad 6. *Ad hoc quod suffragium alicui valeat, requiritur & ex parte eius pro quo fit, capacitas huius valoris, & hanc homo acquisivit per opera propria quæ gessit in vita; & ut loquitur Augustinus in Enchirid. cap.* cix. *eis hæc prosunt qui cum viverent, hæc sibi ut postea possent prodesse, meruerunt.* Et alibi. *Secundum hoc iuvatur aliquis mortuus ex suffragiis, secundum quod, dum viveret, meruit ut iuvaretur post mortem* &c. Quælibet ergo ex tribus recensitis opinionibus aliquo in sensu vera est. Nam quod suffragia pro mortuis oblata absolute opem ferant alicui defunctorum, quin necessaria sit nova acceptatio, planum est: quia Deus ipse sic disposuit. Quod autem huic defuncto prosint, vel alteri, quod totam, aut partem remissionis pœnarum hæc suffragia consequantur; id ex divina voluntate, & clementia pendet. Solus quippe Deus dispositionem, & capacitatem illius defuncti pro quo satisfactio offertur, cognoscit, atque adeo efficacitas suffragii ab eiusdem pendet applicatione. Nec refert quod suffragium ob latum adæquet, aut excedat solutionem pœnæ eorum qui sunt in purgatorio, expectoque; sicut etiam nec per unum sacrificium quod aliquis homo offert, liberatur a tota satisfactione debita pro peccatis: unde & quandoque plures Missæ in satisfactionem unius peccati iunguntur.

IX. Quæst. II. *Suffragia pro pluribus oblata, æque ne omnibus prosunt?* Resp. Suffragia quæ offeruntur per modum satisfactionis, planum est non æque prodesse pluribus ac uni, vel alteri applicata: quoniam, cum sint finita & limitata, quo pluribus applicantur, eo magis minuuntur, ut docet Angelicus in IV. dist. xlv. artic. 4. quæstiunc. 2. *Si autem consideretur valor suffragiorum, inquantum sunt satisfactiones quædam, per intentionem facientis translatæ in mortuos, tunc magis valet suffragium alicui quod pro eo singulariter fit, quam pro eo quod communiter fit & multis aliis:* & ob hanc rationem constituta sunt, inquit ille paulo post, suffragia peculiaria, & specialia in Ecclesia. Si vero suffragia considerentur ut impetratoria, tunc æque prosunt pluribus ac paucis: quia impetratio fundatur in sola Dei liberalitate, ut idem Angelicus docet loc. cit. *Si valor suffragiorum consideretur secundum quod valent ex virtute caritatis unientis membra Ecclesiæ, suffragia pro multis facta tantum singulis prosunt, ac si pro uno tantum fierent: quia caritas non minuitur, si dividatur effectus eius in multos, immo magis augetur: & similiter etiam gaudium, quando pluribus est commune, sit magis, ut dicit Augustinus* VIII. *Confess. & sic de uno bono facto non minus lætantur multi in Purgatorio quam unus.* Oratio ergo, non quatenus est opus pœnale, & satisfactorium, sed ut est impetratoria, æque pluribus, ac paucis prodest.

X. Quæst. III. *Quot annorum spatio detineantur in purgatorio animæ illæ pro quibus nulla offeruntur suffragia?* Resp. P. Dominicus Soto in *IV. Sent. dist.* xix. *quæst. art.* 2. in fine hæc scribit. „ Clementia Dei non „ fert multo tempore amicos suos a suo con„spectu cohibere; & ideo sapientissima eius „ providentia fuit illas pœnas ad eos expur„gandos infligere quæ brevi tempore possent „ animas illic repurgare: nam cum illa sup„plicia sint supernaturalia, quæ subiectum „ corrumpere non possunt, potuit quamcum„que temporis longitudinem accumulatis „ pœnis supplere. Quapropter crediderim, „ numquam aliquem in purgatorio viginti „ annis exitisse, immo, ut mea fert opi„nio, nec decem. Nam, cum nemo illic „ sit, nisi Dei amicus, contritio ejus, & „ post Christum passum sacramenta, & suffra„gia, & bona quæ egit opera, ad cumu„lum ei satisfactionis accedunt. In summa „ non est credibile ut quos pœnarum accu„mulatione expedire Deus brevius inde „ potuit, temporis prolixitate detineat. “ Quam doctrinam repetit *ibi dist.* xxi. *quæst.* 11. *art.* 1. *concl.* 1. Salmanticenses *tract.* xxi. *cap.* 1. *punct.* 5. §. 2. *num.* 90. hanc Dominici Soto sententiam manifestæ falsitatis arguunt, contendentque virtualiter fuisse damnatam ab Alexandro VII. in propos. xliii. *Adnum legatum pro anima relictum non durat plus quam per decem annos.* „ In „ qua propositione (inquiunt laudati Patres) „ virtualiter damnat Pontifex prædictam So„ti sententiam; cum illa innixus, prolibi„tam propositionem absque dubio, qui eam „ tenuit, protulerit. “ Tanta ne connexio est, tamque evidens propositionem damnatam inter Soti sententiam, ut hac nixus Auctor propositionem istam damnatam protulerit? Ponamus hypothesim, animarum pœnas quinquennii intervallo concludi. Sempronius legat in perpetuum unam Missam. Qua, quæso, ratione restringi ad quinquennium potest legatum istud? Nec enim quinquennio evacuatur purgatorium. Quin si vel solo biennio finem haberent animarum tormenta, non propterea vacuum purgatorium remanerer; cum quotidie in illum animæ plures descendant. Sempronius ergo, licet perfunctus, si non ultra quinquennium detinendum fore in purgatorii carcere, instituit tamen legatum perpetuum in suffragium defunctorum tum fuæ posteritatis, quam sperat duraturam usque ad mundi finem, tum aliorum qui sunt, & qui erunt in purgatorio. Ideo ne iure Theologus poterit ad solum quinquennium reducere legatum istud? Nemo lanæ mentis hoc dixerit. Nulla igitur inter Soti sententiam & thesim proscriptam connexio. Quapropter falsior ne sit censura in sententiam Soti lata, an Soti sententia, aliorum esto iudicium. In votis minime est Soti sententiam propugnare; sed tantummodo a censura damnationis vel virtualis eam vindicare. Quoniam annui legati diuturnitas, non a multitudine annorum quibus animæ in purgatorio torquentur, sed a sola legantis voluntate pendet. Disparata ergo hæc duo cum sint, perperam Salmanticenses unum ex altero collequi indubie asseverant. Ad veritatem porro sententiæ Soti quod attinet, aio nihil certi hac in re constitui posse, cum sit arcanum soli Deo notum. Coniecturæ, & congruentiæ quas P. Soto adducit contra diuturnam animarum detentionem in purgatorio, minus fortasse ipsemende sint quam non paucæ apparitiones revelationesque quæ obtruduntur. Hinc tamen inferre minime volo quod rationes P. Soti recte inferant aliquod debitum temporis spatium nobis notum. Sed nec apparitiones obiectæ solidius concludunt integris seculis torqueri præfatas animas. Quin, si coniecturis dandum quidquam esset a Soto indicatis, rationabilior videtur opinio quæ brevitatem quam quæ diuturnitatem pœnarum defendit. Malignam in mortuos Dei liberalitatem, nimiumque redundantem in vivos, depræcatur videntur recentiores. Utique iusta multitudinem peccatorum longiores luere pœnas debent animæ illæ, sed diuturnitas hæc supplicii atrociori severitate compensari potest, ut divina iusti-

tia plene satisfacta brevi remaneat. Quo posito, non incongrue ratiocinatur Soto, non esse videlicet verisimile quod Deus infinite misericors tanto tempore sua præsentia, suone vultu privare velit sponsas illas quas æterno amoris fœdere sibi copulatas habet, quæque erga ipsum summa amore ardent, & ab eodem summopere amantur. Quæ sane veritas, posita altera quod divinæ justitiæ brevi tempore satisfieri valeat, aucto pœnarum rigore, potius favet opinioni quæ credit plura fulmina non esse craciandas animas illas, quam contrarie, quæ ad frenia usque supplicia hæc protrahit, & durationem extendit. Hinc est quod D. Thomas docet, animabus quæ nullum hic in terris benevolum suffragatorem habent, applicari a Deo sacrificia oblata pro illis quæ aut non indigent, aut capaces non sunt talis beneficii. *Credibile tamen est*, (inquit Angelicus in IV. dist. xlv. quæst. 11. artic. 4. quæstiunc. 3. ad 2.) *quod per divinam misericordiam, si aliquid de specialibus suffragiis superest his pro quibus fiunt, ut scilicet eis non indigeant, aliis dispensetur, pro quibus non fiunt, si eis indigeant, ut patet per Damascenum in sermone de dormientibus sic dicentem: Deus tamquam justus commetitur impotenti debilitatem, tanquam suscipiens vere defectum communationem negotiatur: quæ quidem negotiatio attenditur, quod id quod deest sui, alter supplet.* Nihil tamen certi hac in re constitui potest, aut definiri. Sed ex variis coniecturis divinari licet, quid magis congruat divinæ misericordiæ: quæ, si velim peccatores dives est, ditissima, & effusissima sane credenda est erga animas illas quæ sibi consummata caritate coniunctæ sunt.

## CAPUT X.

*Qui orare debeant, & quorum orationes certo exaudiantur.*

I. QUI omnium consensu orare nequeunt, sunt divinæ personæ ut divinæ sunt, quæ nullum habent superiorem quem orare valeant. Oratio autem actus religionis est, qui ab inferiore erga superiorem exercetur. Christus autem Dominus, cum ratione humanitatis inferior sit Deo, & seipsum ut Deum, & alias divinas personas orare valet. Et reipsa pro nobis in cœlo interpellat. *Semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Hebr. v.

II. Quæst. I. *Utrum peccatores orare debeant, & exaudiantur a Deo?* Resp. Sermo haud est de peccatoribus qui in publicis ministeriis nomine Ecclesiæ orant. Exploratum est enim istos & orare debere, & impetrare aliquid a Deo iis pro quibus orant. Peccatores quoque privatos orare debere certum est. Quod autem ad impetrationem attinet, docet Angelicus 2. 2. *quæst.* lxxxiii. *artic.* 16. quod si peccator quidquam a Deo petat secundum desiderium peccati, numquam exaudiatur ex misericordia, sed interdum ad vindictam; ut dum quis vindictam de inimico a Deo postulat, quam Deus in pœnam præcedentium criminum permittit. Peccatores quoque qui reipsa flagrant iniquitatis amore, affectumque fovent erga pravas consuetudines, non exaudiuntur, nisi forte in vindictam. Quapropter dicebat David Psalm. lxv. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Contra vero peccatores qui peccatum detestantur, pioque desiderio afficiuntur, plerumque quod petunt impetrant. Sic exauditi fuere Manasse, Publicanus, mulier peccatrix, latro, & innumeri alii. Huc pertinet illud: *Omnis qui inverterit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Resp. D. Thomas *loc. cit.* sibi opponit eiusmodi textus, quibus sic respondet. *Dicendum, quod, sicut Augustinus dicit super Ioannem (tract. xliv.) illud verbum sit casu additum, videlicet nondum perfecte illuminati; & ideo non est ratum: quamvis possit verificari, si intelligatur de peccatore, inquantum est peccator: per quem etiam modum oratio eius dicitur execrabilis.* Effatum ergo illud prolatum a cæco non est absolute verum. Si enim peccatores non exaudiret Deus, inquit Augustinus *loc. cit.* frustra dixisset Publicanus: *Domine, propitius esto mihi peccatori.* Vel, si velimus afferere sententiam cæci veram esse, intelligenda est de peccatore, ut peccatore petente ut Deus testificetur aliquid falsum, videlicet quod peccator bonus sit; quod fieri nequit. Hac ratione explicanda est altera auctoritas, nempe orationem illius peccatoris esse execrabilem, qui obstinato animo in peccato perseverat.

IV. Quæst. II. *Sunt ne invocandæ animæ in purgatorio existentes, ut pro nobis orent?* Resp. Admirant plures gravissimi Theologi. Bellarminus *Lib. II. de Purgat. cap. xv.* Franciscus Sylvius *in Supplem. III. Part. q.* lxxi. *art.* 5. Lessius *Lib. II. cap.* xxxvii. *dub.* 5. *numer.* 23. Layman *tract.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. Bonacina *de Hor. canon. quæst.* 1. *punct.* 1. Castropalaus *tract.* vii. *disp.* 1. *punct.* 4. & alii. Bellarminus probat hanc sententiam, D. Thomæ rationes confutando. Quamquam, inquit, D. Thomas contrariam doceat, eius rationes non convincunt. Non prima, quod nempe Deum non videant: quia tempore veteris testamenti orabant sancti defuncti pro vivis; cum tamen nec ipsi Deum viderent. Neque secunda, quia sint in tormentis: quoniam dives orabat in inferno pro fratribus suis. Non tertia, quod sint nobis inferiores: tum quia nos oramus pro Episcopis, & Pontificibus: tum etiam quia licet purgatorii animæ sint nobis inferiores ratione pœnarum, superiores tamen sunt ratione gratiæ, & caritatis, in qua confirmatæ experiuntur. Tandem pro se orare possunt: ergo etiam pro nobis.

V. Oppositam sententiam defendit D. Thomas 2. 2. *quæst.* lxxxiii. *art.* 4. *ad* 3. & *art.* 11. *ad* 5. & *in IV. dist.* xv. *quæst.* iv. *art.* 3. *ad* 2. Sylvester *verb. Oratio.* Torre 2. 2. *quæst.* lxxiii. *art.* 4. *disp.* 6. Ioannes a S. Thom. *disp.* xxvi. *art.* 8. Navarrus *in Manual. cap.* 1. *de orat. num.* 22. Alensis *IV. Part. quæst.* xxvi. *memb.* 3. *art.* 5. §. 1. Abulensis *in cap.* vi. *Matt.* Prado *Tom. II. cap.* xxx. *quæst.* xv. Azorius *I. Part. Lib. IX. cap.* x. *quæst.* x. Antonius a Spiritu sancto *IV. Part. tract. v. cap.* iii. §. 2. Salmanticenses *tract.* xxi. *cap.* ix. *punct.* 3. §. 2. *num.* 24. & D. Thomas *loc. cit. art.* 4. *ad* 3. hæc scribit, *Dicendum, quod illi qui sunt in hac vita, aut in purgatorio, modum fruuntur visione Dei, ut possint cognoscere ea quæ nos cogitamus, vel dicimus; & ideo eorum suffragia non imploramus oranda, sed a viris petimus colloquendo.* Deinde art. 11. ad 3. *Illi qui sunt in purgatorio, licet sint superiores nobis propter impeccabilitatem, sunt tamen inferiores quantum ad pœnas quas patiuntur; & secundum hoc non sunt in statu orandi, sed magis ut oretur pro eis.* Igitur animæ degentes in purgatorio preces nostras non audiunt, nec agnoscunt: carent enim visione Dei, in quo possint preces, & egestatem nostram agnoscere. Porro frustra eos imploramus qui nos audire nequeunt. Hoc nobis heterodoxi obiiciunt argumentum respectu Sanctorum in cœlo regnantium. Cui nos respondemus, Sanctos in cœlo latantes reapse agnoscere preces nostras sive in Verbo, sive alia ratione. Debent ergo & contrariæ sententiæ patroni modum assignare quo animæ purgatorii nostras dignoscant preces: alioquin semper consistet doctrina D. Thomæ, quod frustra oratur ille qui orantem audire nequit. Accedit quod rationi congruere non videtur, reum preces fundere ad Regem



*quasi ex iustitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pura misericordia; observatis tantum quatuor præmissis conditionibus, ut scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, pie, & perseveranter.* loc. cit. Hæ conditiones conferunt ad rectam intelligentiam illius propositionis allati textus: *Orationem peccatoris ex bona naturæ, desiderio procedentem Deus audit.* Quæ propositio, ut animadvertunt etiam Franciscus Suarez; & Sylvius in commentariis ad eiusdem articulum, non est ita accipienda, quasi hunc articulum, non elicita accipienda, quasi oratio solis naturæ viribus edita salutaris sit, seu Deo grata in ordine ad salutem æternam spiritualem. Patet siquidem Angelicum ex adiectis conditionibus *pie*, & *perseveranter* sermonem habere de oratione facta a peccatore Dei illustratione, & pia affectione, seu actuali quadam cœlesti gratia prævento, & pœnitentiam anhelante: quapropter *art.* 15. statuit, ipsum *orare* esse *quodammodum donum Dei*. Opponit ergo naturam culpæ, ut ex integro textu colligitur, non gratiæ.

III. Obiicies. Ioannes *cap.* ix. inquit: *Scimus quia peccatores Deus non audit.* Et Proverb. xxviii. *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Resp. D. Thomas *loc. cit.* sibi opponit eiusmodi textus, quibus sic respondet. *Dicendum, quod, sicut Augustinus dicit super Ioannem (tract. xliv.) illud verbum sit casu additum, videlicet nondum perfecte illuminati; & inuenti, videlicet nondum perfecte illuminati; & ideo non est ratum: quamvis possit verificari, si intelligatur de peccatore, inquantum est peccator: per quem etiam modum oratio eius dicitur execrabilis.* Effatum ergo illud prolatum a cæco non est absolute verum. Si enim peccatores non exaudiret Deus, inquit Augustinus *loc. cit.* frustra dixisset Publicanus: *Domine, propitius esto mihi peccatori.* Vel, si velimus afferere sententiam cæci veram esse, intelligenda est de peccatore, ut peccatore petente ut Deus testificetur aliquid falsum, videlicet quod peccator bonus sit; quod fieri nequit. Hac ratione explicanda est altera auctoritas, nempe orationem illius peccatoris esse execrabilem, qui obstinato animo in peccato perseverat.

IV. Quæst. II. *Sunt ne invocandæ animæ in purgatorio existentes, ut pro nobis orent?* Resp. Admirant plures gravissimi Theologi. Bellarminus *Lib. II. de Purgat. cap.* xv. Franciscus Sylvius *in Supplem. III. Part. q.* lxxi. *art.* 5. Lessius *Lib. II. cap.* xxxvii. *dub.* 5. *numer.* 23. Layman *tract.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. Bonacina *de Hor. canon. quæst.* 1. *punct.* 1. Castropalaus *tract.* vii. *disp.* 1. *punct.* 4. & alii. Bellarminus probat hanc sententiam, D. Thomæ rationes confutando. Quamquam, inquit, D. Thomas contrariam doceat, eius rationes non convincunt. Non prima, quod nempe Deum non videant: quia tempore veteris testamenti orabant sancti defuncti pro vivis; cum tamen nec ipsi Deum viderent. Neque secunda, quia sint in tormentis: quoniam dives orabat in inferno pro fratribus suis. Non tertia, quod sint nobis inferiores: tum quia nos oramus pro Episcopis, & Pontificibus: tum etiam quia licet purgatorii animæ sint nobis inferiores ratione pœnarum, superiores tamen sunt ratione gratiæ, & caritatis, in qua confirmatæ experiuntur. Tandem pro se orare possunt: ergo etiam pro nobis.

V. Oppositam sententiam defendit D. Thomas 2. 2. *quæst.* lxxxiii. *art.* 4. *ad* 3. & *art.* 11. *ad* 5. & *in IV. dist.* xv. *quæst.* iv. *art.* 3. *ad* 2. Sylvester *verb. Oratio.* Torre 2. 2. *quæst.* lxxiii. *art.* 4. *disp.* 6. Ioannes a S. Thom. *disp.* xxvi. *art.* 8. Navarrus *in Manual. cap.* 1. *de orat. num.* 22. Alensis *IV. Part. quæst.* xxvi. *memb.* 3. *art.* 5. §. 1. Abulensis *in cap.* vi. *Matt.* Prado *Tom. II. cap.* xxx. *quæst.* xv. Azorius *I. Part. Lib. IX. cap.* x. *quæst.* x. Antonius a Spiritu sancto *IV. Part. tract. v. cap.* iii. §. 2. Salmanticenses *tract.* xxi. *cap.* ix. *punct.* 3. §. 2. *num.* 24. & D. Thomas *loc. cit. art.* 4. *ad* 3. hæc scribit, *Dicendum, quod illi qui sunt in hac vita, aut in purgatorio, modum fruuntur visione Dei, ut possint cognoscere ea quæ nos cogitamus, vel dicimus; & ideo eorum suffragia non imploramus orando, sed a viris petimus colloquendo.* Deinde art. 11. ad 3. *Illi qui sunt in purgatorio, licet sint superiores nobis propter impeccabilitatem, sunt tamen inferiores quantum ad pœnas quas patiuntur; & secundum hoc non sunt in statu orandi, sed magis ut oretur pro eis.* Igitur animæ degentes in purgatorio preces nostras non audiunt, nec agnoscunt: carent enim visione Dei, in quo possint preces, & egestatem nostram agnoscere. Porro frustra eos imploramus qui nos audire nequeunt. Hoc nobis heterodoxi obiiciunt argumentum respectu Sanctorum in cœlo regnantium. Cui nos respondemus, Sanctos in cœlo latantes reapse agnoscere preces nostras sive in Verbo, sive alia ratione. Debent ergo & contrariæ sententiæ patroni modum assignare quo animæ purgatorii nostras dignoscant preces: alioquin semper consistet doctrina D. Thomæ, quod frustra oratur ille qui orantem audire nequit. Accedit quod rationi congruere non videtur, reum preces fundere ad Regem

pro

pro aliis eo ipso tempore quo ipse detinetur in carcere ad persolvenda debita contracta ob offensas Regi illatas. Postremo Ecclesia numquam consuevit preces suas dirigere ad animas purgatorii, ut pro nobis orent; quod argumento est, ipsam sentire prafatas animas pro nobis orare non posse.

VI. Ad obiecta adversariorum facilis est responsio. Primum est. In veteri testamento asserunt patres orasse pro vivis, dum extabant in limbo. Ut clarior evadat responsio, observandum, aliud esse quod animæ defunctorum orent pro populo universo, & in communi, ex notitia, antequam decederent, habita; & aliud longe diversum, eas orare ut a viventibus interpellatas pro hoc vel illo. Primum non negatur. Sic Moyses, Ieremias, aliique patres pro populo orarunt vi notitiæ quam habuerunt, dum in vivis erant. Ad secundum, idem dicendum de divite orante in inferno pro fratribus suis: illius tamen oratio vera non fuit; sed naturalis quædam, & violenta exclamatio. Nec enim damnati velle bonum possunt vel fratribus, aut cuiquam. Ad tertium dicimus, verum esse nos orare pro Episcopis, & Pontificibus: quia licet interiores simus ratione dignitatis, & gradus, sumus tamen viatores, & in statu orandi. At animæ purgatorii non sunt in statu orandi, ut dictum est, quatenus a nobis interpellatæ, quia nequeunt nostras agnoscere supplicationes. Coniecturæ quas affert D. Thomas, non seorsim accipiendæ sunt, sed coniunctim, simulque unitæ. Quare unica fere ratio cur animæ purgatorii non orent pro viventibus, sigillatim est, quia eas latent illorum supplicationes, & egestates. Hæc tamen adeo lucalenta non sunt, ut probabilitatem adversæ sententiæ negemus: potissimum quod D. Thomas, ut optime advertit Sylvius, non ex instituto rem hanc discussit. Porro licet animæ prælatæ non orent pro aliis ob rationem allatam; certum tamen nobis videtur quod orent pro seipsis: quoniam potissima, & fere unica ratio cur pro nobis non orare dicimus, est, quod ignorent supplicationes nostras. At eas minime latent propriæ calamitates; atque adeo divinam clementiam exorare valent. Et quamquam in carcere sint ad solvendum debitum, nil obstat quin ad divinam se recipere clementiam valeant. Hanc opinionem defendunt Ioannes a S. Thoma, Torre, Layman, Salmanticenses, Palaus, & alii.

VII. Angelos, Sanctosque in cælo regnantes orare posse pro nobis viatoribus, & quod reipsa orent, non modo generatim, sed sigillatim, etiam certum est, & ex iis quæ dicta sunt, constat. Orant autem & petendo quæ nobis profutura vident, & nostras preces Deo offerendo. Nec obstat quod beati sciant quæ Deus facturus est, & an exauditurus sit preces hominum; atque adeo superfluam fore eorum intercessionem. Quoniam non est explectum, perpecta omnia esse beatis quæ ad illorum statum minime pertinent. Qua de re consule D. Thomam *I. Part. quæst.* CXIII. *art.* 8. Caietanum 2.2. *quæst.* LXXIII. *art.* 4. *& III. Part. quæst.* X. *art.* 2. Quando agnoscunt quæ Deus concessurus, aut negaturus petentibus est, tum simplici affectu, & conformato Deum orant, quemadmodum oravit Christus, ut liber a morte crucis evaderet. Quod damnati non orent oratione vera, quæ ex fide, & pia affectione proficiscatur, iam diximus supra, ubi indicatum est, damnatos interdum quædam a Deo petere, ut petierant Iobi tribulationem, quæ petitiones haud sanæ orationes dicendæ.

VIII. Omnes denique viatores, sive iusti, sive peccatores, orare valent. Illorum orationes semper a Deo exaudiuntur, nisi vel res quæ petitur, incongrua sit, minusque expediens divinæ gloriæ; vel orans obicem ponat, deficiatque aut in fide, aut in perseverantia. Ne multa: Si oratio quatuor assignatis conditionibus ornata sit, semper impetrat quod petit.

DIS-



# DISSERTATIO II.

## DE

## *HORIS CANONICIS.*

### CAPUT I.

*Propositiones damnatæ recensentur.*

IN *die Palmarum recitans officium, paschale satisfacit præcepto.* Alexander VII. prop. 34. *Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.* Idem prop. 35.

*Restitutio a Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eo quod sit pœna.* 20.

*Habens capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit sua obligationi, si officium per alium recitet.* 21.

*Restitutio fructuum ob omissionem horarum supplori potest per quascumque eleemosynas quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.* 33.

*Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur: quia pars maior trahit ad se minorem.* 54. Innocentii XI.

*PROPOSITIONES LAXÆ.*

P. Thomas Tamburinus *Lib. I. in Decalog. cap.* III. §. 7. *vers.* Beneficiarius *num.* 1. *& 2.* „ Dicemus infra Lib. II. Beneficiarium tenue beneficium possidentem non obligari ex probabili sententia ad horas canonicas persolvendas. Quid ergo erit, si quando, omnibus expensis, ambigatur utrum beneficium sit tenue nec ne? Resp. Puto „ probabile cum Valquez obligari, & item „ probabile non obligari cum Caramuel. „ Quare alteram ex his sententiis, quam tibi libet, amplecti licet. "

Idem Tamburinus *Lib. II. methi. celebr. Missæ. cap.* VI. *num.* 5. „ Itaque qui dum „ Missam ex præcepto audit, vel officium „ divinum persolvit, quæstionem philosophicam secum mente voluntarie obvolveret, „ vel ina negotia cogitaret, modo externam „ attentionem haberet, quia scilicet non ponneret distractiones externas eius generis quas „ diximus num. 1. ex probabili dicta opinione præceptum satis adimpleret. "

P. Georgius Gobat *tract.* V. *n.* 821. „ Probabilius multo est essentiam orationis consistere cum perpetuis distractionibus, seu evagationibus mentis. Ita Cardinalis de Lugo ex instituto. Tamburinus *Lib. IV. in Decal. cap.* II. §. 1. "

Ioannes Caramuel *in Theologia fundamentali n.* 442. „ Homo sum, temerario fragilior, præditus aeri, & igneo ingenio. Uno momento cælos verso, altero ad subterranea descendo. Nulla in Oratorio movetur musca quæ mihi non sit impedimento. Attendere lectioni desidero, & quoad possum attendo; sed distractiones non evito. Involuntarias millies, interdum etiam voluntarias; & nihilominus nullo crucior scrupulo, nullo dubio angor: quia prudenter „ suppono, me ad actionem internam non „ teneri: eam habere bonum esse, & ea carere nequidem esse levem culpam: me ad „ lectionem tantum, & attentionem externam obligari: me legisse totum quod Rubricæ iubent, ita certo scio, ut possim iurare: ergo me ne venialiter quidem peccavisse in hac materia certo scio, *& ita certo, ut possim iurare.*

Leander de sanctissimo Sacramento *tract.* VIII. *disp.* V. *quæst.* XXXVII. „ Reipondeo secundo etiam *probabilius*, quod etiam „ Concionator quotidianus, qui solum voluntarie, aut etiam ex mercede concionatur quotidie in Quadragesima, excusetur ab horis quotidianis dicendis, si *commode* illas recitare non possit. Et certe, si hæc nostra sententia non esset probabilis, & in praxi tuta, væ væ Prædicatoribus quadragesimalibus, væ millies illis. " Vide infra *cap.* X. §. 3.

Idem Leander *tract.* VIII. *disp.* V. *quæst.* XLV. „ Optime potest quis se exercere, & occupare in contemplatione divinorum, etiamsi ex illa ita in extasim rapiatur ut postea minime recitare queat, vel quia raptus est per totum diem, vel quia ex illo manet ita fatigatus, ac defessus, quod *facile* non valeat. "

Gobat *tract.* V. *disp.* XI. *n.m.* 842. „ Probabilius est non teneri ad ullam restitutionem qui cum voluntariis, & perpetuis distractionibus recitavit horas omnes. "

CA-

pro aliis eo ipso tempore quo ipse detinetur in carcere ad persolvenda debita contracta ob offensas Regi illatas. Postremo Ecclesia numquam consuevit preces suas dirigere ad animas purgatorii, ut pro nobis orent; quod argumento est, ipsam sentire prafatas animas pro nobis orare non posse.

VI. Ad obiecta adversariorum facilis est responsio. Primum est. In veteri testamento asserunt patres orasse pro vivis, dum extabant in limbo. Ut clarior evadat responsio, observandum, aliud esse quod animæ defunctorum orent pro populo universo, & in communi, ex notitia, antequam decederent, habita; & aliud longe diversum, eas orare ut a viventibus interpellatas pro hoc vel illo. Primum non negatur. Sic Moyses, Ieremias, aliique patres pro populo orarunt vi notitiæ quam habuerunt, dum in vivis erant. Ad secundum, idem dicendum de divite orante in inferno pro fratribus suis: illius tamen oratio vera non fuit; sed naturalis quædam, & violenta exclamatio. Nec enim damnati velle bonum possunt vel fratribus, aut cuiquam. Ad tertium dicimus, verum esse nos orare pro Episcopis, & Pontificibus: quia licet interiores simus ratione dignitatis, & gradus, sumus tamen viatores, & in statu orandi. At animæ purgatorii non sunt in statu orandi, ut dictum est, quatenus a nobis interpellatæ, quia nequeunt nostras agnoscere supplicationes. Coniecturæ quas affert D. Thomas, non seorsim accipiendæ sunt, sed coniunctim, simulque unitæ. Quare unica fere ratio cur animæ purgatorii non orent pro viventibus, sigillatim est, quia eas latent illorum supplicationes, & egestates. Hæc tamen adeo lucalenta non sunt, ut probabilitatem adversæ sententiæ negemus: potissimum quod D. Thomas, ut optime advertit Sylvius, non ex instituto rem hanc discussit. Porro licet animæ prælatæ non orent pro aliis ob rationem allatam; certum tamen nobis videtur quod orent pro seipsis: quoniam potissima, & fere unica ratio cur pro nobis non orare dicimus, est, quod ignorent supplicationes nostras. At eas minime latent propriæ calamitates; atque adeo divinam clementiam exorare valent. Et quamquam in carcere sint ad solvendum debitum, nil obstat quin ad divinam se recipere clementiam valeant. Hanc opinionem defendunt Ioannes a S. Thoma, Torre, Layman, Salmanticenses, Palaus, & alii.

VII. Angelos, Sanctosque in cælo regnantes orare posse pro nobis viatoribus, & quod reipsa orent, non modo generatim, sed sigillatim, etiam certum est, & ex iis quæ dicta sunt, constat. Orant autem & petendo quæ nobis profutura vident, & nostras preces Deo offerendo. Nec obstat quod beati sciant quæ Deus facturus est, & an exauditurus sit preces hominum; atque adeo superfluam fore eorum intercessionem. Quoniam non est explectum, perpecta omnia esse beatis quæ ad illorum statum minime pertinent. Qua de re consule D. Thomam *I. Part. quæst.* CXIII. *art.* 8. Caietanum 2.2. *quæst.* LXXIII. *art.* 4. *& III. Part. quæst.* X. *art.* 2. Quando agnoscunt quæ Deus concessurus, aut negaturus petentibus est, tum simplici affectu, & conformato Deum orant, quemadmodum oravit Christus, ut liber a morte crucis evaderet. Quod damnati non orent oratione vera, quæ ex fide, & pia affectione proficiscatur, iam diximus supra, ubi indicatum est, damnatos interdum quædam a Deo petere, ut petierant Iobi tribulationem, quæ petitiones haud sanæ orationes dicendæ.

VIII. Omnes denique viatores, sive iusti, sive peccatores, orare valent. Illorum orationes semper a Deo exaudiuntur, nisi vel res quæ petitur, incongrua sit, minusque expediens divinæ gloriæ; vel orans obicem ponat, deficiatque aut in fide, aut in perseverantia. Ne multa: Si oratio quatuor assignatis conditionibus ornata sit, semper impetrat quod petit.

DIS-



# DISSERTATIO II.

## DE

## *HORIS CANONICIS.*

### CAPUT I.

*Propositiones damnatæ recensentur.*

IN *die Palmarum recitans officium, paschale satisfacit præcepto.* Alexander VII. prop. 34. *Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.* Idem prop. 35.

*Restitutio a Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eo quod sit pœna.* 20.

*Habens capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit sua obligationi, si officium per alium recitet.* 21.

*Restitutio fructuum ob omissionem horarum supplori potest per quascumque eleemosynas quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.* 33.

*Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur: quia pars maior trahit ad se minorem.* 54. Innocentii XI.

*PROPOSITIONES LAXÆ.*

P. Thomas Tamburinus *Lib. I. in Decalog. cap.* III. §. 7. *vers.* Beneficiarius *num.* 1. *& 2.* „ Dicemus infra Lib. II. Beneficiarium tenue beneficium possidentem non obligari ex probabili sententia ad horas canonicas persolvendas. Quid ergo erit, si quando, omnibus expensis, ambigatur utrum beneficium sit tenue nec ne? Resp. Puto „ probabile cum Valquez obligari, & item „ probabile non obligari cum Caramuel. „ Quare alteram ex his sententiis, quam tibi libet, amplecti licet. "

Idem Tamburinus *Lib. II. methi. celebr. Missæ. cap.* VI. *num.* 5. „ Itaque qui dum „ Missam ex præcepto audit, vel officium „ divinum persolvit, quæstionem philosophicam secum mente voluntarie obvolveret, „ vel ina negotia cogitaret, modo externam „ attentionem haberet, quia scilicet non ponneret distractiones externas eius generis quas „ diximus num. 1. ex probabili dicta opinione præceptum satis adimpleret. "

P. Georgius Gobat *tract.* V. *n.* 821. „ Probabilius multo est essentiam orationis consistere cum perpetuis distractionibus, seu evagationibus mentis. Ita Cardinalis de Lugo ex instituto. Tamburinus *Lib. IV. in Decal. cap.* II. §. 1. "

Ioannes Caramuel *in Theologia fundamentali n.* 442. „ Homo sum, temerario fragilior, præditus aeri, & igneo ingenio. Uno momento cælos verso, altero ad subterranea descendo. Nulla in Oratorio movetur musca quæ mihi non sit impedimento. Attendere lectioni desidero, & quoad possum attendo; sed distractiones non evito. Involuntarias millies, interdum etiam voluntarias; & nihilominus nullo crucior scrupulo, nullo dubio angor: quia prudenter „ suppono, me ad actionem internam non „ teneri: eam habere bonum esse, & ea carere nequidem esse levem culpam: me ad „ lectionem tantum, & attentionem externam obligari: me legisse totum quod Rubricæ iubent, ita certo scio, ut possim iurare: ergo me ne venialiter quidem peccavisse in hac materia certo scio, *& ita certo, ut possim iurare.*

Leander de sanctissimo Sacramento *tract.* VIII. *disp.* V. *quæst.* XXXVII. „ Reipondeo secundo etiam *probabilius*, quod etiam „ Concionator quotidianus, qui solum voluntarie, aut etiam ex mercede concionatur quotidie in Quadragesima, excusetur ab horis quotidianis dicendis, si *commode* illas recitare non possit. Et certe, si hæc nostra sententia non esset probabilis, & in praxi tuta, væ væ Prædicatoribus quadragesimalibus, væ millies illis. " Vide infra *cap.* X. §. 3.

Idem Leander *tract.* VIII. *disp.* V. *quæst.* XLV. „ Optime potest quis se exercere, & occupare in contemplatione divinorum, etiamsi ex illa ita in extasim rapiatur ut postea minime recitare queat, vel quia raptus est per totum diem, vel quia ex illo manet ita fatigatus, ac defessus, quod *facile* non valeat. "

Gobat *tract.* V. *disp.* XI. *n.m.* 842. „ Probabilius est non teneri ad ullam restitutionem qui cum voluntariis, & perpetuis distractionibus recitavit horas omnes. "

CA-

## CAPUT II.

*De horarum canonicarum, seu officii divini, nomine, numero, & definitione.*

I. EXpositis iis quæ orationem universe, & generatim acceptam spectant, ordinis ratio postulat ut sigillatim de iis orationis partibus quæ horæ canonicæ nuncupantur, sermonem instituamus. Et ut ab earum nomine auspicemur, horæ nuncupantur, non ab orando, ut quidam putarunt, sed quod constitutis, definitisque ab Ecclesia diei, noctisque horis celebrentur. *Canonicæ* dicuntur, sed regulares. *Divinum officium* etiam horæ istæ dicuntur, quoniam in iis continetur ea quæ facere erga Deum debemus, sumpta ex divinis litteris partim accepta. Dicuntur etiam officium ecclesiasticum, seu pensum quod vi præcepti Ecclesiæ Clerici solvere Deo debent.

II. Quæst. I. *Quot sint horæ canonicæ?* Resp. D. Antoninus, Archidiaconus, Francolinus, Rodriquez, plurisque alii, octo eas esse contendunt, videlicet matutinas vigilias, Laudes, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, & Completas. Illius partitionis hanc produnt rationem, quod matutinæ preces, & Laudes duas distinctas horas constituant. Siquidem utraque pars propriis hymnis gaudet, & suis initiis, utraque peculiaribus versiculis inchoatur: *Domine labia mea aperies: Deus in adiutorium meum intende:* quemadmodum reliquæ horæ. Denique olim divisim recitabantur, & hodiedum in nocte sanctissimi Natalis separantur Laudes a Matutinis.

III. Communissima sententia in præsens est, septem tantum esse canonicas horas. Audiendus est Turrecremata, qui *tract.* LXXIII. in Regulam S. Benedicti, & in *cap.* Presbyter *dist.* XCI. *quæst.* 1. *concl.* 2. scribit. „ Olim in multis provinciarum Ecclesiis nocturnas vigilias divisas fuisse, & seiunctas „ a matutinis laudibus, & a Monachorum „ Conventibus plane secerni, & disiungi, „ & per orationes distinctas terminari solitas „ esse, & tunc temporis octo horæ verissime „ numerabantur. At vero nostris temporibus „ usu receptum est ut matutinæ laudes simul „ cum nocturnis vigiliis decantentur: ac proinde septem tantummodo horæ supputantur. Scribit enim Amalarius in prologo de ordinatione Antiphonarii, se Romæ magistros interrogasse, & præsertim Theodorum Archidiaconum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, an inter nocturnum officium, & „ matutinum, idest Laudes, aliquod interstitium esse deberet; & responsum accepisse, „ nullum, sed continuo inchoandas laudes per „ versiculum, *Deus in adiutorium meum intende.*" Hanc sententiam defendunt omnes quos videre licuit, Theologi moderni. Ioannes Azorius *Tom. II. lib.* X. *cap.* 1. plurimos tum Canonistas, tum Theologos allegat.

IV. Quæst. II. *Cur septenario numero horæ canonicæ concludantur?* Resp. P. Azorius rationes, seu congruentias affert *loc. cit.* illius numeri. Quarum prima est quod David Propheta septem designat tempora, quibus laudet Deo perfolvebat ipse: *Septies in die laudem dixit tibi:* Psal. CXVIII. Altera est quod septem donis Spiritus sancti, & septem petitionibus orationis dominicæ respondeant horæ istæ. Item septem sunt relictæ gentes a Iudæis debellandæ, ut promissam illis terram possiderent. Septem sunt peccata mortalia, septem dæmonia, & septem nequitiæ: pluraque aliæ figuræ in Scripturis occurrunt, e septem tubæ, quarum sonitu Iericuntina ars corruit; septem candelabra Ecclesiæ, quæ adumbrant septem horas canonicas. Accedit denique quod septem diebus molitus est Deus prodigiosum illud mundi ædificium, & maximum nostræ redemptionis opus præstatis horis peractum fuisse videtur. Media quippe nocte a mortuis Christus surrexit, ut Græci Patres sentiunt, vel sub auroram, ut arbitrantur Latini: Mediam circiter noctem natus ex Virgine est. Hora matutina Concilium Pharisæorum, & Pontificum est initum de Christo perdendo. Hora prima ductus est ad Pilatum, & hinc ad Herodem, & rursus ad Pilatum. Hora tertia iudaici populi voces resonarunt: *Crucifige, crucifige eum:* flagellis fuit cæsus, & spinea redimitus corona. Hora sexta cruci suspensus, & hora nona spiritum emisit, ad inferos descendit, Satanæque regnum delevit. Hora vespertina depositus patibulo fuit, cum discipulis cœnavit, Eucharistiæ sacramentum instituit. Hora completorii oratione in horto peracta a Iudæis captus ad Annam, & Caiphan ductus varia passus est ludibria. Recensitis horis, licet non præfato ordine servato, peracta fuisse redemptionis nostræ mysteria, ex sacra colligitur Historia. Quare Glossa *in cap.* 1. *de celeb. Miss.* ut hæc nobis prodat mysteria sequenti versu adiicit.

*Hæc sunt septenas propter quæ psallimus horas.*
*Matutina ligat Christum, qui crimina purgat:*
*Prima replet sputis: cauſam dat Tertia mortis:*
*Sexta*



*Sexta Cruci nectit: latus eius Nona hiperit:*
*Vespera deponit: tumulo Completa reponit.*

V. Quæst. III. *Quamam sit horarum canonicarum, seu officii divini definitio?* Resp. Hanc tradit Cardinalis Bellarminus Lib. I. de bonis oper. cap. X. *Divinum officium est certa ratio publice laudandi, precandique Deum, mente simul, & voce, auctoritate Præsulum Ecclesiæ instituta.* Dicitur *certa ratio*, quia non quælibet laus Deo oblata nomen obtinet officii divini, sed tantum ea quæ sit forma servata, & præscripta ab Ecclesia, continuatque psalmis, hymnis, & precibus. Additur *publice*, quoniam divinum officium persolvitur publico nomine totius Ecclesiæ in bonum commune a publicis ministris. Dicitur *laudandi, precandique*, ut distinguatur Ecclesia triumphans, quæ, cum post universale iudicium in omnibus suis membris triumphabit, solas laudes Deo persolvet: nunc vero Ecclesia, ubique militat, & bellum agit, laudibus preces, & supplicationes adiungit. *Tè Deum* additum in finitione significat quod solit Deo divinum officium persolvitur. Nec refert quod aliud sit officium de Sanctis, aliud de tempore, aliud mortuorum. Quoniam in omni officio Deus laudatur sive in Sanctis suis, sive in semetipso, & dum mortuis refrigerium porrigitur, a Deo impetratur, psalmi, hymni, collectæ in Deum recta diriguntur. Additur *mente simul, & voce*: quoniam sic præcipit Ecclesia: idcirco additur ultima particula *auctoritate Præsulum Ecclesiæ institutæ.* Quod præceptum, recitandi nempe officium iuxta formulam institutam, ab Ecclesia latum est in pluribus Conciliis, ut in Milevitano *can.* XII. in Toletano IV. *cap.* II. & a Gregorio VII. in Concilio generali numerus psalmorum, & lectionum præscriptus est, ut habetur in *can.* in Die *de Consec. dist.* V.

IV. Quæst. IV. *Quando primum canonicæ horæ institutæ fuerunt?* Resp. Polidorus Virgilius *Lib. de rerum inventione* primam horarum canonicarum institutionem refert in Pelagium I. aut in Pelagium II. In huius rei confirmationem adducit *cap.* Eleutherius *dist.* IX. quod decretum Pelagii esse dicitur. Alii Damaso, alii Gregorio I. præfatam institutionem tribuunt. Ioannes Azorius, qui rem hanc enodite disseruit, versutiorem esse harum horarum originem contendit *Lib. X. cap.* 1. *quæst.* VI. Auctor constitutionum apostolicarum sub nomine Clementis vulgatarum *Lib. VIII.* docet, Clericos statis diei, noctisque horis contuevisse psalmos, hymnos, aliasque preces Deo fundere his verbis. *Precationes facite mane, tertia hora, sexta, & nona, & vespere insuper ad galli cantum.* Basilius quoque in Regulis copiosius disputatis *interrog.* 37. *& sermone* 1. *de Institutione Monach.* ubi explicat illud Apostoli, *Sine intermissione orantes*, & illud, *Nocte, & die laborantes*, memorat matutinam horam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam, Completam, & mediam noctem. Cyprianus in expositione orationis dominicæ idem docet. Hieronymus epist. ad Eustochium, *Horam Tertiam*, inquit, *Sextam, Nonam, Diluculum quoque, & Vesperas nemo est qui nesciat.* Epistola de obitu Paulæ hæc scribit: *Mane, hora Tertia, Sexta, Nona, Vespere, noctis medio per ordinem Psalterium cantabat.* Ioannes Chrysostomus *hom.* XXXIX. ad populum Antiochenum Monachorum mores describens refert: *Ante lucem, cum gallus vocem dederit, omnes statim cum reverentia summa deprecantes exurgunt, excitante eos Præsulo, & constituunt, sanctum constituentes chorum, & statim manus extendentes sacros hymnos decantant .... Tertiam, Sextam, Nonam, & Vesperas orationes celebrant, & in quatuor partes diem dispertiti, dum singulas partes implentur, psalmis, & hymnis Deum venerantur.* Extant adhuc hymni ab ipso Ambrosio compositi pro singulis fere horarum precibus. Lege eum *Lib. VII. in Lucam.* Hilarius in *Psal.* CXVIII. Cassianus *Lib. II. & III. de instit. Monach.* septem horis Deum precandi recenset. Si plura cupis, lege laudatum Azorium. Ex quibus colligitur, pervetustam esse in Ecclesia consuetudinem septem horarum canonicarum, ut videre est in Martyrologio Adonis v. idus Ianuarii, & x. Kalendas Augusti in vita S. Apollinaris, in Suromeno *Lib. VI. hist. cap.* XXXIII. & XXXIV. in Socrate *Lib. II. hist. cap.* VIII. in Theodoreto *lib. II. cap.* XVIII. Et, ut advertit Azorius, fortasse Pelagius I. aut II. lege præscripsit quod antea solo usu peragebatur. Posteriorum temporum Scriptores crebrius harum horarum meminerunt. In Concilio Cabilonensi II. sub Carolo Magno celebrato *can.* IIX. in Aquisgranensi sub Ludovico Pio *cap.* CXXVI. *& seq.* & in Agatensi, ut habetur *can.* Presbyter *de Celebrat. Miss.* Clerici ad horas canonicas persolvendas lege urgentur. Qua de re lege Isidorum, Alcuinum, Amalarium, Rabanum, Rupertum, & Hugonem a S. Victore. Igitur, si substantiam spectes officii divini, triplex illius apostolica dici potest. Legitur quippe Act. III.

Pe-

*Petrus, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.* Si modum, formamque consideres, institutio ecclesiastica est.

VII. Quæst. V. *Precum sunt partes matutinæ, cujusque officii divini, & quo tempore illa celebrare liceat?* Resp. Malores partes sunt Nocturni, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, Completorium. Minores sunt psalmi, hymni, lectiones, cantica, antiphonæ, responsoria, versus, capitula, collectæ. Ad tempus quod attinet harum horarum; animadvertendum cum Bellarmino *Lib. 1. de bonis operibus c. 21.* quod olim apud Judæos dividebatur tempus in duodecim horas nocturnas, totidemque diurnas: ex quo consequebatur, in hiemе longiores fuisse nocturnas diurnis, & æstate diurnas longiores nocturnis: ideta noctium, dierumque brevitatem, aut longitudinem: quem morem observasse tempore Christi, Domini colligitur ex illis verbis Joan. xi. *Nonne duodecim sunt horæ diei?* Animadvertendum secundo, duodecim horas nocturnas in quatuor tributas fuisse partes, seu vigilias: quarum prima incipiebat ab occasu solis, & desinebat hora tertia noctis: secunda ab hora tertia initium ducebat, & terminabatur in horam horam: tertia illuebat a tertia in quartam partem, quæ propriè dicebatur vigilia matutina, a nona hora incipiebat, & terminabatur in duodecimam, Harum vigiliarum meminerunt Evangelistæ. Marc. xiii. *Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus veniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane.* Isaiæ. xvii. mediam noctem, quibus cantum hic exprimit. *Si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit.* Et illud *mane*, quod est in textu Marci, idem Marcus *cap.* vi. exprimit dicens: *Quattuor vigiliæ noctis.* Quarum vigiliarum mentio habetur in veteri testamento pluribus in locis. *Thren.* ii. *Judic.* vii. *Exod.* xiv. & apud Historyonum in *cap.* xiv. *Matth.* Quatuor vigiliæ nocturnis correspondent quatuor diei horæ, nempe tertia, sexta, nona, & vespertina, quibus celebriora negotia peragi solent: qua de re plura Tertullianus *Lib. de ieiunio.*

VIII. Quibus positis, facilior est variæ consuetudinis plurium Ecclesiarum explicatio. Alicubi apud veteres tres nocturni, tribus distinctis horis, seu tribus vigiliis nocturnis, celebrabantur, ut refert Hieronymus *epist. de custodia virginitatis* ad Eustochium: & D. Thomas lect. vi. in cap. xiv. I. ad Corinth. *Antiquitus enim dicebantur nocturna diurnis secundum tres vigilias noctis: nunc vero dicuntur simul.* Alibi tres nocturni simul recitabantur media nocte, juxta illud Plin. *cxviii. Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Hoc tempus, inquit Bellarminus, potissimum Patres præscribunt, Athanasius *Lib. de virginitate*, Basilius *in quæstionibus fusius explicatis quæst.* xxxvii. Hieronymus *de obitu Paulæ.* Observat Thomas Valdensis, inquit Bellarminus; quod tamen nunc nulla Ecclesia dividat tres nocturnos in singulas vigilias; tamen aliqua Monasteria celebrant primum nocturnum prima vigilia, alia secunda, alia tertia, alia quarta vigilia: atque adeo singulis nocturnis vigiliis laudes Deo persolvuntur. Addit Bellarminus quod laudes matutinæ, quibus juxta Breviarii Romani formam nocturni tumultuar, debeant recitari ab initio crepusculi matutini usque ad ortum solis; quod confirmat ex ipso nomine matutini, & ex hymnis, in quibus autoræ mentio fit. Qua de causa in nocte Natalis Domini laudes a nocturnis separantur, & post celebratam Missam persolvuntur. Ex quo infert, minus ablurdum esse Laudes a nocturnis separare, quam Laudes ante mediam noctem præponere. Nec officit celebratio divini officii statim ante Pascha sub occasum solis: quia fit ita ad repræsentandum maximum illud mysterium quo sol iustitiæ Christus Dominus occidit: idemque manifestat candelarum extinctio. De his mysteriis consule Amalarium *Lib. IX. de Offic. ecd. cap.* xxi. & xxii. Rupertum *de Offic. divin. cap.* xxiv. & *seq.* & Joannem Azorium, qui *Lib. X. cap.* ii. fuse hanc materiam explicat.

IX. Quæst. VI. *Est ne peccatum separare Matutinum a Laudibus?* Resp. Probabilior mihi sententia est quæ defendit licitam esse eiusmodi separationem, nulla etiam occurrente causa. Quam sententiam propugnant Suarez *Lib. IV. de orat. ord. cap. vi. num.* 9. Bonacina *disp. I. quæst. I. punct. 3. num.* 6. Sanchez *Lib. VII. Consil. cap.* iii. *dub.* 30. Filliucius *tract.* xxiii. Leander *tract.* viii. *disp.* 1. *quæst.* vi. Navarrus *de orat. capit.* iii. *numer.* 28. Ratio est, quia ex primæva institutione semper licuit: nullaque ratio occurrit cur id nunc non liceat, potissimum extra chorum. Adderem tamen, meminisse illos se petere qui privatim horas celebrant, si ab initio nocte, seu ad vesperum, nocturnas horas celebrarent, dimittereutque laudum recitationem ad diluculum sequentis aurore, ut hymni opportuno tempore juxta eorum sensus recitarentur. Methodus servanda in eiusmodi



modi separatione est quod sub finem nocturnorum recitetur collecta illius diei: idque absque fundamento negat Sanchez *Lib. VII. Consil. c. III. dub.* 20. quia, dum separantur laudes a nocturnis, vices gerunt istæ horarum distinctarum. Hoc facit Ecclesia in nocte Natalis Domini. Dici etiam debet *Pater noster* sub finem nocturnorum, & initium laudum. Hæc est communior sententia, & probabilior, quam defendent Suarez, Fabri, Diana, Trullench, & alii apud Leandrum *disp.* 1. *quæst.* vi. Alijui etiam recitant sub finem nocturnorum antiphonam quæ est ad canticum *Benedictus*: qui mos optimus est, utpote clarius exprimens horam esse completam.

## CAPUT III.

*De peculiaribus quæ ad sanctificandum recitandi in choro canonicas horas.*

I. NOmine chori ecclesiastici intelligitur cœtus Religiosorum, qui una convenunt ad fundendas Deo preces iuxta præscriptam ab Ecclesia formulam. Hanc precandi rationem ab ipsis Apostolis traxisse originem certum est, rei fundantia spectata. De primis quippe Christianis legitur Act. I. *Erant perseverantes unanimiter in oratione.* Paulus Apostolus I. *Corinth.* xiv. describit ecclesiasticos conventus, & cœtus Christianorum simul precantium. *Si ergo conveniat universa Ecclesia in unum &c. ... Quid ergo est, fratres? Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet.* Similia habet epist. ad Ephes. cap. v. *Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini Jesu Christi.* Tandem ad *Colossi.* 3. idem Paulus hæc scribit: *Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes, & commonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo.* Quæ omnia, quamquam intelligi valeant de oratione etiam mentali, aut vocali privata, obvia tamen sensu publicam Ecclesiæ orationem præferunt; quod magis patet ex patrum traditione. Clemens, sive Auctor Constitutionum apostolicarum *Lib. VIII. cap.* xxxiv. horas canonicas describit, & in communi recitandas docet his verbis. *Precationes facite mane ... Quod si ad Ecclesiam prodire non licuerit propter infideles congregabis Episcopi in domo aliqua, ne ingrediatur pius in Ecclesiam impurus ... Quod si neque in domo, neque in Ecclesia congregari poterunt, psallat sibi unusquisque, orat, oret, saltem duo simul, aut tres.* In cuius Martyr *apologia* 2. pro Christianis hæc scribit. *Non autem posse aquam ita abluimus, expiavimusque eum qui credidit, & assensus est, cum ad eos qui fratres dicuntur, ducimus in eum locum quo conveniunt comprecandi causa communis animis & pro se, & pro eo qui illuminatus est, & pro omnibus aliis qui ubique sunt ... Tum surgimus omnes, ac comprecamur, concludiusque nostris precibus, panis, ut dixi, vinumque, & aqua offeruntur.* Tertullianus in Apologia *cap.* xxxix. hæc habet. *Corpus sumus de conscientia religionis, & disciplinæ unitate, & spei fudare, convenimus in cœtum, & congregationem, ut ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est.* Hic conceptis verbis describitur comprecatio, seu oratio in communi Deo facta. D. Basilius *Epist.* ccxii. ad Clerum Neocæsariensem clarius eam hanc exprimit. *Qui iam obtinuerunt ritus, omnibus Ecclesiis Dei concordes sunt, & consoni. De nocte igitur dem populus consurgens antelucanis temporis domum precationis petit, inque labore, tribulatione, ac lacrymis indies vivendus, facta ad Deum confessione, tandem ab oratione surgentes, ad psalmodiam inflituuntur: & nunc quidem in duas partes divisi, alterne succinentes psallunt.* Hæc omnia confirmat Hieronymus epist. ad Sabinianum. *Tota Ecclesia nocturnis vigiliis Christum Dominum persultat, & in diversarum gentium linguis vocibus in laudibus Dei spiritus commebat.*

II. Rationes quoque suppetunt quibus id evincatur. Ecclesia unum mysticum corpus, ut alibi dictum est, constituit, cuius caput Christus est, & nos membra. Igitur debemus uno ore, una voce, uno spiritu Deum laudare, & benedicere, colere, & venerari. Hæc porro precandi ratio non potest non esse Deo gratissima, cum ab eius sponsa Ecclesia, quæ sancta est, proficiscatur. Hæ autem communes precationes Ecclesiæ auctoritate temporis decursu ad certam formam, ordinemque redactæ sunt, ut confusio, & perturbatio omnis vitaretur: idcirco canonicæ appellantur. Si plura hac de re cupis, consule P. Franciscum Suarez *Tom.* I. *de Relig. Lib. IV. cap.* 1. ubi erudite, & docte rem hanc discutit.

CA-

## CAPUT IV.

*Sit ne laude dignum divinum officium sanctu in Ecclesia persolvere. Quæ ratio cantus adhibenda.*

I. VAldenses, Wiclephistæ, aliique recentiores hæretici in Ecclesiæ Romanæ cantum, quemadmodum in aliis eiusdem ritibus, debacchati sunt, ut referunt Alphonsus a Castro vbi, *Hæc canunte*, Bellarminus, & alii. Verum consuetudo Ecclesiæ a suis primordiis obtinuit laudes Deo cantu persolvere. Quam honestam, piam, sanctamque consuetudinem declaravit Synodus Tridentina *sess.* XXIII. D. Thomas 2. 2. *qu.* XCI. *art.* 2. probat pium, utilemque esse cantum in divinis laudibus persolvendis. *Dicendum*, inquit, *quod laus vocalis ad hoc necessaria est, ut affectus hominis provocetur in Deum. Et ideo quæcumque ad hoc utilia esse possunt, in divinas laudes congruenter assumuntur. Manifestum est autem quod secundum diversas melodias sonorum animi hominum diversimode disponuntur, ut patet per Philosophum in VIII. Polit. & per Boetium in prologo musicæ. Et ideo salubriter fuit institutum ut in divinis laudes cantus assumeretur.* Innumera occurrunt ex divina Scriptura documenta. Nam Moysis tempore consuetudo obtinebat canendi sacra cantica, *Exod.* XV. Psalmi Davidici in cithara, & cantu recitabantur: *II. Reg.* VII. In novo testamento *Matthæus cap.* XXVI. & Marcus *cap.* XIV. testantur, Christum Dominum post cœnam hymnum dixisse cum discipulis suis. Porro Augustinus enarratione in *Psal.* LXXII. hymnum describit laudem Dei esse cum cantico. Quare multi pie credunt, inquit Suarez *loc. cit. num.* 9. Christum illum hymnum cecinisse. Et Chrysostomus aperte id testatur *hom.* LXXXIII. in Matth. *Hymnum cecinit, ut & nos similiter faciamus.* Si Patrum traditionem cupis, hanc fuit indicat P. Suarez *loc. cit.*

II. Utilitatem illius cantus describit Isidorus Lib. III. Sent. cap. VII. *Psallendi utilitas tristia corda consolatur, gratiores mentes facit, fastidiosos oblectat, inertes excitat, peccatores ad lamenta invitat.* Multaque similia Basilius in *Psalm.* 1. Et idem Isidorus addit: *Bonum est corde semper orare: bonum est etiam & sono vocis Deum spiritualibus hymnis glorificare.*

III. Hæc omnia adeo clara sunt, ut in iis explicandis diutius non sit immorandum. Ratio potius in cantu adhibenda, seu qui modus canendi in Ecclesia congruus sit, & decens, expendatur oportet. Duplex ergo distingui canendi ratio solet. Alteram vocant *figuratam*, alteram *simplicem*. Prima videtur absolute in divinis officiis indicta. Nam in *Extrav. tenic. de vita & honest. Cleric. inter com.* Ioannes XXII. hæc præscribit. *Interdum, præcipue in diebus festis, sive solemnibus, licebit proferre supra tenorem simplicem ecclesiasticum aliquas consonantias; sic tamen, ut ipsius cantus integritas illibata permaneat, & nihil ex hoc de bene ordinata musica immutetur.* Permittit Pontifex ad summum consonantias illas quas *contrapunctum* vocant. Martinus Navarrus in Enchiridion *cap.* XVI. *num.* 33. affirmat posse cantores qui in divinis horis celebrandis canunt *cantum organicum*, seu figuratum. D. Thomas 2. 2. *qu. cit.* XCI. *art.* 2. *ad* 4. excludit a cantu ecclesiastico musicalia instrumenta. *Sicut Philosophus dicit in VIII. Politicorum, neque fistulas ad disciplinam est adhibendum, neque aliquod aliud artificiali organum, puta citharam, & si quid tale alterum est; sed quæcumque faciunt auditores bonos. Huiusmodi enim musica instrumenta magis animum movent ad delectationem, quam per ea formetur interius bona dispositio. In veteri autem testamento usus erat talium instrumentorum: tum quia populus erat magis durus, & carnalis: unde erat per huiusmodi instrumenta provocandus, sicut & per promissiones terrenas: tum etiam quia huiusmodi instrumenta corporalia aliquid figurabant.* Cajetanus in commentariis in *art.* 1. observat, tempore D. Thomæ organa non fuisse in usu; quemadmodum nec Ecclesia Romana coram Summo Pontifice organis utebatur; unde hæc adiicit in commendationem angelicæ doctrinæ. *Et si rationem in littera allatam ex VIII. Politicorum attentius meditati fuerimus, apparebit quod in ecclesiastico officio, ad quod suscipiendæ devinæ interioris disciplinæ gratia conveniunt, inepta illa*, Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam salutare Dei, *non sunt admittenda instrumenta musicæ. Tantoque magis excludenda sunt, quanto divina disciplina interior excellentior est omnibus disciplinis humanis huiusmodi instrumenta repellentibus. Et licet per se loquendo hoc verum sit, potest tamen per accidens tolerari iam extensa consuetudo organorum propter nimiam elongationem hominum a divina edita, ut vel sic allecti, divinis intersint.* Consuetudo nunc invecta licitum reddit organorum usum. Tamen parce illis utendum, inquit idem Cajetanus *in summul. verb. Organum*, pro ut solum conducunt ad excitandam devotionem, animosque spirituali lætitia perfundendos.

IV. Dicendum itaque cum laudato P. Suarez, cantum etiam musicalem non esse absolute, saltem attenta consuetudine fere universali invectæ, illicitum in divinis persolvendis officiis, & in Missa celebranda. Talis tamen sit cantus oportet in quo auditores percipere præter vocis sonum etiam laudes divinas quæ recitantur, possint. P. Suarez *cap.* VIII. animadvertit, quod licet psalmi, & hymni hoc musicali modo decantati, non integre, & perfecte percipiantur; tolerari tamen valeat præfatus cantus propter alios sanctos fines. Quid, si propter multitudinem tum instrumentorum, tum vociferantium nec integrum versiculum auditores percipient? Respondet P. Franciscus Suarez, quod solus armonicus concentus interdum plus spiritualis delectationis, devotionisque excitare solet, quam psalmus clare, & distincte perceptus: *quia hæc sensibilia sæpe magis nos movent.* loc. cit. Quod sensibilia magis permoveant sensus, plusque delectationis, & voluptatis carnalis, & sensibilis excitent, verum habet. Ceterum quod efficacius mentem, animumque in Deum efferant quam eloquia divina, quam psalmi Deo affante dicti; non auderem ego asserere; quemadmodum nec aulim aut omnia musicalia instrumenta, aut cantum etiam figuratum, in divinis laudibus celebrandis adhiberi solitum, reiicere; dummodo tamen gravitas, maiestas, modusque servetur; dummodo personæ ecclesiasticæ, virique graves, pii, & modestia ornati præfatum cantum edant. Quid, si homines evirati, & theatralem professionem exercentes, a theatris ad Ecclesiarum choros transirent? Quid, si divinos psalmos, hymnosque theatrali more, gestu, modulationeque canerent? Porro an reaple frequenter contingat in celebrioribus solemnitatibus ecclesiasticis præfatos musicos laudes divinas canere, aliorum esto iudicium. Audi quid in hanc rem scribat Cajetanus *in summul. verb.* Organum. *Nec excusantur ex eo quod sonus abstrahit ab omni materia, & qualibet melodia soni potest ad sacra verba applicari; tum quia secundum rei veritatem isti soni fiunt ut accommodati ad delectationem auditorum, qui non audiunt illos, nisi ut sonos illorum verborum profanorum, aut turpium; cuius signum audientes ex illo sono excitantur ad illa profana, seu turpia, ut experientia testatur; ita quod non est locus inficiationi: tum quia cantus etiam abstrahit ab omni materia; & tamen Ecclesia interdixit profanos cantus*





*in Ecclesia, ut cantus theatrales, ut patet dist.* XCII. *cap. Cantantes. Memento hic apostolica sententia:* Nolite errare: Deus non irridetur, aut fallitur. *Involventur autem eadem crimine non solum pulsantes, sed qui conducunt, & consentiunt pulsantibus hæc, ut impleantur Scripturæ: Gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ.* Modus ergo cum in cantu, tum in instrumentorum sonitu servandus, dum divinæ laudes celebrantur. Quoties enim plus mali quam boni in cuiuslibet artis exercitio evenit, toties eiusmodi ars de medio tollenda est, ut cum Platone D. Thomas docet. Porro quis dixerit plus devotionis, & spiritualis gaudii & divini cultus excitari musicalibus instrumentis, & figurato cantu, quem evirati viri theatralem professionem exercentes in Ecclesiis non raro peragere hodie solent, quam sensibilis delectationis, & carnalis voluptatis? Audiamus quid ipsemet Augustinus expertus sit, dum eiusmodi instrumenta, cantumque audiebat: sic namque scribit Lib. X. Confess. cap. XXXIII. *Voluptates aurium tenacius me implicaverant, & subingaverant. Sed resolvisti, & liberasti me. Nunc in sonis quos animant eloquia tua, cum suavi, & artificiosa voce cantantur, fateor, aliquantulum acquiesco, non quidem ut hæream, sed ut surgam, cum volo ... Sed delectatio carnis mea, cui mentem enervandam non oportet dari, sæpe me fallit, dum rationem sensui non ita comitatur, ut patienter sit posterior; sed tantum quia propter illam meruit admitti, etiam præcurrere, ac ducere conatur. Ita in his peccо non sentiens, sed postea sentio. Aliquando autem hanc ipsam fallaciam immoderatius cavens, erro nimia severitate, sed valde interdum, ut melos omne cantilenarum suavium, quibus Davidicum Psalterium frequentatur, ab auribus meis removeri velim, atque ipsius Ecclesiæ: tutiusque mihi videtur quod de Athanasio Episcopo Alexandrino Episcopo Athanasio sæpe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorem Psalmi, ut pronuntianti vicinior esset quam canenti. Verumtamen cum reminiscor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Ecclesiæ tuæ in primordiis recuperatæ fidei meæ, & nunc, cum moveor non cantu, sed rebus quæ cantantur, cum liquida voce, & congruentissima modulatione cantantur, magnam instituti huius utilitatem eursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis, & experimentum salubritatis, magisque adducor, non quidem irretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta auctum infirmior animus in affe-*

*affectum pietatis assurgat. Tamen, cum mihi accidit ut me amplius cantus quam res quæ canitur, moveat, paratiter me peccare confiteor; & tunc mallem non audire cantantem.*

V. Respondet P. Suarez *tit. Lib. IV. cap.* VIII. *num.* 2. peccatum quod in se recognoscebat Augustinus, vel non fuisse veram culpam, sed *paruale peccatum*, nempe motum turpitudinis ex fomite; vel fuisse veniale. Veniale fuisse Augustini peccatum, nec ipse repugno. Ad *peccatum paruale* quod attinet, utique ex fomite, qui originalis culpæ pœna dici potest, originem ducit. At propterea ne rationem culpæ exuit, quando ex libera, & deliberata voluntate proficiscitur? Confitetur sincere Augustinus se peccasse, dum plus cum cantus quam res quæ cantabatur, delectabar. P. Suarez autem contendit per se peccatum non esse, plus moveri cantu ipso quam re cantata. Nam hoc evenire potest ex conditione naturæ audientis.

VI. P. Suarez nonnulla hic habet quæ non omnino mihi probantur, ideo clarius dispicienda res est; & res quæque suo in loco, & gradu collocanda. Psalmi, hymni, seu ipsæ divinæ laudes sunt quæ mentem illuminare nostram debent, pios cordis affectus perciere, animumque in Deum erigere. Quoniam vero carcere corporis huius animus inclusus detinetur, sensibusque alligatus est, ac sensuum ministerio indiget; idcirco instrumenta quæ sensus adiuvant ad inserviendum animo in iis quæ Dei sunt, licita sunt. Dum igitur cantus, & cetera quæ cantum comitantur, ut soni harmonici, facilius divina eloquia in animos audientium deferunt, & dum in linea sistunt instrumentorum, quæ, ut cum Augustino loquar, eloquia divina comitentur ad excitandos sensus, sensumque ministerio animum, & mentem in Deum erigant; tunc licita sunt, omnique culpa carent. Contra, dum psalmi, hymnique tali modo, artificioque cantantur, ut nec verba, nec sensa percipi ab auditoribus valeant; sed sola harmonia, sola vocis inflexio, solum artificium musicale primas obtineat, & res quæ cantatur, veluti pedissequa sit, ipsique concentui deserviat; tunc illicitum, profanumque reputarem cantum eiusmodi; atque inter theatrales concentus reiiciendum. De hoc cantu sic loquitur Divus Antoninus *II. Part. tit.* IX. *cap.* XII. §. 3. „ Similiter, si cantatur officium, debent „ vitari cantus theatrales: quia non habent „ talia inducere ad devotionem, sed ad vanitatem, & delectationem sensualem: unde Hieronymus tractans illud Apostoli, „ *Cantantes, & psallentes in cordibus vestris „ Domino*, ait: *Audiant hæc adolescentuli: „ audiant si quibus cantandi in Ecclesia officium est, non ore, sed corde Deo cantandum: nec in tragœdiarum modum guttur, „ & fauces dulci modulamine liniendæ sunt, „ ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur „ in canticis.* “ Nec est quod reponas, a Patribus improbari cantiones, reliquæ profanas in Ecclesiis cantari: quoniam id sua natura vetitum est. Patres, Concilia, ipsique graviores Theologi damnant ipsa divina eloquia theatrali cantu celebrari. Quid porro de illis dicendum feminis quæ in quibusdam Ecclesiis cantu plane theatrali laudes divinas celebrant, quo turmatim homines confluunt, omni alio fine ducti quam devotionis, & divini cultus; sed ut cantus suavitatem, instrumentorum concentum, artificiosas vocis modulationes audiant, atque in sola aurium voluptate quiescant; ut feminas ipsas, procaci cultu, gestuque ipse visendas, audiendasque obsicientes, spectent; quique non raro & manibus, & clamoribus, non secus ac in theatro, plaudunt egregie canentibus? Si isthæc profanatio tam divinarum laudum, tum sacri loci non est, quænam erit? Quæ ipse sentio, pancis exprimam. Masculæ concentus qui hodie in Ecclesiis celebrari in magnis potissimum solemnitatibus solent, totidem sunt templorum, & divini cultus profanationes, quæ nullo prætextu a peccato purgari valent. Consuetudinem universalem obtrudis? At ego pessimam voco corruptelam. Quid ergo? Omnes ne damnabis? Neminem ego damno. Sed morem pravum, & absurdum nimis absurdum improbo. Dum eiusmodi solemnes musicales cantus, & soni habentur, Dei templa in theatra, in fora, ne in lupanariorum veluti spectra dicam, vertuntur.

VII. Servandus ergo ecclesiasticus cantus simplex, & gravis organorumque usus Ecclesiæ consuetudine probatus. Viros Ecclesiasticos cantu quoque figurato posse interdum celebrare divinas laudes, iure nemo improbaverit, spectata potissimum consuetudine. Ceterum modus, & ratio adhibenda. Et iis in Ecclesiis in quibus consuetudo non obtinet admittendi eiusmodi concentus musicorum, & instrumentorum, ea sancte custodiatur. Siquidem, quamvis figuratus cantus, instrumentorum varietate permixtus, licitus absolute sit; adeo tamen difficile est modum rationemque servare, & theatralis profanationis declinare extremum, ut raro in praxi culpa omnis absit. Quare cantui simplici, & ab Ecclesia probato inhærendum, atque gravitas tanto ministerio digna servanda: solaque ea adhibeantur instrumenta quæ devotionem excitare valeant. Deus non irridetur. Quo celebriores sunt, & solemniores dicendivino cultui dicati, eo maior esse debet modestia, reverentia, & devotio. Regula generalis statui nequit. Qui præsunt choris, & Ecclesiis, iuxta temporum, & circumstantiarum diversitatem, quæ divino honori magis expedire cognoverint, ea fieri permittant. ( Gratias ego summas Deo habeo, quod in Ecclesiis illius Congregationis, in qua vitam dego, cuiusque profiteor institutum, nec musicalia instrumenta, organo solo excepto, nec eviratos musicos ad laudes divinas persolvendas admissos vidi unquam, nec umquam admittendos in posterum spero. ) Experientia quippe compertum est ad præfatam musicam populum accedere sola oblectandarum aurium cupiditate, & solius curiositatis saturandæ causa. Sacra tecta itaque custodiatur antiqua, sanctaque consuetudo.

VIII. Argumenta quibus Wiclephistæ, & Lutherani adversus nostrum ecclesiasticum cantum debacchantur, ridicularia sunt, eorumdemque stultitia digna. Deblaterant, nec surdum Deum esse, nec dormientem, ut nostro indigeat excitari clamore. Baaliticos nos vocitant, similes nimirum sacerdotibus Baal, quos, ut *III. Reg. cap.* XVIII. habetur, deridebat Elias Propheta illis exprobrans, ut altius inclamarent: *Clamate voce maiore: Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur:* vers. 27. His cachinnis nostrum iubilantium cantum Lutherani, inquientes: si Regem alloquereris cantu musicali, ut ab illo beneficium impetrares; an non te deridendum præberes? Hæc, & similia haud minus insulsa & futilia nobis obiciunt hæretici quæ responsum non merentur. Elias deridebat sacerdotes Baal, quod laxa, & maiora pro diis haberent, dæmonesque adorarent. Cantu non fundimus preces Principibus, & hominibus: quia nec colimus, nec adoramus eos. Quid quod non raro heroum laudes sæpe in illorum conspectu cantibus celebrari solent? Si plura cupis, consule P. Dominicum Soto *Lib. X. de iust. quæst. V. art.* 2. Non est tamen quod valde hodie laboremus in refutandis Lutheranorum gerris, cum & ipsi nunc temporis laudes divinas cantu celebrare in Ecclesiis consueverint.



## CAPUT V.

*De obligatione recitandi horas canonicas in choro, & de tempore, ordine, & loco quibus celebrari debent.*

I. HActenus demonstratum est, laudabilem esse pervetustam consuetudinem celebrandi horas canonicas, cantu etiam, & instrumentis musicalibus adiectis. In præsens obligatio recitandi præfatas horas in choro explicanda est. Nomine chori non solum intelligitur locus materialis, in quo laudes cantantur; sed etiam cœtus, immo potissimum conventus Religiosorum qui eiusmodi horas cantant. Porro extare præceptum quo personæ ecclesiasticæ ligantur ad celebrandum in communi, seu in choro præfatas horas, certum est, & a nemine Theologorum in dubium vocatur. Hoc præceptum obligat omnes cathedrales, collegiatas, & Regularium Ecclesias, ut constat ex *cap.* Dolentes *de celebr. Miss.* & *Clement. I.* pariter *de celebr. Miss.* Si itaque ius canonicum spectetur, omnes Ecclesiæ cathedrales, collegiatæ, parochiales, & regulares tenentur in communi recitare divinum officium. Adeo gravis est obligatio illhæc, ut Pater Dominicus Soto afferat Lib. X. de iust. & iur. quæst. v. art. 3. *Si alius Religionis modus citra huiusmodi obligationem admittatur, certe vix nomen Religionis mereatur, quippe quæ maximo Religionis splendore careat.* Ordo tamen inclytæ Societatis IESU ab hac obligatione exemptus est a Gregorio XIII. in Bulla *Ex Sedis*. Qua de re consule P. Suarez *Tom. IV. de Relig. Lib. I. cap.* VIII.

II. Quæst. I. *Tenentur ne omnes Ecclesiæ cathedrales, collegiatæ, parochiales, & regulares sub gravi culpa recitare canonicas horas in choro?* Resp. Quamvis omnes præfatæ Ecclesiæ teneantur, rigore iuris spectato; attenta tamen consuetudine, quæ præceptum temperavit, aliquæ tantum diebus dominicis, aut festis huic oneri subiacent, aliæ omnino exemptæ sunt, ut communiter Theologi docent, & usus patefacit.

III. Quæst. II. *Regularium Ecclesiæ, quæ chorum frequentant, tenentur ne sub letali culpa horas in choro recitare?* Resp. Affirmant omnes Theologi, si Marcum Vidal excipias, qui in sua Arca laxiorum opinionum *tract. I. num.* 31. negat hanc obligationem sub mortali; cuius opinionem, ut scandali plenam, reiiciunt communiter omnes. Hæc obligatio proficiscitur ex iure communi, cui consue-

tudine contraria minime derogatum est unquam, cuius vis numquam fuit imminuta, vel infirmata. Quare iis in Religionibus in quibus viget ulus chori, tenentur Prælati, quos præceptum directe afficit, curare ut semper horæ canonicæ in choro recitentur.

IV. Quæst. III. *Præceptum cui subest Conventus, seu Ecclesia, recitandi horas canonicas in choro, afficit ne singulos Religiosos eiusdem communitatis?* Resp. Afficit singulos in communi, secus in particulari; seu præceptum spectat totam communitatem, cuius caput Prælatus est: & ideireo ipse vi præcepti tenetur efficere ut laudes divinæ celebrentur in choro. Quod si Prælatus suo munere deesset, sineretque chori frequentationem in præceps ruere, & ipsam omnino negligeret; tunc singulorum esset occurrere bono communi, & operam dare ut consueta chori frequentatio restituatur. Neminem vero dicam eam præceptum afficit hoc in seniu ut singuli sub mortali chorum frequentare teneantur. Hæc enim obligatio tota proficiscitur ex Regula, & constitutione cuiusque Religionis. Porro si Regula, & constitutiones ad culpam nullam obligant, ut constitutiones Ordinis Prædicatorum, nullam omnino culpam absolute, & ex genere suo perpetrat qui choro abest: quamvis peccare possit ex negligentia, aut alio ex capite. Licet enim maiores nostri, divino perfusi lumine, noluerint Religiosorum conscientias legum leveritate gravare; non ideo tamen eisdem legibus vim obligandi ad culpam ademerunt, ut facultatem subditis impertirent illas liberius, impudenterque violandi. Quare vix in praxi leges præstare absque aliqua culpa violantur. Et quo maioris momenti lex est, eo gravior est semper transgressio. Unde cum constitutio frequentandi chorum sit gravissima; ideirco qui absque legitima causa absunt ob meram desidiam, aut ut suæ satisfaciant curiositati, vanique studiis, quæ in nullum cedunt Religionis profectum, operam dent, a culpa immunes non sunt: cuius culpæ gravitas ex circumstantiarum varietate pensanda est. Opinio hæc communissima est, eamque defendunt Suarez *Tom. II. Lib. IV. cap.* X. *num.* 15. Castropalaus *disp.* III. *punct.* I. *num.* 12. Pellizarius *tract.* V. *cap.* VIII. *sect.* I. *q.* IV. Bonacina *disp.* II. *de hor. can. qu.* I. *punct.* I. *num.* 9. Leander *tract.* VIII. *disp.* VI. *qu.* XIII. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* I. *punct.* I. *num.* 5. Raphael de la Torre *in* 2. 2. *de hor. can. tomo.* 70. *disp.* I. Diana, Tamburinus, & communiter omnes.

V. Obicies. Præceptum quod obligat communitatem, obligat etiam singulos Monachos, seu Regulares. Qui enim constituunt communitatem, nisi privati? Si ergo præceptum afringit communitatem, eadem ratione afringit privatos. Resp. Negatur consequentia. Præceptum quod spectat mysticum corpus, directe spectat caput, quod eiusmodi corpus regit. Præceptum itaque Prælatum, seu superiorem immediate afficit, non hoc in sensu, quod Prælatus vi præcepti teneatur choro interesse; sed quod onus ei incumbat curandi ut laudes divinæ in choro celebrentur. Quare lex recitandi officium divinum in choro non plus obligat superiorem quam alios Religiosos. Alio pollet ex capite superior sortius, gravique afringitur, ut nimirum aliis sit exemplo, ut sui prælentia subditos alliciat, ut ministerium sunm impleat, ut curet præceptum celebrandi horas in choro exacte observari.

XI. Quæst. IV. *Prælati regulares possunt ne libere cum subditis dispensare, ne eorum frequentent?* Resp. Si ius commune spectetur, dubio procul dispensationem impertiri subditis valent, prout illis expedire videbitur: quemadmodum ab aliis constitutionibus pro temporum opportunitate liberare eos possunt. Obstare tamen videtur decretum CLEMENTIS VIII. iussu URBANI VIII. confirmatum anno 1624. in quo decreto hæc habentur: *Nullus omnino prætextu cuiusque privilegii, vel superioratus, etiam generalatus, a servitio chori censeatur immunis, nisi pro tempore quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus superiores iis tantum diebus quibus eos legere, aut concionari contigerit, dispensare possint. Id quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitime impeditis. In eos vero qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari pœnitentia superiores animadvertant ad præscriptum Regulæ, & constitutionum alimenti etiam, si opus fuerit, subtrahendo.* Nonnulla super hoc decreto observanda. Et primo Pontifex non aufert potestatem Regularium Prælatis, qua hi fruuntur, dispensandi cum suis subditis vi suarum constitutionum; nimirum in hoc, aut illo eventu, prout varietas circumstantiarum ferat, & ut Religiosi qui a choro eximuntur, aliis Religionis muneribus perfungantur. Sed illis vetat ne valeant aliquem Religiosum absolute dispensare ab onere frequentandi chorum, a quo nec ipsi Generales absolute, & vi generalatus eximuntur. Quod spectat illam clausulam, *Studiorum causa legitime impeditis*, animadvertendum, quod hi qui in litterarum studia incumbunt, ut legitime a chori frequentia abesse possint, & cum illiem superiores dispensare valeant, debent illis excolendis scientiis potissimum operam navare quæ in decus, & commodum Religionis cedunt, & quæ ab ipsa Religione præscribuntur. Quare spectare debet sui Ordinis leges. Ordinis Prædicatorum constitutiones præcipiunt in ea studia maxime incumbendum quæ proximorum saluteni, & catholicæ fidei splendorem promovent. Hic quippe est Ordinis illius finis. Ceterum vix est scientia, & ars, quæ, si recte excolatur, non possit suam habere utilitatem, & in Religionis ornamentum cedere. Verum de hoc alibi forte plura dicturus sum.

VII. Quæst. V. *Quos Religiosi requirantur ut præceptum recitandi horas canonicas in choro impleatur?* Resp. Salmanticenses *tractat.* XVI. *cap.* I. *punct.* I. *num.* 6. docent cessare præceptum recitandi horas in choro, si in Conventu non essent saltem quinque Religiosi expediti: quia impossibilium non est obligatio. Pro qua opinione citant Marcum Vitalem, & Bordonium, quibus subscribunt Pellizarius, & Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap.* V. §. I. *num.* 12. ubi scribit, *excusari communitatem a choro, si constet solum ex quatuor, aut quinque. Quia tamen si quatuor, vel tres, aut quinque. Quia tamen si quatuor, vel quinque, immo & duo sufficiunt ad rigorem quinque, immo & duo sufficiunt ad rigorem quinque, immo & duo sufficiunt: ad rigorem quinque, immo & duo sufficiunt: ad rigorem quinque, immo & duo sufficiunt:

*tas horas laudet divinæ reverentiæ ab hominibus perfolvantur.* Porro tempora congrua quibus iure antiquo spectato horæ canonicæ celebrari debent, sunt hæc. Matutinum circiter mediam noctem inchoandum, ut sumitur ex *cap.* 1. *de celebr. Missarum.* Hoc tempus pro Matutino semper designarunt antiqui Patres, Dionysius, Athanasius, Basilius, & alii, quos supra indicavimus; quippe auctoritatem allegant Davidis Prophetæ dicentis: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Hæc prima consuetudo temporis tractu variata est. In cathedralibus, collegiatis, Ecclesiisque sæcularibus fere omnibus contraria nunc obtinet disciplina. Refert tamen P. Suarez *Lib. V. cap.* XV. Ecclesiam Parisiensem in Gallia, Segobiensem, & Conchensem in Hispania morem hunc etiamnum servare. Plures Ecclesiæ, & in Italia fere omnes, quin & in Hispania, & in Gallia celebrare solent Matutinum cum Laudibus circiter auroram, & statim Primam decantant. Aliæ Ecclesiæ anticipant Matutinum, illudque inchoant prima, aut secunda noctis hora. Consuetudines istæ, & si quæ aliæ sunt, nihil mali præferunt, & quælibet Ecclesia servare suam debet. Sic enim in qualibet noctis vigilia Deus laudatur.

X. In Regularium Ecclesiis, sin in omnibus, saltem in plurimis, prima, & pervetusta consuetudo semper viguit recitandi Matutinum circiter mediam noctem. Tempus, istud non modo congruit Regularium statui, qui est pœnitentiæ, & perfectionis, sed etiam affert commodum incumbendi in litterarum studia, eo quod plus temporis superest istidem vacandi. Corporis quoque sanitati magnopere expedit: illa quippe somni interruptione corpus purgatur, excrementa eiicit, virelque recipit. Hæc omnia experientia comperta sunt. Ipse enim video Religiosos omnes eo esse robustiores, quo ad nocturnas vigilias frequentiores sunt. Debilibus, & juvenibus solet tempus istud incommodum esse; verum assuetudo perutile istud istidem efficiet. Quare Monasteria illa in quibus hæc sancta consuetudo viget, eam tartam tectamque custodiant, tamquam regularis disciplinæ firmissimam basim. Et reipsa videmus omnia Cœnobia, quæ ad Regulæ, & constitutionum præscriptum vitam conformant, hanc disciplinam exacte servare.

XI. Reliquæ horæ sua stata tempora habent. Prima Solis ortum, ut indicat principium hymni, *Iam lucis orto sidere.* Quod tempus haud est in puncto individuo situm, sed morali; quod spatium comprehendit alicuius horæ aut antecedentis, ut in hieme, aut subsequentis, ut in æstate, ortum Solis. Tribus aliis horis Tertiæ, Sextæ, & Nonæ tempora destinata sunt earumdem nominibus respondentia.

XII. Occurrit explicanda quædam difficultas. Nam aliquando tributus dies erat in quatuor partes, quarum quælibet tres horas comprehendebat, ut advertit P. Franciscus Suarez *lor. cit.* & indicavimus supra, ubi dictum est noctem pariter in quatuor vigilias tributam fuisse. Porro, si sic numerandæ essent diei horæ, dubium occurreret, an in fine, vel in principio præfatæ horæ persolvenda esset officii pars. Si in fine, iam Nona esset dicenda in fine diei, Sexta tertia hora post meridiem &c. quæ, ut advertit laudatus Suarez, absurda sunt. Servandus ergo modus communis has horas dinumerandi, itaut singulis supputatis spatio viginti quatuor horarum dies cum nocte absolvatur. Tempus ergo Tertiæ est hora tertia ante meridiem, Sextæ meridies, Nonæ tertia post meridiem. Consuetudo tamen obtinuit ut Tertia, Sexta, & Nona simul coniungantur. Alicubi Tertia iungitur Primæ, & Sexta ante Missam recitatur. Nona autem post Missam in hieme. Qualibet Ecclesia suam servet consuetudinem.

XIII. Tempus horæ vespertinæ maiori variationi obnoxium, eiusque spatium seu intervallum ambiguum est. Interdum pro noctis crepusculo acceptum fuit, & aliquando pro ultima quarta diei parte. Multorum sententia est, quondam celebrari Vesperas consuevisse post Solis occasum: idque ostendunt ex eo quod lucernarium partem Vesperarum appellat Concilium Toletanum I. *cap.* 12. & Isidorus de Regul. Monach. cap. VI. *In vespertinis autem officiis*, inquit, *primo lucernarium, deinde psalmi duo, vespertinus sermo, et laudes, hymnus, atque oratio dicenda*: ubi per lucernarium prima intelligitur Vesperarum pars, Alii probabilius censent, olim tempus illius horæ fuisse ultimam diei partem, quæ proxime occasum Solis præcedit. Eadem ambiguitas de Completorio occurrit. Verum iuxta ambas opiniones relatas certum est, celebratum fuisse nocturno tempore, vel saltem in illo interstitio quod diem inter & noctem fluit, seu sub noctis crepusculum. Si hymnus, *Te lucis ante terminum*, attendatur, ante noctis initium celebrabatur. Si Monachorum consuetudines spectentur, oppositum occurrit. Monachi quippe Completorium celebrabrant post peractam cœnam, vel collationem, ut constat ex *Regula* XLVII. ex longioribus D. Basilii, & ex Regula D. Benedicti *cap.* XLII. Quin hæc consuetudo diu obtinuit etiam in Ordine Prædicatorum. Verum penitus iam obsolevit. Et nunc Completorium ante Solis occasum recitatur fere ab omnibus.

XIV. Quæst. VIII. *Est ne obligatio gravis recitandi horas canonicas statis definitisque horis?* Resp. Negant plures peccare mortaliter communitatem Religiosorum quæ aut anticiparet, ut postponeret recitationem divini officii. Valentia *Tom. III. disp.* VI. *q.* 11. *punct.* 10. Bonacina *disp.* 1. *quæst.* 11. *punct.* 3. Gavantus *in comm. Rubric. sect.* 1. *cap.* V. *tit.* VI. *n.* 9. Layman *Lib. IV. tract.* 1. *cap.* 11. *n.* 6. Diana *Tom. II. coord. tract.* VI. *resol.* 72. *num.* 9. Leander *tract.* VIII. *disp.* VI. *quæst.* XXI. Carmuel *in Regul. S. Bened. disp.* XX. *n.* 1321. aliique Probabilistæ: quia inquiunt, temporis circumstantia extranea est, nulloque modo pertinet ad officii substantiam, sed eidem accidit.

XV. Contraria sententia est probabilior, & ut ego quidem arbitror, unice vera, si perspicue explicetur. Et primo tempus recitandi horas, ut alias divimus, non est individuum, sed latitudinem admittit. Deinde certum est posse Prælatum ex legitima causa, puta eundi ad processionem, aut aliquod aliud opus peragendi, anticipare, vel postponere horarum recitationem. Tandem dari hic parvitatem materiæ, tum respectu temporis, tum respectu unius vel alterius horæ, certum est. Quibus positis dico, notabilem præventionem, aut dilationem horarum absolute, & ex genere gravem esse; atque adeo peccare mortaliter Prælatum qui absque legitima causa, & ex arbitrio præveniret, aut differret notabiliter divini officii recitationem. Siquidem non modo præceptum est recitandi divinum officium in choro; sed sacri Canones in pluribus Conciliis præcipiunt insuper divinas laudes celebrandas esse statis horis, & temporibus. Caietanus *in Summul. verb. Hora* oppositam opinionem defendit hac ratione, quod circumstantia temporis *non pertinent ad substantiam materiæ præceptæ*: quæ ratio sæpius in similibus argumentis frequenter ab eodem repetitur. Pace tamen tanti viri dixerim, ratio hæc nullius momenti est, falsaque æquivocatione nititur. Nam, tametsi temporis circumstantia sit extra actionis præceptæ substantiam, pertinet tamen ad substantiam præcepti. Celebrare mane, vel vesperi, ut peroptime advertit P. Suarez, non pertinet ad substantiam sacrificii. Propterea ne absque gravi culpa vesperi sacrificium celebrari valet? De præceptis Ecclesiæ minus caute Caietanus, in summula potissimum, scripsit; dum vix concedit mortalem esse transgressionem, si contemptus absit. Præceptum ergo recitandi definito tempore officium divinum, distinctum est a præcepto recitationis; & cum hoc mandatum publicam Ecclesiæ disciplinam spectet, grave est. Idcirco qui illud transgreditur, dubio procul graviter peccat. Quare illi superiores qui tempore maxime bacchanaliorum, quo recurrente scilicet hæc scribo, singulis fere diebus Primam ad sextam temporis horam differunt, omnesque horas cum Missa simul recitant, deinde Vesperis Completorium adiungunt, ut Religiosi integro mane edormiant, & sero vagari per vicos, & plateas valeant; quin & intra annum frequenter dispensant, profecto a gravi culpa imo iudicio non excusantur. Definita sunt tempora recitandi divinum officium, etiam propter populi devotionem, & ad publicam utilitatem. Non tamen propterea negare velim quod Prælati valeant, etiam recreandi animi causa interdum, sed raro, & gravi adhibita prudentia, super unius, vel alterius horæ recitatione dispensare. Sententiam nostram defendunt graviores Theologi, & etiam Probabilistæ, Navarrus *cap.* III. *de orat. num.* 63. Suarez *T. II. de Relig. Lib. V. cap.* XX. *num.* 12. Azorius *I. Part. Lib. X. cap.* IX. *quæst.* 1. Dominicus Soto *Lib. X. de iust. quæst.* V. *art.* 4. Aragonius *in* 2.2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 12. Tamburinus *Tom. II. disp.* X. *quæst.* VI. *n.* 4. Villalobos *Tom. II. tract.* XXIV. *diff.* 12. *num.* 2. Castropalaus *tract.* VIII. *disp.* III. *punct.* 5. *num.* 1. Reginaldus *Lib. XVIII. num.* 180. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 1. *punct.* 2. *num.* 11.

XVI. Quæst. IX. *Est ne gravis culpa ordinem recitandi horas in choro invertere?* R. Ex iis quæ dicta sunt, patet responsio. Si ordinis perturbatio ex gravi causa accidat, nulla culpa est. Si ex arbitrio fiat, & absque ulla legitime ratione, gravem esse transgressionem propugnant Doctores quos allegavimus, puta si horæ in publico choro ante Matutinum, Completorium ante Vesperas recitarentur. Hæc quippe ordinis perturbatio gravior est quam præventio, aut dilatio temporis. Sermo tamen est de perversione ordinis in choro. Hinc colligas nullam perpetrare culpam illum qui accedit ad chorum, prima hora non dicta, ut cum aliis Tertiam, vel

Sextam canat, & postea Primam recitat. Quia haec ordinis perversio ex rationabili causa, nempe interveniendi choro, proficiscitur.

XVII. Quæst. X. *Quis sit locus recitandi horas in publico; & an sacristia possit gerere vices chori?* Resp. Locus recitandi horas canonicas est Ecclesia, seu chorus, qui est Ecclesiæ pars. Sacristia non est locus destinatus huic exercitio; atque adeo non potest, nulla occurrente causa, Prælatus destinare, ut in sacristia divinæ laudes persolvantur. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 1. *punct.* 2. *n.* 8. docent peccare mortaliter eos qui in sacristia, aut capitulo celebrant divinum officium: quia *cap. fin.* III. *Clement. cap.* 12. *de celebr. Miss.* jubetur in Choro divinum officium celebrari. Bordonius in *Consil. Regul. resol.* 30. docet nullum esse peccatum, si sacristia sit contigua Ecclesiæ, ita ut nullus alius murus interpositus sit: locus vero in sacristia ab Ecclesia separata sit. Hæc opinio displicet Dianæ, qui inquit *resol.* 22. si vera esset, nostri Patres Sancti Andreæ Romæ haud satisfacerent recitantes in sacristia, quæ distat ab Ecclesia. Nonne valida ratio? Opinio Bordonii probabilis est, & consuetudini plurium Ecclesiarum conformis. Si quidem non paucæ Ecclesiæ hiemali tempore in sacristiis Ecclesiæ contiguis divinum officium recitare solent: quia eiusmodi sacristiæ, Ecclesiis nullo interposito medio proximæ, earumdem Ecclesiarum partes censentur, sicuti sunt plures chori pro nocturnis laudibus celebrandis destinati, qui pariter Ecclesiarum partes reputantur. Res hæc non est tanti, ut subtilius dispici mereatur; sed consuetudines Ecclesiarum serventur, si tamen rationales sint.

XVIII. Quæst. XI. *Religiosi ad chorum iam inceptum accedentes, tenentur ne absoluto choro supplere partem officii recitati antequam ipsi accederent?* Resp. Si pars recitata ante Religiosi accessum modica sit, puta unicus psalmus, vel, ut aliqui dicunt, etiam duo; non tenetur hanc parvam partem supplere, ut docent Laymanus *Lib. V. dis.* 1. *c.* v. Sanchez *Lib. VII. Consil. cap.* 11. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 1. *punct.* 2. *num.* 12. Diana *coord. Tom. III. tract.* VIII. *resol.* 25. ubi inquit, Religiosos choristas occupatos aut in pulsandis organis, aut in prælegenda lectione quam in choro recitare debent, aut in deferendis libris, non teneri supplere psalmum, seu partem tali tempore ab aliis recitatam. Verum probabilior mihi est sententia P. Suarez *Lib. IV. cap.* XIV. qui cum aliis Theologis oppositum docet, si occupatio talis sit quæ unum, aut duos integros psalmos recitari impediret. Si vero aliqui tantum versiculi omittantur, ut accidit iis qui libros deferunt, aut alias res chori peragunt, aut nasum purgant, aut quid simile operantur: nulla erit obligatio omissam exiguam partem supplendi. Vitanda sunt in his, sicut in ceteris omnibus, extrema tum laxitatis, tum rigoris. Quando ergo integri psalmi recitati sunt a choro, vel antequam adesses, vel te aliis distracto curis; probabilius est te, absoluto choro, teneri ad supplendam partem omissam; si tamen, ut dixi, pars a te omissa notabilis esset, ut forent duo Psalmi, vel unus ex longioribus: quia si essent aliqui versiculi, vel parvus psalmus, non illos teneteris supplere, materiæ parvitate excusante a levi etiam culpa. Quia vinculum societatis supplet eiusmodi leves omissiones.

XIX. Quæst. XII. *Peccant ne letaliter Prælatus qui non curavit, seu permisit ut aliquam officii partem non recitari in choro?* Resp. Negant Marcus Vidal. *inq.* 1. *num.* 3. Bordonius *resol.* 30. & alii laxioris Theologiæ patroni. Communissima Theologorum sententia est, eiusmodi Prælatos graviter peccare, si notabilem partem officii recitari in choro negligerent. Hanc defendunt Suarez *Lib. IV. cap.* X. *num.* 3. Castropalaus *tract.* VII. *disp.* III. *p.* 5. *num.* 1. Pellizarius *tract.* V. *cap.* VIII. *num.* 27. Salmanticenses *tract.* XVI. *c.* 1. *punct.* 3. *num.* 14. & alii communiter. Res clara est, Præceptum est, ut supra ostendimus, recitandi horas canonicas in choro; nec advertarii negare id audent. Ergo letale crimen est hoc mandatum violare. Violatur autem, dum notabilem officii partem recitari in choro negligunt Prælati. Ergo graviter peccant. Hic tamen, sicut in ceteris, parvitatem materiæ dari admittendum est. Quare, si una, aut altera commemoratio omitteretur, nulla culpa foret. Idem dic, si error, aut inadvertentia legatur una pro altera homilia, unus pro altero psalmus, nulla culpa est, quin nullatenus psalmus, aut lectio omissa repetenda est. Nec officium chori, ad hoc quod attinet, est ficut privatum, ut ordo suppleri debeat. Sed præceptum est ut debito tempore, & loco celebretur. Quoties autem bona fide celebratum est eo ordine qui congruus reputabatur, tum repetere aut psalmum, aut lectionem omissam, cuius loco alia recitata est, non alium effectum parit quam confusionem, & perturbationem. Quare reprehendendi sunt quidam meticulosi, nimiumque scrupulis pleni, qui choro inadvertenter unum pro altero psalmum recitante, illico clamant, susurrant, & confusionem, scandalumque non raro pariunt populo adstanti.



XX. Quæst. XIII. *Teneatur ne chorus subtrista voce recitare versus alter qui organo, aut alio instrumento pulsantur?* Resp. Negant Sanchez *Lib. VII. Cons.* c. 11. *dub.* 16. Trullenchus *Lib. I. Decal. cap.* VII. *dub.* 16. *n.* 6. quod bonus ille organicus loco vocis, & pro parte divini officii habeatur. Quæ opinio falsa est: quia præfata instrumenta voce humana non pronuntiant laudes divinas. Præceptum autem nibet voce humana divinum officium celebrari. Oppositam ergo opinionem defendunt Suarez *Lib. IV. cap.* XIV. *num.* 15. Bonacina *disp.* 1. *quæst.* III. *punct.* 2. §. 1. *n.* 3. Palaus *disp.* III. *punct.* 4. *num.* 3. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 1. *punct.* 3. *num.* 20. & alii communiter. Si tamen nullus clara & intelligibili voce psalmos recitarent, quod raro accidit, tunc satis esset eosdem audire.

XXI. Quæst. XIV. *Sit ne peccatum mortale omittere in choro officium defunctorum, & officium parvum B. Virginis?* Resp. Summus Pontifex Pius V. declaravit, haud peccare letaliter illos qui Romanum Breviarium recitantes omittunt præfata officia. Hæc enim in eiusdem Pontificis Bulla sub initium Breviarii præmissa habentur. *Quod vero in Rubricis superius hujus officii præscribitur, quibus diebus officium B. Mariæ semper Virginis, & defunctorum, item psalmos pœnitentiales dici, ac pfolli oporteat, Nos propter huius vitæ negotia, & multorum occupationes indulgentes, peccati quidem periculum ab eis præscriptione removendum duximus.* De iis omnibus ergo qui Romanum Breviarium recitant, nulla est difficultas, quod a culpa exempti sint, præfata officia in choro omittentes. Secus vero dicendum de iis qui aliam peculiarem ritum sequuntur, & qui vi propriarum constitutionum, aut vi consuetudinis eiusmodi officia recitare tenentur. Idque colligitur ex ipsa Bulla eiusdem Pontificis, ut patet ex sequentibus verbis. *Hoc autem concedimus sine præiudicio sanctæ consuetudinis illarum Ecclesiarum in quibus officium parvum B. Mariæ Virginis in choro diei consueverat; ita ut in prædictis Ecclesiis servetur ipsa laudabilis, & sancta consuetudo celebrandi more solito prædictum officium.* Obligatio recitandi officium parvum B. Virginis in choro diebus festivalibus, & Sanctorum festis simplicibus afficit ipsam communitatem; secus singulos privatos extra chorum: nisi sit peculiaris lex id præcipiens, ut est in Ordine Prædicatorum, in quo sub Magistro Generali Antonino Cloche declaratum fuit, omnes, & singulos eiusdem Ordinis Religiosos ad hoc officium recitandum teneri, etiam extra chorum. Officium vero defunctorum die secunda Novembris omnes sub gravi culpa recitare tenentur, est enim pari officii illius dies. Dilapotant non posse committeret ne unum, aut duplex peccatum qui tali die utrumque officium omitteret. Si officium defunctorum pars est officii maioris, unum est peccatum; si duo sint officia, duplex peccatum. Verum disputatio levioris momenti est. Qui enim utrumque omittit officium, gravius peccatum committit, & tenetur utramque omissionem in confessione manifestare, & de utraque omissione pœnitere.

XXII. Quæst. XV. *Licitum ne est recitare officium, seu matutinum defunctorum die festo omnium Sanctorum post vesperas?* Resp. Negativa sententia vera est, quia sic Rubricis præscribunt, & decreta *Sac. Cong. Rit. die* 1. *Septemb.* 1607. & 22. *Ianuarii* 1701. *in una Camaldulensium Montis Coronæ*, ut refert P. Merati in *addit. ad Gavant. T. II. ind.* 2. *n.* 220. Si alicubi oppositus obtineret mos, tollendus omnino esset, utpote contrarius & Rubricis, & decretis *Cong. Sac. Rit.* nisi propter populi concursum id fieret. Officium divinum sequentis diei recitari die precedenti potest post Vesperas, quia Rubricæ id concedunt. At eadem Rubricæ præscribunt matutinum defunctorum recitandum in choro esse die ipsa commemorationis mortuorum. Plures afferri congruentes rationes possent; sed his omnibus præstant tres rationes quæ sequuntur.

Quomodo in Rubricæ, & laudata decreta. Quomodo in Ecclesiis cathedralibus, præsente Episcopo, recitari valeat officium illud post vesperas, vide eumdem P. Merati *loc. sit.*

XXIII. Quæst. XVI. *Litaniæ, quæ die S. Marci, & tribus diebus ante Ascensionem celebrantur, debent ne recitari ab iis qui extra chorum officium perficiunt?* Resp. Qui ritum Romanum sequuntur, ad eas recitandas tenentur, tamquam divini officii partem, uti præscriptum est in Rubricis Romani Breviarii feria secunda post quintam dominicam Paschæ, ubi dicitur: *Hoc triduo qui non interfuit processionibus Rogationum, dicant litanias immediate post laudes, cum suis precibus, & orationibus, sine psalmis pœnitentialibus.* Idem præscribitur in die S. Marci. Hanc opinionem ut probabiliorem defendunt Suarez *Tom. II. de Relig. Lib. IV. cap.* XXIV. *n.* 7. Bonacina *disp.* 1. *quæst.* III. *punct.* 1. *num.* 13. Trullenchus *Lib. I. cap.* VII. *dub.* 13. *num.* 9. Castropalaus *Tom. II. tract.* VII. *disp.* 11. *punct.* 7. *num.* 13. Lezana *Tom. I. cap.* XII. *n.* 23.

Lean-

Leander *disp.* XIII. *q.* XXXII. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* I. *punct.* 3. *n.* 23. Quidquid in oppositum de more dicant Diana, Antonius a Spiritu sancto, & alii.

XXIV. Quæst. XVII. *Satisfaciunt ne suæ obligationi qui in choro recitantes partem suam, non attendunt ad partem quæ ab altero choro recitatur?* Resp. Negat communis, & vera sententia. Quia quilibet integrum officium recitare tenetur. Qui autem medium officii partem nec pronuntiat, nec audit, nullo modo recitat; ergo non satisfacit. Auditio enim supplet pronuntiationem. Quapropter qui auditionem negligit, nullo modo alteram officii partem suam facit, uti faceret, si illam audiret. Quid si altera pars chori non ita clare, & expedite recitet, ut valeat audiri; quamvis qui ex opposita parte recitant, intentas aures præbeant? Communiter fatentur fere omnes, quod si una pars ex omnia adhibeat quæ ad attentam auditionem requiruntur, audiatque saltem confuse, & indistincte alteram partem, satisfaciat præcepto. Si vero nec in confuso, præfixa auditione, percipere quis valeat alterius partis recitationem, adhuc illum satisfacere, ut quid probabilius existimant Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* I. *punct.* 3. *n.* 24. laudantque pro hac opinione Martinum a S. Joseph *Lib. II. tract.* IV. *de orat. n.* 14. Sa *verb.* Hor. canon. *num.* 9. Trullenchium, & Dianam, atque Palaugium. Quod am, inquiunt, is facit id quod potest, nec ad amplius debet astringi: cum præcepta Ecclesiæ benigne interpretari debeamus. Tum quia hic in choro assistit, & quod ipse enuntiat, aliis communicat. Chorus quippe mysticum corpus est, & omnibus membris communicans; aliique satis supplent quod ipse audire nequit.

XXV. Contraria mihi probatur sententia, quam defendunt Reginaldus *Lib. IV. cap.* X. *n.* 87. Bonacina *disp.* I. *q.* III. *punct.* 3. §. I. *n.* 20. Concedimus chorum esse corpus mysticum, quod ita omnibus communicat. At hæc ratio destruit, non firmat adversariorum sententiam. Siquidem quoties corpus illud ita in duas sectum est partes, ut una cum altera non communicet, iam amittit corporis mystici privilegium. Porro, dum una pars nullo modo alteram audit, quantumvis attentas præbeat aures, nulla tunc unio corporis, nulla communicatio reperitur. Pro certo ponunt adversarii, te non audire nec in confuso, ut ipsi loquuntur, alteram partem: ergo fateantur oportet nullam hic intervenire mutuam communicationem, formamque mystici corporis interire. Surdus cum socio recitans non satisfacit, ut fatentur adversarii: ergo nec in casu nostro. Respondent laudati Salmanticenses, disparem esse rationem, eo quod hic non reperiatur corpus mysticum. Sed quæremus, cur surdus non efficiat corpus mysticum cum socio? Nam certum est duos, aut plures extra chorum recitantes divinum officium corpus mysticum constituere, & alternatim audiendo, & recitando, non secus ac in choro, satisfacere præcepto recitationis. Quid est ergo quod surdus non satisfacit? Non tane ob aliam rationem, nisi quod iste cum aliis non communicat. Ergo eadem ratione, si una chori pars nec in confuso alteram, quacumque adhibita diligentia, audiat, non efficit cum illa unum corpus mysticum, nec mutuam communicationem constituit. Quid, si utraque pars ita celeri, ac præcipiti pronuntiatione divinas persolveret laudes, ut neutra vicissim intelligeretur? Quod non raro in quibusdam locoris disciplinæ Ecclesiis contingere experientia testatur. Certum est hoc in casu non impleri præceptum: quia nulla pars proprium munus implet, ut patet ex iis quæ dicta sunt.

XXVI. Quæst. XVIII. *Teneantur ne recitantes ex una chori parte ita clare, & distincte recitare sua versiculos, ut ab altera chori parte audiri possint?* Resp. Affirmant Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* I. *punct.* 3. *n.* 25. Trullenchius *loc. cit. dub.* 16. *n.* 8. Filliucius *tract.* XXVI. *cap.* VI. *n.* 195. Aragon. 2. 2. *q.* LXXXIII. *art.* 12. Sanchez *Tom. II. Consil. cap.* II. *dub.* 14. *n.* 2. Suarez *Tom. II. Lib. IV. cap.* XII. *n.* 8. Lessius *Lib. II. cap.* XXXIX. *dub.* 33. *n.* 184. Martinus a S. Joseph. *Lib. II. tract.* IV. *de orat. n.* 12. Dominicus Sotus *Lib. X. q.* V. *art.* 4. Diana, & alii. Ut clarior habeatur quæstionis decisio, distinguendum est. Si una integra pars adeo submissa voce recitaret, ut ab altera parte audiri nequiret, certum est, ut iam diximus, tunc non impleri præceptum. Si autem pars hæc absolute ita clare enuntiat suos versus, ut altera audire illos possit, satisfaciunt præcepto non modo illi qui ita clara, & alta voce enuntiant, ut ab altera audiri parte valeant; verum etiam hi qui submissiore recitant voce, dummodo tamen clare, & distincte pronuntient suos versus. Tunc valet ratio petita a corporis influxu in membra. Quippe membra validiora debiliorum partium supplent vices. Nec enim necesse est ut singuli unius partis recitantis ab altera parte audiantur. Quin hoc evenire nequit. Voces enim fortiores, sonumque altiorem emittentes opprimunt graciliores alias, leniorisque. Satis itaque est ad præceptum ab utraque parte, & a singulis utriusque partis Religiosis implendum, ut partes mutuo se se audiant, atque percipiant: quamvis non singuli singulos intelligant, audiantque.



## CAPUT VI.

*De forma, seu ritu Breviarii, quem servare tenentur ii qui divino persolvendo officio adstricti sunt.*

I. OMnes tum seculares, tum regulares Ecclesiastici ad formam Breviarii Romani iussu sanctissimi Pontificis Pii V. editi persolvere divinas laudes tenentur, iis dumtaxat exceptis qui peculiari privilegio fruuntur. Plures sunt Ecclesiæ, ut Mediolanensis, Sanburcensis, Leodicensis, aliæque quæ alium a Romano ritum in persolvendis horis canonicis sequuntur. Religiones quoque nonnullæ, ut Benedictina, & Dominicana, quæ proprium Breviarium habent, & quæ a ducentis annis ante sanctum Pium V. illud peculiare habebant, retinere, propriumque ritum persequi possunt ex Pontificum concessione.

II. Quæst. I. *Peccarent ne lædendo aliorum ritum alibi qui in propriis Ecclesiis receptus est, & diu obtinet, in persolvendis canonicis suis sequerentur?* Resp. Negant Medina in *summa. Confess. Lib. I. cap.* XIV. §. 11. Caramuel in *Reg. S. Bened. disp.* CIX. *n.* 194. & pro una aut altera vice iudicabunt Valquez & pro una aut altera vice iudicabunt Valquez de *Benef. cap.* XX. §. I. *art.* 2. *dub.* I. *n.* 57. Reginaldus *Lib. XIX. n.* 171. Antonius a Spiritu sancto *disp.* VI. *tract.* XIII. *n.* 1609. Verum hæc opinio nihil habet probabilitatis: quoniam conceptis verbis sanctus Pius V. iubet ut horæ canonicæ iuxta formulam Breviarii a se editi ab omnibus recitentur. *Statuimus quoscumque qui tenentur ad horas canonicas, teneri ad dicendum ex præscripto huius Breviarii; & neminem ex iis, nisi hac sola formula, satisfacere posse.* Clariora sunt hæc, quam explicatione indigeant. Igitur qui profitentur ritum Romanum, peccant mortaliter, si horas recitent iuxta alteram Breviarii formam.

III. Quæst. II. *Carens Breviario Romano, & præmanibus habens Dominicanum, Ambrosianum, Benedictinum, aut aliud, tenetur ne illud recitare?* Resp. Negant Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* I. *punct.* 4. *n.* 28. Quoniam, inquiunt, unum & indivisibile præceptum datur & de recitatione, & de forma recitationis. Alias, si duplex esset præceptum, duplex committeretur peccatum in confessione exprimendum; quod nemo dixerit. Verum contraria opinio probabilior est; immo sola, ut ego arbitror, probabilis. Duo quippe præcepta sunt, alterum iubens recitare divinas laudes, quod commune, & universale est; alterum quod præscribit formulam ad cuius præscriptum recitari debent. Primum, quod horæ recitentur, principuum est; alterum accessorium, quod modum respicit. Porro quando utrumque impleri nequit, unum implendum est. Hæc doctrina iam ab Ecclesia debuta est, ut infra patebit in explicatione 54. propositionis ab Innocentio XI. damnatæ. Sed admittamus hypothesim PP. Salmanticensium, unicum nempe esse præceptum; quemadmodum unicum est præceptum iubens recitationem integram totius officii divini. Et tamen, quia in divino officio materia præcepta dividua est, qui non potest unam, tenetur alteram recitare partem. Pari ergo ratione, quamvis esset unum præceptum individuum in se, iubens & recitationem, & formam recitandi; quia tamen duo hæc separari possunt, consequitur implendum esse unum, quando nequeunt ambo. Neque obstat quod addunt præfati Salmanticenses, videlicet S. Pium V. alterere neminem illorum qui Romano ritui sunt addicti, præcepto recitandi officium *nisi hac forma satisfacere posse*. Quoniam obvius sensus est, neminem satisfacere posse integre, & perfecte, nisi qui iuxta præscriptam formulam recitaverit. Nemo satisfacit præcepto recitandi horas canonicas qui, persolutis Matutinis, & Laudibus, omittit alias horas. Hæc propositio pones omnes vera est. Ergo qui ex necessitate omittere cogitur alias horas, potest vero Matutinum cum Laudibus recitare, ad hoc non tenebitur? Qui hoc allegerer, incideret in propositionem damnatam. Dicendum ergo, prævalere præceptum recitandi absolute officium alteri præcepto illud recitandi iuxta hanc, aut illam formulam. Et si proscripta fuit propositio quæ asserebat, non teneri ad minorem partem eum qui non potest maiorem implere, quia maior pars trahit ad se minorem; potiori iure damnanda, seu damnata videtur hæc, quæ a maiori, immo ab integra rei substantia servanda eximere contendit ob solam impotentiam ponendi modum qui præfatam afficit substantiam. Oppositio Salmanticensium futilis est, & vana.

IV. Quæst. III. *Religiones, seu Ecclesiæ, quæ proprium Breviarium habent, possunt ne acceptare Romanum; aut, si hoc non acceptent, tenentur ne uti proprio, excluso quocumque alio?* Resp. Religiones, ut Benedictina, Dominicana, & aliæ Ecclesiæ, quæ a ducentis annis elapsis ante

ante Breviarium iussu Pii V. editum, proprium ritum habebant, propriamque formam recitandi divinas laudes, nemine dissentiente, perstitere in sua valent consuetudine. Huic etiam renuntiare possunt ex Capituli consensu, & Romanum Breviarium acceptare. Hoc semel acceptato, nequeunt proprium antiquum retinere. Quia, postquam privilegio renuntiatum est, aut interrupta consuetudo, lex universalis urget. Neque in hoc dissidium est inter Doctores.

V. Secunda quæstionis propositæ pars disputationi obnoxia est. Nam Salmanticenses *tract. XVI. cap. 1. punct. 4. nn. 26.* contendunt, Regulares privatos, puta Benedictinos, Dominicanos, aliosque sive Regulares, sive Ecclesiasticos, quotum Religiones, seu Ecclesiæ proprium Breviarium habent, posse, dum privatim officium recitant, uti aut proprio, aut Romano Breviario. Ratio est, quia nullimodo præcipit ut in privata recitatione quis se conformet ad Ecclesiam privatam potius quam ad universalem, seu Romanam. Tum quod S. Pius V. licet præcipiat non esse in communi immutandum ritum illarum Ecclesiarum quæ a deobus integris sæculis eodem utebantur, absque vel Episcopi, vel Capituli consensu; nihil tamen de recitatione privata decernit. Sententiam hanc defendunt, præter Salmanticenses laudatos, Leander *tract. VIII. disp. III. q. VI.* Antonius a Spiritu sancto *tract. III. disp. VI. n. 168.* & alii plures, quos citant præfati Salmanticenses, & Leander.

VI. Opposita opinio probabilior est. Siquidem, si per adversarios ipsos S. Pius V. vetuit ne immutatio fieret absolute, & in communi absque maioris Capituli partis consensu; qua ratione dici potest eumdem Pontificem cuique privatorum facultatem reliquisse pro arbitrio immutandi propriæ Ecclesiæ ritum in privata celebratione? Quin, si per ipsos nihil Pontifex summus hic decrevit, reliquit Regulares, seu Ecclesias privilegiatas subiectas legibus iuris communis. Atqui ius commune iubet ut quisque suæ Ecclesiæ ritum sequatur, quemadmodum constat ex *cap.* De his, *cap.* Placuit, *distinct. XII.* Magna insuper deformitas, & confusio foret, si singuli Fratres alicuius Religionis privilegiatæ possent hodie Romanum, cras Cisterciense Breviarium recitare. Accedit quod Religiones privilegiatæ iubere solent sub præcepto formali obedientiæ ut Religiosorum quisque suæ Religionis ritum, & formam sequatur. Qua in positione nec adversarii negare valent, quemlibet teneri proprio uti Breviario. Hanc opinionem amplectuntur P. Suarez *Lib. IV. cap. XXIII. n. 2. & 9.* Navarrus *decret. cap. XIX. n. 211.* Bonacina *Disp. I. q. III. punct. I. n. 3.* Filliarinus *de bonis operibus Lib. I. cap. XVIII.* Garcias *de Benef. part. 3. cap. 1. n. 155.* Valentia *Tom. III. disp. VI. q. II. punct. 1. §. 3.* Azorius *Tom. I. Lib. X. cap. XI. q. 1.* Castropalaus *disp. II. punct. 2. n. 4.* Trullenchus *Lib. I. cap. VII. dub. 12. n. 1.* Pellizarius *tract. V. cap. VIII. sec. 2. q. IX.* Barbosa in *collectan. Tom. I. Lib. III. tit. 41. cap. 1.* & plures alii. Refert Garcias declarationem Congregationis Concilii, qua præcipitur singulos privilegiatos iuxta propriæ Ecclesiæ ritum recitare divinum officium. Et sane magnam præferret deformitatem, si in cuiusque privati arbitrio repositum esset proprium ritum immutare.

VII. Quæst. IV. *An Religiosi proprium Breviarium habentes, dum Romæ degunt, possint Romano uti Breviario?* Resp. Negat communis opinio, eo quod Religiones privilegiatæ, ut Benedictina, Dominicana, & aliæ, lege sancitum habent proprium ritum: quæ lex personam, non locum afficit. Ergo ubicumque Religiosus fuerit, proprium tervare ritum astringitur.

VIII. Quæst. V: *Religiosus Benedictinus transiens per Monasteria Dominicanorum, aut contra, potest ne uti Breviario illius Cœnobii per quod transit, si ibi aliquot dies commoretur?* Resp. Affirmant Leander, & Palaus, eo quod tunc Religiosus subiectus est illi Monasterio, efficiturque illius pars. Verum hæc ratio nulla est. Hinc enim consequeretur Dominicanum tunc temporis posse in omnibus vivere more Benedictinorum, & e contrario. Subiectus est illi Monasterio in rebus adiaphoris; ceterum in iis quæ proprium ritum, aut leges spectant, easdem servare tenetur. Si existens Romæ Dominicanus, aut Cisterciensis non potest uti Romano Breviario, ut fatentur Palaus, & Leander; qua ratione Breviarium alterius Religionis adhibere poterit, necessitate iublata? Sane Dominicanus post imum proprium, ritum Romanum legni tenetur, prout nonnulla statuta declararunt iubentia ut in iis quæ deficiunt in nostro ritu, aut dubia sunt, Romanum sequamur.

IX. Quæst. VI. *Religiosus factus Episcopus tenetur ne, relicto suæ religionis Breviario, suæ Diœcesis Breviarium recitare?* Resp. Affirmat communis opinio: quia per assumptionem ad Episcopatum absolvitur a debito sui ritus persequendi: debet enim regere Ecclesiam sibi commissam iuxta ritum, moremque eiusdem: debet præsse Clero veluti caput. Caput autem membris accommodari debet, quemadmodum membra capiti. Hanc docent Azorius *Tom. I. Lib. XII. cap. VII. q. IV.* Sanchez *Lib. VI. sum. cap. VI. n. 25.* Pellizarius *tract. V. cap. VIII. sect. I. q. VIII. num. 21.* Leander *disp. III. q. XIII.* Salmanticenses *tract. XVI. cap. 1. punct. 4. n. 29.* & alii communiter.



X. Quæst. VII. *Qui habet duo beneficia in diversis Ecclesiis, quæ diversus utuntur Breviariis, debet ne recitare divinas laudes iuxta ritum illius Ecclesiæ in qua residet?* Resp. Negant Sylvester *verb.* Hor. *quæst. 1.* Reginaldus *Lib. XVIII. num. 169.* & alii. Affirmant Suarez *Lib. IV. cap. XXIII. n. 8.* Filliucius *tract. XIII. cap. VII. q. 1. num. 221.* Bonacina *disp. 1. de Horis q. III. punct. 1. n. 9.* Leander *disp. III. q. XIV.* & alii plures. D. Thomas veriat hanc quæstionem *quodlib. 1. art. 13.* & pluribus distinctionibus adhibitis perspicue eam resolvit his verbis. *Dicendum, quod supposito quod aliquis licite sit præbendatus in duabus Ecclesiis, scilicet ex dispensatione, considerandum est, quod ille qui in aliqua Ecclesia præbendam accepit, duobus obligatur, scilicet Deo, ut ei debitas laudes exsolvat pro eius beneficiis, & Ecclesiæ, de qua accipit stipendia. Ea vero quæ ad Ecclesiam pertinent, subiacent dispensationi Prælatorum Ecclesiæ: & ideo hoc debitum quod debet Ecclesiæ, debet exsolvere, secundum quod statutum est, vel per seipsum, si sit præbenda quæ requirat residentiam: vel per vicarium, si hoc sufficiat, secundum ea Ecclesiæ statutum ac consuetudinem. Sed debitum quod debet Deo, per seipsum debet exsolvere. Non refert autem quantum ad Deum, quibus psalmis, & hymnis Deum laudes; ut puta utrum dicat in Vesperis* Dixit Dominus, *vel* Laudate pueri Dominum, *nisi quantum ad hoc quod debet sequi maiorum traditionem: & quia laudes debet quasi unus homo, sufficit quod semel officium dicat secundum consuetudinem alicuius Ecclesiarum quarum est Canonicus. Sed de electione officii rationabiliter videtur quod debeat dicere officium illius Ecclesiæ in qua maiorem gradum habet; puta si in una sit Decanus, & in alia simplex Canonicus, debet dicere officium illius Ecclesiæ in qua est Decanus. Quod si in utraque Ecclesia fuerit simplex Canonicus, debet dicere officium alicuius Ecclesiæ; quamvis forte in minori Ecclesia habeat opulentiorem præbendam: quia temporalia nullius momenti sunt spiritualibus comparata. Si vero ambæ Ecclesiæ sunt æqualis dignitatis, potest eligere quodcumque officium voluerit, si fuerit ab utraque Ecclesia absens; si autem fuerit in aliqua earum præsens, debet se conformare illis cum quibus conversatur.* Adeo perspicua sunt hæc omnia, ut nec verbum adiicere liceat.

XI. Quæst. VIII. *Scholares qui commorantur in aliqua universitate studiorum gratia, debent illius, aut propriæ diœcesis Breviarium recitare?* Resp. Probabilior mihi opinio est eos posse sequi ritum illius diœcesis in qua commorantur, relicto ritu illius alterius diœcesis in qua habent fixum domicilium. Sic docent Suarez *Lib. IV.* cap. XXIII. n 7. Laymanus *Lib. IV. tract. 1. cap. V. n. 3.* Non nego tamen eos retinere etiam posse iuxe propriæ diœcesis ritum, si velint, in privata recitatione. Verum, si ritus absolute idem sit, puta Romanus, & diversitas tantum in quibusdam festis, aut festis, rationabilius videtur ut illi diœcesi se accommodent in qua degunt diuturniori tempore.

XII. Quæst. IX. *Potest ne quivis recitare officium ante tempus, aut solito brevius cum socio habente privilegium hæc agendi?* Resp. Affirmant Trullenchus *Lib. I. cap. VII. dub. 14. num. 7.* Rodriquez *Tom. IV. cap. LXVIII. num. 10.* Leander *disp. III. q. XVI.* Henriquez *Lib. VII. cap. XXX. n. 4.* Quia, inquiunt, privilegium concessum viro extenditur ad uxorem: ergo & privilegium recitandi Breviarium ante tempus, vel brevius extenditur ad socium. Quæ ratio nulla est. In coniugio vir, & uxor una persona reputantur: quare privilegium recipiendi benedictionem nuptialem tempore vetito concessum viro, concessum intelligitur & iponsæ. Verum hoc perperam adducitur ad inferendam extensionem privilegii recitandi Breviarii ad socios, in privilegio minime expressos. Quia habens privilegium, socio, ut supponimus, non indiget. Qua ergo potestate valet assumere socium, ut tali fruatur privilegio? Si unum assumere potest, cur non duos? Et si duos, cur non viginti?

XIII. Quæst. X. *Clericus qui nulli Ecclesiæ addictus est, sed ratione patrimonii sacris ordinibus initiatus est, valet ne ad libitum eligere Breviarium diversum a Romano?* Resp. Affirmant Sylvester *verb.* Hor. *q. 1. dicto 4.* ubi citat Directorium, Tabiena *q. X. Angles verb.* Horæ *n. 12.* His temporibus opinio hæc probabilis non est ob præceptum latum a S. Pio V. in principio Breviarii Romani præfixum, quo omnibus præcipitur ut iuxta formulam, & eiusdem Romani Breviarii ritum horas canonicas recitent, nisi peculiari privilegio gaudeant. Sic docent Azorius *Lib. X. cap. XI. quæst. 1.* Suarez *Lib. IV.*

*IV. cap.* XXIII. *num.* 4. Lessius *Lib. II. cap.* XXXVII. *n.* 75. Palaus *disp.* III. *punct.* 2. *n.* 1. Bonac. *disp.* 12. *q.* III. *punct.* 2. *n.* 4. Leander *disp.* III. *quæst.* XVII.

XIV. Quæst. XI. *Valet ne Episcopus cum Clericis sacris ordinibus initiatis dispensare, ut omisso Breviario proprio, iuxta aliud recitent?* Resp. Negant Sanchez *Lib. VII. cap.* CCXXVI. Navarrus *cap. Quando cap.* XI. *n.* 27. Ratio evidens est: quia licet ante Constitutionem *S. Pii V.* possent Episcopi proprias mutare leges (ipsi namque formam Breviarii recitandi præscribebant) post publicatam tamen dictam Constitutionem facultate minime potiuntur dispensandi a præcepto inhærendi ritui Romano. Sententiam hanc absolute acceptam nemo negare iure valet. Suarez *Lib. IV. cap.* XI. *& cap.* XXIII. *n.* 27. Navarrus, Bonacina, Filliucius, Leander, & alii dicunt posse semel, vel bis Episcopum cum Clerico subdito dispensare, legitima occurrente causa. Quod valeat superior, quemadmodum in ceteris legibus, ita & in hac in casu aliquo urgenti dispensare cum subditis suis, nemo est qui inficias ire ausit. Verum vix occurrere casus potest in quo Episcopus, sive Prælatus possit cum suis subditis dispensare, ut iuxta alterius Breviarii ritum divinas laudes celebrent. Si autem accideret, dispensare posset.

XV. Quæst. XII. *Peccatum ne est quidquam addere, vel demere ex Breviario Romano?* Resp. Communis sententia est, peccatum mortale esse quidquam perpetuo duraturum, quamvis in se leve, addere, aut detrahere Romano Breviario. Quia licet res addita minima in se sit, gravis tamen evadit tum ob usurpatam iurisdictionem, tum ob confusionem quæ in ecclesiastico ritu introducitur. Sic docent Suarez *Lib. IV. cap.* XIII. *n.* 15. Castropalaus *disp.* II. *punct.* 2. *n.* 13. Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap.* V. *§.* 2. *num.* 7. Leander *disp.* III. *quæst.* XXVII. & alii.

XVI. Quæst. XIII. *Qui officium divinum recitaret cum additione alicuius notabilis partis, satisfaceret ne præcepto?* Resp. Negant aliqui, adfirmant plures. Sed distinctione adhibenda puncto complectenda res est. Si quis integrum officium iuxta Breviarii formam recitaret, proculdubio satisfaceret præcepto, etiamsi postea ex arbitrio alia adderet. Si vero ita aliqua adderet, ut transmutaret formam præscriptam, tunc peccaret adversus præceptum. Verum vix hoc accidit: ideo non est diutius in eo immorandum. Hac eadem ratione peccaret ille qui ex arbitrio, omissis lectionibus designatis in Breviario pro hac die, substitueret alias eiusdem Breviarii, vel alias non approbatas.

XVII. Quæst. XIV. *Peccaret ne qui horas canonicas in Ecclesia latina in choro lingua græca, hebræa, aut vernacula persolveret?* Resp. Adfirmant communiter omnes: quia hoc esset expresse contra Bullam Pii V. præscribentis ritum iuxta quem recitandum officium est. Negant vero Bonacina, Elcobarius, & alii, si fermo sit de recitatione privata lingua vernacula, puta italica, aut gallica. Verum hæc opinio communiter reprobatur. Quia Constitutio Pii V. adtingit omnes ad persolvendas horas canonicas, privilegiatis exceptis, iuxta Breviarii Romani formulam, sive in publico, sive in privato illæ recitentur. Idcirco qui vernacula lingua recitaret officium divinum, mutaret in re gravi ritum Ecclesiæ. Quin Tridentinum expresse vetat celebrationem Missæ in lingua vernacula, Bibliisque in eiusmodi lingua impressionem. Quidam vero contendunt, ut Bonacina, Diana, Tamburinus, & alii, non peccare graviter Ecclesiasticum larium qui in privata recitatione uteretur lingua græca, vel hebræa. Verum hæc quoque opinio improbatur communiter a Theologis. Siquidem qui ex latinis absque iusta causa, omissa latina lingua, uteretur græca, vel hebræa, contemneret reipsa Ecclesiæ Romanæ ritum, Bullamque prædictam parvi penderet. Et cum hæc mutatio gravis sit, gravem quoque includit culpam. Quemadmodum enim graverm perpetraret culpam qui in Missa celebranda rirum mutaret pro arbitrio, aut alterius coloris vestes adhibendo, aut ordinem præscriptum a Bubricis pervertendo; ita graviter delinqueret qui in recitandis horis canonicis diverso a præscripto, & communi uteretur idiomate. Hæcque sententia communior, & probabilior est, quando mutatio fit absque legitima causa. Si enim gravis, & urgens ratio contingeret mutationis peragendæ, nulla tunc culpa foret.

## CAPUT VII.

### *De illis qui privatim canonicas recitare horas tenentur.*

TRia sunt personarum genera quæ ad persum divini officii solvendum tenentur, nimirum Clerici in sacris constituti, Religiosi, & Beneficiarii. Conveni penes omnes obligationem illam gravem esse. Origo unde ortum ducat, non est apud omnes eadem. Nam aliqui illam arcessunt ex *cap.* 1. *& cap.* Dolentes *de celebr. Miss. cap.* Si quis Presbyter, *dist.* XCI. Alii eam reperunt ex pervetusta consuetudine, & ex ipsa status natura. Siquidem Clerici, in sacris constituti, Religiosique omnes Deo devoti sunt in hunc sane finem ut debitas laudes Deo fundant. Licet omnes Deo laudes pangere, precesque, & supplicationes porrigere debeant; tamen Religiosi Deo consecrati strictiori vinculo ad tale munus devinciuntur. Porro quocumque ex capite, sive ex antiqua consuetudine, sive ex iure proficiscatur obligatio isthæc; id certum est quod gravis sit, & quod qui illam violat, letale peccatum perpetret. Porro, ut sigillatim, clariusque difficultates quæ occurrere possunt, resolvantur, in plures paragraphos dispertiemur tribuo.

### §. I.

### *De obligatione Clericorum ad canonicas horas recitandas.*

I. QUæst. I. *Clerici in minoribus constituti ordinibus tenentur ne horas canonicas, vel aliquam precem recitare?* Resp. Quamvis fuerint olim aliqui qui Clericum quemque, sive in minoribus, sive in maioribus constitutum, obligationi præfatæ subiecerint; omnes tamen in præsens ad unum Theologi, Canonistæque Clericos nondum sacris initiatos ab hoc onere eximunt. Paludanus *in IV. dist.* XV. *q.* V. Turrecremata in *cap.* Qui autem *dist.* XIX. Sylvester *verb.* Hora *q.* II. Navarrus *cap.* VII. *de horis num.* 13. Sustinent hos minores Clericos teneri ad alias preces pro arbitrio eligendas, sunt enim divino cultui deputati: nonnullas etiam interdum Ecclesiæ eleemosynas a populo oblatas percipiunt. Igitur aliquas pro populo preces fundere Deo tenentur. Alii contendunt, eiusmodi minores Clericos vi consuetudinis ad officium B. Virginis adtingi, aut ieptem psalmos pœnitentiales, aut graduales. Verum communis opinio docet, liberos omnino esse præfatos Clericos a debito quamcumque diarum precum: nec enim aut de lege, aut de consuetudine, quæ talem indicat obligationem, constat; immo contraria obtinet. Excipe aliquam Ecclesiam quæ peculiare onus contractum haberet ob eleemosynas perceptas adtringendi suos Clericos ad officium B. Virginis, vel psalmos pœnitentiales, aut graduales recitandos.

II. Quæst. II. *Potest ne Episcopus Clericos præfatos astringere ut singulis diebus aliquas preces recitent?* Resp. Adfirmat Bonacina *disp.* 1. *q.* 11. *punct.* 3. *de Horis canon.* Eo quod Clerici illi iurisdictioni Episcopi subiecti sint. Sed contrariam sententiam docet Dominicus Sotus *Lib. X. de iust. q.* V. *art.* 3. Azorius *Lib. X. cap.* V. *q.* 19. *art.* 3. Sa *verb.* Hora *n.* 5. Lessius *Lib. II. cap.* XXXVII. *dub.* 8. *n.* 46. Filliucius *tract.* XXIII. *cap.* 5. *n.* 148. Laymanus *Lib. IV. tract.* 1. *cap.* IV. Vasquez *de Benedict cap.* IV. *§.* 1. *dub.* 2. *n.* 6. Sanchez *Lib. VII. Consil. cap.* II. *dub.* 2. *n.* 6. Leander *disp.* II. *§.* 2. *q.* XI. Suarez *Lib. IV. cap.* XVII. *n.* 13. & communiter alii. Quoniam Clerici subiecti sunt Episcopo in iis quæ proprium statum ipectant; ieens in iis quæ sunt præter proprii status conditionem. Regularis subiectus est Prælato in iis quæ Regula propria, aut constitutiones præscribunt. Nec propterea in potestate Prælati est aliquid præcipere quod sit supra, aut præter Regulam, excepris quibusdam eventibus qui interdum contingere possunt. Cum itaque nec lege, nec consuetudine adtricti sint eiusmodi Clerici recitare sive officium B. Virginis, sive psalmos, sive quascumque alias preces, nequit Episcopus tali statui hoc onus affigere. Dum vero Episcopus his Clericis in illorum ordinatione psalmos, aliaque preces imungit, non videtur velle eos sub gravi culpa obligare, ut sentiunt Sotus, Valentia, Prado, Ioannes a S. Thoma, aliique.

III. Quæst. III. *Omnes Clerici sacris initiati tenentur ne solvere pensum divini officii?* Resp. Quamvis olim aliqui id negaverint respectu Clerici non addicti alicui Ecclesiæ, in præsens tamen omnes ad unum Theologi adfirmant, Clericos quoslibet, sive titulo patrimonii, sive titulo Ecclesiæ ordinatos, oneri recitandi horas canonicas obnoxios esse: solumque dissidium est, quo iure ad id teneantur, ut iam indicatum supra est. Verisimilius est, Presbyteros iure canonico astringi, ut colligitur *ex cap.* Presbyter *dist.* XCI. *& cap.* 1. *de celeb. Miss.* Diaconos vero, & Subdiaconos probabilius est adtringi vi generalis, & perennis consuetudinis. Disputant nonnulli, utrum foret huic oneri subiectus qui ante illum rationis sacris initiatus esset: & probabilior sententia negat. Sic ordinarium teneri; sicuti nec voto castitatis talis Clericus subiectus esset. Hæc quippe, & similia onera imponi nequeunt absque libera electione illius qui exequi eadem debet. Teneretur vero qui usu rationis prædictas libere ordinaretur ante pubertatem: quia tunc omnia concurrerent quæ necessaria sunt ad contrahendam hanc obligationem.

IV. Quæst. IV. *Qui per metum intuitu incussum suscepit sacros ordines, tenetur ne canonicas horas recitare?* Resp. Negant Azorius.



San-

*IV. cap.* XXIII. *num.* 4. Lessius *Lib. II. cap.* XXXVII. *n.* 75. Palaus *disp.* III. *punct.* 2. *n.* 1. Bonac. *disp.* 12. *q.* III. *punct.* 2. *n.* 4. Leander *disp.* III. *quæst.* XVII.

XIV. Quæst. XI. *Valet ne Episcopus cum Clericis sacris ordinibus initiatis dispensare, ut omisso Breviario proprio, iuxta aliud recitent?* Resp. Negant Sanchez *Lib. VII. cap.* CCXXVI. Navarrus *cap. Quando cap.* XI. *n.* 27. Ratio evidens est: quia licet ante Constitutionem *S. Pii V.* possent Episcopi proprias mutare leges (ipsi namque formam Breviarii recitandi præscribebant) post publicatam tamen dictam Constitutionem facultate minime potiuntur dispensandi a præcepto inhærendi ritui Romano. Sententiam hanc absolute acceptam nemo negare iure valet. Suarez *Lib. IV. cap.* XI. *& cap.* XXIII. *n.* 27. Navarrus, Bonacina, Filliucius, Leander, & alii dicunt posse semel, vel bis Episcopum cum Clerico subdito dispensare, legitima occurrente causa. Quod valeat superior, quemadmodum in ceteris legibus, ita & in hac in casu aliquo urgenti dispensare cum subditis suis, nemo est qui inficias ire ausit. Verum vix occurrere casus potest in quo Episcopus, sive Prælatus possit cum suis subditis dispensare, ut iuxta alterius Breviarii ritum divinas laudes celebrent. Si autem accideret, dispensare posset.

XV. Quæst. XII. *Peccatum ne est quidquam addere, vel demere ex Breviario Romano?* Resp. Communis sententia est, peccatum mortale esse quidquam perpetuo duraturum, quamvis in se leve, addere, aut detrahere Romano Breviario. Quia licet res addita minima in se sit, gravis tamen evadit tum ob usurpatam iurisdictionem, tum ob confusionem quæ in ecclesiastico ritu introducitur. Sic docent Suarez *Lib. IV. cap.* XIII. *n.* 15. Castropalaus *disp.* II. *punct.* 2. *n.* 13. Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap.* V. *§.* 2. *num.* 7. Leander *disp.* III. *quæst.* XXVII. & alii.

XVI. Quæst. XIII. *Qui officium divinum recitaret cum additione alicuius notabilis partis, satisfaceret ne præcepto?* Resp. Negant aliqui, adfirmant plures. Sed distinctione adhibenda puncto complectenda res est. Si quis integrum officium iuxta Breviarii formam recitaret, proculdubio satisfaceret præcepto, etiamsi postea ex arbitrio alia adderet. Si vero ita aliqua adderet, ut transmutaret formam præscriptam, tunc peccaret adversus præceptum. Verum vix hoc accidit: ideo non est diutius in eo immorandum. Hac eadem ratione peccaret ille qui ex arbitrio, omissis lectionibus designatis in Breviario pro hac die, substitueret alias eiusdem Breviarii, vel alias non approbatas.

XVII. Quæst. XIV. *Peccaret ne qui horas canonicas in Ecclesia latina in choro lingua græca, hebræa, aut vernacula persolveret?* Resp. Adfirmant communiter omnes: quia hoc esset expresse contra Bullam Pii V. præscribentis ritum iuxta quem recitandum officium est. Negant vero Bonacina, Elcobarius, & alii, si fermo sit de recitatione privata lingua vernacula, puta italica, aut gallica. Verum hæc opinio communiter reprobatur. Quia Constitutio Pii V. adtingit omnes ad persolvendas horas canonicas, privilegiatis exceptis, iuxta Breviarii Romani formulam, sive in publico, sive in privato illæ recitentur. Idcirco qui vernacula lingua recitaret officium divinum, mutaret in re gravi ritum Ecclesiæ. Quin Tridentinum expresse vetat celebrationem Missæ in lingua vernacula, Bibliisque in eiusmodi lingua impressionem. Quidam vero contendunt, ut Bonacina, Diana, Tamburinus, & alii, non peccare graviter Ecclesiasticum larium qui in privata recitatione uteretur lingua græca, vel hebræa. Verum hæc quoque opinio improbatur communiter a Theologis. Siquidem qui ex latinis absque iusta causa, omissa latina lingua, uteretur græca, vel hebræa, contemneret reipsa Ecclesiæ Romanæ ritum, Bullamque prædictam parvi penderet. Et cum hæc mutatio gravis sit, gravem quoque includit culpam. Quemadmodum enim graverm perpetraret culpam qui in Missa celebranda rirum mutaret pro arbitrio, aut alterius coloris vestes adhibendo, aut ordinem præscriptum a Bubricis pervertendo; ita graviter delinqueret qui in recitandis horis canonicis diverso a præscripto, & communi uteretur idiomate. Hæcque sententia communior, & probabilior est, quando mutatio fit absque legitima causa. Si enim gravis, & urgens ratio contingeret mutationis peragendæ, nulla tunc culpa foret.

## CAPUT VII.

### *De illis qui privatim canonicas recitare horas tenentur.*

TRia sunt personarum genera quæ ad persum divini officii solvendum tenentur, nimirum Clerici in sacris constituti, Religiosi, & Beneficiarii. Conveni penes omnes obligationem illam gravem esse. Origo unde ortum ducat, non est apud omnes eadem. Nam aliqui illam arcessunt ex *cap.* 1. *& cap.* Dolentes *de celebr. Miss. cap.* Si quis Presbyter, *dist.* XCI. Alii eam reperunt ex pervetusta consuetudine, & ex ipsa status natura. Siquidem Clerici, in sacris constituti, Religiosique omnes Deo devoti sunt in hunc sane finem ut debitas laudes Deo fundant. Licet omnes Deo laudes pangere, precesque, & supplicationes porrigere debeant; tamen Religiosi Deo consecrati strictiori vinculo ad tale munus devinciuntur. Porro quocumque ex capite, sive ex antiqua consuetudine, sive ex iure proficiscatur obligatio isthæc; id certum est quod gravis sit, & quod qui illam violat, letale peccatum perpetret. Porro, ut sigillatim, clariusque difficultates quæ occurrere possunt, resolvantur, in plures paragraphos dispertiemur tribuo.

### §. I.

### *De obligatione Clericorum ad canonicas horas recitandas.*

I. QUæst. I. *Clerici in minoribus constituti ordinibus tenentur ne horas canonicas, vel aliquam precem recitare?* Resp. Quamvis fuerint olim aliqui qui Clericum quemque, sive in minoribus, sive in maioribus constitutum, obligationi præfatæ subiecerint; omnes tamen in præsens ad unum Theologi, Canonistæque Clericos nondum sacris initiatos ab hoc onere eximunt. Paludanus *in IV. dist.* XV. *q.* V. Turrecremata in *cap.* Qui autem *dist.* XIX. Sylvester *verb.* Hora *q.* II. Navarrus *cap.* VII. *de horis num.* 13. Sustinent hos minores Clericos teneri ad alias preces pro arbitrio eligendas, sunt enim divino cultui deputati: nonnullas etiam interdum Ecclesiæ eleemosynas a populo oblatas percipiunt. Igitur aliquas pro populo preces fundere Deo tenentur. Alii contendunt, eiusmodi minores Clericos vi consuetudinis ad officium B. Virginis adtingi, aut ieptem psalmos pœnitentiales, aut graduales. Verum communis opinio docet, liberos omnino esse præfatos Clericos a debito quamcumque diarum precum: nec enim aut de lege, aut de consuetudine, quæ talem indicat obligationem, constat; immo contraria obtinet. Excipe aliquam Ecclesiam quæ peculiare onus contractum haberet ob eleemosynas perceptas adtringendi suos Clericos ad officium B. Virginis, vel psalmos pœnitentiales, aut graduales recitandos.

II. Quæst. II. *Potest ne Episcopus Clericos præfatos astringere ut singulis diebus aliquas preces recitent?* Resp. Adfirmat Bonacina *disp.* 1. *q.* 11. *punct.* 3. *de Horis canon.* Eo quod Clerici illi iurisdictioni Episcopi subiecti sint. Sed contrariam sententiam docet Dominicus Sotus *Lib. X. de iust. q.* V. *art.* 3. Azorius *Lib. X. cap.* V. *q.* 19. *art.* 3. Sa *verb.* Hora *n.* 5. Lessius *Lib. II. cap.* XXXVII. *dub.* 8. *n.* 46. Filliucius *tract.* XXIII. *cap.* 5. *n.* 148. Laymanus *Lib. IV. tract.* 1. *cap.* IV. Vasquez *de Benedict cap.* IV. *§.* 1. *dub.* 2. *n.* 6. Sanchez *Lib. VII. Consil. cap.* II. *dub.* 2. *n.* 6. Leander *disp.* II. *§.* 2. *q.* XI. Suarez *Lib. IV. cap.* XVII. *n.* 13. & communiter alii. Quoniam Clerici subiecti sunt Episcopo in iis quæ proprium statum ipectant; ieens in iis quæ sunt præter proprii status conditionem. Regularis subiectus est Prælato in iis quæ Regula propria, aut constitutiones præscribunt. Nec propterea in potestate Prælati est aliquid præcipere quod sit supra, aut præter Regulam, excepris quibusdam eventibus qui interdum contingere possunt. Cum itaque nec lege, nec consuetudine adtricti sint eiusmodi Clerici recitare sive officium B. Virginis, sive psalmos, sive quascumque alias preces, nequit Episcopus tali statui hoc onus affigere. Dum vero Episcopus his Clericis in illorum ordinatione psalmos, aliaque preces imungit, non videtur velle eos sub gravi culpa obligare, ut sentiunt Sotus, Valentia, Prado, Ioannes a S. Thoma, aliique.

III. Quæst. III. *Omnes Clerici sacris initiati tenentur ne solvere pensum divini officii?* Resp. Quamvis olim aliqui id negaverint respectu Clerici non addicti alicui Ecclesiæ, in præsens tamen omnes ad unum Theologi adfirmant, Clericos quoslibet, sive titulo patrimonii, sive titulo Ecclesiæ ordinatos, oneri recitandi horas canonicas obnoxios esse: solumque dissidium est, quo iure ad id teneantur, ut iam indicatum supra est. Verisimilius est, Presbyteros iure canonico astringi, ut colligitur *ex cap.* Presbyter *dist.* XCI. *& cap.* 1. *de celeb. Miss.* Diaconos vero, & Subdiaconos probabilius est adtringi vi generalis, & perennis consuetudinis. Disputant nonnulli, utrum foret huic oneri subiectus qui ante illum rationis sacris initiatus esset: & probabilior sententia negat. Sic ordinarium teneri; sicuti nec voto castitatis talis Clericus subiectus esset. Hæc quippe, & similia onera imponi nequeunt absque libera electione illius qui exequi eadem debet. Teneretur vero qui usu rationis prædictas libere ordinaretur ante pubertatem: quia tunc omnia concurrerent quæ necessaria sunt ad contrahendam hanc obligationem.

IV. Quæst. IV. *Qui per metum intuitu incussum suscepit sacros ordines, tenetur ne canonicas horas recitare?* Resp. Negant Azorius.



San-

Sanchez, Vidal, Leander, & plures alii, qui contendunt neque continentiæ voto astrictum hunc fore, neque horis canonicis recitandis. Verum contraria opinio, quam propugnant graviores Theologi, Paulus Comitolus, Ledesma, D. Antoninus, Sylvester, & alii plurimi, quos loco suo dabimus, probabilior nobis est. Metus quippe extrinsecus incussus non tollit voluntarium; neque vis quæ conditionata, aut inducens a Theologis nuncupatur, impedimento, est quominus suscipiant characterem ii qui ad sacramenta accedunt quæ illum imprimere habent: de qua quæstione plura de sacramento Ordinis. In hypotheti vero quod metus sit iuste incussus, fatentur omnes tunc teneri, eo quod Clericus nullam in ordinatione tali iniuriam patitur.

X. Quæst. V. *Subdiaconus, qui beneficium suscipit, qui professionem emittit, tenetur ne eo die quo initiatur sacris, professionem emittit, vel beneficium accipit, recitare totum ejusdem diei officium, aut officii partem dumtaxat?* R. Convenit penes omnes, non teneri integrum officium recitare Subdiaconum die suæ ordinationis quæ inter Tertiam, & Sextam peragi solet. Dissidium est, utrum teneatur recitare partem officii; nempe illas horas quæ, peracta ordinatione, recitandæ in choro bene instituto superfuint. Communior, & probabilior sententia docet, Subdiaconum die suæ ordinationis astrictum esse recitare Sextam, vel saltem Nonam, Vesperas, & Completorium. Hanc defendunt Suarez *Lib. IV. c.* XXVIII. Azorius *Lib. X. cap.* XIII. *quæst.* XVII. Bonacina *disp. 1. quæst. VI. punct. 5. num. 9.* Sanchez *in Consil. Lib. VII. cap. 11. dub. 7.* Martinez de Prado *Tom. II. cap.* XXX. *q. VI. §. 2. num. 13. Nominatim contra me* (inquit Leander disp. 11. quæst. l.) *Nihilominus tamen iterum atque iterum, quod docui II. Part. tract. VI. disp. XIII. quæst. X. nunc dico, dolen, & teneo: quia eius argumenta non me terent, nec retrorsum abire facient, cum sint pusilla satis, immo tanto viro indigna, ut demonstrabo facile.* Audistin, quanta pectoris constantia hic Probabilistarum athleta de more suas propugnet laxitates, solo umbraticæ probabilitatis commento fultas? Sed audiamus iactatam plenis buccis demonstrationem. *Sic meam sententiam probo* (inquit intrepidus Theologus:) *quia probabile est quod quis ex quavis causa non potest recitare maiorem partem officii, in qua servatur forma officii ecclesiastici, non teneatur recitare minorem.... Sed sic est quod secundum communem opinionem, qui initiatur Subdiaconatui, non tenetur eo die recitare Matutinum, nec Primam, nec Sextam, nec (secundum aliquos) Nonam; quod est maior, immo maxima pars officii. Ergo &c.* Demonstratio isthæc ex fodina Probabilismi eruta, proscripta ab Ecclesia est in propositione 14. damnata ab Innocentio XI. Terga igitur det necesse est strenuus Probabilista, territumque se confiteatur oportet, sin argumentis P. Ioannis Martinez de Prado, saltem Vaticani anathemate in eos omnes lato qui doctrinam hanc P. Leandri defenderint. Quare lis nunc finita, victoriaque Magistro Martinez asserta est.

VI. Quæst. VI. *Potest ne Episcopus cum Clericis iis pensare, ne officium recitent?* Resp. Potest cum privatis, sicut in aliis legibus iejunii, festorum, & similium, ex iusta & legitima causa; secus absque causa. Cum toto Clero vero solus Summus Pontifex valet dispensare. Idem dicendum de Prælatis Regularium cum propriis subditis.

VII. Quæst. VII. *Tenetur ne qui sacros ordines est suscepturus, aut accepturus beneficium, ante ordinationem, aut beneficii susceptionem paratum habere Breviarium, undumque recitandi scire?* Resp. Affirmant communiter Theologi; alioquin se exponeret periculo violandi præceptum recitandi horas canonicas vel ob privationem Breviarii, vel ob ignorantiam illud recitandi.

## §. II.

### *De obligatione Regularium, & Monialium recitandi post emissam professionem horas canonicas extra chorum.*

I. AB obligatione recitandi horas canonicas exempti sunt Novitii choro dicati, ut communissima sententia docet contra Paludanum *in IV. dist. XV. q. VI.* & Turrecrematam *dist. XCI. c.* Qui autem, *n.* 13. alioque paucos, qui olim sustinuere, Novitios Regularium nondum professos teneri ad horas canonicas, eo quod reditibus, & eleemosynis civium sustententur. Verum hæc ratio nullius momenti est. Siquidem & pauperes qui precaria ilipe vivunt, civium reditibus aluntur; nec propterea oneri recitandi officium obnoxii sunt. Nec officit quod quibusdam privilegiis Professorum Novitii gaudeant: quoniam ad id satis est quod sint in via ad professionem, & quod libera electione Religionis oneribus subiiciantur. Neque probabilem reputamus opinionem Sylvestri, qui *verb.* Hora *quæst.* II. *vers. Sextum* asserit, Novitios teneri ad aliquas preces, seu psalmos indeterminate: quia nulla lex, nulla consuetudo assignari potest vi cuius ad id astricti evincantur.

II. Religiosi quoque conversi professi ab hoc onere recitandi horas canonicas liberi sunt: quia licet sint professi, Deoque dicati, non tamen laudibus divinis & divino cultui, sed corporis laboribus destinati sunt. Verum quidem est, loco horarum canonicarum preces quasdam a constitutionibus Ordinis definitas prælatos conversos recitare. Has ramen si omittant, letaliter non delinquunt: quia ad eiusmodi preces non astringuntur vi alicuius legis, vel consuetudinis ad culpam mortalem obligantis; sed tantum peccant adversus constitutiones propriæ Religionis quæ si ad nullam culpam obligent, ut in Ordine Prædicatorum, nullam ipsi culpam perpetrant. Hæc quoque opinio communis est.

III. Quæst. I. *Religiosi professi, nondum in sacris constituti, & Moniales professæ tenentur ne sub gravi culpa recitare horas privatim extra chorum?* R. Percelebris est controversia isthæc ob iuniorum dissidia. Sententia affirmans communis est, solaque probabilis. Hanc defendunt Dominicus Sotus *Lib. X. q. V. art.* 3. Suarez *Lib. IV. cap.* XVII. *n.* 6. Azorius *Lib. X. c.* VI. *q.* 1. Toletus *Lib. II. cap.* XII. *num.* 8. Filliucius *tract.* XXIII. *cap. V. num.* 150. Lessius *Lib. II. cap.* XXXVII. *dub. 9. num. 47.* Macignus *tract. de hor. canon. cap.* XIII. *num.* 28. Malderus 2. 2. *tract. X. cap.* 11. *dub.* 3. Diana *coord. Tom. III. tract. VI. resol.* 15. 16. 17. & alibi, qui citat Gavantum, Bellochium, Aragon, Conradum, Graffium, Portel. Sanchez *Lib. VII. Consil. cap.* 11. *dub.* 3. Trullenchus *Lib. I. cap.* VII. *dub.* 12. §. 1. *n.* 1. Vaiquez de *Benef. cap.* IV. §. 1. Bonacina *disp. 1. quæst. II. p. 2. num.* 1. Callropalaus *disp. II. punct. 1. §. 3. num.* 1. Tamburin. *in Decal. P. II. Lib. II. cap. V. §. 1. n.* 13. Bertrandus Loth *tract.* XXIII. *quæst. 1. art.* 8. Ioannes Martinez de Prado T. *I. cap.* III. *q.* XIV. *n.* 45. Herrera *de stat. Relig. decis.* 8. Leander *tract.* VIII. *disp.* II. *quæst.* X. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 15. *punct.* 2. Henricus a S. Ignatio *Lib. X. cap.* XVII. Natalis ab Alexandro *Lib. II. art.* 2. *regul.* 6. S. Antonius *P. III. tit. 1. cap.* IV. §. 1. Franciscus Genet *tract. 1. cap. X. quæst.* XXX. Wigandt *tr. X. ex. 5. n.* 77. & alii communiter.

IV. Rationes breviter perstringuntur. Et primo ex antiquitate plura suppetunt documenta quæ traditionem istius obligationis nobis ostendunt. D. Hieronymus *epist. ad Demetriadem* hæc habet. *Præter psalmorum, & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperam, media nocte, & mane semper est exercendum, statuta quot horis sanctam Scripturam discere debeas.* Natalis Alexander *loc. cit.* plura alia documenta allegat, quæ brevitatis gratia præterire iuvat.

V. Ratio itaque propositæ sententiæ a perrenni consuetudine repetitur. Siquidem consuetudo rationabilis, quæ nulli legi, sive ecclesiasticæ, sive divinæ adversatur, sed potius quam maxime legibus omnibus consentanea est, si diuturni temporis cursu fruatur, vim habet obligandi, ut omnes cum Canonistæ, tum Theologi fatentur. Porro Regulares omnes, & Moniales professæ vi consuetudinis, non tam ab ipsis Religionibus, quam ab Ecclesia introductæ, tenentur ad horas canonicas recitandas. Siquidem Patres Ecclesiæ communi assensu testantur, Religiosos vi suæ professionis Deo consecratos esse, atque adeo divino cultui, laudibusque divinis celebrandis destinatos, ut supra ostensum est. Nulla porro validior traditio ea quæ sanctorum Ecclesiæ Patrum auctoritate nititur. Hi quippe sunt veluti canales per quos præcepta plura scripto minime exarata, sed viva voce de aure in aurem transmissa ad nos non intercisa temporum serie pervenerunt. Consuetudo autem adeo pervetusta, & in re adeo gravi gravem dubio procul inducit obligationem.

VI. Quod luculentius confirmari potest ex communi omnium sacrorum Ordinum qui chorum profitentur, consensu. Illorum quippe constitutiones fere omnes onus recitandi canonicas horas extra chorum suis Professis imponunt. Omissis aliorum Ordinum legibus satis mihi sit referre constitutionem Ordinis Prædicatorum dist. 1. cap. 1. Gloss. *Declaramus quod sicut Clerici seculares qui non sunt in sacris, si sint beneficiati, tenentur, & obligantur dicere officium; ita & quilibet Religiosus qui ex eleemosynis vivit, & ab Ordine provisionem victus, & vestitus habet, tenetur de necessitate salutis officium dicere.* P. Servatius Lairuelz Ordinis Præmonstratensis in sua Optica Regularium, seu in commentariis ad Regulam S. Augustini *specul. 58. quarta instructione* contendit in suo Ordine Præmonstratensi obtinere contrariam consuetudinem, vi cuius Monachi professi, non initiati sacris, extra chorum exempti ab horis recitandis canonicis sint. Subdubitabat tamen de istius consuetudinis vi. Quare ibidem *pag.* 300. scribit: *Capitulum generale proximo venturum, seu indicendum, consuluram me, Deo iuvante, spero, & spondeo, ut postea indubitatum ac tutum de hac re consilium præbere queam.* Verum Superiores ab illo

consulti insserunt ut publicatam opinionem retractaret, quemadmodum reipsa illam retractavit in suo Catechismo, teste Caramuele *disp.* CIII. in Reg. S. Benedicti. Omnes ergo Religiones quæ chorum profitentur, unanimi consensu in eam concedunt sententiam quæ Professos nondum sacris initiatos extra chorum ad officium divinum obligat.

VII. Contrariam opinionem defendunt Bordonius *in Consil. Regul. Resol.* 30. *num.* 2. Caramuel *in Theolog. Reg. disp.* CII. *art.* 2. *num.* 1343. Marchant *in Tribunal. Sacram. Tom. II. tract.* II. *part.* II. *tit.* 5. *sect.* I. *q.* II. Lessius *in resolut. Casuum conscient. verb.* Hor. can. *cas.* 14. Martinus de S. Ioseph *Tom. I. de Ordine tract.* 2. *num.* 3. & *sum. Lib. I.* & alii, quos citat P. Antoninus Diana *tract.* VI. *Tom. III. resol.* 17. quorum argumenta sunt sequentia.

VIII. Obiicies 1. Consuetudo invecta ab iis qui potestate carent introducendi consuetudinem, nullius roboris est. Atqui consuetudo recitandi officium divinum invecta est a monialibus, seu feminis, & a iuvenibus, qui nulla potiuntur facultate ad invehendam consuetudinem. Ergo nulla est. Quippe soli hi possunt consuetudinem instituere qui condere leges valent. Patet autem recensitas personas condendarum legum potestate destitutas esse. Resp. Obiectio hæc, tota quanta est, commentitia dignoscitur. A vero prorsus abiudicat quod ii duntaxat introducere consuetudinem valeant qui rogandi leges potestate fruuntur. Siquidem civitates subiectæ supremo dominio Regis, vel Principis leges instituere nequeunt, & inducere consuetudines possunt, ut docet D. Thomas 1. 2. *quæst.* XCVII. *art.* 3. Omnes illæ communitates introducere consuetudinem valent quæ capaces sunt per legem regi, & gubernari, ut sunt præfatæ sodalitates tum virorum, tum mulierum; dummodo occurrant conditiones ad veram consuetudinem necessarie.

IX. Obiicies 2. Ut consuetudo sub gravi culpa obliget, invecta sit oportet cum animo se se obligandi sub gravi culpa, & per modum legis. Consuetudo autem recitandi officium introducta fuit ex devotione, sicuti mos salutandi B. Virginem ad campanæ sonitum in Solis occasu, aut in meridie. Sicut ergo consuetudo hæc, & alie similes onus non inducunt, ita nec illa. Resp. Verum habet consuetudinem ex devotione, aut pietate invectam nullam parere obligationem. At falsum est consuetudinem recitandi officium introductam fuisse ex sola devotione, & pietate: quin potius vero, sinceroque animo se se obligandi inchoata fuit, & cum tali onere semper obtinuit. Idque colligitur tum ex materiæ gravitate, tum ex personarum conditione, tum denique ex communi & Patrum, & Doctorum consensu, qui gravem illius consuetudinis obligationem conceptis verbis declarant, propugnantque.

X. Obiicies 3. Consuetudo nixa errore, vel ignorantia multitudinis existimantis se teneri ad aliquos actus, quantumvis multum tempus perduret, non propterea vim inducit obligationis; sed nulla ignorantia, & errore evanescit consuetudo invecta, ut communiter Theologi docent. At consuetudo recitandi officium initio introducta fuit a iuvenibus, & Monialibus ex errore, & ignorantia. Ergo nulla est. Quod confirmari potest ex eo, quia Doctores non pauci dubitant de gravi illius consuetudinis obligatione. Consuetudo autem certa sit oportet, ut obliget. Resp. Consuetudo præfata, non ignorantia iuvenum, & Monialium, sed sanctorum hominum pietate, & scientia, invecta fuit. Maiores nostri religiosæ professionis naturam spectantes iure meritoque iudicarunt, iuvenes, Monialesque vi propriæ professionis choro dicatas, obnoxias esse oneri solvendi pensum horarum canonicarum. Non itaque ignorantia, sed cœlestis spiritus insula Patriarchis nostris sapientia radix est istius consuetudinis, quæ non dubia, sed certa est. Nec quorumdam probabilistarum, Antonii a Spiritu sancto, Martini a S. Ioseph, & aliorum opinio satis est ad elevandam vim præfatæ consuetudinis.

XII. Obiicies 4. Si Religiosi nondum in sacris constituti, subiecti essent oneri recitandi divinum officium, nemo præter Papam posset illos dispensare ab hac obligatione. Hoc autem falsum est. Siquidem, dum iuvenis professus ad statum laicorum, qui conversi vocantur, transit, nulla pontificia indiget dispensatione; sed sola sui Prælati auctoritate exequi mutationem illam valet: qua peracta liber omnino ab onere recitandi officium evadit. Solus ergo Prælatus poterit ab obligatione horarum canonicarum eximere; quod absurdum videtur. Resp. Permolestum, ac perdifficile vocat P. Dominicus Sotus *Lib. X. de inst. qu.* V. *art.* 3. argumentum istud. Verum, si radix obligationis spectetur, nullum omnino facessit negotium. Consuetudine quippe tenentur præfati Religiosi, maiorum voluntate invecta, ad horas canonicas celebrandas. Porro iidem maiores nostri statuerunt professos a statu, ut loquar, choristarum, ad conversorum sortem demigrantes, a dicto onere exemptos esse. Tenentur quamdiu choro sunt addicti; liberi sunt continuo ac a choro se abdicarunt. Laudata quippe consuetudo solos choristas, secus alios devincit. Idcirco evanescit tota facti argumenti vis.



VII. Quæst. II. *Religiosus choristæ nondum in sacris constitutus, aut Monialis professa peccaret ne mortaliter, si semel aut iterum omitteret extra chorum horas canonicas?* Resp. Negat Aragonius 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 11. *dub.* 4. *concl.* 2. cui subscribunt nonnulli alii. Sed communis, & vera sententia affirmat. Si enim consuetudo sua natura graviter obligat, ut ostensum est; obligat in omni eventu. Cur initiati sacris peccant, si semel omittunt officium divinum? Non alia ratione, nisi quia vi præcepti tenentur horas canonicas recitare. Cum ergo consuetudo præfata initiat præcepti ungeat, consequitur peccare etiam omne eos qui vi talis consuetudinis huic oneri adstricti sunt.

XIII. Quæst. III. *Religiosus choristæ nondum sacris initiatus, si dispensetur a Pontifice, ut extra claustra vitam degat, teneturne recitare horas canonicas?* Resp. Affirmat communis opinio, quia vi istius dispensationis remanendi extra claustra non mutat statum religiosum quem professus est. Quare cum vi status huiusmodi teneatur ad horas recitandas, tenetur pariter, ubicumque vitam degat.

XIV. Quæst. IV. *Si prælatus Religiosus dispensetur a Papa, ut eorum ducat, evadit ne liber ab onere recitandi horas canonicas?* R. sententia affirmans probabilior mihi est. Quia tunc vere mutat statum eiusmodi Religiosus. Si ergo dimittit statum religiosum, consequenter eximitur ab omnibus oneribus quæ huic statui affixa sunt.

XV. Quæst. V. *Religiosus fugitivus monachus in sacris constitutus, teneturne horas canonicas recitare?* Resp. Negat Bonacina *disp.* 1. *quæst.* 11. *punct.* 2. *num.* 6. cuius opinionem probabilem iudicat P. Thomas Tamburinus: quia eiusmodi Religiosus constituitur in statu cui non convenit hæc recitatio. Verum eiusmodi opinio improbabilis est; atque adeo contraria unice probabilis. Quoniam Religiosus transfuga non amittit suum statum ob fugam arreptam: ergo non exuitur eiusdem status oneribus. Aliquin commodum ex sua iniquitate referret.

XVI. Quæst. VI. *Religiosus choristæ, iudicis sententia e Monasterio ejectus, obnoxiusne est oneri recitandi horas canonicas?* Resp. Communior, & probabilior opinio affirmat, sive per ipsum stet ad Monasterium regredi, sive secus. Quoniam per hanc expulsionem non amittit suum statum. Ergo, usque dum Religiosus permanet, semper afficitur oneribus quæ eiusmodi statum comitantur, quæque prælati ab eodem possunt extra claustra degente.

XVII. Quæst. VII. *Religiosi ad tremores damnati teneanturne ad horas canonicas recitandas?* Resp. Si Religiosi isti sint in sacris constituti, affirmant Theologi plures eosdem obstringi debito solvendi divinum officium. Ergo idem dicendum de aliis professis choro addictis, & nondum ad sacros ordines evectis. Verum, quia vix in tam misero statu impleri hoc onus potest tum ob impedimenta continua, tum ob breviarii privationem; idcirco probabilius mihi videtur quod sive sint, sive non sint in sacris constituti eiusmodi Religiosi, ab hac recitatione excusentur. Eo vel magis quia Pontifex, dum eosdem tanto supplicio subiicit, videtur eosdem a recitando officio tacite quodammodo dispensare, ne status religiosus opprobrio exponatur.

XVIII. Quæst. VIII. *Privilegium concessum Benedictinis, & Iesuitis, ut eorum professi non teneantur recitare horas canonicas, donec sint sacris initiati, est ne aliis Ordinibus communicabile?* Resp. Opinio negans communis est: quippe tale privilegium adversatur Regulis, & constitutionibus aliorum Ordinum. Nec aliorum Religiosorum aliqua eiusmodi privilegium acceptavit unquam. Privilegium illud quoad Benedictinos fictitium est. Quamobrem in hac Editione retractatur.

## §. III.

*De obligatione recitandi horas canonicas, cui subiecti sint illi qui beneficium ecclesiasticum possident.*

I. BEneficia ecclesiastica sunt Episcopatus, Canonicatus, Plebanatus, Rectoria, Præpositura, Dignitas, & alia eiusmodi, ut sunt præstimonia ex rebitibus beneficii dedicata, Capellania, quæ Episcopi auctoritate erecta est, & inter bona ecclesiastica constituta, & quæ ab ipso confertur; quamvis ex bonis patrimonialibus fundata, & præsentatio ad eam laicis reservata sit, ut suius suo loco dicetur.

II. Quæst. I. *Qui habet beneficium sive simplex, sive curatum, teneturne sub gravi culpa horas canonicas recitare?* Resp. Eum teneri definitum est in Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess.* IX. *de reform. Curiæ* §. *Statuimus, & ordinamus* &c. & merito: qui enim libere aliquod beneficium suscipit, iure cogitur illa subire onera quæ eidem beneficio iunt annexa. Sed beneficium datur onere re-

cirandi horas canonicas. Ergo Beneficiati illas persolvere tenentur. Hæc est communissima sententia.

III. Quæst. II. *Qui metu reatus suscipit beneficium, subsistet ne horarum canonicarum onera?* Resp. distinguendum. Si Beneficiatus nolit percipere fructus, neque ad horas recitandas astringitur; si contra reditibus frui velit, ad horas tolvendas obstringitur: quia tunc qua voluntate percipit fructus, vult quoque beneficium. Quamvis enim coactus susceperit, voluntarie tamen, & libere retinet beneficium.

IV. Quæst. III. *Qui habet beneficium reclectium in commendam, donec alteri detur, aut annuale, seu regulare, tenetur ne horas canonicas recitare?* Resp. Etiam commenda est titulus beneficiarius: quare qui possidet eiusmodi beneficium, etiam sub titulo commendæ, percipit illius reditus: ergo onus quoque subire debet. Secus dicendum, si fructus non faceret suos. Idem affirmandum de habente beneficium manuale, cuius fructus accipiat. Nihil enim officit quod ad nutum revocari possit: quoniam quoadque durat commodum, durare debet & onus. Sententia communis.

V. Quæst. IV. *Ille cui confertur beneficium, ut pulset organa, aut artem, ut grammaticam, aliamve, doceat, tenetur ne ad horas canonicas recitandas?* Resp. Nonnulli absolute negant; sed distinctione opus est. Si soli fructus ex beneficio percepti alicui congruant tanquam merces, & stipendium laboris, tunc nulla est recitandi horas canonicas obligatio; contra vero, si beneficium reapte conferatur cum onere docendi præfatas artes, tunc recipiens beneficium suscipit onus persolvendi officium eidem beneficio annexum. Et hæc est communis Doctorum sententia.

VI. Quæst. V. *Qui percipit præstimonia, tenetur ne ad horas canonicas?* Resp. Negant nonnulli, eo quod inter beneficia non collocent eiusmodi portiones ex reditibus beneficii deductas. Verum communior, & probabilior opinio id affirmat: tum quod hæc præstimonia sint vere beneficia collata a Prælato; tum quod S. Pius V. *motu proprio* declaravit his verbis: *Declaramus præstimonia, præstimoniales portiones, & quascumque alias beneficia, etsam nulla servitia habentia obtinentes, cum prædictis partier comprehendi.* Si inter beneficia reputantur: ergo oneribus beneficii ecclesiastici obnoxia sunt.

VII. Quæst. VI. *Habens capellaniam tenetur ne ad horas canonicas?* Resp. Si capellania sit collativa, seu auctoritate Episcopi erecta, & ab eodem conferatur; dubio procul qui illam habet, horis canonicis recitandis subiectus est: quia eiusmodi capellania est verum beneficium ecclesiasticum. Si vero capellania neque sit erecta, neque conferatur ab Episcopo, qui illam habet, exemptus est ab horis recitandis: quia tunc nullo modo dici potest habere beneficium ecclesiasticum. Hoc quippe a laicis impertiri nequit.

VIII. Quæst. VII. *Quid, si capellania ex sua institutione non sit collativa; conferatur autem postea per Episcopum, aut Pontificem: tenebitur ne tunc habenti illam horarum recitatio?* Resp. Distinguendum videtur. Si capellania titulo præcipitionis collativa evadit, quod scilicet Prælati sæpe illam conferentes propriæ potestati illam conferendi subiiciant; tunc quoque oneri recitandi divini officii obnoxia fit, eo quod induit per hanc frequentem collationem naturam beneficii ecclesiastici. Tempus tamen requiritur consensus præscriptioni. Si vero capellania remaneat laica, uti remanet, si tantum semel vel bina Prælato ecclesiastico conferatur; tunc qui illam habet, exemptus est ab horis canonicis recitandis.

IX. Quæst. VIII. *Qui ante assignatam quartam decimam obtinet capellaniam collativam ex dispensatione Pontificis, tenetur ne per scripturam eandem canonicas horas?* Respond. Quamvis Missas per alium celebrare valeat, tecus tamen horas canonicas, quæ sunt onus omnino personale. Quare etiam si qui studio litterarum vacant, nequeunt penalios hoc onus implere. Qui ergo ante annum quartumdecimum obtinent eiusmodi beneficia ecclesiastica, tenentur seipsis pensum divini officii solvere: & eo tempore incipere debent quo subiecti sunt ecclesiasticis legibus. Sunt autem legibus Ecclesiæ subiecti, cum primum sunt rationis compotes. Distinguendæ tamen leges sunt. Nam aliquæ nullam exigunt peculiarem scientiam; & illæ statim servandæ sunt. Aliæ poscunt notitiam aliquam, ut hæc de recitandis horis canonicis (oportet siquidem quod puer sciat latine legere: si enim ignorat, impotens est illi:) unde tenetur confestim discere: & statim ac didicerit legere psalmos, seu Breviarium, horas recitare astringitur.

X. Quæst. IX. *Tenentur ne Pensionarii ad recitationem divini officii?* Resp. Si pensio sit omnino laicalis, quæ conferatur ceu stipendium, ac merces ob laborem præstitum, aut ob servitia pulsandi organa, aperiendi fores, & id genus similia; nulla est recitandi officii obligatio. Eiusmodi enim pensiones etiam sæcularibus conferuntur. Si vero conferantur Clerico ut Clerico, & exigant in recipiente aliquem ordinem, seu tonsuram; tunc recipiens tenetur non ad horas canonicas, sed ad parvum officium B. Virginis: quia sic decrevit S. Pius V. sub pœna restituendi fructus pensionis. Si tamen recipientes recitarent canonicas horas, latisfacerent huic obligationi: quia mens Pontificis est subducere pensionarios a maioris officii recitandi debito, illique duntaxat imponere onus parvum B. V. officium celebrandi. Satisfacere quoque huic obligationi contendunt plures Theologi Pensionarios illos qui nomen alicui Ordini unilitari dedissent, si preces a Regula talis Ordinis præscriptas recitarent. Verum nulla illius exemptionis adducitur ratio: quare implendum videtur etiam ab iis onus a Pontifice impositum.

XI. Exemptus quoque a recitando parvo officio B. Virginis ille est in cuius capite pensio reservata ad alterius commodum est. Quippe ille solus tenetur subire onus qui percipit commodum. Porro commodo pensionis non fruitur ille in cuius capite est reservata, sed alter: ergo hic, non ille, oneri officii mariani subiacet.

XII. Quæst. X. *Qui titulo clericali obtinuit pensionem, tenetur ne recitare officium matrimonium, si postea matrimonium contrahat?* Resp. Eum teneri affirmat communis opinio, eo quod pensio sua natura ecclesiastica, quæque clericalem titulum in recipiente præsupponit, non mutat suam naturam ob mutationem status illius qui eam recepit. Idemque dicendum de eo qui post initum matrimonium obtinet pensionem titulo clericali.

XIII. Qui totam pensionem resignavit, ad nihil tenetur. Qui vero partem cessit, & partem sibi retinuit; ad horas recitandas astringitur: quia adhuc pensionarius est, fructusque pensionis, sin integros, saltem dimidiatos retinet. Qui vero contentus ut pensio redimatur accepta anticipata solutione trium, aut quinque annorum, debet recitare officium parvum B. Virginis pro toto illo tempore, pro quo accepit fructus: quia onus debet respondere commodo.

XIV. Quæst. XI. *Clericus beneficiarius, si obtineat præbendam, tenetur ne præter horas canonicas recitare officium parvum B. Virginis?* Resp. Mens S. Pii V. ea videtur fuisse, ut Pensionarius recitet officium B. Virginis ealii qui ab horis canonicis recitandis exemptus sit; secus vero, si reapte horas canonicas celebrare astringatur. Quare aut officium divinum, aut parvum B. V. Pensionarius recitare debet; secus utrumque, ut docent Suarez, Sanchez, Trullenchus, Filliucius, Leander, Reginaldus, & alii plures, quos sequitur Bonacina.

XV. Quæst. XII. *Episcopi, & Cardinales debent ne horas canonicas recitare?* Resp. De Episcopis nulla est difficultas, omnibus consentientibus eos ad id teneri. De Cardinalibus prolixam instituit quæstionem P. D. Antoninus Diana *Tom. III. coord. tract.* VI. *resol.* 2. ubi post relata utriusque opinionis argumenta hæret ipse anceps, tuumque suspendit iudicium ob rationes occultas, dicens: *Verum cui ego adhæream, ex dignis rationibus proferre nolo.* Pro sententia autem negante nullum Theologum expresse nominat, nominaturus sane, si quempiam legisset. Solum hæc refert. *Pro negativa sententia ... testatus est quidam Auctifex, se vidisse votum subscriptum a duobus viris doctis Societatis IESU, quos mihi nominavit, Romæ commorantibus.* Hæc tamen opinio, tamquam omnino improbabilis & falsa, reticienda est. Affirmant quippe communiter Theologi, Cardinalatum non modo beneficium esse, sed maximum, & eminens; atque adeo, cum omnes Beneficiarii ad horas canonicas teneantur, strictiori iure teneri Eminentissimos Cardinales consequitur. Et quidem hoc onus subire tenentur a die quo accipiunt Biretum; quia eo die ius indipiscuntur ad omnia Cardinalatus munia. Quare & scriptum Doctorum Theologorum, & ipla Dianæ iudicii suspensio, & dubitatio scandali plena sunt. Tenentur ad horas minimi Beneficiarii; & non tenentur supremi? Lamentabuntur postea Cæsuitæ, si non diximus eos ad Magnatum, Principumque aures placentia loqui?

XVI. Quæst. XIII. *Coadiutores Beneficiariorum tenentur ne ad horas canonicas?* Resp. Coadiutoria non est beneficium, etiam dum assignatur aliqua portio congrua: quia beneficium remanet apud proprietarium, nec in duobus esse potest. Coadiutores autem vocantur Canonici, tum ob ius succedendi post mortem proprietarii, tum ob vocem in Capitulo, & sedem in choro. Si vero coadiutoribus assignentur aliqui fructus, non per modum stipendii, sed per modum pensionis; tunc, sicut ceteri Pensionarii, tenentur recitare officium parvum B. Virginis. Si Parocho ablenti, aut infirmo detur coadiutor, ut vices illius gerat, tunc tenebitur implere omnia Parochi onera, & canonicum recitare officium, ut communiter fatentur omnes. Tandem si coadiutores expresse se se obligaverint, & in pactum dederint cum proprietario ex indulto Pontificis,

non est dubitationi locus quod teneantur ad horas canonicas recitandas.

XVII. Quæst. XIV. *Qui habet beneficium sine fructibus, tenetur ne ad horas canonicas?* Resp. Primo certum est illum astringi, si culpa propria fructibus beneficii careat: quia hic habet beneficium cum jure ad percipiendos fructus: & si propria culpa fructus non recipit, ex hac sua iniquitate colligere nequaquam potest commodum exemptionis ab onere recitandi horas canonicas. Verum si beneficium ipsum nullos habet fructus, sed merum titulum, tunc disputant Theologi. Medina, Turrecremata, & Paludanus sustinent Beneficiarium etiam in hoc casu teneri: quia sponte, ut supponitur, acceptat beneficium fructibus destitutum: ergo etiam cum onere recitandi officium. Contraria opinio defenditur a pluribus Probabilistis his rationibus. Siquidem onus recitandi horas canonicas ratione beneficii non oritur ex mero titulo, sed ex fructibus, qui rationem mercedis habent. Acceptant utique sponte eiusmodi beneficia, quia scilicet agnoscunt nullam imponere obligationem. Quis enim acceptaret titulum cum gravamine absque ullo emolumento? Prior tententia videtur valde probabilis: quia eo ipso quod quis sponte in classem se se conicit Beneficiariorum, eorum oneribus se subiicit. Contraria quoque opinio sua fruitur probabilitate. Si quis horum Beneficiariorum super hac re me consuleret, hoc ei præberem responsum: Aut dimitte beneficium, aut recita officium. Verum meo consilio opus non est, cum nemo sit fortasse qui beneficium fructibus vacuum acceptet.

XVIII. Si vero Beneficiarius nullos fructus colligit, eo quod iusta causa non resident, fructusque residentibus distribuuntur; graviores Theologi docent, tunc teneri prælatum Beneficiarium ad horas canonicas. Dominicus Sotus *Lib. X. de institt. quæst.* v. *artic.* 3. Paludanus *in IV. dist.* xv. *quæst.* xv. *num.* 15. Turrecremata *cap.* 3. *distinct.* xci. *num.* 9. Cordoba *in Summa q.* clxxxvi. Ledesma *II. Part. quæst.* xvi. *artic.* 4. *dub.* 5. Navarrus *in Manuali cap.* xxv. *num.* 103. allique. Et primum convenit penes omnes, quod, si Beneficiarius contra iuris ordinem non resideat, teneatur ad horas. Difficultas est, dum ex iusta, & legitima causa, & servato iuris ordine, puta studiorum causa, non resident. Etiam in hoc casu eum teneri docent laudati Theologi: quia per ipsam stat quod fructus non percipiat. Absentia ab Ecclesia ex iusta causa excusat utique a culpa; sed cur eximere debet ab onere recitandi horas canonicas? Contrariam opinionem defendit Leander *tract.* VIII. *disp.* II. *quæst.* LXXXIII. Quia, inquit, obligatio recitandi horas canonicas oritur ex mercede quæ illi datur ad sustentationem. Quæ ratio falsa est: hæc namque obligatio proficiscitur ex beneficio, & iure percipiendi fructus eiusdem. Qui vero abest ab Ecclesia, quantumvis ex legitima causa, haber beneficium, & iure potitur percipiendi eiusdem beneficii reditus. Quod porro reipsa non colligat, non aliunde evenit quam ex libera illius electione. Si tamen causa legitima cur absit, sit in bonum commune Ecclesiæ suæ; forte tunc posset dici exemptus. Ceterum, cum absit ob suum peculiare commodum, tametsi honestum, e. g. ut evadat Doctor, Magister, absque ullo respectu ad Ecclesiam, quæ forte non indiget tot laureatis, & Doctoribus; aut si forte is qui abesse vult, ingenio tanto non est præditus, ut valeat comparare tantum scientiæ quæ cedat in Ecclesiæ utilitatem: is, inquam, recitandi officii obligationem minime evitat.

XIX. Beneficiarius qui fructus beneficii renuntiat parentibus, aut amicis, dubio procul tenetur ad horas canonicas: quia eiusmodi Beneficiarius revera colligit beneficii sui reditus quamvis aliena manu, & indutria.

XX. Quæst. XV. *Beneficiarius qui ob excommunicationem non percipit fructus sui beneficii, tenetur ne horas canonicas recitare?* Resp. Affirmant communiter Theologi, uno aut altero excepto. Quoniam excommunicatus, si velit, potest percipere fructus beneficii, quia valet obtinere ablolutionem ab excommunicatione: & si ad tempus in pœnam lata est, non debet hinc referre exemptionis commodum. Idem dicendum de suspenso, aut irregulari. Secus vero, si ob irregularitatem, aliamve causam privaretur beneficio: quia tunc non esset Beneficiarius.

XXI. Qui vero iniuste obtinet beneficium, ut per simoniam, aut quia est excommunicatus, vel irregularis, vel legitima destitutus ætate, non tenetur recitare horas canonicas; sed debet restituere fructus, & dimittere beneficium. Qui vero, legitime obtento beneficio, indicis sententia privatur fructuum percepione per annum, aut longiore tempore, tenetur toto illo tempore officium divinum persolvere: quia non debet ex sua culpa commodum reportare. Nec officit quod opponit Thomas Sanchez *Lib. II. Con. cap.* 11. *dub.* 74. quod tametsi Beneficiarius sua culpa damnatus fuerit, post latam tamen sententiam illius non est fructus percipere. Verum habet. Sed illius culpa in causa fuit cur damnaretur. Et hoc



hoc satis est ut debeat exequi onus recitandi divinum officium.

XXII. Quæst. XVI. *Qui beneficium perquam exile accepavit, tenetur ne precum communem lege?* Resp. Negat P. Dominicus Sotus *Lib. X. quæst.* v. *act.* 3. ubi ait, onere solvendi officium solutum eum esse qui beneficium obtinet, cuius fructus octo dumtaxat aureis æstimari possint. Verum contraria tententia communis est, & mihi unice probabilis, quam Navarrus *in Enchiridio de orat. cap.* VII. *n.* 27. appellat communem ab omnibus receptam. Eam defendunt Ostiensis *cap.* 1. *de celeb. Miss. num.* 10. D. Antonius *III. Part. tit.* XIII. *cap.* IV. §. 1. Maior *in IV. dist.* XII. *quæst.* VI. §. *Colligendo.* Sylvester *verb.* Hora *num.* 2. Tabiena *verb.* Hora canonica *num.* 2. Rosella *verb.* Hora *num.* 1. Armilla *verb.* Hora *in principio*, Paulus Comitolus *Lib. I. Resp. Moral. quæst.* LXVIII. Salmanticenses *tract.* XVI. *Moral. quæst.* III. *punct.* 3. *num.* 48. Ratio in promptu est. Hic siqui dem vere fruitur beneficio ecclesiastico, & in classem Beneficiariorum percriptus est. Quod fructus exiles, aut pingues sint, nihil refert. Quoniam onus recitandi canonicas preces non ex quantitate reditium, sed ex ipso beneficio oritur. Qui ergo vult beneficium, iugum Beneficiariorum portare debet. Quod si nolit, beneficium dimittat. Nec enim beneficia ecclesiastica mercimonia sunt, neque negotiationis, & mercaturæ loco habenda; ita ut quantitati laboris respondeat quantitas stipendii, & pretii. Mens enim Ecclesiæ in conferendis beneficiis ea est, ut Beneficiarii Deo, & populo divinum precando reddant officium.

XXIII. Quæst. XVII. *Beneficiarius qui, capta beneficii possessione, impeditur pro aliquo tempore a fructuum perceptione, tenetur ne precum canonicarum lege?* Resp. Affirmat communis, & vera tententia, quam defendunt Navarrus, Paludanus, Turrecremata, Cordoba, Sylvester, Medina, Toletus, quos citat & sequitur Suarez *Lib. IV. c.* XX. Castropalaus *disp.* II. *punct.* I. §. 2. Valquez *de Beneficiis dub.* 6. §. 1. Leander *disp.* II. *quæst.* XC. & alii: quæ opinio sic evincitur. Qui pro aliquo tantum tempore fructuum collectione privatur, peraque probabiliter se eosdem fructus percepturum, iam habet & beneficium, & ius percipiendi fructus. Hi enim sunt tituli, unde oritur debitum solvendi precum canonicarum pensum. Nec requiritur quod fructuum collectio præcedat, sed satis est quod Beneficiarius moralem ipsem habeat eosdem consequendi. Noune Beneficiarius primo collationis anno tenetur recitare officium, tametsi fructus illo anno non percipiat? Idem dicendum potiore iure & de eo qui licet pro aliquo tempore, etiam longiore, non colligat reditus Beneficii, percipit tamen distributiones, quæ adstantibus tribuuntur; & de altero cuius beneficii fructus primo anno respondentes reservantur ex Ecclesiæ statuto ad iusta post eiusdem mortem solvenda.

XXIV. Tenetur quoque preces canonicas celebrare Beneficiarius cuius primi anni fructus ex Ecclesiæ statuto, aut consuetudine distribuuntur inter antiquiores: tum quia voluntarie, ut supponitur, huic oneri se se subiicit; tum quod ius habet una cum beneficio hos fructus percipiendi. Verum tamen est consuetudinem hanc pravam esse improbatam a Ioanne XXII. *cap.* Suscepti *de elect. tit.* Ne Sede vac. a Concilio Trident. *sess.* XXIV. *cap.* XIV. *de reform.* & a S. Pio V. *Constitut.* Dudum *an.* 1570. Sententiam nostram defendunt Azorius *Lib. X. cap.* IV. *quæst.* IV. Suarez *Lib. IV. cap.* XX. *numer.* 8. Lessius *Lib. II. cap.* XXXIV. *n.* 170. Bonacina *disp.* I. *q.* II. *p.* 4. *n.* 2. Castropalaus *disp.* II. *punct.* I. §. 2. *n.* 19. Leander *tract.* VIII. *disp.* 2. *q.* XCIII. Contrariam defendunt Navarrus, Sanchez, Garcias, & alii. Venim Auctores hi damnant recensitam consuetudinem, quibus & nos subscribimus. At casu quo aliquibi, repugnante iustitia, & æquitate, consuetudo vigeret, non propterea Beneficiarius ex aliorum pravitate percipere exemptionis ab officio reddendo commodum iure pollet. Potiori iure teneretur, si ex Ecclesiæ consuetudine primi anni fructus destinati essent in pia opera, ut in pauperum subsidium, aut Ecclesiæ fabricam ob rationes adductas.

XXV. Quæst. XVIII. *Qui per vim & fraudem impeditur a fructuum perceptione, tenetur ne lege officii divini?* Resp. Quando nulla adest spes assequendi fructus beneficii ob fraudem, & vim iniuste illatam, quod accidere potest, dum inter hæreticos beneficia existunt, nulla est recitandi officii obligatio: quia hic Beneficiarius nec dimittere beneficium alteri valet, nec fructus assequi. Porro Beneficiarius non potest astringi ad pensum officii, nisi ob fructus aut perceptos, aut percipiendos. Hanc defendunt Navarrus in *Enchiridio de orat. cap.* VII. *num.* 28. & in *Sum. cap.* XXV. *num.* 103. Valentia *disp.* VI. *quæst.* II. *punct.* 10. §. 7. Azorius *Lib. X. cap.* IV. *quæst.* 6. Lessius *Lib. II. cap.* XXXIV. *num.* 168. Castropalaus *disp.* II. *punct.* I. §. 2. *n.* 16. Bonacina *disp.* I. *quæst.* II. *punct.* 4. *n.*

25. Leander *disp.* 11. *quæst.* XCV. Caietanus, Armilla, Lopez, & communiter alii. Si tamen fructuum impedimentum non sit perpetuum, vel ad longum tempus, cum Suarez *Lib. IV. cap.* XX. *num.* 15. & 16. altiùque exiſtimarem tunc ad horas canonicas ſolvendas Beneficiarium teneri: quia tunc habet beneficium, jus colligendi fructus, & mortalem ipem eoidem in futurum aſſequendi: idque ex eo patet, quod ſi ob temporum ſterilitatem, aut iniquorum rapinam Beneficiarius fructibus iſtis privetur, non propterea liber evadit ab onere divini officii.

XXVI. Quæſt. XIX. *Paulus, qui poſt collatum ſibi beneficium, ne in eius poſſeſſionem eodem ponat, lite intentata a Ioanne impeditur, tenetur ne precum canonicarum lege?* R. Dictum iam eſt quod, ſi ipſe Beneficiarius in cauſſa ſit cur poſſeſſionem beneficii non capiat, teneatur ad penſum divini officii reddendum. Diſputatio tantum eſt, utrum quoque teneatur, quando, lite ipſi intentata, a poſſeſſione arcetur. Quæſtionem hanc ſuſe verſat Paulus Comitolus *Lib. I. reſ. mor. q.* LXIX. & negantem opinionem defendit: in cuius confirmationem hæc adducit. Onus præſtandi canonicas horas neque ex beneficio tantum, ſi illud ſterile omnino ſit, & vacuum, neque ex fructuum ſola perceptione, ſed ex utroque, beneficio nempe, & veſtigali aliquo eidem iuncto, procedit. Addendum, quod rationabiliter videtur ea ſententia quæ luſtinet non ex beneficii collatione, quæ multis obnoxia eſt impedimentis, ſed ex illius tranquilla poſſeſſione præfatum onus aſſurgere. Ex collatione utique ius proficiſcitur; ſed mutilatum, & imperfectum: adiecta vero poſſeſſione evadit integrum, & abiolutum. Ex hoc vero abſoluto titulo proficiſcitur onus horarum canonicarum. Quare Caietanus animadvertit acute de more, quod ex collatione acquiris ius, ut beneficium dicatur tuum; obligatio vero dicendi officium naſcitur ex obligatione alterius, ut tibi tribuat fructus, ita ut tu percipere valeas. Tandem, dum poſſeſſio eſt ſub lite, beneficium una cum fructibus contingens eſt: ex re autem contingenti nequit exſtiuere debitum certum. Hinc, quando duo litigantes ſuper eodem beneficio contendunt, neutrum recitando officio aſtringi, probabile valde eſt. Quia uſquedum beneficium iubiectum eſt liti, habetur pro vacante. Ita ſentiunt Paludanus in *IV. diſt.* 11. Sotus *Lib. X. quæſt.* v. *art.* 3. Suarez *Lib. IV. cap.* XIX. *num.* 9. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 11. *punct.* 4. *num.* 26. Lodovicus Beia *caſ.* 45. Ledeſma Petrus *tract.* IX. *cap.* IV. *dif.* 9. Leander *diſp.* 11. *quæſt.* XCIX.

XXVII. Quæſt. XX. *Beneficiarius habens poſſeſſionem beneficii, ſed non tranquillam, tenetur ne canonicarum horarum lege?* Reſp. Diſtinctione opus eſt. Si lis intentatur ſub ipſum poſſeſſionis initium, ita ut verum habeat quod Beneficiarius numquam tranquille ſuum poſſederit beneficium; nec moralem ipem habeat vincendi litem, & aſſequendi fructus, ſaltem reſpondentes ſervitio præſtito, tunc probabilius videtur quod non aſtringatur. Si vero initium poſſeſſionis tranquillum fuerit, vel etiam litigioſum, ſed cum admiſtratione fructuum, & cum moralis ipe victoriæ; onus incumbit recitandi canonicas preces. Quia tunc Beneficiarius fruitur titulo, poſſeſſione, & adminiſtratione beneficii. Et hæc eſt communis opinio, quam defendunt Suarez *Lib. IV. cap.* XIX. *num.* 7. & 10. Caſtropalaus *diſp.* 11. *punct.* 1. §. 2. *num.* 14. Leſſius *Lib. II. cap.* XXXIV. *dub.* 31. *num.* 173. Azorius *Lib. X. cap.* IV. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 11. *punct.* 4. *num.* 26. Sanchez *Lib. II. Conſil. cap.* 11. *dub.* 76. *num.* 9. *conel.* 5. Leander *diſp.* 11. *quæſt.* CII. & CIII. & alii communiter.

XXVIII. Quæſt. XXI. *Qui dubius eſt de tenuitate beneficii, tenetur ne reddere precum canonicarum penſum?* Reſp. Negant Probabiliſtarum plures. Leander *diſp.* 11. *quæſt.* CVII. Tamburinus *Lib. I. in Decal. cap.* III. §. 7. *verb. Beneficiarius*, ubi hæc ſcribit: „Dicemus infra, Beneficiarium tenue beneficium poſſidentem non obligari ex probabili ſententia ad horas canonicas perſolvendas. Quid ergo erit, ſi quando, omnibus expenſis, ambigatur, utrum beneficium ſit tenue, nec ne? Reſpondeo, *puto probabile obligari, & item probabile non obligari. Quare alteram ex his ſententiis quam tibi libet, ampleſti licet.* Si illius doctrinæ laxitatem deprehendere cupis, recogites velim, perpaucos eſſe Beneficiarios qui pingues fateantur eſſe ſuos beneficiorum proventus, quin vix eſſe qui, omnibus expenſis, non iactet pauperiem, & tenuitatem. Porro, ſi iatis ſit ambigere de reditnum tenuitate, ut quis onere precum canonicarum ſolutum ſe probabiliter exiſtimet, iudicetque; quot erunt hinc tributo obnoxii, Tamburiniana doctrina admiſſa?

XXIX. Hac eadem probabilitate nixus Leander defendit *diſp.* 11. *quæſt.* CVIII. & CIX. non teneri enim qui beneficium habeat non excedens octo, immo ſexdecim aureos: quam opinionem defendunt quoque Diana, & Sanchez *Lib. II. conſil. cap.* 11. *dub.* 67. *num.* 3.



XXX. Perſequitur Leander inveſtigare *q.* ex. num teneatur recitare horas canonicas Beneficiarius ille cuius beneficii fructus non attingunt viginti ducatos: & contra ſuos Sanchez, & Dianam, exiſtimantes non eſſe tenuie beneficium illud quod excedit decem, & ſex nummos aureos, reſpondet *probabiliter* non teneri. *Quæſt.* CXI. quærit utrum teneatur ſaltem ille qui perciperet viginti quinque ducatos: & contra ſuos laudatos, immo contra Leſſium, Pellizarium, Filliucium, aſſerentes teneri hunc Beneficiarium ſaltem diebus dominicis, & feſtis, reſolvit non teneri ullo modo. *Quæſt.* CXII. inquirit de eo cuius beneficium non attingit valorem quadraginta ducatorum, & vi iuæ mirabilis probabilitatis adverſus communem Theologorum ſententiam hunc quoque precum canonicarum lege ſolvit.

XXXI. Quæſt. XXII. *Qui habet plura beneficia, quorum quodlibet ita tenue eſt, ut non ſufficiat, ſufficiunt tamen ad honeſtam ſuſtentationem omnia ſimul, tenetur ne lege canonicarum precum?* Reſp. non diſcutimus modo, unde ſumatur tenuitas beneficii, an videlicet ex ſolis reditibus, an etiam ex eleemoſynis quæ conferuntur pro Miſſarum celebratione. Nam de hoc ſerius redibit, dum beneficiorum argumentum tractabimus, ibi enim oſtendemus, tum reditus ſtabiles, ut vocant, tum eleemoſynas, omneique fructus quos Beneficiarius colligit ratione divini miniſterii, computandos eſſe inter proventus ad Beneficiarii ſuſtentationem neceſſarios. Ad propoſitam quæſtionem dico, vel ipſum Leandrum, nedum ceteros Theologos, adfirmare, hunc Beneficiarium aſtrictum eſſe ad preces canonicas recitandas: quia ex reditibus Eccleſiæ ſufficiens habet ſtipendium ad ſuam ſuſtentationem: ergo tributum ſolvere, quod hinc oritur, debet horarum canonicarum.

XXXII. Quæſt. XXIII. *Qui habet plura pinguia beneficia, tenetur ne plura divina officia recitare?* Reſp. Guilielmus Pariſienſis, & Dionyſius Carthuſianus adfirmantem ſententiam defendant; ſed contraria communis eſt, & vera, quam propugnat D. Thomas *quodlibet* 1. *art.* 13. ubi hæc habet. *Quia laudet Deo debet quaſi unus homo, ſufficit quod ſemel officium dicat ſecundum conſuetudinem alicuius Eccleſiarum quarum eſt Clericus.* Doctrinæ D. Thomæ ſubſcribunt communiter Theologi. Quid, ſi hæc beneficia iniuſte Beneficiarius poſſideat? Plures Theologi contendunt, plura tunc officia recitari debere. Dicerem ego, quod teneatur beneficia, uno excepto, dimittere: quia multiplicatio officiorum minime ſatis eſt ut quis valeat plura, & pinguia beneficia retinere. Contendunt aliqui, quod Beneficiarius tot debeat commemorationes recitare, quot beneficia poſſidet. Sed hoc gratis aſſeri videtur. Quiſque enim tenetur recitare officium ſecundum Rubricas, & eas facere commemorationes quas eodem Rubricæ præſcribunt. Qui habet beneficium pingue, & ſimul penſionem, ſatisfacit, ſi officium divinum recitet, ut ſupra dictum eſt.

XXXIII. Quæſt. XXIV. *Beneficiarius, qui ſimul eſt Sacerdos, obligatus recitare officium divinum ob plura quæ retinet beneficia, ſi illud omittat, perpetrat ne plura peccata?* Reſp. Plures docent tot peccata committere, quot beneficia poſſidet. Verum cum ſtatutum a nobis ſit, unicum officium recitandum eſſe etiam ab eo qui plura poſſidet beneficia, conſequitur unicum tantum perpetrare peccatum, licet pluralitas adſit beneficiorum. Ceterum, ſi Beneficiarius ſimul ſit Sacerdos, ut ponitur in titulo quæſtionis, tunc dubio procul duo peccata committit: alterum contra iuſtitiam ratione beneficii, alterum adverſus religionem ratione ſacri ordinis. Hanc ſententiam defendunt Suarez, Sanchez, Bonartius, Fagundez, Manignus, Reginaldus, Lopez, Rodriquez, Caſtropalaus, Candidus, Thomas Tamburinus, & alii communiter. Leander de more, ut quid *probabilius*, oppoſitam defendit ſententiam. Verum, ut ſæpe obſervavi, laxitates apertæ ſunt quas Auctor hic probabiliores ſententias appellare audet.

## CAPUT VIII.

*De reſtitutione Beneficiariorum ob omiſſionem precum canonicarum.*

I. Diſputabant olim Theologi, & Canoniſtæ ſuper obligatione Beneficiariorum reſtituendi fructus perceptos ex beneficio in caſu omiſſionis divini officii quod pendere tenentur. Sed item omnem luſtulit Concilium Lateranenſe ſub Leone X. celebratum, in quo *ſeſſ.* 12. hæc habentur. *Statuimus quoque, & ordinamus ut omnibus habens beneficium cum cura, aut ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio, officium divi-*

*Ecclesiam non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus suos non fecerit pro rata omissionis recitationis officii, & temporis; sed eos, tamquam iniuste percepios, in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur.* Quod Concilii decretum innovavit S. Pius V. sua constitutione edita XII. Kalendas Octobris anno 1571. cuius initium est, *Ex proximo Lateranensi Concilio*, ubi hæc decernit: *Nos hanc rei evidentiam, atque expressius providere volentes, statuimus, ut qui horas omnes canonicas uno, vel pluribus diebus miserint, omnes beneficii, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, & quotidie divideretur; qui vero Matutinum tantum, dimidiam; qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam; qui harum singulas, sextam partem fructuum eius diei amittant. Tametsi aliquis chori additus non recitans omnibus horis canonicis cum aliis præsens adfit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas sola præsentia iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrifecisse prætendat: is etiam præter fructuum, & distributionum amissionem, grave peccatum intelligat se admisisse. Item ille qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat se admisisse.... At quicumque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, ut Clericus percipit, eumodo præditto ad dicendum officium parvum B. Mariæ Virginis decerninus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissionem obnoxium* &c. Contendebant nonnulli, decretum Concilii Lateranensis non fuisse usu receptum. Sed hæc opinio ut falsa iam omnibus Theologis improbatur. Disputant non pauci, fuerint ne ante constitutiones Concilii Lateranensis, & Pii V. Beneficiarii omittentes canonicas preces, debito restitutionis obnoxii. Negantem opinionem tamquam probabiliorem de more defendit Leander *disp.* VII. *quæst.* IV. quam nos ceu falsam reiicimus. Ut quoquo modo Probabilistæ elevare Conciliorum, & Pontificum constitutionum vim, & ab earumdem obligatione se se, & alios eximere valeant, duo habent perfugia ad quæ se recipiant. Alterum, quod non sint eiusmodi constitutiones usu receptæ; alterum quod condant *ius novum*; quasi Concilia, & Pontifices alio spectarent quam ut iugum christianæ professionis addita præceptorum multitudine gravius efficerent; cum contra, tam Concilia, quam Pontifices nihil antiquius habeant, quam leges a maioribus acceptas, hominum malitia, temporumque calamitate pessumdaras ad pristinam revocare observantiam, semperque magnopere caveant ne iugum Christi plus iusto exasperent. Calumniæ modo asserunt, Ecclesiam benignam esse, ut hinc arripiant ansam pro libito legem interpretandi: nunc docent, novas illam in dies multiplicare leges, novaque condere iura, ut facilius eadem eludere valeant. Verum hoc obiter dictum sit. In viam regrediendo, beneficium quocumque tempore datum fuit propter officium, ut habetur *cap. final. de reseriptis in* VI. ergo percipiens commodum beneficii, & non pendens vectigal sibi impositum, fructus beneficii restituere tenetur. Doctrina hæc vel ipsi naturali rationi est consentanea, eamque graviores Theologi; & Canonistæ amplectuntur. Nec eam fusius explicare lubet; cum iam nullum sit dubium, quod moderni Beneficiarii teneantur restituere dictos fructus, si omittant debitum solvere pensum.

II. Quæst. I. *Peccat ne mortaliter cum onere restitutionis qui primis sex mensibus divinum officium omittit?* Resp. Certa a dubiis secernenda. Qui post elapsos sex menses horas canonicas omittit, fructus quos postea colligit, restituere tenetur, secundum omnes. Restitutio porro hoc ordine facienda est. Si totum officium omissum fuerit, restituendi sunt omnes fructus correspondentes illi, aut illis diebus, quibus horæ canonicæ recitatæ non fuerint: si Matutinum cum Laudibus omissum est, dimidia pars fructuum illius diei: si omnes aliæ horæ, altera dimidia pars; & pro singulis horis sexta pars restituenda est, ut conceptis verbis definivit S. Pius V. Qui autem plura posidet beneficia, omnium beneficiorum fructus dicta partitione servata, restituere tenetur. Advertendum tamen; quod omissio divini Officii debet esse culpabilis, ut restitutio sit debita. Siquidem in laudata constitutione restitutio imponitur, *legitimo impedimento cessante*. Quare qui ob oblivionem, infirmitatem, aliamve iustam causam preces canonicas omittit, restituere haudquaquam tenetur. Hæc omnia certa sunt; quemadmodum certum est, eum qui intra primos sex menses omittit officium, peccare mortaliter nemine repugnante. Quibus præiactis ad propositæ quæstionis resolutionem accedamus.

III. Huiusmodi Beneficiarium letaliter delinquere, & ad restitutionem teneri, asserit P. Franciscus Suarez *Lib. IV. cap.* XXIX. n. 7. ubi



7. ubi citat Sotum *Lib. X. quæst.* v. *art.* 6. Bartholomæum Medinam in *Summ. cap.* XII. §. 11. Angelum verbo *Hora*, Graffium *decis.* §. 11. *Lib. II.* Hadrianum in *IV. de rest. quæst.* II. *Lib. II.* An Ecclesiasticus *concl.* 1. Alexandrum Alensem *III. Part. q.* XXXVI. *memb.* 5. *art.* 2. e Canonistis vero Covarruviam, Calderinum, Decium, Ancharanum, Geminianum, Iasonem, Baldum, Durantum, & alios: suamque sententiam non spernendis aliis: firmat rationibus a iure naturali arcessitis. Nihilominus tamen habita ratione decretorum Concilii Lateranensis, & S. Pii V. tuta satis & abunde est opposita sententia inter recentiores communiter obtinens, omissionem videlicet precum canonicarum intra primos sex menses susceptí beneficii nullius rei restitutioni subiicere Beneficiarium, licet gravem culpam committat. Hanc opinionem defendunt Navarrus in *Enchirid. cap.* XXI. *de orat. n.* 28. Toletus *Lib. II. cap.* 11. Lessius *Lib. II. cap.* XXXIV. *dub.* 31. *n.* 129. Castropalaus *disp.* 11. *punct.* 7. *n.* 2. Sanchez *Lib. II. Cons. cap.* 1. *dub.* 2. *n.* 9. Leander *disput.* VII. *quæst.* V. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 11. *punct.* 4. *n.* 52. Pellizarius, Martinus a S. Ioseph, Diana, & alii. Concilium Lateranense, inquiunt, & S. Pius V. definiunt, peccare dumtaxat mortaliter eum qui primis sex mensibus omittit divinum officium, nulla facta restitutionis mentione. Porro non aliunde oritur restitutionis onus quam ex Concilio Lateranensi, & ex constitutione S. Pii V. Sed tam Concilium, quam laudatus Pontifex obligant solum post sex menses ad restitutionem. Ergo intra illud primum sex mensium intervallum nulla est obligatio. Addunt Salmanticenses, præsumendum esse benignam matrem Ecclesiam noluisse obligare intra primos illos sex menses Beneficiarium ad restitutionem *ob privationem omnium fructuum, quam ei pro sequenti tempore imponebat, cuius rigorem voluit per primam benignitatem compensare*. Licet in hanc ego sententiam ultro concedam, illud tamen probare non possum, Beneficiarios divinum officium non recitantes ad restitutionem fructuum teneri solummodo ex lege ecclesiastica, cum huiusmodi debitum repetendum sit ex commutatrice iustitia, quæ obstringit Beneficiarium ad restituendum stipendium omisso munere pro quo stipendium confertur, ut optime cum aliis citatis advertit Suarez. Hoc errore decepti Salmanticenses *rigorem* vocant declarationem, qua Concilium Lateranense una cum S. Pio V. statuit Beneficiarios defraudantes Deum, populumque christianum debito servitio, & obsequio, obnoxios fore restitutioni; cum nihil rationi reperiri conformius possit, & ex sola indulgentia primos sex menses a beneficio obtento restitutionem fructuum Ecclesia remittat.

IV. Quæst. II. *Quid dicendum de eo qui per sex menses officium integre recitavit, his autem elapsis incipit omittere?* Resp. Beneficiarius qui translactis prafatis sex mensibus omittit recitare canonicas preces, vi decreti Concilii Lateranensis, & constitutionis Piana tenetur restituere fructus pro rata temporis officii neglecti. Tempus siquidem sex mensium incipit a die obtentionis, seu possessionis beneficii. Perspicua enim sunt verba tam Concilii, tum Pii V. *Si post sex menses quam illud obtinuerit.* Ergo elapsis sex mensibus a die obtentionis, sive recitaverit, sive non recitaverit intra illud intervallum, subiacet pœnæ latæ a Concilio Beneficiarius qui canonicas horas omittat tempore consequente dictos sex menses.

V. Quæst. III. *Beneficiarius qui elapsis sex mensibus omittit recitare preces canonicas absque gravi culpa, tenetur ne fructus restituere?* Resp. Quamvis in rebus temporalibus obligatio restitutionis oriatur non solum ex iniusta acceptione, sed etiam ex re accepta; in rebus tamen spiritualibus non videtur hic titulus sufficiens ad inferendam restitutionis obligationem. Non pauci Theologi, qui fatentur restitutionem fructuum Beneficiarii omittentis officium divinum proficisci ex iure naturæ, simul defendunt faciendam esse fructuum recompensationem, quamvis omissio omni culpa careat. Verum hoc non videtur legitime consequi præfatam conclusionem. Quare probabilior mihi videtur opposita sententia, quam defendunt communiter Theologi, Suarez *Lib. IV. cap.* XXXIX. *num.* 6. Azorius *Lib. X. cap.* XIV. *q.* VII. Navarrus *cap.* XXII. *de orat.* Lessius *Lib. II. cap.* XXXIV. *num.* 183. Reginaldus *Lib. XX. tract.* III. *num.* 44. Castropalaus *disp.* 11. *punct.* 7. Bonacina *disp.* 11. *q. v. punct.* 2. *num.* 4. Leander *disp.* VII. *q.* VIII. & alii plures apud eumdem. Hæc videtur esse Ecclesiæ mens, & potissimum S. Pii V. asserentis, quod qui officium *legitimo cessante impedimento non dixerit* &c. restituere fructus debet. Hæc etiam videtur esse mens fidelium instituentium beneficia, quod scilicet Beneficiarii qui culpa omittunt implere debitum proprium, restituere teneantur; secus vero, si legitimo, & innoxio impedimento

deti-

destinentur. Obligatio ergo restituendi fructus, etiam iure naturæ orta, culpam supponere debet in committente. Est enim onus illud per modum pœnæ impositum, quam pœnam præcedere culpa debet.

VI. Quæst. IV. *Beneficiarius omittens officium divinum uno aut altero die, vel per octo, aut decem dies, tenetur ne restituere fructus respondentes tali tempori?* Resp. Negant plures recentiores Probabilistæ, Bartholomæus Medina in *Sum. Lib. I. cap.* XIV. §. 11. Ioannes de la Crux *in Direct. conf. n. præcept.* 171. *art.* 3. *dub.* 6. Ludovicus Lopez *Instruct. Confc. Tom. I. cap.* CCXIV. & alii non pauci. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 2. *punct.* 4. *pag.* 168. *num.* 54. citant Layman. Alii contendunt falso citari, penes quos fides sit. Iidorum tamen aliqui limitant omissionem ad unum aut alterum diem. Alii eam dilatant ad octo, vel decem dies, ut Ioannes de la Cruz. Hic Auctor non raro opiniones laxiores amplectitur; adeoque gravi cautela legendus. Præfata opinio, sive termo sit de uno, sive pluribus diebus, omni caret probabilitate, cum sit evidenter contraria constitutioni S. Pii V. dicentis: *Ut qui omnes horas canonicas UNO, vel pluribus diebus intermiserit.* Hinc ratio adversariorum undique evanescit. Inquiunt enim, rationabiliter præsumi posse, herum nolle tanta severitate coarctare servum, maxime ingenium, ad tam durum onus, ut veluti mancipium debeat singulis diebus pensum reddere. Beneficiarius autem servus est benigni, clementis, & liberalis domini, nempe sanctæ matris Ecclesiæ. Quis itaque præsumere ausit in tam pia matre rigorem adeo austerum, ut velit pro una, aut altera vice servos suos oneri restitutionis subjicere? Hi sunt consueti plurium Probabilistarum fuci. His falsæ benignitatis larvis vim legum elevare contendunt. Qui locus esse præsumptioni valet, si Ecclesia voce Concilii Lateranensis, & S. Pii V. sum declaravit voluntatem? Quid hic spectrum soliti rigoris obiiciunt? Suam benignitatem palam fecit Ecclesia primorum sex mensium restitutionem novitio Beneficiario indulgens, & annuis reditibus, aliisque privilegiis eum cumulans. Quia vero illius culpabilem ingratitudinem, & socordiam fovere reculat, propterea ne nimiæ severitatis, & rigoristæ a Probabilistis potiunda erit Ecclesia? Parcat Lector, si duriuscule excipio Probabilistas, ut a rigoristæ nota Ecclesiam defendam. Nullus dubito, quin parcituri sint omnes qui præfatam opinionem comparaverint cum hoc Ecclesiæ textu: *Qui UNO, vel pluribus diebus omnes horas canonicas intermiserit, omnes fructus amittat qui ILLI, vel illis diebus repondebant, si quotidie dividerentur.* Qui adeo expressis textibus contradicunt, quo in sensu interpretabuntur textus subobscuros, & ambiguos? Nostram sententiam defendunt Sylvius 2. 2. *quæst.* XXXIII. *art.* 15. *concl.* 4. Suarez *Lib. IV. cap.* XXX. *num.* 9. Vasquez *de benefic. cap.* IV. §. 1. *art.* 1. *dub.* 8. *num.* 43. Sanchez *Lib. II. Consil. cap.* 11. *dub.* 82. *num.* 11. Bonacina *disp.* 1. *quæst.* V. *punct.* 2. *num.* 3. Castropalaus *disp.* 21. *punct.* 5. *num.* 4. Leander *disp.* VII. *quæst.* IX & X. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 11. *punct.* 3. *n.* 55. & alii plures.

VII. Quæst. V. *Liber ne abhorret restitutionis est Beneficiarius qui unam integram, aut notabilem horæ partem omittit?* Resp. Affirmabunt potiori iure laudati Probabilistæ. Sed restitutioni obnoxium esse Beneficiarium qui integram horam omittit, declarat aperte S. Pius V. his verbis: *Qui vero Matutinum tantum, dimidiam: qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum singulas, sextam partem fructuum ejusdem diei amittat.* Hanc defendunt Doctores laudati pro nostra præcedenti sententia.

VIII. Eum vero qui notabilem horæ partem omitteret, Leander *disp.* VII. *quæst.* XII. contendit probabiliter non esse restitutioni subjectum. Pro hac sua opinione laudat plures, nimirum Pellizarium, Dianam, Fillucium, & Suarez *Lib. IV. cap.* XXX. *num.* 9. ubi nec verbulum habet de hac quæstione. De ea vero loquitur *loc. cit. num.* 12. & 13. ubi hanc regulam statuit, *ut quoties omissio est mortaliter peccaminosa, oriatur obligatio restituendi; non vero quando est tantum venialis:* quæ doctrina destruit prorsus sententiam Leandri asserentis, quod tametsi Beneficiarius peccet mortaliter contra præceptum ecclesiasticum, si dimidiam horam omittat, non tamen ad restitutionem astringitur, nisi integram horam negligat, eo quod lex pontificia, cum sit pœnalis, restringenda, non ampliandæ est. Porro S. Pius V. subjicit restitutioni eos duntaxat qui horam aliquam, non qui dimidiam omittunt. Ratiocinatio hæc nimis est materialis. Qui dimidiam horam omittit, peccat mortaliter; atque adeo horam revera non recitat: quapropter restitutioni subjectus est. Hanc sententiam non solum defendit Suarez *loc. cit.* sed etiam Palaus, Garcias, Reginaldus, Bonacina,



cina, & Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 11. *punct.* 4. *num.* 55. Si tamen pars officii neglecta levis esset, ad nullam teneretur Beneficiarius restitutionem.

IX. Quæst. VI. *Quid, si Beneficiarius partem levem in singulis horis omitteret, ita ut parte simul sumpta maximam gravem constituerent: ita recitans peccaret ne mortaliter?* Resp. PP. Salmanticenses *loc. cit. num.* 56. eximunt Beneficiarium hunc ab onere restituendi. Quorum, inquiunt, præceptum restituendi diversum est a præcepto restituendi, quorum unum ab altero separari potest. Ergo qui in qualibet hora minorem dimidia partem omitteret, peccaret quidem letaliter contra præceptum recitandi integrum officium, secus vero contra præceptum restitutionis, quia nullam integram horam omittit. Pius autem V. pœnam restitutionis tulit in eos qui aliquam integram horam omittit. Ergo hac opinione laudati Salmanticenses citant Palaum, Pellizarium, Fillucium, Dianam.

X. Hæc opinio minime mihi probatur. Regula quam ex P. Suarez supra dedimus, præ oculis habenda. Quoties Beneficiarius omittit talem officii partem, ut sufficiat ad peccatum mortale, toties partem fructuum correspondentem restituere tenetur. Relata igitur opinio nimium, ut ego quidem arbitror, prodit laxitatem. Inquiunt enim laudati Theologi, quod ad nihil teneretur Beneficiarius qui in singulis horis minorem dimidia partem omitteret. Cur itaque Beneficiarium in singulis unum psalmum omittere. Hæc non solum est minor dimidia, sed eli tertia horæ pars. Habes septem psalmos omissos. Hi constituunt non tuam, sed duas & amplius horas. Qua ergo ratione recensiti Theologi necant, præfatum Beneficiarium nullam tunc omittere horam? Nullam utique materialiter, ut significanter loquamur; sed plusquam duas reapse omittit. Interpretatio qua adversari legem Pianam exponunt, est circumventio, non explicatio legis. Qui enim præter legis intentum verba legis accipit, fraudem facit legi, eamque circumvenit. Sensus enim illius legis est: Qui talem officii partem omittit quæ unam horam constituat, onere restitutionis tenetur. Alioquin, si solus littera sonus spectandus esset, neque ad restitutionem teneretur qui duos integros cujusque horæ, & cuniculos nocturni psalmos, atque adeo medietatem officii omitteret: quod haud concessuros puto adversarios. Ergo futilis est ratio adducta, quod nullam omittat horam, quando psalmos septem indictos relinquit, qui plus quam duas horas constituunt.

XI. Quæst. VII. *Beneficiarius qui hodie omittit officium, tenetur ne restituere; si sequenti die duplex recitat officium?* Resp. Negat Molfesius, cujus opinionem probabilem existimat Bonacina *disp.* 1. *quæst.* V. *punct.* 2. *n.* 5. & pro eadem citat Majorem, Paludanum, Ledesmam, & Suarez *Lib. V. cap.* XXIX. *n.* 11. Sed Suarez oppositum docet; folumque asserit, quod, attenta sola lege naturali, id videtur probabile; secus, si lex positiva spectetur. Dicimus ergo, præfatum Beneficiarium onere restitutionis fructuum teneri: quia hæc est pœna constituta a Concilio Lateranensi, & a S. Pio V. In constitutione siquidem Piana hæc leguntur: *Eum qui non recitat suo tempore officium, non facere fructus suos*, & similia, quæ supra tranierim pro sunt. Accedit quod onus divini officii est pensum diurnum, quod altero die suppleri nequit.

XII. Contrariam opinionem præter laudatos Theologos defendunt PP. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 11. *punct.* 4. *n.* 65. quia, inquiunt, in proposito casu Beneficiarius omisso oneri æquale onus seu tributum pendit: idque patet in Capellano qui ad nullam restitutionem tenetur, si omissam Missam hodie alio die celebret. Quamvis enim recitatio officii sit onus affixum diei, non tamen restitutionis præceptum diei affixum est. Quare si Beneficiarius peccavit, omittens officium contra præceptum quotidianæ recitationis; non tamen peccat contra præceptum restitutionis, si omissum officium altero officio compenset. Et hanc opinionem non modo probabilem, sed etiam probabiliorem reputant: & pro eadem adducunt P. Suarez *loc. cit.* Ad Suarez quod attinet, ut iam dixi, certum est hanc illum non docere sententiam. Quippe laudato loco disputat, an Beneficiarius primis sex mensibus exemptus ab onere restitutionis vi legis positivæ, teneatur vi legis naturalis: & affirmantem opinionem defendit. Et hoc in casu propugnat restitutionem spiritualem sufficientem esse, *in toto rigore*, inquit, *turis naturalis, & seclusa positivo*, ob rationes quas ex ipso adducunt Salmanticenses. Et in toto illo *capite* XXIX. disputat de primis sex mensibus Beneficiarii exempti iure ecclesiastico a restitutione. De posterioribus enim mensibus tamquam quid certum defendit, necessariam esse fructuum restitutionem ob legem positivam id præcipientem. Quapropter opi-

nio

nio Salmanticensium, & aliorum, non modo probabilior, ut ipli existimant, non est; sed neque probabilis nobis est. Rationes quas ipsi allegant, ad summum evincunt, lege naturali id satis esse; minime lege Ecclesiæ, manifeste restitutionem fructuum præcipientis, spectata. Interpretatio vero qua exponunt textum, *Non facit fructus suos*, si alio die non reciter, circumvenit legem, fraudemque ei facit. Potuisset utique Ecclesia pro restitutionis onere duplicatam recitationem imponere, vel suffragia pro defunctis, vel flagellationes, ut nonnulli alii recentiores docent; sed voluit imponere restitutionem fructuum. Neque recentiores Casuistæ, vel Theologi potestate fruuntur pro libito Ecclesiæ leges interpretandi, eatque subdeque miscere. Hæc nostra sententia adeo vera est, ut vel ipse Leander a SS. Sacramento *disp.* VII. *qu.* XV. licet totus ad benignitatem compositus, hæc scribat. *Sed & ego fere certum respondeo, minime manere obligatos a restitutione, sed animo teneri; etiamsi alio die suppleant quod recitare omiserunt, seu duplicatum officium dicant.* Et pro hac sententia citat Henriquez, Navarra, Aragon, Trullenchum, Dianam, Faustum, Pellizarum, Bassum.

XIII. Quæst. VIII. *Qui gressum Canonicatus absolute acquisivit, antequam diceret officium, tenetur ne lege restitutionis, si postea officium recitare negligat?* Resp. Negat Salas citatus a Salmanticensibus, cujus opinionem suis rationibus munitam destruunt, nec tamen impugnant; sed, ut frequentissime facit Diana, lectorum arbitrio subjiciunt *loc. cit. n.* 53. Nulla autem hæc opinio, ut ego censeo, fruitur probabilitate. Si Canonicus *gressum* absolute acquisivit, ut vocant, seu certos reditus acquirat, & vere possideat; hæc certe acquisitio, sive possessio gravata est onere recitandi officium, & pœna, in casu omissi officii, restitutionis. Sensus enim obvius, & genuinus textus Pianæ, *Non facit fructus suos*, est, ut qui recitare officium neglexerit, fructus restituat; sive ante, sive post recitationem eos percipiat, possideatque. Si enim iste ante recitationem acquisivit, & possedit ob ius quod vi beneficii in illos habebat; iniuste tamen retinet, si solvere pretium canonicarum vectigal ab Ecclesia impositum recusset. Hanc opinionem, non modo tamquam probabilorem, sed absolute defendit Leander loc. cit. q. XVI. *Ego absolute respondeo*, inquit, *teneri ad restitutionem fructuum pro rata officii omissi.* Eam quoque conceptis verbis propugnant perdoctus Vasquez *Tom. II. in* 1. 2. *disp.* CXVIII. *c.* IV. *n.* 35. Pellizarius *tract.* V. *cap.* VIII. *sect.* IV. *q.* XXII. *n.* 223. P. Suarez *Lib. IV. cap.* XXX. *num.* 6. *& seq*, Castropalaus *disp.* II. *punct.* 7. *n.* 10.

XIV. Quæst. IX. *Præfata restitutio facienda ne est ante iudicis sententiam?* Resp. Negant tres graves Theologi Sylvester *verb.* Clericus IV. *q.* XXIII. Petrus Sotus *Lib. de iust. tract. ult. loc.* IV. *pag. mihi* 443. ubi obiter, & absque examine ecclesiasticæ legis mentionem facit istius restitutionis; Medina *Lib. I. Sum. cap.* XVI. §. II. Quamvis hi tres ex Dominicana familia percelebres Theologi hanc defenderint opinionem; nihilominus nos, qui non aliquo partium studio, sed pro sola veritate scribimus, in oppositam imus sententiam, quam defendant communiter non modo graviores Theologi, sed etiam benigniores Casuistæ. Et ad tres laudatos Theologos quod attinet, Sotus, ut dixi, per transennam huius rei meminit; Sylvester *loc. cit.* non tractat hanc quæstionem, sed aliam, quam supra confutavimus; de Medina vero hæc scribit Suarez loco proxime citando. *Neque Medina hoc vocavit in dubium, neque homines pii, & docti*, nempe Leander *disp.* VII. *q.* XVII. Trullenchus *Lib. I. c.* VII. *dub.* 14. Castropalaus *disp.* II. *punct. ult. n.* 10. Lessius *Lib.* II. *c.* XXXIV. *dub.* 31. Suarez *Lib. IV. c.* XXX. *n.* 2. Navarrus *Lib. de orat. c.* 611. Vasquez *de Benef. c.* IV. §. I. *dub.* 4. Filliucius *tract.* XXIII. *c.* 2. Salmanticenses *tract.* XVI. *c.* II. *punct.* 4. *n.* 53. Layman, Molfesius, Aragon, Diana, & alii apud Leandrum. Ratio est evidens. Lex statuit Beneficiarios omittentes officium non facere fructus suos, sed eos tamquam iniuste perceptos debere erogare. Porro nemo retinere iure valet quod suum non est; sed restituere tenetur. Quapropter iure ac merito Alexander Papa VII. damnavit contrariam opinionem in sequenti propositione, quæ est in ordine XX. *Restitutio a Pio V. imposita beneficiatis non recitantibus, non debetur ne contrafacientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eo quod sit pœna.*

XV. Quæst. X. *Beneficiarius absque ulla attentione recitans officium, tenetur ne restituere?* Resp. Negant Villalobos, Diana, Malderos, Toletus, Castro, Martinus a S. Iosepho & alii, quos citant, quorumque opinionem tamquam probabilem amplectuntur, & defendunt Salmanticenses *tract.* XVI. *c.* II. *punct.* 4. *n.* 57. tum ob probabilitatem *sententiæ* asserentis, non esse necessariam attentionem interiorem; tum quod, omissa etiam hac probabilitate, aliud est præceptum recitandi, aliud præceptum restitutionis impositæ iis qui omittunt officium, non iis qui negligenter, & minus devote recitent. Verum, quamvis non negem probabilitatem istius sententiæ (quando veritas perspicue non se prodit, demissa voce loquimur) contraria tamen, tum ob Theologorum qui illam defendunt, gravitatem, tum ob rationis vim mihi probabilior est. Hanc quippe aperte defendunt Suarez, cuius auctoritatem, utpote Theologi pii, & doctissimi, semper magni facio, *Lib. IV. c.* XXX. *n.* 14. Sylvius 2. 2. *q.* LXXXIII. *art.* 13. *concl.* 4. Castropalaus *disp.* II. *punct.* 7. *num.* 7. Pellizarius *tract.* VII. *c.* VIII. *sec.* IV. *q.* XIX. Leander *disp.* VII. *q.* XVIII. & penes ipsum Navarrus, Sotus, Vasquez, Lessius, Bonacina, Petrus Navarra, Garcia, & alii. Intelligenda tamen sententia hæc est de eo qui data opera animo distracto recitat horas canonicas; ita ut nullum sit dubium, recitaverit ne, an secus, animo attento. Nam qui data opera mentem alio distrahit, & positive, atque animo deliberato persistit in hac distractione tempore recitationis, reipsa non implet præceptum; quemadmodum non tolleret præceptum confessionis annuæ per confessionem sacrilegam. Ergo onere restitutionis ligatur. Quare hic eiusdem prorsus conditionis est ac ille qui non recitat. Lex enim Concilii, & Pontificis præcipit recitationem officii ecclesiasticam, qualis certe non est illa quæ vitiosa graviter est. Quare, admissa sententia quod necessaria sit attentio interior, quidquid dicant Salmanticenses, nulla opposita sententia fruitur probabilitate. Quia per actum voluntarie nullum, & culpabilem non impletur præceptum; sed perinde est ac si actus non poneretur. Solum ergo reputari probabilis potest ob probabilitatem sententiæ negantis necessitatem attentionis interioris, de qua infra.

XVI. P. Suarez *loc. cit. n.* 15. inquirit, utrum saltem ille satisfaceret qui in peccato mortali recitaret horas canonicas: & quamvis aliqui, inter quos Angelus *verb.* Clericus VIII. *q.* V. negent, potissimum si peccatum sit notorium, & publicum; tamen ipse oppositum docet, & est communis, ac vera opinio. Quia certum est Beneficiarium recitantem horas canonicas animo attento, implere præceptum recitationis. Ergo restitutioni obnoxius non est.

XVII. Beneficiarius in excommunicatione recitans officium, non facit fructus suos; atque adeo restituere eos tenetur, ut probabilior docet sententia, quam defendit Leander, citans Suarez, Covarruviam, Sayrum, Toletum, Garciam.

XVIII. Quæst. XI. *Beneficiarius curatus non recitans tenetur ne restituere omnes fructus beneficii, aut solum fructus correspondentes occasioni; secus alios quos ob alia ministeria percipit?* Resp. Affirmat prima sententia, quia Concilium Lateranense iubilit restitutionem Beneficiariumi habentem beneficium curatum. Deinde S. Pius V. in sua constitutione inquit: *Qui horas omnes canonicas uno, vel pluribus diebus intermiserit, amittat omnes beneficii, vel beneficiorum fructus qui illi, vel illis diebus respondent.* Quod confirmatur ex eo quod S. Pius V. privet Beneficiarium curatum omittentem officium omnibus fructibus quos ob assistentiam, & præsentiam in choro alias lucrari deberet. Quare tam Concilium, quam Pontifex privant Beneficiarios omnibus sive unius, sive plurium beneficiorum fructibus, sive recitationi, sive aliis ministeriis respondentibus. Hanc sententiam defendunt Suarez *Lib. IV. cap.* XXX. *num.* 6. Valentia *Tom. III. disp.* VI. *quæst.* II. *punct.* 10. §. 8. Garcias *de Benefic. III. Part. cap.* I. *num.* 28. Castropalaus *disp.* II. *punct.* 7. *num.* 8. Azorius *Lib. X. cap.* XIV. *quæst.* V. Petrus Navarra *de rest. Lib. II. cap.* II. *num.* 283. Filliucius *tract.* XXIII. *cap.* X. *q.* V. Vasquez 2. 2. *disp.* XVI. *num.* 32. *&* 34. *disp.* CXVIII. *num.* 34. *&* 35. & alii.

XIX. Negant alii contendentes, Episcopum, vel Parochum omittentes horas, solum obligari ad quintam partem fructuum pro rata restituendam; Canonicum ad quartam; Alios Capellanos, & Beneficiarios ad tertiam tantum, reliquis alios fructuum portionibus quæ respondent aliis ministeriis, ibi retentis. Hanc defendunt apud Leandrum Sylvius 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 13. *concl.* 4. Molfesius, Homobonus, Fernandez, Henriquez, Sotus, Toletus, Medina, Ledesma, Raphael a Torre, Lessius, & plures alii. Ad Sylvium quod attinet, refert utramque opinionem, & nihil decernit. Leander *disp.* VII. *qu.* XXII. relolvit utramque opinionem esse probabilem; additque quod, si spectetur decretum Concilii Lateranensis, & S. Pii V. prior est probabilior; si vero consideretur praxis eiusdem decreti, secunda est probabilior. Patres Salmanticenses *tract.* XVI. *c.* II. *punct.* 4. *num.* 59. ut probabilem amplectuntur hanc secundam. Fateor me super hac quæstione animo pendere. In priorem tamen propendeo, tum ob gravium Theologorum

auctoritatem, tum ob legem Concilii, & Pii V. Lex enim hæc privat Beneficiarios *omnibus beneficii*, sive *beneficiorum fructibus*. Accedit quod nimium arbitraria esset lex, si in arbitrio cuiusque Parochi, & Beneficiarii esset discernere eiusmodi fructus, eosque sibi retinere qui respondent aliis ministeriis, ceteros vero restituere. Restitutio quippe hæc, tali admissa hypothesi, in nihilum evaneisceret. Vix enim reperirentur fructus respondentes recitationi. Tandem iure naturæ quisque Beneficiariorum astringitur restituere fructus quos percipit ob recitationem officii, si illud omittat. Ecclesia, ut sollicitos Beneficiarios redderet ad persolvendas horas canonicas, penam illis constituit amittendi omnes beneficii fructus, si precum canonicarum pensum solvere negligant. Quare, omnibus aqua lance libratis, existimo probabiliorem esse priorem sententiam, atque adeo ad omnes fructus restituendos pro rata temporis, & omissionis officii teneri Beneficiarios.

XX. Si tamen Parochus, Episcopus, Curati alia beneficia habeant simplicia, tunc certum est illorum beneficiorum fructus omnes restituendos esse, si officium omittatur; quemadmodum simplices Beneficiarii, quibus nullum onus annexum est præter recitationem officii, tenentur fructus omnes restituere pro rata temporis, si officium omittant.

XXI. Quæst. XII. *Quid de Beneficiario qui unum officium pro alio recitat, puta officium de Sancto pro officio de feria?* Resp. Qui docent hunc non implere præceptum (quæ sententia vera est, cum opposita includatur in propositione damnata) consequenter defendunt astringi ad restitutionem. Qui contra sentiunt, præstatum Beneficiarium satisfacere præcepto, restitutionis onere illum solvunt. Fortasse dici posset, quod etiam admissa prima sententia, cessaret restitutionis debitum: quia aliud est infringere mandatum recitandi officium; aliud non servare formulam præscriptam, & modum taxatum a Rubricis, quo recitari debet officium. Primum servat qui officium divinum recitat, atque adeo exemptus a restitutione videtur. Alterum violat, & peccat; sed peccatum illud non est contra præceptum recitandi, sed contra formulam recitationis. Hæc tamen dilputando, non deliberando dicimus.

XXII. Quæst. XIII. *Cuinam restituere Beneficiarius debet fructus, fabricæ, an pauperibus?* Resp. Decisio quæstionis lata est a Concilio Lateranensi, & a S. Pio V. his verbis. *Quicumque..... divinum officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis officii, & temporis suos non faciat; sed eos tamquam minime perceptos in fabricam ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur.* In libertate itaque Beneficiarii omittentis officium est, beneficii fabricæ, vel pauperibus fructus debitos erogare. Opinio communis.

XXIII. Si fabricæ restituto fiat, haud est necesse ut in Ecclesiæ ornatum, vel utilitatem fructus expendantur; sed potest Beneficiarius fructus eiusmodi applicare vel influantdæ fabricæ in qua habitare Beneficiarii solent, vel agris, & fundis ipsius beneficii reparandis, excolendisque. Quia constitutio non dicit *fabricæ Ecclesiæ beneficii*; sed *fabricæ beneficii*. Nomine autem *fabricæ beneficii* veniunt omnia quæ judicavimus. Sententia communis, quam defendunt Suarez *Lib. V. cap.* XXX. *n.* 19. Valquez, Bonacina, Molfesius, Trullenchus, Palaus, Pellizarius, & alii, quos citat, & sequitur Leander *disp.* VII. *q.* XXVII.

XXIV. Quæst. XIV. *Fieri ne licite potest hæc restitutio alteri Ecclesiæ, vel in pauperes alterius loci fructus erogari?* Resp. Quod ad Ecclesiæ, seu fabricæ alterius beneficii nequeant fructus isti restitui, patet ex lege lata a Concilio, & Pio V. præcipientibus ut restitutio fiat fabricæ beneficii. Quare nequeunt alienæ templa, vel fabricæ ex eiusmodi fructibus restaurari, nisi in casu quo fabricæ beneficii nulla instauratione egerent; occurrerent vero aliena templa labentia, quæ loco pauperum reputata eleemosynis indigerent. In hac positione possent fructus restituendi erogari illis Ecclesiis veluti pauperibus. Ad pauperes quod attinet, lex non restringit ut restitutio fiat pauperibus loci in quo est beneficium; sed absolute, & indefinite loquitur. Quapropter Leander, Bonacina, Trullenchus, Palaus docent, hunc Beneficiarium posse cuiusque loci pauperibus fructus restituendos distribuere: quod tametsi in rigore negari nequeat; attamen ratio naturalis postulat ut panperes loci extraneis præferantur. Et hæc videtur esse mens fidelium instituentium beneficia. Constituunt siquidem Beneficiarios veluti patres, & tutores pauperum suorum.

XXV. Quæst. XV. *Si Beneficiarius qui restituere debet, pauper revera sit, licite ne fructus illos restituendos applicare sibi potest?* Resp. Affirmat communis opinio: quia cum vi legis debeat vel Ecclesiæ, vel pauperibus erogare eiusmodi fructus, quando ipse vere pauper sit, non est unde colligi possit quod nequeat sibi ut pauperi eosdem applicare. Quia tamen facillimum est in propria causa decipi, & pauper-



tatem sibi fingere ubi non est, seque pauperem existimare, eo quod non abundet; idcirco, non modo consultius, sed fere necessarium existimo quod in hac applicatione, nisi sit evidentissima paupertas, Beneficiarius uti debeat vel consilio Confessarii, vel prudentis, ac docti viri judicio. Præterea eam dumtaxat fructuum quantitatem applicare sibi licite valet quæ satis sit ad præsentaneam paupertatem levandam; seque alterum pauperem debet reputare. Et sicuti non uni soli pauperi fructus, si sint uberes & pingues, distribueret, sed pluribus; ita neque sibi omnes retinere potest, sed tantum eos qui sublevandæ egestati qua premitur, sufficiant. Sententia communior, & probabilior. Quare non admitto quod scribit Leander *disp.* VII. *q.* XXX. ex Navarro, totam fructuum quantitatem posse sibi Beneficiarium retinere: quoniam tota fructuum quantitas necessaria haud est suæ levandæ paupertati. Nulla ergo ratione valet eam retinere. Nec minorem laxitatem prodit quod subdit Leander ex Bonacina, Laimano, & aliis, posse nempe extendere hanc fructuum applicationem ad sorores, fratres, & matrem, *non solum si sine mendici, sed etiam si necessariis ad decentiam personæ, & status careant.* Aliqui contendunt falso citari a Leandro Laymanum, penes quos fides sit. Admissa enim hac doctrina, vix dabitur casus quo pauperes non domestici quidquam horum fructuum, aut Ecclesiæ fabricæ percipiant. Quin, si Beneficiarii quotidie negligant preces canonicas, omnesque fructus restituere debeant; tot non habebunt fructus, quot sufficiant ad *decentiam* matris, sororum, fratrumque sustinendam. Siquidem quo nobiliores sunt Beneficiarii, uberioresque eorum reditus; eo splendidior, fulgentiorque est domesticorum, & consanguineorum *decentia*, quæ pluribus, & ditioribus reditibus indiget. Miramur, dum passim videmus, Beneficiarios fructibus beneficiorum suos ditare consanguineos. Verum tam sacrilegæ corruptelæ in causa non modica sunt laxæ Casuistarum opiniunculæ, quibus fcatent eorumdem libri, a quibus legendis ut abstineant, ecclesiasticos Beneficiarios admoneo. Plus præstare ego nequeo.

XXVI. Eiusmodi fructus applicari quoque posse suffragandis animabus purgatorii, communiter docent Theologi. Quando testatores, vel Pontifices volunt sive indulgentias, sive eleemosynas, sive alia pia opera extendere ad mortuorum suffragia, exprimere id solent; ut constat tum ex Bullis, tum ex testamentis, in quibus indulgentiæ, & eleemosynæ vivorum distinctæ sunt a suffragiis defunctorum. Cum itaque neque Concilium, neque Pontifex Pius V. meminerint animarum degentium in purgatorio, non apparet evidens ratio cur Beneficiarius ex arbitrio valeat defunctis hos fructus applicare. Adverte recentiores istos asserere, posse Beneficiarium recitare rotaria, & alias preces pro defunctis, ut satisfaciat restitutioni fructuum, quam Concilium, & Pontifex præcipiunt: tum collige, laxa ne dicenda sit eorum doctrina. Hac mea dubitatione tamen testor me derogare nolle defunctorum suffragiis. Id tantum innuere volo, ut Beneficiarii faciles non sint in illorum fructuum distributione. Si pietatis zelo sincero ardent erga sanctas illas animas, fructus restituendos pauperibus impertiant ea intentione, & conditione, ut ipsi pauperes preces recitent, Missas audiant pro suffragandis illis animabus. Hac via & legem securius servabunt, & pauperibus simul, ac defunctorum animabus succurrent. Si hoc recusent, & velint Beneficiarii soli has preces pro animabus Deo fundere; id argumento sane mihi est quod non pietas in animas, sed avara pietas in semetipsos causa sit talis distributionis.

XXVII. Aliam quæstionem instituunt recentiores, num videlicet possit Beneficiarius retinere fructus sibi a pauperibus donatos, antequam illis tales fructus contulerit. Promisit Beneficiarius fructus restituendos huic, aut illi pauperi. Antequam vero pauperes fructus accipiant, donationem eorum faciunt Beneficiario. Si donatio fiat ante traditionem fructuum, non audent asserere licitam esse retentionem; si vero fiat post traditionem fructuum, tunc validam asserunt. Hæc est una ex illis quæstionibus quas excogitarunt Probabilistæ, & quæ antiquis Patribus fuerunt incognitæ. Si pauperes revera sint tales, quomodo præsumi prudenter potest, velle eos libere donare iis rem illam qua actu indigent ad propriam miseriam sublevandam? Quare quæstio isthæc, tamquam futilis, reiicienda.

XXVIII. Quæst. XVI. *Fructuum restitutio fupplere ne potest per eleemosynas quascumque factas a Beneficiario, antequam omitteret preces canonicas?* Resp. Affirmat Leander, & suam opinionem ut probabilem defendit *disp.* VII. *quæst.* XXXIII. Pro eadem citat P. Suarez *Lib. IV. cap.* XXX. *num.* 21. Contra *quæst.* 9. *de Hor.* §. 4. ubi ait: *Nimis laxum (res mihi videtur Diana)* Pellizarium *Tom. I. tract. V. cap.* VIII. *sec.* 4. *quæst.* XXIV. *n.* 209. Sanchez *Tom. II. consil. cap.* III. *dub.* 121. Palqualigum *decis.* 455. Layman *L. III. tract. V. sec. V. c.* XII. Hermanum Bulembau *in Sum. cap.* 11. *dub.* 2. *art.* 2. & alios. Potissimum sun-

damentum cui nititur Leander, est auctoritas P. Suarez, cuius hæc verba refert. *Denique eleemosynæ omnes quas ex fructibus beneficii facit toto illo tempore in quo non recitavit, ubicumque illas fecerit, poterit, ut iam restitutas computare: quia numquam illos fructus fecit suos, & eos tradidit quibus tradendi erant. Et ita non manet obligatus ratione rei acceptæ, quia illam apud se non retinet; nec ratione acceptionis, quia iam executioni mandavit parnam, & restitutionem per legem impositam.* Quia virum hunc vere doctum ubique magni facio, & nisi valida ratio cogat, ab eodem non dissentio, fidem adhibere nolui Leandro. Textum Auctoris in eius proprio libro legi, sperans me quidquam reperturum quod doctrinæ laxitatem temperaret. Sed nec verbum hac de re aliud habet citato *Lib. II. cap. XXX. num. 21.* Porro sententia hæc contineri videtur in sequenti propositione damnata ab Alexandro VII. quæ est in ordine 33. *Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas quas benefactus de fructibus sui beneficii fecerit.* Id quod in defensionem doctrinæ P. Suarez dici potest, est, quod ipse loquitur de eleemosynis erogatis tempore quo omissum officium est. Propositio autem damnata omnes eleemosynas ex fructibus beneficii erogatas comprehendit, sive ante, sive post omissionem officii factas. Et hac via indemnis asseri potest doctrina P. Suarez. Et reipsa P. Dominicus Viva in suis commentariis in hanc propositionem *n. 9.* contendit vi probabilitatis licitum esse computare loco restitutionis eleemosynas factas tempore omissi officii, tametsi de hoc nil cogitet Beneficiarius. Hæc sunt verba P. Dominici Viva. *Propterea ex ea probabili opinione solum sequitur quod huic obligationi satisfieri possit per eleemosynas factas post horarum omissionem, etiamsi non venisset in mentem hoc debitum.* Hanc doctrinam non assero expresse contineri in propositione damnata, quæ licet non exprimat eleemosynas erogatas ante omissionem recitationis, id tamen significare videtur: quamquam non adeo clare, ut non possit intelligi hoc in sensu, nimirum antequam deliberaret Beneficiarius restituere, seu ante restitutionem. Utcumque tamen res se se habeat, hæc P. Viva doctrina minime mihi probatur. Quoniam Beneficiarius elargiens eleemosynas, nullo habito respectu ad restitutionis suæ debitum, liberaliter donat. Liberali autem donatione non satisfit oneri quod ex iustitia debetur. Quid quod similibus eleemosynis Beneficiarius forsitan intendit satisfacere præcepto erogandi superflua? Nonne Beneficiarii, ut ceteri Christiani, eleemosynarum præcepto subduntur?

XXIX. Verum, ut clarius pateat quæ sit mens P. Dominici Viva, aliorumque horum recentiorum, quos laudat, nonnulla alia quæ ibidem P. Viva scribit, dispicienda sunt. Eo siquidem illius Theologi doctrina spectat, ut de medio prorsus auferat legem Concilii Lateranensis, & S. Pii V. & ut ab onere restitutionis latis pernoleitæ Beneficiarios solita sua recenti benignitate solvat. Et ne gratis ei invidiam conflare videamur, illius verba exscribenda sunt. Sic enim scribit ibidem num. 10. *Ad levandum onus hoc maxime molestum restitutionis prima via est quam docet Sanchez cum Navar. Arag. & aliis communiter, quod scilicet, si Beneficiarius sit pauper, sibi applicet eleemosynas faciendas pauperibus; cum non sit peioris conditionis ipse quam alii, etiamsi alium deliquerit: etenim etiam pauperibus existentibus in peccato mortali potest fieri huiusmodi eleemosyna. Secunda est quam docet Mendo in Epitome V. Bullæ compositionis, adire Episcopum ubi Bulla Cruciatæ non viget: is enim potest in sua diœcesi, non secus ac Pontifex in toto orbe, componere bona omnia pauperibus debita, acceptando partem ex iis quæ debentur, ut illam in usus necessarios utilitati publicæ convertat, & remittendo debitori partem alium, prout in Domino iudicaverit. Spectat quippe ad pastorem animarum huiusmodi potestas, ne fiant æterna damnationis obnoxii qui DIFFICILE dabitur incerta restituunt. Bona enim incerta debentur Ecclesiæ, vel pauperibus; & idcirco plenam habet pastor spiritualis illorum administrationem: & sicut Princeps bona incerta quæ Reipublicæ debentur, potest in utilitatem publicam convertere; ita Pontifex, & Episcopus de iis quæ Ecclesiæ, aut pauperibus debentur, disponere potest, prout ad salutem animarum, & ad bonum christianæ Reipublicæ magis expedire iudicaverit.*

XXX. Eo itaque pertinet P. Viva recensita doctrina, non solum ut onus restitutionis *blandum, & suave faciat*, sed ut Beneficiarios ab hoc onere maxime molesto solvat: *Ad levandum onus hoc maxime molestum.* Excogitari ne blandior Theologia valet illa quæ leges de medio tollit? Sed onus hoc maxime molestum imponit Ecclesia in Concilio Lateranensi congregata, & media constitutione sanctissimi Pontificis Pii V. Nihil refert. Difficile executioni Beneficiarii illud mandant; & ne æternæ damnationis pœnæ obnoxii evadant, aperiendæ viæ sunt quibus hoc onus maxime molestum auferatur. Has vias lustremus. Prima est. Si Beneficiarius sit pauper, sibi applicet reditus restituendos. Dictum est supra ex sapiente P. Suarez, quod difficile sit iudicium in causa propria, atque adeo non posse Beneficiarium ex arbitrio definire hanc suam paupertatem; sed illum debere, nisi explorata, compertaque paupertas sit, quod in Beneficiariis raro contingit, uti vel consilio Confessarii, aut viri docti iudicio. Quapropter cum raro sit Beneficiariorum tanta paupertas, ut loco pauperum stipem quæritantium haberi possint; ideirco via hæc inepta est ad levandum onus hoc restitutionis maxime molestum. Altera via P. Viva est, ut Beneficiarius adeat Episcopum, qui utpote pastor animarum *potest in sua diœcesi, non secus ac Pontifex in toto orbe, componere bona omnia pauperibus debita acceptando partem ex iis quæ debentur, ut illam in usus necessarios utilitati publicæ convertat, & REMITTENDO DEBITORI partem aliam, prout in Domino iudicaverit.* Temperare mihi haud possum quin admoneam sæpe lectorem ut summa semper attentione legat Auctorem hunc, quem ego colo, & veneror, cuiusque in scribendo intentionem piam, sanctamque fuisse pro certo habeo: illius tantum opiniones, quæ a veritate abludere mihi videntur, confuto. Et ut ingenue quod sentio prodam, ex eiusdem distinctionculis, & quotidiani verborum fucis, damnatæ propositiones eludi frequenter salvo, meliori iudicio, & debito Auctori obsequio, mihi videntur. Sed secundæ eius viæ insistamus. Et primum adducta doctrina extra orbitam est, perperamque præsenti quæstioni aptatur. Quod Episcopus in sua diœcesi valeat in rebus dubiis, & super bonis incertis pauperibus debitis id decidere quod expediens in Domino iudicaverit; nemo est qui hanc potestatem in dissimulem adducat. Sed in præsentiarum firma est de bonis quæ Beneficiarius ob neglectas canonicas preces restituere tenetur. Porro quod restituere debeat aut fabricæ beneficii, aut pauperibus, Concilium Lateranense, & S. Pius V. repetitis legibus lanciverc. Qua ergo ratione potest Episcopus *partem bonum fructuum debitori remittere?* Respondet P. Viva: *Ut levetur onus hoc maxime molestum restitutionis.* Sed onus quod Ecclesia imposuit in Concilio generali, levare Episcopus nequit. Nemo itaque non videt, doctrinam P. Viva sucum facere



lectoribus incautis. Quandoquidem primo constituit auferendum esse onus molestæ restitutionis ab Ecclesia impositæ: deinde affert doctrinam, quæ, licet vera sit respectu bonorum super quibus nihil Ecclesia definivit, falsa tamen est, & prorsus disparata, si sermo sit de bonis Beneficiariorum ob omissum officium restituendis, quæ Ecclesiæ manifestissima lege pauperibus, aut beneficii fabricæ addicta sunt. Fusius forsitan quam par erat, hæc dicta sunt; sed nimis benigna subtilitas P. Viva nos frequenter protrahere fermonem cogit.

XXXI. Quæst. XVII. *Pensionarii tenentur ne fructus pensionis restituere pro rata, si officium recitare omittant?* Resp. Affirmant communiter Theologi, quia id flagitium est in constitutione Pii V. Quin nulla est controversia quod Pensionarii debeant integros percepto fructus respondentes omissioni restituere: eo quod nullum isti aliud annexum onus habent præter recitationem officii, cui integri fructus respondent. Restitutio autem aut fabricæ beneficii ex quo pensio accipitur, aut pauperibus facienda est.

XXXII. Quæst. XVIII. *Pensionarius iure ne potitur exigendi a Beneficiario pensionem, si horas canonicas non persolvat?* Potest, & debet pensionem exigere, non ut sibi retineat, sed ut creditoribus, qui pauperes, vel Beneficii fabricæ, solvat. Nec Beneficiarius negare non recitanti pensionario absolute pensionem valet: quoniam ipse est constitutus debitor; neque personam iudicis in hac causa assumere valet. Sunt tamen qui probabiliter secus sentiunt. At probabilius mihi videtur quod Beneficiarius teneatur solvere. Contrariam opinionem admitterem, casu quo Beneficiario constaret, suum Pensionarium nec recitare, nec restituere fructus; sed illos prodigere. Tunc puto, posse Beneficiarium, & forte debere causam pauperum, & beneficii agere, aut cogendo suum Pensionarium ad fructuum restitutionem, aut per se fructus fabricæ, vel pauperibus applicando, aut fructus veluti in depolito retinere, donec Pensionarius non recitans per Episcopum cogatur oneri suo satisfacere. Sed hæc raro contingunt: quia non adeo facile conflare potest Pensionarium, nullo intervenientc legitimo impedimento, officium omittere. Quare securius erit solvere absolute loquendo, & demptis interdum circumstantiis.

## CAPUT IX.

*De conditionibus pluribus quæ ad divini officii recitationem requiruntur.*

OCTO circiter enumerare conditiones Theologi solent, ut iuxta *caput* Dolentes *de celeb. Miss.* Religiosi pro dignitate precum canonicarum vectigal persolvant. I. est ut attente, & devote: II. cum debita intentione: III. cum debita pronuntiatione: IV. integre, sine verborum omissione, aut mutilatione: V. sine interruptione: VI. sine ordinis inversione: VII. tempore congruo: VIII. ut loco decenti recitent. Hæc omnia in distinctos tribuam paragraphos, ut sigillatim omnia perspicue, & breviter examini subiiciantur.

### §. I.

*De attentione, & devotione qua preces canonica persolvendæ sunt, ut præceptum impleatur.*

I. PErdifficilem, implexamque quæstionem adipiciendam aggredior, cui pro dignitate explanandæ me minus aptum cognosco, fateorque. Frequentes quippe distractiones patior in precibus quas sive ex præcepto, sive ex libertate Deo fundo. Quare magnopere vereor ne controversiam hanc disputando, causam propriam agam: si quidquam laxius proferam; & ut mihi blandiar, me, & alios in laqueum conniciam perditionis, quod absit. At contra spero fore ut propensio, qua me in beniguiorem, seu laxiorem illius controversiæ partem ferri sentio, in lemita continere me debeat veritatis: iniquus quippe insidias struens, dum deprehensus est, vigilem efficit, & experrectum illum quem aggreditur. Et ut in antecessum quædam præmittam ad meticulosos plus iusto, pavidosque erigendos, in ea ego sum fama constitutus ipse, quod nemo peritorus sit ob peccatum quod præceptum devote recitandi officium non impleverit; immo quod nemo peccata mortalia hoc ex capite solo perpetret. Plurimi peccant, quod illud non recitent: plurimi, quod animo deliberate distracto illud solvant. Cæterum adduci numquam potero ut credam, letaliter peccaturos illorum aliquos qui, quatenus humana infirmitas permittit, bona intentione, bonaque fide suum vectigal Deo solvunt; quique nihil exterius agunt quod recitationem devotam impedire valeat; tametsi ex alia parte distractiones frequentes, & prolixas patiantur. Quod non idcirco præiacio, ut foveam ignaviam, & negligentiam; sed ut sub initium scrupulos omnes amoveam.

II. Paulus Comitolus perdoctus, & eruditus Theologus in suis Responsis moralibus *Lib. I. q.* LXII. scribit, controversiam hanc omnium quæstionum quæ in iure sunt, esse præcipuam, quam pluries, & copiosissime se pertractasse subdit in *Libro de officio Parochorum*, quem Librum numquam videre contigit. Ut clariore in lumine collocet quæstionis statum, illam in plures partitur hypotheses. Primo refert *caput* Dolentes *de celebr. Miss.* ubi præcipitur divinum officium studiose, & devote recitandum esse. Offiensis primus omnium interpretatus est canonem hunc non præcipere, sed suadere; quem secutus est D. Antoninus *III. Part. tit.* XIII. *c.* IV. §. 7. Referens enim verba, *Quantum DEUS dedit*, quæ sunt in Decretali, hæc adiicit. *Per quæ verba apposuit consilium fragilitati humanæ, quasi dicat: Præcipimus ut unusquisque duc ac nocte dicat horas suas: intentionem autem, & devotionem in præceptum non ponimus; sed gratis Deo, secundum quod ipse dare voluerit, dummus relinquendum: & hunc intellectum teneas, quia benignissimus: & quia non debet Ecclesia alicui laqueum imittere: 27. q.* I. *de veritate* 2. *nec hominibus debet Ecclesia oneribus importabilibus alligare: 26. q.* VII. *cap. Alligant.*

III. Hoc D. Antonini textu relato, P. Comitolus scribit. Si de intentione, & devotione hi loquerentur plane interiore, non esset usquequaque reprehendenda opinio, & nimirum de hac videtur locutus D. Antoninus. Nam ad suam expositionem persuadendam iumit Umberti rationem, quem citat: quia humano præcepto interiores actus minime subiiciuntur. Illud tamen, inquit Comitolus, in horum interpretatione vituperandum est, quod aiant præceptum agnoscere in cap. *Dolentes* de modo recitandi divinum officium devote, & attente, sed tantum de recitando; cum de recitando iam extant, & perversus modus recitandi impulerit Romanum Pontificem ad eam legem recitandi præscribendam: id quod a Caietano, & ab aliis sapienter est animadversum.

IV. Secundo loco attentionem a devotione Comitolus distinguit, tamquam duas res omnino diversas, multumque invicem distantes. Siquidem devotio virtus est, cetus attentio. Hæc in animi intelligentia, illa in voluntate sita est. Attentio facit ut animus iis præsens sit quæ aut dicit, aut facit; devotio [illegible] Dei servitio, & obsequio addicit. Si plura hac de re cupis, consule Dominicum Sotum *Lib. X. de iust. q. v. art.* 5.

V. In tertia hypothesi duplicem attentionem, duplicemque devotionem Comitolus distinguit. Altera interior est, quæ obtutum fugit oculorum, & ceterorum sensuum notitiam, quæ in domicilio dumtaxat animi se continet intimo, Deo tantum, & ei in quo inest, cognita. Exterior altera, quæ corpore aliquid agens, & moliens extra se prodit, quæ incurrit in hominum sensum, atque iudicium. Quare vitium, seu malum, quod tum attentioni, tum devotioni opponitur, duplex est: unum in animo latens, & inclusum, omnino ab aliorum seiunctum intelligentia; alterum corporeo aliquo actu foras erumpens, de quo licet alteri statuere, & indicare. Atque hæc tertia hypothesis est totius controversiæ fundamentum.

VI. Quartæ hypothesis hæc est doctrina. Quoties ex Dei, naturæque lege suscipienda oratio est, aut ad agendas Deo de ingenti aliquo beneficio gratias, aut ad magnam aliquam sive privatam, sive publicam calamitatem, perniciemque avertendam, interior animi attentio, ac religio est plane necessaria: eam enim requirit Deus, ac præcipit, qui a nobis cultum magis exigit interiorem, quamquam externum etiam præcipiat: liquidem cum animum, & corpus nobis fuerit imperatus, vult sibi a nobis utraque parte famulatum præstari.

VII. Quinta hypothesis. Ecclesia, inquit P. Comitolus, cuius non divina, sed humana est potestas, & quæ de humani cordis arcanis, nostræque mentis abstrusis motibus in foro exteriore non habet cognitionem, neque iudicium, neque imperium, neque præmium, neque supplicium; divinum officium aut canentibus, aut recitantibus attentionem, devotionemque interiorem, quæ in eius iudicium deduci non possunt, imponere nequaquam potuit; sed eas dumtaxat exteriorum lesuum functiones, corporisque opera prohibere quæ orantis animum ab attentione abducunt necessario, ut legere, scribere, contabulari, pecuniam numerare, aliorum sermonem auribus excipere, & huiusmodi. Huius sententiæ inventor, & auctor est Durandus in *IV. dist.* XV. *q.* XII. & Paludanus in *IV. dist.* XV. *q.* V. *art.* 2. *concl.* 4. quam multi alii sequuntur, ut D. Antoninus in *III. Part. tit.* XIII. *c.* IV. §. 7. Allensis in *L. VI. art.* 6.





*q.* III. Turrecremata in *Reg. S. Benedicti c.* XIX. *tract.* LXXVII. Sylvester *verbo* Hora *q.* XI. Angelus *verb.* Hora canonica *n.* 28. ut taceam de Canonistis. Ratio istorum hæc est: quia actus interior animi nostri, qui exteriorem actum deserere potest, ab Ecclesia imperari non valet.

VIII. Hoc fundamentum ausi sunt nonnulli pervertere, ut Hadrianus, qui in *quodlib.* VIII. *art.* I. ad hunc modum scribit. Ecclesia non solum potest, sed & de facto præcipit attentionem, ac devotionem: & potest non solum exteriores actus, sed etiam occultissimos interiores ex legitima causa præcipere. Iterat hoc suum dogma in *IV. q.* II. *de Confess.* §. *Alii probant.* Stat ab Hadriano Maior *in IV. dist.* XII. *q.* VII. & Medina *de orat. q.* XV. qui seipsum destruit aliter opinantem, ut de se is testatur in ea quæstione. „ Cum his a nobis, tum in *disp. de excommunicatione*, tum *in additione de horis canonicis*, velis, equisque, ut dicitur, „ decertatum est, nullumque est eorum argumentum quod non sit a nobis allatum, „ & merito confutatum: nostræque sententiæ „ duces magnos Theologos nominavimus, „ qui occultarum notionum, appetitionumque animi nostri iudicium ab Ecclesia omnique humana potestate semoverunt. “

IX. In quibus est D. Thomas in *quodlib.* IV. *art.* 12. & planius I. 2. *q.* XCI. *art.* 4. Paludanus falso citatus ab Hadriano in *IV. dist.* XVII. *q.* II. *art.* 2. ubi apertissime confitetur quod nos affirmamus. Durandus *in IV. dist.* XVII. *q.* VIII. *lit. H. & dist.* XV. *q.* XII. Turrecremata in *c.* Cantores *dist.* XCII. commentarii sui *q.* III. Gerson *tract.* XXIV. regularum moralium *litt.* E, & *tract.* LXII. de vita spirituali animæ *lect.* IV. *corol.* I. Gabriel in canonem Missæ *lect.* LXII. *q.* VII. *prop.* I. D. Antoninus *III. Part. tit.* XIII. *c.* IV. §. 7. Sylvester in *verb.* Excom. *sect.* XXXVII. *n.* 3. Angelus in *verb.* Hæreticus *n.* 2. Almainus in *Lib. de auctoritate Ecclesiæ*. Navarrus in *c.* Cogitationis *dist.* I. *de pœn.* & explanans verba Gratiani in principio *dist.* V. *de pœnit. n.* 24. his est verbis locutus. „ Neque occurrit Theologus aliquis peritus „ qui cum sua facultate theologicam conionxerit cognitionem, qui ab hac parte non „ fleret, præter Hadrianum in illa quæst. II. „ auctoritate Paludani, non satis expensi, „ motum. “

X. Hypothesis postrema. Quamvis satisfieri præcepto possit ecclesiastico, si distractio vitetur exterior, nihilominus in culpa semper est

est is qui distractionem animi interiorem non repellit.

XI. Hactenus fere ad verbum P. Paulus Comitolus, cuius viri faniorem doctrinam, & sapientiam cum maximi faciam, expediens indicavi illius super hac perdifficili quæstione mentem aperire. Antequam tamen ultra provehor, nonnulla animadvertenda sunt, ut quæ sit D. Antonini sententia, clarius appareat. In textu laudato a Comitolo ex *III. Part. tit.* XIII. *c.* IV. §. 7. conceptis verbis sanctus Archipræsul docet, Ecclesiam non præcipere attentionem animi interiorem. Alibi tamen, nempe *II. Part. tit.* IV. *c.* VII. §. 3. hæc scribit. *Clerici quoque, & Religiosi, quum dicunt officium divinum, assumunt testamentum Dei per os suum, quia psalmi sunt de ipso testamento. Sed si voluntarie mente distraherentur, hypocrisis esset: quia ex ipso actu ostendunt se divinis vacare; cum tamen mentem habeant ad inutilia, & vana. Unde Dominus Isaias Matth.* v. Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Isaias dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: *quod utique grave peccatum est, & magna Dei irreverentia.* Similia habet *III. Part. tit.* XIII. *c.* IV. §. 8. ubi post relatam Paludani, & D. Thomæ doctrinam hæc subdit: *Non tamen requiritur quod attento remittatur actualiter totam orationem; quia nec hoc requiritur in quibuscumque operibus bonis; nec hoc est possibile propter evagationem mentis humanæ. Requiritur tamen quod omnes sentiat non distrahat mentem ab orationc: hoc enim non potest esse sine culpa mortali, vel veniali. Evagatio vero quæ est præter intentionem, & propter occupationem præcellentem licitam, peccatum non est, sicut, si propter illicitam.* Si hi textus conferantur cum altero, quem hoc eodem loco §. 7. habet, quemque allegat Comitolus, contrarius fortasse sibi videbitur S. Antistes. Verum cessat omnis contradictio, si advertatur in adducto textu S. Antoninum cum Ostiensi, & aliis expiscare præceptum impositum ab Ecclesia cap. *Dolentes*. Quo in textu negat ille contineri præceptum ipectans actum internum, quod forte non abludit a vero; quin mihi probabilius videtur contineri quidem ibi mandatum præcipiens studiosam, & devotam recitationem exteriorem, locus attentionem animi interiorem: quod Comitolus prius declaravit. In textibus vero a nobis transcriptis sermonem habet D. Antoninus de ea attentione quæ non ab Ecclesia, sed a Deo ipso præcipitur, præcipiendo orationem. Attentio quippe anima est orationis; & ideo hanc comitari debere orationem asserit, quantum fert humana infirmitas. Hæc dicta sint ad D. Antonini sententiam illustrandam. Nunc ad rem ipsam accedendum.

XII. Ut vero quæ nobis in hac implexa quæstione versimiliora videntur, perspicue declaremus, quæ certa existimamus, exponenda sunt. Et primum omnium dicimus, Ecclesiam cap. *Dolentes* quod habetur *Lib. III. Decret. tit.* XLI. *cap.* IX. non præcipere attentionem animi interiorem. Idque evincimus, textum illum integrum lectorum oculis subiiciendo. Est autem huiusmodi. *Dolentes referimus, quod non solum quidam minores Clerici, verum etiam aliqui Ecclesiarum Prælati vivia comessationes superfluas, & fabulationes illicitas (ut de aliis taceamus) fere meditatione pectis expendunt, & somno residuum reliquentes, ex ad diurnum concentum avitus excitantur, transcurrendo nodique continua syncopa matutinum. Sunt & alii qui Missarum solemnia vix celebrant quater in anno & (quod deterius est) interesse contemnunt: & si quando, dum hæc celebrantur, interfint, clerosilentium fugientes, intendunt exterius collectionibus laicorum: & dumque auditum ad indebitas sermones effundunt, aures intentas non præstant ad divina. Hæc igitur, & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus, districte præcipientes in virtute obedientiæ ut divinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit, studiose celebrent pariter, & devote.* Quid causæ fuit cur Pontifex hunc ediderit canonem? Confabulationes, & colloquia cum laicis, quæ *intentas* præbere *aures* impedichant ad canonicas preces. Quid prohibet Pontifex? *Hæc, & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus.* Quibus externis malis ut remedium apponat, in virtute obedientiæ præcipit ut Clerici, seu Sacerdotes *officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis DEUS dederit, studiose celebrent, & devote.* Nullum hic verbum de interiore animi attentione. Studiosam, devotamque exteriorem attentionem oppositam colloquiis, & confabulationibus Pontifex iubet. Quare alienam omnino a laudato canone censemus interpretationem quam ex Ostiensi refert S. Antoninus, quamque supra delerimus, videlicet caput illud non præcipere, sed consulere: quippe districte præcipit in virtute obedientiæ ut divinum officium studiose ac devote recitetur. Si eiusmodi loquendi formulæ vim non habent præcipiendi, nullum alibi reperire præceptum erit. Missa ergo Ostiensis, aliorumque qui Ostiensi adhærerunt, interpretatione, inquirendum remanet, quam attentionem allatum caput præcipiat: quamvis enim ex iis quæ dicta sunt, constet tolam exteriorem attentionem ibi iuberi; nihilo seciùs Theologorum opposita placita audienda sunt, & penitus dilpicienda.



XIII. Prima sententia negat necessitatem interioris attentionis. Præter Auctores, quos supra ex Comitolo recensuimus, plures alii eamdem defendunt. Antonius a Spiritu S. in *direct. Reg. tract.* III. *disput.* VI. *n.* 1629. Machadus *tract.* II. *docum.* 5. Martinus a S. Ioseph *Lib. II. tract.* X. *n.* 6. Diana *coord. Tom. III. resol.* 470. cap. IV. Thomas Tamburinus *Lib. II. de mor. celebr. Miss. c.* III. Coninckus de *Sacr. III. P. q.* LXXXIII. *art.* 6. Lugo Cardinalis de *Euchar. dis.* XXII. *sec.* I. *n.* 25. Mendo *disp.* VII. *q.* III. Gobarus *tract. v. n.* 821. & alii multi, quos citant Diana, & P. Claudius la Crois *Lib. IV. n.* 3341.

XIV. Altera sententia adfirmat, pro qua sequentes Auctores allegantur vel ab ipso Diana. Fernandez *in exam. theol. P. III. cap.* XIII. §. 6. *n.* 2. Villalobos in *Sum. Tom. I. tract.* XXIV. *dub.* 15. Sotus *Lib. X. quæst. v. art.* 3. *concl.* 6. Caietanus in 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 13. Navarrus *de orat. cap.* XIII. *n.* 18. Valquez 2. 2. *Tom. II. disp. CIX. n.* 30. Medina in *Sum. Lib. I. c.* IV. §. 11. Navarra *de rest. cap.* CXXI. Lopez *Tom. II. c.* CIII. Emanuel Sa *verb.* Hor. Can. *n.* 10. Pesantius *in* 2. 2. *quæs.* LXII. *art.* 2. *dub.* 3. Zerola in *praxi Epise. verb. Hora*, Beia in *resp. casuum Confesion. P. II. cas.* 33. Comitolus in *Resol. mor. quæst.* LXIII. Malderus in 2. 2. *tract.* X. *cap.* II. *dub.* 2. Moneta de *diebus. P. II. quæst.* II. Macignus de *hor. cap.* LXXXVI. Molfesius *Tom. I. tr.* IV. *cap.* II. Sylvius in 2. 2. *quæst.* LXXXIII. *art.* 13. *concl.* 4. & 5. Homobonus *de Exam. Ecclesi. P. I. tract.* IV. *cap.* V. *quæst.* XI. Viguerius *Inst. Moral. cap. v.* §. 5. Gavantus de *rub. Miss. Tom. II. cap.* 145. Vegha *T. II. c.* CXXVIII. Rodriquez *Tom. I. cap.* XIX. Conradus *in resp. cas. conf. P. I. quæst.* CCXIV. Valentia *Tom. III. disp.* VI. *quæst.* II. *punct.* IO. Azorius *P. I. Lib. X. c.* XVI. *quæst.* VI. Ledesma *Tom. II. tract.* IX. *cap.* IV. Squillante de *oblig. sec. P. I. dub.* 2. Suarez *Lib. IV. c.* XXVI. *n.* 3. Aragon. *in* 2. 2. *q.* LXXXIII. *art.* 13. Sayrus de *censur. Lib. III. cap.* IV. Salas de *leg. dis.* IX. *sec.* 9. Lorca *p.* II. *Tom. II. de leg. disp.* XVI. Raphael a Torre *Tom. II. de hor. can. cont.* 9. Ragucius de *offic. can. q.* XIX. & alii penes citatos: quibus addi possunt ex recentioribus Franciscus Genet *Tom. II. tract.* I. *cap.* X. *quæst.* X. Van-Roy *tract.* IV. *cap.* II. Natalis ab Alexandro *Lib. II. art.* 2. *regul.* 8. Henricus a S. Ignatio *Lib. X. cap.* XXIV. Gabriel Antoine *tract. de Virtut. Relig. quæst.* V. Martinus Wigandt *tract.* X. *exam.* 5. *quæst.* VII. *num.* 82. pluresque alii, quos brevitatis gratia prætereo.

XV. PP. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* III. *punct.* V. *n.* 28. utraque relata sententia, omnes auctores reapse idem sentire contendunt, solisque verbis discrepare; quod ut evincant, duplicem cum D. Thoma in *IV. dist.* XV. *quæst.* IV. *art.* 5. distinguunt attentionem actualem: alteram formalem, qua quis expresso animo attendit ad id quod recitat; virtualem alteram in eo sitam, quod orans sub orationis initium deliberat velle divinas laudes cum debita attentione, prout decet, Deo fundere: quæ attentio tamdiu perseverat, quamdiu non retractatur per actum directe, & expresse contrarium, aut per actus exteriores qui cum attentione componi nequeunt, ut sunt scribere, manibus operari, & id genus similes.

XVI. Distinguunt porro triplicem attentionem actualem, sive formalis ea sit, sive virtualis. Prima, quæ infima habetur, est ea qua quis attendit ad verba. Secunda perfectior, quæ verborum sensum meditatur. Tertia, quæ Deum ipsum spectat, eidemque hominis mentem coniungit. Hæc est omnium perfectissima. Quamlibet ex his tribus attentionibus latis esse ad implendum præceptum orationis, sive voluntariæ, sive debitæ, certum est penes omnes Theologos, nemine dissentiente. Primam attentionem in ordinata, & distincta verborum prolatione sitam, quæ est omnium attentionum infima, latis esse patet exemplo Monialium, quæ verborum sensum haud percipiunt. Ex alia vero parte tertiam omnium perfectissimam attentionem non esse necessariam, fatentur Theologi omnes.

XVII. Explicant deinceps clarius attentionem ad verba, & in quo sita sit, patefaciunt ex D. Thoma, qui 1. 2. *q.* LXXXIII. *art.* 3. hæc habet. *Triplex est attentio quæ orationi vocali potest adhiberi. Una quidem qua attenditur ad verba, ne aliquis in eis erret.* Istius ergo attentionis natura in eo est sita quod quis, dum preces recitat, ita vigilet, ut verba debito ordine, distinctaque prolatione enuntiet, cureque ne in hoc ordine, seu pronuntiatione erret. Hæc autem attentio, seu propositum attendendi, & perseverandi in hac at-

tentione satis est ad servandum præceptum recitandi canonicas preces. Quod quisque præstat, usquedum voluntate expresse contraria non retractat illam, vel rem exterius peragit quæ natura sua cum tali attentione pugnet.

XVIII. Quibus positis, sententiam propriam, qua Theologos utriusque relatæ opinionis componere latagunt, exponunt. Hic porro illorum doctrinæ cardo, quem figunt, quoque volvitur illorum opinio. Distractio mentis etiam voluntaria non opponitur præfatæ attentioni, nec illam retractat. Sola quippe voluntas qua quis deliberat expresse se nolle attendere ad verba, seu ad divinum officium, seu actus exterior sua natura pugnans cum præfata attentione eamdem retractat; secus voluntaria distractio, qua quis vult ad alia negotia animum intendere. Neque enim humana mens adeo limitata est ut nequeat plura simul disparata eodem tempore revolvere: quod patet ipsa experientia. Et omisso Cæsaris exemplo, qui eodem tempore pluribus librariis dictabat, & gravia negotia animo molliebatur, Cicerone, & Plinio testibus quibus fidem adhibere nemo nos cogit; nonne qui choro assistunt, attendunt ad dicenda, & animo alio divagantur? Nonne qui intentum in Deum animum habent, ad verba simul attendunt *ne errent* in pronuntiatione, & ordine? Nonne qui involuntarias patiuntur distractiones, ad verba simul attendunt? Verum itaque habet, per mentis distractiones, quantumlibet voluntarias, non interrumpi priorem attentionem. Interrumpitur autem per solam voluntatem contrariam, qua expresse quis retractat primam intentionem, dicendo intra se, Nolo attendere; vel per exteriores actus confabulandi, scribendi, legendi &c. Eo solum in casu distractio voluntaria impediret attentionem ad verba, si ita impotens, & vehemens esset, ut absorberet mentem, eamque ab attentione ad verborum ordinatam prolationem averteret; quod raro contingit: & de raro contingenti non est curandum.

XIX. Ex hac doctrina hoc inferunt consectarium laudati Patres. „ Auctores igitur „ secundæ sententiæ in re hac solum exigunt „ attentionem, cum omnes, nemine dempto, dicant solam attentionem virtualem „ ad verba esse necessariam: & si excludant „ internam distractionem, vel loquuntur de „ illa quæ est incompossibilis cum hac attentione, qualis est illa quam modo diximus raro contingere: & si aliam excludere intendunt, non consequenter loquuntur, „ & sic illis non assentimur, nec eorum rationes amplius probant. “

XX. Hos ego Theologos, ceu de morum Theologia, atque de mea Religione ob singulare erga D. Thomæ Aquinatis doctrinam obsequium, zelumque sapientem quo illam promovere student, optime meritos, magni facio; illos sincere colo, & veneror. Displicet tamen quod vel invitus ab eisdem dissentire sæpiuscule cogor. Sed tanta est in dissentiendo reverentia, ut non minus eos suspiciam quam si in eorumdem concederem sententiam. Siquidem dissensio illihæc non a libera voluntate, sed a veritate, nisi me amor fallit, cogente proficiscitur. Quamquam enim plurima quæ ex eisdem transcripsi, vera reputo; sententiam tamen quam illi inferunt, falsam existimo.

XXI. Et primum istorum PP. doctrinam iampridem tradiderat Ægidius Coninck, ut advertit Cardinalis de Lugo *de Sacr. Euch. disp.* XXII. *sec.* 11. *n.* 41. ubi hæc habet. „ Non sine fundamento dixit P. Ægidius „ Coninck, ipsa convenire multos ex adversariis, & solum de nomine videri dissensum. Exigunt enim attentionem internam, sed solum ad verba, & talem, ut „ sufficiat ne aliquis se exponat periculo male, ac perturbate verba pronuntiandi, aut „ omittendi: quæ certe attentio haberi potest ab eo qui etiam voluntarie cogitaret „ tunc de aliqua quæstione metaphysica, vel „ alia re simili. “ Hanc eamdem doctrinam affingit Leander *disp.* IV. *cap.* II. P. Ioanni Martinez de Prado *Tom. II. c.* XXI. *q.* VIII. §. 2. Verum Leander aut Pradum (cum quo aliquam habuisse simultatem ex pluribus colligo) non vidit, aut animo minus attento legit, ne plus dicam de hoc laxissimo Casuista.

XXII. Relatis aliorum sententiis, quid ipse sentiam, aperiendum est. Porro, ut ab examine doctrinæ Salmanticensium auspicemur, falsum nobis apparet principium illud cui totum superstruitur illorum ædificium, nimirum non interrumpi voluntariam attentionem etiam virtualem per voluntariam distractionem; sed solum per voluntatem expresse contrariam, qua quis deliberat, Nolo attendere, vel Retracto priorem attentionem, seu propositum attendendi. Fatemur itaque sufficere attentionem virtualem. Sed cur D. Thomæ Theologi docent satis *esse* virtualem? Quia, humana infirmitate spectata, vix formalis possibilis est: si enim hæc formalis expressa attentio haberi commode



posset, peccaret sane qui sponte illam repelleret. Porro qui deliberato animo mentem aliorum divertit, reapse attentionem formalem expresse retricit, & consequenter retricit etiam virtualem. Hæc enim satis est, suppositis involuntaria privatione prioris. Qui vero deliberato animo respuit primam, retricit eo ipso secundam. Atque ut clarius procedat argumentatio, explicanda paulisper est hæc attentio ad verba. Nam hæc ad verba attentio, ne perturbetur ordo, aut impediatur pronuntiatio, mere materialis esse potest. Hæc attentione utuntur & pueri legentes, & psittaci canentes. Hanc solam materialem ad verba attentionem improbat tota Patrum, & Theologorum veneranda antiquitas. Unum, aut alterum Patrem audiamus. *Deprecantes Dominum* (inquit Augustinus in Psal. CXVIII.) *ut ab occultis nostris mundet nos, & ab alienis parcat servus tuus, quid hoc sit, intelligere debemus, ut humana ratione, non quasi avium voce cantemus: nam & meruli, & psittaci, & corvi, & pica, & loquaces volucres sæpe ab hominibus docentur sonare quod nescivit. Scienter autem cantare naturæ hominis divina voluntate concessum est.* D. quoque Laurentius Iustinianus *Lib. de Discipl. Monast. Conversi. cap.* XVII. ait: *O quam sæpe qui divinis occupantur in laudibus, solo assistunt corpore, & tamquam garrula aves sine interiore sensu emittunt verba! De talibus per Prophetam Dominus dicit:* Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me. *O quoties tedio pregravata mens, ab omni gustu celestium cantuum ieiuna pertransit! Loquitur, & ignorat cui: clamat voce, nec se ipsam intelligit, nec percipit quid dicat: nam totaliter extra se evecta, atque velut amens effecta, adversum se Deum provocat vehementer.* Innumeros alios textus sanctorum Patrum afferre possem, quos præterco. Fateantur ergo advertarii oportet, non sufficere materialem, ut sic dicam, illam ad verba attentionem: distincta quippe, & ordinata prolatio verborum solo usu, & consuetudine comparari potest; quemadmodum aves ab Augustino indicatæ concentum harmonicum, & verba nonnulla ordinate proferre addiscunt. Ut porro hæc ad verba attentio ab attentione puerorum, psittacorumque secernatur, mentis requirit studium, & applicationem. Eo ergo difficultas recidit, ut declaretur, valeat ne humana voluntas simul & semel ad diversa, & disparata objecta animum applicare. Adfirmant Salmanticenses post Coninckum, & Lugonem argumentis, quæ iam descripsimus, tum illorum qui reapse in choro, & privatim preces canonicas recitantes, distincte, & concinne pronuntiant, tametsi mens alio divagetur; tum aliorum qui mente in Deum rapti articulatim enuntiant verba.

XXIII. Pace tantorum virorum dixerim, præfata argumenta sunt pura putaque sophilmata. Negamus quippe mentem nostram ex voluntatis deliberatione posse eodem tempore contraria meditari. Quandoquidem aliud est, mentem natura sua alio divagari, dum psalmos recitamus; distincte, & ordine præscripto lingua pronuntiante; aliud est, quod voluntas actu deliberato valeat applicare mentem tum ad verba quæ lingua profert, tum ad alia negotia, seu ad quæstionem aliquam. Et quoniam experientiam nobis opponunt, ad hanc experientiam scilicet causam revoco. Periculum quisque faciat. Applicet mentem actu deliberato ad aliquam quæstionem, sive negotium, & continuo sentiet linguam balbutire, mentem vim pati, oculos revolvi, atque seipsum adstantibus præberi quali fluctibus iactatum, animoque abreptum, atque veluti intestino bello disceptatum in partes. Quando distractiones patimur involuntarias, intellectus noster sua quadam occultissima inclinatione, sæpe ex præconceptis speciebus, & naturali quodam pondere in illa rapitur objecta in quæ magis propendet. Et cum nullus tunc voluntatis actus reipsa pugnet, aut contradicat; idcirco sensim absque ullo impedimento pronuntiant preces. Verum, simul atque voluntas intellectum cohibet, & deliberate ad diversa eumdem impellit, & inflectit quo ipsa vult, & a suo raptu retrahit; illico conturgit intestinum dissidium, & veluti in duo membra sectus animus nec linguam dirigere, nec mentem valet. Perperam ergo, & inepte prorsus adducuntur exempla illorum qui in choro recitant distincte, & ordine servato; & nihilominus aut animo divagantur, aut in Deum rapiuntur. Siquidem una tunc est, & sola mentis applicatio, seu attentio; & illud duntaxat negotium in quod nativo suo pondere, & impulsu rapitur, considerat, & meditatur: & quia nulla expressa voluntas contraria, nulla quoque est interna pugna; sed intellectus, qui est facultas necessaria, naturali sua inclinationi indulget, sensus vero exteriores auditus, & lingua vi assuetudinis, & dispositionis verba illa proferunt. Accedit quod frequenter mens applicat, & attendit, quamvis ipsi non advertamus, potissimum dum in Deum rapimur,

mur, in quem ipsarum precum verba mentem efferunt. Frequenter etiam nulla est applicatio, & sensus exteriores, & lingua actus suos naturali assuetudine, & exercitio peragunt. Defectus autem iste attentionis non imputatur ad culpam, eo quod involuntarius sit: dicturque mens virtualiter attendere, virtute scilicet primæ voluntatis, seu deliberationis. Quoties vero voluntas deliberate ad aliud negotium, seu quæstionem mentem inflectit, toties priorem actum retractat. Quare abludit a vero recensita Salmanticensium doctrina, quod per solam voluntatem expresse contrariam, qua quis constituat se nolle attendere, prior retractatur, secus per deliberatam ad alia negotia divagationem: quia, inquiunt, mens humana non est adeo limitata, ut nequeat simul plura scrutari. Quod aliqua brevi morula possit mens nostra plura disparata raptim, & quodam celeri volatu percurrere, transeat: ceterum quod serio, & deliberato animo valeat, ut contendunt laudati Patres, & ad canonicarum precum verba, & ad alia negotia, vel scholasticas quæstiones, attentionem impendere, est manifesta, ut ego quidem sentio, falsitas.

XXIV. Sed doctrinam D. Thomæ, quam pro se allegant, pauliper expendamus. Mirum est perdoctos Salmanticenses D. Thomæ doctrinam in istius opinionis patrocinium afferre potuisse. Luculentum liquidem est, Angelicum a nobis stare, & opinionem quam Patres isti defendunt, oppugnare. Affert Angelicus 2. 2. *qu.* LXXXIII. *art.* 13. quod triplex est attentio quæ orationi vocali potest adhiberi. *Una quidem quæ attenditur ad verba, ne aliquis in eis erret.* Ex hoc textu inferunt Salmanticenses Angelicum exigere dumtaxat attentionem qua quis ita moderatur linguam, ut distincta pronuntiatio, & ordo recitandi servetur. Hoc autem, inquiunt, non excludit distractionem voluntariam ad alia negotia. Quod quam sit falsum, iam ostendimus; quam vero sit a mente D. Thomæ alienum, mox constabit. Quamlibet trium attentionum ad verba, ad verborum sensum, & ad Deum sufficere Angelicus docet. Porro Cajetanus in commentariis ad hunc articulum addit, quod prima attentio ad verba dupliciter eligi potest. Primo, ut est medium aptum perveniendi ad meliorem, nempe aut ad sensum, aut ad Deum. In Monialibus, & in iis omnibus qui sensum verborum ignorant, ea infima attentio aptior est; immo unica, qua hi valeant orationem sive spontaneam, sive præceptam peragere. Secundo eligi potest cum præcisione, neque excludendo, neque includendo aliam meliorem. Et hæc quoque sufficiens est. Tertio cum exclusione alterius melioris. Et hanc non sufficere ad implendum præceptum contendit Navarrus *de orat. c.* III. Verum, si unaquæque absolute sufficit, non apparet ratio cur quis non impleat præceptum; etiamsi nollit meliorem; quæ alioquin necessaria non est. Quare opinio Navarri mihi non probatur. Ad nostra autem regrediens, dico, quod dum quis vult ad verba attendere, ne erret, & deliberato animo ad alia digredi negotia, & quæstiones, atque in eisdem mente subsistere, dubio procul excludit meliorem, seu alias duas attentiones. Neque enim adversarii affirmare ausint, mentem nostram eodem tempore posse simul & sensum verborum percipere, & ad alia negotia attendere. Porro attentio hæc ad verba, quemadmodum sufficit, cum eligitur ut medium perveniendi ad meliorem; ita inepta est, & insufficiens, quoties deliberate excludit alias duas attentiones. Hinc est quod D. Thomas *loc. cit. ad* 3. subdit: *Dicendum, quod si quis ex proposito in oratione mente evagetur, hoc peccatum est, & impedit orationis fructum: & contra hoc Augustinus dicit:* Psalmis, & hymnis cum oratis Deum, hoc verbetur in corde quod profertis in ore. *Evagatio vero mentis quæ sit præter propositum, orationis fructum non tollit.* Hoc idem affirmat Angelicus in IV. dist. xv. quæst. IV. art. 2. quæstiunc. 4. ad 2. *Quando aliquis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando, tunc sine culpa non est, præsertim si in aliis sponte se occupat quæ mentem distrahunt, sicut sunt exteriora opera: & si ad contrarium mens evagetur, etiam culpa mortalis erit.* Textus ille aliquam præfert obscuritatem. Nam duplicem prodit distinctionem. Primo asserit, eum qui ad alia ex proposito mentem distrahit, culpa non carere. Culpæ vero gravitatem non explicat. Concludit autem: *Et si ad contrarium mens evagetur, etiam culpa mortalis erit.* P. Suarez exponit: Si quis animum intendat in objectum contrarium Deo, ut est objectum torpe, Deoque iniuriosum: quod sane locum habet etiam in oratione libera, nedum in oratione præcepta. Quare contendit Suarez minime constare quid senserit D. Th. super hac quæstione, in qua de carentia attentionis simplicis sermo est sine admixtione gravioris culpæ ex parte rei cogitatæ. Idem docet Martinez de Prado *Tom. II. c. III. qu.* VIII. §. 2. Et sane in textu a nobis laudato ex 2. 2. *qu.* LXXXIII. *art.* 13. ubi de psalmis, & hymnis loquitur qui a Canonicis canuntur, juxta Augustini præceptum, non declarat culpæ gravitatem; sed solum asserit deliberatam mentis evagationem peccatum esse, fructumque impedire orationis. Unum ego textum adferre volo, in quo D. Thomas asserete videtur evagationem deliberatam, & absolutam, præcalamque a turpitudine rei cogitatæ, violare præceptum, atque adeo culpam gravem esse. Inquit enim IV. dist. xv. qu. IV. art. 2. quæstiunc. 4. *Dicendum, quod attentio actualis requiritur ad orationem aliquo modo; vel ad evitandam transgressionem in illa oratione quæ est in præcepto, vel ad meritum in illa quæ non est in præcepto, sed non omnibus modis. Sicut enim dictum est, aliquis actus manet per essentiam, & virtutem quandoque, sed quandoque transit actu, & manet virtute, sicut in exemplo de projectione lapidis patuit; & sic manere actum in virtute est quidam medius modus inter ipsum esse & in habitu, & in actu: quia quod in habitu est, neque virtute, neque per effectum actus est. Secundum hoc ergo dico, quod attentio in oratione manere debet semper secundum virtutem; sed non requiritur quod semper maneat per essentiam actus. Manet autem secundum virtutem, quando aliquis advertentiam accidit cum intentione aliquid impetrandi, vel Deo debitum obsequium reddendi, etiamsi in prosecutione orationis mens subtilia vapiatur; nisi tanta fiat evagatio, quod omnino depereat vis primæ intentionis: & ideo oportet quod frequenter homo cor suum revocet ad seipsum.* Ex ultimis verbis perspicue constat, quam directe pugnet hæc D. Thomæ doctrina cum opinione Salmanticensium. Frequenter a distractionibus involuntariis cor revocandum esse Angelicus docet. Quippe quando mens ad alia ex sua naturali inclinatione divagatur, secum accipit cor ipsum. Ideirco, dum intellectus advertit se extra semitam digressum esse, continuo debet voluntas ipsum a diverticulo in viam revocare. Porro, dum Angelicus asserit attentionem requiri aliquo modo *ad orationem, vel ad evitandam transgressionem in illa oratione quæ est in præcepto, vel ad meritum in illa quæ non est in præcepto*, clare hic D. Thomas docet, illum violare præceptum qui deliberate recitat animum intendere ad eas preces quas vi præcepti recitare tenetur. Qui vero liberam fundit orationem animo distracto, non præceptum transgreditur, sed meritum amittit orationis. Quamvis ergo Angelicus conceptis verbis non doceat, enm peccare letaliter qui animo deliberato mentem alio inflectit, & distrahit, dum preces canonicas perlovit; ex illius tamen doctrina non obscure colligitur, ipsum in hanc communiorem Theologorum sententiam concedere.



XXV. Ex iis quæ hactenus dicta sunt, confutata tum Salmanticensium, tum aliorum Theologorum remanet sententia de sola attentione ad verba cum voluntaria distractione ad alias quæstiones, & negotia: quam opinionem ut laxam, & falsam, omnique probabilitate carentem reiicimus. Illud nunc est reliquum, ut quæ ipsi sentimus, aperiamus.

XXVI. Sententia nostra hæc est, quam communem Theologorum existimo, & quamque probabilem, quidquid in oppositum asserant recentiores. Datur præceptum recitandi horas canonicas cum attentione: quod præceptum, ut peroptime advertit Soto, duo includit. Alterum est, quod sub orandi initium quisque attendat quod agere aggrediatur, seu propositum habere debeat attendendi ad id quod peracturus est. Alterum est, quod hoc propositum non revocet, neque consulto, & deliberato animo mentem alio distrahat, vel quidquam agat quod valeat natura sua mentem alio rapere, aut quod ipse deprehendat reapse mentem suam distrahere.

XXVII. Hanc propositam sententiam defendunt omnes Theologi quos *n.* XI. laudavi. Diversa tamen via ineeduut ad eam monstrandam. Communiter utuntur auctoritate illius cap. *Dolentes*. Sed ego iam supra offendi tum ex causa edendi talem canonem, tum ex verbis eiusdem canonis præceptum ibi latum prohibere externa colloquia, confabulationes, cachinnos, aliaque minus decentia, quæ tunc a Canonicis in choro recitantibus peragebantur, quinque in causa fuerunt legis illius. Quibus vetitis, præcipit studiosam, devotamque attentionem exteriorem oppositam recensitis actionibus. Quam explicationem non ego primus promo; sed antea illam tradiderat P. Paulus Comitolus Auctor gravissimus. Franciscus quoque Suarez *Lib. IV. c.* XXVI. *n.* 13. clare faretur mihi certi posse ex capite illo deduci. Mitto adverbe sententiæ Auctores omnes idem sentientes, quia in hac quæstione nullius nobis sunt ponderis. An aliud lit in iure canonico præceptum positivum hanc interiorem animi attentionem præcipiens, penitus me latet. Valeat, nec ne Ecclesia præcipere actus interior-

ternos, ab hoc nunc supersedeo. Id mihi verisimilius videtur in hac materia non præcepisse. Recentiores Theologi plurimi, ut evincant Ecclesiam præcepisse reapse actus internos, allegant plures proscriptas propositiones. Alteram Michaelis de Molinos: *Risu digna est doctrina quædam nova in Ecclesia Dei, animam quod internas gubernari debere per Episcopum ... Quia Ecclesia non judicat de occultis.* Hæc propositio haud est proscripta propter ultimum membrum: nec enim Theologorum aliquis umquam dixit, judicare Ecclesiam posse de occultis: sed damnata est, quia regimen animarum sacris Pastoribus adimebat, animalique debito subiiciendi se suis Pastoribus, illique conscientiæ illatum aperiendi, solvebat. Alteram opponunt damnatam thesim: *Qui sacit confessionem voluntate nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ:* & huic similem de sacrilega communione. Ex his, & similibus propositionibus id solum evincitur, Ecclesiam præcipere confessionem eo modo quo Christus illam fieri præcepit. Christus autem iubet confessionem, & communionem digne, sancteque peractam. Huic autem divino mandato minime satisfit confessione, vel communione sacrilega; sicuti neque Ecclesiæ præceptum tali sacrilegio impletur ob rationem dictam, quod Ecclesia non aliam iubeat sive confessionem, sive communionem, quam illam a Deo ipso sub mandato impositam. Sacrilega autem confessio non est, quia Ecclesia præcipit actus interiores contritionis, & emendationis; sed quia Deus interiorem cordis munditiem præscribit. Ut evincatur, Ecclesiam præcepisse reapse actus interiores; in medium afferendum esset aliquod mandatum iubens aliquid pendens ab intima hominis voluntate, & nullo modo nec a Deo, nec a lege naturali impositum sub præcepto. Quod autem Ecclesia valeat præcipere ut sacramenta peragantur eo modo qui a Deo præscriptus est; quod valeat definire tempora, rubricas, & alia in sacramentorum administratione executioni mandanda, nemo est qui id in diserimen adducere iure possit. Atque adeo si potestatem indirectam in actus internos attribuis Ecclesiæ, quia præscribit sacramenta confici ad normam divini præcepti, quia iubet orationem eo modo fieri quo iuxta Scripturarum oracula fieri debet; pariter nemo negare potest hoc ab Ecclesia fieri posse. Verum ab hac quæstione in præsens supersedeo, eam loco suo de legibus pro dignitate tractaturus.

XXVIII. Aliunde ergo quam a præcepto positivo humano, rationum momenta quibus evincatur necessariam esse attentionem animi intimam, quæ cum voluntaria distractione componi nequeat, arcessenda sunt. Dico ergo, lege naturali, & divina hanc attentionem præscriptam esse. Iure naturæ animam nostram Deo subiectam esse, veritas est ipsa manifesta: quam veritatem altera confequitur, quod nempe suis intimis actibus debeat illum colere, venerari, & necessaria auxilia ab eodem impetrare. Sed primum omnium oracula divina promenda sunt. Isaias c. XXIX. *Populus ista ore suo, & labiis suis glorificat me; cor autem eius longe est a me.* D. Paulus ad Ephesios v. *Loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino.* Item I. Corinth. XIV. *Qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Nam, si orem lingua, spiritus meus orat; mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente:* Christus Dominus Matth. XV. inquit: *Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Isaias, dicens: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me.* Evangelista Ioannes cap. IV. *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate. Nam & Pater tales quærit.*

XXIX. Scripturarum oraculis concinunt testimonia Patrum. Ex pluribus pauca selligam. D. Cyprianus tractatu de oratione dominica: *Quando stamus ad orationem, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis, & sæcularis abscedat: nec quidquam tunc animus quam id solum cogitet quod precatur. Ideo & Sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat fratrum mentes, dicendo,* Surtum corda; *ut dum respondet plebs,* Habemus ad Dominum, *admoneatur, nihil aliud se quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra adversarium pectus, & soli Deo pateat; nec ad se hostem Dei tempore orationis adire patiatur. Obrepit enim frequenter, & penetrat, & subtiliter fallens preces nostras a Deo avocat, ut aliud habeamus in corde, & aliud in voce, quando intentione sintera Dominum debeat non vocis sonus, sed animus, & sensus orare. Quæ autem negligentia est alienari, & rapi inepitis cogitationibus, & profanis, cum Dominum deprecaris; quasi sit aliud quod magis debeas cogitare quam quod cum Deo loqueris? Quomodo te audiri a Deo postulas, cum te ipse non audias? Vis esse Deum*



*Deum memorem tui, quando tu ipse memor tui non sis? Hoc est ab hoste in totum non cavere: hoc est, quando oras Deum, manifestatem Dei negligentia orationis offendere: hoc est vigilare oculis, & corde dormire, cum debeat Christianus, & cum dormit oculis, corde vigilare; sicut scriptum est ex persona Ecclesiæ loquentis in Cantico Canticorum:* Ego dormio, & cor meum vigilat. *Quapropter solliciti, & cauti Apostolus admonet dicens:* Instate orationi, vigilantes in ea: *docens scilicet, & ostendens eos impetrare, quod postulant, de Deo posse quos Deus videat in oratione vigilare.*

XXX. Nonnulla selligam ex plurimis quæ hoc de argumento habet Augustinus enarratione in Psalmum LXXXV. *Nihil est stultius quam si se ipsum quisque palpet, atque seducat. Attendat ergo, & videat, quanta agantur in corde humano, quemadmodum ipse plerumque orationes impediantur vanis cogitationibus; ita ut vix stet cor ad Deum suum, & vult se tenere ut stet, & quodammodo fugit a se, nec invenit cancellos quibus se includat, aut obices quibus retineat avolationes suas, & vagos quosdam motus, sed stet iucundari a Deo suo. Vix est ut occurrat talis oratio inter multas orationes. Diceret unusquisque sibi contingere, & alteri non contingere, nisi inveniremus in Scripturis Dei David orantem quodam in loco, & dicentem:* Quoniam invenit, Domine, cor meum, ut orarem ad te. *Invenire se dixit cor suum, quasi soleret ab eo fugere, & ille segui quasi fugitivum, & non posse comprehendere, & clamare ad Dominum:* Quoniam cor meum deseruit me. *Itaque, fratres mei, attendens quod hic ait:* Suavis es tu, & mitis: *videor mihi videre hic, quod ait mitis:* Iucunda animam servi tui: quoniam ad te Domine levavi animam meam, quoniam tu suavis, & mitis es: *videor mihi videre ad hoc dixisse mitem Deum, quia patitur ista nostra, & expectat tamen a nobis orationem, ut perficiat nos: & quando illi eam dederimus, accipit gratc, & exaudit, nec memoris tantas quas incomitte fuscimus, & accipit unam quam vix invenimus. Quis est enim, fratres mei, homo, cum quo si amicus eius experit colloqui, & voluerit ille respondere collocutioni eius, & viderit eum averti a se, & aliud loqui ad alium, quis hoc ferat? Aut si forte interpellas iudicem, & constituas eum loco, ut te audiat, & subito, cum ad eum loqueris, divertat eum, & incipias fabulari cum amico tuo, quando te tolerat? Et tolerat Deus tot corda precantium, & diversas res cogitantium, omitto dicere & noxias, omitto dicere aliquando perversas, & inimicas Deo: ipsas superfluas cogitare iniuria est eius cum quo loqui cupreas. Oratio tua locutio est ad Deum. Quando legis, Deus tibi loquitur: quando oras, cum Deo loqueris. Sed quid? Despectum est de gravere humano, & dicendum iam ad damnationem pertinere omnem hominem cui surrexerit aliqua cogitatio oranti, & intercuperit orationem ipsius? Si hoc dixerimus, fratres, quæ spes remaneat non video. Porro quia est aliqua spes ad Deum, quia magna est eius misericordia; dicamus ei:* Iucunda animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi. *Et quomodo eam levavi? Quomodo potui, quomodo tu vires dedisti, quomodo eam fugientem apprehendere valui ....* Quoniam tu Domine suavis, & mitis. *Mitis es, tolerans me. Ex agritudine desluo. Cura, & sana: confirma, & firmus ero. Donec autem faciat, toleras me:* Quia tu suavis es, Domine, & mitis, & multum misericors. *Non enim solum misericors, sed multum misericors. Abundat enim iniquitas nostra, abundet & tua misericordia.*

XXXI. Unum addamus Ioannem Chrysostomum, qui *homil.* LXXIX. ad populum Antiochenum hæc scribit. *Quæ enim excusatio, aut venia dabitur nobis, si cum amicis loquentes adsumus animo, mentemque adhibeamus; cum Deo vero colloquentes animo in rebus indignis peregrinamur? Posseque tam fœda, ac turpis esse peregrinatio illa mentis, ut duplicis sceleris, seu letalis culpæ labem haberet: unam, verbi causa, cogitati, optatique stupri, seu homicidii; alteram infignis iniuriæ, qua divinæ preces, psalmi, sacraque Scriptura verba tunc afficiuntur. Quocirca qui hæc aperta salutis suæ discrimina subire non vult, attendat animum, dum orat lingua, aut ad verba quæ explanatum habeant impressionem, aut ad verberum sementiam, aut ad Deum, & rem quæ creatur.* Hæc Chrysostomi doctrina eadem ipsa est ac illa sancti Thomæ, ut vidimus. Porro ex hac Patrum doctrina, quam lit recentiorum falsa opinio, qua asseritur, posse mentem nostram ad diversa attendere, manifeste constat. Exemplum collocutionis cum amico peropportunum est. Si tu negotium grave narraturus amico ad grave aliquod oppositum negotium animum serio revolvis, continuo ille te distractum, alioque abreptum intelligit. Quid ita? Quia mens nostra adeo limitata est, ut nequeat plura simul meditari. Porro amicus ille se offensum reputat, quod tu alibi animo verseris eo ipso tempore quo eum alloqueris.

XXXII. Rationum momenta nunc perstrin-

stringenda sunt, quibus evincatur attentionem aut actualem, aut virtualem animi interiorem necessariam esse. Et primum, oratio actus virtutis religionis est, ut omnes fatentur. Actus autem quilibet, quo virtutis rationem induat, exigit ut debitis circumstantiis peragatur. Potissima autem circumstantia orationis attentio est. Immo graviores Theologi ad essentiam naturamque orationis pertinere attentionem docent. Virtus autem religionis, cujus actus oratio est, Deum spectat, tamquam finem, cui cultum sanctum offert. Cultus iste, seu adoratio Deo exhibita, fieri debet in spiritu, & veritate; alioquin solo corpore fieret, effetque hypocrisis, & larva adorationis. Quamquis enim adoratio interior sine exteriore consistere queat; exterior tamen sine interiore cadaver est sine anima, spectrumque adorationis. Quod potissimum Deo subjicere debemus, est anima nostra. Subjicimus autem illam, dum supremum Deum confitemur, adoramus, ab eodem auxilia petimus. Hæc autem fieri nequeunt sine attentione interiore sublata. Siquidem, dum mens a Deo peregrinatur, & per temporalia negotia obambulat, non Deo, sed mundo subjicitur. Quid quod ipsa oratio definitur esse elevatio mentis in Deum, sive petitio eorum quæ a Deo accipere indigemus: quæ omnia præstari nequeunt absque mentis attentione. Ergo attentio mentis in Deum necessaria est ad orandum. Accedit quod necessaria est secundum omnes intentio saltem virtualis orandi. Atqui hæc intentio virtualis consistere nequit absque attentione saltem virtuali: tunc quippe definit esse virtualis attentio, cum homo faciens, & advertens se de aliis cogitare, & non attendere ad id quod pronuntiat, negligit mentem ad se revocare, vel positive vult non attendere, seu ad alia cogitationes suas dirigere. Ergo hoc ipso revocat priorem orandi intentionem: quia velle sic loqui, non est velle orare; sed more meruli, vel psittaci, & picæ verborum sonitum edere. Nec est quod opponas, priorem intentionem solum revocari per expressam voluntatem non orandi, secus per voluntariam distractionem, quæ non impedit attentionem ad verba, ne lingua erret: quoniam hoc effugium jam supra refellimus. Quamvis enim possit mens ad alia diffluere, ductum suæ nativæ inclinationis sequens, & quo naturæ, vel contracti habitus, & consuetudinis pondere rapitur, nullo destinato vi alicujus deliberationis scopo; & tunc valeat lingua cum tali divagatione distincte verba pronuntiare: id tamen peragere nequit, quando voluntas ipsa seria deliberatione ad præfixum, destinatumque scopum mentem impellit, & a sua naturali divagatione, & diverticulo retrahit. Tunc enim tumultus interior suboritur, qui animum discerpit in partes, impeditque exteriorum sensuum officia, aut interturbat; ita ut bellum illud intestinum foras erumpat, in vultu, in oculis, in lingua, in auribus se prodat omnibus its quibuscum homo tunc loquitur.

XXXIII. Sæpe mecum reputavi, cur recentiores Theologi opinionem adeo, ut ego quidem sentio, laxam amplexati sint: idque in causa fuisse existimo, ut succurrerent infirmis animis, qui frequentes patiuntur evagationes. Sed, pace illorum dixerim, hoc non est suppetias infirmitati ferre; sed potius fovere malitiam. Quod ut pateat, pleno *in* lumine collocanda est sententia nostra, attentionisque quam requirimus, notio, & natura clarius explicanda: idque ut perfilem facilius, in antecessum causæ detegendæ sunt evagationum nostrarum. Prima est mentis obtenebratio, animique langnor ex originali culpa contractus. Ut enim inquit Dominicus Sotus, qui non est pollire firmus, non valet adamussim incedere: sic mens nostra debilis, & infirma vix valet propositæ meditationi firmiter adhærescere. Lumen quod menti nostræ Deus infundit, simile est solaribus radiis, qui fluctuantem aquam illuminantes motum fluctuum sequuntur. Secundo nativæ debilitati superintuntur habitus pravi, consuetudo mundi negotia cogitandi, aut quæstiones plurimas versandi: quæ omnia ita mentem nostram occupant, atque quodammodo subjugunt, intellectumque, ut hæc veluti curvata, ceu quodam pondere intimo in ea se abripi sentiat quæ continenter, vel frequenter meditatur. Quemadmodum enim humor corporeus eo decurrit quo impie fluere cœpit; sic cogitationes nostræ in illa feruntur objecta quæ sibi familiaria facta sunt ex assidua meditatione. His omnibus adde tertio dæmonum prætigia, & infestationes, quibus nos potissimum, cum ad portum salutis nostræ confugimus, turbant. Ob has causas mentes nostræ frequentissimis evagationibus obnoxiæ sunt. Et si potissimum mente alio rapiuntur qui sedulorem litterarum studiis operam navant. Cum enim illorum exercitia quotidiana sint mentis, non corporis defatigationes; intellectus, qui necessaria facultas est, ex tali assidua meditatione ita inflectitur, & incurvatur, ut veluti calcaribus adactis in suas controversias abripiatur.



XXXIV. Recentiores Casuistæ, ut fibi, & aliis iugum persolvendi canonicas preces suavius efficerent, verius dixerim, ut a se, & ab aliis prorsus excuterent, novam excogitarunt doctrinam, qua asserunt, peropime hæc duo in mutuam coire posse societatem, nimirum posse mentem dirigere linguam, ut distincte recitet, simulque suas pericrutari quæstiones, & familiaria negotia in suo secretiori penetrali revolvere: quod idem sonat ac si diceres animum nostrum eodem tempore in cœlo simul, & in terra, in oriente, & occidente degere, & operari. Misso ergo hoc commento, vera remedia infirmitatibus nostris adhibenda sunt quæ nobis Ecclesia ipsa proponit. Primum omnium est effugitatio divini auxilii. Hac de causa ex Ecclesiæ præscripto ab illius divini auxilii petitione preces canonicas auspicamur: *Domine labia mea aperies: Deus in adiutorium meum intende*. Deinde nos ipsi eniti debemus, ut animo præsentes simus, & frequenter cor nostrum ad nos revocemus: frequenter in Deum mentem erigere, ad orationem accessuri valedicere studiis nostris, & negotiis debemus. Utinam Deus det ut quæ teriptis modo, executioni mandare adamussim valeam. Expolitis tum evagationum nostrarum causis, tum remediis ad eafdem propulandas, suavitas nunc sententiæ nostræ, quæ communis est, ut dixi, exponenda est.

XXXV. Attentionem virtualem ad verba precum quas Deo fundimus, satis esse iam diximus, omnium Patrum, Theologorumque consensione nixi. Hæc virtualis attentio, quæ fructus est primi propositi, quo constituimus nos velle animum applicare ad ea quæ eraturi sumus, tamdiu perleverat, quamdiu deliberata electione non retractatur. Quod duobus nobis accidere potest. Primum, si solvens horarum canonicarum pensum, alio in negotio occuperis, quod suapte natura orationi attentæ adverletur; ut si pingas, scribas, legas, quidve simile peragas. Si enim aliquid agis quod natura sua non adverlatur attentioni, ut si te induas, laves, vel quidquam huiusmodi facias, præceptum orandi non transgredieris. Secundo, ut quis retractare dicatur priorem intentionem, requiritur ut, dum cogitat quidquam diverlum ab oratione, advertat, & deprehendat per hanc cogitationem se distrahi ab attentione. Lubet isthuc verba Cardinalis Cajetani transcribere ex sua *Sum. verb. Hora*. „ Nec propterea laqueus iniectus est animabus: quoniam facillimum est huic præcepto obedire: nam nihil aliud exigitur, nisi quod quis animo vacandi Deo horas inchoet, & in contrarium animus ille non mutetur, dum exlolvit divinum officium. Mutari autem in contrarium est impossibile ex inadvertentia: quoniam non voluntarie ab officio divagatur qui inadvertenter divagatur. Et ideo si quis advertit se cogitare hæc, vel illa, quæ debent esse extranea tunc a meditatione sua; sed non advertit quod ab officio divino distrahitur; quamvis voluntarie illa meditetur, non tamen voluntarie ab officio divino animus distrahitur: ac per hoc animus vacandi Deo a principio officii habitus non est mutatus in contrarium: quia numquam isse habuit animum recedendi a vacando Deo in illo officio. Oportet enim recessum humanum a termino *a quo* fieri per se, hoc est ex intentione. Tanto autem facilius hoc monstratur, quanto non una, sed quatuor viis potest quis officio divino attendere: vel quantum ad verba, ne scilicet dicat unum verbum pro alio, ne confundat, vel collidat verba, ut dilincte, ac reverenter dicat: vel quantum ad sensum verborum, ut percipiat mente, & applicet affectum ad id quod verbis significat: vel quantum ad gratiam petitam, puta castitatem, humilitatem, fidem, spem, divinam amicitiam, cœlestem patriam, & alia huiusmodi; quæ sola (ut patet intuenti) petuntur communiter in divino officio: vel quantum ad ipsum Deum, seu ipsum Christum crucifixum. Et hæ omnes, secunda excepta, communes sunt doctis, & indoctis, maribus, & mulieribus: nisi quod in prima ignorantes possunt materialiter errare; sed non refert ad propositum. Sat enim est quod quis attendat ne erret. Et quia una istarum attentionum sufficit, ideo inexcusabilis est quisquis officium divinum recitat non cum animo, quantum ex se est, vacandi Deo. Qui enim cum animo inchoat, & non mutatur in contrarium (hoc est in voluntatem non attendendi divino officio) celebrat divinum officium ex parte sua studiose, & devote; expectans quantum Deus det in prosequendo tam attentionis, quæ spectat ad studiositatem applicativam intellectus, & sensus ad attendendum, quam cujusque sanctæ affectionis, quæ spectat ad devotionem oblativam promptæ voluntatis

„ tatis ad ea quæ Dei sunt. Sicut igitur contra Ecclesiæ præceptum agit, ex occultissimo interiori odio omittens inquirere &c. ita contra Ecclesiæ præceptum agit ex occulto interiori propolito in studiolo, & indevoto dicens officium divinum. Qui vero, salvo animo vacandi Deo, involuntarie vagatur, non peccat. Qui vero negligenter se habet circa executionem attentionis, & devotionis, venialiter peccat. Numquam enim intervenit transgressio præcepti, quamdiu immutatum manet primum propolitum vacandi Deo. " Hactenus Caietanus, cujus verba transcribere operæ pretium existimavi, ut hinc magis eluceat nostræ, communisque sententiæ veritas. Adeo quippe facilis est una ex tribus assignatis attentionibus, ut nullo pacto valeat adversæ opinionis laxitas excusari. Unum admonere juvat, doctrinam scilicet Caietani, asserentis primam attentionem non retractari nisi contraria voluntate, non esse hoc in sensu intelligendam, quod requiratur voluntas expressa, qua recitans deliberet se nolle attendere; sed satis est quæcumque voluntaria, & deliberata divagatio, ut prior intentio retractetur. Asserit utique Caietanus, quod licet voluntarie quis meditetur extranea ab officio divino, non propterea retractat priorem intentionem, si non advertit se a suis precibus persolvendis distrahi: quia hæc advertentia necessaria est ad istius præcepti transgressionem ob infirmitatem humanæ mentis semper fluctuantis. Contingit enim non infrequenter quod homo perseveret in aliqua distractione, quin mens advertat se distractam esse ab officio recitando. Sine hac autem advertentia, optime inquit Caietanus, non retractatur prior intentio: quia voluntaria illa meditatio ad contraria, de qua ille loquitur, non est undequaque deliberata, quia advertentia destituta. Culpa tamen venialis maior, aut minor intervenit, prout magis, aut minus distractio illa a voluntate pendet. P. Franciscus Suarez *Lib. IV. cap.* XXVI. *n.* 20. de hac Caietani doctrina hæc scribit. Immo addit Caietanus in Summa non satis esse ut quis advertat quid cogitet; sed etiam quod advertat se diverti ab oratione. *Oportet enim* (ait) *recessum humanum a termino fieri per se, adest ex intentione*, saltem virtuali, quæ requirit advertentiam. Ita enim doctrina illa intelligenda est, & est præ oculis habenda hominibus scrupulosis, ne facile repetitiones horarum faciant, quæ nihil profunt: quia semper habent eaidem, vel maiores imperfectiones: & habent innumera inconvenientia, quando ex conscientia scrupulosa fiunt. Isti ergo, si bona fide, & cum proposito attendendi ad recitandum accedant, etiamsi in fine psalmi advertant se fuisse distractos, nihil curent, nec repetant, sed se iterum ad attendendam mentem applicent & prosequantur. Idemque servare debent, etiamsi non recordentur se omnia dixisse: quia, ut D. Thomas notavit, hæc oblivio non refert, nec semper nascitur ex distractione. Quamdiu ergo eis non constiterit evidenter, se mutasse propositum, vel advertendo, & sciendo circa alia vagatos fuisse, credere possunt sua obligationi satisfecisse. "

## §. II.

*Resolvuntur adversariorum obiecta.*

I. OBiciunt 1. Ecclesia in cap. *Dolentes Exchar. disp.* XXII. *spe* 2. *n.* 29. *& seq.* ubi externam dumtaxat præcipit devotionem, attentionemque, ut colligitur tum ex procemio illius canonis, tum ex verbis quibus canon ipse componitur. Nullum ergo præceptum adest istius internæ attentionis. Resp. Ex iis quæ inter disputandum dicta sunt, patet ad argumentum illud responsio. Diximus, Ecclesiam non præcipere intimam animi attentionem, sed externam; seu Ecclesiam præcipiendo horas canonicas tali tempore, loco, & studiosa devotione celebrandas, iubere orationem quam Deus alioquin suo præcepto iubet. Porro oratio a Deo præceptam attentionem exigit interiorem. Hæc enim oratione animus Deo iungitur, & cum eodem loquitur. Quapropter attentio quæ comitari orationem debet, non ab Ecclesia, sed a Deo præcepta est. Ecclesia autem iubet preces canonicas Deo persolvi iis conditionibus quibus Deus ipse vult sibi orationes, precationesque fieri. A lege ergo naturali, & divina præceptum repetimus attentionis. Præceptum vero ecclesiasticum iubet ut divinum mandatum exequamur. Et quia istius mandati divini observationem impediunt confabulationes, colloquia, risus, alizque exteriores actiones; idcirco Ecclesia hæc omnia sub præcepto vetat. Devotio enim interior sine exteriori consistere nequaquam potest; quemadmodum nec exterior perseverare diu potest absque interiori. Si autem propter istam connexionem contendas Ecclesiam, præcipiendo exteriorem devotionem, consequenter iuberi etiam interiorem attentionem, devotionemque, non repugnabo.

II. Obiiciunt 2. Attentio interna non est de orationis vocalis substantia. Quandoquidem una species nequit ingredi alterius speciei naturam, & essentiam. Attentio autem ad substantiam pertinet orationis mentalis. Ergo nequit pertinere ad substantiam orationis vocalis. Resp. Negamus orationem vocalem, & mentalem esse duas species diversas orationis; sed una & eadem oratio mentalis additione vocis fit vocalis: quæ vocalis oratio absque mentali bonitatem moralem non sortitur; sicut devotio interior specie non distinguitur ab exteriori, ut conceptis verbis docet Angelicus 2. 2. *quæst.* XXXII. *art.* 1. *ad* 2. *Devotio invenitur in diversis generibus actuum, non sicut species illorum generum, sed sicut motio moventis inventur virtute in motivis mobilium.* Nulla actio exterior addit bonitatem essentialem specie diversam interiori actioni.

III. Obiicit 3. Cardinalis de Lugo de *sacr. Eucha. disp.* XXII. *spe* 2. *n.* 29. *& seq.* ubi plura congerit, ut evincat, orationem sine attentione consistere, & neget attentionis internæ absque voluntaria distractione necessitatem. Atque primo arguit a posteriori, ut ipse inquit, in Sacerdote conferente extremam unctionem. Si defectus attentionis tolleret subitantiam orationis, Sacerdos iste voluntarie alio mentem dirigens, dum sacramentalem formam, *Per istam sanctam unctionem &c.* prolert, nullum conficeret sacramentum; quamvis ab initio intentionem habuisset sacramentum conferendi. Hoc autem patet ex ipsa sacramenti forma, quæ deprecatoria est, dicente Iacobo Apostolo: *Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent &c. & oratio fidei salvabit infirmum.* Quis porro dixerit, sacramentum collatum a Sacerdote habente intentionem faciendi quod facit Ecclesia, eaque omnia exterius præstante quæ ab eadem præscribuntur, invalidum esse? idque a priori confirmat ex eo quod orare est loqui cum illo quem oramus, ei repræsentando desideria nostra. Possumus autem loqui cum alio *substantialiter*, inquit ille, cum actuali voluntaria mentis evagatione. Quis diceret me non contrahere excommunicationem, si excommunicatum alloquerer cum deliberata mentis distractione? Alia plura congerit, quæ tamen peculiarem non præseferunt difficultatem.

IV. Inter plura mala quæ post natum Probabilismum sustert divina morum Theologia, non infimum locum tenet illud quod ex metaphysicis subtilitatibus, quibus nonnulli Scholastici illam implicant, proficiscitur. Assueti iis de rebus nullius momenti non raro disputare, quæstionesque sola verborum, & distinctiunculatum multiplicatione instituere, & dirimere, cum ad morum sententias versandas accedunt, eadem ad similes distinctiones, & subtilitates revocant. Expiscantur aliquem peculiarem casum in eadem materia peculiaribus ob materiæ diversitatem involutum circumstantiis, ut hinc regulam generalem eruant. Quod ita res se se habeat, objectio facta ostendit. Disputant Theologi, valeat ne sacramentum collatum a ministro habente intentionem faciendi quod facit Ecclesia, seque ritus omnes externos ab eadem præscriptos adhibente, si aliam nedum attentionem, verum etiam intentionem directe oppositam intus habeat. Adfirmant alii, eo quod duæ hæ intentiones oppositæ mutuo colliduntur, illaque prævalet quæ factum exterius exequitur, ita ut mentiatur iniquitas sibi. Eo ipso enim quod minister sincere velit quod vult Ecclesia, & reapte omnia adhibeat quæ illa præscribit; altera intentio contraria inefficax evadit, atque quodammodo ab altera destruitur. Quapropter validum esse sacramentum contendunt. Negant alii dicentes nullam hic ministri intentionem haberi, atque adeo nullum esse sacramentum. Theologi illi responderent argumento Lugonis, Sacerdotem præfatum nullum perficere sacramentum, eo quod nullam habeat nec intentionem, nec attentionem. Quamvis enim attentio ad mentem, intentio ad voluntatem pertineat; nihilominus tamen, quando quis deliberate alio mentem inflectit, priorem intentionem retractat: qua de causa videtur D. Thomas negare valorem sacramenti, si attentio actualis, vel virtualis desit, III. Par. q. LXIV. art. 8. ad 3. *Licet ille qui aliud cogitat, non habeat actualem intentionem, habet tamen intentionem habitualem, quæ sufficit ad perfectionem sacramenti: puta cum Sacerdos accedens ad baptizandum, intendit facere circa baptizandum quod facit Ecclesia. Unde si postea in ipso exercitio actus cogitativus eius ad alia rapiatur, ex virtute primæ intentionis perficitur sacramentum: quamvis studiose curare debeat sacramenti minister ut etiam actualem intentionem adhibeat.* Ceterum, ut recta occurramus objectioni, dicimus, perperam opponi sive intentionem, sive attentionem ministrorum conferentium sacramenta, ut hinc colligatur eodem modo ratiocinandum esse de attentione necessaria in aliis precibus,

cibus. Sacerdos sacramenta perficit ut minister Ecclesiæ, inquit Angelicus loc. cit. ad 2. *Minister sacramenti agit in persona totius Ecclesiæ, cujus est minister. In verbis autem quæ profert, exprimitur intentio Ecclesiæ; quæ sufficit ad perfectionem sacramenti, nisi contrarium externus exprimatur ex parte ministri, vel recipientis sacramentum.* Oratio ministri conferentis extremam unctionem *ex opere operato* suum sortitur effectum. Quoties minister profert verba, quæcumque sit illius perversa intentio, Deus elevat instrumenta verborum ad sacramentum conficiendum. Sed inflat Eminentissimus Cardinalis: In hypothesi quod attentio sit de substantia orationis, sublata attentione, tollitur substantia orationis; adeoque evanescit instrumentum quo Deus utitur. Respondemus deficere substantiam moralem orationis, licet physicam. In sacramentis conferendis moralis iniquitas ministri non officit perfectioni sacramentorum, sed sibi damnatur. Cum dicimus attentionem spectare ad substantiam orationis, loquimur de oratione in genere moris accepta, quæ decorem, formamque habeat in suo genere. Neque hinc sequitur destrui ipsam physicam substantiam orationis vocalis distincte, & ordinate prolatæ. Hanc enim remanere quis inficias iverit? Porro hoc satis esse inquiunt priores sententiæ Theologi, ut verba sic distincte prolata efficiantur ad sacramentum perficiendum. Et his duabus sententiis eligant adversarii quam maluerint. Utcumque res hæc se habeat, perperam ex re sacramentaria argumentum elicitur ad inferendum orationem consistere posse absque attentione. Ex his quæ dicta sunt, corruunt cæteræ omnes argumentationes Lugonis. Cum aliquem aliquor, substantia orationis consistit absque attentione, verum habet: quia hæc oratio civilis est, & humanæ societatis instrumentum, quo interiora animi fenia mutuo communicantur. In præsens fermo est de oratione in genere moris, & prout est virtutis, seu religionis actus. Hanc sine animi vel actuali, vel virtuali attentione spectrum esse, & larvam contendimus. Quod de locutione sine attentione cum excommunicate subditur, pace tanti viri dixerim, valde est ridiculum. Civilis communicatio cum excommunicato ab Ecclesia vetatur: nihilque in hoc exteriori commercio interior animi attentio curatur.

V. Latius fortasse quam par foret, disputatum est. Verum non mihi, sed Calumniatum recentiorum cavillis, vanisque commentis tribuenda est, si qua fuit disceptationis prolixitas. Omnia sub oculos exponere volui, ut hinc lectores colligant, quam sit laxa, quam verbo Dei, Patrum doctrinæ, atque ipsi communi sensui adversa, & repugnans opinio illa quæ aut negat attentionem interiorem in recitatione divini officii, aut cum attentione interiore ad verba componere fatagit distractionem voluntariam ad negotia muadana, ad quæstiones dirimendas: quod idem revera est ac coniungere tenebras cum luce, occidentem cum oriente, cælumque terris permiscere. Nemo ergo in errorem pertrahi se linat plurium modernorum auctoritate pro laxa opinione pugnantium, prætextu probabilitatis extrinsecæ. Quippe adversus communem Patrum, & Theologorum, & luculenta rationum momenta nulla datur probabilitas. Eo est adversa opinio inexcusabilior, quo facilior, & suavior est sententia quam hactenus explicuimus. Accedit quod hæc laxa opinio de medio abripit spiritum orationis; homines divinas laudes celebrantes, veluti psittacos, merulos, picalque efficit; statuit, sacrosancto Evangelio repugnante, homines posse eodem tempore duobus dominis servire, *Deo* nempe preces canonicas persolvendo, & mundo illius negotia meditando. Hæ laxæ opiniones torporem, segnitiem, desidiamque fovent in divino servitio; hæ in causa sunt cur adeo frequenter audiamus divinas laudes præcipiti celeritate, confuse, & indevote celebrari. Quoniam, sublata omni interiore attentione, & devotione, exterior oratio quid est nisi vanum simulacrum?

VI. Duo in istius disputationis calce adiicere libet. Primum est monitum Dionysii Carthusiani *Lib. de vita Canonic. art.* 19. ubi hæc opportune scribit. „ Quicumque divino „ officio adstricti estis, pure semper & strenue „ laudibus interesse divinis: strenue quidem, „ ut sicut reverenter, ita & alacriter Domi „ no adstatis, non pigri, non somnolenti, „ non oscitantes, non parcentes vocibus, non „ præcidentes verba dimidia, non integra „ transilientes, non fractis, & remissis vocibus, multiplore quoddam balba de „ re sonantes: sed viriliter, ut dignum est, „ sonitu, & affatu voces spiritus depromentes; pure vero, ut nihil aliud, dum psallitis, quam quod psallitis, cogitet. Sed „ heu! heu! In his inveniuntur multi Canonici, multi pariter Religiosi non me „ diocriter defectuosi: qui & nimis *cursorie* psallunt, nec convenienter pulsant in mediu, nec disciplinate, reverenter, ac timo-



„ rate stant coram Deo, sed potius dissolute. „ Incussoditi in visu, incompositi in moribus, proni ad levitates, ad risus, ad fabulationes, qui & faciliter sea divinis abstentant, tarde veniunt, & exeunt ante finem. Et quomodo possunt ad sensum esse intenti qui tam indistincte, atque celerrime proferunt verba sacra? Utinam hi attendant quod dictum est: *Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter*: & quod per Isaiam Dominus dixit, & ipsemet Christus in Evangelio allegavit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Quid „ responsum sunt illi Iudici summo, qui ea „ quæ carnis sunt, tam exquisite exercent, „ tamque diuturne talibus immorantur, qui „ tarde nimis cantant matutinas, ealque, licut & ceteras horas, velocissime absolvunt? In suis autem prandiis, cœnis, convivis, & societatibus, confabulationibus, „ ludis, & iocis multo diutius sedent quam „ natura exquirat, necessitas poltulet, ratio „ dictet. Porro de his quæ Dei sunt, & animarum concernunt salutem, cito nimis „ expediunt se. Omnino perversa est vita „ ipsorum. Ideo resipiscant, nec divino obsequio, & honorificentiæ Creatoris subtrahant debitum tempus, sed principaliora „ principalius, diligentius, maturius exequantur. "

VII. Conferas velis cum his monitis, Dei verbo, sanctorum Patrum, & Theologorum doctrinæ apprime consentaneis, quæ docent Probabilitatum plures. Duos, & qui inter illos principes merito numerantur, Tamburinum, & Caramuelem proferam. P. Thomas Tamburinus hæc scribit *Lib. II. meth. celebr. Miss. cap.* VI. *num.* 5. „ Itaque qui Missam „ ex præcepto audiens, vel officium divinum „ persolvens, quæstionem philosophicam secum mente voluntarie obvolveret, vel sua „ negotia cogitaret, modo externam attentionem haberet, quia licitcet non poneret „ distractiones externas eius generis quas *num.* 1. diximus; ex probabili dicta opinione „ præceptum latis adimpleret.

VIII. Ioannes Caramuel in epistola præliminari ad Dianam hæc docet. „ Navarrus, & quotquot internam attentionem requirunt in officio divino, v. g. considerata „ vivacitate ingenii humani, concludunt vix, „ ac ne vix quidem posse hominem satisfacere sine aliqua distractione veniali. Sic „ de præceptis philolophantur. At nos, qui „ contra generole lentimus, & sensum nostrum armato ratiocinio firmamus, non so„ lum milites, sed & virgines sumus: possumus enim ita horis, aut aliis etiam Ecclesiæ præceptis satisfacere, ut ne in levem quidem culpam labamur. Prolatio enim, & quæcumque alia extrinseca operatio est facillima, & humanæ Principum leges, ecclesiasticæ, aut laiculares sint, non præcipiunt interna. "

IX. Audi quæ de seipso scribit in sua Theologia fundamentali *num.* 442. „ Homo „ sum temetipso fragilior, præditus acri, & „ igneo ingenio. Uno momento cœlos verso, altero ad subterranea delcendo. Nulla „ in oratorio movetur mulca quæ mihi non „ sit impedimento. Attendere lectioni desidero, & quoad possum, attendo; sed „ distractiones non evito; involuntarias millies, interdum etiam voluntarias: & nihil „ hominis nullo crucior scrupulo, nullo dubio angor: quia prudenter suppono me ad „ actionem internam non teneri: eam habere bonum esse, & ea carere ne quidem „ esse levem culpam: me ad lectionem tantum, & attentionem externam obligari. „ Me lœtile totum quod Rubricæ iubent, „ ita certo scio, ut possim iurare: ergo me „ ne venialiter quidem peccaville in hac materia certo scio, & ita certo, ut possim „ iurare. Habeo igitur immunitatem, securitatem, & tranquillitatem, quibus cares, „ & quas habere poteris, cum volueris. Est „ enim liberum tibi delerere opinionem probabilem quam habes, & contrariam opinionem amplecti. " Viden' probabilitici commenti mirabilem vim? Quis hæc sine horrore legere valet?

X. Nonnulla alia subiiciamus ex P. Gobato, „ *Probabilitas multo* est essentiam operationis vocalis consistere cum perpetuis „ voluntariis distractionibus, seu evagationibus mentis: ita Cardinalis de Lugo ex instituto, Tamburinus *Lib. IV. in Decalogum cap.* 11. §. 1. Cottonius, atque omnes qui concedentes recitationem Breviarii imperari ab Ecclesia per modum orationis, excusant a mortali foventem perpetuas distractiones. " *tract.* v. *num.* 521. Addit vero *n.* 837. „ Utique sufficit attentio superficialis ad explendum totum præceptum horatum canonicarum. " Tandem *num.* 882. subiungit: „ Probabilius est „ non teneri ad ullam restitutionem qui cum voluntariis, & perpetuis distractionibus recitavit horas omnes, aut unam; „ modo integre, & cum intentione orandi. " Plurima alia missa facio. Satis enim superque

que hæc sufficere arbitror, ut cautum te reddam in similium Probabilitatum lectione; immo ut ab his legendis libris prorsus te removeam. Ad plenorem quæstionis illius explicationem nonnullas alias quæstiunculas resolvere lubet.

## §. III.

*Nonnullæ aliæ quæstiunculæ resolvuntur.*

I. Quæst. I. *Sufficit ne ad implendum præceptum attentio habitualis?* Resp. Habitualis attentio in usu quodam, & assuefactione sita est, ut dum quis ex habitu aliquid peragit absque ulla sive prævia, sive actuali advertentia, sicuti solent homines in somnis efficere quod peregerunt in vigilia. Hanc non sufficere docent omnes qui defendunt necessitatem attentionis internæ. Cum aliquando in D. Thoma offendi, satis esse attentionem habitualem, scias velim, nomine attentionis habitualis eum intelligere virtualem, ut ex plurimis contextibus liquet: quam virtualem attentionem satis esse tam cum omnibus Theologis diximus supra.

II. Quæst. II. *Sufficit ne attendere ad Deum, ut quis præceptum horarum canonicarum impleat?* Resp. Ex tribus attentionibus ad verba, ad sensum, ad Deum, hæc tertia est omnium perfectissima: aliæ enim duæ, viæ sunt illuc perveniendi. Eo quippe spectare orationes nostræ debent, ut in Deum mentes nostras erigant, atque in illius contemplatione, adoratione, & amore defigant. Quamvis ergo quælibet harum attentionum vel ad verba, vel ad sensum, vel ad Deum satis sit; perfectior tamen attendendi modus est elevatio directa mentis in Deum.

III. Quæst. III. *Satis ne est meditari mysteria passionis Christi, aut Sanctorum, & B. Virginis gesta?* Resp. Sunt aliqui qui negent. Verum probabilior mihi sententia est, & certa, quæ adfirmat id sufficere. Si de mysteriis passionis Verbi incarnati sermo sit, nec in quæstionem revocare prudens homo valet, sufficere ad hæc mysteria attentam habere mentem. Acta quoque B. Virginis, & Sanctorum cum proximam habeant ad Deum relationem, eo ipso in Deum mentem dirigit illorum meditatio, suntque eiusmodi obiecta aptissima ad excitandum divinum amorem, aliosque pios affectus perciendos.

IV. Quæst. IV. *An contingat quod quis ex negligentia peccet mortaliter in recitando preces canonicas?* Resp. Hoc est quod in hac implexa quæstione, quam fusius dispuravimus, negotium non leve facessit animabus potissimum scrupulis subiectis. Conveniunt omnes negligentiam communem non transilire limites culpæ venialis. De negligentia crassa, & supina tota est difficultas. P. Dominicus Soto *Lib. X. q. v. art. 5.* inquit: *Nota, quod ex negligentia crassa mentem divagari permittere, eodem redibitur ac si consulto id faceres.* P. Thomas Sanchez *Lib. VII. Consil. cap. 11. dub. 28. n. 14.* docet, quod licet Soti doctrina vera in aliis materiis sit, secus in ista de attentione in officio divino, & aliis precibus recitandis. P. Leander *tract. VIII. disp. VI. q. XIV.* sustinet, solæ negligentiæ crassa non perpetrari crimen grave in hoc attentionis negotio; additque hanc sententiam docere omnes Theologos quos dedimus pro sententia defendente attentionis necessitatem. Nisi me amor fallit, si notio negligentiæ crassæ, supinæque prodatur, una omnes conveniunt. Ea porro est negligentia crassa, ut mihi videtur, qua quis adverrit se mente alio divagari, & a divino officio distrahum esse; atque nihilofecius minime curat ad semetipsum cor, mentemque revocare; sed velut somniculosus nimio, crasioque torpore permittit mentem in suis divagationibus permanere. Quamvis hic non eiiciat expressum voluntatis actum, quo deliberate velit distractiones; dum tamen advertit alienis se detineri cogitationibus, & a penso suo solvendo distrahi, & hoc non obstante negligit mentem cohibere suam, quis negare iure potest hunc peccare mortaliter? Hæc est autem Soti sententia, hæc Caietani, Suarez, & ceterorum Theologorum. Quod docet Sanchez, Soti doctrinam veram esse in aliis, secus in hac materia, puto aliquid veritatis habere, si fermo sit de illis motuum actionibus quæ non pendent ex hac interna continua attentione. In illis quippe repetitiones actuum frequentes contra legem argumentum sunt crassæ negligentiæ; nec defectus inadvertentiæ excusare semper solet: quia facile quisquis in his actionibus externis undequaque liberis, quæque non ita inopinato, & celerrime fiunt, adverterere potuit. Quare facilius in illarum actionum genere accidit negligentiæ crassæ peccatum. Verum, dum fermo est de distractione interiore mentis nostræ, quæ est adeo infirma, & fluctuans, & quæ nobis insciis in remotissimas se confert regiones: dum fermo, inquam, est de attentione non pro temporis brevissimo intervallo, nisi occurrat advertentia,



dia, & reflexio, qua deprehendamus nos esse ipsis distractos, & negligamus abigere has evagationes, corque ad nos revocare, quantumvis distractiones frequentes sint, & prolixæ, numquam negligentia dicenda est crassa, & supina. Contra si cum hac advertentia, & reflexione negligamus nos recolligere, mentem in semitam a suis divagationibus revocare; tunc sane adest crimen letale negligentiæ crassæ. Hæc doctrina mihi tuta videtur, & communis. Ne multa. Quoties Clerici, & Religiosi sancta intentione pendendi Deo precum canonicarum vectigal Breviarium sumunt, attente, & cum proposito attendendi preces auspicantur; dum advertunt se distractos esse, iterum mentem attentam applicant; dum locum aptum ad orandum eligunt: quis dixerit umquam istos leviter peccare, tametsi frequentissimis distractionibus vexentur? Quis dixerit umquam illum peccare graviter eo ipso tempore quo ad Deum laudandum sincero animo accedit? Quis umquam Breviarium recitaret, si recitatio isthæc occasio imbecillitati nostræ esset letalia crimina perpetrandi? Hilari ergo animo Deum lauda: eumdem sub tuæ orationis initium invoca: devote enuntia versiculos istos: *Domine labia mea aperies: Deus in adiutorium meum intende.* Excute timorem distractionum. Quo minus timebis, eo minus distractus eris.

V. Quæst. V. *Qui non ex præcepto, sed ex libera devotione preces recitat, peccat ne, si animo distracto eas fundat?* Resp. Distinguendum est. Quando præceptum divinum orationis urget, quod urgere frequenter, nempe diebus festis, supra ostensum est; tunc eadem attentio necessaria est Christianis orantibus, ac iis qui ex præcepto ecclesiastico recitant preces canonicas. Quare reiicienda est, ut enormiter laxa, quorumdam Probabilistarum sententia, qua statuitur haud teneri fideles audientes Missam die festo attentionem adhibere. Hinc enim consequeretur, numquam urgere præceptum subiiciendi animum Deo; sed exteriores duntaxat sensus, seu corpus; cum tamen sacrificium nobilius quod a nobis Deo immolandum est, cor nostrum, & anima nostra sit. In ceteris vero precibus quæ non ex præcepto, sive ecclesiastico, sive divino, recitantur, attentio ita necessaria est, ut, si desit, culpa venialis perpetretur, numquam vero mortalis. Quod venialiter peccetur, patet. Quamvis enim nulla culpa sit orationem omittere; posito tamen quod orare velis, debes orationem peragere prout decet, & natura orationis exigit. Orationi autem ita est necessaria attentio, ut si desit, non oratio, sed simulacrum orationis habeatur. Non teneris alloqui Regem; at, si alloqui vis, debes ea servare quæ regiæ majestati congruunt, nisi inurbanus, & agrestis haberi velis. Venialis autem, non mortalis est culpa hæc: quia cum oratio libera sit, nullum præceptum graviter obligans violatur. Non orationis, quia, ut supponimus, non urget: non attentionis, quia licet lege divina statutum sit ut attento animo orationes nostræ Deo fundantur; lex tamen hæc, seu præceptum graviter non obligat, sed leviter tantum in oratione quæ ex libera devotione fit.

VI. Quæst. VI. *Quæ sunt actiones externæ quæ interiorem animi attentionem impedire solent, nequeunque cum divini officii recitatione componi?* Resp. Omnes ad unum Theologi utriusque sententiæ, sive negantis, sive adfirmantis attentionis internæ necessitatem, docent peccare mortaliter eum qui dum recitat officium, in exterioribus actionibus occuparetur: quia omnes adfirmant necessarium esse, etiam vi præcepti ecclesiastici, attentionem, devotionemque exteriorem. Quin hanc potissimum exteriorem devotionem directe præcipit caput illud *Doleutes*, vetatque exteriores occupationes. Neque in hoc difficultas est ulla penes Theologos. Quænam porro sint actiones istæ exteriores, non una est omnium opinio. Certum primum est quod scribere, pingere, aliud legere, vel audire sint actiones quæ attentionem tum internam, tum externam impediunt. Narrat Plinius *Lib. VII. cap. XXV.* Iulium Cæsarem *scribere, & legere, simul dictare, & audire solitum accipimus; epistulas vero tantarum rerum quaternas, aut si nihil aliud ageret, septenas.* Sed hæc per exaggerationem dicta sunt, ut summam ingenii perspicacitatem, mentisque velocitatem Plinius ostenderet Imperatoris. Nec enim fieri potest ut momento eodem hæc simul præstentur.

VII. Qui vero officii partem recitant, dum se indunnt, aut lavant, necessariæ attentioni non desunt, & præcepto satisfaciunt: quamquam enim aliqui dixerint, eiusmodi actiones impedire attentionem necessariam, atque adeo sic recitantem non implere præceptum; communior tamen, & probabilior est opinio contraria, quæ docet eiusmodi actiones nequaquam impedire attentionem. Sunt enim eiusmodi opera adeo

facilia, & familiaria, ut nullam, præter assuetudinem habitualem, requirant attentionem. Ad summum peccare quis veniali-ter posset contra orationis dignitatem hæc agendo; quamvis sine veniali etiam culpa hæc præstari posse certum sit. Nam constitutiones Ordinis nostri præscribunt ut Fratres se induentes officium B. Virginis recitent. Hoc autem officium vi præcepti, seu gravis obligationis ex sua institutione recitare tenentur diebus in Rubricis designatis Fratres Ordinis, ut declaratum est in Comitiis generalibus Bononiæ, ni fallor, sub Magistro Antonino Cloche celebratis. Quis porro dixerit, sanctos illos fundatores rituum hunc præscripsisse, si qui illum agerent, venialiter delinquerent? Illud potius addeem, eos qui mane surgentes se induendo præfatum officium recitant, sive alias preces, ut statim primitias illius diei Deo offerant, mentemque ad cælestia erigant, non modo venialiter non peccare, sed rem undequaque Deo gratam efficere. Optimi etiam Christiani illud in more habent, ut experrecti signent se signo crucis, & se vestibus induentes consuetas recitent preces. Quis morem istum prætextu attentionis improbabit? Adest quippe sufficiens attentio. Quid quod ipse Rubricæ Missalis Romani qualcum præscribunt preces Sacerdotibus, dum manus abluunt, & sacras vestes induunt, recitandas? Quod argumento est eiusmodi actiones se lavandi, & induendi ex quotidiana assuetudine ita familiares esse, ut non impediant necessariam attentionem. E contrario vero qui non devotionis caussa, sed torpori, & deficientis fervoris in Dei servitio, data opera recitationem officii huiusmodi actionibus immisceret; eum peccare non ambigerem plus minusve, iuxta maiorem minoremve defidiam, & languorem. Et, quod diximus de officio B. Virginis, idem de officio divino dictum volumus. Nullum quoque illos perperare peccatum arbitramur qui officium recitant, leniter obambulando, prata, & viridaria prospiciendo: quia hæc non impediunt ullo modo elevationem mentis in Deum, immo fortassis adiuvant. Nisi quisque ex sua peculiari infirmitate se ab eiusmodi prospectu distrahi, & a Deo avocari sentiret.

VIII. Quæst. VII. *Quid de iis dicendum qui inter manuum labores preces recitant?* Resp. Dictum est, attentionem ad essentiam moralem orationis pertinere. Constitutum quoque est, actiones exteriores, ut pingere, scribere, aliaque opera laboriosa exercere, attentioni impedimento esse. Propterea ne improbabimus optimos Christianos, ut artifices, agricolas, qui dum agros colunt, aut messem colligunt, Rosarium Beatissimæ Virginis alternatim canunt, in agris choros erigentes? Nostri quoque Ordinis fratres, quos *conversos* vocamus, dum panem conficiunt, pannos lavant, aut alia exercitia manualia in culina exequuntur, Rosarium recitant. In precibus liberis attentionem necessariam diximus. Hanc attentionem a præfatis actionibus impediri omnes asserunt. Quid ergo? Suadendum ne ut ab hoc christiano more desistant? In morum quæstionibus aliqua occurrunt quæ vix præcipio responsio resolvi queunt. Hinc ratio urget, illinc mos adversatur. Dum ego ipse morem fratrum nostrorum, & agricolarum, aliorumque artificum, preces inter labores recitantium, lumine naturali contemplatus sum, optimum absque hæsitatione existimavi morem. Quin mos iste tantæ mihi ædificationi semper fuit, ut devotionem, pietatemque accenderet. En quo modo (mecum ipse recogitans dicebam) homines idiotæ, & illiterati mentem in cælum erectam tenent eo ipso tempore quo terram colunt, quo corpus laboribus torquent: & quasi pudore quodam suffundebar, quod ipse cælestia semper tractans, mentem supra & infra terram reptantem habeam. Ita essabar naturæ dictata inaudiens. In præsens vero dum morem hunc ad regulas quas pro oratione ex communi Theologorum consensu tradidi, revoco, aqua hæret, & difficultatem fere patior. Dictum est enim, quod etiam in oratione libera attentio necessaria est; cui attentioni recensita mechanica opera directe repugnare videntur. Ex quo consequitur, preces cum his operibus componi minime posse; sed ex duobus unum eligendum esse. Hoc est confectarium quod ex præiacto ratiocinio sponte fluit.

IX. Ablit tamen ut hunc piorum Christianorum morem improbem. Scandalum quippe ingererem non leve, si operariis illis talem dissuaderem devotionem. Quid ergo, inquis, argumentationi factæ respondes? Dico, quod voluntaria distractio in oratione semper noxia est. Clerici, Religiosi Deo dicati, qui ex præcepto tenentur pensum precum canonicarum solvere, qui tempore, & otio abundant, qui tranquillo animo, & a quibuscque curis seiuncto teneris, laudes divinas celebrare possunt, peccant, si propriæ sortis obliti, inter corporis defatigationes proprio orandi munere funguntur. Christiani quoque omnes, dum suas consuetas ex libera devotione preces recitant, eas attento animo absque voluntaria evagatione perfolvere tenentur. Porro si homines laboriosis corporis operibus mancipati tanta fervent devotione, ut ad omnia in Dei gloriam, Apostolo Paulo præcipiente, & hortante, facilius peragenda preces adhibeant inter ipsos labores: quis talem improbaverit consuetudinem? Ut paucis omnia perstringam. Religiosi, qui, nulla cogente necessitate, manuum laboribus divinas preces immiscent, proprio statui iniuriam inferunt, præceptum Ecclesiæ violant, omnemque ordinem pervertunt. Segregati quippe a secularibus negotiis in sortem Domini vocati sunt. Christiani quoque qui tempore precibus consuetis destinato laborant, a recto ordine receduat. Ceterum illi qui nedum statis horis precationes suas Deo fundunt, verum etiam, dum laborant, & sudore frontis panem indipiscuntur, mentem in Deum erigunt, & preces ea qua valent attentione recitant, non improbandi sunt, sed laudandi; non dissuadendi, sed hortandi, ut serventius divinas canant laudes. Ut mea præfert opinio, quam monstrosum est in ecclesiastico viro precibus canonicis externa immiscere exercitia, tam pium ex adverso est in laico operario preces necessariæ corporis defatigationi addere. Neque argutando reponas, eiusmodi corporis exercitia, si natura sua impediunt attentionem, aquæ impedire in libera, ac in necessaria oratione; aque in laicis, ac ecclesiasticis. Quoniam ex dictis omnia resolvita manent: potissimum si recogites quod ratiocinia absoluta interdum deficiunt eventibus peculiaribus applicata.

X. Quæst. VIII. *Satisfacit ne præcepto recitandi horas canonicas qui simul Missam de præcepto audit?* Resp. Quamvis Summistæ quidam, ut Armilla, Angelus, aliique id negent, communior tamen, & probabilior, ac vera sententia docet utrumque præceptum impleri posse eodem tempore. Nihil quippe peculiare Missæ auditio habet quod cum divini officii recitatione componi nequeat. Quis dixerit, te non posse ex devotione libera psalmos, & cetera quæ in Breviario leguntur, recitare, dum Missam ex præcepto audis? Porro si recitatio hæc libera non impedit Missæ auditionem, nec Missæ auditio impedit devotam, & attentam recitationem officii; planum est neque auditionem Missæ interturbare recitationem officii ex præcepto; cum eadem sit utriusque, & liberæ, & necessariæ, orationis ratio, ad attentionem devotam quod attinet. Hanc communiter defendunt Theologi. Consultius tamen erit, diverso tempore diversa implere præcepta. Cajetanus siquidem cum aliis contendit, peccare venialiter eum qui cum Missæ de præcepto auditione officium de præcepto recitat. Et sane quædam ordinis perversio videtur, fraudisque species, nisi temporis angustia inflet. Qui enim tempore, otioque abundat, qua honesta ratione coniungit duorum præceptorum observantiam, si commodum habeat separatim eadem implendi? Qui ergo talia iungeret, numquam illum ego laudarem, numquam gravis culpæ damnarem, & numquam ab omni fraudis specie in pendendis tributis excutarem, si omnis abesset talia mandata coniungendi ratio.

XI. Quæst. IX. *Qui a somno vexatur, sæpiusque dormitat, quique ita resistit, ut interroscat se omnia proferre, satisfacit ne præcepto?* Resp. Certum est non satisfacere illum qui dormit per notabilem officii partem, ut omnes fatentur. Si vero ita somno resistat, ut omnes versiculos proferat, licet cum aliqua difficultate; hunc satisfacere docet Leander *II. Par. q.* XIV. cum pluribus Theologis, idque præ ceteris defendit Sanchez *Tom. II. Consil. Lib. VII. cap.* II. *dub.* 33. Si in choro id accidat, videtur probabilis sententia, quia non potest in aliud tempus differre; & ex alia parte non videtur evidens ratio quæ obliget ad repetitionem. Si vero extra chorum somni molestia vexatur, in tempus magis opportunum recitationem differat. Qui vero somno obnoxius reservaret horas recitandas in lecto cum præsertim succumbendi somno, letaliter peccaret, quia probabilissimo peccandi discrimini se committeret: quam opinionem docent Navarrus, Bonacina, Suarez, & aliii plures apud Leandrum *disp.* IV. *q.* XXVI.

XII. Quæst. X. *Qui probabiliter credit se horas dixisse, tenetur ne easdem repetere?* Resp. Quando quis probabilius indicat se aut horam, aut psalmum dixisse, nullo modo debet illum, sive illam repetere. Audi Navarrum, qui *cap.* XIII. *n.* 30. & 32. de oratione hæc scribit: *Non solum non tene-*

*tenetur repetere id quod probabiliter credit se dixisse; verum etiam male ageret, id faciendo, eo quod habitum, & consuetudinem concipiendi scrupulos superfluos sibi quæreret: eo item quod iterum ea repetens, ut plurimum iterum erraret, & ob id oportet eum tertio, & quarto repetere, quod non semel mihi contingit, & scio aliis contingere: quæ via est desipiendi, nisi relinquatur: eo etiam quod sacræ contra illud Sapientis Eccl. VII. Ne itores verbum in oratione tua.* Novi ipsa non paucos qui in recitandis horis canonicis ob assuetudinem tam inde a pueritia contractam, scrupulis usque ad superstitionem torquentur; in ceteris autem laxioris sunt conscientiæ. Omnia sibi honesta, & licita putant, quod sint in celebrandis horis superstitiosi.

## §. IV.

*De intentione necessaria recitandi horas.*

I. BRevi perstringam quæ de intentione recitandi divinum officium disputari solent, quoniam nulla gravis occurrit difficultas; sed omnia obvia sunt, & facilia.

II. Quæst. I. *Necessaria ne intentio est recitandi divinum officium?* Resp. Omnes fatentur necessariam esse intentionem, seu propositum voluntatis exequendi opus præceptum. Porro duplex est intentio: altera expressa, & formalis; altera implicita, & virtualis. Illa est, dum quis hunc elicit actum: volo facere hoc opus mihi ab Ecclesia præceptum; puta recitare officium, audire Missam. Implicita vero illa est quæ continetur in actu præterito formaliter elicito, vel in ipsa voluntate, & dispositione fungendi munere suo. Omnes fatentur non requiri intentionem explicitam, & formalem; sed satis esse implicitam, & virtualem. Porro ut hæc virtualis intentio faciliùs percipiatur, praxis ipsa declaranda est. Qui de more Breviarium accipit, quamvis nil cogitet, aut deliberet se velle exequi opus præceptum; implet tamen præceptum, quia habet reipsa virtualem voluntatem satisfaciendi debito suo. Si enim interrogaretur, cur Breviarium illud recitaturus sumat: continuo responderet, ut redderet Deo debitum vectigal, præceptumque impleret. Ipsa enim Breviarii acceptio argumentum est voluntatis implendi debitum munus. Qui vero acciperet Breviarium animo se recreandi, aut aliquid memoriæ mandandi, minime satisfaceret: quia nullam haberet intentionem adimplendi munus suum quemadmodum etiam non satisfacerer qui invitus, & coactus recitaret.

III. Quæst. II. *Est ne necessaria voluntas, seu intentio implendi præceptum recitandi?* Resp. Quod non requiratur voluntas expressa, & formalis, convenit fere apud omnes. Dissident vero de virtuali. Nam Suarez, Azorius, Fagundez, Villalobos, & alii sufficiunt necessariam esse virtualem intentionem implendi præceptum. Vasquez, Hurtado, Bonacina, Valentia, Leander, & alii negant necessitatem illius intentionis. Verum lis est de nomine: qui enim virtualem intentionem habet exequendi opus præceptum, eo ipso habet intentionem implendi præceptum.

IV. Quæst. III. *Qui incipit recitare officium divinum cum animo expresso non satisfaciendi præcepto, tenetur ne iterum recitare?* Resp. Hunc implere præceptum, adeoque non teneatur repetere officium, docet Leander *disp.* IV. *q.* XI. & pro sua opinione citat Bonacinam, Suarez, Lessium, Vasquez, Lugum, Dianam, Bassæum, Tamburinum, Pellizarium, Filliciun, Reginaldum, & alios plures: quia qui sciens, & volens facit opus præceptum, vere facit omne id quod a superiori præcipitur. Ille enim vera recitat officium cum vera attentione, & intentione illud recitandi. Ergo exequitur totum quod Ecclesiæ præcipit.

V. Contrariam opinionem defendunt Martinez de Prado *Tom. II. c.* XXX. *q.* VIII. §. 1. *num.* 4. & apud ipsum Sylvester, Medina, Navarrus, Ledesma, Rodriquez, Azorius, Carolus Maciguus, Serra, Lopez, Texeda, Suarez in *III. Part. disp.* LXXXVIII. *sect.* 3. Fagundez, Henriquez, Angles, Philibertus, Molfesius, Baldellus. Hæc vero sunt sententiæ illius rationum momenta. Si tu Paulo centum aureos debeas, centumque illi titulo donationis gratuito eroges, nulloque modo titulo solvendi debitum; quis dixerit ab onere solvendi debiti te esse liberum? Accedit quod necessaria est intentio implendi id quod a præcepto imponitur. Hæc autem intentio pugnat cum expressa voluntate non satisfaciendi præcepto. Ergo qui recitat horas canonicas cum expressa voluntate non satisfaciendi præcepto, illud reapse non implet.

VI. Adversæ sententiæ Auctores respondent, primam rationem urgere in iustitiæ materia, secus in iis quæ solum ex præcepto debentur. Verum hæc responsio infirma est pluribus titulis. Et primum, cur in materia iustitiæ, secus in alia, ratio hæc urgere debet? Opus ex præcepto debitum, & opus mere gratuitum, nonne duo sunt genera omnino diversa, quorum unum nullo modo ab alio pendet? Quoties ergo Clericus expressa voluntate titulo gratuitæ donationis pensum precum canonicarum Deo offert, tellus se nolle hoc determinato vectigali solvere suum debitum; qua ratione dicitur, eum posse simul hac donatione debitum pendere? Dicas velim. Recitans potest ne, si velit, officium ex præcepto libera & gratuita donatione Deo offerre; & alia officii recitatione præceptum implere? Quis inficias iverit? Potest ergo, si velit. Vult autem reipsa hæc duo sejungere, quoties expressa voluntate deliberat, se nolle præcepto tali recitatione satisfacere. Ergo reipsa separat; atque adeo post gratuitam recitationem tenetur debitum implere. Accedit quod non solum in Beneficiariis, sed etiam in ceteris, quædam iustitiæ potestativæ species est solvere vectigal precum canonicarum. Contractum siquidem debitum est tum in professione clericali, tum in receptione beneficii, solvendi in dies singulos tributum precum canonicarum.

VII. Secunda responsio, qua dicunt optime stare quod quis velit opus præceptum, & simul expressam voluntatem habeat non implendi præceptum, non est præcedenti melior. Hæc duo posse separari ultro fatemur. Sed si separentur, negamus impleri præceptum. Quid quod ipsi adversarii fatentur, neminem posse invitum, & coactum implere præceptum? Porro, dum ita expresse non vis hac tali recitatione implere præceptum, recentiores isti te invitum volunt illud implere. Quare secunda opinio mihi est probabilior. Validus illam firmarem, si alicuius momenti esset. Verum commentitia mihi est huiusmodi hypothesis. Quis enim adeo demens est, ut deliberate velit opus præceptum, nolitque implere præceptum; & deinceps velit præcepto satisfacere? Ego, si omnes aliæ rationes deficerent, hunc ad iteratam adigerem recitationem in pœnam tam stultæ deliberationis.

VIII. Quæst. IV. *Qui divinum officium recitavit animo non adimplendi præceptum, tenetur ne animum mutare, si nolit illud repetere?* Resp. Negantem opinionem defendunt Leander, Sancher, Salas, Engo, Bassæus, & alii, quos citat ipse Leander *q.* XLII. Affirmat e contrario Suarez, Aragon, Lessius, Azorius, Trullenchus, & alii. Quid resolvendum sit, patet ex iis quæ dicta sunt quæstione præcedenti, debere nimirum hunc qui præfato modo divinum officium recitavit, & mutare animum, & illud repetere.

## §. V.

*De pronuntiatione, seu voce, qua preces canonicæ persolvendæ sunt: & de privilegiis Regularium in hac materia.*

I. QUæst. I. *Satis ne est sola mente absque voce exteriori divinum recitare officium?* Resp. Necessum esse illud voce pronuntiare, minimeque satis esse illud mente percurrere, docent omnes. Idque colligitur tum ex ipso capite *Dolentes*, ubi præcipitur distincta recitatio, & ex pluribus Conciliis id inbentibus; tum ex fine institutionis divini officii, qui finis est erigere in Deum non solum propriam, sed etiam aliorum mentem.

II. Quæst. II. *Spectato communi iure, qui sola mente percurreret officium, satisfaceret ne suæ obligationi?* Resp. Pro sententia affirmante, refert Leander Brunum Chassaing, & Ludovicum a Concepcione Trinitarium. Ipse vero Leander non reticit ut improbabilem hanc opinionem: immo sibi durum videri asserit quod talis opinio a P. Suarez, & a P. Martinez de Prado improbabilis reputetur: quæ tamen non improbabilis modo, sed manifeste falsa est. Præceptum enim recitandi canonicas preces ecclesiasticum est, quod in omnium sententia directe spectat exteriorem recitationem, quæ immediate ad forum Ecclesiæ pertinet. Nec plura sunt faciendæ verba in re satis aperta.

III. Quæst. III. *Regulares fruuntur ne privilegio aliquo mentaliter recitandi officium, dum privatim extra chorum illud persolvunt?* Resp. ut quid probabilius affirmat Leander *disp.* IV. *q.* XLV. & pro hac sua opinione laudat Sanctorium a Melfi, Rodriquez, Mirandam, Villalobos, Thomam Hurtadum, Ioannem de Cruce, Ascanium Tamburinum, Thomam Tamburinum de *Meth. Miss. sacrif. Lib. II. c.* IX. §. 3. & Perlinum. Thomas Hurtado *Tom. I. Resmor. tract.* III. *c.* I. *res.* 9. *& Tom. I. de resid. res.* 9. fuse hanc quæstionem versat, & invehitur contra Dianam, qui relata hac opinione, sic concludit. *Hæc usque Sanctorius.*

*tenetur repetere id quod probabiliter credit se dixisse; verum etiam male ageret, id faciendo, eo quod habitum, & consuetudinem concipiendi scrupulos superfluos sibi quæreret: eo item quod iterum ea repetens, ut plurimum iterum erraret, & ob id oportet eum tertio, & quarto repetere, quod non semel mihi contingit, & scio aliis contingere: quæ via est desipiendi, nisi relinquatur: eo etiam quod sacræ contra illud Sapientis Eccl. VII. Ne itores verbum in oratione tua.* Novi ipsa non paucos qui in recitandis horis canonicis ob assuetudinem tam inde a pueritia contractam, scrupulis usque ad superstitionem torquentur; in ceteris autem laxioris sunt conscientiæ. Omnia sibi honesta, & licita putant, quod sint in celebrandis horis superstitiosi.

## §. IV.

*De intentione necessaria recitandi horas.*

I. BRevi perstringam quæ de intentione recitandi divinum officium disputari solent, quoniam nulla gravis occurrit difficultas; sed omnia obvia sunt, & facilia.

II. Quæst. I. *Necessaria ne intentio est recitandi divinum officium?* Resp. Omnes fatentur necessariam esse intentionem, seu propositum voluntatis exequendi opus præceptum. Porro duplex est intentio: altera expressa, & formalis; altera implicita, & virtualis. Illa est, dum quis hunc elicit actum: volo facere hoc opus mihi ab Ecclesia præceptum; puta recitare officium, audire Missam. Implicita vero illa est quæ continetur in actu præterito formaliter elicito, vel in ipsa voluntate, & dispositione fungendi munere suo. Omnes fatentur non requiri intentionem explicitam, & formalem; sed satis esse implicitam, & virtualem. Porro ut hæc virtualis intentio faciliùs percipiatur, praxis ipsa declaranda est. Qui de more Breviarium accipit, quamvis nil cogitet, aut deliberet se velle exequi opus præceptum; implet tamen præceptum, quia habet reipsa virtualem voluntatem satisfaciendi debito suo. Si enim interrogaretur, cur Breviarium illud recitaturus sumat: continuo responderet, ut redderet Deo debitum vectigal, præceptumque impleret. Ipsa enim Breviarii acceptio argumentum est voluntatis implendi debitum munus. Qui vero acciperet Breviarium animo se recreandi, aut aliquid memoriæ mandandi, minime satisfaceret: quia nullam haberet intentionem adimplendi munus suum quemadmodum etiam non satisfacerer qui invitus, & coactus recitaret.

III. Quæst. II. *Est ne necessaria voluntas, seu intentio implendi præceptum recitandi?* Resp. Quod non requiratur voluntas expressa, & formalis, convenit fere apud omnes. Dissident vero de virtuali. Nam Suarez, Azorius, Fagundez, Villalobos, & alii sufficiunt necessariam esse virtualem intentionem implendi præceptum. Vasquez, Hurtado, Bonacina, Valentia, Leander, & alii negant necessitatem illius intentionis. Verum lis est de nomine: qui enim virtualem intentionem habet exequendi opus præceptum, eo ipso habet intentionem implendi præceptum.

IV. Quæst. III. *Qui incipit recitare officium divinum cum animo expresso non satisfaciendi præcepto, tenetur ne iterum recitare?* Resp. Hunc implere præceptum, adeoque non teneatur repetere officium, docet Leander *disp.* IV. *q.* XI. & pro sua opinione citat Bonacinam, Suarez, Lessium, Vasquez, Lugum, Dianam, Bassæum, Tamburinum, Pellizarium, Filliciun, Reginaldum, & alios plures: quia qui sciens, & volens facit opus præceptum, vere facit omne id quod a superiori præcipitur. Ille enim vera recitat officium cum vera attentione, & intentione illud recitandi. Ergo exequitur totum quod Ecclesiæ præcipit.

V. Contrariam opinionem defendunt Martinez de Prado *Tom. II. c.* XXX. *q.* VIII. §. 1. *num.* 4. & apud ipsum Sylvester, Medina, Navarrus, Ledesma, Rodriquez, Azorius, Carolus Maciguus, Serra, Lopez, Texeda, Suarez in *III. Part. disp.* LXXXVIII. *sect.* 3. Fagundez, Henriquez, Angles, Philibertus, Molfesius, Baldellus. Hæc vero sunt sententiæ illius rationum momenta. Si tu Paulo centum aureos debeas, centumque illi titulo donationis gratuito eroges, nulloque modo titulo solvendi debitum; quis dixerit ab onere solvendi debiti te esse liberum? Accedit quod necessaria est intentio implendi id quod a præcepto imponitur. Hæc autem intentio pugnat cum expressa voluntate non satisfaciendi præcepto. Ergo qui recitat horas canonicas cum expressa voluntate non satisfaciendi præcepto, illud reapse non implet.

VI. Adversæ sententiæ Auctores respondent, primam rationem urgere in iustitiæ materia, secus in iis quæ solum ex præcepto debentur. Verum hæc responsio infirma est pluribus titulis. Et primum, cur in materia iustitiæ, secus in alia, ratio hæc urgere debet? Opus ex præcepto debitum, & opus mere gratuitum, nonne duo sunt genera omnino diversa, quorum unum nullo modo ab alio pendet? Quoties ergo Clericus expressa voluntate titulo gratuitæ donationis pensum precum canonicarum Deo offert, tellus se nolle hoc determinato vectigali solvere suum debitum; qua ratione dicitur, eum posse simul hac donatione debitum pendere? Dicas velim. Recitans potest ne, si velit, officium ex præcepto libera & gratuita donatione Deo offerre; & alia officii recitatione præceptum implere? Quis inficias iverit? Potest ergo, si velit. Vult autem reipsa hæc duo sejungere, quoties expressa voluntate deliberat, se nolle præcepto tali recitatione satisfacere. Ergo reipsa separat; atque adeo post gratuitam recitationem tenetur debitum implere. Accedit quod non solum in Beneficiariis, sed etiam in ceteris, quædam iustitiæ potestativæ species est solvere vectigal precum canonicarum. Contractum siquidem debitum est tum in professione clericali, tum in receptione beneficii, solvendi in dies singulos tributum precum canonicarum.

VII. Secunda responsio, qua dicunt optime stare quod quis velit opus præceptum, & simul expressam voluntatem habeat non implendi præceptum, non est præcedenti melior. Hæc duo posse separari ultro fatemur. Sed si separentur, negamus impleri præceptum. Quid quod ipsi adversarii fatentur, neminem posse invitum, & coactum implere præceptum? Porro, dum ita expresse non vis hac tali recitatione implere præceptum, recentiores isti te invitum volunt illud implere. Quare secunda opinio mihi est probabilior. Validus illam firmarem, si alicuius momenti esset. Verum commentitia mihi est huiusmodi hypothesis. Quis enim adeo demens est, ut deliberate velit opus præceptum, nolitque implere præceptum; & deinceps velit præcepto satisfacere? Ego, si omnes aliæ rationes deficerent, hunc ad iteratam adigerem recitationem in pœnam tam stultæ deliberationis.

VIII. Quæst. IV. *Qui divinum officium recitavit animo non adimplendi præceptum, tenetur ne animum mutare, si nolit illud repetere?* Resp. Negantem opinionem defendunt Leander, Sancher, Salas, Engo, Bassæus, & alii, quos citat ipse Leander *q.* XLII. Affirmat e contrario Suarez, Aragon, Lessius, Azorius, Trullenchus, & alii. Quid resolvendum sit, patet ex iis quæ dicta sunt quæstione præcedenti, debere nimirum hunc qui præfato modo divinum officium recitavit, & mutare animum, & illud repetere.

## §. V.

*De pronuntiatione, seu voce, qua preces canonicæ persolvendæ sunt: & de privilegiis Regularium in hac materia.*

I. QUæst. I. *Satis ne est sola mente absque voce exteriori divinum recitare officium?* Resp. Necessum esse illud voce pronuntiare, minimeque satis esse illud mente percurrere, docent omnes. Idque colligitur tum ex ipso capite *Dolentes*, ubi præcipitur distincta recitatio, & ex pluribus Conciliis id inbentibus; tum ex fine institutionis divini officii, qui finis est erigere in Deum non solum propriam, sed etiam aliorum mentem.

II. Quæst. II. *Spectato communi iure, qui sola mente percurreret officium, satisfaceret ne suæ obligationi?* Resp. Pro sententia affirmante, refert Leander Brunum Chassaing, & Ludovicum a Concepcione Trinitarium. Ipse vero Leander non reticit ut improbabilem hanc opinionem: immo sibi durum videri asserit quod talis opinio a P. Suarez, & a P. Martinez de Prado improbabilis reputetur: quæ tamen non improbabilis modo, sed manifeste falsa est. Præceptum enim recitandi canonicas preces ecclesiasticum est, quod in omnium sententia directe spectat exteriorem recitationem, quæ immediate ad forum Ecclesiæ pertinet. Nec plura sunt faciendæ verba in re satis aperta.

III. Quæst. III. *Regulares fruuntur ne privilegio aliquo mentaliter recitandi officium, dum privatim extra chorum illud persolvunt?* Resp. ut quid probabilius affirmat Leander *disp.* IV. *q.* XLV. & pro hac sua opinione laudat Sanctorium a Melfi, Rodriquez, Mirandam, Villalobos, Thomam Hurtadum, Ioannem de Cruce, Ascanium Tamburinum, Thomam Tamburinum de *Meth. Miss. sacrif. Lib. II. c.* IX. §. 3. & Perlinum. Thomas Hurtado *Tom. I. Resmor. tract.* III. *c.* I. *res.* 9. *& Tom. I. de resid. res.* 9. fuse hanc quæstionem versat, & invehitur contra Dianam, qui relata hac opinione, sic concludit. *Hæc usque Sanctorius.*

florint, cuius opinio, an probabiliter in praxi admittenda sit, indicent alii. „ Cur ipse „ Diana (inquit Hurtado) non iudicat, „ quando eius iudicium deliderarur? Aut „ enim iudicat, dum legit Sanctorinm, eius „ fundamenta esse probabilia, aut non. Si „ primum, dicat sententiam probabilem; si „ secundum, dicat sibi non placere, & non „ suspendat animos lectantium, ut dum in „ multis aliis se determinat, sententiam suam „ in hoc declarare non differat, quod huic „ Doctori perviam est. " Iustissima censura, quam suo loco fusius nos explicabimus, & pellima confectaria quæ ex hac Dianæ, & plurium aliorum Casuistarum methodo proficiscuntur, exhibebimus. Hurtado autem relatam opinionem ut tecutam in praxi defendit.

IV. Patres Salmanticenses *tract. VI. cap. III. punct. VII. n. 41.* hanc opinionem probabiliorem, nedum probabilem reputant, & defendunt, atque privilegium quod Leo X. anno 1516. & ius Pontificatus IV. die 16. Aprilis concessisse fertur, exscribunt sequentibus verbis. *Ne Fratres mutuo se impediant in officio divino, aut aliis sint fastidiosi, quod illa quæ in ordinario iubentur dici secreto sub silentio, tam in horis canonicis, quam in Missa, non tenentur proferre voce-liter; sed satisfaciunt dicendo mentaliter, aut legendo intra se per librum: quare aliqui devotius sic dicunt, & absque impedimento, & fastidio aliorum; & quod eodem modo possint facere qui solum dicit officium per se, cum prolatio verbalis sit præcipue ut ab aliis intelligatur.* Hoc privilegium esse dumtaxat vivæ vocis oraculo concessum, relataque verba non Pontificis, sed Fratrum supplicantium esse, fatentur omnes. Porro esse in suo robore laudatum privilegium, licet sit vivæ vocis oraculum, probant Salmanticenses cum Hurtado, & aliis, quod confirmatum sit per Bullam a S. Pio V. editam, quam refert Peyerinus *Tom. III. prax. cap. ad constitutionem S. Pii V. in ordine 7.* transfitque in privilegium bullatum. Accedit quod eiusmodi privilegium, seu vivæ vocis oraculum, fuit declaratio iuris communis cap. *Dilectus*. Sed vivæ vocis oracula quæ sunt declarationes iuris communis, non fuerunt revocata. Addunt vero laudatum vivæ vocis oraculum conesim pro recitatione publica, & Missa, in his quæ secreto dicenda erant, extendi ad privatam totius officii recitationem, ob illa verba contenta in privilegio, quod prolatio verbalis sit præcipue ut ab aliis intelligatur. Concludantque posse modo Regulares uti dicto privilegio recitandi mentaliter totum officium divinum.

V. Hæc opinio falsa est, &, salvo meliori iudicio, valde laxa. Oraculum Leonis X. viva voce concessum, saltem ut refertur ab his Auctoribus, suppositititium est, & commentitium, tum quod nullo authentico documento firmatum sit, tum quod omni verisimilitudine, ne plus dicam, careat. Et primum quæro a Salmanticensibus, utrum Regulares fruentes hoc privilegio mentaliter recitandi totum divinum officium, valeant simul illorum altera opinione uti, nempe quod possint deliberate mentem allo distrahere. Erit ne tunc necessaria intima mentis attentio? Nam attentioni ad verba locus tunc esse nequit. Erit ergo tunc attentio interior necessaria; nisi dicere velint, satis esse oculis percurrere breviarium, ut præceptum impleatur. Si necessaria est mentis attentio, qua via supplenda erit, dum mens nobis inciis alio aoripitur? Dum oblivio contingit eorum quæ mente meditati sumus? Religioli scrupulis iubiecti, pro quibus, ut iam dicturi sumus, concessum fuisse fertur privilegium laudatum, in quas se conicerent angustias, hanc mentalem recitationem exercentes? Nullus ergo elucet finis congruus istius concessionis. Cum vero ex alia parte iuri communi evidenter adversetur, & omnium seculorum consuetudini, quæ semper obtinuit, voce pensum canonicarum precum solvendi; consequitur laudatum privilegium suppositivium plane esse, omnique rationabili destitutum congruentia.

VI. Accedit quod potissimum fundamentum cui PP. Salmanticenses innituntur, sit illud quod, teste Peyerino, S. Pius V. laudatum vivæ vocis oraculum in *constitutione sua 7.* confirmaverit. Constitutionem hanc integram refert Peyerinus *Tom.* non III. ut citant Salmanticenses, sed *II. pag.* 289. cuius instium est, *Ess Mendicantium Ordines*. Integram percurri, & nec verbum offendi quo istius oraculi mentio fiat. Quin nec Peyerinus in notis ad præfatam constitutionem istius oraculi meminit. Quare quemadmodum oraculum Leonis, ita & confirmatio S. Pii V. commentitia prorsus est. Adde Peyerinum ipsum, qui hanc quæstionem vertat *Tom. I. pag.* 352. *n.* 4. & laudatum oraculum Leonis X. exscribit, & relecta aliorum opinione, his verbis exponit. „ Constat derando itaque finem illius privilegii Leonis, qui fuit mederi Fratribus scrupulosis, „ di-



„ dico quod reperiuntur aliquando Fratres „ aliqui, & ego cognovi plures, ita timoratæ conscientiæ, & agitati scrupulis, ut „ cum est dicendum aliquid secreto in choro, non sibi satisfecisse putent, nec divini „ officii penso, nisi ita illud proferant, ut „ ipsi clare audiant (bonarum enim mentium „ est ibi culpam timere ubi etiam culpa non „ est. *Cap.* Conilium §. *Cum autem de observ. ieiun. cap.* Ad eius *dict. v. fine.*) Ex quo sequitur quod alii vicinores murmur illud audiendo, fastidium grave sentiant, & minus devote dicant quod dicendum secrete est. Concedit itaque Papa „ quod isto casu scrupuloli illi possint id quod „ secreto dicendum est, mentaliter recitare, „ vel legere intra se per librum. Quod si „ hoc modo mentaliter dicta recitando sentiant interius devotionem maiorem, ut „ etiam idem possint facere, cum privatim „ recitant. *Non sequitur ergo quod totum officium divinum possit dici mentaliter, quia id non dicit Papa; sed solum quod mentaliter dici possint ea quæ in officio, vel Missa dicenda sunt secreto, cum conditione, si maior devotio sentiatur.*" Hactenus Peyerinus, quem pro contraria opinione laudant *Salmanticenses* cum aliis. Sic explicatum oraculum aliquam verisimilitudinem præfert. Verum nec sub hac conditione latum fuisse evincunt illius assertores, qui dumtaxat scribunt factum fuisse oraculum illud Lantio Cardinali SS. quatuor Coronatorum, nullo producto monumento.

VII. Antequam ultra pergam, admonitum te esse velim, quam caute legendi sunt recentiores Moralistæ, quamque necesium sit vocem sæpe exaltare, calamumque acuere, non in illorum personas, quas semper credimus pia mente scripsisse, sed in illorum laxitates. Serio secum animo reputes velim, quanta illorum plures securitate pontificia oracula vel suppositicia, vel ambigua, vel in alienos prorsus sensus detorta, evulgent ut sincera, & genuina. Hinc vero laxas opiniones pro certis morum regulis eliciunt. Rationes, & coniecturæ omnes conspirant in suppositionem dicti oraculi; nihilominus ut certum producunt. Sed quod pejus est, oraculum ipsum, admissa etiam illius authenticitate, in alienum prorsus sensum detorquent, litterali verborum sensu repugnante. Quippe, ut verba oraculi sonant, interprete vel ipso Peyerino, Auctore handquaquam ad severitatem propenso, Pontifex facultatem scrupulis obnoxiis impertit, ut illa pauca quæ secreto in choro promenda essent, valeant mentaliter recitare, ne aliis fastidio sint; & si maiorem devotionem experiantur, id præstare possint etiam dum privatim eiusmodi meticulosi recitant; respectu tamen illorum verborum tantum quæ secreto in choro promenda sunt, minime vero respectu totius officii..

VIII. Quid hinc colligunt nostri docti iuniores? Duo ipsi tamquam certa nobis divendunt. Primum est, quod laudatum oraculum, solis medendis scrupulis concessum, extendatur ad omnes indiscriminatim Regulares. Alterum est, quod privilegium limitatum ad illa sola verba quæ secrete in choro dicenda essent, extendatur, & dilatetur nullo præscripto limite, ad totum officium divinum. Et sic orationem vocalem in precibus canonicis persolvendis de medio auferunt absolute abiis Regularibus omnibus qui chorum non frequentant; & ab iis domibus religiosis quæ propter studium exemptionem important a chori frequentia. Quis scandalum, & horrorem quemdam non experitur insurgere sublatum Regularibus privatis omnis celebrandi labiis suis laudes divinas? Quis non miretur, Auctores istos tanta libertate dividere pontificia oracula, non aliis nixos momentis, nisi alicuius Casuistæ auctoritate? Vix unus evulgat in Regularium favorem aliquod pontificium oraculum: hoc afferit confestim, nullo præmisso examine, transcribit; & aucto exscriptorum numero, illud plures defendunt; ut ex hoc Leonis pro mentali officio, ex altero Gregorii XIII. Pauli V. aliorumque Pontificum pro chocolate, & ex innumeris aliis, quæ suis locis indicabimus, compertum est. Quapropter nemo mihi iure succensere potest, si, ut lectores errandi periculo subducam, illum pro re nata acuo, sed potius me optime meritum iri de re theologica apud prudentes spero.

IX. Addo, præfatum oraculum nullius esse roboris: tum quod Gregorius XV. & Urbanus VIII. illud, & alia vivæ vocis oracula prædecessorum Pontificum revocaverunt: tum quod ratio quam post Thomam Hurtadum, & Leranam obtradunt Salmanticenses, videlicet oraculum nihil esse declarationem iuris communis, prorsus falsa est; immo directe iuri communi adversatur. Ius quippe ecclesiasticum commune conceptis verbis præcipit clara, & distincta voce persolvi divinum officium. Nec est in re aperta diutius immorandum.

X. Quæst. IV. *Quomodo intelligendum est pri-*

*privilegium Clementis VII. concessum Theatinorum Superioribus dispensandi super recitatione officii cum Præcaratoribus, Confessariis, aliisque Religiosis?* Resp. Privilegium habetur in *Tom. I. Bullarii Clem. VII. constitutione non* VIII. ( ut citant Salmanticenses *loc. cit. n.* 55. ) sed XXXVIII. eiusque sequentis tenoris. *Nos vestris etiam tunc supplicationibus inclinati, ut Superiores vestri, Respositi nuncupati, pro tempore existentes, cum Clericis, & sociis suis, qui in supradictis pietatis operibus, aut studio litterarum sacrarum occuparentur, seu infirmitate, aut infirmorum curatione, & ministerio pro tempore prædicti, super recitatione divinorum officiorum, ad hoc ut ipsi occupati, vel impediti certum psalmorum per ipsos Superiores eis assignandorum non minus septem, aut sex, cum divisione, ac orationem dominicam septies, symbolum Apostolorum bis, graviter autem ægrotantes, orationem dominicam semel, & salutationem angelicam septies in die recitando, septem horis canonicis, & toti divino officio satisfeciste censerentur, & cum quibusvis Clericis, & sociis vestris in præveniendo, vel postponendo, uniendo, vel dividendo, in communi, vel speciali horas canonicas, ac in breviando, & protelando lectionibus.* Nimius essem, si illhuc transcribere vellem omnia interpretamenta, quibus Pasqualigus potissimum, & alii extendunt hoc indultum ad eximendos omnes fere Concionatores, Confessarios, Lectores Scripturarum, Theologiæ, editores librorum, & similes ab onere recitandi officium.

XI. Audiamus Salmanticenses *loc. cit. n.* 57. hæc ex P. D. Pasqualigo adoptantes. „ Ex quo infert Pasqualigus, quod, ut possit „ in recitatione horarum dispensari ex vi hu„ ius privilegii cum occupato in cura infirmo„ rum, studiorum &c. non requiritur quod „ non superfit tempus congruum ad recitan„ dum, quia hoc ipso exiure communi ex„ cusatur a recitatione; sed sufficit, si cu„ ra, vel occupatio petat continuam assidui„ tatem; *etsi alias compatiatur* cum recita„ tione. Infert etiam, Confessarios posse „ dispensari illis diebus quibus assidue va„ cant confessionibus, ut in diebus proximis „ ante Pascha, aut aliam festivitatem ante„ cedentibus, quibus adest magnus concursus „ pœnitentium, tempore jubilæi, aut qua„ vis alia occasione. Infert etiam quod Con„ cionatores quotidie in quadragesima con„ cionantes possunt in hoc dispensari, modo „ conciones non ita memoria retineant, ut „ sine ullo fere studio concionari possint. In„ fert denique, *Lectores sacræ Theologiæ, Scripturæ, sacrorum Canonum, Casuum, Conscientiæ* posse dispensari tempore lec„ tionum pro illis diebus quibus in studio „ pro lectionibus adeo sunt occupati, ut eis „ per totum diem, *aut saltem pro maiori par„ te* vacent: quod procedit proportionabili„ ter de scholasticis, qui talibus student fa„ cultatibus; & idem est dicendum de illis „ qui scribunt libros edendos; modo sint de „ rebus sacris, & toto fere die, vel maiori „ parte in hoc studio occupentur. “

XII. Hæc omnia referunt laudati Salmanticenses ex Pasqualigo, cuius libro careo: nec illa laudati Patres improbant; quæ tamen improbanda esse nemo sanioris Theologiæ professor non videt. Siquidem, quemadmodum P. D. Zacharias Pasqualigus sexagesima circiter Christianorum genera ab jejunii præcepto eximit, solosque otiosos quosdam jejunio subiicit; sic solos Regulares ignorantes, & indoctos ad solvendum precum canonicarum pensum adigit. Quoniam ad his precibus recitandis solvit Confessarios, Concionatores, occupatos in ægrotorum cura, Lectores sacræ Theologiæ, Professores sacræ Scripturæ, Doctores sacrorum Canonum, Magistros Casuum conscientiæ, & denique scholares qui his studiis, & sententiis sedulam navent operam. Omnes ergo isti qui per totum diem, vel saltem *per maiorem diei partem* in præfatis exercitiis laborant, onere divini officii soluti sunt. Laudatum privilegium communicabile est aliis Regularibus. Igitur in sacris Ordinibus ob proximorum salutem fundatis, quique ex instituto in litteraram studia pocissimum incumbunt, pauciissimi erunt recitandi officii divini præcepto obnoxii: quippe in præfatis ordinibus seniores in audiendis fidelium confessionibus, iuvenes in excipiendis lectionibus aut Theologiæ, aut Scripturæ sacræ, aut Canonum, aut Casuum conscientiæ; Professores autem in his tradendis scientiis, Prædicatores in concionibus habendis aut totum, aut certe maiorem diei partem insumunt. Exempti igitur erunt ab officio divino hi omnes, si Pasqualigo, & Salmanticensibus, & aliis iunioribus fides sit adhibenda. At utinam non adhiberent multi! Quot Concionatores hac laxa decepti doctrina, dum in quadragesima quotidie conciones habent, officium divinum recitare negligunt cum magno Parochorum, & secularium scandalo? Nec erubescunt eiusmodi divini verbi buccinatores palam dicere se invitentibus privilegium sibi esse quo ab officio recitando eximuntur. Et, dum pollea illos videant non levem temporis partem insumere aut in ludis, colloquiis, confabulationibus, aut circumeundo domos, vicos, & plateas civitatis, non leve patiuntur scandalum. Quid ergo mirum, si plures habeamus rabulas, plures bacchantes, pauciissimos vero sancti verbi dignos ministros? Quid mirum, si nullum videamus in auditoribus profectum, nullam in moribus reformationem? Eiusmodi ne Concionatores pleno ventre, ut cum Hieronymo loquar, jejunium luadebunt? Ad preces Deo fundendas accendent fideles, qui nec preces vi præcepti debitas solvunt? Quenam tantæ relaxationis, & deformitatis causa, & origo tot malorum? Una sane, & potissima est Casuistarum plurium laxæ opinationes.

XIII. Sed istorum rationes, seu potius argutationes, audiamus. Si præfata exercitia continua essent, ita ut nullam temporis partem recitando officio relinquerent; exempti tunc essent Regulares a dicto onere absque ullo privilegio, sed iure communi. Privilegium autem, *ut non sit inutile* ( inquiunt *loc. cit.* Salmanticenses ) *debet aliquid operari ultra id quod conceditur iure communi*; nimirum operatur *esse licitum dispensare in ea* (recitatione officii) *quando dicta occupationes se ad excusandum non sufficerent*. Hæc interpretamenta in alienum, & fallum sensum privilegium detorquent. Paucis repello eiusmodi cavillos, & sophismata. Iure communi Regulares recitando officio divino adstricti sunt quotidie. Vi præcepti positivi nemo Regularium in particulari tenetur concionari, legere, confessiones audire. Præceptum divinum, & naturale, quod locum habere potest in extrema necessitate, rarissime urget. Quare vi iuris communis Regulares, quantumvis sit magnus pœnitentium concursus, tenentur prius officii pensum solvere. Et Concionatores potius tenentur absolute, & lechia peculiari circumstantia, a concionibus quæ non sunt in mandatis, desistere, quam officium ex præcepto dictum omittere. Porro indultum pontificium id operatur, ut si Regulares nequeant hæc duo simul iungere, possint eorumdem superiores dispensare super recitatione officii, aut obtemperantia ieiunii, quo valeant & conciones habere, & confessiones audire. Hic est germanus præfati indulti sensus; quidquid in oppositum commententur recentiores Theologi. Addiderim, dispensationem etiam locum habere, cum dubium est, queant ne, an secus, dictas occupationes cum horis canonicis componere. Ceterum, cum tempus congruum suppetit, concionandi, docendi, confessiones audiendi &c. ac recitandi etiam horas canonicas; nulla tunc Superiores fruuntur potestate dispensandi subditos suos ab officio recitando. Et opinio quæ oppositum docet, tamquam improbabilis, & laxa reiicienda est.

XIV. Alterum privilegium referunt citati Salmanticenses *loc. cit. n.* 58. concessum ab Eugenio IV. Monachis D. Benedicti Congregationis Hilipaniæ, quodque habetur in Compendio Privilegiorum Ordinis illius, ut testantur Lezana, Tamburinus, & alii apud ipsos. Privilegio hoc impartitur Pontifex ut quilibet Prælatus Monasteriorum libere possit dispensare cum omnibus Monachis *qui sine tædio non possint dicere horas canonicas; & quod tempore infirmitatis, & postquam convaluerint loco horarum, aut officiorum, ad quæ alias tenebantur, dicant aliquid certum ad arbitrium ipsorum ministrorum, & non teneantur ad illud officium canonicum, & quod eum ipsis Prælatis quilibet Presbyter Monachus per quennis eorum eligendus dispensare possit.* Simile privilegium concessit Martinus V. Fratribus D. Hieronymi. Quæ privilegia, tametsi vivæ vocis oraculo concessa, in suo vigere robore, posseque iisdem Regulares frui, docent Bordonius, Tamburinus, Pellizarius, Miranda, & alii apud eosdem Salmanticenses. Verum apud me nullius roboris sunt: tum quod revocata fuerunt a S. Pio V. tum quod hæc vivæ vocis oracula, nisi certis, & authenticis documentis firmata constent, mihi suspecta sunt. Quod autem comminiscuntur Bordonius, & Pellizarius apud eosdem Salmanticenses, revocata esse ea dumtaxat vivæ vocis oracula quæ aliis præiudicium inferebant, secus ita, de quibus loquimur; arbitrarium est, & commentitium. In eiusmodi facti resolutionibus documenta adducenda sunt, quibus evincatur sic reipsa contigisse; alioquin nullius momenti est aliorum Auctorum interpretatio.

XV. Quartum privilegium concessum dicunt a Leone X. Fratribus Minoribus, tette Rodriquez penes laudatos Salmanticenses, *ut possint officia feriarum, quæ sunt prolixiora, anticipare diebus quibus sunt otiosi, & officia festiva, quæ sunt brevioria, reservare in illos dies quibus se credunt esse occupatos in concionibus, & confessionibus audiendis.* Cuius pri-

privilegii hanc nobis exhibent interpretationem perdocti Salmanticenses *n.* 59. Adusum huius privilegii, „ ut diximus, non requiri„ tur (inquiunt) tanta necessitas, ut insi„ ciat ad omittendas horas ratione occupatio„ nis superventientis ; *sed sufficit sola maior* „ *commoditas, facilitas* & utilitas studii, „ praedicationis, & *cuiusvis ministerii*. Id autem quod dicit Lerana *Tom. I. c. XII. n.* „ 30. id privilegium nihil in praesentiarum „ valere, eo quod non constet, an sit vivae „ vocis oraculo concessum ; admittendum „ non est, tum propter ea quae diximus num. „ praeced. tum etiam quia Doctores tradunt „ communiter in dubio, an privilegium fue„ rit, vel non, revocatum, praesumendum „ esse non esse revocatum, & in suo robo„ re persistere : quia possessio stat pro privi„ legio, & sic semper melior est illius condi„ tio. " Et pro hac opinione citant Rodriquez, Pellizarium, Tamburinum, atque Antonium a Spiritu Sancto. Haec omnia ex arbitrio dicta sunt. Revocata absolute fuisse vivae vocis oracula a S. Pio V. aliisque Pontificibus, nobis certo constat. Nullum affertur documentum quo probetur, in hac revocatione non esse inclusa laudata privilegia. Ratio dubitandi non alia est, nisi quia Bordonius, Pellizarius, Miranda, Tamburinus se dubitare aiunt. Haec ergo dubitatio arbitraria est. Quid quod hoc privilegium, ut explicatur a Salmanticensibus, praeceptum recitandi officium iuxta rubricas praescriptas ab Ecclesia penitus eludit? Officia feriarum prolixiora diebus quibus Fratres *sunt occupati*, recitent, & breviora ad illos remittant dies quibus praevident se occupatos fore? Sola maior commoditas, & facilitas? Quodvis ministerium satis est ad eximendum ob observantia praecepti? Praesumendum ne est, Pontifices adeo laxare voluisse habenas Regularibus, qui suis assiduis precibus ceteris omnibus exemplo esse debent? Privilegia ergo laudata, seu vivae vocis oracula, quae sua natura suppositionis notam produnt, reiicimus cum eorumdem commentariis. Haec sola interpretamenta Calusitarum laxitatem pethibent.

XVI. Privilegium quintum concessum a Leone X. Minoribus subdunt Salmanticenses, aiuntque illud referri in *Compendio Sotti verb.* Officium divinum 1. §. 8. quo Pontifex concedit ut Religiosi dicti Ordinis non teneantur repetere officium, etiamsi male pronuntiaverint, vel plura non intellexerint, quae ab aliis dicantur, maxime in choro ; ut restantur Ioannes a Cruce, Antonius a Spiritu Sancto, Martinus a S. Ioseph. Et Innocentius VII. concessit Minoribus iisdem ut non valentes distincte recitare in choro ob defectum visus, vel auditus, si quid horarum sic omittant, satisfaciant dicendo in fine horarum aliquem psalmum, vel precem dominicam. Pro illius privilegii confirmatione referunt auctoritatem Ioannis a Cruce. Addunt Leonem X. impertisse iisdem Minoribus ut satisfaciant divino officio, si illud recitent legendo, ambulando, vel non integre verba proferendo, vel ob negligentiam, imperitiam, aut defectum linguae, vel alio modo, vel cum animi distractione ; & dummodo id non fiat ex malitia, idest cum plena advertentia, non teneantur quidquam repetere. Idque referunt ex auctoritate Martini a S. Ioseph. Hoc privilegium ut futile commentum reiicimus.

XVII. Sexto loco adducunt iidem Salmanticenses vivae vocis oraculum concessum a Clemente VIII. teste *Casarub. in Compendio verb.* Monial. *n.* 30. quo conceditur ut Moniales, ad chorum deputatae, quae iudicio Praelati, vel Confessarii ignorant distincte recitare officium divinum, valeant recitare preces quas sorores laicae recitare solent. Qua facta positione, Moniales illae quae hoc privilegium acceptarunt, non peccant mortaliter, si omittant has substitutas preces, inquit Pellizarius apud eosdem Salmanticenses, qui talem opinionem non improbant. Improbandam vero esse nemo non videt. Si enim peccant mortaliter officium omittentes ; cur non peccabunt, si exequi negligant quod loco officii divini substituitur? Nec verum existimo quod iidem Salmanticenses addunt, videlicet privilegium illud prodesse, ut novitia Monialis, quae sub finem novitiatus ignorat recitare divinum officium, possit emittere absque dilatione professionem, & recitare officium laicarum, utque dum didicerit officium divinum. Quo modo enim ad professionem admitti valet novitia Monialis, quae professionis emittendae penitus reddere nequit? Cur ad chorum deputari debet, si quae sunt chori, peragere neiicit? Differenda igitur professio est, donec Novitia didicerit divinum recitare officium.

XVIII. Septimum privilegium bullatum vocant, quod concessum ferunt ab Innocentio IV. Monialibus S. Clarae, quibus facultas impertitur recitandi officium laicorum laicarum, quando ob rationabilem causam preces canonicas celebrare nequeant. Verba Bullae, quae ordine x. est, sequentia sunt. *Et quae occasione rationabili non possunt aliquando legendo dicere horas suas, liceat eis, sicut aliae sorores, dicere Pater noster.* Tria animadvertunt Salmanticenses *loc. cit. num.* 62. cum Pellizario in hunc textum. Unum est, quod in dicta Bulla cum nulla fiat mentio Praelati, Abbatissae, vel Confessarii, poterunt Moniales seipsis, absque cuiusque consilio, & non petita Superioris licentia, praestato uni privilegio. Consultius tamen erit, si licentiam petierint. Secundum, quod rationabilis causa utendi hoc privilegio non est gravis aliqua difficultas, vel indispositio, vi cuius ex iure communi dispensatio licita esset ; sed rationabilis causa reputatur, si Monialis sit scrupulosa in recitatione officii, si minus expedite legere sciat, si sit valde defatigata, si in manibus habeat aliquam extraordinariam occupationem. Tertium, quod dictum privilegium vi communicationis suffragatur Religiosis quorumcumque Ordinum habentium communicationem privilegiorum : quoniam communis est Theologorum sententia, quod Moniales fruantur privilegiis Fratrum, & quod Fratres gaudeant privilegiis Sororum'. Hinc inferunt, Religiosos posse modo dicto, rationabili occurrente causa, officium canonicum commutare in tot *Pater noster* laicorum. *Et rationabilis causa* (inquiunt Salmanticenses n. 62.) *in eis iudicatur vel aliqua ex dictis, vel si aliam extraordinariam litterarum habituri sint, si concionentur in quadragesima, vel alio tempore, etsi non quotidie* (tortassis vel ipsi Pasqualigo hoc nimium videbiter) *cum labore non ordinario : si confluat magna frequentia poenitentium ad confitendum, si sint ex itinere lassati, aut concione, aut alia simili de causa ; vel si sint convalescentes, ita ut sine gravi incommodo non possint recitare horas canonicas, & similibus causis.* Nimiam vim, nimiamque extensionem attribuunt huic privilegio bullato. Et primo est probanda prima animadversio, quod Moniales possint, inconsulto Confessario, & quocumque Superiore, semetipsas dispensare, seu commutare divinum officium in preces dominicas recitari solitas a Sororibus laicis. Quod tertio loco subdunt, nimirum vi illius privilegii posse etiam Fratres Regulares eodem modo ac Moniales, inconsulto quolibet Superiore, omittere officium divinum ob gravem aliquam occupationem, ut quando concionantur extra quadragesimam, tametsi non quotidie, sed bis, vel ter in hebdomada ; abludere a vero, & laxitatem non levem redolere sentio. Adeo ne leve est persolvendi canonicas preces mandatum, ut quilibet Frater, absque sui Superioris sive licentia, sive consilio, possit commutare officium divinum in paucas preces? Quis Regularium conscientiae bene moratae umquam tali fruitur privilegio?



XIX. Ultimo loco refertur privilegium concessum a Leone X. tam Clericis, quam Regularibus subiectis obligationi recitandi divinum officium, quibus Pontifex impertitur remissionem omnium culparum quae ex humana fragilitate contraxerunt in recitatione officii canonici, hoc imposito onere, ut persoluto officio recitent sequentem orationem : *Sacrosanctae, & individuae Trinitati* : & versiculos, *Beata viscera* &c. Hanc eamdem indulgentiam consequi illos qui sub finem totius officii recitant Psalmum, *Laudate Dominum omnes gentes*, concessit Gregorius XV. Earum vero culparum tantum remissio obtinetur quae veniales sunt, non letales. Quin necesse est ut a gravi, seu mortali culpa immunes sint qui praefatam consequi indulgentiam velint. Addo debere recitantes dictam orationem intus excitare dolorem culparum, amoremque in Deum, ut indulgentiam assequantur. Haetenus de Regularium privilegiis spectantibus recitationem precum canonicarum.

XX. Quaest. V. *Qui recitat preces canonicas, debet ne tam clara voce pronuntiare, ut audiri vel ab adstantibus, vel a seipso valeat?* Resp. Quamvis voce clara, & distincta omnes debeant preces canonicas recitare ; non tamen necesse est ut pronuntiatio talis sit quae ab aliis audiatur. Et haec est communis opinio. Dissident vero Theologi, utrum recitans ita vocem emittere debeat, ut audire seipsum queat. Affirmant Suarez *Lib. II. cap.* VII. *n.* 6. Navarrus *de orat. cap.* XX. *n.* 12. Molfesius *cap.* XX. *n.* 19. Valentia 2. 2. *disp.* VI. *q.* II. *punct.* 10. §. 4. Filliucius *tract.* XXIII. *cap.* III. *n.* 117. Reginaldus *Lib. XVIII. n.* 174. Toletus *in Sum. cap.* X. *n.* 4. Palaus *tract.* VII. *disp.* II. *punct.* 3. *num.* 6. Prado *T. II. cap.* XXX. *q.* VIII. §. 3. *n.* 41. Diana *resol.* 10. & alii quos citat Leander.

XXI. Contrariam sententiam defendunt Azorius *Lib. X. c. 7. q.* IV. Caramuel *in Theolog. Reg. disc.* CVIII. *n.* 1381. Martinus a S. Ioseph *Lib. II. tract.* V. *n.* 15. Baldelus *Tom. II. Lib. II. disp.* XXXIV. *n.* 15. Balsaus verb. *Hora canon.* Leander *tract.* VIII. *disp.* IV.

IV. *quæst.* XLVII. & alii plures penes ipsum. Contendunt isti satis esse voce enuntiari preces, sive recitans audiat hanc suam vocem, sive secus. „ Rogas ( inquit Caramuel ) „ quid sit vox? Respondeo linguam, & labia moveri. Anhelitus enim necessario sequitur. Ratio est quia vox nihil aliud est „ quam respiratio fracta. certo modo per labia, & linguam. Atqui non possunt labia, & lingua moveri, quin frangatur „ respiratio. Ergo nec moveri poterunt, „ quin fit vox. Quomodocumque igitur articulent, est vox: ergo & pronuntiatio audibilis, ac proinde præcepto satisfaciens. “ In quo Theologi isti discrepent, sane non percipio. Nam omnes affirmant, necessariam esse externam oris, & labiorum pronuntiationem; & quidem voce *audibili*, quæ scilicet audiri valeat saltem ab ipso recitante. Non plus exigunt prioris sententiæ Auctores; nec hoc negant alterius opinionis Theologi, ut affirmant Caramuel, & Leander. Nihil ergo in hoc dissident. Notandum solum, nihil efficere validæ recitationi, si recitans ob strepitum, clamoremque exteriorem, semetipsum non audiat. Satis quippe est ut tali voce pronuntiet, quæ, sublato omni exteriori, & interiori impedimento, audiri possit. Qui vero cum socio recitat, debet ita proferre verba, ut ab alio audiatur.

## §. VI.

*De integritate quæ divinum persolvi debet officium.*

I. Convenit penes Theologos, letaliter peccare eos qui aut totum, aut notabilem divini officii partem omittunt. Eo difficultas recidit, quæ pars dicenda notabilis, & gravis sit, ob cujus neglectum peccata quis mortaliter staturatur. Id vero sequentibus quæstiunculis præstabimus.

II. Quæst. I. *Peccat ne letaliter qui unicam ex minimis horis recitare negligit?* Resp. Negant Marchinus *de ordin. tract.* II. *part.* VI. *cap.* XII. *diff.* 13. *n.* 4. Caramuel *in Regulam S. Benedicti disp.* CXVIII. *in.* 1462. Martinus a S. Joseph *Tom. I. L. II. tract.* IX. *de orat.* Vericelli *in q. Moral. tract.* I. *q.* XVI. qui tamen oppositum postea docet, ut advertit Leander. Iacobus Marchiantius *in Resol. Pastor. p.* II. *tract.* VII. *cap.* II. *quæst.* I. Bonarius *de Hor. canon. cap.* XII. *num.* 12. Quorum sententiam refert Basæus *verb.* Hor. can. *num.* 2. nec eam reiicit, teste Leandro.

III. Relata opinio laxa est, & falsa. Quare communius Theologi docent, quamlibet minimam horam esse materiam gravem, ob cujus neglectum culpa perpetratur gravis. Legantur Suarez, Diana, Leander, & ex antiquis D. Antoninus, Sylvester, Tabiena, Navarrus, & alii.

IV. Quæst. II. *Qui tertiam, aut dimidiam partem horæ minoris, puta Tertiæ, Sextæ, aut Nonæ omittit, peccat ne mortaliter?* Resp. Affirmant Navarrus, Azorius, Villalobos, Macignus, Malderus, & alii, peccare mortaliter eum qui tertiam minoris horæ partem omittit; quia hæc tertia pars materiam gravem constituit. Negant Leander, Bonacina, Filliucius, Naldus, Trullenchus, & alii. De dimidia horæ parte idem fere dissidium est. Nam Leander ut quid probabilius defendit non peccare letaliter eum qui dimidiam Sextæ, vel Nonæ partem omitteret; atque pro sua opinione laudat Ledesmam, Bonacinam, Castropalaum, Gavantum, Trullenchum, Pellizarium, & alios. In difficultate similium quæstionum immorandum non esse existimo: tum quia omnes videntur ex arbitrio loqui; tum quia limites gravis parvioisque materiæ constitui vix possunt. Quæ nihil gravis est, levis alteri videbitur. Quid? Ex arbitrio ne peccata mortalia multiplicabimus? Ex arbitrio ne peccata letalia de medio tollemus? Quid ergo dicendum? Ut mea præfert opinio, quæstiunculæ istæ supertiluæ sunt. Quis enim adeo infelicis, ut data opera velit horæ unius modietatem recitare, alteram negligere? Amentiæ sane, & inæquitatis reus is esset qui deliberato animo id perageret. Si postea eo usque differeret recitationem, ut ante mediam noctem nequiret aliquam horam complere; illius dilationis malitia ex circumstantiis metienda esset. In similibus materiis, quarum malitia ex quantitate rei pendet, nequit designari certa, & generalis regula. Prudentia ergo opus est in definienda culpæ gravitate, circumstantiis omnibus spectatis.

V. Quæst. III. *Qui in Matutino cum Laudibus omittit unum nocturnum, peccat ne mortaliter?* Resp. Negant Ioannes Caramuel, qui contendit octavam tantum partem totius officii esse materiam gravem, leviter vero quidquid minus est, quemadmodum est unum nocturnum: *in Theolog. fundament. fund.* III. *n.* 5. 4. Verum communis, & vera sententia oppositum docet: quia omissio unius



unius nocturni æquivalet omissioni unius horæ, quæ iuxta communem sententiam gravis est. Nec materiæ gravitas metienda est respectu totius officii, sed spectata quantitate in se ipsa.

VI. Quæst. IV. *Qui omittit tres lectiones cum responsoriis, peccat ne letaliter?* Resp. Negant plures recentiores. Verricelli *in Op. Moral. tract.* V. *num.* 109. Diana, Sanchez *Lib. I. Sum. cap.* XIX. P. Leander *disp.* XV. *q.* IV. docet cum eodem Sanchez, non peccare letaliter eum qui in Matutinis feriæ, aut Sancti simplicis omitteret tres lectiones cum tribus responsoriis: quia esset materia parva; sicuti nec mortaliter delinqueret qui in festo duplici, & supra omitteret tantum tres lectiones cum suis responsoriis; secus, si omitteret omnes novem, aut sex lectiones cum suis responsoriis. Mortaliter etiam delinqueret ille qui in officio Resurrectionis omitteret omnes tres lectiones cum suis responsoriis: quia in huiusmodi Matutinis, in quibus tres tantum recitantur psalmi, & tres lectiones, materia parva non esset trium lectionum omissio.

VII. Auctores isti ex arbitrio loquuntur. Ut supra indicatum est, materiæ gravitas ex ipsa quantitate, non ad eam relata, sed in se spectata, expendenda est. Alias qui divitis Principi, vel Regi centum aureos surriperet, non delinqueret letaliter: quia hæc pecunia comparata cum amplo Regis patrimonio, parva est, & minima. Tres lectiones cum suis responsoriis sunt materia gravis in prudenti hominum existimatione. At numquid prudentia carent docti iuniores? Carent iulare, quam opiniones laxas docent, & regulis christianæ scientiæ adversas: laxam autem reputamus Leandri, & aliorum recitatam opinionem. Francisicus Pellizarius *T. I. Manual. Reg. tract.* V. *cap.* VIII. docet, nimirtentem Vesperas sabbati sancti non peccare mortaliter. Huic opinioni subscribit Diana. Hæc opinio non minus quam præcedens, laxa est: quia Vesperæ istæ constituunt integram officii horam. Qui vero integram horam omittit, letaliter peccat. Mortaliter quoque delinquunt qui ita truncant psalmos, ut notabilem quantitatem versuum, aut verborum omittant: quia violant præceptum in re gravi; nisi sic recitantes ex naturali linguæ balbutientis defectu versiculos truncarent, & deglutirent. Excusant quoque recentiores a culpa Regulares qui magnam quantitatem versuum lingua non pronuntiarent, dummodo mentaliter illos ruminarent. At hanc opinionem ut falsam supra reiecimus. Qui vero non propria malitia, sed quadam linguæ celeri volubilitate non adeo distincte proferunt ultimas verborum syllabas, non sunt damnandi gravis culpæ, sublato scandalo, vel contemptu; quin nec veniliter delinquunt qui ob imperitiam, aut linguæ balbutiem in pronuntiatione deficiunt. Quare satisfaciunt præcepto etiam illi qui recitant cum eiusmodi balbutientibus; cum quibus tamen non est recitandum, nisi honesta peculiaris ratio urgeat, ut adiuvandi socium, qui forte solus haud recitare sine gravi incommodo valet.

VIII. Quæst. V. *Sacerdos recitans cum socio ita festinanter, ut, antequam sotius terminet pronuntiare suos versus, ipse resumat sequentes, peccat ne mortaliter?* Resp. Si Sacerdotes recitantes sint Regulares, omittatque unus recitantium notabilem versuum partem, ob istam celerem, anticipatamque versuum inceptionem; affirmant communiter recentiores, istum gravem culpam perpetrare ob rationem supra dictam, quod qui omittit notabilem officii partem, mortaliter violat præceptum. Pellizarius *Tom. I. Manual. Reg. tract.* V. *c.* VIII. *sect.* 2. *n.* 89. negat peccare mortaliter eiusmodi Sacerdotem sic recitantem, si sit Regularis: quia Regulares potiuntur privilegio recitandi mentaliter officium; & idcirco possunt mentaliter recitare verius omissos. Respondet Leander *loc. cit. q.* LXII. Regulares frui privilegio mentalis recitationis, dum soli persolvunt preces canonicas; secus dum recitant cum socio. Ex iis quæ diximus, quod de Regularibus privilegiatis docent laudati Auctores, commentitium est, nec opus habet nova confutatione.

IX. Quæst. VI. *Cum plures alternatim recitant, debent ne alternatim lectiones legere?* Resp. Congruum est, & magis expediens ut omnes recitantes alternatim lectiones legant; non tamen est necessarium; sed ad implendum præceptum satis est, si ab uno solo legantur, potissimum si tantum duo sint, quorum alter responsoria dicat. Idem dicendum de antiphonis, quæ alternatim dicendæ sunt. Verum in his praxis, & consuetudo servari potest: nec enim ordo ille præscriptus est ab aliqua rubrica. Ut ego me ab omnibus expediam, extra chorum solus semper recito in propria receptus cella. Neminem turbo strepitu, silentium non violo, & solitudini, seu receptui adeo commendabili in Cœnobiis optime institutis operam do. Nec pro-

bo quorumdam morem qui prætextu devotionis cum socio tempore silentii Matutinum recitant, aut cum aliorum incommodo, aut cum tali strepitu, qui silentio infestus est. Eo vel magis quod non raro perfuloto officio colloquia aliqua succedunt. Occasio quippe proxima est, urgetque vetito tempore loquacitatis appetitus. Si tu in hoc non delinquis, delinquunt alii. Ideo mos abolendus, ut tollamus frangendi silentii occasio. Si tanto fervore æstuas, ut cum sociis velis sacrificium laudis Deo offerre, chorus patet: illuc te confer to, ubi cum multis orabis. Mira hominum imbecillitas! Communionem precum in choro non anhelant, extra eliorum illam perquirunt, quamvis incommoda semper sit, & propriis muneribus aliquo modo adversa: cum ambo socii nequeant semper eodem momento locum recitationis convenire, sed alter alterum expectare debeat. Aliqua animi infirmitate communiter laborare novi eiusmodi recitantes. Expeditior ergo, & securior recitandi methodus in Cœnobiis bene institutis est, ut Religiosi silentii tempore omnes se in proprias recipiant cellas, ibique in spiritu, & veritate Deum orent, ut leges nostri Ordinis præscribunt. Hæc obiter dicta sint.

X. Quæst. VII. *Peccat ne mortaliter qui brevius loco longioris officium recitat?* Resp. Quæ penes omnes certa sunt, præmittamus oportet. Affirmant omnes peccatum committere, saltem veniale, qui absque iusta, & urgenti ratione unum officium pro alio recitat. Convenit quoque, gravi urgente causa, hanc mutationem fieri posse. Si enim gravis causa excusat a recitatione, potiori iure licitam reddit huiusmodi commutationem. Quæstio ergo est, utrum peccatum mortale sit absque causa, sed ex sola quadam acedia, ut inquiunt Salmanticenses, se te citius expediendi causa, propria auctoritate permutare officium longius in brevius, puta recitare officium de aliquo Sancto, loco officii de feria, vel de dominica, & non tantum bis, vel ter, sed quoties libuerit. Hanc defendunt plurimi docti iuniores. Antonius a Spiritu sancto *tract.* III. *disp.* VI. *n.* 1612. Caramuel in *Regul. D. Bened. disp.* CIX. *a. n.* 1885. Leander a Murcia *in Regul. D. Francisc. cap.* I. Leander a SS. Sacramento *tract.* VI. *disp.* XIII. *quæst.* XXVII. *& tract.* VIII. *disp.* IV. *q.* XVI. Lessius *Lib. II. cap.* LXXIII. Valentia *Tom. III.* Vasquez *de Beneficiis cap.* IV. §. 1. Azorius *Lib. X. cap.* X. *quæst.* 11. Ludovicus de S. Ioanne *q. unic. de offic. art.* 10. *dub.* 6. PP. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* III. *punct.* 14. *n.* 18. plures alios citant, quos inter Caietanum *in Sum. verb.* Horæ §. *Quærd secundum*, ubi hæc scribit: *Graviter tamen peccant qui absque rationabili causa huiusmodi mutationes ad libitum faciunt.* Collige quam sit fidendum iuniorum citationibus.

XI. Contrariam sententiam defendunt Bonacina *disp.* I. *q.* III. *punct.* I. *n.* 17. Castropalaus *Tom. II. tract.* VIII. *disp.* II. *n.* 18. Reginaldus *Lib. XVIII. n.* 177. Trullenchus *Lib. I. cap.* VII. *dub.* 14. *num.* 13. Granatus *Tom. II. sect.* 1. *cap. v. tit.* 11. *n.* 7. Petrus Ledesma *par.* II. *tract.* IX. *cap.* IV. *concl.* 12. Machadus *Tom. I. Lib. II. part.* III. *tract.* II. *docum.* 6. Rodriquez *Tom. I. q.* XIII. *art.* 8. Salmanticenses *loc. cit. n.* 20. ubi tamen contrariam sententiam probabilem vocant: quam nihilominus nulla frui probabilitate, potissimum post Bullam S. Pii V. & propositionem damnatam ab Alexandro VII. infra referendam, certum est. Idque evincitur. Præceptum recitandi horas canonicas non modo preces dicendas præscribit, verum etiam modum, formulamque, ad cuius tenorem recitandæ sunt, designat, & præcipit. Hæc sunt Bullæ verba: *Omnes Presbyteri, & Clerici sæculares, & regulares utriusque sexus, nec non milites exempti, quibus officium dicendi, aut psallendi quomodocumque iniunctum est, ex horis nostri Breviarii formula tam in choro, quam extra illum dicere, & psallere procurent.* Dicent ne iuniores, hic non præceptum, sed consilium haberi? Aut præceptum esse in re levi? Levis ne res dicenda est quæ ritum religiosum spectat celebrandi divinas laudes? Præceptum sane est in re gravissima, & summi ponderis. Nec enim cæremonia hæc est de re leviori; sed est grave mandatum, quod, sin substantiam ipsam, ordinem tamen potissimum & præcipuum quo persolvendum officium est, spectat. Peccatum ergo est, sine necessitate talem interturbare ordinem sive semel, sive bis in anno. Inanis quippe est quorumdam opinio, qua statuitur, licitum esse ter, vel quater in anno officium brevius pro longiori recitare. Præceptum enim grave est, & in re gravi: ergo unica illius transgressio mortalis est.

XII. Quæst. VIII. *Satisfacit ne præcepto qui in die Palmarum recitat officium paschale?* Resp. Hæc damnata thesis confectarium necessarium est opinionis præcedentis: qui de causa optime ratiocinatur P. Leander a sanctissimo Sacramento *tract.* VIII. *disp.* IV. *p.* XIV. ubi hæc scribit. „ Respondeo dicendum, quod vel probabile fit dicere, solum esse „ veniale, communiter, & regulariter loquendo, recitare sine urgenti causa officium Resurrectionis ea die qua iuxta Rubricas Breviarii recitandum erat de feria, „ aut de Sancto; vel non fit probabile quod „ possit quis absque mortali dicere officium „ alicuius Sancti loco festialis. “ Ratiocinium optimum est. Laudantur enim, ubi digni sint laude docti nostri iuniores. Sed prima opinio est damnata: ergo & secunda. Pro prima, quam defendit, idem Leander refert Caramuelem *in Theolog. fundam. fundam.* 53. *n.* 1100. §. 12. Non est quod immoremur in refutandis sophismatibus, vanisque ratiunculis quas hi duo Auctores obtrudunt pro firmanda opinione quæ ab Ecclesia damnata est. Et in hac propositione damnata includitur prior opinio præcedens, ut fatetur ipse Leander. Idem quippe principium regit utramque sententiam, videlicet quod præceptum recitandi officium spectet dumtaxat septem horas canonicas; & reliqua omnia pertineant ad ritum accidentalem, & cæremonialem, cuius transgressio levis sit. At ex propositione damnata adducta constat ritum recitandi præfatas horas rem gravem esse. Igitur damnata est ratio ipsa, qua utraque opinio nititur.

XIII. Quæst. IX. *Qui inadvertenter, & ex errore recitat hodie unum officium pro alio, quod recitandum non erat, tenetur-ne proprium illius diei officium repetere?* Resp. Negant PP. Salmanticenses *loc. cit. nu.* 21. tum, inquiunt, ob probabilitatem sententiæ, cui poterunt se conformare; sententiæ scilicet quam *nu. præced.* damnatam diximus: tum quia prætermisso huius formulæ non videtur esse adeo gravis, ut ob id imponatur tantum onus, quale est bis in die officium canonicum recitare. At perdocti illi Theologi paullo ante adfirmant, ritum esse gravem, gravemque mandatum quod illum præscribit. Error ergo excusat a culpa, sed non eximit ab obligatione illud implendi, errore detecto. Addunt Salmanticenses idem dicendum esse, si perfoluto Matutino, recorderur quis se erralle; poterit is vel prosequi integrum illud officium, vel reliquum proprium illius diei dicere. Opinionem Salmanticensium docent Antonius a Spiritu sancto, Villalobos, Trullenchus, Leander a SS. Sacramento *qu.* XLVII. In eamdem pendet P. Suarez *Lib. IV. cap.* XXIII. Nec ego auderem damnare gravis culpæ eum qui nollet repetere alterum officium: quia qui bona fide unum pro altero officio recitat, licet materialiter non fervet, formaliter tamen fervat ritum præscriptum, ad quem se conformare intendit, & credit. Quare non videtur gravis obligatio aliud recitandi officium. Addit tamen Suarez, si officium recitatum multo brevius est eo quod tali die impositum est, necessarium esse aliquam compensationem addendo aliquos psalmos. Non semel offendi in hunc scopulum, & semper aliud illius diei proprium officium recitavi.

XIV. Quæst. X. *Qui ex errore omisit officium duplicis, & supra, tenetur ne primo die vacuo, nempe die festiali, vel trium lectionum, omissum officium recitare?* Resp. Adfirmat Leander *q.* XLVII. quia Sancti, & de his recitantes habent ius ut recitetur huiusmodi officium duplex: ergo non sunt eo privandi. Privaretur autem, si toto illo anno de illis officium non celebraretur. Negat P. Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap.* V. §. 2. *num.* 29. Dicerem, quod si qui privatim recitant, debent omissum officium recitare primo die vacuo; secus si qui officium in communi persolvunt. Ratio adducta a Leandro, quod Sancti iure potiuntur ut illis officium persolvatur, nulla est. Debitum quippe recitandi officium Deum ut creditorem, secus Sanctos, spectat. Sub illorum invocatione, & auspiciis Deo preces offeruntur. In praxi ergo quisque videat quid magis ordini congruat, disputque a confutatione.

XV. Quæst. XI. *Qui hodie ex errore celebrat officium de aliquo festo, de quo recitandum est sequenti die, tenetur ne die sequenti recitare idem officium?* Resp. Negant nonnulli, eo quod non congruat bis de eodem Sancto officium celebrare. Verum probabilior sententia adfirmat, eo quod præceptum recitandi tali die de hoc Sancto, ex tuo errore, & ignorantia præiudicium subire nequeat. Accedit quod ex tuo errore non debet communis ordo præscriptus ab Ecclesia interturbari. Si ergo univeria Ecclesia hoc die celebrat officium quod tu heri recitasti, non debes ab hoc ordine, & communi ritu recedere, ut errorem elaplum, cui medendo locus amplius non est, relarcias. Nec opposita urgent argumenta. Nil enim obstat quominus bis de eodem Sancto officium recitetur, ut patet in octavis Sanctorum. Nec anticipata solutio tollit quin die præcripto debeatur, quoties debitori nullum novum gravamen adfert,

fert, ut in casu nostro. Nam quotidie unum integrum officium recitare debet. Sive autem hoc officium sit de hoc festo sive, de altero, perinde illi est.

XVI. Quæst. XII. *Sacerdos hodie sub Vesperas Venetiis existens, ubi feria, aut duplicis recitatur officium, cras perrecturus Paravium, ubi festum S. Danielis, aut alterius Patroni celebratur, valet ne primas Vesperas, & Matutinum illius Sancti recitare?* Resp. Affirmat P. Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. c.* v. §. 1. *n.* 25. Quoniam, cum crastina die pergere Patavium debeat, cumque Vesperæ sint pars crastini officii, probabile est posse illas anticipate recitare, tamquam partem pertinentem ad crastinum officium. Verum probabilior opinio est quod debeat præfatus Sacerdos recitare Vesperas illius officii quod iam dixit, quodque urget tali die Venetiis: quia tamdiu tenetur satisfacere præcepto quod urget Venetiis, quamdiu ibi commoratur. Si interea die hic remanet, integrum horas loci officium recitare debet. Idem dicendum, si Matutinum hic mane celebrat de feria, aut semiduplici, discessurus illico Paravium, ubi festum D. Antonii celebratur: melius faciet perficiendo integrum officium cuius Matutinum iam recitavit.

XVII. Quæst. XIII. *Peccaret ne mortaliter qui officium sub ritu duplici præscriptum recitaret sub ritu simplici, aut e contrario?* Resp. Affirmat Lezana in *Sum. Tom. I. c.* XII. *n.* 20. Quia, ut supra dictum est, non solum præcipitur recitari officium, sed etiam præscribitur forma, seu ritus quo recitari illud debeat. Et certe in Ordine Prædicatorum, in quo officio simplici annexum est officium B. Virginis, hæc permutatio gravis est. Quamvis enim initium illius confusionis e sola devotione profectum sit, decursu tamen temporis, ut inquit P. Dominicus Soto *Lib. X. de iust. q.* v. *art.* 4. adeo invaluit, ut nullus Doctorum negare audeat vim habere præcepti: evasit quippe pars officii divini illis diebus quibus Rubrica præscribitur. Quam opinionem defendunt Fagnanus, Natalis Alexander, plurelque alii. Et quod peremptorium est, præceptum hoc declaratum est in Comitiis generalibus Ordinis sub Magistro Antonio Cloche celebratis, ut alias diximus; fuitelque omnino sunt quorumdam obiectiones, quas hic referre libet. Qui vero officium duplex sub toto duplici, aut contra reciteret, non videtur perpetrare gravem culpam, eo quod leviissima variatio esset, & materiæ parvitas a gravi culpa excularet.

XVIII. Quæst. XIV. *Quæ committit peccat qui totum officium diei prætermittit?* Resp. Contendunt non pauci tot esse præcepta recitandi officium, quot sunt horæ canonicæ: &, cum hæ sint septem, septem quoque esse præcepta inferant; atque adeo tot quemque perpetrare peccata, quot horas omittit. Verum mihi probabilior, & fere certa videtur sententia quæ unicum præceptum defendit præcipiens recitationem horarum. Quare qui omnes præterimittit, unicum peccatum mortale perpetrat; sed gravius quam si unicam, vel alteram horam negleXisset.

## §. VII.

*De continuatione, & ordine quo recitari debet officium.*

I. OFficii divini recitatio continua sit oportet, non quod omnes horæ contineter recitandæ sint; sed ita ut quælibet hora absque interruptione compleri debeat: puta inchoata Prima interrumpi non debet, sed interesse, & continenter recitanda est, ut omnes Theologi docent.

II. Quæst. I. *Qui privatim maxima cum interruptione recitaret aliquam horam, peccaret ne letaliter?* Resp. PP. Salmanticenses *tract.* XVI. *c.* III. *punct.* 1. *num.* 3. numquam peccare mortaliter eum qui intra diem naturalem recitat aliquam horam etiam cum maxima interruptione, etiamsi interruptio fiat in medio unius psalmi, vel lectionis. Puta, mane incipis recitare psalmum aliquem: in medietate psalmi, vel lectionis negotium aliquod diverSum prorsus aggrederis: verSus meridiem alteram psalmi, vel lectionis medietatem resumis: vel psalmum unius horæ mane dicis, recitaturus alios duos sub Solis occasum. Si absque rationabili causa fiat, venialis, numquam vero mortale crimen erit. Hæc est opinio quam laudati Patres defendunt, pro qua citant Machadum, Leandrum a SS. Sacramento, Bonacinam, Lessium, Pellizarium, Quintanadvenas, Sanctum, Trullenchum, Dianam, Laymannum, Martinumque a S. Joseph.

III. Hæc opinio non satis mihi probatur. Quandoquidem hæc maxima interruptio ita tollit orationis continuitatem, ut nequeat ex duabus meditetatibus tanto intervallo diStantibus una hora, aut integer psalmus per modum unius orationis componi. Deinde talem redolet deformitatem hæc adeo longa interruptio, ut in communi prudentum existimatione gravem inferat debiti ordinis perturbationem. Qui enim moralem horæ unitatem tollit, destruit horam ipSam. Porro qui horam non recitat, letaliter delinquit. Nec est quod reponas integram horam recitari: quia non quæcumque recitatio materialis præcipitur; sed per modum orationis completæ, & integræ. Quis gravis inhonestatis reum non reputaret illum qui mane incipiens alloqui nobilem Principem, ex arbitrio in medio sermone orationem interciperet, post prandium colloquium resumpturas? Quare gravi malitia infectam hanc adeo prolixam interruptionem docent Navarrus, Valquez, Suarez, Azorius, Reginaldus, & alii plures, quos citat Leander *II. Part. disp.* XIII. *q.* XX. Illorum quoque Theologorum gravitas prævalet, sin numero, certe doctrina, prioris sententiæ Auctoribus. Quam sit hæc sententia rationabilior, quisque deprehendere potest, si semetipSum serio examinet. Quis Religiosus bene moratus psalmum quem mane recitavit, computabit inter tres psalmos unius horæ dicendæ sub solis occaSum? Quis non fateatur gravem hic contingere deformitatem?

IV. Levis interruptio absque causa, venialis, cum causa vero nulla culpa est. Quod venialis culpa sit absque causa rationabili levis interruptio, patet, quia omnis interruptio est quædam irreverentia. Quæ autem ob rationabile obstaculum hæc levis interruptio omni culpa careat, pariter constat: quia præcepta ecclesiaStica non impediunt ea quæ circumStantiis congruunt. Occurrit autem quandoque honesta interruptionis ratio, affabilitatis, & eutrapeliæ, quæ omnem culpam excludit.

V. Quæst. II. *Quo ordine recitandæ sunt canonicæ horæ?* Resp. Primo recitandum est Matutinum, & Laudes, deinde Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completorium. Hunc ordinem non cadere sub præcepto, docet communis sententia; ita ut qui recitaret Laudes ante Matutinum, Vesperas, & Completorium ante Primam, non peccaret mortaliter, etiamsi nulla occurreret rationabilis causa; sed tantum venialiter. Quælibet autem congrua ratio, ut eundi in chorum ad recitandas Vesperas non periclitris horis antecedentibus, vacandi studio necessario &c. satis est. Idem dicendum, si quis Matutinum sequentis diei hora XII. recitaret, non perSoluto hodierno. Hæc tamen perturbatio culpam venialem non effugiet (si causa interviendi choro excipiatur, quæ ab omni culpa eximit) numquam vero mortalem inducet. Vasquez tamen *opusc. de benef. c.* IV. §. 1. *dub.* 4. *n.* 66. docet peccare mortaliter eum qui frequenter & ex consuetudine talem ordinem interturbaret. Et profecto negari haud potest quin magnam committeret deformitatem talis habitualis, & consuetudinaria ordinis inversio. Accedit quod ab hac continuata ordinis inversione vix separari potest contemptus virtualis adversus ordinem præscriptum ab Ecclesia: quo contemptu accedente, omnes fatentur peccari letaliter. Quare non admittimus quod docent Salmanticenses *tract.* XVI. *c.* III. *punct.* 2. *n.* 8. hanc ordinis perturbationem *numquam ad mortale pervenire*. Nam si esset habitualis, contemptus virtualis occurreret; atque adeo & letalis culpa. Vix tamen, ac ne vix quidem hæc in praxi occurrunt. Quis enim adeo stupidus, ut si implere præceptum velit, nolit absque omni causa servare ordinem ab Ecclesia præscriptum? Ideo fusius hæc discutienda non sunt. Addo, graviorem esse turbationem factam in eadem hora, ut si in Matutino prius lectionem quam psalmos dixeris. Non tamen mortalis est; immo nulla culpa, si iusta causa adsit. Quare qui mane in manibus diurnum habet, potest psalmos, laudes, hymnos, & horas recitare, dicturus postea lectiones, & responSoria Breviario acquisito; si occupationes honestæ id faciendi occurrant. Quare invitatus ab amico ad dicendam Primam cum reliquis horis indicto Matutino, non peccabit, quia honesta variandi ordinem causa datur; si tamen amicus tali egeat societate. In choro nihilominus hæc perturbatio, nulla interveniente causa, minis esset deformis, & scandalum genere suo ingereret. Et, si frequenter id fieret, non excularem a mortali, ut cum Pellizario, & Suarez plurimi docent.

## §. VIII.

*De tempore quo persolvendæ sunt horæ canonicæ.*

I. IN choro persolvendæ sunt canonicæ horæ statis ab Ecclesia temporibus ut habetur in *Clement.* 1. *de celebr. Miss.*

Et quamquam nihil præscriptum sit de privata recitatione, tamen convenit penes omnes, suis congruis temporibus esse horas canonicas persolvendas. Et opinio contraria Caramuelis in *Regul. S. Benedict. disc.* CXII. *art.* 1. *n.* 1411. nimis laxa est, & omni destituta fundamento. Numquam tamen erit letalis culpa hæc temporis dilatio, sed venialis tantum, ut communis, & certa sententia docet. Causa vero rationabili occurrente, nulla omnino culpa erit.

II. Singulis autem diebus totum officium recitandum est, ut habetur ex cap. *Dolentes*, & ex Bulla S. Pii V. Quare peccare eum mortaliter qui singulis diebus integrum officium non recitat, vel aliquam notabilem partem omittit, omnes docent. Qui hodie non recitat, minime tenetur crastina die duplex officium recitare. Nec, si hodie duplex recitatii officium, cras simplex eris a recitatione officii tali die præscripti: quia officium est pensum diei, nec anticipatione unius diei solvi hoc debitum potest, quemadmodum anticipate solvuntur pecuniæ hominibus debitæ.

III. Quæst. I. *Quamdiu diei hora incipit obligatio recitandi divinum officium?* Resp. Confuetudo iam obtinet recitandi Matutinum cum Laudibus post horam vespertinam pro die sequenti. Tempus vero dicendi Primam, & ceteras horas subsequentis diei incipit a puncto mediæ noctis antecedentis diei, & definit in puncto mediæ noctis diei subsequentis. Pensum siquidem divini officii diurnum est. Dies autem unius diei a media nocte antecedentis, & finem claudit in momento mediæ noctis subsequentis diei iuxta communem Doctorum sententiam.

IV. Quæst. II. *Licitum ne est vespertina hora antecedentis diei persolvere sicut Matutinum, & Laudes, ita & Primam, cæteraque horas diei sequentis?* Resp. Contendunt quidam doctiuniores id licitum esse: quia volunt illi præceptum recitandi officium incipere a vespere huius diei, & terminare in puncto mediæ noctis sequentis: quam opinionem probabilem reputant Leander *tract.* VI. *disp.* XIII. *q.* XXII. Trullenchus, Molfesius, Faber, Ioannes a Cruce, & Salmanticenses illam referunt *tract.* XVI. *c.* III. *punct.* 2. *n.* 13. nec eam impugnant. Fallo pro hac opinione laudatur D. Thomas *quodlib.* V. *art.* 18. ut vidimus supra. Communis ergo, & vera opinio docet, nullo modo satisfacere præcepto eum qui hodie hora vespertina recitaret Primam, reliquasque horas diei crastinæ. Hanc docent inter alios Caietanus verb. *Hora*, Suarez *Lib. IV. c.* XXVII. *n.* 10. Bonacina *disp.* 1. *q.* III. *punct.* 3. Leander *tract.* VIII. *disp.* IV. *q.* XCVII. Martinez de Prado *c.* XXX. §. 5. & alii plures penes citatos.

V. Quæst. III. *Quæ causa requiritur ut licite quis anticipare, vel postponere recitationem precum canonicarum possit?* Resp. Convenit penes Theologos fere omnes, culpam venialem perpetrare eum qui vel minimum anticipat, vel postponit officium divinum; puta, si recitares Primam tempore Completorii; vel contra. Gravius tamen intra lineam venialis culpæ delinquit qui postponit, quam qui anticipat horarum recitationem. Iusta tamen occurrente causa, tum dilatio licita est. Nec gravis causa requiritur, sed levis sufficit. Solitæ causæ sunt concio, publica lectio, maior devotio, studium, periculum supervenientis occupationis, labor manuum, & cetera id genus, Pellizarius *Tom. I. tract. v. cap.* VIII. *sec.* 2. *q.* XXI. *n.* 103. cum P. Sanchez contendit solam maiorem commoditatem sufficere ut quis valeat vel anticipare, vel differre officium divinum. Verum hæc opinio falsa, & laxa, est contra communem Doctorum sensum. Idem enim est dicere, licere ob solam commoditatem pervertere ordinem recitandi, ac licere absque ulla causa hunc ordinem interturbare; quod communiter Theologi improbant.

VI. Quæst. IV. *Qua hora post meridiem diei antecedentis licitum est recitare Matutinum cum Laudibus pro die sequenti?* Resp. Alii dixerunt hora prima, alii secunda licitum esse incipere officii recitationem. Verum, his relictis opinionibus, communis sententia docet, in hieme hora tertia, & æstate hora quarta a meridie præter propter licitum esse consuetudine invecta recitare Matutinum cum Laudibus. Regula certior hæc esto. Cum Sol propius accedit ab occasu quam a meridie, tunc incipit tempus dicendi preces canonicas. Et hoc tempus congruit cum eo quod in tabulis Calendariorum communiter assignatur. Leander *tract.* VIII. *q.* XCIII. contendit probabile esse licere hora secunda post meridiem recitare Matutinum cum Laudibus: pro qua opinione fallo laudat D. Thomam *quodlib.* V. *art.* 28. *ad* 1. ubi Angelicus asserit hæc: *Quantum ad ecclesiasticum officium, & solemnitatem celebrandi incipit dies a vespere: unde si aliquis post dictas Vesperas, & Completorium dicat Matutinas, iam hoc pertinet ad diem sequentem.* Hinc ne inferre dicet secunda hora post meridiem recitari posse matutinum diei sequentis? Si hæc ratiocinatio valeret, si quis circiter, vel ante meridiem persolveret Vesperas, & Completorium, posset pro die crastina Matutinum dicere. Non aliud ergo Angelicus intendit, nisi quod hora consueta persolutis Vesperis, & Completorio, licitum sit matutinas horas dicere. Hora autem consueta recitandi Vesperas, & Completorium non est secunda post meridiem, sed ad minus tertia elapsa. Quod addit ex Thoma Tamburino Leander, nempe licere Maturinum persolvere, cum Sol ad occasum inclinat: ad occasum autem declinat hora secunda: ergo &c. Ad occasum inclinat, subdo ergo, elapso puncto meridiei. Ut primum ab hac puncto recedit, ad occasum gressum dirigit. Licitum ergo erit hora prima post meridiem Matutinum solvere: quod absurdum ex Tamburini doctrina sponte fluit, quodque nec adversarii admittent. Pro hac tamen opinione Leander citat præter Tamburinum, Dianam, Molfesium, Sanchez, Quintanadvenas, Garciam, Machadum, Basilcum, Acacium, Caramuelem, & alios: deinde hæc fatur. *Post tot tamenque Doctores a me citatos, dicerat nunc Prado, meam, & illorum sententiam sine iudicio non esse probabilem:* tract. VIII. diff. IV. q. XCIII. Frequenter Leander ille ansam arripit carpendi Pradum, ratione pugnante. Laxitatibus tota refertet Leandri Theologia. Non modo probabilitate caret opinio illa; sed falsa, & laxa est, & communi, receptaque universali consuetudini contraria.

VII. Nec opinio Salmanticensium, qua asserunt, immediate post mediam horam meridianam posse quemquam recitare officium crastinum, nobis probatur, eo quod sit communi consuetudini adversa. Ratio quam ipsi *loc. cit. n.* 15. adducunt, nulla est. Quia tametsi admittamus quod dies ecclesiasticus incipiat post Vesperas, non inde tamen colligitur quod, si vesperæ anticipentur, dies ecclesiasticus incipiat. Hinc est quod iidem Salmanticenses reprobant opinionem P. Sanchez, Pellizarii, Dianæ, & aliorum, qui asserunt in Quadragesima in qua Vesperæ recitantur hora undecima, seu more nostro, una hora ante meridiem, posse continuo recitari Matutinum crastinum ob rationem addittam ab iisdem Salmanticensibus, quod dies ecclesiasticus incipit post Vesperas: quæ ratio quando, & quo in sensu intelligenda sit, supra explicatum est.

VIII. Quæst. V. *Qui hodiernum officium recitare incipit paullo ante mediam noctem diei sequentis, satisfacit ne præcepto, si prosequatur recitationem post mediam noctem?* Resp. P. Leander a SS. Sacramento *tract.* VI. *de Ordin. disp.* XIII. *q.* XXV. adfirmantem sententiam defendit, & pro eadem allegat Basilium Legionensem, P. Franciscum a S. Iuliano, & Ludovicum a Conceptione, quos sui Ordinis Doctissimos appellat Theologos: & quod plus est *tract.* VIII. *disp.* IV. *qu.* CIX. adversus Martinez de Prado hæc scribit: *Non solum probabiliter, sed probabilissime respondeo adimplere præceptum recitandi officium, si illud paullo ante mediam noctem incipiat, & sine interruptione recitando post illam finiat.* Plures pro hac sua opinione obrudit rationes; quarum potissima est, quod omnes septem horæ canonicæ unica oratione comprehendantur, & unico mandato imperentur. Ergo qui has preces incipit ante punctum mediæ noctis, eas continuare debet, illasque persolvet intra tempus congruum, & præscriptum: quæ consequentia ex eo patet, quod res una & individua tempore congruo, & a lege præscripto incepta, continuari potest, & debet tempore sequenti, ut habetur l. *Lectas ff. Si tamen petatur.*

IX. Hæc opinio laxa est, & falsa contra communem Theologorum sententiam. Siquidem officium divinum, ut sæpius dictum est, pensum diei est. Dies autem a puncto mediæ noctis incipit, & in altero puncto mediæ noctis definit. Quo tempore elapso, præceptum impleri amplius nequit intra tempus præscriptum. Ratio Leandri, & suorum, sophistica parum putumque est, ignaviam, socordiamque, & laxitatem fovens. Quippe ex tali principio Pasqualigus infert, licitum esse nocte præcedente diem cinerum incipere coenam ante punctum mediæ noctis, eamque continuare post mediam noctem ad libitum: quod quam sit absurdum, nemo non videt. Actus enim non tribuitur tempori quo inchoatur, sed tempori quo perficitur leg. *contractus*, cod. *de fidei instrum.*

X. Ex principio satis affini illi quo Leander suam defendit opinionem, Caramuel in sua Theologia Fundamentali *fundam.* XXXI. elicuit propositionem damnatam ab Alexandro VII. quæ est 35. in ordine. *Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino:* cuius propositionis fallitas ex eo patet, quod officium sit onus diei

affixum. Et quemadmodum, si omittis hodie officium, non teneris craſtina die recitare duo officia; ſic nequis unico officio duo præcepta duobus affixa diebus implere. Quæ opponit Caramuel, ſunt mera ſophiſmata. Audi hominem ſubtiliter delirantem. „ Sint „ duo (inquit) horologia æque probabilia, „ quæ diſcrepent per mediam horam: puta, „ dum horologium *A.* pulſat undecimam „ cum dimidio, horologium *B.* pulſet duode„ cimam, ſeu mediam noſtem juxta tranſ„ alpinos. Si quis, recitato Matutino cum „ Laudibus, dum horologium *A.* pulſat un„ decimam cum dimidio, & horologium *B.* „ duodecimam, incipiat recitare ceteras ca„ nonicas preces, ſatisfacit utique præcepto, „ quia eas terminat, ſi ſit lingua expedita, „ ante quam horologium *A.* pulſet duodeci„ mam, & horologium *B.* duodecimam cum „ dimidio. Cujus ratio eſt, quod cum utrum„ que horologium ſupponatur *probabiliter* re„ cte pulſare; probabile quoque eſt quod ſit „ hora undecima cum dimidio, & duodeci„ ma. Quo poſito probabile itidem eſt, poſſe „ tali recitatione utroque præcepto ſatisfieri. “ Hic eſt *Probabiliſmi exitioſi* infectus ſarculus. Duas ne contrarias opiniones coniunctim acceptas tibi amplecti licitum erit? Hactenus Probabiliſmus docuit alterutram; ſecus utraſque propoſitiones oppoſitas poſſe te ex arbitrio eligere; Caramuel vero docet, te poſſe utroque contrariæ probabilitatis emolumento frui eodem tempore; quod eſt manifeſtum paradoxon.

XI. Quæſt. VI. *Qui celebrat Miſſam, non recitato Matutino, peccatne mortaliter?* Reſp. Affirmantem opinionem defendunt Gabriel, D. Antoninus, Ledeſma, Tabiena, Navarrus, Cenedus, Zanardus, qui pro hac opinione recenſet triginta Auctores. Noviſſime hanc ſententiam defendit P. Gabriel Antoine *tract. de vert. Relig. q.* IV. Hæc opinio mihi æquo rigidior apparet, & deſtituta ſolido fundamento. Quare ſententiam negantem probabiliorem judico. Ratio autem videtur evidens. Nam præceptum Miſſæ, & præceptum recitandi officium duo ſunt omnino diſparata, ut peroptime advertit Dominicus Soto *Lib. X. de juſt. quæſt.* v. *art.* 4. Nemo Theologorum docet peccatum eſſet mortale recitare matutinum officium hora meridiana, aut vel pertina. Cur ergo peccatum erit letale, ſi Miſſa prius celebretur? Præcepta igitur ſunt diſtincta, officia omnino diveria, quæ nullam habent connexionem. Nulla ergo occurrit ratio cur gravis culpæ eum damnemus qui, neglecto uno, aliud exequitur. Accedit quod maior (ut poſt Sotum advertit etiam Paulus Comitolus *Reſp. Mor. q.* I. *n.* 3.) & certior eſt ordo inter horas canonicas, quam inter ipſas & Miſſam; cum hæc duo ſint omnino diverſa, nec unum ab altero pendeat. Poteſt quiſque, Miſſa indicta, horas canonicas perſolvere, ut patet. Sed ordo Canonicarum precum pervertitur, & confunditur abſque violatione præcepti, & abſque letali culpa. Ergo multo magis turbari poteſt ordo qui eſt inter horas & Miſſam, qui ordo nullo præcepto iubetur.

XII. Contrariæ opinionis argumenta nulla ſunt. Conſuetudo quippe quam opponunt, non obligat ſub gravi culpa. Quod autem in Rubricarum libello cavendum dicitur, ne ante Matutini recitationem celebretur Miſſa, non propterea ſequitur culpam perpetrare letalem eum qui talem ordinem violat: quia licet omnes Rubricæ coniunctim acceptæ, quæque formam ſubſtantialem ritus conſtituunt, obligent ſub gravi; non tamen quælibet diviſim accepta. Numquid aliæ Rubricæ quæ vel in Breviario, vel in Miſſali habentur, totidem ſunt præcepta quæ ſub letali culpa obligent? Væ recitantibus officium, & celebrantibus Miſſam, ſi omnes Rubricæ eſſent de præcepto graviter obligante. Hæc eſt hodiedum communis, & vera ſententia. Pervertere tamen ordinem, & ritum Rubricarum culpa veniali non caret. Quoniam ritus in Rubricis præſcriptus ſub gravi præcepto ablolute imponitur, collective ſpectatus. Tranſgreſſio autem deliberata huius aut illius Rubricæ ob parvitatem materiæ peccatum veniale tantum eſt. Et hæc eſt ratio cur peccare venialiter eos dicimus, qui, indicto officio divino, Miſſam celebrant. Quid de illis dicendum qui in pravo habitu perſiſterent celebrandi quotidie Miſſam ante matutinas laudes? Peccarent ne illi letaliter ob quotidianum culpabilem acceſſum ad incruentum ſacrificium? Peccati gravitatem ignoro; ſed in malo veſari ſtatu illos aſſero. Gravior difficultas eſt de Miſſa chorali, ſeu conventuali. Si ſcandalum abſit, neque in tali ordinis perturbatione culpam mortalem agnoſco, eo quod Rubrica quæ hunc ordinem præcipiat, non contineat præceptum. Porro præcepta multiplicanda haud ſunt abſque gravi ratione. Nulla autem valida ratio urget, ut dicamus, hanc Rubricam præ aliis vim habere præcepti. Quin, ſi res ablolute ſpectetur, nempe diverſitas officii, & Miſſæ, quæ mutuo valde diſtant, colligitur, minoris obligationis eſſe præ



præ ceteris Rubricam iſtam, quæ mere ceremonialis eſt. Verum, quia vix ſcandalum abeſſe poteſt, ſi Miſſa ſolemnis præcedat Matutinum; ideo vix excuſarem eos a gravi culpa qui Miſſam choralem, & ſolemnem celebrarent ante Matutinum, quod pariter in choro recitandum vi præcepti ſit.

## §. IX.

### *De loco, & modo quo recitanda ſunt canonicæ preces.*

I. PRivatæ recitationis nullus locus deſtinatus eſt; ſed ubique divinæ laudes recitari poſſunt, dicente Pſalmiſta: *In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.* Quare ſi rationabilis cauſſa adſit, neque culpa veniali eos inquinari exiſtimo qui in locis immundis Deo laudes perſolvunt. Radii ſolares non inficiuntur locorum immunditie: quanto minus inquinabuntur divinæ laudes externa locorum fœditate, ſi e corde nitido, & fervido proficiſcantur? Qui vero in locis diſtractionibus, & mentis evagationibus obnoxiis preces canonicas abſolveret, venialiter ſaltem peccaret abſolute, & generatim loquendo. Quare qui recitaret officium inter clamores forenſes, aut platearum ſtrepitus, & profanorum negotiorum tumultus, non evitaret venialem culpam. Verum quidem habet, interdum clamores iſtos occaſionem eſſe ut orans fortius animum intendat, mentemque vigilantius applicet ad Deum. Præſcius ſiquidem quod eiuſmodi tumultus mentem alio avocent, munit ſeipſum, & experreſior factus, attentius ſolito preces perſolvit. Ita me expertum quandoque fateor, iuſſa tamen impelliente cauſſa. Verum nec aliis id conſulo, nec ipſe hoc iterum experiter, niſi gravi urgente neceſſitate: quia temeritate ſaltem non vacat tali ſe diſtractionum periculo exponere.

II. Qui in lecto decumbens horas recitaret canonicas, impleret præceptum, nec venialiter peccaret, ſi adeſſet rationabilis cauſſa; quemadmodum nec illi qui aut ſtando, aut ſedendo, aut deambulando recitant, aliquam perpetrant culpam.

III. Publicæ vero recitationi chorus, ſeu Eccleſia deſtinata eſt, ut habetur in Clement. *Gravi de celebr. Miſſ.* Sacriſtia Eccleſiæ iuncta communiter reputatur locus opportunus recitandi preces canonicas, ut ſupra indicatum eſt. Si vero per aliquos parietes ab Eccleſia diſtet, & nullam cum eadem communicationem habeat, non eſt locus aptus, in quo impleri præceptum poſſit, neceſſitate premente ſublata.

## CAPUT X.

### *De cauſſis excuſantibus a recitatione precum canonicarum.*

PLures occurrere cauſſæ ſolent quæ a recitatione divini officii excuſant, ut impotentia, infirmitas, repentina occupatio, idque genus ſimilia. De his omnibus ſequentibus paragraphis ſermo erit. Quæ excogitarunt docti recentiores, ſub examen inducam, & brevius, quoad fieri poterit, omnia expediam. Laxitates quippe non paucas invexerunt, eis ſimillimas quas pro eximendis Chriſtianis a ieiuniis, feſtiſque ſervandis commenti ſunt.

## §. I.

### *De impotentia.*

I. NOn eſt in diſputationem vocandum, utrum impotentia excuſet a recitatione officii, & a quocumque opere præcepto: quia impoſſibilium non eſt lex, nec obligatio. Hæc impotentia aliquando conſurgit ex naturali oblivione, ex ignorantia, vel inadvertentia invincibili. Qui tamen experitur ſe oblivioni ſubiectum eſſe, quoties conſueta hora non recitat, adhibere remedia debet ad memoriam excitandam, ut ſignum aliquod ſibi imponere, vel recitationem conſuetam prævenire. Quod ſi etiam ſigni impoſiti inadvertentia, aut oblivio contingeret, culpæ, ſaltem gravi, non eſſet adcribendum, niſi negligentia craſſa deprehenderetur.

II. Qui voce proferre horarum verba nequit, ad mentalem recitationem non aſtringitur. Qui ſuſtinent Regulares vi privilegiorum poſſe mentali recitatione præceptum implere, conſequenter defendere coguntur eos teneri ad perſolvendum officium, ſi lingua impediti, mente illud percurrere valeant. Addo, eum qui legitima impotentia, ſeu quacumque iuſta cauſſa excuſatur a reddendo officii penſo, non obligari ad alias preces ſubſtituendas. Quare qui dicere officium nequit, andire tamen poteſt, auditioni non ſubiicitur: quia præceptum de dicendo eſt, non de audiendo. Si audiet, optime faciet: a præcepto non cogitur.

III. Quæſt. I. *Qui ſolus nequit, cum ſocio vero*

affixum. Et quemadmodum, si omittis hodie officium, non teneris craſtina die recitare duo officia; ſic nequis unico officio duo præcepta duobus affixa diebus implere. Quæ opponit Caramuel, ſunt mera ſophiſmata. Audi hominem ſubtiliter delirantem. „ Sint „ duo (inquit) horologia æque probabilia, „ quæ diſcrepent per mediam horam: puta, „ dum horologium *A.* pulſat undecimam „ cum dimidio, horologium *B.* pulſet duode„ cimam, ſeu mediam noſtem juxta tranſ„ alpinos. Si quis, recitato Matutino cum „ Laudibus, dum horologium *A.* pulſat un„ decimam cum dimidio, & horologium *B.* „ duodecimam, incipiat recitare ceteras ca„ nonicas preces, ſatisfacit utique præcepto, „ quia eas terminat, ſi ſit lingua expedita, „ ante quam horologium *A.* pulſet duodeci„ mam, & horologium *B.* duodecimam cum „ dimidio. Cujus ratio eſt, quod cum utrum„ que horologium ſupponatur *probabiliter* re„ cte pulſare; probabile quoque eſt quod ſit „ hora undecima cum dimidio, & duodeci„ ma. Quo poſito probabile itidem eſt, poſſe „ tali recitatione utroque præcepto ſatisfieri. “ Hic eſt *Probabiliſmi exitioſi* infectus ſarculus. Duas ne contrarias opiniones coniunctim acceptas tibi amplecti licitum erit? Hactenus Probabiliſmus docuit alterutram; ſecus utraſque propoſitiones oppoſitas poſſe te ex arbitrio eligere; Caramuel vero docet, te poſſe utroque contrariæ probabilitatis emolumento frui eodem tempore; quod eſt manifeſtum paradoxon.

XI. Quæſt. VI. *Qui celebrat Miſſam, non recitato Matutino, peccatne mortaliter?* Reſp. Affirmantem opinionem defendunt Gabriel, D. Antoninus, Ledeſma, Tabiena, Navarrus, Cenedus, Zanardus, qui pro hac opinione recenſet triginta Auctores. Noviſſime hanc ſententiam defendit P. Gabriel Antoine *tract. de vert. Relig. q.* IV. Hæc opinio mihi æquo rigidior apparet, & deſtituta ſolido fundamento. Quare ſententiam negantem probabiliorem judico. Ratio autem videtur evidens. Nam præceptum Miſſæ, & præceptum recitandi officium duo ſunt omnino diſparata, ut peroptime advertit Dominicus Soto *Lib. X. de juſt. quæſt.* v. *art.* 4. Nemo Theologorum docet peccatum eſſet mortale recitare matutinum officium hora meridiana, aut vel pertina. Cur ergo peccatum erit letale, ſi Miſſa prius celebretur? Præcepta igitur ſunt diſtincta, officia omnino diveria, quæ nullam habent connexionem. Nulla ergo occurrit ratio cur gravis culpæ eum damnemus qui, neglecto uno, aliud exequitur. Accedit quod maior (ut poſt Sotum advertit etiam Paulus Comitolus *Reſp. Mor. q.* I. *n.* 3.) & certior eſt ordo inter horas canonicas, quam inter ipſas & Miſſam; cum hæc duo ſint omnino diverſa, nec unum ab altero pendeat. Poteſt quiſque, Miſſa indicta, horas canonicas perſolvere, ut patet. Sed ordo Canonicarum precum pervertitur, & confunditur abſque violatione præcepti, & abſque letali culpa. Ergo multo magis turbari poteſt ordo qui eſt inter horas & Miſſam, qui ordo nullo præcepto iubetur.

XII. Contrariæ opinionis argumenta nulla ſunt. Conſuetudo quippe quam opponunt, non obligat ſub gravi culpa. Quod autem in Rubricarum libello cavendum dicitur, ne ante Matutini recitationem celebretur Miſſa, non propterea ſequitur culpam perpetrare letalem eum qui talem ordinem violat: quia licet omnes Rubricæ coniunctim acceptæ, quæque formam ſubſtantialem ritus conſtituunt, obligent ſub gravi; non tamen quælibet diviſim accepta. Numquid aliæ Rubricæ quæ vel in Breviario, vel in Miſſali habentur, totidem ſunt præcepta quæ ſub letali culpa obligent? Væ recitantibus officium, & celebrantibus Miſſam, ſi omnes Rubricæ eſſent de præcepto graviter obligante. Hæc eſt hodiedum communis, & vera ſententia. Pervertere tamen ordinem, & ritum Rubricarum culpa veniali non caret. Quoniam ritus in Rubricis præſcriptus ſub gravi præcepto ablolute imponitur, collective ſpectatus. Tranſgreſſio autem deliberata huius aut illius Rubricæ ob parvitatem materiæ peccatum veniale tantum eſt. Et hæc eſt ratio cur peccare venialiter eos dicimus, qui, indicto officio divino, Miſſam celebrant. Quid de illis dicendum qui in pravo habitu perſiſterent celebrandi quotidie Miſſam ante matutinas laudes? Peccarent ne illi letaliter ob quotidianum culpabilem acceſſum ad incruentum ſacrificium? Peccati gravitatem ignoro; ſed in malo veſari ſtatu illos aſſero. Gravior difficultas eſt de Miſſa chorali, ſeu conventuali. Si ſcandalum abſit, neque in tali ordinis perturbatione culpam mortalem agnoſco, eo quod Rubrica quæ hunc ordinem præcipiat, non contineat præceptum. Porro præcepta multiplicanda haud ſunt abſque gravi ratione. Nulla autem valida ratio urget, ut dicamus, hanc Rubricam præ aliis vim habere præcepti. Quin, ſi res ablolute ſpectetur, nempe diverſitas officii, & Miſſæ, quæ mutuo valde diſtant, colligitur, minoris obligationis eſſe præ



præ ceteris Rubricam iſtam, quæ mere ceremonialis eſt. Verum, quia vix ſcandalum abeſſe poteſt, ſi Miſſa ſolemnis præcedat Matutinum; ideo vix excuſarem eos a gravi culpa qui Miſſam choralem, & ſolemnem celebrarent ante Matutinum, quod pariter in choro recitandum vi præcepti ſit.

## §. IX.

### *De loco, & modo quo recitanda ſunt canonicæ preces.*

I. PRivatæ recitationis nullus locus deſtinatus eſt; ſed ubique divinæ laudes recitari poſſunt, dicente Pſalmiſta: *In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.* Quare ſi rationabilis cauſſa adſit, neque culpa veniali eos inquinari exiſtimo qui in locis immundis Deo laudes perſolvunt. Radii ſolares non inficiuntur locorum immunditie: quanto minus inquinabuntur divinæ laudes externa locorum fœditate, ſi e corde nitido, & fervido proficiſcantur? Qui vero in locis diſtractionibus, & mentis evagationibus obnoxiis preces canonicas abſolveret, venialiter ſaltem peccaret abſolute, & generatim loquendo. Quare qui recitaret officium inter clamores forenſes, aut platearum ſtrepitus, & profanorum negotiorum tumultus, non evitaret venialem culpam. Verum quidem habet, interdum clamores iſtos occaſionem eſſe ut orans fortius animum intendat, mentemque vigilantius applicet ad Deum. Præſcius ſiquidem quod eiuſmodi tumultus mentem alio avocent, munit ſeipſum, & experreſior factus, attentius ſolito preces perſolvit. Ita me expertum quandoque fateor, iuſſa tamen impelliente cauſſa. Verum nec aliis id conſulo, nec ipſe hoc iterum experiter, niſi gravi urgente neceſſitate: quia temeritate ſaltem non vacat tali ſe diſtractionum periculo exponere.

II. Qui in lecto decumbens horas recitaret canonicas, impleret præceptum, nec venialiter peccaret, ſi adeſſet rationabilis cauſſa; quemadmodum nec illi qui aut ſtando, aut ſedendo, aut deambulando recitant, aliquam perpetrant culpam.

III. Publicæ vero recitationi chorus, ſeu Eccleſia deſtinata eſt, ut habetur in Clement. *Gravi de celebr. Miſſ.* Sacriſtia Eccleſiæ iuncta communiter reputatur locus opportunus recitandi preces canonicas, ut ſupra indicatum eſt. Si vero per aliquos parietes ab Eccleſia diſtet, & nullam cum eadem communicationem habeat, non eſt locus aptus, in quo impleri præceptum poſſit, neceſſitate premente ſublata.

## CAPUT X.

### *De cauſſis excuſantibus a recitatione precum canonicarum.*

PLures occurrere cauſſæ ſolent quæ a recitatione divini officii excuſant, ut impotentia, infirmitas, repentina occupatio, idque genus ſimilia. De his omnibus ſequentibus paragraphis ſermo erit. Quæ excogitarunt docti recentiores, ſub examen inducam, & brevius, quoad fieri poterit, omnia expediam. Laxitates quippe non paucas invexerunt, eis ſimillimas quas pro eximendis Chriſtianis a ieiuniis, feſtiſque ſervandis commenti ſunt.

## §. I.

### *De impotentia.*

I. NOn eſt in diſputationem vocandum, utrum impotentia excuſet a recitatione officii, & a quocumque opere præcepto: quia impoſſibilium non eſt lex, nec obligatio. Hæc impotentia aliquando conſurgit ex naturali oblivione, ex ignorantia, vel inadvertentia invincibili. Qui tamen experitur ſe oblivioni ſubiectum eſſe, quoties conſueta hora non recitat, adhibere remedia debet ad memoriam excitandam, ut ſignum aliquod ſibi imponere, vel recitationem conſuetam prævenire. Quod ſi etiam ſigni impoſiti inadvertentia, aut oblivio contingeret, culpæ, ſaltem gravi, non eſſet adcribendum, niſi negligentia craſſa deprehenderetur.

II. Qui voce proferre horarum verba nequit, ad mentalem recitationem non aſtringitur. Qui ſuſtinent Regulares vi privilegiorum poſſe mentali recitatione præceptum implere, conſequenter defendere coguntur eos teneri ad perſolvendum officium, ſi lingua impediti, mente illud percurrere valeant. Addo, eum qui legitima impotentia, ſeu quacumque iuſta cauſſa excuſatur a reddendo officii penſo, non obligari ad alias preces ſubſtituendas. Quare qui dicere officium nequit, andire tamen poteſt, auditioni non ſubiicitur: quia præceptum de dicendo eſt, non de audiendo. Si audiet, optime faciet: a præcepto non cogitur.

III. Quæſt. I. *Qui ſolus nequit, cum ſocio vero*

vero *possit officium persolvere, tenetur ne socium adhibere, si commode eo uti potest?* Resp. Viatres reperiri possunt qui soli nequeant, cum socius vero queant recitare officium, puta cæci, valetudinarii, oculis caligantes, similesque. Quæstio autem excitatur, dum socius commode haberi possit. Nam, si opus esset soluto pretio socium acquirere, verisimilius est cum tanto onere neminem obligari. Illud ergo in disputationem vocatur, liceat ne, an secus, præceptum adhibendi socium, quoties eodem commode uti cæcus, vel oculis caligans potest. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* 3. *punct.* 6. §. 2. *num.* 45. *pag.* 180. citant Filliucium, Trullenchum, Garciam, Laymanum, Villalobum, Lessium, & Bonacinam. Aliqui contendunt falso citari Filliucium & Laymanum, penes quos fides sit. Præfati Auctores distinctione utuntur. Si oculis caligans, vel cæcus effectus solitus erat socium adhibere in recitandis horis, antequam impedimentum contraheret, tenetur socium adhibere, ut pensum solvat; secus vero qui talem non habebat consuetudinem. Hæc distinctio inanis est, & rationis vacua. Consuetudo enim adhibendi socium, nullum novum inducit ius, vel obligationem. Sive ergo solitus fuerit socio uti, sive secus, ad rem præsentem quod attinet, perinde est. Quare, si non tenetur adhibere socium qui absque socio recitabat, nec astringitur qui socio antea utebatur. Quibus positis, duplex occurrit sententia.

IV. Prima negans est, eo quod recitatio cum socio privilegium est, & favor, cui quisque renuntiare valet. leg. *Si iudex* 45. ff. *de minor.* leg. *Si quis* 39. cap. *de Episcopis.* Hanc defendunt Leander de SS. Sacramento *tract.* VIII. *disp.* V. *quæst.* VIII. Ioannes Sanchez *in select. disp. XV. num.* 2. Martinus a S. Ioseph *Tom. I. Lib. I. tract.* XI. *de orat. num.* 4. Diana, Vercelli, Acacius. Citari etiam solent Navarrus, Toletus, & Sylvester; sed falso, ut fatetur etiam ipse Leander laxarum opinionum explicator.

V. Sententia affirmans vera est: quia præceptum Ecclesiæ eo meliori modo quo potest, adimplendum est, & ordinaria media sunt executioni mandanda, ut servetur. Qui vero mediis obviis adhibitis implere præcepta valent, haud dicuntur impotentes ad illa implenda. Ergo qui socium obvium habet, illoque absque incommodo frui valet, absolute impotens non est ad persolvendum officium reputandus. Neque iure cuiusquam privilegii, ut adversarii communiscuntur, immo fabulantur, sed iuris communis rigore officium cum socio erit recitandum. Hanc nostram sententiam defendunt Navarrus *in Sap. cap.* XXV. *num.* 100. Palatius *in IV. disp.* XV. *disp.* IX. Sanchez *Lib. VII. Consil. cap.* XII. *dub.* 48. Valentia *Tom. III. disp.* VI. *quæst.* II. *punct.* 10. §. 7. Azorius *Lib. X. cap.* XIII. *quæst.* III. & VI. Ledesma *tract.* IX. *cap.* IV. Bonacina *disp.* I. *quæst.* VI. *punct.* 2. Suarez *Lib. IV. cap.* XXVIII. Laymanus *Lib. V. tract.* I. *cap.* VI. *num.* 2. Lessius *disp. II. cap.* XXXVII. *dub.* 9. *num.* 54. Castropalaus *tract.* II. *Lib.* II. *punct.* 6. Reginaldus *Tom. II. Lib. XVIII. cap.* XIII. *num.* 283. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* III. *punct.* 6. §. 2. *num.* 44. & alii penes ipsos.

VI. Quæst. II. *Tenetur ne cæcus memoriæ officium mandare, ut illud memoriter recitare queat?* Resp. Affirmare videntur Navarrus, Paludanus, Trullenchus, & alii pauci. Verum communior, & probabilior sententia docet non teneri ad hunc laborem, quia præcepta Ecclesiæ non obligant ad extraordinariam, atque perdifficilem diligentiam adhibendam. Quid quod memoria non omnibus adest? Quid quod si hodie memoria fideliter omnia suggerit, cras plurima abscondit? Nihil memoria infidelius, nihil labilius. Non est ergo unde colligere possimus quod lex obliget cæcos, aut inter infideles existentes, & Breviario destitutos, ad memoriæ commendandum officium quod legere nequeant.

VII. Si vero officium memoria teneant, tunc ad illud recitandum cæci, & alii Breviario carentes tenentur: quia illi commode implere præceptum valent: ergo ad id tenentur. Quot oculorum luce fruentes memoriter recitant? Nec enim lectio, sed precum pronuntiatio necessaria est. Quare usquedum memoria viget, præceptum urget. Pellizarius *Tom. I. tract. V. cap.* VIII. *sect.* II. *quæst.* XXVII. cum Sancio *in selectis disp.* III. & cum suo Sanchez *Lib. VII. Consil. cap.* II. *dub.* 46. oppositum docet ut probabile. At opinionem hanc non probabilem, sed laxam, & falsam reputamus.

VIII. Si cæcus nesciat recitare officium huius diei proprium, puta feriæ, vel alicuius Sancti particularis, memoria vero teneat officium divinum de communi, hoc recitare astringitur. Ratio manifesta est: siquidem quando duo occurrunt mandata, si ambo observare nequeas, possis vero unum, hoc implere debes. Porro præceptum recitandi leptem horas canonicas potissimum est, & ipsius divini officii substantiam spectat; præceptum vero



vero quod præscribit ritum, seu formam qua hoc officium persolvere debes, distinctum, & secundarium est. Ergo, si hoc tibi observatu impossibile est, alterum, quod potes, debes implere. Quid agendum, si cæcus memoriter sciat dumtaxat maiorem huius diei officii partem; integrum vero in memoria habet officium divinum de communi? Censerem consultius esse integrum officium de communi, quam solam partem, licet maiorem, officii diei proprii recitare.

IX. Cæcus qui præbendam habet, tenetur ne choro assistere? Pegant non pauci cum Diana. Verum P. Suarez *Lib. IV. cap.* XXVIII. *num.* 15. affert declarationem Cardinal. Congreg. Concilii Trident. *ad sess.* XXIV. *cap.* XII. his verbis. „ *Cæcus non excusatur a* „ *recitatione sacrarum horarum, si beneficium* „ *obtineat, licet in aliis sit privilegiatus.* Quæ „ verba (inquit Suarez) magis intelliguntur „ de recitatione in choro quam de recitatione „ privata. Nam Præbendatus cæcus, si aliud „ impedimentum non habet, non est cur exculetur a residentia, seu assistentia in choro: „ quia ad illud tenetur ex vi sui beneficii, & „ illam potest facile exhibere: cur ergo excusabitur? Unde etiam fit ut teneatur ibi „ recitare, prout potuerit, quia beneficium „ obligat illum ad recitandum. Satisfaciet autem huiusmodi cæcus attendendo ad ea „ quæ alii dicunt, & dicendo cum suo choro, „ si potuerit. Quod si fortasse non potuerit, „ quia vel memoriam non habet, vel alios „ cantentes in choro non intelligit, neque eos „ sequi potest; non tenetur iterum postea privatim recitare, sed proferendo versus psalmorum quos potuerit, satisfaciet, quia per „ illum non stat, sed faciet quod in ipso est, „ neque sunt tot onera illi imponenda. " Hactenus perdoctus Suarez. Hoc idem prius docuerat Navarrus *de orat. cap.* XIX. *n.* 81. Filliucius, Maeignus, Sanchez, Trullenchus, quos citat, & sequitur Leander *disput.* V. *quæst.* XIV.

X. Surdus recitare canonicas preces tenetur. Si una cæcus fuerit, recitare astringitur, quoties memoriter sciat canonicas preces eo quo diximus modo.

XI. Qui Breviario citra culpam caret, excusatur a recitatione: quia ad impossibile nemo tenetur. Si horas memoria teneat, eas recitare debet. Qui domo discedit, de Breviario nihil cogitans, quin credens alibi, quo pergit, se reperturum, non peccat non reciando, nisi memoriter pensum solvere valeat. Patet ex dictis quod præcepta non obligent ultra vires. Supponimus enim hunc oblitum esse Breviarii sine ulla crassa negligentia; ita ut nec sit peccatum in se, nec in causa. Hæc est communis sententia excusans omnes a recitatione, dum Breviario reipsa carent. Qui autem propria culpa carerent Breviario, aut illi qui proiecissent illud in mare, vel se eo privassent, ut impotentes fierent ad recitandum, non solum graviter peccarunt ea actione qua se Breviario spoliarunt; sed peccant etiam, quamdiu persistunt in prava illa deliberatione non recitandi. Continuo vero ac voluntatem mutant, ipsoque pœniteat prioris actionis, desinunt peccare, & excusantur a recitatione, eo quod sint impotentes ad eamdem. Tenentur nihilominus diligentiam omnem adhibere, ut sibi Breviarium comparent.

XII. Qui beneficium obtinuit antequam officium recitare sciret, peccavit obtinendo, eo quod ineptus erat ad illud. Excusatur vero a persolvendis horis canonicis ob rationem impotentiæ. Tenetur tamen sedulo incumbere, ut addiscat: &, si in hoc negligens fuerit, pro gradu maiori, vel minori negligentiæ peccabit. Opinio communis.

## §. II.

### *De infirmitate.*

I. GRavis infirmitas omnium consensu excusat ab officio persolvendo: quia infirmitas gravis impotentem reddit hominem ad tale subeundum onus. Levis vero infirmitas minime excusat a recitatione ob contrariam rationem, quod nempe Clericus levi morbo laborans aptus sit ad recitandum.

II. Quæst. I. *Excusatur ne ab officio qui tertiana febri laborat?* Resp. Antequam quæstionem respondeo, præmittendum in antecessum est, legem evangelicam, legem esse caritatis, quæ benigna est, & patiens. Præceptæ Ecclesiæ sunt veluti vitæ quædam hanc caritatem disponunt, & instrumenta quæ eam fovent. Porro nec lex evangelica, nec lex ecclesiastica obligant cum propriæ sanitatis notabili detrimento. Dum ergo ægrotus decumbit, quamvis non sit evidens quod notabile damnum subiturus ex recitatione officii sit, nihilominus quia in statu afflictionis est, benignius cum eo agendum erit. Ad propositam quæstionem Navarrus *de orat. c.* XI. *n.* 3. Azorius *Lib. X. cap.* XIII. *num.* 1. Bonacina *disp.* I. *quæst.* VI. *punct.* 1. *num.* 2. Trullenchus *Lib.* I. *c.* XXVII. & alii negant absolute excusari laborantem febri tertiana ab officio

per-

persolvendo. Ut quid probabilius, ideft laxius, adfirmat Leander *disp. v. q.* XXIII. Ego vero dico, non posse regulam generalem, & fixam definiri. Quia interdum hæc ipsa febris ita extenuat vires, corpus imbecille ita languidum reddit caput, ut absque notabili incommodo solvi officii pensum nequeat. Sæpe vero ita levis est, ut nullo gravi incommodo afficiat ægrotum. Quid ergo agendum? Prudentis viri judicio hæc, & similia relinquenda sunt.

III. Quid dicendum de eo qui febri quartana laborat? Potiori iure negant citati Doctores hunc exemptum ab officio esse. Leander *loc. c. q.* XXIV. probabilius reputat eo die quo ægrotus vexatur febri, immunem ab officii obligatione illum esse. Probabile vero reputat, liberum eumdem quoque esse duobus illis diebus quibus febri non laborat: quia, inquit, etiam his duobus diebus, si quartana gravis est, defatigatus, & languidus ægrotus reperitur: quam opinionem confirmat altera sua opinione, qua defendit, laborantes solutos a lege jejunii esse, non modo illis diebus quibus defatigantur, verum etiam illis diebus intermediis quibus otio diffluunt: tum ut afflictas vires reparent, tum ut ad futuros labores subeundos robustiores evadant.

IV. Utraque opinio laxa est, & falsa. Hæc secunda de jejunio quam sit a lege absona, alibi ostendetur. Hæc vero de officio seipsa corruit. Experientia liquidem comperta est, febrem quartanam non ita afflictare corpus, ut diebus intermediis inepcum reddat hominem ad ipsum officium persolvendum. Quare febris quartana ablolute non eximit ab officio diebus intermediis in quibus Clericus liber est. Utrum vero eo die quo febri afficitur, liber sit, prudentum judicio relinquendum. Si enim febris per solam diei medietatem corpus torqueat, facile sero diei præcedentis febrim persolvi Matutinum potest; & illa diei parte qua febris cessat, celebrari cetera horæ poterunt.

V. Qui pluribus diebus continuam, aut tertianam, sive simplicem, sive duplicem, febrim passus est, eximitur congruo intervallo ab officii onere, donec imbecillitatem, afflictaque vires recuperet. Dierum, sive temporis spatium definiri nequit; sed prudentis, pluque viri arbitrio relinquendum.

VI. Dolor capitis, aut stomachi contingens, qui nec continenter, nec graviter lædit, haudquaquam solvit ab officii lege. Sed, ut dixi, regula certa, & generalis pro similibus eventibus definiri nequit; ac juxta circumstantiarum varietatem, quid in praxi expediat, vir prudens persolvat. Viri bene morati ipsi sibi regula sunt.

VII. Quæst. II. *Qui tali febri, vel oculorum infirmitate vexatur, ut valeat, & soleat reapse notabilem diei partem in fabularum, historiarumque lectione, aut in amicorum confabulationibus insumere, liber ne ab officio recitando est?* Resp. Non solum probabile, sed probabilius de more defendit Leander *loc. cit. disp. v. q.* XXVIII. hunc ægrotum ab officio immunem esse, eo quod lectio fabularum, & historiarum, atque cum amicis dulces confabulationes recreant animum; horarum vero recitatio eumdem gravat, opprimitque, mœrorem, tristitiamque parit. Audistin? Deum alloqui, illi laudes pangere, mœrore, tristitiaque animum perfundit; hominum vero fabulationes spiritum exhilarant, lætitiam, gaudiumque producunt. Pro hac sua opinione citat Dianam, Escobarum, Vercellum, Pellizarium, Sancium, & Tamburinum, qui *Lib. II. in Decal. c.* v. §. 8. *n.* 13. & 14. hæc scribit. „ Hinc ex Pellizario „ quartana laborans, quando expectat ve„ spertinam febris accessionem, quamvis, si „ mane bene se habeat, debeat horas ma„ tutino tempori respondentes persolvere, nec „ obligetur mane ex probabili sententia Ve„ sperax, & Completorium recitare præve„ niendo tempus; nihilominus si mane im„ becillis existat, timeatque sibi recitationem „ nocituram, a toto officio absolute, ut ex „ dictis patet, excusabitur. Hinc luscus, & „ quicumque ex oculis laborat, si timet vi„ cendi vim ex legendo paullatim deperde„ re, horas canonicas ne legat. Quid si hic „ luscus, vel ille valetudinarius legat volun„ tarie fabulas, vel historias, omittat autem „ officium, peccabit ne? Resp. non peccatu„ rum contra obligationem recitandi offici„ um: ita utergue Sanchez apud Pellizario„ rium: quia ab illo iam excusatur. " Qua ratione, amabo te, excusatur a recitatione officii, si fabulas legere, & historias valet? Quia illud tristitiam, subdit Leander, fabulæ vero iucunditatem pariunt. Hæ sunt blandæ Probabilismi regulæ. Hæ sunt sententiæ quas *viri probi, pii, doctique* in evangelicam invexerunt Theologiam.

VIII. Qui a chori frequentia excusatur, non propterea liber est a privata recitatione: quia infirmitas, quæ sufficit ad impediendum chori frequentiam, puta pedum debilitas, podagra, & similes morbi, minime officiunt privatæ recitationi.

IX. Quæst,



IX. Quæst. III. *Qui dubitat, utrum teneatur recitare, liber ne est a recitatione?* Resp. In dubiis illis medicus consulendus, & a superiore petenda dispensatio, quæ potissimum locum habet in similibus dubitationibus. Quid, si medici ipsi dubitant, allatura ne sit nocumentum officii solutio? Vel adeundus superior pro dispensatione, vel deponendum dubium. Quia, quamdiu dubium perseverat, securior pars eligenda est: eo vel maxime quod hoc in casu præceptum recitandi est in possessione, a qua deiici nequit ob solam dubitationem, ut fatetur vel ipse Leander. Addiderim, quod communiter loquendo, dum medici dubitant, argumento est te aptum esse ad recitationem. Ceterum, ut iam dixi, ad omnes perplexitates, angustiasque tollendas, superioris dispensatio obtinenda est.

## §. III.
### *De occupatione.*

I. OCcurrere interdum occupationem posse quæ ab officio excuset, certum est. Ut autem ab illius præcepti observatione eximat, oportet ut sit gravis, honesta, & quæ differri nequeat absque gravi vel scandalo, vel damno spirituali proprio, aut proximi. Ne multa: aliud maius præceptum urgere debet, ut prius recitandi officii præceptum cesset. Sententia communis.

II. Quæst. I. *Excusantur ne a recitatione qui habituri sunt publicam lectionem ad cathedram, aut lauream acquirendam?* Resp. Adfirmat Leander, & pro hac sua opinione laudat Navarrum, Sanchez, Pellizarium, Trullenchum, Tamburinum, Bonacinam, Filliucium, Sancium, Raphaelem de la Torre, Suarez, & alios. Ad Suarez quod attinet *Lib. V. c.* XXVIII. *n.* 35. magna cautione de more loquitur. Dicit enim, quod si occupatio esset totius diei, nec posset differri sine aut proprio, aut proximi damno, tunc excusatio locum haberet; secus vero, si aliqua diei pars libera esset, posseque prævenire, aut postponi recitatio. Quod aliquando id contingere possit, non nego: ceterum perraro accidit, ut talis occupatio occurrat quæ prorsus excuset. Quid quod in gravioribus functionibus peragendis urget præceptum divinum orationis ad implorandum peculiare auxilium, quo potissimum tunc indigemus? Nec puto verum quod Leander *disp. v. q.* XXXV. addit, disputaturam per integrum diem exemptum ab officio esse: quia inquit, plurimum sua interest se doctum prabere. Vetum, cum die præcedenti Matutinum cum Laudibus recitare valeat, intelligi vix potest quod medietas horæ non supersit, qua minores illius diei horas recitare possit. Aio ergo, communiter ob eiusmodi functiones neminem excusari ab officii recitatione. Accidere aliquando casum exemptionis posse, iterum concedo; sed quam rarissime hoc accidit. Cum vero contingat, dispensatio, aut commutatio in paucas preces petenda a superiore est.

III. Quæst. II. *Concionatores quotidiani tempore Quadragesimæ excusantur ne ab officii recitatione?* Resp. Leander de SS. Sacramento distinguit: quando Religiosus cocionatur quotidie ex obedientia, exemptus ab officio est: quia cum tali labore quotidiano recitatio officii componi nequit. Opera autem caritatis non sunt omittenda propter officium divinum. Hæc sententia falsa est, & falso nititur, ut aiunt, fundamento. Experientia quippe compertum est, laborem hunc quotidianum non impedire officii recitationem. Viginti & amplius annorum spatio quotidianas ego habui conciones in primoribus Italiæ civitatibus; & nec semel officium neglexi. Quid quod Clemen VII. privilegium indulsit Clericis Theatinis, ut illorum Prælati valeant dispensare cum Concionatoribus, ut supra explicatum est? Si munus illud sapte natura eximeret, inane esset privilegium istud.

IV. Sed audi quæ subdit Leander. *Respondeo etiam probabiliter, quod etiam Concionator quotidianus, qui solum voluntarie, aut ex mercede concionatur quotidie in Quadragesima, excusetur ab horis quotidianis dicendis, si commode illas recitare non possit .. Et certe, si hæc nostra sententia non est probabilis, ac in praxi tuta; væ væ Prædicatoribus quadragesimalibus, væ millies illis.* Verum millies millies væ, & iterum væ illis qui talia typis produnt. Væ fimilibus Casuistis talia paradoxa ad christianæ pietatis extremam perniciem scriptitantibus. Qui *voluntarie*, & *ex mercede* quotidie concionatur, exemptus ab officio est? Quis audire hæc absque scandalo valet? Munus Concionatoris potissimum ab oratione pendet. Si præceptum orationis frequentissime urget; quandonam fortius obligat quam cum ministerium adeo sublime exercetur? En, christiane Lector, causam manifestam cur ætas nostra operariis, & messoribus abundet, messis vero penuria laboret: cur hodiedum adeo rarę peccatorum commotiones: cur divini verbi semen adeo sterile: cur vinea evangelica tam infecunda. Non negaverim plures esse tantæ sterilitatis causas. Sed,

si di-

si dixerim unam istarum, & certe non levem, esse Concionatorum ineptitudinem, qui apostolicum ministerium non in oratione, non in pœnitentia, sed in curiosiam humanæ sapientiæ verbis collocant, fortassis non fallor. An ad orandum accendent fideles, si ipsi orationis canonicæ præceptum quotidie negligunt? An ad jejunandum inducent, si ipsi pleno ventre eructant, & inquinant divina verba? Væ ergo Concionatoribus istis, & væ Casuistis, qui eosdem in tanta desidia, laxitate, & divini numeris sacrilega prævaricatione fovent. Sententiam Leandri, & Borboni laxiora amplectentis reprobat vel ipse Diana *Tom. IV. tract.* XI. *res.* 29. & pro eadem citat Suarez, Filliticium, Perlicum, Garciam, Raphaelem de la Terre, qui advertit in aliquo pœnitente casu posse excusari Concionatorem ab officio solvendo. Addo ego, si aliquod peculiare incommodum, ut gravis dolor capitis, vel stomachi supervenirent Concionatori, & requiret tali die concionem habere, & officium recitare; posset negligere officium, vel petere dispensationem, ut concionem haberet ad populum. Ceterum ratione ministerii quotidiam nemo ab officio eximitur. Qui enim nequit hæc duo componere, conciones omittat. At caritas, inquis, in proximum prævalet recitationi officii. Quis hoc inficias iverit? Sed qua fronte audes ju asserere, proximum adeo tuis concionibus indigere, ut debeas cum divini officii dispendio concionari? Quid, si tu, ut Leander fingit, ob mercedem accipiendam tale tibi conquisiveris ministerium? Si tanto ingenio, & memoria non polleris, ut hæc duo componere valeas, hoc ipso te ineptum offendis ad tale subeundum onus. Siquidem qui ingenio, spiritu, eloquentia præstant, qui eis doctibus instructi sunt quæ optimum constituunt Concionatorem, opus minime habent totum diem in addiscenda concione impendere; sed plures illis superstant horæ quibus precibus vacare possint. Ceterum vereor ne Concionatores isti officium omittant, non necessitate cogente, sed ut colloquiis amicorum, conviviationibus, & interdum ludis indulgeant. Quod quam sit flagitiosum Dei legationem, apostolicumque ministerium similibus nugis, vanitatique diverticulis profanare, nemo est qui non videat. Sed adverto laxam, scandalique plenam opinionem, & Concionatorum quorumdam corruptelam satis dicta sint.

V. Confessarios, fidelium confessiones exipientes per totum diem, excusat ab officio recitando Leander *quæst.* XXXVIII. Verum raro accidit ut istius ministerii causa quis a precibus canonicis exculetur: quia raro accidit ut nequeant confessiones in alterum diem differri. Si tamen id accidat, concedimus negligendum officium esse, ut caritatis præceptum impleatur. Hoc enim caritatis mandatum potissimum est, cui cetera subiiciuntur præcepta. Id tantum admonemus, ne sub caritatis larva ignavia, laxitas, & desidia foveantur.

VI. Leander *q.* XI. tamquam certum definit, ab officio excusari eos qui toto die occupantur in sedandis gravibus inimicitiis. Sed quandonam occurrit ut in similibus exercitiis integrum diem insumere Ecclesiasticus debeat? Et tamen hic Auctor rem proponit ut obviam. Pariter Confessarios ab officio liberat qui hebdomada sancta, vel tempore jubilæi, magna pœnitentium copia affluente, confessiones aliquorum omittere deberent, si officium recitarent. Diana, Villalobos, Trullenchus, ipso Leandro teste, negant excusari hos Confessarios: quia raro id contingit. Ipse vero Leander *probabilius* de more docet, *absolute*, & *per se* excusari. Sed nos de more laxitatem istius Auctoris reticimus, & cum laudatis Theologis asserimus, non solum raro, sed perquam maxime raro contingere quod tanta sit pœnitentium copia, & Confessariorum inopia, ut nequeat vel anticipatione, vel postpositione aliqua, vel diei, vel noctis tempore, pensum precum canonicarum exsolvi. In hac Venetiarum civitate vix umquam accidit, prout mihi constat, ut Religiosus aliquis, ex iis saltem quibuscum ego vitam dego, neglexerit preces canonicas ob pœnitentium copiam. Si tamen præceptum caritatis succurrendi proximorum salutis urgeret, ultro concedimus, ut sarpius diximus, negligendum officium, Missam, & cetera omnia munia, ut periclitanti proximo subveniamus. Sed difficultas est, utrum reapse talis necessitas urgeat. In similibus tamen eventibus consultius erit dispensationem petere: quia rarissima est necessitas evidens quæ natura sua ab officio eximat, ut ut in oppositum fabuletur Leander cum Bordonio, aliisque similibus Casuistis.

VII. Quid, si Confessarius distulisset recitationem officii in horam proximæ punctum mediæ noctis præcedentem, & tunc ad communionem deferendam moribundo, vel ad eiusdem confessionem audiendam vocaretur? Deberet, nedum posset, omittere officium, & proximo morituro succurrere: quia tunc revera caritatis mandatum urgeret. Quid, si tum eamare etiam Parochus deberet, & crastina die celebrare? Latius hunc casum proponit Tamburinus, ut in similibus metaphysicis speculationibus deliciis fruatur. Nos vero hæc ut inutilia, & numquam occurrentia præterimus. Omnibus compertum est quod, quoties plura occurrunt præcepta ecclesiastica, & divina, hæc illis prævalere debeant, si omnia servari nequeant. Istius generis est alter casus quem proponit Leander *q.* XLIV. de Sacerdote ita paupere, ut nequeat necessaria ad vitam alendam invenire, & simul officium recitare. Sane præceptum sustentandæ vitæ potius est præcepto ecclesiastico recitandi preces canonicas. At quando hæc occurrunt?

VIII. Quæst. III. *Liceat ne propter contemplationem altissimam officium omittere?* Resp. Affirmat Leander *q.* XLV. inquiens, posse quemquam se se exercere in contemplatione divinorum, etiamsi ex illa ita in extasim rapiatur, ut posset officium minime recitare queat, vel quia rapens est per totum diem, vel quia ex illa manet ita fatigatus, & fessus, ut facile non valeat. Hæc doctrina phanaticum promovet, fovetque. Si Monialibus feminis nota evaderet, quam cito incalescerent illarum phantasiæ; seleque raptas per totum diem facile crederent, ut privilegiant exemptionis sibi comparatrent. Mentem in Deum erigant, dum divinas laudes celebrant. Quienam est contemplatio illhæc libere suscepta, quæ a precibus vi præcepti impositis liberet? Quare hanc Leandri opinationem reticiunt Suarez *Lib. III. c.* XXVIII. *n.* 31. A Sancto Fausto de *Hor. II. Part. q.* CCXLVII. Escobarius, Ludovicus de S. Joanne, quos allegat ipsemet Leander.

IX. Quæst. IV. *Peregrinatio ad loca pia, justa, & legitime suscepta, excusat ne ab horis canonicis persolvendis?* Resp. Sententia negans communis est, quam defendunt Azorius *Lib. X. cap.* XIII. *q.* XIV. Bonacina *disp. I. q.* II. *punct.* I. *n.* 9. Trullenchus *Lib. II. c.* VII. & alii. Quia peregrinatio, tametsi actus religionis sit honestus, & meritorius, voluntarius tamen est. Porro prius implenda sunt quæ vi præcepti debentur, deinde quæ consilii sunt, & libera.

X. Quæst. V. *Ille qui distulit Matutinum usque ad meridiem absque urgente causa, excusatur ne postea a recitatione?* Resp. P. Suarez *Lib. III. c.* XXVII. *n.* 6. refert Turrecrematam, & Cardinalem Caietanum docuisse, talem liberum esse a Matutino persolvendo: quia licet peccaverit in differendo usque ad meridiem, non tamen peccat omittendo recitationem, eo quod elapsum sit tempus congruum pro recitatione Matutini. Verum hæc opinio iam obsoluit, & Theologi communiter docent integrum diem qui a media in mediam noctem fluit, tempus esse opportunum ad implendum præceptum, quamvis levis culpa contingat, si absque causa differatur Matutinum extra illud spatium temporis quo celebrari solet, ut supra explicatum est. Emanuel Sa docet exemptum a Matutino illum esse qui iustam ob causam distulit in meridiem. Quæ opinio in secunda impressione expuncta fuit iussu Magistri sacri apostolici Palatii. In hanc sententiam concedit Caramuel in *Reg. S. Benedicti disp.* CXVI. *n.* 1442. Opinionem Sa, & Caramuelis impugnat vel ipse Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap.* V. §. 8. *n.* 20.

VI. Quæst. VI. *Qui prævidet aliquod impedimentum superventurum, tenetur ne anticipare officium?* Resp. Distinctione opus est. Impedimentum aut libere apponitur, aut exterius vi obiicitur. Caramuel *loc. cit.* contendit excusari eum qui libere sibi impedimentum recitandi imponit. Puta, quis libere suscipit iter, quod impedit recitationem officii; non tenetur iuxta Caramuelem prævenire loturionem. Hæc opinio falsa est, & communiter reiecta a Theologis. Aut impedimentum oriri potest a natura, quin sit in nostra libertate illud repellere. Prævides febrim quartanam circiter meridiem superventuram, & usque in mediam noctem duraturam. In hoc casu te liberum ab anticipando, atque adeo solvendo officium esse docent plures. Candidus *Tom. II. disquis. XIV. art.* 28. *dub.* 34. Henriquez *Lib. IV. c.* IV. Caramuel in *Regul. S. Benedicti dis.* CXVI. *n.* 1442. Quam opinionem probabilem reputant Sanchez, Trullenchus, Pellizarius, & alii. Mihi autem nullo modo probabilis, sed improbabilis est. Ratio clara est, & manifesta. Tempus obligationis officii est integer dies. Ergo, quando prævidetur aliquod impedimentum in tali diei parte superventurum, tenemur anticipare observationem præcepti; quemadmodum si prævides te non posse evitare meridiem Missam audire, teneris Missæ auditionem anticipare. Hæc sententia communior est; quam defendunt Navarrus, Major, Sanchez, Pellizarius, Leander, aliique plures.

XII. Quæst. VII. *Qui non potest majorem officii partem recitare, tenetur ne recitare minorem?* Resp. PP. Salmanticenses *tract.* XVI. *c.* III. *punct.* 6. §. 2. *n.* 48. hæc scribunt. „ Quare universaliter olim diximus, eum „ qui totum officium integre dicere non pot-„ est,

„ est, ita ut ad partem notabilem illius non „ sit potens, a totius officii recitatione ex„cusari; & probatur: quia secundum aliam „ sententiam vix certa regula in hac parte „ potest assignari, & totum scrupulis, ac per„plexitatibus expositum relinquitur: tum quia „ præceptum recitationis est individuum, u„nicum, & simplex, & unico simplici pre„cepto totum officium imperatur: nec enim „ est præceptum quoad partem, sed quoad „ totum; sicut præceptum audiendi Sacrum „ non est de parte, sed de toto. Ergo sicut „ qui non potest totum Sacrum audire, non „ tenetur quoad partem; sic qui non potest „ totum officium recitare, nec etiam quoad „ partem quam potest, tenetur. " Laudant pro hac sententia Antonium a Spiritu Sancto, Caramuelem, Martinum a S. Ioseph, Ioannem Sanctum, & alios. Sub finem vero illius numeri hæc addunt. „ Auctoris senten„tiam multis annis ante assumptionem Inno„centii XI. morte præventi, correcta fuit ab „ eodem summo Pontifice prop. 64. damnan„te, quæ erat huiusmodi: *Qui non potest „ recitare Matutinum, & Laudes, potest au„tem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia „ maior pars trahit ad se minorem.* Quare „ mandatis, ut par est, supremi capitis ob„temperando, dicimus ad recitationem ho„rarum teneri eum qui Matutinum, & Lau„des ob aliquam causam non valeat recita„re. " Hactenus laudati Patres, qui tamen argumenta in favorem damnatæ sententiæ minime solvunt. Hæc idcirco retuli, ut constet Auctores istos, quos alioquin magni facio, non raro in laxiores declinare sententias: quod tempori, in quo scripserunt, tribuendum est. Qui hæc illorum opera recuderunt, opportunis locis inserunt damnatas opiniones ligno distinctas; ac si in sola illa proscripta propositione venenum laxitatis includeretur, & non in principiis e quibus illa profluit, & in consectariis quæ ex illis deducuntur. Exiliimarunt isti ab omni laxitate purgare universam doctrinam, dum propositionem damnatam veluti laciniam assuerunt panno male intexto; cum totam telam reordiri deberent, & huiusmodi omnia ab illo Theologico cursu, ceteroquin commendabili, auferre. Quod dictum volo, non ut perdoctis Theologis, & de sacra doctrina optime meritis quidquam existimationis detraham; sed ut lectores in seligendis eorumdem sententiis cautiores efficiam.

XIII. Sententiam damnatam non modo ut probabilem, sed ut probabiliorem more suo defendit P. Leander de SS. Sacramento *tract. VIII. disp. V. quæst.* III. variasque allegat rationes, quarum ultima hæc est. *Quia* (inquit) *sic suavius redditur onus officii, & scrupulis, ut diximus, minus obnoxium.* En quo modo ubique recurrit Probabilismi suavitas, quæ eo spectat, ut iugum legis excutiat. Quænam maior inavitas illis quibus onerosum officium est, quam si eos tali oneri subducas? Pro hac tua damnata opinione citat *Castropalaum, Filliucium, Lessium, Navarrum, Sanchez, Raphaelem de la Torre, a S. Fausto, Escobarum, a Corro, Dianam, Bassæum, Pradum, Garciam, Villalobos*, atque etiam P. Franciscum Suarez, sed immerito. Et ut doctissimum, piumque Theologum, quem summopere colo, ab hac nota liberem, illius verba transcribam: quod antequam præsto, præmitto, illum duplicem comparationem instituere. Primo comparat partes cuiusque horæ, puta Primæ, & resolvit non teneri ad recitandum unum psalmum, illum qui non potest integram horam persolvere: quia unaquæque hora est quoddam totum morale individuum. Licet ergo quis possit dicere aliquas minimas horæ partes, nequitet vero partem substantialem, & præcipuam talis horæ, ad nihil teneretur: quia minima pars Primæ non est Prima; & sic de ceteris. His positis *num.* 29. hæc addit.

XIV. „ At vero iuxta alteram comparationem (*integræ horæ ad totum officium*) „ non censeo esse veram generalem regu„lam negativam pro omnibus casibus, & „ impedimentis, videlicet ut qui non potest „ tot horas dicere, ut contineant saltem ma„iorem partem totius officii, nullam dicere „ teneatur. Non est enim similis ratio: quia „ unaquæque hora, ut dicebam, est per se „ quoddam totum, quod per modum cano„nici officii dicitur: & allunde exempla, „ & rationes adductæ videntur mihi oppo„situm convincere in multis casibus. In casu „ autem infirmitatis, de quo tractatur, non „ censeo hanc excusationem, vel licentiam „ tam scrupulose restringendam, ut quicum„que in infirmitate dicere possit unam, vel „ alteram horam sine gravi incommodo, ad „ illam dicendam obligetur. Nam hoc esset „ nimis onerosum, & præter suavitatem „ legis humanæ, & præter consuetudinem, „ quæ est optima legum interpres. Et ideo „ respiciendum censeo ad modum infirmita„tis impedientis recitationem: nam, si pe„culiariter impedit aliquam horam propter „ difficultatem in ea dicenda, ut verbi gra„tia in Matutino propter debilitatem vitus, „ & capitis; & illa difficultas in aliis ho„ris non sentitur, sed commode dici possunt; „ non video legitimam excusationem quoad „ tales horas, sive illæ sint plures, sive pau„ciores. At vero si infirmitas impediat in„definite totum officium, ut est febris gra„vis, vel aliquid simile, tunc non censeo „ esse scrupulose inquirendum, an possit in„firmus unam vel alteram horam dicere: „ quia excusatio illa ex se indefinita æqui„valet universali: ita enim, ut dixi contue„tudo hanc legem interpretatur: & fortasse „ ratio est, quia est valde difficile in huius„modi occasionibus attingere punctum in „ indicando, quid possit homo dicere vel „ non dicere sine gravi incommodo; & ideo „ satis esse creditur quod officium ipsum di„ci non possit sine notabili incommodo. " Hactenus Suarez, qui plura addit huc pertinentia, & hoc in sensu locutum Navarrum docet.

XV. Laudatam doctrinam Suarez lambabus ulnis amplectimur, utpote solidam, & prudentiæ regulis nixam. Gravi infirmitate laborans absolute ab officio exemptus est, tum consuetudine obtinente, tum quia impotentia non subiicitur legi. Porro, quamvis hic infirmus dicere fortassis aliquam horam valeat absque gravi incommodo; quia tamen datum nemini est punctum attingere vitium, & fortitudinis, qua sine notabili damno ægrotus queat recitare unam aut alteram horam; idcirco ad tollendas angustias, perplexitates, animique agitationes ægrotus graviter decumbens ad nihil tenetur. In fimilibus eventibus humanæ, divinæque legis suavitas elucet. Subiungit autem prudens Theologus, tales occurrere morbos posse quia ob debilitatem vel capitis, vel oculorum impediant legere Matutinum, lectionesque; secus vero recitare alias horas, quas sine difficultate dicere potest: & ad has recitandas teneri eum docet qui tali levi morbo laborat. Itaque, ut paucis omnia comprehendam, infirmitas gravis, quæ absolute eximit infirmum ab onere officii, ad nullam partem adstringit. Vix enim aliquis infirmus esset qui aliquam parvam horam recitare non valeret. Infirmitas quæ gravis non reputatur, quæque absolute iuxta prudentum existimationem non excusat ab officio (licet ægrotus ob debilitatem aut oculorum, aut capitis, aut ob aliud incommodum non valeat legere Matutinum) non excusat ilIum ab illis horis quas sine notabili incommodo dicere potest. Quod si dubium occurrat circa potentiam, vel impotentiam recitandi absque incommodo, superior adeatur pro dispensatione: quod in his casibus semper consultius erit.

XVI. Sententia ergo damnata, quam præ ceteris intrepide docent tum P. Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. c. V. §. 8. n. 3.* pro eadem citans Azorium, Castropalaum, & Sanchez, tum P. Leander *loc. cit.* hunc habet sensum. Absolute qui non potest maiorem, potest vero minorem officii partem recitare, ad nihil tenetur: quia, inquit Tamburinus, cum aliis, *maior pars trahit ad se minorem. Quæ* ratio petitur ex *cap. 1. de iis quæ fiunt a maiori parte.* Item accessorium sequitur principale. Addit Tamburinus, hac via suavius reddi officii onus. Immo suavissimum, addo ego. Caramuel vero, qui est alter antesignanus istius proloriptæ theiis, utitur illo principio, quod totum divinum officium indivisibiliter præcipitur. Quo principio nitebatur quoque ad inferendum non teneri servare unicam comesturam diebus ieiunii qui non potest ob solam nauseam vesci piscibus, indigentque carnium usu. Quam opinionem anno 1742. duobus Brevibus datis mensibus Maii, & Augusti indirecte proscripsit BENEDICTUS XIV. Pontifex feliciter regnans, dum præcipit oppositam opinionem in praxi sequendam, præcipitque unicam servandam comesturam ab iis qui ab abstinentia a carnibus dispensantur.

XVII. Falsitas damnatæ sententiæ suapte natura patet. Quoniam, ut ex iis quæ dicta sunt, constat, officium divinum totum quoddam morale est, septem horis constitutum, quarum quælibet totum quoddam peculiare est. Sive enim pluribus præceptis, ut contendunt non pauci, sive unico mandato, ut communius contenduut alii, præscribatur; iuxta omnes tamen singulæ horæ integram perfectamque orationem continent. Ergo qui non valet omnes, potest autem aliquas, ad has tenetur. Nonne qui non potest solvere totum quod debet, tenetur solvere totum quod potest, quoties hoc separabile est? Qui non valet solvere centum, potest autem decem aureos, hos reddere cogitur. Horæ canonicæ separabiles sunt: qua de causa Subdiaconus sacro ordine versus meridiem initiatus iuxta omnes tenetur solum sequentes horas, Vesperas nimirum, & Completorium, recitare. Quid quod ipsi adversarii fatentur, eum ad maiorem officii partem quam potest dicere,

dicere, astrictum esse, tantesi nequeat minorem; aut, si aequalem valeat dicere, ad hanc recitandam urgeri? Fateantur ergo & ipsi dividuum officium esse, quemadmodum dividuum ieiunium est.

XVIII. Fundamenta quibus nitebatur proscripta thesis, inania prorsus sunt, & pura putaque sophismata. Principium illud, quod *maior pars trahit ad se minorem*, locum habet in suffragiis, quorum maior numerus rem definit, lege sic praecipiente. In aliis dividuis materiis locum minime habet: alioquin qui nequit solvere centum, non teneretur solvere decem, cum possit; quod absurdum a nemine admittitur. Accessorium sequitur principale, quando a principali est inseparabile; secus, quando separabile ab eo est, & disparatum. Quapropter qui ovem cum agno promisit, persoluto ove, tenetur reddere agnum. Quod de consuetudine obtrudit Tamburinus, a veritate abludit. Consuetudo contraria omnino obtinet, videlicet quod reddat partem qui non potest totum: eliique axioma lumine naturae notum, solaque Probabilismi caligine obtenebratum.

XIX. Quaest. VIII. *Qui non potest minorem, potest autem maiorem partem officii recitare, tenetur ne hanc dicere?* Resp. Negant plures iuniores, & negate coguntur omnes illi qui sustinent officium divinum individuum esse. Verum plures ex illis ipsis qui propugnarunt opinionem damnatam, docent, teneri Clericum ad maiorem officii partem, quam potest recitare, licet nequeat minorem, quia maior pars tunc trahit ad se minorem, inquiunt Tamburinus, & Leander. Hinc qui non potest Matutinum dicere, astringitur, cum possit, persolvere Laudes, reliquasque horas.

XX. Quaest. IX. *Quimon potest dimidiam, potest vero alteram officii dimidiam partem recitare, tenetur ne ad hanc?* Resp. Negant doctiiuniores, Leander *disp.* v. *q.* lvi. & citat *Castropalaum*, *Dianam*, *Coronam*, *Rodericquez*, *Molfesium*, & alios. Sed difficultate torquentur in assignando puncto medietatis. Constituunt ex una parte Matutinum cum Laudibus, ex altera ceteras horas. Negant teneri ad illas eum qui nequit primas persolvere. Consectarium est propositionis damnatae. Ideo haec opinio falsa est. Fatentur tamen teneri ad matutinum cum Laudibus, si possit, eo quod existiment Matutinum Laudibus potiorem aliquo modo partem officii esse.

XXI. Quaest. X. *Qui habet Diurnum, caeteraque Breviarii, tenetur ne psalmos Matutini recitare?* Resp. Pro sententia negante Leander *loc. cit. q.* lx. laudat Fillinclum, Pellizarium, Tamburinum, Dianam, Garciam, Sanctium, & alios plures. Ipse vero Leander adfirmat, si officium sit feriae, vel Sanctis simplicis: quia psalmi sunt maior Matutini pars; & tres lectiones cum responsoriis sunt parva Matutini portio: pro qua sententia laudat Sanchez, Dianam, Trullenchum, & alios. Negat vero, si Matutinum esset festi duplicis, vel semiduplicis: quia in hoc casu psalmi essent minor pars. Addit vero debere hunc recitare aliquod officium de communi, casu quo illud memoriter dicere sciret.

XXII. Mihi probabilius videtur hunc debere recitare psalmos Matutini currentis, sive officium sit feriae, sive cuiusque Sancti, ut docet Navarrus *Lib. de Orat. cap.* XI. *n.* 17. & 18. cuius haec sunt verba. *Ridendos fuisse*, ait, *qui facientes iter excusabant se ab defectum Breviarii ab omnibus horis cum possent omnia praeter lectiones, & responsoria matutina memoriter dicere. Et multo magis eum quem meminit excusare se a dicendo vesperam, eo quod ignoraret antiphonam, & orationem illius diei propriam. Quoniam omnes praefati tenebantur de praecepto recitare omnia quae poterant memoriter; & de consilio pro aliis aliqua quae viderentur eis aptiora, substituere.* Hactenus Navarrus, cuius doctrinae utroque pollice subscribo. Hinc qui horarum psalmos recitare memoriter iciunt, quamvis ignorent antiphonas, capitula, & orationes, ad id tenentur, ut cum aliis docet vel ipse Leander *quaest.* lxi.

XXIII. Quaest. XI. *Excusatur ne ab officio qui magnam patitur in eo recitando difficultatem?* Resp. Negans opinio communis est, etiam penes iuniores, nisi tanta sit difficultas quae impossibilem moraliter reddat recitationem; qualis esset, si quis ex recitatione febrim, vel gravem capitis dolorem timeret experientia doctus. Quod accidere solet in quibusdam nimium meticulosis, scrupulisque obnoxiis. Excelarentur pariter qui timerent gravem iacturam fortunarum, vitae, & honoris, ut degentibus inter haereticos, & infideles accidere interdum posset. Inter Catholicos enim id contingere vix potest.





## §. IV.

*De dispensatione.*

I. Quaest. I. *Summus Pontifex potest ne dispensare Clericum ab officii recitatione?* Resp. Sententia adfirmans communis est: quia quilibet legislator dispensare valet in lege a se lata. Praeceptum autem recitandi officium est ecclesiasticum. Ergo Pontifex super eo dispensandi facultate potitur.

II. Quaest. II. *Valet ne Pontifex dispensare Beneficiarium?* Resp. Negant Angelus Rotella, & Turrecremata apud Leandrum *q.* lxv. eo quod obligatio Beneficiatorum recitandi officium est de iure naturali. Contraria opinio communis est. Quia licet vi iuris naturalis teneantur Beneficiarii aliqua subire onera, non tamen officium determinate. Quare videtur satis probabilis quod recitatio officii sit iuris ecclesiastici. Et quamquam concederetur id esse etiam aliquo modo iuris naturalis, ut servare festa, ieiunia, & alia plura; quia tamen hae obligationes determinatae sunt iure ecclesiastico, ideirco Pontifex in his omnibus dispensare valet, quatenus haec omnia cadunt sub praecepto iuris politivi. Distinguendum enim est ius naturale prohibens aliquid, quia malum, a quo nulla humana potestas dispensare potest; & ius naturale praecipiens aliquod bonum indefinite, & iuris politivi determinationi obnoxium. Ab hac lege, quatenus politiva, Pontifex dispensare valet.

III. Quaest. III. *Potest ne Episcopus dispensare in perpetuum Clericum ab officio?* R. Sententia negans est communis: quia inferior potestatem non habet in legem latam a superiore. Lex autem obligans Beneficiarios, & Clericos ad canonicas preces lata ab Ecclesia est. In casibus tamen occurrentibus dispensare pro temporum, & circumstantiarum varietate, & ex rationabili causa suos subditos possunt Episcopi: quia & Pontifex id concessisse rationabiliter praesumitur, & consuetudo invecta id confirmat. Qua dispensandi facultate potiuntur etiam Vicarii Episcoporum ex eorumdem concessione, & peculiari mandato, nec non etiam Vicarii Capitulorum, Sede vacante.

IV. Quaest. IV. *Prelati regulares valent ne dispensare cum suis subditis?* Resp. Distinguendum est de Religiosis sacris initiatis ordinibus, & de non initiatis. Tam de illis, quam de illis negant plures, quos citat Leander q. lxii. Plures alii adfirmant primum de Religiosis non constitutis in sacris: quia illi non communi; sed religioso iure tenentur ad horas canonicas; atque adeo, sicut possunt regulares Praelati in aliis Regulae, & constitutionum praeceptis, sic etiam super hac obligatione, seu consuetudine subditos dispensare poterunt. Pro hac opinione Leander citat Lessium, Bonacinam, Palaum, Villalobos, Tamburinum, Caietanum, Sylvestrum, Navarrum, Medinam, & alios. Idem adserunt de potestate dispensandi ceteros Religiosos sacris initiatos: quia Praelati regulares se habent respectu suorum Religiosorum, veluti Episcopi, qui, ut diximus, in occurrentibus casibus subditos suos dispensare valent. Addunt, non solum tutulo iuris communis, verum etiam titulo privilegiorum, dispensare posse Praelatos regulares cum suis subditis, puta tempore infirmitatis, & convalescendi ex eadem. Et certe, si quid privilegia in hac materia Regularibus concessa valent, potissimum locum habent in similibus eventibus. Quin vel ipsa privilegia facultatem expressam concedunt dispensandi cum debilibus, infirmis, studiisque litterarum occupatis. Advertit P. Suarez *Lib. IV. cap.* XXVIII. *n.* 41. quamliber Religionem servare debere propriam consuetudinem. Porro, quantum mihi scire licet, cuiusque Religionis Praelati dispensare solent tempore convalescendi ex morbo cum debilibus, & occurrentibus dubis eventibus; quemadmodum dispensant in ceteris praeceptis ieiuniorum, festorum, & similium. Cum senibus vero, vel omnibus caligantibus absolutum dispensationem impertire iaitem in meo Ordine Praelati non solent, sed dispensatio a Summo Pontifice postulatur, ut pluries fieri ipse vidi. Dictas vero supra dispensationem, non modo Generales, ut contendit Bonacina, sed & Praelati conventuales imperare solent, consuetudine invecta, & privilegiis indulgentibus.

## CAPUT XI.

*De obligatione Praebendatorum, seu Canonicorum frequentandi chorum, ut quotidianas distributiones lucrentur.*

Hactenus disputatum est de omnibus iis qui canonicas preces recitare tenentur. In praesentiarum de peculiari personarum genere disputationem instituimus. Canonici, seu Cathedralium Praebendati strictiori vinculo choro addicti sunt propter quotidianas distributiones. Et quia plures occurrunt difficultates resolvendae, ideo in varios paragraphos caput istud distribuam.

dicere, astrictum esse, tantesi nequeat minorem; aut, si aequalem valeat dicere, ad hanc recitandam urgeri? Fateantur ergo & ipsi dividuum officium esse, quemadmodum dividuum ieiunium est.

XVIII. Fundamenta quibus nitebatur proscripta thesis, inania prorsus sunt, & pura putaque sophismata. Principium illud, quod *maior pars trahit ad se minorem*, locum habet in suffragiis, quorum maior numerus rem definit, lege sic praecipiente. In aliis dividuis materiis locum minime habet: alioquin qui nequit solvere centum, non teneretur solvere decem, cum possit; quod absurdum a nemine admittitur. Accessorium sequitur principale, quando a principali est inseparabile; secus, quando separabile ab eo est, & disparatum. Quapropter qui ovem cum agno promisit, persoluto ove, tenetur reddere agnum. Quod de consuetudine obtrudit Tamburinus, a veritate abludit. Consuetudo contraria omnino obtinet, videlicet quod reddat partem qui non potest totum: eliique axioma lumine naturae notum, solaque Probabilismi caligine obtenebratum.

XIX. Quaest. VIII. *Qui non potest minorem, potest autem maiorem partem officii recitare, tenetur ne hanc dicere?* Resp. Negant plures iuniores, & negate coguntur omnes illi qui sustinent officium divinum individuum esse. Verum plures ex illis ipsis qui propugnarunt opinionem damnatam, docent, teneri Clericum ad maiorem officii partem, quam potest recitare, licet nequeat minorem, quia maior pars tunc trahit ad se minorem, inquiunt Tamburinus, & Leander. Hinc qui non potest Matutinum dicere, astringitur, cum possit, persolvere Laudes, reliquasque horas.

XX. Quaest. IX. *Quimon potest dimidiam, potest vero alteram officii dimidiam partem recitare, tenetur ne ad hanc?* Resp. Negant doctiiuniores, Leander *disp.* v. *q.* lvi. & citat *Castropalaum*, *Dianam*, *Coronam*, *Rodericquez*, *Molfesium*, & alios. Sed difficultate torquentur in assignando puncto medietatis. Constituunt ex una parte Matutinum cum Laudibus, ex altera ceteras horas. Negant teneri ad illas eum qui nequit primas persolvere. Consectarium est propositionis damnatae. Ideo haec opinio falsa est. Fatentur tamen teneri ad matutinum cum Laudibus, si possit, eo quod existiment Matutinum Laudibus potiorem aliquo modo partem officii esse.

XXI. Quaest. X. *Qui habet Diurnum, caeteraque Breviarii, tenetur ne psalmos Matutini recitare?* Resp. Pro sententia negante Leander *loc. cit. q.* lx. laudat Fillinclum, Pellizarium, Tamburinum, Dianam, Garciam, Sanctium, & alios plures. Ipse vero Leander adfirmat, si officium sit feriae, vel Sanctis simplicis: quia psalmi sunt maior Matutini pars; & tres lectiones cum responsoriis sunt parva Matutini portio: pro qua sententia laudat Sanchez, Dianam, Trullenchum, & alios. Negat vero, si Matutinum esset festi duplicis, vel semiduplicis: quia in hoc casu psalmi essent minor pars. Addit vero debere hunc recitare aliquod officium de communi, casu quo illud memoriter dicere sciret.

XXII. Mihi probabilius videtur hunc debere recitare psalmos Matutini currentis, sive officium sit feriae, sive cuiusque Sancti, ut docet Navarrus *Lib. de Orat. cap.* XI. *n.* 17. & 18. cuius haec sunt verba. *Ridendos fuisse*, ait, *qui facientes iter excusabant se ab defectum Breviarii ab omnibus horis cum possent omnia praeter lectiones, & responsoria matutina memoriter dicere. Et multo magis eum quem meminit excusare se a dicendo vesperam, eo quod ignoraret antiphonam, & orationem illius diei propriam. Quoniam omnes praefati tenebantur de praecepto recitare omnia quae poterant memoriter; & de consilio pro aliis aliqua quae viderentur eis aptiora, substituere.* Hactenus Navarrus, cuius doctrinae utroque pollice subscribo. Hinc qui horarum psalmos recitare memoriter iciunt, quamvis ignorent antiphonas, capitula, & orationes, ad id tenentur, ut cum aliis docet vel ipse Leander *quaest.* lxi.

XXIII. Quaest. XI. *Excusatur ne ab officio qui magnam patitur in eo recitando difficultatem?* Resp. Negans opinio communis est, etiam penes iuniores, nisi tanta sit difficultas quae impossibilem moraliter reddat recitationem; qualis esset, si quis ex recitatione febrim, vel gravem capitis dolorem timeret experientia doctus. Quod accidere solet in quibusdam nimium meticulosis, scrupulisque obnoxiis. Excelarentur pariter qui timerent gravem iacturam fortunarum, vitae, & honoris, ut degentibus inter haereticos, & infideles accidere interdum posset. Inter Catholicos enim id contingere vix potest.





## §. IV.

*De dispensatione.*

I. Quaest. I. *Summus Pontifex potest ne dispensare Clericum ab officii recitatione?* Resp. Sententia adfirmans communis est: quia quilibet legislator dispensare valet in lege a se lata. Praeceptum autem recitandi officium est ecclesiasticum. Ergo Pontifex super eo dispensandi facultate potitur.

II. Quaest. II. *Valet ne Pontifex dispensare Beneficiarium?* Resp. Negant Angelus Rotella, & Turrecremata apud Leandrum *q.* lxv. eo quod obligatio Beneficiatorum recitandi officium est de iure naturali. Contraria opinio communis est. Quia licet vi iuris naturalis teneantur Beneficiarii aliqua subire onera, non tamen officium determinate. Quare videtur satis probabilis quod recitatio officii sit iuris ecclesiastici. Et quamquam concederetur id esse etiam aliquo modo iuris naturalis, ut servare festa, ieiunia, & alia plura; quia tamen hae obligationes determinatae sunt iure ecclesiastico, ideirco Pontifex in his omnibus dispensare valet, quatenus haec omnia cadunt sub praecepto iuris politivi. Distinguendum enim est ius naturale prohibens aliquid, quia malum, a quo nulla humana potestas dispensare potest; & ius naturale praecipiens aliquod bonum indefinite, & iuris politivi determinationi obnoxium. Ab hac lege, quatenus politiva, Pontifex dispensare valet.

III. Quaest. III. *Potest ne Episcopus dispensare in perpetuum Clericum ab officio?* R. Sententia negans est communis: quia inferior potestatem non habet in legem latam a superiore. Lex autem obligans Beneficiarios, & Clericos ad canonicas preces lata ab Ecclesia est. In casibus tamen occurrentibus dispensare pro temporum, & circumstantiarum varietate, & ex rationabili causa suos subditos possunt Episcopi: quia & Pontifex id concessisse rationabiliter praesumitur, & consuetudo invecta id confirmat. Qua dispensandi facultate potiuntur etiam Vicarii Episcoporum ex eorumdem concessione, & peculiari mandato, nec non etiam Vicarii Capitulorum, Sede vacante.

IV. Quaest. IV. *Prelati regulares valent ne dispensare cum suis subditis?* Resp. Distinguendum est de Religiosis sacris initiatis ordinibus, & de non initiatis. Tam de illis, quam de illis negant plures, quos citat Leander q. lxii. Plures alii adfirmant primum de Religiosis non constitutis in sacris: quia illi non communi; sed religioso iure tenentur ad horas canonicas; atque adeo, sicut possunt regulares Praelati in aliis Regulae, & constitutionum praeceptis, sic etiam super hac obligatione, seu consuetudine subditos dispensare poterunt. Pro hac opinione Leander citat Lessium, Bonacinam, Palaum, Villalobos, Tamburinum, Caietanum, Sylvestrum, Navarrum, Medinam, & alios. Idem adserunt de potestate dispensandi ceteros Religiosos sacris initiatos: quia Praelati regulares se habent respectu suorum Religiosorum, veluti Episcopi, qui, ut diximus, in occurrentibus casibus subditos suos dispensare valent. Addunt, non solum tutulo iuris communis, verum etiam titulo privilegiorum, dispensare posse Praelatos regulares cum suis subditis, puta tempore infirmitatis, & convalescendi ex eadem. Et certe, si quid privilegia in hac materia Regularibus concessa valent, potissimum locum habent in similibus eventibus. Quin vel ipsa privilegia facultatem expressam concedunt dispensandi cum debilibus, infirmis, studiisque litterarum occupatis. Advertit P. Suarez *Lib. IV. cap.* XXVIII. *n.* 41. quamliber Religionem servare debere propriam consuetudinem. Porro, quantum mihi scire licet, cuiusque Religionis Praelati dispensare solent tempore convalescendi ex morbo cum debilibus, & occurrentibus dubis eventibus; quemadmodum dispensant in ceteris praeceptis ieiuniorum, festorum, & similium. Cum senibus vero, vel omnibus caligantibus absolutum dispensationem impertire iaitem in meo Ordine Praelati non solent, sed dispensatio a Summo Pontifice postulatur, ut pluries fieri ipse vidi. Dictas vero supra dispensationem, non modo Generales, ut contendit Bonacina, sed & Praelati conventuales imperare solent, consuetudine invecta, & privilegiis indulgentibus.

## CAPUT XI.

*De obligatione Praebendatorum, seu Canonicorum frequentandi chorum, ut quotidianas distributiones lucrentur.*

Hactenus disputatum est de omnibus iis qui canonicas preces recitare tenentur. In praesentiarum de peculiari personarum genere disputationem instituimus. Canonici, seu Cathedralium Praebendati strictiori vinculo choro addicti sunt propter quotidianas distributiones. Et quia plures occurrunt difficultates resolvendae, ideo in varios paragraphos caput istud distribuam.

§. I.

*Quanta sit Canonicorum obligatio chorum frequentandi, & qua ratione psallere, & cætere cum aliis debeant, ut distributiones lucrentur.*

I. ANimadvertendum primum est, diversas esse cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum consuetudines. Nam in quibusdam cathedralibus singulis diebus officium canitur; in aliis non cantu, sed submissa voce persolvitur totum singulis diebus; in aliis non totum, nec in dies singulos, sed tantum diebus dominicis, & festis. Quilque inhærere licite potest propriæ Ecclesiæ consuetudini.

II. Quæst. I. *Peccat ne letaliter Canonicus, sive Præbendatus, qui abest a choro absque caussa legitima?* R. Communis Theologorum sententia est, Canonicos, sive Præbendatos lege teneri ad recitandum officium in choro. Quod colligitur ex *cap. fin. dist.* XCII. & ex Tridentino *sess.* XXIV. *cap.* XII. Quin arctiori vinculo tenentur isti quam Regulares. Quapropter Thomas Tamburinus non excusat a choro Canonicos, si duo tantum essent; quamvis excultet Regulares ob talem parvum numerum. Itaque, inabiunt a choro Canonici ultra tempus a lege permissum, dubio procul peccant mortaliter, cum onere restituendi distributiones, si illas perceperint: quia præfati reditus ea lege dantur, ut Præbendati publice divinum officium recitent.

III. Quæst. II. *Si absunt a choro animo cedendi distributiones tempori absentiæ debitas peccant ne letaliter?* Resp. Negativam opinionem defendunt Sylvester *verb.* Hor. *q.* 11. Caietanus *verb.* Hor. §. 5. Navarrus *de Orat. cap.* V. Valentia 2. 2. *disp.* VI. *q.* 11. *punct.* 10. Reginaldus *Lib. XVIII. n.* 176. Barbosa *de potest. Episcopi III. Part. alleg.* 53. *num.* 182. Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap.* V. §. 4. *n.* 7. Pellizarius *Tom. II. tract.* V. *cap.* VIII. *sect.* 2. *q.* 1. *n.* 130. & alii. Quoniam inquiunt, nullus est textus evincens Canonicos teneri sub mortali ut choro adsint. Tota illorum obligatio assistendi choro nascitur ex distributionibus quas percipiunt: ergo, cum his remuntiant, se omni obligatione liberant.

IV. Communior, & probabilior sententia est, præfatos Canonicos peccare mortaliter: tum quod *cap.* Relatis 61. *dist. cap.* Si quis Presbyter 92. excommunicationi subiicitur Clericus non recitans in Ecclesia cui addictus est: tum quia Præbendati non solum tenentur assistere in choro propter distributiones, tamquam mercede conducti; sed potissimum ob primarium beneficii institutionem. Denique Præbendati obligantur ad residendum in propria Ecclesia sub gravi culpa. Porro quisnam illius residentiæ finis, nisi chori frequentia? Hanc sententiam defendunt Suarez *Lib. IV. cap.* X. *n.* 17. *&* *cap.* XIII. *n.* 5. Bonacina *disp.* II. *qu.* 1. *punct.* 2. Valquez *de Benef. cap.* III. *art.* 2. *dub.* 1. *n.* 182. Castropalaus *disp.* III. *punct.* 2. Filliucius *tr.* XXIII. *cap.* VII. *n.* 207. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* IV. *punct.* 1. *num.* 3. Leander. *disp.* VI. *q.* XXXIV.

V. Quæst. III. *Peccant ne letaliter Canonici qui semel, aut bis a choro absunt absque ulla caussa?* Resp. Negat Castropalaus *loc. cit.* Leander ut probabilem hanc amplectitur sententiam, & æque probabilem ac oppositam *disp.* VI. *q.* XXIV. & citat Valquez, Graffium, Bonacinam, & alios: quibus addo ego Salmanticenses *tract.* XVI. *c.* IV. *punct.* 1. *n.* 5. Mihi arridet indicium prudens P. Suarez, qui de hac quæstione talia scribit Lib. IV. cap. XIII. n. 8. & 9. *Aliqui docti existimant, etiam unius diei absentiam non esse rem gravem, quando regulariter servitium chori diligenter, ac strenue fit. Nam Graffius ait, semel, aut bis deesse in choro, non esse mortale: idemque sentit Sylvester statim citandus, quod certe non videtur improbabile.*

*Ego vero nolo esse fautor huius licentiæ, neque in hac iudicium meum interponere. Nam difficile profecto est in his rebus moralibus in particulari definitum arbitrium proferre: & ideo consulo ut hac licentia non facile, vel frequenter sumatur: quia est grave periculum peccandi mortaliter: quæ culpa non excusatur, eo quod distributiones amittantur: quia non excusatur culpa ratione pœnæ, & quia Ecclesia privatur servitio sibi debito ratione talis beneficii.* Hæc moderatione in rebus obscuris loquuntur viri docti, qui Probabilismi fuligine tincti haud sunt: quemadmodum non fuisse Suarez Camargo ostendit. Cum eodem Suarez *l. c.* non auderem damnare gravis culpæ Canonicum qui tempore unius horæ abesset a choro; dummodo tamen privatim eam recitet, amittatque distributiones.

VI. Quæst. IV. *Quomodo Canonici, seu Præbendati cantare, & recitare in choro cum aliis debent, ut distributiones lucrentur, præceptoque faciant satis?* Resp. Certum primo est non teneri Canonicos cantu, quem figuratum vocant, persolvere divinas laudes. Quare, dum in magnis solemnitatibus officia divina tali modo canuntur, non tenentur Canonici suam immittere vocem, eo vel maxime quod illi communiter talem canendi formam penitus ignorent. Igitur Canonici, & Præbendati tenentur psallere, & canere officium iuxta ritum ordinarium, & consuetum cuiusque Ecclesiæ. Qui solam assistentiam corporalem præstarent, nihil recitantes, seu vocaliter dicentes, non satisfacerent præcepto, nec acquirerent distributiones. Siquidem non ideo Canonici instituti sunt, ut in choro se tamquam statuas, & stupidos truncos præbeant, sed ut Deum laudent, populumque devoto cantu in Deum excitent. Idque clare in iure habetur, & præcipue in Tridentino *sess.* XXIV. *c.* XII. & *sess.* XXII. *c.* III. ubi iubet *ut unusquisque personaliter competens ibi servitium iuxta formam ab Episcopis præscribendam quolibet die statuto impleat.*

VII. PP. Salmanticenses *l. c. n.* 5. asserunt, consuetudine invecta maxime in Hispania, Canonicos, seu Beneficiarios non teneri per se in choro psallere, seu canere; sed suo muneri facere satis, & distributiones lucrari assistendo, suaque officia præstando psallentibus ministris, & Capellanis. Quæ consuetudo, inquiunt, nullam præfert indecentiam: sed magis decorem, splendoremque. Pro qua opinione citant Reginaldum, Sanchez, Pellizarium, Aragonium, Ledesmam, Suarez, Bonacinam, & alios. Hæc opinio falsa est, & scandali plena, urbe, & orbe exterminanda.

VIII. Ex tali consuetudine inferunt plures ab iisdem Salmanticensibus laudati, Canonicos lucrari distributiones, & satisfacere obligationi, etiamsi nihil canant, aut recitent, etiamsi divinis officiis non attendant, vel voluntarie sint distracti interius, vel etiam exterius confabulando, legendo, dormiendo (quamvis peccent mortaliter hic indebite assistendo, saltem si non recitent postmodum privatim) quia vere assistunt, licet indebite: ergo distributiones assistentibus debitæ lucrantur. Pro hac opinione citant Cordubam, Garciam, Medinam, Martinum a S. Ioseph. Quin addunt ex Sanchez, Pellizario, Martinoque a S. Ioseph, quod, licet Canonici privatim non recitent quæ in choro non recitaverunt, adhuc distributiones quotidianas lucrentur. Pro priore opinione laudant etiam P. Franciscum Suarez *Lib. IV. c.* XIV. *n.* 12. ubi hæc scribit. *Propter hæc est valde probabile non excusari a culpa mortali Beneficiarios qui choro interfunt sine proposito ibi orandi, vel attendendi; sed tantum cantandi materialiter, vel assistendi, ne lucrum amittant. Non est tamen hoc certum, sed satis*





*dubium, quando habent propositum, & usum privatim recitandi.* Sententia sapientis Suarez hæc est. Si aliqui Canonici sunt ita obnoxii distractionibus, & evagationibus mentis, ut propter diuturnitatem vereantur ne non valeant mentem attentam habere; non videntur damnandi mortalis culpæ, si privatim attente officium, & eo quo possunt modo, sive etiam distracte interius recitent. Sic ipse semetipsum explicat num. 13. *Quan do in exteriori modo assistendi, vel canendi in choro nulla datur alias offensio, neque ponitur impedimentum attentionis, & interior attentio omittitur, non ex contemptu, sed ex quadam negligentia, vel remissione animi, propter diuturnitatem, cum proposito iterum legitime recitandi, non facile damnanda est illa culpa ut mortalis.* Quantum hæc docti Theologi doctrina differt a laxa opinione pro qua illum citant Salmanticenses, nemo non videt. Rejiciunt autem vel iidem Salmanticenses laxissimam opinionem illam quæ asserit, Beneficiarios distributiones quotidianas lucrari, etiamsi choro assistant, legendo, dormiendo, confabulando: quia istæ distributiones non conferuntur nisi ob assistentiam humanam, quæ in Dei cultum cedat, & populi devotionem. Porro eiusmodi assistentia dormitione, risu, confabulationibus profanata non in cultum, sed in contemptum Dei, populumque scandalum cedit. Ut paucis rem expediam, Canonici seipsis recitare, canere, psallere in choro debent. Non consuetudo, sed corruptela gravissima illa est qua ministrorum voce sua implere onera contendunt. Eo ne spectat Canonicatuum institutio, ut Canonici statuarum in choro vices gerant? Quam sunt contemnendi Casuistæ illi quos vanis opiniunculis, tam horrendos abusus honestare minime pudet!

IX. Quæst. V. *Satisfaciunt ne sue obligationi Canonici qui suam officii partam ita submissa voce recitant, ut ab altero choro non audiantur?* Resp. Affirmant Sanchez, Garcias, Diana, & alii præcedenti quæstione citati. Verum probabilior sententia docet, illos non satisfacere præcepto assistendi choro, nec distributiones quotidianas acquirere. Quia hæ distributiones illis conferuntur qui choro inserviunt; at qui psallunt, ut non audiantur ab altera parte, choro non inserviunt: quia sic recitare perinde est ac domi officium privatim persolvere. Hanc defendunt Azorius *Lib. X. cap.* XI. *quæst.* V. Lessius *Lib. II. de instit. cap.* XXXIX. *dub.* 33. Reginaldus *Lib. XVIII. n.* 175. Leander

*disp.* VI. *q.* XXXVIII. & penes ipsum Beia, Squillante, Marchinus, Suarez, Navarrus, Bonacina, Sotus, Gratius, plurimique alii. Hinc sequitur, neque dimidiam distributionum partem respondentem dimidiatæ recitationi præfatos Canonicos acquirere: quia illa dimidiata recitatio privata est, non publica, qualis requiritur ad implendum præceptum frequentandi chorum. Illi vero Canonici qui ita clara voce suam partem pronuntiant, ut ab altero choro audiantur, vel audiri possint, acquirunt distributiones, præceptumque implent, etiamsi illi attentione adhibita nequeant alterius partis percipere versus. Neque illi tenentur privatim repetere, ut inquit Suarez Lib. IV. cap. XIII. a n. 8. *Quod autem non debeat Canonicus repetere, aut supplere ea quæ non percipit, colligi potest ex eo quod esset illi magnum onus denuo, post tot onera quæ habet* &c. Verum vix in praxi hoc accidere autumo. Vix enim fieri potest ut aliqui saltem alterius partis non audiantur. Quod si contingeret ut una pars nihil omnino perciperet eorum quæ recitantur ab altera parte, non adeo facile absolverem a repetitione. Onerosa utique repetitio: sed quot ob hominum malitiam, & pravitatem onera, & gravamina subire non tenemur? Sed, ut dixi, vix in praxi hoc contingit. Distributiones tamen acquirent, quia per ipsos non stat quin divinum officium rite celebretur, & recte. Dum musici canunt aliquam horam, debent Canonici submissa voce eam recitare: & contuitus esset ut ante inuficam, vel post, prout opportunius fuerit, ipsi Canonici in choro recitarent de more quæ a musicis de divino officio canenda sunt.

X. Quæri. VI. *Quid præscribunt Concilia de modo quo Canonici, & prebendati tenentur implere præceptum assistendi choro?* Resp. Post relatas Theologorum sententias lubet aliqua Conciliorum decreta illuc transferre. Et quatuvis Concilia referenda, non sint œcumenica, non ideirco tamen parvi facienda sunt. Non pauci Calasitanarum auctoritates aliorum Synodi diœcesanæ, vel provincialis maiori autu respuunt, ac si essent opiniones eiusdam privati Probabilistæ: cum tamen decreta Synodorum quarumque, quæ morum doctrinam explicant, pluris habenda sint quam auctorum immorum placita. Quippe Synodis omnibus ab Episcopis quos Deus posuit regere Ecclesiam suam, legitime congregatis peculiariter Spiritus sanctus adsistit; non ea quidem assistentia qua adsistit summis Pontificibus, aut Concilio generali ab eisdem Pontificibus congregato, vel approbato, ne unquam errent; sed peculiari quadam protectione, quam imperiti tolet suis minister, quos elegit ad regendam Ecclesiam suam. Quare eiusmodi Synodi quæ solent a summis Pontificibus approbari, magna pollere auctoritate, plurisque facienda esse quam recentiorum Calasitarum placita, nemini dubium esse potest. Verum hæc obiter dicta sint. Nunc transcribam nonnulla decreta synodalia illuc pertinentia.

XI. D. Carolus Borromæus II. Part. tit. XXXIII. *Qui digniates*, inquit, *aut personatus in Ecclesiis obtinent, & Canonici, nominis, ac institutionis suæ memores, ea pietate, & assiduitate divina officia colere debent, ut alii eorum exemplo ad studium, & amorem divini cultus accendantur. Itaque auctoritate etiam Concilii Tridentini præcipimus ut, cum in choro psallendum est, ipsi quoque, quantum honorat gradu ceteris præstant, tanto studiosius psalmis, hymnis, & canticis una cum aliis modulantes Dei laudes celebrent. Cui officio si defuerint, pro absentibus habeantur; & earum horarum quas ea ratione non obierint, distributionibus mulctentur.*

XII. Concilii Burdigalensis anno 1583. celebrati decretum, quod refert Natalis Alexander *Lib. II. art. 2. regul. 14.* hæc præscribit cap. VIII. *In choro colloquia nulla permittantur; sed omnes pie, ac devote divino cultui sint intenti. Qui contra fecerit, nisi monitus quiescat, pervetur eius hora distributione, vel graviore pœna mulctetur. Dum psallitur, Canonici omnes, & Sacellani, nisi per infirmitatem, aut aliam legitimam causam impediantur, psallant, nec mussent in suis scabellis otiosi; neve putent se officio functos, si vicaria tantum opera cultum divinum celebrari curent. Preces, & divina officia, non cursim, & festinanter, sed devote, attente, & gravitter in choro omnes recitent, perpetuo memores tremendæ illius Prophetæ sententiæ: Maledictus qui facit opus Dei negligenter.*

XIII. Similia præcipit Concilium Turonense eodem anno 1583. celebratum cap. XIII. *Cum in choro fuerint, gravitatem ferventi, quas locus, & officium exigunt, non inter se, aut cum aliis confabulantes, seu colloquentes, non dormientes; aut litteras, seu scripturas alias legentes. Cumque psallendi gratia ibidem consideant, muta, aut clausa labia non teneant; sed omnes, præsertim qui maiore funguntur honore, in psalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulentur.* Non modo



modo Canonici a psallendi munere non eximuntur, verum etiam potiore iure, quia maiore honore sunt ornati, astringuntur.

XIV. Concilium Mediolanense IV. *part. II. cap.* XIII. hæc statuit. *Quicumque, dum alicuius statæ horæ officium in choro peragitur, Missam celebrando, tum a choro absuerit, illius horæ distributionis tamquam absens participet ut sit, ut a sancta Sede apostolica declaratum est: id vero nisi pro absentia Sacerdotum qui in Ecclesia tunc Missæ sacrificium faciant, necessitas aliquando intulerit, ut Præfectus Canonicorum aliquem Sacerdotum e choro exire, a stataque hora officio abesse. Missa celebranda caussa iubeat; aut nisi a Sede apostolica aliter concessum fuerit.*

XV. Concilium Basileense *sess.* XXI. *cap.* XIII. hanc regulam tradit. *Nemo, dum hore in communi publice cantantur, legat, vel dicat privatim officium: nam non solum obsequium quo obnoxius est choro, subtrahit, sed alios psallentes conturbat.*

XVI. Concilium Provinciale Florentinum celebratum anno 1573. sub Archiepiscopo Antonio Altovita hæc præscribit rub. XVII. cap. II. *In dignitatibus aut canonicatibus erectis, veterique Ecclesiarum servatis additis, statis horis attente divinis adsint officiis; nec unquam vagentur per Ecclesiam, neve a choro discedant, nisi precibus absolutis, aut aliqua compulsi necessitate: in choro, proprius quisque stalis, confideant, CONCORDI VOCE, & corde psallant simul omnes, debitis opportunitatibus adsurgant, sedeant, genuflectant, capita deiegant, & nihil alienum divinis misceant; privatim officium non recitent, literas non legant, non colloquantur. Si vero aliquis in his offenderint, quas percepturi essent, distributionibus careant, aliterque pro culpæ gravitate corripiantur.*

XVII. Tandem S. Antoninus *Part. II. titul.* IX. *cap.* XII. inter negligentias in persolvendis horis canonicis occurrentes hanc enumerat. *Sexta* (inquit) *negligentia est, quando psallentibus aliis cantando, vel legendo, quis vult illo tempore dicere alias horas privatas submissa, plures horas per se citius dicens: hic quodammodo furtum facit. Nam furtum committit qui re alterius utitur contra voluntatem ipsius. Cum autem voluntas Religiosi sit in manibus Prælati, & Prælatus velit subditum cum ceteris persolvere horas, ut iuvet alios, & communiat cum aliis, proprio arbitrio vocem subtrahens, ut suas orationes dicat, furtum committit, nec Deo placat. Unde Bernardus:* Ingratum est Spiritui sancto quidquid obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. *Nec est sufficiens excusatio, si quis dicat, se non habere vocem bonam ad alterandum chorum: quia & in templo Domini erant vasa non solum aurea, & argentea, sed etiam enea, & omnia Domini opera suo modo benedicunt Dominum; & suis vocibus non solum psittacus, & cygnus, & philomela, sed & ranis, & asellus, & cicada.* Plura alia Synodorum decreta referunt Natalis Alexander, & Franciscus Genet *Tom. II. cap.* VII. & X.

XVIII. Ex his luculenter colligitur, Canonicos, & Præbendatos debere in choro eodem corpore præsentes esse, sed mente & animo, fusique labiis Deum laudare. Nec obligatio laudandi Deum solum conventum frequentantium chorum spectat, sed singulos afficit: quia singuli percipiunt distributiones, singulique choro astricti sunt, non ut loco statuarum ibi sint, sed ut Deum laudent. Quare mihi haudquaquam probatur consuetudo illa, ut supra dixi, quia Canonici absens tantum voce chori officium persolvunt. Excipe, dum in magnis solemnitatibus cantu figurato, quem vix eorum aliquis callet, officium celebratur. Consuetudo quippe laudata, seu corrupteia, & Ecclesiæ intentioni, tot canonum voce expressæ, & communi sensui adversatur. Quid enimvero magis rationi contrarium quam alicuius professionis præcipuos magistros otiosos in eadem esse, inertesque? Chorum frequentare tenentur, & ab eo oriere, in quo chori professio sita est, exempti sunt? Si silentio chori præceptum non impletur; qui fieri potest ut muti illi Præbendati præcepto faciant satis? Sed caumt, inquiunt recentiores, per Mansionarios, Capellanosque. At omni frequentandi chorum, persolvendique officium, Canonicorum personas afficit, & sicut per alios residentia, & præsentia suppleri nequit, ita neque debitum recitandi officium. Sic ego sentio, canonum auctoritate, & ratione fretus; & contrariam opinionem inter paradoxa Calasitarum relicio.

XIX. Postquam hæc scripseram, sapientissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. laxam opinionem profligavit in sua Constitut. *Cum semper*, quæ extat in eiusdem *Bullar. Tom. I. n.* 103. *pag.* 366. sub finem §. 24. „ Equidem scimus in aliquibus metropolitanis, & cathedralibus Ecclesiis inter Canonicos eam opinionem invaluisse, ut se „ munus suum satis implere contendant „ dum choro præsentes adsilunt, licet ipsi

„ sibi silentium imperent, neque psallentibus „ Beneficiatis, aut Manionariis in cantu se „ adiungant. In huiusce vero opinionis con„firmationem adduci ab iisdem solent inve„teratæ consuetudines, statuta peculiaria, „ aut etiam prætenia Ecclesiarum suarum „ privilegia. At quum Synodus Tridentina „ *sess.* XXIV. *c.* XII. loquens de Dignitatibus, „ & Canonicis, qui choro interesse debent, „ unum ex eorum officiis esse dicat, *incboro „ ad psallendum instituto, hymnis, & canticis „ Dei pariter reverenter, distincte, devoteque „ laudare*; quumque pauca omnino sint Capitula in quibus eo modo a Canonicis in „ choro assistitur, ideoque receptæ in univer„sa Ecclesia disciplinæ paucos illos adversari „ dignoscatur; quum inluper opinio illa numquam in Congregatione Concilii Tridentini „ interpretationi præpolita, examinata sit, „ quin statim explola fuerit, & improbata: „ quamvis præsumptis consuetudinibus, aliisque fundamentis, & rationibus innixa perhiberetur, Canonicis etiam Ecclesiarum „ patriarchalium huius nostræ urbis super hoc „ instantibus; quum denique idem iudicium „ prolatum reperiatur a pluribus Concilijs „ provincialibus, ab hac etiam apostolica „ Sede approbatis & confirmatis: nihil iam „ reliquum esse videtur, quominus pauciores „ universorum legi se accommodent. Equidem minime nobis compertum est, quo peculiari titulo suffulti perstasum habeant unius del alterius Ecclesiæ Canonici se munieri suo satisfacere per simplicem in choro al„ sistentiam absque divinæ psalmodiæ cantu.

„ Verum, nisi illis præsto sit apostolicum, „ non præsumptum, vel abrogatum, sed legitimum, ac vigens privilegium, sive indultum; iure ac merito verendum est ne illi, „ dum ita se gerunt, præbendarum, ac distributionum fructus minime suos faciant, & „ consequenter ne ad eorum restitutionem teneantur. Quapropter vestrum erit venerabiles Fratres, hæc omnia illis aperire, ut neque nobis, neque vobis apud divinum iudicem fraudi sit, si in huiusmodi re, quæ „ tanti est momenti, utpote quæ ad ipsius Dei „ cultum proxime spectat, abusus & corruptelas, quas arguendo, & increpando evellere debebamus, dissimulatione, ac silentio nostro fovisse, & confirmasse inveniamur &c. „ Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem „ die XIV. Augusti 1744. Pontificatus nostri anno quinto. "

XX. Projectæ, ac desperatæ conscientiæ dicendi forent Canonici illi qui in tanta luce executientes, & tam luculentis documentis asres occludentes, etiamnum in depravata corruptela obstinati perstiterent. Doctissimus Pontifex primum omnium sibi opponit consuetudinis larvam, vi cuius a cantu exemptos nonnullarum Ecclesiarum Canonici se se iactabant. Consuetudinis istius spectrum explodit Pontifex summus sacrosancti Concilii Tridentini sanctione allegata. Addit, sacram istius Concilii Congregationem Romæ erectam, putidam hanc consuetudinem, atque laxissimam Cassistarum opinionem hanc toties improbasse, quoties eidem propolita fuit. Sub examen revocatæ fuere obiectæ consuetudines, rationes, & fundamenta, quibus nixa perhibebatur improbata opinio; & omnia tamquam futilia, vana, & inepta reiecta fuere. Tandem concludit Pontifex summus, hoc idem iudicium plura Concilia provincialia ab ipla apostolica Sede approbata pronuntiasse adversus præfatam opinionem.

XXI. Quæ cum ita se habeant, quo se recipere Canonici in choro obmutescentes possint, non video. An ad patrocinium *Bonacinæ, Sanchez, Pellizarii, Ledesmæ, Salmanticenjium*, similiumque Moralistarum confugient? Hos ne constituit Deus regere Ecclesiam suam? Istos ne homines Concilio Tridentino, Concilijs provincialibus a Romana Sede confirmatis prætuleris? Piuris ne hominet istos facies quam sacram Tridentini Concilii Congregationem, quam Pontificem summum BENEDICTUM XIV. his verbis Episcopos omnes alloquentem? *Quapropter vestrum erit, venerabiles Fratres, hæc omnia illis aperire, ut neque nobis, neque vobis apud divinum iudicem fraudi sit, si in huiusmodi re, quæ TANTI EST MOMENTI, utpote quæ ad ipsius Dei cultum proxime spectat, abusus, & corruptelas, quas arguendo, & increpando evellere debebamus, dissimulatione, ac silentio nostro fovisse, & confirmasse inveniamur* &c.

XXII. Bene, & recte, inquiunt. At Pontifex summus litem minime definivit; sed sub iudice illa reliquit. Quippe concludit hoc pacto. *Iure ac merito verendum est ne illi, dum ita se gerunt, præbendarum, ac distributionum fructus minime suos faciant.* Audisti? *Verendum*, non *definiendum* ait Pontifex. Porro nihil nos *veremur* Cassistarum nostrorum auctoritate fulti. Sic in re gravissima nugantur, & cavillantur cæci homines. Nam revera documenta luculentissima quæ Pontifex summus præmittit, necessario inferunt, mutos istos Canonicos præbendarum, & distributionum fructus nequaquam sibi acquirere. Fac vero



vero Pontificem prudentissimum neque ac doctissimum novam non protulisse definitionem: quid inde? An denuo definiendum erat quod toties a pluribus Conciliis definitum Pontifex declarat? An conceptis verbis non testatur Pontifex summus, Concilium Tridentinum præcipere ut cum ceteris Canonici psallant? An non iubdit Pontifex semper a Congregatione Concilii explolam fuisse præfatam opinionem? An non repetit Pontifex summus plura Concilio provincialia a S. Sede confirmata eamdem improbare opinionem? Tandem non ne compertum est, & ipsum Pontificem summum doctrinam illam improbare quam ipso teste improbant Concilium Tridentinum, Congregatio eiusdem Concilii, & tot Concilia provincialia ab apostolica Sede confirmata? Hæc omnia perspicua, splendida, inconcussa. Et hæc omnia tibi satis non sunt? In tot documentorum conspectu super una voce *verendum* cavillaris, rixaris, ineptis?

XXIII. Urgent dubio procul hæc quæ hactenus dicta sunt. At non heinc consequitur damnatam esse opinionem nostram. Probabilis ergo manet, utpote quinque aut sex Theologorum auctoritate fulcita. Si probabilis, ergo licite, & secure demandare illam executioni valemus: qui enim probabiliter agit, prudenter agit, ut commune fert axioma. Eu quam verum sit, venefícum illum *Probabilismi* abulum universam infecere morum Theologiam. Quamquam semper explola fuerit a Concilii Tridentini Congregatione opinatio isthæc; quamquam tot Concilia provincialia, & ipsa apostolica Sedes eamdem reiicant, non propterea a gradu excidit probabilitatis? Sola Vaticana excommunicationis fulmina cervices deprimit Probabilismi? Nisi hæc tela iugulum petant, rationibus, tametsi luculentissimis, haudquaquam acquiescunt Probabilistarum non pauci.

XXIV. Audivi ipse perinsignis Ecclesiæ Canonicos similia effutientes. Laudata Concilia noverat, ut iis in Cathedralibus in quibus tam pauci sunt Manionarii, Beneficiarii, & Clerici, ut laudabiliter preces perfoivi divinæ nequeant, Canonici quoque psallant. At cum in nostra Cathedrali ingens sit Clericorum, & Manionarionum numerus, hi soli digne, & valde decenter divinas celebrant laudes. Canonici vero sua præsentia, atque silentio religionis cultum, officiumque decorant. Varietate quippe silentii, & cantus splendet Ecclesiæ disciplina. Accedit inveterata Cathedralis nostræ consuetudo. Quid plura? Deliria hæc fundebant Canonici Probabilismi præstigiis obducti. Siquidem in eadem pulcherrima civitate nonnulli Theologi Probabilismi in tam erronea confirmabant opinione Canonicos ipsos. Et quia illorum unus, doctrina, zelo, morumque probitate clarissimus, quique nunc episcopali fulget dignitate, religioni sibi vertebat in choro silentium, adeoque una cum Manionariis elata voce canebat, peccare eum mortaliter effutiebant laudati Probabilistæ. Eccur? Quod laudabili consuetudini se le opponeret: quod confusionem, perturbationem, & diffidia inter mutos Canonicos disseminaret: quod depravatæ eorum corruptelæ non consentiret. Incredibilia hæc videntur, sed veritates sunt mihi manifestissimæ, quas propriis auribus audivi.

XXV. Monstrosa, & horrenda quæ recensui, commenta seipsis, ex iis quæ dixi, corruunt. Concilium Florentinum sub Archiepiscopo Altovita celebratum non parvæ, sed amplissimæ Ecclesiæ fuit Canonicos alloquitur. Summus Pontifex Benedictus XIV. non de parvis, sed de metropolitanis Ecclesiis loquitur: illarum antiquas consuetudines reiicit. Perridicula ergo est recensita Ecclesiarum parvarum distinctio, quod attinet ad psallendi debitum.

XXVI. Paucis rem expediamus. Plures facienda una sola Synodus provincialis, potissimum a Sede apostolica confirmata, quam centum Cassistæ contrarii. Non una, sed plures Synodi provinciales, sacra Concilii Trid. Congregatio, Pontifex summus improbant Canonicorum in choro silentium, ceteris canentibus: illud damnat communis omnium graviorum Theologorum auctoritas: illud eamdem damnat ratio. Pii fideles bona sua Ecclesiis donarunt, ut Ecclesiastici a mundi negotiis seiuncti, Deum inter & populum mediatores constituti, divinas celebrent laudes, Deumque placabilem populo reddant. Ideo ne fideles bona sua elargiti sunt, ut Canonici statuas, truncos, stipitesque in choro agant? Si tu soluto pretio advocatum destinasses, ut apud Principem causam ageret tuam, illumque propitium tibi efficeret; suo ne ille fungeretur officio, si nullo ad Principem pro te verbo facto, tamquam statuam te Principi sisteret? Quinam suis chori? Psalmodia, qua Deus laudatur. Ideo ergo adesse choro debes, ut psallas. Ergo, te non psallente, corporis præsentia ludicra est. Peccas, si corpore absis: ergo potiore iure peccas, si ore taces.

XXVII. Hæc omnia tam evidentia sunt, ut vel ipsos illuminare cæcos valeant. Quare non rationibus amplius disputandum, sed pre-

cibus potius orandum ut Deus tenebras dispellat erroris. Non modo omni probabilitatis gradu caret opinio confutata, sed scandali plenissima est, & futilitatis. Hinc colligo quam merito cavendum a non paucis Casuistis sit, qui talia opinionum portenta propugnare non erubescunt, etiam postquam summus Ecclesiæ Pontifex tam luculenter corruptelam rejecit. Maxima illius moderatione, cautioneque abutuntur. Nihil apud illos valent rationum momenta, nihil Conciliorum decreta quæ allegavit Pontifex, qui majoris veritatis ostensione convincere, quam solius authoritatis gladio in servitutem redigere subditorum mentes. Verum ne pluribus te detineam, scias velim, eos omnes viam percurrere damnationis qui nullam ut improbabilem, erroneamque rejicere opinionem volunt, nisi sit anathemate confixa. Non disputandum contra illos est, sed orare pro iisdem debemus.

XXVIII. Grate interim referendæ Deo sunt, quod Sapentissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. novum aliud diploma ediderit, quo causam nostram extra non disputationis modo, verum etiam cavillationis cujusque aleam constituit. Breve illud est ad Eminentissimum Cardinalem Delphinum Patriarcham Aquilejensem datum, quo suam laudatam Constitutionem *Cum super oblatis* confirmat, & roborat, occasione quorumdam privilegiorum, quæ insigni Capitulo Ecclesiæ cathedralis Veronensis benigne impertiit. Siquidem post privilegiorum concessionem hæc adjicit Pontifex Maximus in hoc Brevi, cujus initium est, *Dilecte Fili ... Præclara decora &c.*

XXIX. „ Porro nolumus inter tot tantaque privilegia eidem Capitulo, & Canonicis concessa, numerandum esse illud quod, „ quemadmodum Tibi, æque ac Nobis notum est, antiqua traditione contra sacrorum „ Canonum sanctiones, ac nostram præsertim Constitutionem, cujus initium est, „ *Cum super oblatas*, invectum ab ipsis Canonicis, non modo contenditur, sed etiam „ servatur, interessendi duntaxat choro, & „ cum ceteris Mansionariis, Capellanis, Acolythis, & Clericis canentibus, psallentibusve adstendi, numquam vero cum iisdem „ canendi, psallendive, etsi nonnullos eorumdem esse accipimus qui aliter sentientes a „ conscientiæ angoribus agitantur ex eo quod „ ea propter se non fecisse fructus suos existiment. Itaque a Te, dilecte Fili noster, „ postulamus, & flagitamus, ut non solum hujusmodi ABUSUM, ET CORRUPTELAM ab ecclesiastica disciplina absonam, „ & canonicis ordinationibus, ac *nostræ quæque Constitutioni contrariam* penitus evellere, & eradicare adnitaris; verum etiam ipsos suaviter, fortiterque admoneas, & horteris ut impositorum ea qua decet, ac „ *teneantur*, reverentia choro intersint, adsistantque, nec non pari pietate, attentione, ac vigilantia *omnino caneve, vel psallere* cum ceteris studeant, & contendant. Deinde iisdem edicas, & norum facias, Nos, quemadmodum per hasce nostras in forma Brevis litteras Tibi declaramus, & injungimus, decernere, atque statuere, sicut *in eadem Constitutione nostra* innuimus, ipsos, hujusque successores Canonicos, choro quidem interessentes, adsistentesque, minime vero canentes, psallentesve, *NULLO PACTO ex prabendis, & distributionibus facere fructus suos, atque adeo RESTITUTIONI* obnoxios esse, ac fore. Verum cum iis qui hac super re conscientiæ stimulis acti ad Te confugerint, benigne indulgentes, Tibi facultatem tribuimus, & impertimur, ut sive per Te ipsum, sive per alios a Te deputandos, unusquisque Canonicus qui se in canendo, psallendove in choro cum aliis defecisse animadverterit (dummodo promittat se deinceps omnino curaturum ut in choro & præsens adsistat, & cum aliis canat, psallatve) absolutionem a culpa, & ab omnibus fructibus indebite perceptis dispensationem obtinere possit, & valeat. Ceterum volumus, & mandamus ut nulli eorumdem Canonicorum, qui licet præsens in choro adsistat, tamen minime canat, psallatve, suffragentur huiusmodi indulta, ac privilegia, quæ uniquique moderno, & pro tempore existenti Canonico; ad tuorum meritorum intuitum per eosdem præsentes litteras concedimus, & elargimur. Ceterum Te, dilecte Fili noster, rogamus, & in Domino hortamur, ut iisdem fiuiusmodi quibus Nos, suppicationibus tuis inclinati, eosdem Canonicos novis apostolicæ benignitatis, auctoritatisque privilegiis auximus, nostris, tuisque rationibus Pastorum Principi Jesu Christo æterno judici reddendis, satisfaciendum cures; & abusu, & corruptela huiusmodi penitus sublata, divinum cultum per divinæ psalmodiæ cantum promovere, & augere satagas, ut non minus ipsi Canonici quam Nos ipli invicem æternam mercedem a bonorum omnium largitore Deo consequi mereamur. Interim cælestis præ-

„ sidii auspicem, & studiosæ nostræ ad tibi „ gratificandum voluntatis pignus esse cupimus apostolicam benedictionem, quam Tibi, dilecte Fili noster, & iisdem Canonicis peramanter impertimur.

„ Datum Romæ apud sanctam Mariam „ Majorem sub annulo Piscatoris die XIX. „ Januarii MDCCXLVIII. Pontificatus „ Nostri anno octavo.

XXX. Quæ nunc ad effugium rima superest? Nulla sane. Qui olim cavillabantur *Verendum est ne isti faciant fructus suos*, audiant nunc *nullo pacto facere fructus suos*, sciantque *restitutioni esse obnoxios*, & tandem agnoscant oppositam opinionem, & consuetudinem *abusum* esse, & *corruptelam* ipso summo Pontifice teste. Hinc quoque discant molliciis Ethices asserrores, docliiores in posterum esse, atque simpliciores in interpretandis excipiendisque apostolicæ Sedis constitutionibus: Nullum quippe diploma, quantumvis perspicuum, luculentumque, confutet, si sophista commentator accedat.

XXXI. Quæst. VII. *Quibus pœnis obnoxii sunt Præbendati, seu Canonici qui absque legitima causa a choro absunt?* Resp. Duplex illis pœna constituta est. Prima, qua ipso facto privantur quotidianis distributionibus, ut decrevit Bonifacius Papa VIII. *cap. unico de Clericis non residentibus in 6.* ubi hæc habentur. *Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam exceperit ... rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas: immo ad omnium restitutionem, qui contra nostram hujusmodi constitutionem receperit, teneatur.* Idem statuit Tridentinum *sess.* XXIV. *cap.* XII. Cui privationi, & restitutioni post acceptionem obnoxii sunt præfati Canonicante judicis sententiam, ut supra dictum est. Altera pœna ex Tridentino est, quod Præbendati qui ultra tempus a lege permissum absunt a choro pro primo anno, primaque vice spoliandi sint fructuum beneficii mediate: quod si perstiterint in negligentia, & socordia, omnibus beneficii fructibus privari debent. Denique si fuerint contumaces, ipso beneficio spoliandi sunt.



## §. III.

*Quibus applicanda sint distributiones quas qui a choro absunt, perdunt?*

I. CConcilium Tridentinum *sess.* XXI. *c.* III. & *sess.* XXIV. *c.* XI. *de refor.* statuit distributiones amissas ab absentibus absque legitima causa dividendas inter præsentes esse: quod rationi congruum est: quia præsentes, aliis absentibus, plus defatigantur. Si ergo ex aliorum absentia plus incommodi teantur, convenit ut & maius commodum percipiant. Quod intelligendum est, nisi statutum, aut consuetudo peculiaris aliud statuat. Excipiendæ quoque sunt ipsius Tridentini statuto *sess.* XXII. *cap.* III. distributiones debitæ extraordinariæ, quæ percipiuntur a persona constitura in dignitate. Hæ liquidem non præsentibus debentur, sed fabricæ, vel cui Ordinario placuerit. Solæ ergo distributiones ordinariæ, amissæ ob defectum absentiæ, dividi inter præsentes debent, secus vero illæ quibus Canonici, seu præbendati privantur ob aliquod crimen, ob excommunicationem, vel interdictum. Tales namque distributiones Ecclesiæ fabricæ, si egeat, vel alteri pio loco applicandæ sunt, ut communiter Auctores docent.

II. Quæst. I. *Qui legitima causa a choro absunt, acquirunt distributiones, non modo propriæ præsentiæ debitas, sed eas etiam quæ ex aliis absque causa absentibus accrescunt?* Resp. Affirmant aliqui; sed probabilior, & communior sententia negat. Quia nullum ius reperitur quod hoc privilegium impertiat legitima causa impeditis, ut nempe absentium absque causa distributionum participes fiant. Satis quippe est quod privilegio potiantur acquirendi eas quæ propriæ præsentiæ debitæ sunt. Neque præsumi potest privilegium, quod in divini cultus diminutionem cedit. Ita docent Castropalaus *disp.* III. *punct.* 8. *n.* 8. Bonacina *disp.* II. *quæst.* VII. *punct.* 1. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* IV. *punct.* 2. *n.* 11. & alii. Quod si alicubi obtinet consuetudo oppolita, eidem standum est. Porro si omnes Præbendati propria culpa absunt, aut ob interdictum latum in ipsum Capitulum; distributiones applicandæ sunt Ecclesiæ, vel alteri pio loco, prout magis opportunum fuerit. Si vero omnes inculpate absunt, vel quia diuta Ecclesia est, aut ob infirmitatem, vel aliud legitimum impedimentum; tunc ipsis Præbendatis applicandæ sunt, quia absque culpa non infligitur pœna.

III. Quæst. II. *Præbendati præsentes iure ne valent absentibus absque causa resistere distributiones, vel denare, aut de eisdem eum illis transigere?* Resp. Concilium Tridentinum, ut omni efficacitate induceret Præbendatos, & Canonicos ad chorum frequentandum, omnem conventionem, collusionem, mutuamque remissionem vetat. Sess. XXIV. cap. XII. de refor. *Distributiones vero, qui statis*

*statis locis interfuerint, percipiant: reliqui, quavis collusione, aut remissione exclusa, his careamo.* Terminorum explicatio rem claram efficiet. *Collusio* est mutua debitorum condonatio, sive expressa, sive tacita. *Donatio* illorum est quæ quis possidet, quorumque dominio potitur. *Remissio* dicitur eorum bonorum quæ alicui debentur, eo quod ad illa ius habeat. Omnia hæc Tridentinum prohibet fieri. Disputant Theologi, num Tridentinum ita hæc prohibeat, ut sint invalida, nedum illicita. Negant Navarrus *in Manual. cap.* XXV. *num.* 153. Sylvester *verb.* Benef. *q.* III. & alii. Sed affirmans sententia probilior est, quam defendunt Bonacina, Suarez, Pelizarius, Salmanticenses *tract.* XVI. *c.* IV. *punct.* 2. *n.* 12. & 13. ubi advertunt, hoc intelligendum esse non modo de amittendis in posterum, verum etiam de amissis propter defectum abientiæ. Quia Concilium omnem collusionem, remissionem, & donationem excludit, ut omnis ipes tollatur absentibus percipiendi quacumque via distributiones, quibus privantur ob absentiam. Idque clarius colligitur ex declaratione sacræ Congregationis, quam refert Garcias III. Par. cap. 11. num. 431. *Nec fas sit rusticum eas accipere: & si accipiat, sunt non faciat; sed restituere cogatur, illico distribuendas fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi.* Nec officit quod quidam iuniores obiiciunt, præceptum odiosum esse; adeoque stricte interpretandum de distributionibus dumtaxat amittendis, secus de amissis. Quoniam licet odiosum sit præceptum ipsis reis absentibus, favet tamen divino cultui, favet chori frequentiæ, quam omni via promovere Concilium intendit, omnemque præterea tum, & ansam absentiæ auferre.

IX. At numquid illicita erit donatio præfatarum distributionum? Minime. Quilque licite sua donare valet: nec licitam, genuinamque donationem Concilium tetat. Quare Præbendatus perceptas distributiones quas re possidet, cui voluerit, donare potest. Ante possessionem, cum solum ius ad illas habeat, remitteret, non donaret. Remissio autem verita a Concilio est: remissio, inquam, facienda Præbendato ob abientiam distributionibus privato; secus cuique alteri pauperi, vel Ecclesiæ facienda. Cavenda tamen *collusio*, etiam tacita, est. Nam si præbendati, seu Canonici ablentes mutuo sibi distributiones perceptas donarent; ex tacita quadam *collusione* ipla donatio illicita, & invalida foret ob implicitam *collusionem* prohibitam a Concilio. Quare donatio hæc inter Præbendatos semper suipecta est, periculique plena. Qui liberalitatis virtutem exercere cupit, donet pauperibus indigentibus, Ecclesiæ, pissque locis. Cum vero lis est, & dubium, cuinam distributiones debeantur; transactio super his ad tollenda dissidia, & litos optima, nedum licita, erit.

## § III.

### *De caussis excusantibus Præbendatos, sive Canonicos a chori frequentia, quin distributiones amittant.*

I. TRes in iure habentur designatæ caussæ quæ excusant Præbendatum a chori frequentia, quin ullam iubeat pœnam amittendarum distributionum. Caussas istas definit Bonifacius Papa VIII. *cap. unic. de Cleric. non residen.* Prima est *infirmitas*; secunda *iusta, & rationabilis corporis necessitas*; postrema *evidens Ecclesiæ utilitas*. Qui absunt a choro ob quodlibet aliud impedimentum, etiamsi legitimum, puta ad succurrendum propriæ familiæ, ad exercendum aliquod pium opus, amittunt distributiones. Explicandæ nunc sunt præfatæ tres caussæ.

II. Quæst. I. *Quæ infirmitas excusat Canonicum, seve Præbendatum a chori frequentia?* Resp. Convenit penes omnes, solam gravem, secus levem infirmitatem reddere imunem Præbendatum & a choro, & a pœna amittendarum distributionum. Quænam autem gravis, quænam levis infirmitas dicenda sit, certa regula definiri nequit; sed prudentis viri iudicio declaranda est. Si res ad forum deducatur, Prælati iudicio standum erit. Si forum internum spectetur, medicus consulendus, si dubitetur levis ne, an gravis sit infirmitas. Levis absolute morbus esse potest, qui tamen ob egressum e domo, & aeris intemperiem, attento gracili temperamento gravis fieri potest. Quo in casu nullam subire Præbendatus pœnam debet. Ceterum nullus in his casibus iudex melior quam Præbendatus ipse bene moratus, prudens, non meticulosus, nec scrupulis obnoxius. Si vero his defectibus laboret, christianum medicum, non palponem, aut alium pium, prudentemque virum consulat.

III. Quæst. II. *Canonicus qui culpa propria infirmitatem contraxit, amittit ne distributiones?* Resp. Sententia negans communis est. Quoniam ius excutat infirmos, nec distinguit infirmitatem necessariam a voluntaria. Nec nos ergo distinguere debemus. Quid quod nos frequenter, nobis inficiis, aut semivolentibus, morbis noitris caussam damus. Via ergo latissima aperietur scrupulis, & perplexitatibus, si noitra cooperatio in morbum attendenda esset, & examinanda. Sententiam hanc defendunt Navarrus, Garcias, Covarruvias, Barbosa, Sanchez, Palaus, Leander, Salmanticenses, & communiter omnes.



IV. Quæst. III. *Canonicus qui data opera se in morbum conicit, ut a choro absit, amittit ne distributiones?* Resp. Negant Bonacina, Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* IV. *punct.* 3. §. 1. *num.* 16. Leander *quæst.* LIV. ob rationem *num. præced.* expositam, quod iura ad infirmitatem, non ad intentionem respiciunt. Et est opinio satis probabilis. Hic tamen in foro exteriori posset privari distributionibus in pœnam delicti. Et revera etiam in foro interiori, quem serio tanti facinoris pœniteret, ipse, naturali quodam instinctu, hanc pœnam lueret. Et, si fide bona dirimenda caussa sit, non video rationem cur ex iniquitate commodum colligere iste debeat.

V. Quid, si Canonicus infirmus ante infirmitatem consueverat abesse choro, acquireret ne infirmitatis tempore distributiones? Leander *disp.* VI. *quæst.* IV. probabilius esse docet, hunc non acquirere distributiones: quia tunc infirmitas non est caussa cur a choro absit, si cessante morbo reapse choro non adesset. Pro qua sententia citat Vasquez, Azorium, Bonacinam, qui asserit sic decisum a Rota esse 2. *Maii* 1630. Trullenchum, Escobarum. Bonacina tamen limitat, si infirmus mutaret voluntatem, & deliberaret chorum frequentare. Præcisa auctoritate, ratio potius suadet oppositum. Siquidem præbendatus, graviter infirmus reipsa impeditur a chori frequentia. Impediti a chori frequentia ob infirmitatem a iure excusantur. Cur ergo hic excusari non debet? Ob delictum præcedens? At numquid delictum præcedens efficit quod non sit infirmus, aut vim privilegii infringit? Inconsequenter profecto loqui videntur Auctores isti. Nam si eximunt illum qui sua iniqua voluntate infirmitatem contrahit, hac ratione quod iura non respiciunt intentionem, sed morbum; non video qua ratione velint subiicere pœnæ amissionis distributionum eum qui nulla sua culpa infirmatur. Si delictum præcedens contrahendæ infirmitatis non tollit vim privilegii, cur præcedens peccatum negligendi chorum privare infirmum suo privilegio debet? Quare satis probabilis mihi est opinio quæ docet hunc non amittere distributiones; potissimum si mutata voluntate deliberet chorum frequentare. Hanc sententiam defendunt Petrus Navarra *Lib. II. de restitut. cap.* II. *dub.* 3. *n.* 238. Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* IV. *punct.* 3. §. 1. *nu.* 17. Si tamen oppositum decisum a Rota est, quod me latet, præterenda rationi Rotæ auctoritas est; & in re dubia tutior pars eligenda.

VI. Si Canonicus, seu Præbendatus extra locum residentiæ absque legitima caussa degens infirmetur, non fruitur privilegio concesso infirmis: quia hic ex malitia reputatur abiens. Si vero extra residentiæ confinia reperiatur ob legitimam caussam, puta ob Ecclesiæ negotia, quibus peractis infirmetur: tunc suas facit distributiones, sicut ceteri infirmi in loco residentiæ. Hæc omnia communia sunt.

VII. Laborantes podagra impediente accessum ad chorum acquirunt distributiones: quia vere absunt ob infirmitatem. Senes pariter qui sine probabili periculo gravis infirmitatis domo egredi nequeunt, suas faciunt distributiones.

VIII. Reiicimus vero tamquam laxam & fallam opinionem Leandri *disp.* VI. *q.* LXII. Bonacinæ, & aliorum Probabilitarum, qui asserunt senes septuagenarios communiter exemptos esse a choro, eo quod ipsa grandæva ætas morbus est. In cuius opinionis præsidium laudat Leander versiculum Psalmi LXXIX. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potentatibus octuaginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.* Perperam ad fovendam laxitatem verba sancta allegantur. Si labor sit, & dolor in senibus, experientia dignoscitur; & sic excusantur; si autem sani sint, & robusti, si domo egrediantur ad alia peragenda negotia; cur a choro eximi debent? Non ergo ratione ætatis, sed ratione debilitatis veræ, & gravis, qua senes frequentius afficiuntur, a choro excusantur.

IX. Quæst. IV. *Quænam dicenda sit rationabilis corporis necessitas, quæ est secunda caussa excusans Præbendatum a chori frequentia?* Resp. Regula generalis quam communiter Theologi affignant, hæc est. Quoties chori frequentia parit aliquod grave damnum honoris, salutis, vitæ, aut fortunæ; tunc rationabilis necessitas censetur abstinendi a chori frequentia. Hinc qui ex medici prudentis iudicio domi moratur ad medicinam fumendam, ad venam scindendam, non emit-

amittit distributiones; sicut nec ille qui ex medicorum consilio ad balnea, vel ad locum salubriorem aeris, ut sanitatem recuperet, proficiscitur. Similiter distributiones acquirit qui ab hostibus capitur, aut per vim detinetur: qui habet infirmum, quocum reconciliari non potest, timetque ab illo grave damnum. Quid de eo qui abest ob timorem pestis grassantis in loco beneficii? Acquirere distributiones defendunt Leander *disp.* VI. *q.* LXVIII. Salmanticenses *loc. cit. num.* 19. quia haec reputatur rationabilis corporis necessitas. Negant vero Covarruvias *Lib. III. var. cap.* XIII. *num.* 8. Barbosa *Lib. III. de iur. inter. cap.* XVII. Sanch. *Lib. II. consil. cap.* II. *dub.* 91. *num.* 2. & alii. Concedunt fructus beneficii percipi iure posse ab praefatis, secus distributiones. Quoniam, si nolunt communi periculo subiacere, non videtur congruum quod commodum percipere debeant. Et haec opinio videtur rationabilior. Si Praebendatus curam habeat animarum, omnes fatentur quod distributiones non acquirat; immo communius addunt, nullo modo hunc abesse a grege posse. In carcere detentus per iniustitiam, quin ipse causam deserit, distributiones acquirit; secus si iuste detineatur.

X. Quaest. V. *Quid de Praebendato absente ob excommunicationem?* Resp. Similiter hic acquirit distributiones, si nullam excommunicationi causam dedit, atque adeo sit iniuste excommunicatus: dummodo tamen curet ab excommunicatione absolvi; alioquin sua negligentia abesset. Si vero iuste excommunicatus sit, sive virandus fuerit, sive non, distributiones amittit.

XI. Quaest. VI. *Quid, si iuste excommunicatus choro assistat?* Resp. Lucrari hanc distributiones, licet mortaliter peccet, contendunt Salmanticenses *tract.* XVI. *cap.* IV. *p.* 3. §. 2. *num.* 21. & pro hac opinione laudant Martinum a S. Ioseph, Bonacinam, & Petrum Navarram. Leander probabilius existimat hunc Praebendatum non modo mortaliter peccare, verum etiam amittere tum fructus praebendae, seu beneficii, tum distributiones. Et haec opinio communis est inter Canonistas, & Theologos, ex quibus citantur ab eodem Abbas, Innocentius, Covarruvias, Ugolinus, Moneta, Sayrus, Suarez, Alterius, Garcias, Hostiensis, Paludanus, Toletus, Sylvester, Decius, Armilla Summa Confessor, Filliucius, Baunius, Bassaeus, Reginaldus, Navarrus, & alii. Advertit tamen Garcias *de benef. cap.* XIV. *num.* 129. contrariam in Hispania obtinere consuetudinem, quod videlicet excommunicatus fruatur fructibus beneficii, & distributiones percipiat quotidianas: de qua consuetudine nihil nobis dicendum occurrit. Id tantum affirmamus, quod tali consuetudine sublata, probabilior opinio est, excommunicatum amittere & fructus beneficii, & distributiones.

XII. Quaest. VII. *Quid de Beneficiato, seu Canonico suspenso?* Resp. Probabilior opinio est, non solum fructibus beneficii, sed etiam quotidianis distributionibus hunc privatum esse: quamvis horis canonicis interfuit. Secus dicendum, si iniuste suspensus fuerit: quia tunc ob rationabilem causam abesset a choro, ne videlicet maiori damno subiaceret. Idem dicendum, quando Ecclesia est interdicta, dummodo Beneficiati, seu Canonici causam huic interdicto non dederint. Tempore vero cessationis a divinis officiis, quo officia Canonici celebrare nequeunt, distributiones amittunt: quia sic declaravit Gregorius X. in cap. *Si Canonici* §. *Sciturl*, ubi statuitur, quod qui causam dedit cessationi, *omne interesse* restituere debeat Canonicis, quod deperdunt ex omissa assistentia divinis officiis. Nec eadem ratio est de interdicto, & de cessatione: quia in hac datur specialis iuris prohibitio, secus in illo. Communem esse opinionem hanc adfirmat Leander *disp.* VI. *quaest.* LXXXIII. & pro eadem citat Covarruviam, Suarez, Monetam, Sayrum, Henriquez, Bonacinam, Palaum, Trullenchum, & alios. Tempore quo polluta Ecclesia est, acquirunt Praebendati distributiones: quia per ipsos non stat quod sit polluta, neque quod officia non celebrentur. Similiter Praebendatus qui sit irregularis, si divinis assistat officiis, non amittit distributiones. Irregularitas enim non impedit assistentiam officiis divinis. Qui vero ante beneficii collationem irregularis erat, eadem amittit: quia probabilius est collationem factam irregulari esse nullam.

XIII. Quaest. VIII. *Quid de Canonico iudicis sententia beneficio privato?* Resp. Non pauci adfirmant, hunc lucrari distributiones, si iniuste spoliatus sit. Negant alii, asserentes etiam iniuste per iudicis sententiam privatum beneficio nullum ius ad illud retinere. Castropalaus, & Leander *quaest.* LXXXVII. dicunt, quod si beneficium per iudicis sententiam collatum alteri sit, etiam iniuste, tunc illo privatus amittit fructus, & distributiones; cum nullum ius ad illud retineat. Teneur tamen qui iniustitiam commisit, omnia damna reparare. Si autem ita privatus est, ut illud



illud retineat; usquedum accedat criminis sententia, quemadmodum regulariter in omni privatione delicto annexa accidit; omnes fructus, & distributiones, medio illo tempore contingentes, lucrantur, si officiis assistat; cum hoc tamen onere, ut, lata sententia declaratoria criminis, omnes fructus, & distributiones a commisso crimine die restituere debeat. Opinio valde probabilis. Canonicus, seu Praebendatus degradatus omnes amittit fructus, & distributiones, beneficium, omnemque privilegium clericale. Sententia communis est.

XIV. Quaest. IX. *Qua utilitas Ecclesiae evidens excusat a chori assistentia?* Resp. Tertia causa quae absentem a choro participem reddit distributionum, est evidens Ecclesiae utilitas: dubia enim utilitas hoc privilegium non confert. Debet ergo esse utilitas gravis, ac manifesta, & Ecclesiae propria, non alienae. Si vero sit manifesta utilitas Ecclesiae universalis, & fructus, & distributiones lucraris: quia bonum commune praevalet bono particulari. Sed quando dicenda erit utilitas gravis, & manifesta? Quando consensu Capituli, vel Ordinarii indicata fuerit talis.

XV. Quaest. X. *Qui absens est a choro in utilitatem Ecclesiae manifestam, debet ne esse in loco beneficii, ut distributiones lucretur?* Resp. Adfirmant plures, idque probant ex *c.* Cum non deceat, *de Cleric. in 6.* ubi Clerici ad Sedem apostolicam accedentes, suarum Ecclesiarum negotia tractaturi, distributionibus quotidianis privantur. Verum contrariam sententiam probabiliorem reputant Salmanticenses *tract.* XVI. *punct.* 3. §. 3. *n.* 24. & pro eadem citant Pellizarium, Palaum, Martinumque a S. Ioseph. Rationem petunt ex cit. cap. *Unico*, ubi conceditur privilegium absentibus in utilitatem evidentem Ecclesiae absque ulla limitatione: & cum huiusmodi sit dispositio favorabilis, non est cur limitari debeat. Caput vero *Cum non deceat* limitant pro peculiari casu, quo Praebendatus accedit ad Sedem apostolicam ob institutionem electionis. Opinio videtur satis probabilis. Verum haec, & similia consuetudine iam sancita sunt.

XVI. Quaest. XI. *Qui a proprio Episcopo mittitur ad visitanda limina Apostolorum, lucratur ne tempore absentiae distributiones?* Resp. Communiter adfirmant omnes: quia tunc agit negotium Ecclesiae, illius statum exponendo, & repraesentando summo Pontifici. Idem dicendum de Canonico comitante suum Episcopum ad eadem limina, ut decrevit Sixtus V. Subdunt tamen, non posse Episcopum duos mittere ad visitanda praefata limina suo nomine, sed unum tantum. Cum vero ipse Romam pergit, duos secum ducere potest. Minime vero distributiones acquireret Canonicus qui aliarum Ecclesiarum nomine, vel ut alienum Episcopum comitaretur, pergeret ad limina Apostolorum: quia tunc non abesset in sua, sed in alienae Ecclesiae utilitatem. Sententia communis, & vera. Si missus ab Episcopo ad visitanda limina Apostolorum esset Parochus, solius bimestris tempore distributiones percipere posset: quia ultra hoc intervallum nequit Episcopus Clericum animarum curatorem in alio negotio, pastorale ministerium impediente, occupare. Plures sacrae Congregationis declarationes refert Garcias *III. Part. de benef. a. n.* 46. in illius communis sententiae confirmationem.

XVII. Quaest. XII. *Canonicus qui ab Episcopo mittitur ad Concilium generale, vel provinciale, tamquam Theologus, Canonista, vel Procurator, acquirit ne distributiones?* Resp. Auctores qui negant Praebendatum acquirere distributiones, dum est extra locum beneficii, licet in utilitatem Ecclesiae suae, negant quoque illum in hoc casu acquirere, dum Concilium extra locum beneficii celebratur. Verum probabilior est opposita sententia, ut ex iis quae dicta sunt, patet. Si vero Canonicus simul Episcopus sit, pergatque ad Concilium ut Episcopus, non ut Canonicus, tunc non recipiet distributiones: quia tunc non dicitur abesse a choro in utilitatem Ecclesiae, a qua distributiones accipit titulo canonicatus. Si autem in Concilio peculiaria negotia suae Ecclesiae peragaret, tunc distributiones acquireret, quia in utilitatem suae Ecclesiae abesset. Canonicus qui a suo Capitulo mittitur ad Pontificem, vel ad Principem, ut legatus, pro agendis negotiis Ecclesiae, distributiones acquirit. Si Canonicus occuparetur a Capitulo in suppetandis reditibus mensae fabricae, dum divina celebrantur officia, acquireret distributiones, si ratio urgens occurreret has faciendi suppurationes tali tempore. Si vero congruenter alio tempore fieri possent suppurationes, distributiones non acquireret: quia Capitulum non valet tempore indebito absque rationabili causa Praebendatum occupare in negotiis quae aeque commode alio tempore post celebrata officia peragi valent. Quod si hoc speciale gravamen reputatur Canonici, qui alio tempore a divinis officiis destinatur ad eiusmodi negotia, labor illius, soluto pretio, compensetur,

fetur. Hæc mihi magis arridet opinio, ut ut Salmanticenses cum aliis sentiant.

XVIII. Quæst. XIII. *Canonicus qui, Sede vacante, eligitur a Capitulo Vicarius, seu provisor, amittit ne distributiones, si absit a choro caussa exercendi officium?* Resp. Communis sententia negat, quia absit ob evidentem Ecclesiæ lucri utilitatem; secus, si eligeretur Vicarius Episcopi: quia tunc Episcopo, non Ecclesiæ inservit. Archidiaconus quoque visitans Ecclesiam, aut prædia inæ Ecclesiæ, acquirit distributiones: quia visitando hæc loca servit Ecclesiæ in re utili. Consulenda tamen est consuetudo. Qui tempore divini officii confitetur peccata sua, non acquirit distributiones: quia non absit in utilitatem Ecclesiæ, sed in profectum animæ suæ: quemadmodum non acquirit distributiones qui absit voti proprii adimplendi caussa, ob dictam rationem, quod talis absentia non cedit in utilitatem Ecclesiæ; aut qui Missam celebrat tempore divini officii, nisi id præstet ex mandato superioris, vel nisi consuetudo contraria obtineat. Pœnitentiarius vero Ecclesiæ cathedralis, qui tempore divini officii detinetur in excipiendis fidelium confessionibus, acquirit distributiones: quia sic definit Concilium Trid. sess. XXIV. c. VIII. de refor. *Pœnitentiarius aliquis cum unione prabendæ proximæ vacaturæ ab Episcopo instituatur, qui Magister sit, vel Doctor, aut licentiatus in Theologia, vel in re canonica, & annorum quadraginta, seu alias qui aptior pro loci qualitate reperiatur: qui dum confessiones in Ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur.* Observat tamen Garcias *Par. V. de benef. cap. V. n.* 12. tunc solum præsentem in choro censeri, dum actu confessiones audit; secus, si post auditas confessiones in confessionario maneat, & privatim officium reciter, ut deinceps opportunius audire valeat accessuros pœnitentes: & refert super hac re declarationes sacræ Congregationis. Cui sententiæ subscribit Barbosa *de officio, & potest. Episcopi, allegat.* IV. *n.* 30. Bonacina *disp.* II. *q.* V. *punct.* 2. §. 5. *n.* 3. Leander vero, Palaus, & alii id negant. Verum circumstantiæ consulendæ sunt. Si enim reapte soleant pœnitentes accedere, & Pœnitentiarius sincero animo ibi se detineat, ut commodius pœnitentibus inserviat, non videtur privandus distributionibus; potissimum cum Tridentinum absolute loquatur. Eisdem distributionibus fruitur Canonicus surrogatus Pœnitentiario in audiendis confessionibus, nisi surrogatio sit in fraudem. Alii vero Præbendati qui occupantur in confessionibus audiendis sponte, non lucrantur distributiones. Quid, si superior præciperet ut adiuvaret Pœnitentiarium ob magnum concursum? Tunc necessitas audiendi pœnitentes excusaret a chori præsentia, & adiutor Pœnitentiarii acquireret distributiones. Præbendatus cui animarum cura annexa est, acquirit & fructus, & distributiones, dum sacramentis ministrandis operam navat; quemadmodum acquirit ille qui in defendendis beneficii iuribus occupatur: quia in utilitatem Ecclesiæ manifestam cedit talis defensio. Minime vero eas acquirit, dum propria iura ad beneficium adversus alterum tuetur: quia tum propriam, non Ecclesiæ, caussam agit.

XIX. Quæst. XIV. *Quanto tempore fruitur privilegio percipiendi distributiones qui absit a choro ab Ecclesia negotia tractanda?* Resp. Communis sententia est, hunc præfato privilegio gaudere, quamdiu in necessaria negotii procuratione occupatur, sive adeundo locum in quo negotium transigi debet, sive redeundo domum, sive commorando. Advertunt tamen omnes assidnam adhibendam esse diligentiam, ut celerius, quoad fieri possit, negotium expediatur. Si enim minister moras necteret, & negligenter se haberet, ut diutius quam par sit, a choro abesset; fraus illi non suffragaretur, nec distributiones iure percipere posset. Illius celeritatis, aut prolixitatis sola prudentis, & optime morati ministri conscientia iudex esse valet.

XX. Quæst. XV. *Celebratio Capituli excusat ne absentiam a choro?* Resp. Capitula celebrantur pro Ecclesiæ regimine, illisque necessario interesse sub gravi culpa Canonici tenentur: quia Capitula regimini, & conservationi Ecclesiarum necessaria sunt. Hinc tamen minime inferas, quemlibet Canonicum peccare mortaliter, si semel aut iterum abesset a Capitulo. Peccaret, si sua caussa Capitula celebrari non possent; secus, si tot sint, quot sufficiant ad rem decidendam, & si negotium magni momenti non sit. Si enim negotium grave esset, tunc non excusaretur omittens interesse Capitulo. Antequam tamen culpæ gravis damnetur qui abest, negotii qualitas ipsetanda est, habilitas personæ, & damni, vel beneficii magnitudo quæ sperari, aut timeri ex illius præsentia, vel absentia potest. Tribus tantum mensibus, quemadmodum a choro, sic a Capitulis celebrandis exculuntur, nisi urgens negotium aliud expoſcat. Igitur non modo Canonici non acquirunt distributiones, si absint a choro, ut Capitulis intersint, sed etiam vetitum illis est tempore officiorum, & maxime choralis Missæ, Capitula celebrare, excepto inopinato, & urgenti negotio; quod nec dilationem, nec anticipationem permitteret: quia assistentia in Capitulo tempore precum canonicarum non cedit in utilitatem, sed in detrimentum Ecclesiæ, & divini cultus diminutionem.



XXI. Quæst. XVI. *Canonicus Theologus, seu Lectoralis acquirit ne distributiones, si absit a choro die qua lectionem habet, vel concionatur?* Resp. Convenit penes omnes, præfatos Canonicos absentes a choro diebus quibus legunt, aut concionantur, acquirere distributiones. Garcias *III. Part. de benef. cap* II. *n.* 120. contendit eas tantum distributiones Magistros Canonicos acquirere quæ correspondet horis quibus legunt, aut concionantur, secus aliis eiusdem diei quibus addictum, neque ad legendum, aut concionandum diponunt. Verum oppoſita sententia communior, & probabilior est, & constat ex declarationibus sacræ Congregationis, quas adducit ipse Garcias. Quando enim duo sunt connexa, qui concedit unum, & alterum impertiatur necesse est. Porro ad legendum, & ad concionandum necessaria est præparatio. Neque tamen hinc inferas, eiusmodi Præbendatos Magistros choro censeri præsentes, etiam aliis diebus, quibus se præparant ad legendum, vel concionandum, quia hæc remota sunt; immo hoc privilegium lucrandi distributiones neque extenditur ad Matutinum, quod sero pro sequenti concionis, aut lectionis die celebrari solet, ut declaravit sacra Congregatio, quam refert Garcias his verbis. *An Theologus qui divinis pro præsente habetur diebus quibus legit, censendus etiam sit præsens Matutinis, qui ex antiqua Ecclesiæ consuetudine dicuntur sero præcedenti pro sequenti? congregatio respondit non esse.* De consuetudine alicubi obtinente, vi cuius eiusmodi Canonici magistrales abesse solent octo diebus ante concionem, vel lectionem, non aliud occurrit dicendum, nisi ut serio perpendatur, ne abusui consuetudinis larva imponatur. Loco abusus illam habent Garcias, Palaus, Pellizarius, Leander, & alii, si ad distributiones illa extendatur; secus si ad solos præbendæ fructus referatur. Admissa tamen hypothesi, quod eiusmodi Magistris concedi soleant octo dis, quibus se ad concionem, aut lectionem parent, si his diebus choro assistent, minime possent aliis octo diebus abesse, & percipere distributiones: quia privilegium, si quod est, istis diebus illigatum est. Neque præfati Magistri vacare a choro possunt ea die qua alterum Canonicum substituunt ad lectionem, vel concionem, quia cessat finis privilegii.

XXII. Quæst. XVII. *Quod de Canonicis curam animarum habentibus in aliis Ecclesiis a cathedralibus?* Resp. Iam dictum supra est, Canonicos curam animarum habentes in propria Ecclesia, distributiones acquirere, dum absunt a choro, ut sacramenta administrent, inaque obeant munia, ut declaret Tridentinum *sess.* XXII. *de refor. cap.* III. Difficultas est, utrum fruantur hoc privilegio, dum curam animarum habent extra propriam Ecclesiam. Bonacina adfirmat, etiamsi animarum curam eiusmodi Præbendati haberent extra diœcesim. Alii absolute negant. Probabilior videtur opinio, quod acquirant distributiones Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, in qua habent dignitatem, si animarum cura sit intra propriam diœcesim; secus, si extra diœcesim Ecclesia in qua hæc cura exerceri debet, constituta fuerit. Parochi quoque capiunt distributiones, dum absunt propter munera parochialia. Examinatores Confessorum fructus acquirunt, secus distributiones, dum absunt a choro: quia non sunt occupati in Ecclesiæ propriæ, sed Episcopi servitio. Consulenda tamen Ecclesiarum consuetudo. Canonici quoque ab Episcopo institui visitatores hospitalium, & Ecclesiarum diœcesis, Vicarii foranei, & administratores locorum, fructus, non distributiones acquirunt, eo quod non occupentur in servitio Ecclesiæ. Idem dicendum de Canonicis occupatis in Episcopi servitio. Distributiones vero acquirunt, dum Episcopo inserviunt solemniter in cathedrali Ecclesia celebranti; minime autem, dum eidem inserviunt privatim sacrificanti. Vicarius generalis acquirit fructus, non distributiones, si absit a choro.

XXIII. Canonici intervenientes Legatis summi Pontificis, vel Cardinalibus, non percipiunt fructus præbendæ, si absint a choro: quia non adest aliquod privilegium vi cuius eximantur a choro, vel absentes choro præsentes reputentur ob tale servitium. Præbendati autem qui inserviunt summo Pontifici in minore Capellani, Camerarii, Secretarii, Bibliothecarii &c. acquirunt fructus præbendæ, ut colligitur ex *cap.* Cum dilectus *de Cleric. non resident.* secus distributiones, quia talis occupatio non cedit in utilitatem Ecclesiæ propriæ. Inservientes vero Regi, aut supremo Principi, nec distributiones, nec fructus

dus canonicatus acquirunt, ob eamdem rationem, quod non absint ob manifestam Ecclesiæ utilitatem: & antiqua privilegia, si quæ erant, per Tridentinum sess. VI. *cap.* 11. *de refor.* revocata sunt. Auditores Romanæ Rotæ acquirunt fructus, & distributiones suarum præbendarum ob privilegium illis concessum a Clemente VII. in Bulla, quæ incipit *Convenit* data an. 1525. notis Aquili. Hoc idem privilegium concessere Inquisitoribus hæreticæ pravitatis Pastus III. & S. Pius V. prout refert Garcias *III. Part. de benefic. cap.* 11. *n.* 356. Quamvis tamen acquirant fructus, & distributiones præbendarum, non tamen gaudent dicto privilegio Inquisitores illi qui habent beneficia curata: quia ic decisum est a sacra Congregatione, ut refert Gonzalez *ad regul. S. Cancellar. glossl. 6. n.* 266. Collectores, & subcollectores, & alii officiales Cameræ apostolicæ acquirunt fructus, & distributiones ob privilegium illis concessum a Sixto V. anno 1590. ut refert Barbosa *III. P. de potest. Episc. alleg.* 83. *n.* 157.

XXIV. Præbendati, & Canonici docentes Theologiam in aliqua universitate, seu studio generali, acquirunt fructus præbendæ, ut colligitur ex *cap. final. de Magistris*, & decisum est a sacra Congregatione, ut testatur Barbosa *in remiss. ad Concil. sess. V. de refor. cap.* V. *n.* 80. secus vero distributiones: quia minus illud non cedit in utilitatem propriæ Ecclesiæ. Solus enim Præbendatus qui legit in propria Ecclesia, has distributiones acquirit, ut diximus supra. Idem dicendum est de Præbendato docente ius canonicum: quia licet in *cit. cap.* termo sit de sola Theologia; attamen, cum & ius canonicum æque Ecclesiæ prodit, non est cur hæc facultas a privilegio excludatur. Et Garcias adfirmat id declaratum esse a sacr. Congregat. Cardinalitique communis opinio. Ab hoc vero privilegio excludunt Auctores Præbendatos qui in universitatibus docent ius civile: quia id non pertinet ad Ecclesiasticos. Frui vero hoc privilegio citati Auctores docent illos qui docent Grammaticam, aliasque artes, quæ ad Theologiam, & ius canonicum disponunt.

XXV. Quæst. XVIII. *Quid de Parochis publice legentibus Theologiam?* Resp. Frui laudato privilegio docent plures, Leander, Palaus, Pellizarius, & alii. Verum post Tridentinum non video qua ratione hæc defendi opinio possit. Nequeunt siquidem Parochi abesse a propriis Ecclesiis ultra bimestre, nisi ex urgenti, & gravi causa: qualis sane non est munus docendi in publica Academia, seu universitate, ubi plures esse Doctores solent quam cathedræ, ne dicam discipuli. Omnes vero fatentur, Parochos docentes Grammaticam in universitate non frui privilegio exemptionis.

XXVI. Quæst. XIX. *Ut Præbendati legentes in universitate, aut studio generali fruantur privilegio exemptionis, requiritur ne ut sint conducti?* Resp. Adfirmant nonnulli. Verum contraria opinio probabilior est: quia in *cap. fin. de Magistris*, & in Tridentino *sess. V. cap.* 1. *de refor.* solum definitur, quod eiusmodi Præbendati legant in universitate, aut studio generali nulla facta stipendii mentione. Ergo sive sponte, sive pacta mercede legant, perinde est ad fructus lucrandos beneficii, seu præbendæ. Verum tamen est quod eiusmodi Præbendati, quos vocant Magistrales, adprobati esse debent ab universitate, seu Doctorum collegio, ne superflue Magistri multiplicentur.

XXVII. Quæst. XX. *Quid de Præbendatis studentibus in universitate?* Resp. Isti acquirunt fructus canonicatum, seu beneficiorum, non distributiones, ut colligitur *ex cap.* 12. *de privileg. in* VI. *ex cap.* Tua *de Cleric. non residen.* Ut vero hocce fruantur privilegio, satis hand est ut studeant in Ecclesiis cathedralibus; sed requiritur ut operam studiis dent in universitate, aut studio generali, excluso quocumque studio particulari. Debent insuper incumbere in ius canonicum, aut in Theologiam, seu sacram Scripturam; nec privilegio fruuntur, si audiant ius civile. Quin eiusmodi scholastici, ut fructus capiant beneficii, debent maiore anni parte in universitate commorari, & assidua diligentia scholas frequentare. Quare scholares ono diffluentes, qui scholas non frequentant, nec sedulo studiis dant operam, sed tempus inutiliter terunt, nullo modo scholasticorum privilegio gaudent: cum cesset omnino finis horum privilegiorum, quæ ideo data sunt, ut scientias Præbendati sibi comparent.

XXVIII. Quæst. XXI. *Tenentur ne eiusmodi Præbendati licentiam ad Ordinario petere, ut possint causa studii abesse?* Resp. Sententia communis adfirmat, quia id expresse præscribitur in Bulla Pii V. cuius initium est, *Ad cuius aures*; & in Tridentino *sess.* XXIII. *cap.* 1. *de refor.* Ratio etiam manifesta est. Quia ad Ordinarium spectat examinare eorum ingenia, qualitates, & habilitatem ad studia: sint ne ætate, moribus, capacitate apti ad studia, & utrum ex eorum absentia cultus divinus detrimentum patiatur. Si qualitates recensitæ splendeant in Præbendatis, ex iustitia Ordinarius facultatem adeundi studia impertire tenetur: quod si denegaverit, licita erit ad superiorem appellatio. Sententia communis.



XXIX. Quæst. XXII. *Præbendatis parochialia beneficia habentibus licitum ne est abesse ab Ecclesia studiorum causa?* Resp. Adfirmant Navarrus, Toletus, Valentia, Lessius, & alii. Verum hæc opinio post Tridentinum improbabilis est. Prohibetur quippe a Tridentino *sess.* XXIII. *cap.* 1. *de ref.* Episcopis ne licentiam dent Parochis, ut a propriis absint Ecclesiis, nisi urgente causa. Porro studium respectu Parochi non modo non est causa gravis, sed inanis, & vana. Siquidem beneficia parochialia nunc illis tantum conferuntur qui iuridico experimento in publico certamine omnium Clericorum beneficium petentium scientia necessaria ad obeundum ministerium instructi ab examinatoribus iudicati fuerint. Privilegia data olim fuere, ut Beneficiarii congruam comparent scientiam. Si ergo hac tempestate Clerici non admittuntur ad beneficia parochialia, nisi sufficienti scientia polleant, nulla causa datur cur abesse ab Ecclesiis possint, ut in litterarum studia incumbant.

XXX. Quæst. XXIII. *Licentia quæ ab Episcopo datur Præbendatis non Parochis, extenditur ne ultra quinquennium?* Resp. Leander cum aliis contendit hanc facultatem extendi posse usque ad septennium. Sed mihi probabilior est opinio Garciæ restringentis hanc facultatem ad solum quinquennium. Allegat Garciæ declarationes sacræ Congregationis Concilii. Hanc quoque opinionem defendit Barbosa *III. Part. de potest. Episc. alleg.* LVI. *n.* 3. Hoc tempus limitatur pro studentibus, secus pro Magistris qui scientias docent. Consulenda tamen est consuetudo.

XXXI. Quæst. XXIV. *Si beneficium conferre ex solis distributionibus quotidianis, lucrantur ne eas qui studii causa absunt?* Resp. Dictum est Præbendatos causa studii ab Ecclesiis absentes fructus duntaxat beneficii, non distributiones quotidianas acquirere. Difficultas autem insurgit, num, si beneficium solis distributionibus constet, has acquirant eiusmodi Præbendati? Negant Bonacina: quia privilegium fructus, non distributiones, concedit. Ergo, si præbenda nullos habet fructus, nulla erit concessio. At contraria opinio videtur probabilior: quia distributiones hoc in casu succedunt loco fructuum, induuntque illorum naturam: atque ita declaratum a sacra Congregatione fuisse docet Garcias *III. Part. cap.* 11. *n.* 113. & est communis opinio.

XXXII. Quæst. XXV. *Canonici non curati qui tribus mensibus singulis annis absunt ab Ecclesiis, lucrantur ne fructus, & distributiones?* Resp. Tempus concessum Canonicis non curatis exemptionis a choro est trium mensium. Hoc vero tempore fructus percipiunt, secus distributiones. Ut vero hoc privilegio frui possint, oportet ut toto anno resideant, & frequentent chorum, ut observat Garcias *III. Part. de benef. cap.* 11. *n.* 211. Hinc Canonicus qui in anni medio possessionem capit sui canonicatus, non potest tribus mensibus abesse, quia toto anno non residet. Quare meditetur privilegii tantum frui posse. Qui maiore anni parte abesset a choro, adhuc eum frui posse hoc privilegio, contendunt Palaus, Pellizarius, Leander, & alii: quorum opinio mihi non arridet: quippe levamen illud datur, ut continuitas chori, humanæ fragilitati permolesta, interrumpatur. Qui vero per totum annum, aut per maiorem anni partem non frequentat chorum, non modo dignus hoc privilegio non est, sed pœnam potius meretur. Nec tamen necesse est ut ante hoc trimestre novem mensibus frequentent chorum, sed sive ante, sive post frequentiam uti possunt privilegio illi qui reapse frequentare chorum solent. Nec metaphysica subtilitate, sed prudenti iudicio, bonaque fide metienda hæc sunt. Navarrus *c. v. n.* 20. *de orat.* sustinet, Canonicum qui inutiliter præfatos tres menses prodigit, teneri ad fructuum restitutionem; quod prius docuerit Paludanus *in IV. dist.* XV. *q.* V. Negant vero Sanchez, Leander, Pellizarius. Res dubia mihi est; atque adeo tutior pars amplectenda. Spectandæ tamen circumstantiæ sunt. Nam iuxta Navarrum ipsum, ut debitum fiat restitutionis, oportet, ut Canonici principaliter prodigant hos tres menses in vanos usus. Concedit & ipse, in foro exteriori præfatos Canonicos acquirere portiones. Quare, nisi abusus fit manifestus, non videntur cogendi ad restitutionem. Si vero una cum tempore prodigerent fructus ipsos, dubio procul restituere deberent totum id quod superflue expendissent.

XXXIII. Ut Canonici fruantur privilegio trium mensium, non requiritur nec spe iustæ causæ, nec licentia Ordinarii: quia hoc intervallum concessum a Concilio est pro levamine a chori frequentia. Quare quovis anni tempore hoc trimestri uti possunt, nisi sit con-

consuetudo contraria. Quid, si mensibus Octobris, Novembris, & Decembris anni præteriti Canonicus aliquis abfuisset a choro, poterit ne mensibus Ianuarii, Februarii, & Martii anni currentis continuo abesse? Affirmat Pellizarius, & Leander. Si res absolute spectetur, licitum est. Sed spectandæ sunt circumstantiæ, si videlicet ex eius absentia diminuatur cultus divinus, si scandalum oriatur, & alia id genus. Menses isti confici ne debent ex horis quibus Canonici absunt a choro? Responsio est negativa declarata a sacra Congregatione his verbis: *Congregatio censuit non posse confici ex horis quibus Canonici residentes absunt a choro, dies; & ex diebus, & horis sic collectis confici menses absentiæ, de quibus in hoc Decreto. Neque id colligendum servitium novem mensium colligendas esse punctaturas, quasi ii qui novem partes punctaturarum, ex duodecim quæ ex servitio totius anni conflantur, deserviendo tulerint, servitio novem mensium satisfecerint. Sed ipsos dies residentiæ, & servitii, sive continui fuerint, sive interpolati, numerandos esse, ut complementum dictorum novem mensium.* Hanc declarationem refert Leander *disp.* VI. *qu.* ultiv. ex Garcia, & Barbosa.

XXXIV. Quæst. XXVI. *Canonicus qui habet duplex beneficium, incanonicatum, & decanatum, acquirit ne duplices distributiones?* Resp. Affirmat Leander, qui plures alios citat. Verum contraria opinio videtur probabilior: quia distributiones dantur propter assistentiam; & cum unica sit assistentia, unica quotidiana distributio ei respondere debet. Sed consulenda est cuiusque Ecclesiæ consuetudo.

XXXV. Quæst. XXVI. *Quomodo interpretanda est dispensatio non interessendi choro?* Resp. Dictum iam supra est, posse summum Pontificem dispensare aliquem Præbendarum a choro, qui simul percipiat tum grossam, seu reditus præbendæ, tum distributiones. De episcopo diximus, eum non posse in perpetuum quemquam Præbendatorum a choro dispensare. Porro privilegium pontificium absentiæ a choro strictissime interpretandum esse fatentur communiter omnes, salva verborum proprietate, quod in divini cultus diminutionem cedat. Si privilegium concedit fructus, non est dilatandum ad distributiones; nisi in casu quo præbenda ex solis distributionibus constaret, ne privilegium evadat otiosum, & inane. Similiter indultum quo conceditur ius percipiendi fructus, & distributiones non interessentibus choro ob aliquam ex tribus assignatis causis, non extendi contendunt multi ad distributiones quas vocant *minutas*, quæ ob anniversaria conceduntur; nisi Pontifex id expresse declaret, quia voluntas testatorum est ut præsentibus tantum impertiantur. Quare distributiones illæ quæ ex manifesta testatorum voluntate destinatæ sunt assistentibus huic Missæ, vel huic officio, non acquiruntur ab absentibus quocumque titulo: neque consuetudo introduci potest, vi cuius aliis quam præsentibus debeantur: quia naturali iure ex testatorum voluntate præsentibus debentur: & contra ius naturale nulla prævalere consuetudo potest; quamvis non desint qui aliud sentiant.

XXXVI. De variis Ecclesiarum consuetudinibus nihil occurrit dicendum. Nam quælibet fere Ecclesia suas habet. Siquidem aliquarum Ecclesiarum consuetudo est ut Præbendati quatuor mensibus absint. Longius spatium aliæ Ecclesiæ concedunt, vel ob aeris inclementiam, vel ob alias causas. In aliquibus consuetudo est ut Præbendati tempore officiorum valeant Missam celebrare, quin amittant distributiones; & quod tempore vacationis acquirant quotidianas distributiones, nedum fructus. Aliquarum etiam Ecclesiarum consuetudo est concedendi privilegium absentiæ his Præbendatis qui quadraginta annorum spatio choro inservierunt, etiamsi robusti sint. Verum, ut dixi, non est quod longius rem hanc protrahamus; sed unaquæque Ecclesia suas consuetudines servet. Cavendum solum ne pro consuetudine abusus, & corruptelæ invehantur.

FINIS

TOMI SECUNDI.

UANL
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS